UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Tertiam, & Quartam Partem: Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-98599

Visual Library

Th. 1341a

N. IV.
23

PRAXIS AVREA QVOTIDIANARVM RERVM ECCLESIASTICI FORI,

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum, atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus, excerptæ, continentur.

AVTHORE IO: ALOYSIO RICCIO

Viro Patricio Neapolitano, eiusdem Vrbis Ecclesiæ Canonico.

OPVS QVATVOR PARTIBVS DISTINCTVM,

Prælatis omnibus, illorumque vices gerentibus, necnon & omnibus, qui tàm Iudicum Ordinariorum, quàm Delegatorum munere funguntur, pro dirimendis litibus, causisque in Ecclesiasticis Curijs frequentiùs verti solitis, terminandis, admodum necessariæ.

Volumen Secundum continens Tertiam, & Quartam Partem:

Quibus, hac nostra editione ab innumeris mendis repurgata, præter Praxim Remissionis Delinquentium, Opus Authoris posthumum, in calce positam.

Accedunt Indices Materiarum, et Rerum, atque Verborum notabilium, serie alphabetica dispositi, cum antea ob rerum, numerorum, & ordinis confusionem omninò essent inutiles.



VENETIIS, *Sub Signo Sapientiæ.* M. DC. LXXIV.

Apud Laurentium Marchesinum, & Socios.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



REVERENDISSIMO D. D.
FRANCISCO ANDRICIO.

PRODIT in Vrbem Venetam, Illa satis, Iam ore Omnium celebrata, Viri Præclarissimi, Ioannis Aloysij Riccij Aurea Praxis, Excellentissime Franciſce Andrici; At in Orbem Legalis Fori ad Orientem vt ascendat, Rectorem, Promotoremque suum adesse inhiat; & sanè ad Quem aspirabat, Voti namque Compos, Tuo impetrata Patrocinio, feliciter peruenit.

Siquidem effecta modò Eadem hæc Aurea Praxis, altera velut Iustitiæ Dea Tutelaris, exorta nuper Astræa, dum incœptum Suæ Felicitatis intendit peragere cursum, non prima tamen ab Aurora vltimum vsquè ad Hesperum properata volat, sed in medium extollitur Cœli apicem, scilicèt ad Aequitatis Meridiem; vt ibi perenni siquidèm firmata pede, pro Maiestate in Throno Virtutis sedente, Par gestiat Omnibus, per Vniuersum Terrarum Orbem, sui Iuris diffundere Prudentiæ Lumen.

Verùm enim verò Quonam emerito Ipsa pacto, ad tam præcelsam valeat accedere Dignitatem, differere operæ pretium erit, Doctor Amplissime: Attamen quò deuius, vt aduerto, quò progreditur, inscio scribens volatu Calamus? Hìc, vbi Res per causam cognoscitur, ignotum tandem deflectat iter; Et splendore Veritatis illustratus, ad colenda Sapientiæ Tuæ Limina, se dum deuoluit, Te Dignitatis Auctorem agnoscat, Te Forensis Doctrinæ Iuris prædicet Assertorem.

Tu, Qui perspicaci ductus Ingenio, prætermissis, Elegantissimo pro vel Tuo Famulatu, Humaniorum Literarum Studijs, nam recondita, atque abstrusa Naturæ Arcana, subtilissima rimaris indagine; Eaque cæteros & Philologos edoceſque Sophos. Tu, Qui subiugato in Cœlis, Fatorum Imperio, Cunctis Sapiens dominaris & Astris; Plus verò vltrà, Herculeas scilicèt, quas erexit Columnas Alcides ille Philosophicæ Disciplinæ Numen, Aristoteles; Transcenso nempè facillimè Cœlestium Sphærarum ordine, ad nouum Empyrei, prius incognitum, euectus Orbem, In Aeternitatis Regno, illìc, & vbique verè Optimum, Maximumque Regem Regum, Hoc est, TRINVM specularis Mente, Animoque ac VNVM veneraris & DEVM. Illìc, in amplitudine Immensitatis innumerabilium Substantiarum Intelligibilium Choros, varia ad Ministeria dispositos, celebrantes ALTISSIMVM, perscrutaris, admiraris; Illìc Beatorum Multiplicium ex hac statione Vitæ decedentium Animas, inter Angelorum Sedes exaltatas, collaudantes DOMINVM, contemplaris, imitaris. Sic exinterminata. Visionis Beatificæ, Gloriæque Aurifodina abtrahens Altitudinem Diuitiarum

Sapien-

Sapientiæ, & Scientiæ Dei, colligensque, & Thesauros Diuinarum, Humanarumque Rerum, meliori scitu dignarum, Dives ex illa incomprehensibilis Patria Felicitatis Hunc in Nostrum ingrederis Orbem, & quas profiteris Diuitias, Humano Generi, ac Patriæ Iuuentuti, Eximia præcipuè Nobilitate præditæ, Eas tamen vel Præceptor Communem in vsum reddis; & quos vel Doctor instituis, Doctores statuis.

At, Quia optimè referendum duxisti, vt omnis Scientiarum habitus ad vnicum tantùm finem, scilicèt benè, beatèque viuendi; ordinaretur, & Actum; Ideoque prouisum etiam egregiè abs Te dignoscitur, Quòd acquisitus ex Studijs Vsus vniuersus, tum Peritiæ, Prudentiæque Iuris solummodò deseruirent. Nam Iurisprudentia cum sit Diuinarum, atque Humanarum Rerum Notitia; Iusti, atque Iniusti Scientia; perspicum enim est, Hanc potissimùm Scientificam Artem in praxi Exercitam, Hominum Vitam constituisse Beatam: Cum Eumdem Ars Ipsa Iuris disponat Hominem ad Honestè viuendum, ad Alterum non lædendum, ad Suum Cuique distribuendum: & Hoc est, benè, beatèque viuere.

Nemo autem ibit inficiles, admitti debere Stoicorum olim Axioma; nimirum; Quæcunque à Natura Ipsa genita essent, Omnia ad vsum Hominum esse genita: Nobiliori tamen argumento ampliari Sententia potest; videlicèt; Homines etiam Hominum Causa esse procreatos; vt sibi inuicem quacunque possent ratione, auxilio forent. Proindè quantum Tu Ingenio, quantùm Opera, & Labore in Cæterarum Culmine Scientiarum assecutus es, tantùm Communem in Societatem, & gratiam Ingenuæ, Studiosæque Iuuentutis statuisti Iurisprudentiæ conferendum esse.

Hæc igitur Aurea Praxis, *Cum etiam ad talem disponatur felicem Exitum; Cui se magis committere meliori, sanoque consilio, ac Sorte nobiliore audeat; Qui Eam validiori etiam præsidio tueri possit, & valeat; vt sine Controuersiarum discrimine, suum prosperitatis assequatur optimum Finem; Nemo est, nisi Tu, Vir Prudentiæ Iuris Doctissime, iugiterque Laudandus.*

Annue quæsò; Et cum tota Iurisprudentiæ formalis Ratio in distribuenda Aequitate consistat; ac sæpè sæpiùs in mentem reuocare sibi studeat celebre Oraculum illud; Nè Quid Nimis, Nè Quid Parùm: Vel Clarius; Iustum, Licitum, Honestum; Vel breuius; Aequum. Iurè quidem Meritò Cum Tu ergo dignaberis Volumen Hoc serenis perlustrare oculis, Quam Iurisprudentiæ Rationi consonam colliges Aequitatem, Hanc Hominum in Vtilitatem disponere, satis erit.

Dominationis Tuæ Reuerendissimæ

Seruus Humillimus

Laurentius Marchesinus.

INDEX

IOAN. ALOYSII RICCII

Viri Patricij Neapolitani,

PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM ECCLESIASTICI FORI.

TOMVS TERTIVS.

PRAXIS AFFINITATIS.

RESOLVTIO PRIMA.

1 *Conſanguinei contrahentes ſcienter incidunt in excommunicationem.*
2 *Clem. 1. de conſang. & affin. in quo habeat locum.*
3 *Quid inſpiciatur in excommunicatione.*
4 *Clem. 1. habet locum non ſolum in contrahente ſed eorum in ſponſalibus.*
5 *Quare Summi Pontifices vtuntur in diſpenſationibus illis verbis à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, &c.*
6 *Concil. Trident. non exprimendo pœnam excommunicationis non videtur receſſum à pœnis antiquis.*

An Clement. vnica de Conſanguinit. & Affinit. quoad inflictionem pœnarum ſit ſublata per diſpoſitionem Concil. Trident. ſeſs. 24. can. 5. de reformat.

1 REſpondeo tales ſic ſcienter contrahentes in excommunicationem incidiſſe iuxta text. vulgatum in Clem. 1. de conſanguinitat. & affinit. vbi in gloſ. in verſ. contrahere, 2 dicit pœnam illius decretalis habere locum etiam in ſponſalibus quando ſponſalia per carnis copulam ſunt conſumata, vt quia ibidem non puniatur coitus, vel inceſtus ſed contractus, qui dicitur factus per eandem copularem coniunctionem tranſeuntem in matrimonium argument. cap. veniens, & cap. is, qui extra de ſponſalibus. Matt. de Afflict. §. bona contrahentium inceſtas nuptias numer. 4. & 5. quæ ſunt regal. nouiſſimè Marc. Ant. Cuccus inſtitut. Canonic. lib. 3. tit. 10. verſ. ſed qui, & Ioan. Philipp. in reſp. 49. num. 25. maximè cum eo caſu interceſſit copula non pro inceſtu & coitu, vel fornicatione, ſed intentione maritali, de iſta excõmunicatione agit plane Plebartus de Tenſuuar. in Roſario Sacræ Theologiæ lib. 4. cap. excommunicatio 5. §. 109.

Ille enim animus ſubſequuta copula carnali facit 3 maleficium excommunicatione dignum, in excommunicatione enim incurrenda inſpicitur intentio, ſiue factum, quam intẽtionem inſpici debere probat tex. in cap. ſi verò il ſecondo de ſententia excommunicat. ſiue inſpiciamus factum, de quibus promiſcuè gl. in d. cap. ſi verò, & poſt eam Simon. Maiolus de irregular. lib. 5. cap. trigeſimo octauo num. 4. ſemper iudicio meo excommunicatio incurritur, cum in actus huiuſmodi explemento concurrat intentio, & factum, vt omnes inſpiciunt, omnis enim copula ſubſequens cõtractum venit acceſsoriè ad matrimoniũ iam dudum de facto preſumptum, ſine enim illo contractu præuio iſti concubitus cenſerentur fornicationes, ſtupra, adulteria, inceſtus, & ſimilia, vt aduertit Anch. in dicta clem. prima num. 5. verſ. 3. pro hoc.

4 Ampliatur vt pœna excommunicationis contenta in d. Clem. prima non ſolum habeat locum in contrahente ſcienter matrimonium, ſed etiam ſponſalia poſtmodum per carnis copulam conſumata. Anton. de Butr. Panor. Præpoſit. & alij in dict. cap. & ſi neceſſe Bald. Nouell. de dote par. 11. column. 12. Didac. Couarruuias de ſponſal. cap. 9. nu. 20. quem ſequitur Franc. Viuius com. opin. §. matrimonium contrahens verſ. amplia ſecundo, & Iul. Clar. in §. inceſtus n. 10.

5 Et propterea non ſine cauſa Eccleſia, & Summi Pontifices pro tempore exiſtentes in reſcriptis, & diſpenſationibus matrimoniorum vtuntur illis verbis, à quibuſcunque excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendarum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, vt tollatur omnis excommunicationis nexus, & tollatur etiam ſcrupulus, de quo per Ludouic. Roman. in conſ. 307. in caſu vbi concludit Papam diſpenſantem cenſeri etiam abſoluere ab excommunicatione, quem ſequitur Alfonſus Aluarez. in Specul. Roman. Pontif. cap. 18. col. 1. verſ. 6. & Nicol. Boer. in conſil. 20. nu. 26. ad quod faciunt notata per Ioan. Andr. in d. clem. 1. de conſanguinit. & affinit. dicentem, quod ſi Papa diſpenſat, ceſsant omnes pœnę; refert, & ſequitur Matth. de Afflict. in d. §. bona contrahentium, & inceſtas nuptias. num. 2.

6 Non obſtat quod in Concil. Tridentino non ſit expreſsa pœna excommunicationis, quæ eſt in dicta Clem. & ſic in iure antiquiori, quia reſpondetur non per hoc intelligi receſsum à pœnis antiquis cap. attendendum 17. q. 4. l. quoties. ff. de action. & obligation.

RESOLVT. II.

1 *Affinitas morte vxoris inter virum, & vxoris conſanguineos & ſic inter generum & ſocerum diſſoluitur, niſi quoad matrimonium impediendum.*
2 *Priuilegium veniæ petendæ introductum affinitatis intuitu ceſſat affinitate ſoluta.*
3 *Affinitas durat quatenus matrimonium extat.*
4 *Compromitti cauſa non debet inter quondam ſocrum, & generum ob mortem vxoris matrimonio diſſoluto, ſtatuto ſtante quod cauſæ inter affines compromittantur: idem ſi quæſtio foret inter priuignum, & nouercam mortuo patre.*
6 *Volens admitti ad aliquod beneficium tanquam affinis ſoluto matrimonio admitti non debet.*
7 *Affinitatis effectus omnes ſublati ſunt matrimonio ſoluto.*
8 *Socrus generum in ius abſque venia vocare nequit matrimonio & affinitate durante.*
9 *Furti permittit lex per pupillum contra nouercam matrimonio ſoluto.*

10 *Priuilegia introducta in reuerentiam socrus an affinitate dissoluta remaneant.*

Affinitas quo ad præbendum impedimentum matrimonio an dissoluatur per mortem.

1 REsolutio sit quod affinitas soluta penitus nempe extat inter virum, & consanguineos vxoris, & consequenter inter socerum, & generum, vt est tex. in l. cui eorum. §. affinitates. ff. de post. nisi quod matrimonia impedienda. §. affinitatis vers. socrum quoque inst. de nuptijs vbi tex. expedire quippe ait, quod dissoluta demum affinitate procedit, quæ profectò iura stabiliter canonizata discernuntur, in c. tria sunt vers. affinitates 3. q. 7.

2 Et hinc est, quod si soluta est affinitas cessare meritò quidem debet priuilegium veniæ petendæ intuitu affinitatis introductum, text. & glos. notabilis, & singularis in l. sed hoc ita in vers. succurrendum. ff. de re iudic.

Et proinde vtiliter & opportunè protulit Bart. in
3 d. l. cui eorum. §. affinitatis, quod affinitas eatenus durat quatenus durat matrimonium.

4 Vnde si staret statutum in ciuitate, quod causæ inter affines compromittantur pro vt hodie in Regno stabilitum extare videtur per Regiam pragmaticam, odia, quæ inter coniunctos, si matrimonio dissoluto morte vxoris contingat litem oriri inter quondam socrum, & generum illa causa nullatenus tunc compromitti debet, quia hoc intelligi debet affinitate durante, vt ibi per Cauensem in commento sub num. 37. Bald. Paul. Cast. & alios vniformi consensu omnes in d. l. cui eorum. §. affinitates. Alexander in l. generaliter. nu. 1. ff. de in ius voc. Bald. & Saly. in l. fin. C. verb. sing. vbi non lentè, & soporatè quidem explicat quod dissoluto matrimonio non dicitur amplius verè, & propriè socrus, cum filia sit mortua, quæ erat radix huiusce modi affinitatis, pro quo extat optimus etiam tex. in l. 3. §. fin. C. de donat. inter virum, & vxorem vbi mortua vxore nō dicitur amplius socer, sed quondam socer, eandemque sententiam firmauit quoque idemmet Bald. in l. affinitatis in fin. C. communia de succession. vbi concludit quod mortua vxore sopita est re ipsa affinitas quoad omnia præterquam quoad matrimonia impedienda, quia affinitas ipsa consumpta pro nullo habetur.

5 Et ideo si quæstio foret inter priuignum, & nouercam, mortuo patre, causa non deberet compromitti, vt per Bald. in loco antesignato, & per Anchar. in rep. cap. canonum statuta in 14. q. vers. quæro vlterius de verbo consanguinei asseuerantem, ibi, *quod mortua filia verè, & propriè non potest amplius dici appellarique socrus dissoluta affinitate*. Et pro eadem sententia non prostratè nimirum facit quod voluit Paul. Cast. in l. rei iudicatæ. §. socero in fine. ff. solut. mat. quod
6 si aliquis vult admitti ad aliquod beneficium, tanquam affinis matrimonio dissoluto admitti nullatenus debet, quoniam censetur dissoluta affinitas, vnde inter socerum, & generum mortua vxore causa compromittenda non est, vbi Alexand. in fin. quidem verbis planum facit, quod tex. in §. affinitatis inst. de nup. procedit tantum quo ad hoc, vt sciamus vtrum matrimonium hoc contrahi queat, non autem quoad alios effectus affinitatis, quia tunc procedit glos. in d. l. sed hoc ita. ff. de re iudic.

Ecce igitur quod præcitati doctores serenè quidem firmant, quod socrus dissoluto matrimonio nullum potest prætendere priuilegium, seu effectum ratione affinitatis in præiudicium tertij, quantoque magis etiam petere pœnam veniæ non petitæ à quondam socru, quæ tempore litis motæ non erat socrus, sed quondam socrus, vt supra ostensum extitit, eandemq; sententiam amplectitur. Zas. in §. penales. n. 22. inst. de act. ac exprimit quoque communem Alex. in d. lege sed hoc ita, quam legit cum l. non tantum quæ illam præcedit. col. fin. vbi etiam refert quod pro ista sententia tanquam magis communi alias consuluit in casu fortiori, si mulier perseueraret in viduitate, quod adhuc minimè gentium posset implorare beneficium statuti, vt causa tanquam inter affines compromittatur, & huicmet opinioni assentitur quoque Sas. in d. l. sed hoc ita, quam legit cum l. sicut autem, quæ immediatè illam præcedit col. fin. vbi finaliter concludit
7 quod omnes effectus affinitatis sunt sublati matrimonio, & affinitate soluta præterquam quoad impediendum matrimonium prædictum per notat. ibi per gl. quam omnes doctores aiunt etiam singularem in iure, sed verè habet consimilem videlicet in c. affinitates 3. q. 1. in verb. affinitatis quæ vult quod defuncto altero ex coniugibus dissoluta est affinitas quoad omnes alios effectus, præterquam quoad matrimonium impediendum ratione publicæ honestatis.

Et ideo protulit in proprijs terminis nostris Aretin. magister pract. in §. affinitatis in vlt. not. inst. de nup.
8 quod licet socrus non possit in ius vocari à genero sine venia l. generaliter. ff. de in ius vocando, tamen illud sincerè quidem locum sortitur matrimonio, & affinitate durante, non autem finito matrimonio ipsa morte vxoris, & eidem opinioni acquieuit etiam Mar. Soc. in tract. de citat. in 20. art. 1. q. col. 5. vers. 11. in nouerca, vbi exprimit quod pro ista sententia, quod soluto matrimonio socrus possit conueniri venia non petita extat casus in terminis in l. de his C. de furt. sic illam ingeniosè inducendo, nam socrus, & nouercæ ideo non possunt in ius vocari venia nō petita quippe quia loco matris sunt, vt habetur in d. l. generaliter in d. §. affinitatis instit. de nup.

Contra quas quidem personas non datur vllo pacto actio famosa in tantum quod tunc agi debet venia petita adhoc, vt prætor discernat ante citationem vtrum actio intentata famosa sit ne figillet perstringat, atque attentet famam matris, socrus, seu nouercæ, quæ faciliter loco matris sunt, & ideo ius introduxit quod prius agatur venia coram prætore petita, qui tenetur discernere vtrum venia sit concedenda, vel non, vt inquit tex. in l. sed hac lege. §. prætor ait. ff. de in ius voc. sed nos videmus quod contra
8 nouercam matrimonio dissoluto lex permittit furti per pupillum, & sic actione famosa per text. in d. l. de his. C. de furt. & ita concedit ibi Odof. cum dissoluto matrimonio dissoluta videatur affinitas concludendo in effectu, quod in tali casu agitur venia non petita.

Cæterum per ista conuincitur doctrina Alex. in l. generaliter ff. de in ius vocand. quod ea falsa quippe sit volens, quod affinitate dissoluta remaneant priuilegia introducta in reuerentiam socrus, quia pace tanti viri dixerim, est detestabiliter contra tex. glos. in l. sed hoc ita. ff. de re iud. & in l. rei iudicatæ. §. socero. ff. solut. matrimonio, quia vt conueniatur nisi in quantum facere potest est introductum in reuerentiam soceri, & tamen dissoluto matrimonio cessat priuilegium affinitate soluta, vt habetur in iuribus præmemoratis, & sentit Alex. in illis locis sibi contrarius volens quod cessent omnes effectus affinitatis præterquam quoad matrimonium, præterea quod non conueniatur actione famosa, minimè introductum est in reuerentiam socrus, & nouercæ, & tamen soluta affinitate agitur actione famosa, vt explanat Mar. Soc. in loco antesignato maximè quia est glos. singularis, & ab omnibus approbata in dict. l. sed hoc ita.

RESO-

RESOLVT. III.

1 *Affinitas contrahitur in multis casibus & primo ex commixtione seminis ex parte vtriusque.*
2 *Item si causatur commixtio seminis viri intra claustra.*
3 *Semen mulieris necessario non concurrit ad generationē.*
4 *Intellectus ad tex. in c. lex diuina. 27. q. 2.*
5 *Commixtio seminis vbi dubium est, an sit facta deficiente probatione sufficiet presumptio quod, cum facti sint vna caro, facta sit commixtio.*
6 *Si commixtio seminis erit in dubio aliter iudicabitur in foro exteriori & aliter in foro interiori.*
7 *Muliere emittente semine, non autem viro licet agitauerit, non contrahitur affinitas.*
8 *Quid dicendum si semen receptum intra claustrum fuerit eiectum.*
9 *Matrimonium consumitur quando cum claustrum sit adeo artum & cum vir intus agitare non potuerit semen emissum recipitur ab eod.*

An ad contrahendam affinitatem requiratur vtriusque seminis seminatio.

IN præsenti quæstione distinguendæ sunt sex conclusiones, quarum prima est, quando vir carnaliter cognoscendo mulierem consumauit actum ve-
1 nereum ita quod ex parte vtriusque sit facta seminis commixtio, & tunc nulli dubium est quin affinitas sit contracta, vt doctores communiter tenent in c. fraternitatis de eo qui cog. cons. vxor. suæ.

2 Conclusio est quando ex copula causatur seminis emissio tantum ex parte viri, non tamen ex parte mulieris, & tunc vera est opinio, quod sit contracta affinitas, licet Innocentius in dicto c. fraternitatis videatur dicere, quod ad affinitatem contrahendam requiratur commixtio seminum, tamen contrarium est verum, vt affirmat glos. Ray. cum Host. quem sequitur Abb. in dicto c. fraternitati in sum. confess. eod. tit. q. 6. secundum fratrem Nicolaum ibi alias si diceremus quod ad affinitatem contrahendam requiratur commixtio seminum talis assertio esset periculosa inducens errorem, quia sententia communis tenet se-
3 cundum medicos, quod semen mulieris necessario non concurrit ad generationem, sed sufficit seminatio viri tantum in vase mulieris, ita docet Sot. in 4. sent. dist. 11. q. 1. art. 3. Hostiens. & Panor. in dicto cap. fraternitatis Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius de test. verb. cuidam Petro tradiderunt. n. 17. Fed. de Sen. cons. 301. circa finem, quare vt dicit rectè Panor. in dicto c. fraternitatis secundum Innoc. si ad causandam affinitatem necessaria esset commixtio vtriusque seminis sequeretur absurditas magna, nam pone quod per annum mulier non emiserit, tamen conceperit ex semine viri, & peperit, absurdum esset dicere secundum Host. quod affinitas non sit contracta, & matrimonium non sit consumatum, & hæc intellige data habilitate ad contrahendum matrimonium, quamobrem Ecclesia Dei censuit, quod seminante viro in vase mulieris sit matrimonium consumatum, & contracta affinitas, & ideo opinio vt requiratur seminum commixtio ad contrahendam affinitatem est reijcienda cum possit inducere ad errorem, & animarum perniciem illos, qui putant non interfuisse impedimentū, vbi re vera interfuit, quod crebro posset euenire in affinitate contracta ex fornicatione, & ita restat conclusio firma, quod ad causandam affinitatem, & vt dicatur matrimonium consumatum sufficiat seminis emissio intra vas naturale ipsius mulieris, ita etiam videtur tenere Zamb. in clem. vnic. q. 13. de cons. & affin.

Solum restat, vt respondeatur ad canonem 27. q.
4 2. c. lex diuina ver. propinquitas, cui canoni tenendo hanc opinionem responderi posset, quod ibi præmittitur verbum, nullā, dicendo, *quia nullam fecit sanguinis commixtionem*; ergo dictum verbum commixtionē diuersificatur propter adiunctam secundam nullam, vt sit sensus, quia ex nullius parte processerit sanguinis emissio, ita dicit Gaet. in repet. c. ad limina 30. q. 1.
5 nu. 515. de sacram. matrimonij, vbi etiam dicit, quod cum hoc dubium sit an sit facta commixtio, & deficit probatio semper præsumitur quod facti sint vna caro, & commixtio facta sit, & contrahatur affinitas, vt notat Arch. in c. extraordinariam 35. q. 3. & in c. vnico de desponsat. imp. ver. subsequuturam, & sic etiam dixit Zamb. in clem. vnic. q. 14. de consang. & affin. quod si vir fregit claustra pudoris, sed nō emisit semē quod non contrahitur affinitas si de hoc constare posset, sed
6 quia in dubijs certior via est eligenda cap. iuuenis de sponsa. ideo aliter iudicabitur in foro exteriori, sed in foro conscientiæ staretur assertioni viri, & iudicaretur non esse affinitatem, quod notat Abb. de sponsa. c. is, qui, de quodam qui iacuit cum muliere multis noctibus, & nisus est ad copulam, & fregit claustra, & semen non emisit: igitur ad contrahendam affinitatem requiritur, vt copula sit perfecta, hoc est vir intra claustra pudoris, & naturam mulieris semen emiserit, quia tunc semen viri introgressum sufficit ad generationem, & contrahendam affinitatem, alias si vir in circuitu palpando semen emitteret, & intus non intraret secus esset, ita glos. in cap. nullum, & d. c. extraordinaria. Host. quem sequitur Panorm. in dicto c. fraternitati, & ita est 3. conclusio quando semen viri fuerit receptum in orificio membri mulieris non tamen fuit receptum intra.

7 Quarta conclusio quando sola mulier emisit semen, & tunc licet vir agitauerit, seu immiserit membrum, si tamen non emiserit semen intra claustra pudoris non contrahitur affinitas, quia ad causandam affinitatē non requiritur, quod mulier emittat semen, quia etiam si illa sola emittat nihil generaret, quia vt supra diximus secundum Medicos communis opinio est, quod semen mulieris necessario non concurrit ad generationem. ita Abb. in dicto cap. fraternitati, qui ponit exemplum de frigido, qui potest agitando, & palpando inducere mulierem ad seminis effusionem, & tamen ex quo vir semen non emisit nullus dubitat, quin dici possit seminis, vel sanguinis commixtio, & ita non est contracta affinitas.

8 Quinta conclusio, quando vir seminauit intra naturam mulieris, sed mulier timens impregnari, subito eiecit semen viri, vel alia de causa semen emissum subito reijcitur, & tamen licet aliqui dicāt quod hic non sit contracta affinitas, quia sic semen viri non fuit aliquantulum tunc mixtum alicui particulæ, quæ sit intra claustrum pudoris: tamen Fed. de Senen. tenet hoc posse concedi si præsupponitur, quod semel solum in orificio membri mulieris sit receptum sic emissum, sed si semen viri receptum est intra naturam, dato quod emittatur, difficile est, quod in totū, vel in partem ibi non fiat aliqua seminis viri cum aliqua materia mulieris commixtio, siue sit menstruosa, siue sanguinea, qua propter cum illa dicatur sanguinis commixtio, meritō dicitur contracta affinitas.

9 Sexta conclusio est quando vir emisit semen extra claustra, sed semen ingreditur intra, & tunc dicit Matth. quod consumatum est matrimonium, & per consequens quod sit contracta affinitas, vnde dicit hoc contigisse in Francia quod quidam contraxit cum arcta, & contigit, quod non fractis claustris impregnata est cum haberet modicum foramen, vnde ingressum est semen, & adueniente partu oportuit eam incidere, sed si non appareret de impregnatione dicit Matth. quod Ecclesia iudicaret eam virginem per aspectum, ita refert Zambran. in dicta clement. 1. quæst. 15.

PRAXIS ALTERNATIVÆ BENEFICIORVM.

RESOLVT. IV.

1 *Alternatiua solum conceditur Episcopis, Archiepiscopis & Patriarchis.*
2 *Adducitur decisio Rotæ pro resolutione quæstionis.*

Alternatiua an competat Prælatis Inferioribus.

1 REgulariter alternatiua solum conceditur Episcopis, Archiepiscopis, & Patriarchis propterea non habet locum in inferioribus, Flores Diez quæst. 4. num. 3, Gonzalez in regul. cancel. glo. 42. num. 1. & seq, Garzias de benef. part. 5. c. 1. n. 683. & tenuit Rota in vna Beneuentana beneficiorum 14. Dec. 1600. coram Coccino per hæc verba,

2 Quamuis constaret de anteriori possessione prouisorum ab Abbate nihilominus cum ille sit ex inferioribus collatoribus, quibus non conceditur alternatiua, & ideo mensis Aprilis, quo contigit vacatio sit reseruatus possessioni dictorum prouisorum, obstaret decretum irritans positum in regula reseruatoria octo mensium, quod inficit titulum, & possessionem iuxta decis. 3. de rest. spoliat. in nouis & 2. eod. tit. in antiq. Cassad. decis. 1. eod. tit. Mohed. decis. 15. de causa poss. Rota coram bonæ memoriæ Bubalo in causa Sen. Canonicatus 13. Martij 1588. nec refert quod decretum non sit positum in reseruatione in corpore iuris clausa, vel alias super certo corpore beneficij, quia eadem militat ratio vbi reseruatio est notoria, & iustificata Put. decis. 190. n. 5. lib. 3. Simonetta de reseruat. quæst. 40. & fuit resolutum in vna Crotonien. Decanatus, 20. Martij 1587. coram bonæ memoriæ Bubalo, & in alia Regien. Canonicatus 17. Nouemb. 1595. coram D. Pamphilio vnde fuit conclusum Ioan. Iacobo dandum esse mandatum de manutenendo, quia de eius possessione constat, quæ licet sit instrumentalis, tamen cum possessioni prouisorum ab Abbate resistat decretum irritans, & per consequens illa possessio sit infecta, & nullius momenti, habetur pro vacua, dicta possessio instrumentalis est manutenibilis, Cassad. decis. 20. de prebend. Puteus decis. 360. num. 80. lib. 1. Verallus decis. 334. num. 6. lib. 2. Fas. dub. 41. & fuit pluries alias resolutum, & venit manutenendus in omnibus bonis dictorum beneficiorum, quia per adeptionem possessionis Capellæ acquiritur etiam possessio bonorum Anchar. in reg. beneficium col. vltima ante nu. 12. vers. & ideo ego dico de reg. iuris in 6. Couar. lib. 3. vari. cap. 16. num. 23. quibus accedit quod Ioannes Iacobus fuit immissus in possessionem ab executore suarum literarum, qui iudex ritè, & rectè procedendo, etiam quod possessio dictorum prouisorum esset alicuius considerationis, potuit illos sua possessione priuare Angel. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas nu. 2. vbi Alexan. Soc. Ias. & alij. ff. de acquirenda possessione Ferret. consil. 18. num. 10. Mohed. decis. 4. num. 4. & 5. de restit. spoliat. & tenuit Rota in causa Pintien. & Adrien. beneficiorum 4. Iunii 1574. & in causa Hipporegien. Cappel. 7. Mar. 1578. coram Cantuccio, & aliàs sæpius.

RESOLVT. V.

1 *Capitulum Ecclesiæ Cathedralis non habet alternatiuam.*
2 *Refertur decisio Rotæ, quod capitulū nō habet alternatiuā.*

An Capitulum Ecclesiæ Cathedralis habeat alternatiuam.

1 PRopriè loquimur in capitulo habente per se collationem iuxta terminos tex. in cap. vnic. ne sede vacant. lib. 6. quo casu responsio est negatiua, vt voluit Gonzalez in regul. cancellar. gl. 42. num. 2. & censuit Rota Rom. in vna Salamantina Alternatiuæ 22. Octobris 1581. coram Robusterio per hæc sequentia verba,

2 Dubitaui hodie 22. Octobr. 1581. stante concordia inter Episcopum, & Capitulum Salamantinum super collatione dignitatum, Canonicatuum, portionum, & dimidiarum portionum dictæ Ecclesiæ in turno, & alternatiua Episcopis residentibus per S. D. N. concessa, quorum omnium in necessarijs copia datur, an si dignitates, Canonicatus portiones, & dimidiæ portiones d. Ecclesię vacauerint in mensibus alternatis in eis intret, vel non intret reseruatio, de qua alternatiua S. D. N. & licet informantes fortasse existimantes, quod forma modernæ alternatiuæ sit eadem cum antiqua, contendant, quod capitulum ex beneficio Episcopi possit vti alternatiua per S. D. N. concessa ex Calder. consil. 22. de prebend. cum alijs allegatis, tamen Domini viso tenore dictæ alternatiuæ resoluerunt, quod dictus Episcopus solus potest vti alternatiua non autem capitulum, siue vellet capitulum conferre in eadem vacatione cum D. Episcopo, quod tamen sibi licet cum turni sint vigore concordiæ distincti; siue vellet separatim conferre in suo turno, quia alternatiua est limitata ad solos Episcopos, Archiepiscopos, & alios superiores, vt inuitentur ad residendum, quod non potest applicari ad capitulum, est etiam limitata ad collationem pertinentem liberè dumtaxat, & non cum alijs, vt expresse excludat capitulum, quando habet communionem cum Episcopo, & in hoc verba alternatiuæ huiusmodi sunt ita prægnantia geminata, & clara, vt non indigeant aliqua declaratione vel supplicatione, vnde cum in puncto agatur de facultate conferendi vigore istius alternatiuæ Domini restrinxerunt difficultatem ad solum D. Episcopum videlicet an Dominus Episcopus Salamantinus possit vti alternatiua in istis dignitatibus, & alijs beneficijs vacantibus in turno suo, & in mense alternato, & resoluerunt quamdiu vacauerint dicta beneficia in prædicta Ecclesia & in mensibus alternatis pro Episcopo, & in turno suo poterit D. Episcop. illa liberè conferre, quia beneficia stante huiusmodi concordia, & turno dicuntur pertinere ad liberam collationem Episcopi, & non vna cum capitulo, & sic in eis non intrat reseruatio, seu limitatio, & non cum alijs, de qua in dicta alternatiua, & hoc tam ex dispositione iuris communis, quam ex verbis expressis dictæ concordiæ siue turni, nam vbi ex concordia partium collatio beneficiorum pertinentium ad duos, vel plures simul est, prout hic, alternis vicibus cuilibet reseruata in suo turno, totum ius conferendi pro illa vice dicitur translatum in illum solum, qui est in turno, & non dicitur diuisus vsus solus, sed totum ius conferendi est penes ipsum solum, etiam iure proprio, & non in iure communi vbi bene Ioan. Andr. in cap. cum in illis §. fin. in fin. de præb. in sexto & ibi sequuntur Gemin. Francus Anchar. Io. Veglel. in compendio Sexti, & in eodem cum in illis Rocchus tract. de iure patronat. verbo ius quæstione 6. nu. 11. Lamber. eodem tract. 1. lib. 1. p. 2. q. 2. art. 36. num. 2. & 8. Bolognet. ad Ananiam. consil. 43. de iure patronat. & sic verum est, quod eo tempore, quo fit collatio, est quoad liberam dispositionem Episcopi, & non cum alio, quod tempus collationis debet attendi, nam qualitas adiuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi l. in delictis. §. in extraneis de noxalibus, accedit quod alternatiua est fauorabilis, & latè interpretanda in fauorem Episcoporum Cald. dicto consil. 22. de præbend. & sic ista communio successiua non istantanea, & contemporanea non attenditur ad istum effectum, idem etiam sequitur attento

tenore

tenore dictæ concordiæ, in qua præsertim in 16. cap. expresse dicitur ad solum Episcopum, & ad liberam illius collationem, & non nomine capituli, sed iure proprio conferat cum alijs clausulis amplissimis, & quod subdit postea sine consensu capituli, & perinde ac si per capitulum esset facta prouisio, & per comparationem, & similitudinem vt tam valida, & efficax existat talis prouisio, ac si esset ab vtroque scilicet Episcopo, & Capitulo, dictiones enim istæ, perinde, ac si, & similes comparationem, & similitudinem significant, vt latè habetur in l. 1. in princip. de recept. arbitris, nec refragatur decis. 4. de compromissis in antiquis, vt in illius lectura apparet; non obstat perplexitas considerata quod Episcopus habeat tot menses, & Capitulum paucos, nam licet concordia det facultatem illam vtendi alternatiua concessa Episcopo, id fuit factum eo tempore, quo missus, quo inspecto alternatiua concessa Episcopo dicitur concessa capitulo Calder. dicto consi. 22. sed cum tenor. modernæ alternatiuæ vt possit eadem alternatiua vti, nec hinc sequitur aliqua inæqualitas, vel perplexitas, cum sit expectandum quousque veniat turnus pro capitulo. Adeo quod Episcopus postquam semel prouiderit non poterit amplius prouidere antequam veniat reuocatio in quatuor mensibus capituli iuxta tenorem concordiæ, an autem capitulum possit recedere à concordia, quia illud capitulum correspectiuum de alternatiua fit caducum, est alia res, in qua est videndum de causa concordiæ, an illa fuerit concessiua vel momentanea, & alia forte essent discutienda quæ non pertinent ad nos, hic enim præsuponimus existentiam, & durationem concordiæ.

RESOLVT. VI.

1 *Sede vacante capitulum succedit in omnibus quæ sunt iurisdictionis.*
2 *Capitulum sede vacante fungitur vice capituli.*
3 *Capitulum sede vacante non habet alternatiuam quod probatur ex decisione Rot. quæst. num. 4.*

Alternatiuam an habeat Capitulum sede vacante.

1 DVbium faciebat, quia capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis episcopalis glos. in clement. 1. in verb. capituli de hæreticis, & dicit Fel. in cap. cum olim num. 7. & sequent. capitulum succedere in omnibus pertinentibus ad Episcopum, vnde Rota in vna Abul. parochialis 22. Iunij 1594. coram Blanchetto censuit capitulum sede vacante fungi vice Episcopi, & succedere in omnibus quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus in iure expressis: cæterum contrarium censui motus ex decis. Rotæ vt in vna Segobien. Canonicatus 24. Nouemb. 1568. coram Illustrissimo Cardinal. Plato in qua dixerunt Domini satis constare de lite valida ad hoc, vt intret gratia si neutri D. Ioannis Turmendi, ex quo causa fuit commissa in Rota, & eius vigore citatio legitimè executa, iuxta notata in clem. 2. vt lite pendente & licet semel signatura auocauerit causam à Rota ad partes, tamen etiam iterum illam commisit in Rota, quod si prætendet pars fieri non potuisse, debet ipsam signaturam adire, & reformari facere commissionem, tamen si commissio est iusta, cum agatur de beneficio reseruato, siue capiatur reseruatio per obitum in mense Februarij, qui est reseruatus, cum alternatiua non habeat locum sede Episcopali vacante, siue capiatur vacatio propter decretum vacationis per assecurationem, vt per Simonettam de reseruatione. quæst. 26.

2
3
4

RESOLVT. VII.

1 *Alternatiua nihil de nouo indulget, sed tantum tollit obstacula.*

Regula reuocans indulta, & facultates conferendi non reuocat alternatiuas ordinariorum.

1 REspondeo quod regula, quæ reuocat omnia indulta, & facultates conferendi, non reuocat alternatiuas ordinariorum, ex quo per illas nihil de nouo indulgetur, sed tantum obstacula tolluntur, quo stante ordinarius iure communi, & ordinario habet facultatem conferendi non vigore indulti, ad cap. cum aliquibus cum ibi notat. de rescript. in 6. & Petr. de Anch. cons. 131. & vide Soc. consil. 260. lib. 2. secundum Dominos in vna Lunen. Sarzanen. quæ aliàs fuit coram D. Panigarola, & postea iterum posita propter nullitatem sententiæ.

RESOLVT. VIII.

1 *Extat decisio Rotæ ad probandam hanc resolutionem.*

Nuncius habens facultatem conferendi beneficia conferre potest etiam vacantia in mensibus ordinarij non obstante regula de octo mensibus.

1 REspondit cum decis. Crescentij 8. de priuilegiis cuius tenor est.

Facultas nuncii conferendi beneficia comprehendit etiam vacantia in mensibus ordinarii non obstante regula, quæ de octo menses expectantibus disponit, quod in cæteris quatuor ordinarii libere conferre valeant secundum Dominos in vna Compostellana coram D. Io. Clerici, quia cum illis Papa prouidere possit, & cum ordinario concurrere, idem & in Nuncio, qui authoritate Papæ potestatem habet conferendi arg. cap. si Apostolici de prębend. in 6. & argum. illo, quia omnia nostra facimus, quibus nostram authoritatem impartimur & arg. l. solet cum simil. de iurisdict. om. iud. & quia regula voluit tantum in illis quatuor mensibus tollere impedimentum expectantium, nisi in regula reuocarentur omnes facultates, & indulta conferendi.

RESOLVT. IX.

1 *Alternatiua reuocatur quando Papa confert beneficium.*
2 *Papa potest conferre in mensibus ordinariorum, quia ipse dicitur ordinarius ordinariorum, vt patet num. 3.*
4 *Nullus dicitur maior ordinarius in collatione beneficiorum ipso Papa.*
5 *Iurisdictio concessa alicui non intelligitur dępta cōcedēti.*
6 *In Concessione iurisdictionis semper intelligitur reseruata, & illæsa authoritas concedentis.*
7 *Adducitur declaratio Congregationis Sacr. Concil.*

An alternatiua possit reuocari à Papa conferendo beneficium.

1 REspondetur quod ex eo quod Papæ sunt omnia beneficia, totius mundi obedientia Bald. in l. rescripta num. 5. ante finem versic. item omnia beneficia de precibus Imperatoris offerend. Philippus Francus in cap. generali 13. num. 14. de electione in 6. Gomez. in proemio regularum quæst. 5. sub num. 5. vers. illud tamen Simonetta de reseruatione quæst. 2. num. 2. & 3. & Papa voluit, & reuoluit omnia in beneficialibus Hieronym. Gabriel consil. 185. num. 2. lib. 1. Consonat etiam dictum Baldi in d. l. rescripta num. 7.

num.7. vers. 11. C. de precib. Imperatori offerendis, quod vbi est Papa ibi est communis patria, & Probus in additione ad Io. Monachum in cap. vbi periculum num. 5. de electione in 6. facit etiam in terminis ad hanc sententiam, nempe quod Papa non abdicauerit a se potestatem conferendi in mensibus ordinarij, & quod possit cum Episcopis concurrere in prouisionibus in dictis mensibus contingentibus tenet Staphileus de literis gratiæ in præludio n. 8. Sarnen. in tract. de expectatiuis nu. 12. Puteus decis. 48. num. 8. lib. 3. Selua de beneficijs par. 3. q. 46. à num. 2. & sequentibus, & q. 65. nu. 1. Simonetta de reseruationibus q. 2. num. 7. & 8. & q. 18. n. 2. Franciscus Marcus q. 196. nu. 3. & q. 382. nu. 2. & 4. & q. 371. par. 1. & q. 658. num. 2. par. 2. Rebuff. in praxi tit. de deuolutionibus n. 47. Menoch. consil. 83. num. 12. & 13. vol. 1. Grammat. consil. 2. ad finem suarum decisionum num. 47. Reb. in concordatis in rubrica de mandatis Apostolicis verbo iure præuentionis per totam illam glossam, & in praxi tit. de expectatiuis, num. 2. in fi. Flaminius Paris de resignat. lib. 5. q. 11. n. 7. vers. Et quod plus est Rot. decis. 127. nu. 5. lib. 1. part. 3. diuersorum, & fuit resolutum in Rot. in vna Calaguritana dimidij beneficij del Burgo 4. Iulij 1590. coram Comitulo, & in Hispalen. portionis 15. Maij 1595. coram Blanchetto tunc Rotæ auditore, & alibi sæpe. Ab eodem fonte procedit quod scriptum reliquit Gaspar de Perusio in tract. de reseruationibus, c. 1. num. 19. quod ordinarij habēt curam animarum à Papa, & sub Papa per text.
2 quem ipse allegat in cap. 1. 22. distinct. Vlterius igitur
3 potest Papa prouidere in mensibus ordinarij, quia ipse est ordinarius ordinariorum c. cuncta per mundū c. per principalem 9. q. 3. Hostiens. in cap. dilecti filij num. 5. de foro competent. & in c. cum Ecclesia 38. num. 4. de appellation. Staphileus de literis gratiæ in præludio num. 7. Franciscus Marcus quæst. 249. num. 1. par. 2. Gomezius in proemio regularum Cancellariæ. quæst. 2. versic. considerat etiam sub num. 5. Caputaq. decis. 282. num. 3. par. 1. Mohed. decis. 7. num.
4 4. de concess. præbend. Nullumque esse maiorem ordinarium in beneficiorum collatione ipso Papa, dixit Roman. consil. 335. nu. 5. Nec non est Episcopus totius orbis gl. verb. priuata in c. fœlicis in §. fin. de pœnis lib. 6. Cardinalis Alexandrinus in cap. suspectus, & in c. sicut num. 3. 2. q. 1.

Ad supradictorum confirmationem accedat, quia si Papa concessit alternatiuam, penes ipsum tamen Papā remansit eadem potestas, & maior text. in c. dubium 14. vers. nos igitur attendentes, quod & si memorato Episcopo prædictam concessimus potestatem, penes nos tamen nihilominus remansit maior, Caputaq. decis. 335. num. 8. par. 1. text. etiam in c. per hoc 17. de hær. in 6. per hoc inquit quod negotium hæreticæ prauitatis alicui, vel aliquibus ab Apostolica Sede generaliter in aliqua prouincia, Ciuitate, vel Diœcesi delegatur diœcesanis Episcopis, quin & ipsi authoritate ordinaria, vel delegata (si habent) in eodem procedere valeant nolumus derogari, pro quo facit tex. in l. fi. C. de iurisdic. omnium iud. vbi licet rectori militum in causis illos concernentibus concedatur iurisdictio,
5 non tamen intelligitur adepta maiori & generaliori Iudici, cumulat plura Felin. in c. pastoralis n. 2. de officio ordinarij, facit etiam tex. in l. 1. C. de officio Prefecti vrbis, vbi dicitur *specialis officialis constituatur super Annona*, non propterea auferetur iurisdictio, quam alius superior super dicta Annona obtineat. Romanus plura adducens consil. 393. præsens consultatio ex n. 2. cum sequēcibus. Sicut etiam per potestatem datā ab Episcopo suo Vicario non abdicatur eadem potestas ab Episcopo, sed tanta, & maior apud illum remanet. Et ideo concessa facultate conferendi ab Episcopo suo Vicario, poterit nihilominus idem conferre, & potestatem conferendi certum beneficium Vicario datam adimere Rebuff. in praxi tit. de forma Vicariatus nu. 89. Similiter concessa facultate à domino procuratori, eadem, & maior remanet penes ipsum Dominum. Anch. consil. 28. rationes num. 4. & consil. 164. de Iuribus ante n. 6. vers. nec ex eo quod populus, & propterea dicit Gemin. in d. c. dudum per text. ibid. nu. 5. quod licet procurator patroni laici præsentauerit vnū, per hoc non excluditur patronus à potestate accumulandi alium, cum penes eum remanserit potestas eadē & maior. Consuluit etiam Bald. in consil. 326. incipit Rex Romanorum nu. fin. in fine. per dictum. c. dudum quod si Princeps committit iurisdictionem alicui, videtur eandem sibi reseruare, nisi pro bono pacis permittat expresse contrarium, facit bonus tex. in c. intellecto de iureiurando Auilesius in Capitulis prætor c. 1. glos. 1. num. 3. Idem etiam Bald. in l. qui se patris sub num. 14. vers. item in concessis dicit, quod in concessione iurisdictionis semper authoritas superioris concedētis præseruatur illæsa, Cū circa ius authoritatē nequeant exercere, & in eo sēper resideat suprema potestas inseparabilis Menoc. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 18. n. 1. & sequentibus. Adeo quidem vt quamuis Princeps, velit dictam supremam potestatem à se abdicare non possit vt in dicto c. intellecto de iureiurando vbi latè Abb. & omnes Fel. in c. dilecti sub n. 1. de maioritate & obedien. Lupus in c. per vestras 2. notabili §. 1. num. 40. Couar. in c. quamuis pactum 2. p. q. 2. num. 4. de pactis lib. 6. Menchac. de succession. creatione §. 26. num. 39. & 82. Nunquam namq. censetur Papa velle sibi præiudicium aliquod inferre, argumento c. super eo. 55. de officio delegat. Alexan. consil. 86. in causa num. 3. Grammat. vbi sup. num. 11. Nec Papa per gratiam alterius factam ligat sibi manum c. 1. de concess. præb. in 6. Copus allegat. 4. nu. 4. Rota decis. 16. nu. 2. de prebend. in antiq. Cassa. decis. 8. nu. 2. in fin. de præbendis. Supradictis affine est, quod iurisdictio semper censetur regulariter data, & concessa cumulatiuè non autem priuatiuè Aretin. consil. 102. spectabilis Domine nu. 1. Bald. in l. vnica. §. vbi autem num. 6. C. de Caducis tollendis Iaf. in l. quod in rerum, 24. §. si quis potest num. 8. ff. de legat. 1. Put. decis. 139. nu. 3. lib. 3. idem Puteus decis. 345. nu. 2. lib. 2. Gramm. decis. 39. num. 1. cum seq. Acebetus in l. 1. tit. 13. ex nu. 19. lib. 3. & in l. 10. à nu. 15. tit. 3. lib. 8. recopilatio, de qua materia vide late Menoch. de præsump. præsump. 18. per totā, & Decian. lib. 4. de delictis tom. 1. c. 55.

Sic videmus, quod dictum Concil. Trident. sess. 6. cap. 4. & sess. 25. de reform. c. 6. concedit Episcopis, vt possint visitare omnia capitula & illorum personas non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, sententijs, iuramentis, & concordijs: ista visitatio est intelligenda cumulatiuè, non verò priuatiuè ad Abbates, vel Decanos, & alias personas, quibus ante Concil. competebat visitatio, nam illorum iurisdictioni nihil fuit sublatum Puteus decis. 223. in causa Augustana num. 4. lib. 3. & sæpe censuit sacra Congregatio Concilij, cuius cōgregationis declaratio ita se habet.
7 Hæc facultas non est priuatiua ad illos, qui ius habent visitandi & corrigendi, vt sunt Abbates Decani, & similes: quia istis licet visitare, & corrigere, seorsum ab Episcopis (& iterum dicit) An visitatio de qua in cap. 4. sess. 6. & cap. 6. sess. 25. de reformatione eatenus ex his decretis Episcopus, vt non liceat Decano & capitulo regulares personas ipsi capitulo subiectas cumulatiuè cum Episcopo, seorsum tamen ab eodem non excludendo ipsum Episcopum toties, quoties sua authoritate vti voluerit visitare, corrigere, & emendare iuxta consuetudinem hactenus obseruatam Congregatio Concilij censuit, imo totaliter licere Decano, & capitulo visitare subditos suos.

Accedit resolutio Rotæ facta de mense Ianuarij,

1538.

1538. coram Aragonia, vbi fuit tētum Imperatorem Vincislaum, qui primus omnium Ducatum Mediolanen. erexit, & omnimodam infeudandi iurisdictionē Duci tradidit, maiorem apud se ficut Papa iurisdiction. & potestatem retinuisse Gomezius de expectatiuis num. 10. vers. per quam rationem.

PRAXIS APOSTASIÆ CRIMINIS.

RESOLVT. X.

1 *Apostata irregularitatis, seu Religionis dicitur is, qui ab ordine absque habitu religionis redijt ad sæculum.*
2 *Apostasia est retrocessio à statu ordinis sacri ad sæculum propria authoritate.*
3 *Apostata à religione dicitur qui dimisit habitum suæ religionis, quā solemniter vouit animo nō amplius redeūdi.*
4 *Apostata est ille, qui reliquit religionem animo, & voluntate non redeundi ad illam.*

Qui dicantur Apostatæ.

1 APostata irregularitatis, seu Religionis dicitur is, qui ab ordine absq; habitu assumptæ Religionis ad sæculum redijt, vt est tex. in cap. 1. & 2. q. 3. c. omnes 27. q. 1. per quæ iura sic communiter tradiderunt Canonistæ in ca. 1. extra de Apostatis Alber. & Bar. in rubric. C. de Apostat. vers. de iure Goffred. in summa de Apostat. num. 2. verfic. Irregularitatis Rosel. in summa in verb. Apostasia, in quo verbo etiā Armilla Repertor. inquisit. in verbo Apostasia verfic. Item Irregularitatis Mascard. de probat. conclus. 12. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 28. & 29. summa Antonina part. 2. tit. 12. cap. 6. in principio verfic. contingit ergo, vbi tamen dicit non iudicari Apostatam, seu fugitiuum eum, qui ad longinqua diu euagetur, nisi postquam sic viuit quod animum redeundi se deposuisse ostendat Zecch. in summa part. 1. in tit. de fide cap. 24. rubric. de Apostasia num. 2. vbi propterea dixit Apostasiam esse
2 retrocessionem à statu ordinis Sacri ad statum sæcularem propria Authoritate Nouar. cons. 1. de Apostat. lib. 5. vbi plura notanda ad hanc materiam, & præsertim de ijs, qui vigore breuium pœnitentiariæ, seu aliàs à summo Pontifice impetratorum foris steterunt, vel ex licentia suorum superiorum, seu aliàs quouismodo extra claustra vixerunt Bann. in comment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. Artic. 1. vbi dixit
3 Apostatam à religione dici omnem illum, qui dimittit habitum suæ Religionis, quam vouit solemniter animo nunquam ad illam redeundi Pesan. ibid. disp. 1. vbi dixit eum esse Apostatam à Religione, qui à vero statu Religionis verè recedit transeundo ad alium statum animo nunquam ad ipsum reuertendi manente obligatione prioris, & ibi singula huius diffinitionis verba bene explicat, & declarat Azor. instit. Moral. part. 1. lib. 12. cap. 16. quæst. 1. in fin. vbi
4 dixit, Apostatam esse susceptæ Religionis desertorem à monasterio recedentem animo, & voluntate liberè extra illud viuendi.

RESOLVT. XI.

1 *Species Apostasiæ duplex.*
2 *Hæreticus dicitur qui vni, vel alteri fidei articulo contradicit.*
3 *Apostata à Christiana religione qui prorsus fidei Catholicæ contradicit.*
4 *Bona Apostatæ declinati à Religione Christiana aquiruntur fisco quando liberos non habet, & fiunt incapaces testamentorum ac omnibus priuilegijs quæ Apostatis concedi solent priuantur, hoc autem de iur. ciuili.*
5 *Pœna suasoris Apostasiæ.*
6 *Quomodo intelligenda sint verba l. eum C. de Apostatis.*
7 *Pœna Apostatæ de iure canonico.*
8 *Pœna Apostatæ non reuerentis ad fidem de iur. Hispano.*
9 *Pœna Apostatæ reuerentis ad fidem eod. iur.*
10 *Apostatæ pœna de iur. Regni.*
11 *In hoc crimine omnino standum est iuris canonici dispositioni.*
12 *Expresse sæcularibus potestatibus prohibitum est de hoc crimine cognoscere.*
13 *Secunda Apostasiæ species.*
14 *Nouitij sine nota Apostasiæ criminis à religione egredi possunt.*
15 *Nouitij à religione egredientes non tenentur ad expensas sibi à monasterio factas.*
16 *Animus laicaliter viuendi ad Apostasiam requiritur.*
17 *Pœna de iure canonico Monacho Apostatæ.*

Apostasia quotuplex est, & quomodo puniatur.

1 EX communi omnium consensu in cap. final. de Apostatis duplicem esse apostasiæ speciem omnes firmarunt, prima, veluti si quis Christianus à christiana Religione discedat, & efficiatur Iudæus, Saracenus, vel Paganus, secunda est veluti, si quis Monachus, aut aliquis quilibet regularis suæ religionis habitum deserat.

Quoad primam dicendum est multo grauius peccare eam committentes, quam hæreticus glos. in rubr. C. de apostatis Villadiego in tractatu contra hæreticam prauitatem quæst. 5. num. 6. Siman. vbi supra,
2 hæreticus enim dicitur, qui vni, aut alteri fidei articulo contradicit, vt supra latè probauimus quæst. 12.
3 apostata verò, qui omnem prorsus fidem Christianam repellit, & improbat, quare seueriſſime hoc detestabile scelus omni iure vindicatur.
4 In primis igitur iure ciuili bona eius fisco acquiruntur l. 1. C. de apostatis, sed intelligendum est, si liberos non habeat auth. si qua mulier. C. de Sacr. San. Eccles. l. apostatarum 4. C. de apost. deinde ex eo die, quo fidem reliquerunt inteſtabiles, & incapaces testamentorum donandi, aut alienandi fiunt l. 3. C. eod. & omnibus priuilegijs priuantur, quæ apostatis concedi solent. l. 14. C. de apostatis in C. Theodosiano.
5 Is autem, qui huius criminis suasor fuerit vltimo
6 mortis supplicio plectendus erit l. eum C. de apostatis, sed ego existimo hoc iure ciuili eandem pœnam fuisse apostatæ, & suasoris, ac proinde legem illam non de mortis pœna esse accipiendam, sed potius de deportatione, vt colligitur illis verbis cum dispendio fortunarum, non enim necesse erat fortunarum dispendium vitæ amissioni adijcere, cum eo iure mortè damnati semper bona amitterentur toto titulo. ff. & C. de bonis damnatorum, vnde verba illa, *Capite puniendum* ad deportationem pertinent, qua capite diminuitur. §. 1. Inst. de capitis diminutione.
7 Pontificio verò iure præter infamiam, & testimonij interdictionem, quam statim incurrunt in cap. non potest. 2. quæst. 7. c. infames 6. quæst. 1. eisdem pœnis apostatæ subijciuntur, quibus hæreticos affici oportere diximus supra quæst. 12. ex text. in c. contra Christianos de hæreticis lib. 6. docet Hostiens. in summa de apostatis num. 3. nam apostasia est species, hæresis autem genus, vt docent eleganter, Silvester. in summa verbo apostasia num. 2. Castro de iusta hæreticorum punitione lib. 1. cap. 7. Simanch. vbi sup. num. 3.
8 Iure vero Regio Hispano si apostata ad fidem, non reuertatur occidendus est, & bona eius filijs Catholicis, aut consanguineis vsque ad decimum gradum applicantur, quod si filios non habeat ad Re-
9 giam Cameram pertinebunt l. 4. tit. 25. p. 7. si autem ad fidem reuertatur infamis est, & non potest testari,

neque ad honores aspirare,& est incapax hereditatis, & contractus ab eo celebrati ex eo die sunt inualidi l. 5.tit.25. par.7.quo etiam iure pœna ignis imposita est ei, qui alium ad apostatandum cogit,aut suadet, l. 1.tit.1. lib.4. fori.

10 De iure verò huius Regni apostata à fide penitus execratur, & bonis omnibus expoliatur, successione priuatur, & omni legitimo iure iuxta institutionem apostatantes sub rub.de apostatis, & ea quæ tradit ibi Afflict. in frag.num.16.

11 Vnde deducitur omnes leges, aut ciuiles, aut Regias hoc crimen vindicantes cessare, & standum esse omnino iuris Canonici dispositioni, tum quia sunt nullæ cum merè Ecclesiasticè disponant c. Ecclesia Sanctæ Mariæ de const. tum etiam quia expressè pro-
12 hibitum est sæcularibus potestatibus de hoc crimine cognoscere in cap.inquisitionis.§. prohibemus de hæret. in 6.

13 Secunda apostasiæ species est, quando Monachus suæ Religionis habitum deserit discedens à statu religionis in c.1. de apost.glos.in cap. ex parte de temporibus ordinationũ Hostiens.in summa tit.de apostatis n.2. Soccin. & alij in rubr. Siman. dict. c.7. Castro supra c.7. Siluester in summa verbo apostasia nu.3.& 9. de qua apostasiæ specie loquitur.tit.de apost. & tex.in cap.quantumlibet 44. distin.vnde deducitur, quod ad hoc,vt huiusmodi apostasiæ crimen committatur necesse est, quod Monachus habitum, & religionem de-
14 serens professus sit, nam Nouitij sine apostasiæ nota possunt egredi religionem, cum absque professione verè Monachi non sint,c. porrectum de regularib.nec
15 tenentur ad expensas sibi à Monasterio factas cap. non solum eo.tit.in 6.requiritur etiam quod habitum religionis dimittant, nam si eo retento incipiant vagari,& occultari superiori non vt apostatæ, sed vt fugitiui punientur,vt docèt Clar.quæst.78.n.4. & Siluester.vbi supra, ad apostasiã enim requiritur quod ani-
16 mus adsit viuendi laicaliter c.1. de apostatis, qui per habitus dimissionem probatur,vnde licet professus in vna religione non possit ad laxiorem transire absque Pontificis dispensatione ex glos. verbo permittatis in cap. non est nobis de regularibus, & verbo Canonicè in c.cum singula.§. prohibemus de præbend. in 6. Siluester,verbo Religio 4. num.2. Rebuff. in prax.tit. de translatione Monachorum num. 9. neque ad parem, nisi sui superioris habeat cõsensum cum causa gl. sup. relata, & in cap. significasti. de regularibus Siluestr. dict. num.2.Rebuff.num.7.sup.& licet ad arctiorem regulam transire non possit nisi cum licentia Prælati habita,vt in c.statuimus 19.q.7. vel petita, licet nõ habita vt in c.licet de regularibus,tamen & his omnibus prætermissis ad laxiorem etiam regulam transiret quia non habet animum viuendi laicaliter non dicitur apostata glos. per tex. ibi in dict.cap. ex parte glos.in cap. fin. de apostatis Abb. in cap. sanè de regularibus Menoch.casu 421.num.33.

17 Punitur autem hæc apostasia iure Canonico seuerissimè pœna excommunicationis ipso facto c. vt periculosa,ne Clerici,vel Monachi lib.6.& infamiæ cap. alieni 2.q.7. c.Beatus 3.quæst.4. nec potest ad dignitatem admitti c.legi. 16. q. 1. neque in sacris ordinibus, quos in apostasia suscepit potest ministrare, nec dispensare, nisi a solo Pontifice c. fin. de apostatis,neque gaudet priuilegio clericali cap. 1.eodem tit.

Quibus etiam pœnis afficiendus est clericus,qui dimisso habitu clericali, & tonsura laicaliter viuere instituit,est enim apostata dict.cap.1.de apostatis,si admonitus ab Episcopo in eodem statu persistat deponendus est c.sine ornatu c.præcepimus 21. quæst.4. & docet Bernardus Diaz, in praxi c. 104. iure etiam ciuili impunita non remanet hæc 2. apostasiæ species, nam clericus apostata cadit ex sacro ministerio, & inter idiotas laicos illius ciuitatis erit,& curię illius cum tota sua substantia subiacebit, vt in auth. quomodo oport.Episc.§.neque autem & §. semel. & Monachus si apostata sit eodem etiam iure ciuili bona illius erũt monasterij, & si fuerat seruus reuocatur in seruitutem prioris Domini, si verò liber ponitur in aliud monasterium cum rebus suis, auth. de monachis. §. si verò seruitij, & §. si verò delinquentes.

RESOLVT. XII.

1 *Apostata sæcularis non est ipso iure excommunicatus, sed erit excommunicandus: regularis verò ipso iure est excommunicatus.*

2 *Monachus, qui habitum dimisit celebrans irregularitatem committit.*

3 *Apostata siue regularis, siue sæcularis non incurrit in excommunicationem bullæ cœnæ, quia bulla loquitur de apostatis à fide Christiana.*

4 *Apostata in excommunicatione per annum persistens indurato animo,& ad religionem,siue ad clericalem habitum redire nolens, est suspectus de hæresi, & ab Inquisitore citari potest ad respondendum de fide.*

5 *Infamia criminis apostasiæ.*

6 *Apostata religionis reincidit in omnes obligationes,à quibus per ingressum religionis liberatus erat.*

Quænam pœna infligatur apostatis iuxta dispositionem c. vt periculosa ne Clerici, vel Monachi.

1 REspondeo, quod apostata irregularitatis, & Religionis si sæcularis sit non est excommunicatus ipso iure, sed excommunicandus est; si verò fuerit regularis ipso iure excommunicatus est, allegatur ad id communiter tex.in cap.vt periculosa ne cler.vel monach.lib.6. in illis verbis. *Si quis autem horum temerarius violator extiterit excommunicationis incurrat sententiam ipso facto.* Et ibi hoc notant glos. & communiter omnes Canonistæ Hostiens.in summa de Apost. §. qualiter puniantur num. 4. vers. sed nunquid talis excommunicatus. Henrich. Boich. in cap.1. num.5. extra de apostatis, vbi relatis contrarijs sic respondendo distinguit & secundam distinctionis partem, etiam in Episcopo religioso locum habere affirmat, & hanc eandem distinctionem in d.cap.1.sequuti sunt Abb. num. 3. vers. tamen si est clericus sæcularis Soccin. num.4. vers. in apostata verò religionis Anania in fine principij, vers.clerici & num.7.& in rubr. extra eod. num. 3. ad medium, quod & idem in cap. tuæ extra eo. Io.And.nu.1. versic. sed cum apostatæ,& ibi etiam Anchar. num. 2. Abb. num. 2. vers. sed hodie Mascard. de prob. lib. 1. conclus. 112. num.24. Cardin. Tusc.pract. conclus. litera M. concl.329. num.1.
9 & num. 4. vbi propterea quod si interim iste Monachus, qui habitum dimisit celebraret irregularitatem incurreret, ex Oldrad.quem allegat in cons.184.num. 12. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. centur. 6. casu 546. num.7.& num.30.& num.48. Vgolin. in tract.de censuris Pontifici reseruatis part.2. in glos. & à Christiana fide apostatas.§.1.num.4. vers.1.& 2.fol. mihi.
3 59. col.2. vbi benè aduertit apostatas irregularitatis, siue religiosi,siue clerici,sint non incurrere excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini, quæ tantum loquitur de apostatis fidei, & non de alijs.

Ad hanc materiam an scilicet & quando apostata Religionis incurrat excommunicationem de qua in d.c. vt periculosa ne cler.vel monach. in 6. & quæ requirãtur ad hoc, vt talis excommunicatio incurratur vide Dominic.Bannes in comment.ad D.Tho.2.2. q. 12. art.1. vers.dubitatur secundo & seqq. & ibi etiam Valentia in vers.vbi tamen duo sunt notanda.

4 Amplia primo quia si talis apostata in excommu-

nica-

nicatione per annum perstiterit, animo indurato negligens ad Religionem, & ad clericalem ordinem, & habitum redire euidenter de hæresi suspectus est, potestque propterea ab inquisitore citari ad respondendum de fide Locat. in iudicial.inquisit.in verbo. apostata.num.1. Decian.in tract.crim.lib.5. c.71. nu.2.in fine vbi loquens de apostata inobedientiæ dixit, quod si in excommunicatione per annum perseuerauerit, potest vt hereticus condemnari. Eymeric.in directorio inquisitor.par.2.q.49.nu.3.vbi pariter dixit,quod isti apostatæ per annum in excommunicatione insordescentes sunt suspecti de hæresi,& possunt ab inquisitoribus citari ad respondendum quid de fide sentiãt.

5 Amplia secundo, quia vltra excommunicationem prædictam pœnæ apostasiæ irregularitatis, seu religionis sunt plures & diuersæ infamię scilicet quod repellatur ab accusando, & ferendo testimonium,quod præcedente monitione deponatur, & si fuerit incorrigibilis curiæ sæculari tradatur.c.legi.16.q.1.cap.vlt. 50. dist. c.si quis à proprio 21. q.5. per quæ iura sic in c.1.de apostatis scriptum reliquerũt Panor.n.2. Host. num.4.Io.And.post num.4.Boich.num.3. versic.apostata autem irregularitatis, & nu.5. Ant. de Butr.n.7. vers.& habent hæ pœnæ locum Abb.num.3.vers.apostata verò circa irregularitatem Host. in summa de apostatis. §. qualiter puniantur. num. 3. vers. quod si fuerit apostasia irregularitatis, vbi, quod talis apostata repellitur à testimonio ad dignitatem eligi nõ potest,& si fuerit clericus, qui admonitus nõ se correxerit deponendus est, & n.4. vers. sed dic quòd refutandus est in accusatione & testimonio Decian. in tract.

6 crim.lib.5.cap.75.num.10.vbi quod apostata religionis reincidit in omnes obligationes, à quibus liberatus erat per religionis ingressum Menoch. de præsumpt.lib.5. præsumpt.6. nu.34. vers. si verò extiterit pertinax,vbi dixit,quòd apostata religionis, si in apostasia pertinax extiterit verè hereticus censendus est, & vt hæreticus puniendus.

RESOLVT. XIII.

1 *Clericus dimittens habitum, & laicaliter viuens dicitur apostata.*
2 *Apostasia est retrocessio à statu ordinis Sacri ad sæculum.*
3 *Apostata à clericatu dicitur, qui ordinatus in Sacris, dimisit habitum eo animo amplius ad pristinum statum non reuertendi.*
4 *Clericus dimissa tonsura,& corona dicitur etiã apostata.*
5 *Clericus nutriens comam, tonsuram tamen portans, & clericaliter viuens non dicitur apostata.*
6 *Clericus in Sacris constitutus si retinuerit tonsuram, & dimiserit habitum dicitur apostata.*
7 *Apostata propter dimissionem habitus clericalis etiam reassumendo illum non potest eligi ad dignitates, est infamis nu. 8. si post monitionem non reassumpserit perdit priuilegium clericale num.9. est excommunicatus, & si post monitionem non corrigitur deponendus est num.10.*
11 *Clericus apostata laicaliter viuens dicitur hæreticus.*
12 *Hæc prædicta procedunt in constituto in sacris,vel professo in religione.*
13 *An Clericus primæ tonsuræ possit cogi ad illam reassumendam.*
14 *Limita secundam limitationem, vt n.15. & 16.*

Clericus Clericalem habitum dimittens, & in sæculari habitu incedens an dicatur apostata.

1 REspondeo quod Clericus clericalem habitum dimittens, & in sæculari habitu incedens dicitur Apostata secundum Innoc.in c.1.num.1.vers.hoc autem fit multis modis extra de apostat. quem ibidem sequuti sunt Host.nu.1.ad finem vers. ideo si dimittat Boich.n.2. ad medium. eod.ver. hoc autem fit multis modis Ancha. n.1. vers.Innocentius hic dicit Butr. n. 1.& n.2. in 4.notab.Abb.n.1.ver.nota 1. & nu.2.facit text.in c.tuæ eod.tit. in illis verbis. *Qui videlicet abiecerunt habitum clericalem*. Quos Innoc. apostatas vocat & ibi hoc adnotarunt communiter omnes Canonistæ, & præsertim Host. in princ. in verbo apostasia Butr.n.1.in 1.notab.& n.6. Menoch.de arbitr.iud.q.l. 2.cent.6.casu 546.n.34.& n.47. Bannes in commẽtar. ad D.Thom.2.2.q.12.art.1.vers.apostasia ergo ab ordine vbi propterea dixit, apostasiã ab ordine esse re-
2 trocessionem à statu ordinis sacri ad statum sæcularẽ propria authoritate Pesãt.ibid.disp.3.vers.2.vbi dixit
3 apostatam ab ordine, seu à clericatu esse illum, qui existens in ordinibus sacris, seu maioribus omnino quoad habitum recedit ab eo statu, & transit ad statũ sæcularem animo non amplius reuertendi ad priorem statũ & ibi singula huius diffinitionis verba declarat.

Amplia primo & multo magis quando clericus clericali habitu dimisso vxorem duceret. Et dicitur apostata clericus non solum dimittendo habitũ clericalẽ,sed etiam dimittendo tõsuram,& coronã Innoc. in c.1.n.1.extra de apostat. Host.n.1.ad fin.vers.idem si dimittat tõsuram,& alij supra citati Diaz. in pract. crim.Canon. in verbo apostatæ cap.mihi 111.num.2. Masc.de prob.lib.1.concl.112.n.23.

5 Contrarium tamen quod comam nutriens, & tonsuram non portans, si alias clericaliter viuat non sit apostata voluit Decian.in tract. crim.lib.5. cap.75. n. 1.ex glosa, quam allegat in cap.1.de apostatis in glosa vltim. in principio, quem mihi allegauit solertissimus D.Ioannes Maria Nouarius.

6 E contra autem clericus in sacris constitutus dicitur apostata, etiam quod deferat tonsuram, & solum habitum dimiserit, licet non sit in clerico in minoribus constituto, & habente beneficium, qui non dicitur apostata, nisi insimul & tonsuram & habitum dimittat Angelic. in summa in verbo apostasia num. 1. in princip. vers. vtrum clericus, summa Sylvester in eod.verbo Apostas.num.5.

7 Amplia secundo vt clericus apostata propter dimissionem habitus clericalis, si illum reassumat est adhuc ineligibilis ad dignitates aliquas.

8 Amplia tertio vt clericus apostata propter dimissionem habitus clericalis infamis est.

9 Amplia quarto vt clericus apostata ob dimissionem habitus clericalis perdat priuilegium clericale, si post monitionem habitum non reassumpserit Innoc.in cap.1.nu.2. in fine extra de apostat.Host.nu.4. vers. & si monitus Anton. de Butr.num.3. vers.secundo nota,& nu.4. vbi propterea quod ad hoc vt dimissio habitus faciat amittere priuilegium clericale, debet esse longa, & continua & num. 8. & 9. vbi alia ad materiam Abb. num.4. 5. & 6. vbi latè tractat. an & quando clericus dimisso habitu, & tonsura sæculariter viuens perdat priuilegium clericale, de quo etiam ibidem per Soccin. num.5. per Ananiam. num. 9. per Zabarell. ante num. 1. colum. 1. in secunda, & tertia oppositione; & quod clericus incedens in habitu sæculari, si trina præcedente monitione non reassumpserit habitum perdat priuilegium clericale, allegatur text.in c. contingit il secundo de sentent. excom. Decian.in tract.crim.lib.5. c.73. nu.4. vbi quod clericus apostata laicè viuens non perdit ipso iure priuilegium clericorum, sed si fuerit captus Ecclesia eum non vendicat, quia ex quo ipse Ecclesiam contempsit, merito etiam ab Ecclesia contemni debet, & num. 5. quod isto casu si apostata clericus ter monitus redire noluerit tunc amittet omnia priuilegia clericalia, & ibi etiam ponit quid si clericus non solum laicaliter viuit, sed etiam exercet actus omnino cleri-

corum

corum vitæ contrarios, vt puta ducere vxorem, militiam, & arma exercere & num. 6. an sufficiat generalis monitio, vt omnes clerici assumant habitum, & tonsuram alias censeantur priuati omni priuilegio clericali, & num. 22. pone quinque requisita ad hoc vt apostata clericus clericalia priuilegia amittat Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. centur. 6. cas. 546. num. 48. vers. tertia est pœna.

10 Amplia quinto, vt clericus apostata propter dimissionem habitus non solum sit infamis à testimonio repellitur, est excommunicatus, & perdit priuilegium clericale, sed etiam si admonitus se non correxerit deponendus est cap. sine & cap. præcipimus. 21. quæst. 4. & cap. sin autem cum duobus seqq. 16. quæst. 3.

Amplia sexto vt clericus apostata propter dimissionem habitus sit etiam excommunicatus, & possit cogi ad reassumendum illum per censuras ecclesiasticas, & per carcerationem, vt dixi supra resolut. præcedent.

11 Limita primo propositam regulam, vt clericus apostata in laicali habitu incedens hæreticus non sit, & hæc limitatio nullam habet difficultatem ex allegatis per Locat. in iudicial. inquisitor. in verbo apostata. nu. 1. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 71. nu. 3. vbi quod iste apostata non est hæreticus, nisi crederet ei hoc licere sine peccato. Eymeric. in director. inquisitor. par. 2. quæst. 49. nu. 2. Zech. in summa part. 1. tit. de fide cap. 14. rubr. de apostasia. num. 3.

12 Limita secundo eandem regulam procedere in clerico, qui fuerit, aut in sacris ordinibus constitutus, aut etiam in aliqua religione professus, secus si fuerit clericus sæcularis, & in minoribus ordinibus constitutus, quia tunc nec apostata dicitur, nec habitum clericalem reassumere cogi potest, cum incedendo in habitu sæculari dicatur clericalem habitum dimittere, clericalique ordini renunciare cap. ex literis de vit. & honest. cler. cap. Ioannes de cler. coniugat. cap. quisquis. 84. dist. per quæ iura sic affirmarunt Innoc. in c. 1. num. 3. & iterum infra in verbo clerici, vbi etiam Hostiens. sub num. 5. & Boich. num. 2. post medium, extra de apostat. quod & latius in cap. tuæ extra eod. tradiderunt glos. in verbo tolerandi summa Siluestrin. in verbo Apostasia. num. 5. & num. 8. vbi dixit, quod licet per iura antiqua videatur, quod habens primam tonsuram eam deserere non possit, hodie tamen tam de consuetudine, quam de iure potest eam deserere, addo Zecc. in summa part. 1. tit. de fide cap. 24. rubr. de apostasia num. 2. vers. quo verò ad dimissionem habitus, vbi propterea dixit, quod clericus in minoribus constitutus dimittens vestes clericales, & deferens tonsuram non peccat mortaliter, nisi inde scandalum surgat, dimittens verò habitum, & tonsuram peccat venialiter.

Et an clericus possit cogi ad ferendum habitum clericalem, & tonsuram & sic quod illum non ferendo non possit ordini clericali renunciare, vide quod dixit Io. Andr. in cap. tuæ post num. 3. extra de apo-
13 stat. de qua re an scilicet, & quando clericus primæ tonsuræ, qui tonsuram dimisit cogi possit ad illam reassumendam, vide etiam Hostiens. in summa de apostat. §. qualiter puniatur num. 4. Goffred. in ead. summa de apostat. num. 5. & seq.

14 Sublimita primo hanc secundam limitationem, vt licet clericus in minoribus ordinibus constitutus incedens in habitu sæculari non possit cogi ad reassumendum habitum clericalem precisè per carcerationem, & Ecclesiasticam censuram, potest tamen cogi causatiuè; præcedente scil. monitione, & alias prout docet Soccin. Abb. & Anania, in cap. tuæ de apostatis, Summa Armilla in verbo apostasia num. 8. vers. si tamen moneantur. Addentes ad Angelic. in summa. in verbo apostasia nu. 1. litera H. in verbo nisi dimittant.

15 Sublimita secundo eandem secundam limitationem procedere in clericis in minoribus ordinibus constitutis non habentibus beneficia, secus si beneficium habeant, quia tunc non deferendo habitum clericalem, & apostatæ dicuntur, & cogi etiam possunt ad deferendum habitum clericalem, vt in eodem cap. tuę extra de apostat. tradiderunt Io. Andr. num. 3. post medium Abb. num. 3. & nu. 4. Socc. nu. 4. Anania sub num. 11. vbi de communi. Summa Armilla in verbo apostasia n. 8. Summa Rosella in verbo apostasia num. 2. Angelic. in summa in eod. verbo. apostasia num. 1. 2. & ibi in additionibus litera I. in verbo & dimittunt. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 78. num. 4. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 73. nu. 23. & 24. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 546. num. 50. & num. 52. centur. 9. Zech. in summa par. 1. tit. de fide capit. 24. rubr. de apostasia num. 2. vbi dixit, quod si clericus in minoribus constitutus dimittat habitum, & tonsuram, & habeat beneficium, non solum peccat mortaliter, sed etiam beneficio priuatur ex Bulla Sixti V. de habitu, & tonsura, &c. in ordine. 30. parte 2. fol. mihi 165.

16 Sublimita tertio in religioso professo, & sic in clerico Regulari, qui etsi in minoribus ordinibus constitutus sit, dicitur tamen apostata non deferendo habitum religionis, sic enim omnes Canonistæ communiter tradiderunt in d. cap. tuæ de apostatis in locis vbi supra allegatis.

RESOLVT. XIV.

1 *Apostata religionis dicitur is etiam, qui recedit à monasterio, sine licentia superioris rediens ad sæculum, etiam quod habitum religionis deferat.*
2 *Et procedit quando non habet animum redeundi.*
3 *Talis apostata ipso iure excommunicationem incurrit.*
4 *Fugitiuus etiam is dicitur, qui sine superioris licentia eliam retento habitu vagatur, vel se celat ne ab ipso superiore videatur.*

An recedens à Monasterio absque licentia superioris, & deferens habitum Religionis dicatur apostata.

1 COnsultus de hoc articulo à quodam Priore cuiusdam Religionis dicebam, quod apostata Irregularitatis, seu Religionis dicatur etiam is, qui recedit à Monasterio sine licentia superioris rediens ad sęculum, etiam quod Religionis habitum deferat iuxta sententiam Abb. in cap. 1. num. 2. extra de apost. vbi etiam Marian. Soccin. num. 2. Caietan. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. artic. 1. vbi Bann. in addit. in versicul. secũda conclusio testatur, hanc esse communem Canoni-
2 starum opinionem, quando scilicet si a Religione recedens, licet habitum retineat, animum non habet redeundi ad illam, & idem etiam sensit ibidem Gregor. de Valent. versicul. circa apostasiam Religionis summa Angelic. in verbo apostasia num. 4. & alij Summistæ in eodem verbo Calder. consil. 1. de apostat. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 36. Mascard. de probat. concl. 112. Azor. instit. Moral. ca. 17. q. 6. p. 1. vbi relatis contrarium tenentibus dixit
3 probabilius videri talem esse apostatã, & ipso iure excõmunicationem incurrisse, & hanc sententiã sectabatur etiam mecũ Alunnus meus D. Io: Maria Nouarius iuuenis quidem iudiciosissimus, qui dicebat contrariũ scripsisse Clar. in pract. crim. §. fi. quæst. 78. n. 4. de quo meminit Tuscus in concl. 424. in litera A, & insuper annuebat ipse iuuenis solertissimus Nauar. in consil. 6.
4 de apostatis lib. 5. dixisse fugitiuum esse, qui sine licentia superioris etiam retento habitu vagatur, vel se celat, ne à superiore reperiatur.

RESO-

RESOLVT. XV.

1 *Num dicatur apostata is, qui egressus è religione vagandi gratia habet animum reuertendi & n.2.*
3 *Incurrit in excommunicationem, qui animo vagandi mutauit habitum, vt non cognoscatur, cuius religionis sit.*
4 *Quod extenditur etiam ad clericos in sacris constitutos.*
5 *Recedens à religione animo reuertendi non dicitur apostata, sed fugitiuus.*
6 *Dimittens habitum non animo deserendi, sed vt aliquod aliud faciat, etiam illicitum, non incurrit in excommunicationem.*

An dicatur apostata is, qui discedit à Religione animo redeundi ad illam.

1 INterrogatus quandoq; respondi, quod Apostata nõ dicatur is, qui è Religione egreditur, & in longinquas partes proficiscitur diuq; vagatur, nisi postquam sic viuit, vt animum redeũdi se non habuisse ostendat, vt puta clericaliter, aut laicaliter, vel in obedienter viuendo, secus si hunc animum non haberet ex traditis per Syluestr. in summa in verbo apostasia nu. 9. Bann. in coment. ad D. Thom. 2. 2. quæst. 12. artic. 1. versic. 3. conclusio, & seq. vbi dixit dimittentem habitum suæ Religionis temerè, animo tamen redeundi ad illam,
2 licet sit excommunicatus & mortaliter peccet, non tamen esse apostatam à sua Religione, & in secunda dubitatione versicul. secũda conclusio quo ad excommunicationem, dixit, quod Religiosus dimittens habitum suæ Religionis, & assumens alium quemcunque habitum, vt occultata eius persona liberè possit vagari per vicos & plateas absque eo quod cognoscatur, cuius Religionis sit, excommunicationem incurrit, etiam quod id tantum faciat per horam, testaturque hanc esse certam omnium conclusionem, & in vltima disputatione versicul. vltima conclusio, quæ modo, dixit de Religiosis dimittentibus habitum Religionis
4 per breue tempus, extendit etiam ad clericos in sacris ordinibus constitutos, qui vagandi animo, & occultandi personam clericalem dimittunt habitum, beneque concludit eos mortaliter peccare etiam quod per breue tempus dimittant, & Valent. ad D. Thom. 2. 2. quæstion. decima secunda, versicul. circa apostasiam Religionis, dixit, quod Religiosus recedens à
5 sua Religione absque licentia habens animum redeundi, non apostata, sed fugitiuus reputatur, & ibi etiam Pesant. disputation. 1. versicul. dixi animo, vbi pariter concludit, non dici apostatam eum, qui à Religione recedit ad tempus, & vult redire, cum tantum velit vacare per aliquot dies causa forsan mutandi Prælatum Azor. institution. Moral. libro 12. capitul. 13. quæstion. 16. versicul. 1. part. 1. vbi quod
6 dimittens habitum non animo deserendi Religionem, sed vt aliquod aliud faciat, etiam illicitum, vt puta ad canendum, saltandum, iaciendum lapidem, vel etiam ad furandum, & generaliter quocunque modo habitum dimittat dummodo ad breue tempus sine animo deserendi Religionem excommunicationem non incurrit, & hanc sententiam sibi magis placere affirmat.

RESOLVT. XVI.

1 *Monachus apostata redire volens ad religionem est omnino recipiendus in Monasterio.*
2 *Ampliatur etiam si pluries è Monasterio exierit.*
3 *Prælati coguntur ad recipiendum apostatam, nisi regula religionis contradicat.*
4 *Si est scandalosus, & periculosus alijs apostata, talem non tenetur Prælatus reducere.*

Apostata Monachus redire volens ad Religionem an sit recipiendus.

ERat valde retinens quidam Abbas cuiusdam Religionis nolendo recipere quendam Monachum apostatam in eius Monasterium, quare cõsultus si potuisset hoc facere, dixi quod Monachus apostata, qui dimisso habitu ex religione egressus est, si penitẽs redi-
1 re voluerit recipiẽdus omnino est in Monasterio, imò, & Abbas cogi potest ad illum recipiendum: allegabam Host. in sum. de apostatis. §. qualiter puniantur num. 4. versicul. licet autem Monachus, vbi ampliat etiã quod
2 Monachus, seu monialis pluries ex Monasterio exierint Goffred. in eadem summa de apostat. nu. 11. Armilla in summa in verbo Apostasia nu. 6. versic. quod si redierit recipietur in Monasterium, secundum quod in regula continetur, & sic videtur declarare, nisi obstet regula prout expresè declarat infra num. 14. Syluestr. in summa in eodem verbo apostasia num. 10.
3 vbi quod Prælati coguntur ad recipiendum apostatam, nisi Regula Religionis contradicat, vt in Regula Beati Benedicti, quæ habet, quod ter egressus in Monasterium recipi non debeat, & quod Prælatus non recipiens, seu apostatam reuocare negligens nihil de bonis apostatæ in apostasia acquisitis petere potest, nisi
4 forsan talis apostata esset scandalosus, & periculosus alijs, atque non posset capi, corrigi, & detineri; quia tunc fortè Prælatus non tenetur talem reducere, vt ibi per eum, quem benè declarantem videre poteris si habes.

RESOLVT. XVII.

1 *Apostata etiam dicitur is, qui ad quælibet studia accesserit absque Prælati licentia, & incurrit pœnam excommunicationis.*
2 *Et eandem pœnam incurrunt Magistri, qui scienter eos docuerint.*

An dicatur apostata is, qui absque Prælati licentia extra Monasterium vagatur causa studiorum.

CVm quidam Monachus studiorum causa vagatus esset non nullis mẽsibus extra Monasterium, dum intendebat accedere Bononiam studiorum causa absque licentia Superioris, fui ipse consultus, si iste talis diceretur apostata, cui quæsito respondẽdo dicebam quod apostata dicatur, & excommunicationis pœnam ipso iure incurrat Religiosus professus tacitè, vel expresè, qui ad quæuis studia literarum sine sui Prælati
1 2 licẽtia extra Monasterium vagãdo accedit, & in eamdem pœnam incurrunt Doctores, & Magistri, qui Religiosos habitu suo dimisso leges, vel physicam audiẽtes scienter docere, aut in scolis suis præsumpserint retinere, textus est ferè ad literam in cap. vt periculosa, & ibi glos. & communiter DD. omnes ne Clerici, vel Monaci in 6. cap. non magnopere, & cap. super specula extra eodem titulo. Decian. in tract. criminal. lib. 5. cap. 73. num. 3. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 6. casu 546. num. 35. Azor. Instit. Moral. par. 1. libro 12. cap. 13. quæst. 16. versic. de altera excõmunicatione, vbi aliquas adhoc subijcit declarationes.

RESOLVT. XVIII.

1 *Licet Monachus efficiatur Episcopus non tamen desinit esse Monachus.*
2 *Vestes non mutat Ratio Sanctimonialis.*
3 *Episcopus non est solutus à tribus substantialibus votis.*
4 *An ex supradictis dicatur apostata Monachus Episcopus non deferens habitum suę Religionis.*

5 Peccat

5 *Peccat mortaliter Episcopus nō deferens habitum suę Religionis, tamen non incidit in excommunicationem.*

An Episcopus Monachus non portans habitum suæ Religionis dicatur apostata.

PVlchrum proposuit dubium D.Io:Maria Nouarius si Episcopus Monachus non portans habitum suæ Religionis dicatur apostata,cuius quæsito respondendo dicebam, quod licet Monachus efficiatur Episcopus non tamen desinit esse Monachus, ita Hostiens. in cap.cleric. il secondo de vita,& honestat.cleric. & in summa de statu Monachorum.§.vtrum populum Alexand. consil. 32. num.8. lib.5. vestes non mutat Ratio Sanctimonialis.Luc.de Penn. in l.1.nu.12. C.de Castr. palat.pecul.lib.12. glos.in cap.innouatione 16. quæst. final. Boer. decision.158. num.4. & quinto textus in cap.penultim. vbi DD.de vita,& honestat.cleric. Couar. in cap. 1. num. 18. de testamentis. Surdus de alimentis titul. 8. priuileg. 79. num. 10. D. Thom. 2. 2. quæst. 106. articul. 1. nec est solutus a tribus substantialibus, Castitate, Religione, & Paupertate glos. in cap.de Monachis decimasexta. quæst.1.& cap.primo, decimaoctaua, quæst.1. Præposit.in cap.nulli dubium duodecima, quæst.5. Soccin. Sen.in ca. cum olim il secundo, nu.17.de priuileg. imo non liberatur,ab omnibus alijs religionis disciplinis, quæ suum officium Episcopale non impediunt. Turrecremat.in cap.Carnem de consecrat. distinct.5. D.Thom.vbi supra. Couar. in dict. cap.1. de testament. licet ab accidentalibus liberetur,vt per DD. in dict.cap.1.de testament.& in cap. Carnem de consecrat. distinct.5. & Clementin.ad nostram de censibus. Soccin.sen.& Panormit.in cap.cum olim de priuil. qualia sunt esus Carnium, Ieiunia,& Silentium.Turrecrem.in d.cap.Carnem.Zabarel.in dict. Clement.ad nostrā; Ex quibus omnibus veniret dicendū, quod sicuti Monachus non asportans habitum suæ Religionis dicitur apostata, ita & Episcopus Monachus deberet dici apostata cum non portat habitū suæ Religionis, suppositā illa firmata conclusione, quia licet sit Episcopus non definit esse Monachus.

Cæterum dixi in proprijs terminis esse videndos Ledesmam in summa par.2. tract.32. cap.3. prope finem. Ioann.de la Crux de stat.Relig.lib.1.cap.2. dub. 4. vbi resoluit Episcopum Monachum teneri portare habitum suæ Religionis,& peccare mortaliter si deferat habitum suæ Religionis, non tamen manere excommunicatum tanquam apostatam, vt refert etiam nouissimè Barbos.in Remiss.ad Sacr. Concil.Trident. sess. 25. de regular. capit. 19. in fine, & consequenter dixi non incurrere in pœnas. cap.vt periculosa ne Clerici, vel Monachi. Hortor Episcopos tamen ne habitum suę Religionis,quem assumpserunt in Dei Altissimi ministerium, deinde dum ad dignitatis culmen aduenere, illum relinquant.

RESOLVT. XIX.

1 *An Monachus dicatur apostata ingrediendo aliam religionem absque licentia, & n. 5.*
2 *Nemo potest ad aliam religionem transire absque licentia Superioris, & dicitur apostata. num. 3. & quod sit excommunicatus num. 4.*
6 *Opinio contraria dicentium non esse apostatam,sed fugitiuum, & ideo pœnis fugitiui puniri debet.*
7 *Et ampliant etiam in ingrediente religionem laxiorem.*

An Religiosus ingrediens Religionē laxiorem, aut arctiorem absq; licentia Superiorū dicatur apostata.

MOnachus quidam ingressus est aliam Religionē nescio ob quas causas, absq; vlla Superiorum licentia, dubitatum ideo fuit si diceretur apostata, & consultus quid iuris, dicebam pro opinione affirmatiua, quod talis incurrerat pœnas apostasiæ, cum Religiosus non possit ad arctiorem religionem transire, nisi petita venia, & licentia a suo Superiore, licet non obtenta, secus si nullam petierit licentiam, quia nulla petita venia teneatur redire ad primam Religionem, potestque ad eam reuocari, & compelli ad redeundum siue ex ea egressus fuerit ex leuitate animi,siue alias.Rom.consil.341.num.3. Abb.consil.95.n.2. l.1. vbi dicit ita omnes DD. tenere. Tusch.pract.concl.lit.M.concl.329.n.11.& lit.R.concl.144. n.1.& seq. Sacrum Concil.Trident.sess.25.c.19.de regular.vbi ad literam dicitur, nemo etiam Regularis cuiuscunque facultatis vigore transferatur ad aliam Religionem, de quo videndus etiam illud referens Bann.in coment. ad D.Tho.2.2.quæst.12. art.1.vers.sed aduertendum est, & in specie quod talis dicatur apostata tenet Menoch. de Arbitr.iudic.casu 546.nu.37. vbi allegat Syluestr. in summa in verbo apostasia nu.9 ex sententia glos. in cap.fin. de apost. Innocent.& reliqui allegati per Decian.in tract.crimin.lib.5.c.73. n.21.& 25. in final. & quod transiens in aliam Religionem etiam ex leuitate animi, & etiam non petita licentia sit excommunicatus, voluit Tusc. in concl.429. n.9.ex Abb. in consil. 95. in fin. vol.1.

Quod autem talis non dicatur apostata intrando aliam Religionem tradunt Rosell. in summa in verbo apostasia n.6.Angel.in eodem verbo, & ibid. Syluestr. Azor.instit.Moral.par.1.li.12.c.13.quæst.10. vbi hanc firmat regulam,& c.17.quæst.5.refert aliquorum sententiam volentium Religiosum ad aliam Religionem transeuntem non esse apostatam, sed fugitiuum, & propterea non affici pœnis apostatarum,sed vt fugitiuum, vel vt temerarium, seu habitus desertorem puniendum esse,& d.c.17.quæst.7. dixit communem esse sententiam hunc talem ex sua Religione egredientem & in aliam laxiorem seu strictiorem ingredientem peccare quidem, sed apostatæ pœnas non incurrere, & quæst.11.relatis contrarium tenentibus dixit probabilius videri alterius Religionis habitum assumentem excommunicationem non incurrere. Franc.in cap.vt periculosa num. 7. ne Clerici, vel Monachi,vbi tamen dixit,quod Monachus qui dimisso habitu propriæ Religionis transit ad aliam etiam laxiorem,licet tunc dicatur apostata, non tamen erit excommunicatus. Sūma Armilla in verbo apostasia num.11. vbi quod non erit propriè apostata. Bannes ad D.Thom.2.2. quæst. 12. art.1.vers. quarta conclusio,vbi pariter dixit,hunc talem non posse dici apostatam a sua Religione, licet mortaliter peccet.

RESOLVT. XX.

1 *Quando Moniales claustra exeunt habitu omnino dimisso, dicuntur apostatę, & qua pœna puniantur.*
2 *Moniali transeunti ad aliam Religionem non sunt restituenda bona ipsi primo Monasterio oblata.*
3 *Quę de Monachis dicuntur etiam in monialibus locum habent.*
4 *Illis modis quibus permissū est Monachis, permittitur etiā monialibus transire ad aliam Religionem.*
5 *Moniales sicut Monachi habent fori electionem.*

Moniales apostatare quando dicantur, & qualiter puniendæ.

SCiendum est etiam ad huius nostræ praxis Coronidem,& perfectam cognitionem,quando Moniales apostatare dicantur, & quomodo puniendæ, quare
1 Moniales si emissa professione claustra exeunt habitu omnino dimisso dico ipsas vtique reputari apostatas, & apo-

& apostatare dicuntur, & ob id puniuntur ea pœna, vt in eodem Monasterio districtè custodiantur capitul. peruenit, & capitul. si custos 27. quæstion. 1. tradit Decian. in tractatu criminal. lib. 5. capitul. 73. num. 17. de quo meminit eum sequendo Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 546. numero 46. vbi
2 post Decian. subdit etiam, quod Moniali transeunti ad aliam religionem non sunt restituenda bona ipsi primo monasterio oblata, vt quandoque consultus ipse respondi, nonnullis quippe vicibus: ex quo appareret, quando Moniales apostatare dicantur, & qualiter puniendæ, & hæc breuiter annotasse sufficiat, nam quæ de monachis hactenus à nobis scripta sunt in Monialibus locum habent, quæ enim in Monachis
3 disposita sunt, censentur etiam de Monialibus constituta, quo scilicet ad eas proportionabilia: ita scribunt Cardin. in clement. 1. quæst. 7. de regul. Abb. in cap. vltim. in vltimo notab. de statu Monac. quos sequutus est Natta consil. 432. num. 15. lib. 2. vnde euenit, quod
4 illis modis, & casibus, quibus permissum est Monacho ad aliã Religionem transire permissum est etiam in Monialibus: ita in specie decidit Franc. Marc. in decision. 695. parte 1. ex sententia. Abb. in cap. final. de regul. & probat cap. virgines 20. quæst. 4. vbi Turrecremat. vt refert Menoch. de Arbitr. iudic. libro 2. centur. 5. casu 421. numero 40. faciunt latè tradita, nouissimè per D. Nouarium in sua vtili praxi electionis, & variationis fori sect. 1. quæst. 34. vbi quod si-
5 cuti Monachi habent fori electionem, vt ipse etiam tradit in quæst. 33. sic pariter Moniales; Moniales enim dicuntur personæ Ecclesiasticæ cap. de monialibus vbi Abb. & alij de sententia excommunicat.

RESOLVT. XXI.

1 *Ab apostasiæ crimine excusatur monachus, qui ob parentum affectionem diu sine superioris licentia claustra deseruit.*

2 *Obligatio alendi parentes est fortissima, & firmata Dei præcepto, dicitur etiam obligatio iuris naturalis vt patet. num. 3.*

4 *Hanc etiam obligationem non solum hominum, verum etiam ferarum visceribus natura inseruit.*

5 *Magnum, & prætiosum thesaurum est habere parentes senio confectos.*

6 *Primum præceptum secundæ tabulæ est, honora patrem, & matrem.*

7 *Filius non potest intrare religionem si pater existat in magna egestate, sed si ingrediatur valet ingressio, et professio vide num. 8.*

9 *Religiosus potest exire à religione cum licentia tamen Papæ, vel Prouincialis aut generalis.*

An Monachus exiens à Religione cum dimissione habitus causa alendi parentes dicatur apostata.

SVpponatur in facto quendam Monachum exijsse à religione, & dimisisse habitum suæ Religionis causa iuuandi patrem, qui existebat in magna necessitate, quare dubitari euenit si talis dicatur apostata.

In quo articulo duæ rationes possunt cõsiderari pro defensione Monachi ne dicatur apostata, quarum prima est, quia filius hoc non fecisse videtur vt Religionem contemneret, sed causa amoris filialis erga suum patrem, cum quo dicitur vna persona. l. fin. C. de impuber. & alijs substitut. cum latè traditis nouissimè per Nouarium in sua eloquenti praxi electionis, & variationis fori section. 1. quæst. 47. vbi ex hoc, & alijs concludit filium personæ priuilegiatæ habentis fori electionem gaudere eodem beneficio electionis fori,
1 & ex his euenit quod emansionis crimine excusatur, qui ob parentum affectionem diu sine superioris licentia Castra deseruit, vt in l. qui cũ vno. ff. de re milit.

2 Secunda ratio, quia est obligatio alendi parentes fortissima, & Dei præcepto firmata cap. 15. Matthæi. Leuitici 20. Exodi 21. cap. cæterum 10. distinction. 86. dicens. *Cæterum Dei traditio est vt prius pascas parentes, nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur quanto magis fames, quæ morte grauior est.* Couar. in quarto decretalium parte 5. capit. 8. n. 5. in princip. & §. 6. num. 4. item l. 1. in fin. C. de oper. liber. l. si quis à liberis in princip. ff. de liberis agnosc. glos. in cap. ius naturale 1. distinct. meminitque Cicero Epistol. 11. ad Atticum lib. 9. dum inquit, & me tamen doluit non interesse huic bello, in quo tanta vis
3 sceleris futura est, vt cum parentes non alere nefariũ sit, & ita ista obligatio est iuris naturalis, vt tradit Alphon. a Castro de iusta hæreticorum punitione cap. vltim. lib. 2. & probat. lex vltim. §. filijs autem C. de bonis quæ liberis, ad quod doctè Aristotiles lib. 1. Econom. cap. 3. dicens. Maximèque in homine id conspicitur, quod non essendi causa solum, verum etiam benè essendi mas, & fœmina ope mutua coniũguntur, filiosque procreant non solum, vt id naturæ tributum ferant, verum etiam, vt commoda exinde suscipiant, valentes enim ipsi imbecilles suo labore tuentur, & alunt, & mox imbecilles ob senium facti à valentibus eadem reportant, vnde, & Xenophon. in Econom. ait mihi profecto videtur Deos ipsos multa quidem sapientissime tum præsertim iugum hoc (de matrimonio intelligens) instituisse primum quidem ne animantium genera deficerent, deinde, vt haberemus à quibus nostra senectus aleretur. Menoch. lib. 3. præsum. 29. num. 16. Io. Garsia de expens. & meliorat. cap. 4. nu. 52. Castill. in l. 10. Tauri glos. el. padre vers. 1. Fauerdentius super Ruth. cap. 1. sectiuncula 7. vers. hic verò liquet fol. mihi 79. & cap. 4. sect. 15. vers. 3. facit l. Imperator. 50. ff. de ad Senatus consult. Trebellianum ibi *sed paternæ reuerentiæ congruum est egenti forte patri officio iudicis ex accessionibus hæreditarijs emolumentum præstari. l. 1. §.* parens, & l. siquis à liberis. ff. de liber. agnosc. c. inter 22. q. 3. l. 1. & 2. C. de alend. liber.

4 Hanc obligationem, & debitum ei correspondendi animum natura sagax visceribus inseruit, atque insculpsit ferarum, cum easdem inter se se partu, & educatione conciliet, nam, & Summi Philosophi Aristot. lib. 9. de natura auium c. 13. & Plinius li. 10. Histor. naturalis c. 23. & Summi Theologi Basilius lib. 5. Hexameron. c. 16. & Ambrosius homil. 8. Hexameron. referunt Ciconias parentes suos iam per senecta deplumes, & ad volatum ineptos in nido ad id parato reponere, & circunstantes alis, plumisque fouere, insuper cibum magna alacritate quærere, & suppeditare, & si aduerterint in alium locum volare velle, leniter ex vtraque parte alis suis auxilium ferre, adeo nullo articulatæ vocis ministerio, nullo literarum vsu indigens rerum natura proprijs, ac tacitis vocibus charitatem parentum liberorum pectoribus infudit Pierius Valerianus li. 17. hieroglific. in princip. super verb. pietas. Solinus Poly. histor. capitul. 55. ad finem Budæus in prioribus annotationibus ad pandectas in l. prima. ff. de iustitia. & iure, & Graphice Alciat. emblemmate 30. docuit dicens.

Aereo insignis pietate Ciconia nido,
Inuestes pullos pignora grata fouet.
Taliaque expectat sibi munera mutua reddi
Auxilio hoc quoties mater egebit anus
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos.

Pudendum igitur est homines hac in re inferiores, aut etiam deteriores auibus esse, nam portentum atque monstrum humana figura tectum is iure censetur, qui eos indignè tractat, per quos hanc aspicit lucem,

cem, parentibus enim nos primum natura conciliat tanquam surculos arbori, nam ab his post Deum accipimus corpus, vitam, educationem, patrimonium, libertatem, ciuitatem, & religionem, id testatur Cicero in oratione pro Roscio Amerino dicens vis humanitatis multum valet, communio sanguinis portentum, atque monstrum certissimum est esse æqualem humana specie, & figura qui tantum immanitate bestias vicerit, vt propter quos hanc suauissimam lucem aspexerit eos indignissimè luce priuauerit, cum etiam feras inter se se partus, atque educatio, & natura ipsa conciliet, idem in oratione post reditum ad Senatum, Parentes Chariſſimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, Ciuitas tradita est, & de Aruspicum responsis Parentibus nos primum natura conciliat, quos non valere nefarium est: Demosthenes in oratione prima contra Aristogionem, equidem eum perfidum, & Dijs inuisum non modo hominibus esse existimo, qui parentes negligit. Ioan. Garsia de expensis, & meliorat. capit. 3. num. 26. hoc enim parentum, & filiorum naturæ ratio, & coniunctio operatur, quæ tanta Platoni reputatur dialogo secundo de legibus esse vt neget nullum nos Deorum numen habere præsentius, & rebus nostris magis propitium si ritè honorentur, & colantur, quam eos ipsos, à quibus initia vitę, lucemque accepimus, vt doctè comprobat Canon. libro 2. commentar. iuris ciuilis cap. 13. circa finem, & præ alijs doctissime Cassiod. libro 2. variarum Epistol. 14. vbi est illa naturæ vis, quæ amplexu copulæ destinatur ad posteros. Ferarum Catuli sequuntur parentes, propago vitis propriæ seruit origini, & discrepat homo à suo initio? dicamus illa beneficia, quæ vel extraneam possunt obligare personam. Nutriuntur à paruulis, ipsis laboratur, ipsis diuitiæ conquiruntur, & cum sibi vnusquisque credat abundare, quod possidet, cum à patribus ad huc quæritur pro altera potius ætate peccatur. Proh dolor! non merebimus eorum affectum pro quibus subire non recusamus exitium. Maria ipsa fœuis tempestatibus excitata genitoris cura non refugit, vt peregrinis mercibus acquirat, quod propriæ soboli derelinquat, aues ipsæ, quarum vita semper in escis est naturam suam extraneam sorde non maculant Ciconia redeuntis anni iugiter nunciatrix, ejciens tristitiam hyemis, lætitiam verni temporis introducens magnum pietatis tradidit exemplum, nam cum parentes eorũ pennas senio coquente laxauerint, nec ad proprios cibos quærẽdos idonei potuerint inueniri plumis suis genitorum membra frigida refouentes escis corpora laxa reficiunt, & donec in pristinum vigorem ales grandeua redierit pia vicissitudine iuuenes reddunt quod à parentibus paruuli susceperunt, & ideo non immerito longa vita seruantur, qui pietatis officia non relinquunt, & ita Aristotel. libro 1. ethicorum, eos qui dubitant vtrum oporteat Deos venerari, & parentes obseruare sensu carere, & pœna egere iudicat, nam parentes senio confectos habere magnum, 5 pretiosumque thesaurum, ac summi Dei simulacrum existat dialogo 4. & 11. de legibus: hinc Dominus noster Matthæi cap. 15. Phariſæos, vt grauissimi sceleris reos damnauit, quod liberis authores essent parentibus victus necessaria subtrahendi simulata ad Deum pietate: optimè Sarmiento de redditibus Ecclesiast. par. 3. cap. 4. num. 1.

6 Primum namque secundæ Tabulæ præceptum est, Honora patrem, & matrem, vt sis longeuus, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi Exod. 10. Leuit. 19. Deutheron. 5. Menoch. de præsumpt. 29. num. 15. libro 3. Diuus Paulus ad Ephes. capitul. 6. & Thob. 4. vbi iubet filio tuo honorem habebis, matri tuæ omnibus diebus eius, & Prouerb. cap. 23. Siracides etiam Eccles. 2. capitul. & 9. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ non obliuiscaris, retribue illis quomodo & illi tibi, memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & postea in opere sermone, & patientia omni honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & Ecclesiastici ca. 3. apertè dicitur eum, qui matrem suam honorat esse similem ei, qui sibi thesaurum recondit, in quibus præceptis honorandi voce non solum intelligitur vulgaris, ac ciuilis honor, quo decedimus de via, caput aperimus, flectimus genua, domestice & cum reuerentia loquimur, de beneficiorum etiam honore cum parentes nostra ope egentes vestimus, domo, mensa, lecto, colligimus infirmos, omni auxilio iuuamus, afflictos pro viribus consolamur, salutem Deo commendamus, & quæcunque dici possunt pietatis exhibemus officia Feuardentius super Ruth capitul. 2. sect. 18.

Vnde Plinius lib. 7. capitul. 36. & Solin. Polyhist. capitul. 7. de homine laudem, & gloria m cuiusdam filiæ celebrant, quæ matrem damnatam vt in carceribus fame vitam finiret illam exerto vbere lactis sui subsidio diu sustentauit, & aluit, alteram eximia laude ornat Valerius Maximus lib. 5. capit. 4. quod patris simili affectu fortuna eodem modo vitæ ac saluti consuluit, duosque fratres Hispanos exaltat, qui pro parentum alimentis spiritum, & vitam erogarunt.

Præcipuè quia pater prædictus istius, de quo consulitur est senex maximè egens quod in vita humana miserrimum existimauit Diogenes Authore Laertio lib. 6. Feuardentius dicto capitul. 4. sect. 15.

7 Quicquid sit ex supradictis contrarium dixi esse verum, nam licet filius quando pater est in maxima egestate nequeat intrare Religionem; nec professionem facere absque peccato, si tamen ingrediatur, & professionem fecerit valida est, quamuis profitendo peccet, & quamuis possit, & teneatur exire ad subueniendum ei si potest, & ita professio talis nequit declarari nulla, vt resoluit Nauar. consil. 3. de regularibus num. 1. qui pro eo adducit, quod professio religionis etiam ab excommunicato facta valet, licet peccet profitendo cap. cum iliorum de sententia excommunicationis idem Nauar. in cap. consideret. §. cautus num. 25. de penitentia distinct. 4. qui alijs similibus confirmat Emanuel Rodriquez in summa tom. 2. cap. 8. num. 9. in fine, & quia licet magnæ quantitatis debitor, & ad ratiocinia reddenda obligatus religionem intrare non debeat cap. 1. vbi glos. & Anton. de Butr. de obligatis ad ratiocinia Innoc. in rubric. eiusdem tituli l. officiales. C. de Epiſcopis, & cler. cap. 1. distinct. 51. & per Nauar. comment. 1. de regularibus num. 8. vers. 3. & consil. 4. num. 7. de regularibus Aragon. in 2. 2. quæst. 88. art. duodecimo ad primum Rodriquez dicto tom. 2. cap. 3. num. 7. & 8. & cap. magnus cap. præterea 54. distinct. l. 23. tit. 6. part. 1. cum adductis per Bernardum Diaz, & additionatorem eius in practica criminali canonica cap. 20. per totum, & num. 5. & in dictis proprijs motibus, & tamen 8 si ingrediatur, & profiteatur religionem valet ingressus, & professio, vt ex notatis in rubrica, & in dict. cap. vnico de obligat. ad ratiocinia tradit Nauar. dict. consil. 3. qui subiungit rationem quare peccat profitendo, quia scilicet erat debitor subuentionis paternæ, & ita licet possit ad huiusmodi debito satisfaciendum exire iuste, vt tali necessitati subueniat, illa cessante debet ad Monasterium reuerti iuxta communem opinionem.

9 Et ita licèt religiosus ob necessitatem patris, vel matris licitè possit exire à monasterio id tamen intelligitur, quod faciat non sua propria authoritate sed licentia Papæ, Generalis, aut Prouincialis sui vt post Sanctum Thomam 2. 2. quæst. 101. artic. 3. tradunt Nauar. in Manuali cap. 14. num. 14. & comment. 3. de regularibus num. 48. pro declaratione cap. nullam 18. quæst.

quæst.2.idem consil.71.num.2.& consil.72.num.1.de regularibus, & consil.4. num.2.de statu Monachorum, nam aliàs inquietari potest à fratribus sui ordinis, & erit in malo statu, & sic manendo,& celebrando irregularitatem incurreret,vt optimè retulit Nauar. consil.22.de regularibus num.2.& 3.

PRAXIS AVTHORITATIS, SEV POTESTATIS Archiepiscopi.

RESOLVT. XXII.

1 *Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum suæ prouinciæ.*
2 *Episcopi immediatè sunt subiecti Metropolitano.*
3 *Lege Metropolitana Episcopi sunt subiecti Archiepiscopo, & sunt sui.*
4 *Episcopus suffraganeus est de clero Metropolitani.*
5 *Suffraganei dicuntur à suffragando.*
6 *Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa ciuili, & per eius subditum conueniri absque veniæ petitione.*
6 *Archiepiscopus est iudex ordinarius Vicariorum generalium suffraganeorum in eo, in quo delinquunt.*
8 *A sententijs officialium suffraganeorum ad Archiepiscopum appellatur.*
9 *Consistorium Episcopi, & officialis vnum & idem est.*
10 *Iudex non potest cogere testem ad testificandum in causa coram ipso vertente nisi sit suæ iurisdictioni subiectus.*
11 *Citatus, & excommunicatus à non suo iudice excommunicatio est ipso iure nulla, & non tenetur comparere.*

Quam potestatem habeat Archiepiscopus in eius suffraganeos.

1 ARchiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum suæ prouinciæ c. quia cognouimus 10.q.3. c. pastoralis in principio vbi Abbas num.2. de off.ord.c.sollicitudinem de appellat.glos.in c. metropolitanum 2.q.7.& in c. sicut vnire in verbo attentare de except.prælat. & in authen. clericus verbo Episcopalis C.de sacrosc. Ecc. Abb.in c. excommunicato sub num.13.de rescriptis in c.suffraganeis num.1.de elect. in c.non potest sub num.8.de re iudic.in c.nullus num. 2.de iur. patronatus in c. dilectus num.7. de appellat. in c. postulatio num.7. de cler. excom. minist.& in c. antiqua de priuilegijs. Gemin.in c.venerabilibus in princip. numero 4. de sentent. excommun. in 6. per illum tex. & in c. cleros 21. dist. vbi etiam dicit quod
2 Episcopi immediatè sunt subiecti metropolitano. Zamb.in clem.abusionibus sub num.8.de pœnit.& remiss.Gemin.& Franc.in c.vt litigantes de off.ord.in 6. Roma. consil.121. num.3. Fel.in cap.cum inferior de maior. & obed. Bott. de Syno.par.4.art.2. num.28.&
3 29. est enim Episcopus suus, & eidem Metropolitana lege subiectus d.c.pastoralis in principio, facit tex. in c. dilectus filius il secondo de sim. ibi *Episcopis tuis*
4 &c. primo 34.dist.& est de clero Metropolitani c.miratus & ibi glos.93.dist.Bott.de Synd.par.3. art.2.sub num.27. qui est eorum superior clem.1. & ibi glos. in ver.superiores de excess. prælat.glos. in c.quia periculosum de sent. excom.in 6.& in cap.cum Apostolus in
5 verbo rationabilis de cens. & dicuntur suffraganei à suffragando, quia suffragantur sibi in officio Episcopali Abb. in d.cap.suffraganeis, & in c.quod sedem de elect.ex quibus infertur quod si Episcopus manus iniecit in clericum, & est senex, vel debilis vel impeditus poterit absolui per Metropolitanum, qui est eius ordinarius, vel sede Metropolitana vacante per capitulum ipsius Speculat. in tit. de diuersis sent. for. ver. quid si ipse Episcopus. Bertach. in tract. de Episc. in
6 præludijs num.13. & qualiter Archiepiscopus potest indifferenter cognoscere de causa ciuili,& potest conueniri etiam per eius subditum absque petitione veniæ Abbas in c. legebatur sub n.3. de maior. & obed. Alber.Oliua,super tit.11.Cur Archiep. Neap.& quicquid in criminib. vide Abb. in d. c. pastoralis in princip.& in c.2. de appell.& quid si de crimine agatur ciuiliter Abb.in d.c. non potest num.8. & in causa ciuili non solum procedit si conueniretur actione spirituali,sed etiam si reali,vel ratione rei sitæ in eius diœcesi, vel prouincia Abb.in c.sanè num.5.de for.comp.cuius dictis adde Gem.& Franc.in d.c.vt litigantes,& Conrad. in templo omni. iudi. lib.2. cap.4. num.17.18.& 19.Sbrozz.in tract.de officio vicarij lib.2.q.58.in causis verò criminalibus vide decretum Concil. Trid. sess.24.c.generali num.5.& sess.13.c.6.& 7.

Non desunt tamen aliqui Doctores dicentes quod Archiepiscopus in ipsis suffraganeis nullam habet potestatem, nisi quatenus expressum in iure reperitur glos.in clem. si vna in verbo mensæ suæ de reb. Ecclesiæ non alienand.Decius in ca.sollicitudinem num.11. de appell.post Host. & Ioan.in c.magnæ de vot. idem dicit Ioan. Andreas in c. nullus de iur. pat. refert Fel. in d.c.pastoralis in principio, & in c.cum ex officij n. 7. de præscriptione, qui dicit esse doctrinam solitariã, & quo d in hac materia Episcoporum metropolitanis est prohibitum quicquid expresse non reperitur concessum, colligitur euidenter in eo quod legitur & notatur in c.inter corporalia §.sed neque vers.& quod non est de transl. Episc. secundum Host. in dicto cap. magnæ facit etiam tex.in c. dilectus de temp. ord. c. duo simul de off.ord.& gl.fin.in cap.1. de sup. neglig. prælat.in 6.vbi dicit Host. per d. cap.2. de transl. Episcop. quod Archiepiscopo respondeti potest, quia sufficit quod casus iste non inueniatur expresse concessus.

7 Amplio quod nedum Archiepiscopus est iudex suffraganeorum d.c.pastoralis in principio; sed etiam Vicariorum generalium ipsorum c.1.de off.Vic.in 6. & hoc in ijs in quib. Vicarij delinquunt d. c.1. potest ergo Archiepiscopus eos punire. Zabarella in clem. abusionibus sub num.8. de pœn. & remiss. idem dicit in clem.Archiepiscopo vers.simili num.2.de priuileg. quod Archiepiscopus habet iurisdictionem in Episcopos suffraganeos & eorum officiales principales per d.c.pastoralis.in princip.& c.Romana de off.ord. in 6.& quod qui habet querelam conrra Episcopum, vel eius officialem potest adire Archiepiscopum per simplicem querelam c. venerabilibus §. sed si excommunicatus de sent.excomm.in 6. secundum Cardinalem in d.clem.Archiepiscopo. Gemi. in d. c. venerabilibus num.4.vbi etiam dicit,quod quilibet subditus suffraganeorum potest adire Archiepiscopum per viam querelæ contra suffraganeum, vel eius officialem,nec obstat tex.in c.1.§. nec etiam.& §.fin. de for. compet.in 6. quia intelligitur quando ext.officium vt per Ioannem And. in d. §. fin. & ideo si in exercendo iurisdictionem Episcopalem delinquant officiales in aliquo in talibus immediatè subsunt Archiepiscopis,
8 vnde à sententijs eorundem ad Archiepiscopum appellatur c. Romana de appellat. in 6. & possunt Archiepiscopi animaduertere in eosdem v. g. si non seruant priuilegia sedis Apostolicæ sententiam proferunt per gratiam,vel per sordes contra cap.1.de sent. excomm. in 6. vel vniuersitatem siue collegium, vel generaliter sine causæ rationabilis & veræ expressione c. Romana.§. penult.& fin. eod.tit. & multa alia exempla poteris colligere per te ipsum, in alijs autem quæ facit, vel possidet officialis Episcopi tanquam priuatus non habet se intromittere Archiepiscopus plusquam de alijs subditis suffraganei sui d.c. Romana.§.nec etiam,&§.final.de for.comp.in 6.& Archiepiscopus

piscopus potest contra eundem procedere quando de facto, & contra iura suum exercet officium: ita dicit Host. in d.c.1. de off. Vic. in 6. verb. officialem, & ver. non arctatur id etiam dicit in dicto cap.1.de for.
9 comp. in 6. ver. officiales inquiens quod cum Consistorium Episcopi,& officialis vnum,& idem sit d.cap. Romana de appellat. in 6. videbatur quod vterque ead. persona censeretur, & ideo posset Archiepiscopus distringere officialem sicut & Episcopum, prout in d.c. pastoralis in principio,sed non ita est nisi in ijs, in quibus officialis delinqueret circa dictum consistorium, siue officium dicti consistorij vt patet in d. c.1. §. fin. de for.compet. in 6. vbi idem tenet Ioan. And. Gemi.& Franc.in ijs ergo quæ sunt extra officialatum non se intromittit Archiepiscopus plusquam de alijs sub ditis suffraganeorum. Sbrozz.in tract.de off.Vic. lib.2. q.59. & lib.3. q.87. in quos regulariter nullam habet potestatem, nisi in casibus expressis in iure cap. Romana,& cap.venerabilibus de sent.excommunicationis in 6. d. cap. pastoralis vbi præter alios Bellam. num.1.& 10.& Fel. num.5. & est tex.in d.c.1.de supp. negl.prælat.in 6.cap.1.de for.comp.ca. sicut vnire de exces.prælat.Abb. in c. si quis contra dictum sub nu. 40. de for. comp.& in c. ex parte num.5. de concess. præb. Zab. in d. Clem. Archiepiscopo, & ibi etiam Imm.num.12. Fel. in c. cum ex officij num.7. de præscript. Decius in c. sollicitudinem num. 10. de appell. in tantum quod Archiepiscopus excommunicans subditum Episcopi, vel absoluens in casu non suo extra casus exceptos non tenet excomm. vel absolutio Innoc.in d.cap.pastoralis de off.ord.& ibidem Bellame. num.12. & Abb. supra num.10. qui dicit quod communiter tenetur, & vide eundem in c. quanto de off. ord.post glos.in c. per singulas il secondo q.3. & glos. in summa 16. q.6. in verbo metropolitanum, vnde Archiepiscopus subditos sui suffraganei non potest compellere causas delegatas ab eo suscipere, suas sententias exequi, vel testimonium in causis ad eum deuolutis proferre, nisi consuetudo aliud disponat c.1. §. neque de for. comp. in 6. vt Gemi. num.3. notat,
10 quod iudex non potest compellere testem ad testificandum in causa coram eo vertente, nisi sit suæ iurisdictioni subiectus. Item Archiepiscopus nec contra officiales, vel prælatos suffraganeorum consuetudine aliud non disponente, nec contra subditos eorum super salarijs aduocatorum & procuratorum causarum fori Archiepiscopi iudex competens est d. c.1. §. nec etiam. Item Archiepiscopus non compellit inuitos contrahentes aliarum diœcesum in sua propria coram se respondere nisi ibi inueniantur,sed si citati nolunt comparere, vel malitiosè se occultant ne citentur in bonis ipsorum in sua diœcesi potest missionem facere, vel in alia decernere per ordinarios faciendam d. c.1. §. contrahentes vbi notant doctores & Gemi. quod ratione contractus non potest quis conueniri in loco contractus nisi reperiatur ibi,& sic patet quod in contractibus non fit remissio ad locum contractus, sicut fit in delictis,quod si diœcesanus non vult illam facere non potest compelli à iudice contractus,nisi alias sit suus secundum Mona. Arch. & Gemi. in d. §. contrahentes,& nota quod iudex non poterit excommunicare existentem ext.territorium ratione contractus initi in territorio, si ibi non inueniatur, quod limita nisi iudex prius præuenisset illum per citationem antequam exiret eius territorium,quia tunc teneret excommunicatio contra existentem ext.territorium ratione contumaciæ commissæ in territorio, tenet Inn.& Ioan.And.in c.præterea de dilat.& Franc.in d.§. contrahentes & nota quod dispositа in d. §. contrahentes habent locum in quolibet alio Iudice contractus licet non sit Archiepiscopus Ioan. And.& Gemi. ibi sub n. 15.& probantur omnia ibi disposita in l.hæres absens & l. omnem,& l. interdum §. fin. de Iud. cum similib. allegatis per Host. ibidem in verbo super contractibus. Item non potest Archiepiscopus suos clericos mittere in diœcesim suffraganeorum, vt coram ipsis fiant contractus, vel iam facti approbentur, nec,si facti, & approbati sunt coram illis possunt suffraganeorum subditos cogere coram se litigare super illis, nec excommunicare suffraganeorum officiales,vel subditos si nolunt litigare coram ipso d.c.1.§.fi. de for. cõpet. in 6. vbi Ioan. Andr. ampliat etiam si contractus fierent coram ipso Archiepiscopo ext.suam diœcesim non sortirentur contrahentes ipsius forum: infertur etiam ex regula prædicta quod si Archiepiscopus citat subditum suffraganei & in citatione exprimit casum per quem concludatur sua iurisdictio tenetur citatus comparere secundum Host. Mona. Ioan. And. & Gemi.in d.§.fin.num.3.etiam notat quod citatus à non suo Iudice,licet non compareat, tamẽ excommunicari non potest & ratio est quia iste non potest dici contumax & Franc.in d.§.fin.vnum casum colligit, in
11 quo excommun. est ipso Iure nulla, quando scilicet quis citatur à non suo Iudice quia tunc non tenetur comparere,nec potest excommunicari si non comparet iste quod aliquo casu posset esse suus Iudex; casus, in quibus excommunicatio est nulla ponit gl.in c.presenti de sent.excom. Item Archiepiscopus non potest consentire vnioni Ecclesiarum, quæ sunt in diœcesi sui suffraganei c.sicut vnire de exces. prælat. alios casus negatiuos poterit quis colligere per se ipsum.

RESOLVT. XXIII.

1 *Dispositio Conc. Trid. sess.24. c.20. de ref. quando liceat appellare à sententia suffraganeorum ad Metropolitanum.*

2 *Metropolitanus potest absoluere appellantes ante litis ingressum, sed vide contrarium num.3.*

Quando licet appellare à sententia suffraganei ad Metropolitanum.

SAcrum Concil. Trid. sess.24. cap.20. de reformat.
1 dicit solum in tribus casibus posse appellari a suffraganeis ad Metropolitanum.

Primo à diffinitiua quæ imponit vltimam manum liti.

Secundo ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ.

Tertio à grauamine irreparabili,quod per diffinitiuam non potest reparari,quæ nam sit differentia inter sententiam diffinitiuam, & interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ, vel interlocutoriam simpliciter, vide pro practica Maran.6.par.tit.de sentent. à num. 1.vsque ad 46.vide Bald.in l.1. in princip. C. sent. rescis.non posse Boer.decis.79.num.8.Conc.Latera.sub Leone Decimo sess.10.Sacr.Conc. Trid. sess.13. cap. 1.de reformat. Similiter Sacr. Congreg. declar.283. censuit in hæc verba.

Facultas concessa appellandi à sententia alicuius Archipresbyteri, qui sit nullius diœcesis ad Episcopum intelligenda est,vt nulla in causa interpositas appellationes à sententijs Archipresbyteri ad se prædictus Episcopus aduocet, nisi vel à diffinitiua sententia dicti Archipresbyteri,vel ab ea,quæ sententiæ diffinitiuæ vim habeat, & cuius grauamen per appellationem à diffinitiua non possit reparari.

Hinc in ca.venerabilis. §. Porro de sentent.excom-
2 municat. habetur Metropolitanum debere ante litis ingressum absoluere appellantem, quæ absolutio appellari solet habilitatio, ad hoc vt possit appellans agere in iudicio etiam parte aduersa reluctante cap.
3 qua fronte de appellation. tamen quia hoc videbatur periculosum nam appellans videns se sic absolu-

tum

tum vel ad cautelam vel habilitatum ad actus iudiciales indifferenter id seruabatur cum omnibus, & nulli faciebat censuras illatas contra ipsum ab ipsis suffraganeis in contemptum suffraganeorum, ac censurarum adinuenta est alia praxis, & sic iudex ad quē recepta appellatione inhibet iudici à quo, vt per dies aliquot non procedat ad vlteriora, & vt transmittat acta, quibus transmissis, & visis in Curia Metropolitana iudicari potest iuxta dict. cap. venerabilibus, & tunc, si inuenerit bene appellatum, & male iudicatum, vel ipsemet absoluet appellantem, vel suffraganeo potest appellantem remittere, & si non vult deferre potest eum absoluere, vide Anchar. in cap. solet num. 3. de senten. excom. in 6. & Abb. in cap. per tuas num. 2. de sent. excommunicat. & hoc practicatur, quando appellatur post excommunicationem, si verò antequam incursa sit excommunicatio superior inhibet, vt supra, & viso de iniustitia actoris precipit, vt ad vlteriora suffraganeus non procedat, & hæc praxis est fundata in doctrina Abb. in c. per tuas n. 13. de sent. excomm. quam videas, & sic vidi practicari in tribus Archiepiscopatibus, vide tamen Couar. in cap. Alma mater 1. par. §. vlt. à num. 7. vsq; ad finem, & glos. in cap. 1. in ver. prætermissa de foro compet. lib. 6. & glo. in cap. vt de tribus in vers. alioquin de appellat.

RESOLVT. XXIV.

1 *Archiepiscopus tenetur reparare Ecclesiam.*
2 *Qui solitus est reparare is ad reparationem tenetur.*
3 *Ecclesia, in qua est deputata quarta pars reddituum de illis facienda est reparatio.*
4 *Prælatus non tenetur ad reparationem Ecclesiæ quando destructa sit ab hostibus.*
5 *Prælatus tenetur ad reparationem Ecclesiæ deductis his quibus pro necessitate vti possit.*
6 *An his omnibus deficientibus teneantur subditi, & parochiani ad reparationem Ecclesiæ & eod. cas. ad quæ amplius teneantur vide num. 7.*

An Archiepiscopus teneatur ad reparationem Ecclesiæ.

1 ECclesiam Cathedralem egentem reparationē tenetur Archiepisc. reparare. Gall. q. siue Arresto 293. post Aufrer. in decis. Cap. Tholos. 500. Choppin. de Sacra Forens. polit. lib. 3. cap. 3. art. 11. quos sequitur Mainardus in decis. Tholos. 42. lib. 1. Eodem etiam modo Parochialem Ecclesiam illius rector reparare tenetur, vt voluit Cappella Tholos. in decis. 499. Vallascus in decis. 179. num. 7. & decreuit Concil. Trident. session. 21. cap. 7. incip. cum illud: vide Papon. Arrestor. Curiæ lib. 1. tit. 1. Arresto 12. Et omnes tenentur, qui ab Ecclesia recipiunt fructus decimales. Mainard. in decis. Tholos. 31. lib. 1.

Supradictæ tamen conclusionis decisio recipit nonnullas declarationes, quas inferam.

Prima illa est inspiciendam fore consuetudinem vt
2 is ad reparationem teneatur, qui de consuetudine reparare solitus sit vt arg. c. ad Apostolicæ extra de Simon. voluit Abb. in c. 1. num. 3. de Eccles. ędific. & voluit Aufrer. in d. decis. Capp. Thol. 499.

3 Secunda est similis præsenti, quod in Ecclesia in qua est quarta redditiuum, vel relictorum deputata pro illius fabrica, & reparatione eroganda est, & tunc nec Archiep. suam, nec Rector Parochialem reparare tenebuntur, prout Gelasius, Simplicius, & Grego. Summi Pontifices statuerunt in c. quatuor. ca. de redditibus c. cognouimus 12. q. 2. Hostiens. in summa titu. de eccles. ędific. §. 1. in fin. Panor. in c. 1. Aufrer. in dicta decis. 499. Ripa lib. 3. Responsor. ca. 22. n. 3. post alios. Vallas. consultat. siue decis. 159. n. 5. cum his, quę allegat Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 10. num. 15. 16.

4 Tertia declaratio non teneri Archiepiscopum, & prælatum ad ecclesiæ reparationem, si ab hostibus sit destructa Gallus. Arrestor. Curiæ 69.

5 Quarta declaratio est vt tunc Archiepisc. & Rector teneantur ad Ecclesiæ reparationem deductis tamen ijs, quibus pro necessitate vti possint, & sic de superfluis tantum teneantur, vt dicit Cappella Tholos. in d. decis. 499. Aufrer. in locis allegatis. Vallaschus in dicta consultatione, siue decis. 159. nu. 12. 13. 16. Eo enim casu ex fructuum modicitate, & insufficientia non tenentur arg. c. decernimus 10. q. 1. c. de his de eccles. ędific. & voluit Concilium Trident. sess. 21. cap. 5. incipit cum illud, ibi (qui si non fuerint sufficientes) quod aduertit Costa de Remed. subsidiar. Remedio 106. Illatione 2. num. 1. 2. 3.

6 Quinta declaratio sit, vt ijs omnib. deficientibus teneantur subditi, & Parochiani, cum ibidem recipiant Sacramēta arg. c. Episcop. de off. ordin. in 6. Panorm. in d. cap. 1. num. 34. & in c. de his nu. 3. & 4. eodem tit. Aufrer. in d. decis. Cappellæ Thol. 499. Vallascus in d. consultat. siue decis. 179. num. 16. cum pluribus seq. Vbi dicit vidisse pluries id ordinari per Reges in Lusitania, vt laici parochiani contribuant, constito tamen Regi de modicitate reddituū Ecclesiæ, quod & probauit etiam Sacr. Tridentinum Concilium in d. sess. 21. cap. 7. supra allegato. Fuscus de visitat. lib. 1. cap. 10. sub num. 16. nouissimè. Mainardus in decis. Tholos. 32.

7 Eoque casu parochiani tenentur ad opera cum operibus manualibus, & cum viribus, & tenentur dare calcem, & cementa vsq; ad finem operis perfecti, & Ecclesiæ ædificatæ. Mainardus in decisio. Tolosan. 32.

RESOLVT. XXV.

1 *Bona quæsita ab Archiepiscopo post promotionem præsumuntur quæsita ex redditibus Ecclesiæ.*
2 *Bona Archiepiscopi præsumpta ex redditibus Ecclesiæ, nec ab intestato, nec in testamento possunt alicui relinqui.*
3 *Consuetudo non potest facere, vt prælato succedant hæredes aut de bonis disponat.*
4 *Bona habentia signum Ecclesiæ præsumuntur Ecclesiæ.*
5 *Prælato conceditur dispositio bonorum mtuitu Ecclesiæ cum licentia Pontificis.*
6 *Si constat prælatum habuisse bona propria, vel officium, ex quo tunc bona non præsumuntur Ecclesiæ.*
7 *Si Ecclesia pauper fuerit, tunc bona Prælati non præsumuntur Ecclesiæ.*

An bona quæsita ab Archiepiscopo præsumantur quæsita ex redditibus Ecclesiæ.

1 FVit proposita quæstio an bona quæsita ab Archiepiscopo præsumantur ex redditibus Ecclesiæ, pro cuius resolutione, præter nonnulla adducta mihi visum fuit respondere, ac per textus & Doctores definire quod sic, vt eo modo ex redditibus Ecclesiæ præsumantur quæsita, vt ideo successori in dignitate debeantur, quando post promotionem quæsita sunt, vt est tex. in cap. 1. vbi glos. de pecul. cleric. c. manifesta 12. q. 1. c. Sacerdotes. c. quicumq; 12. q. 4. c. nonnulli. c. fixum 12. q. 5. vt post Ioan. Andr. & Panorm. scribit. Gamma in decis. Lusitan. 313. num. 1. etiam si dixisset ex bonis proprijs, & patrimonialib. quæsiuisse, vt dicit idem Gam. num. 2. & 3.

2 Ampliatur primò vt nec ab intestato, nec ex testamento suis, vel alijs relinquere possit. idem Gamma. num. 5.

3 Amplia secundo, vt nec consuetudine introduci possit, quod prælatus de illis disponat, vel quod ei succedant

cedant hæredes quoad bona immobilia, secus si bona essent mobilia, & modici valoris. Panormit. & Barbat. in cap. cum in officijs de testamen. de Curtis in ca. fin. de consuetud. quos sequitur idem Gamma n. 6.

4 Amplia etiam & tertio si bona haberent aliquod signum Ecclesiæ, quia tunc Ecclesiæ præsumuntur, & successori debentur, vt concludit Paleot. in decis. Rom. nouiss. 582. Marsil. de Eccles. reddit. origine cap. 23. num. 63.

Limita nunc primò si fieret dispositio bonorum intuitu Ecclesiæ quæsitorum cum dispositione Summi Pontificis quod ex causa concedere solet D. Tho. 2.2.q.110.art.2.in fin. Panorm. in c. cum esses nu. 29. de testament. Felin. in cap. constitutus de rescript. artic. 20. Gam. num. 6. decis. 313.

6 Limita secundo si constet Prælatum habuisse bona propria vel officium, ex quo tunc præsumitur non acquisiuisse de bonis Ecclesiæ. Boer. in decis. Burdegal. 29. nu. 4. Panorm. in c. cum testes de testibus. Paleot. in d. decis. nouis. vbi dicit idem procedere, vt non præsumatur quæsita ex redditib. Ecclesiæ, si illa est pauper.

RESOLVT. XXVI.

1 *In ædificanda Ecclesia requiritur prælati superioris licentia, & quid si sit parrochia. num. 2.*
3 *In reparatione Ecclesiæ non requiritur Episcopi, vel prælati licentia.*
4 *Ad meliorandum potest mutari locus cum licentia Episcopi, quæ licentia non requiritur si Ecclesia sit penitus diruta.*
5 *Quando præsumatur Ecclesia erecta authoritate Superioris.*
6 *Ecclesiæ erectio facta per aliquem non probatur per capturam possessionis.*
7 *Lapsu temporis præsumitur erecta parrochialis cum authoritate superioris.*
8 *Quantum temporis requiratur ad hoc vt monasterium dicatur erectum cum authoritate.*
9 *Quomodo procedat principalis conclusio.*

Archiepiscopi authoritas quando requiratur in ædificanda Ecclesia.

1 IN ædificanda Ecclesia requiritur prælati superioris consensus argum. cap. 1. cum similib. extra de religios. domib. & §. fancimus auth. vt nullus fabric. orar. voluit Guid. Pap. in decis. Gratianopol. 360. in princip. Cantuccius in decis. nouissim. Roman. 52. nu. 4. vol. 2. Lancellot. Instit. canonic. lib. 2. titul. de construend. consecrand. & reparandis Eccles. per totum. Reusnerus in decis. 1. num. 32. lib. 4. Cathedralis autem requirit Papæ consensum non Episcopi. Faber. in §. religiosum Institut. de rerum diuis. Marcus in decis. Delph. 1009. nu. 4. vol. 1.

2 Sed si parochia esset Ecclesia, & vellet alia ædificari, & si accederet Archiepiscopi, aut Prælati consensus id fieri nequit absque parochi etiam consensu ne iuribus suæ parochialis Ecclesiæ præiudicium fiat, & argumen. c. dilectus de Cappel. monach. & aliorum iurium voluit Guido Papæ in decis. Gratianop. 360. Crescent. in decis. 1. num. 2. de oper. nou. nunciat. dicens præstari cautionem de demoliendo, & quod interim non consecretur pendente lite. Adde Francis. Marcum in decis. 1014. num. 3. vol. 1.

3 In reparatione verò Ecclesiæ Archiepiscopi, vel prælati consensus non requiritur Glos. in c. de Monachis 18. quæst. 2. vbi allegat tex. in c. si quis vult. 16. quæst. 7. quem sequitur Reusner. in decis. 1. sub num. 32. lib. 4. tamen textus in d. cap. si quis vult nihil dicit de reparatione, sed quod ad meliorandum potest mutari locus Ecclesiæ cum consensu tamen Archiepiscopi. Sed si esset in totum diruta Archiepiscopi consensus non exigitur Felin. in c. cum accessissent vers. hæc, & si de constit.

5 Erecta etiam præsumitur Ecclesia Archiepiscopi, & superioris authoritate quando habet dotem, vt ex Calder. in cons. 4. & Ægid. in cap. super hoc num. 21. de re iudic. censuit de Grassis in decis. Rotæ Roman. Nouiss. 508. num. 4. vol. 1.

6 Ecclesiæ erectionem factam fuisse per aliquem non probatur assertione instrumenti de captura possessionis, in quo id asseratur, vt concludit, nihil tamen allegans, Tolomæus in decis. Rotæ Nouissime 1091. volum. 3.

7 Parochialis Ecclesia superioris authoritate, & consensu ex lapsu temporis erecta præsumitur, quando in illa diuina officia publicè celebrata fuere, vt voluit Afflict. in decis. Neapol. 368. num. 5. Cantuccius in decis. Rotæ Nouissima 52. num. 41. vol. 3. latè Gabriel. commun. opin. lib. 1. titul. de præsumpt. con-
8 clus. 1. num. 8. vbi dicit, pro monasterio monialium præsumi lapsu temporis triginta annorum superioris authoritatem interceßisse. Alexand. in consil. 79. col. 3. versic. Sed premissis vol. 1. & in cons. 45. in fin. vol. 3. vbi loquitur de lapsu decem, vel viginti annorum. Tiraquel. de legib. connubial. in verb. contract. glos. 7. num. 39. cum pluribus sequentibus. Dec. in cons. 222. num. 9. vers. 4. Lancellot. Gallia. in cons. 124. num. 6. vol. 1.

9 Supradictam proximam decisionem, & conclusionem aliqui procedere dixerunt quando requiritur consensus, secus autem velint, si exigeretur licentia, in qua non sufficit cursus aliquis. Afflict. in cap. 1. num. 46. de prohibit. feud. alien. per Lothar. voluerunt Domini de Rota in decis. Roman. Nouiss. 188. num. 9. 10. vol. 1. quam nouissimè refert Costa de facti scient. & ignoran. in verbo communia vtriusque iudicij Regul. 18. num. 9.

RESOLVT. XXVII.

1 *Appellatio extraiudicialis dicitur prouocatio ad causam.*
2 *Appellatio extraiudicialis non potest fieri ad Archiepiscopum.*
3 *Excommunicatus non appellat extraiudicialiter.*
4 *Itineris arreptio ad Papam habetur pro appellatione.*
5 *Priuilegium c. vnic. tit. de peregr. quod sit.*
6 *Carceratus fugiens è carcere, & confugiens ad superiorem non dicitur aufugere, sed quomodo hoc procedat vide vt num. 7.*

De Appellatione extraiudiciali quod non possit fieri ad Archiepiscopum, & quid in arreptione itineris.

DE appellatione extraiudiciali, & de arreptione itineris ad Papam habeo aliquid dicere.
1 Primo igitur scias quod ista appellatio extraiudicialis potius querimonia, & prouocatio ad causam dicitur, quam vera appellatio, & propterea necesse est quod interponatur ad Iudicem, qui possit adiri per viam querelæ, & successiuè non potest interponi ad Archiepiscopum, qui modo potest adiri per viam querelæ respectu subditorum suffraganei l. pastoralis de offic. ord. Abb. in cap. dilecti filij de
3 appellat. loquitur etiam, quod excommunicatus non potest appellare extraiudicialiter, quia esset exponere querimoniam, & agere, quod illi est prohibitum c. cum inter de except. vbi Abb. quamuis in hoc dubio. Innocent. fuerit varius, nam in dicto c. cum inter tenuit non posse appellare, & contrarium in cap. dilecti de maiorit. & obed. tamen sequendus est Ioa. And. quem etiam sequitur Abb. in d. c. cum inter, &

in c.

in c. bonæ memoriæ, qui ita concordat, quod aut appellatio est merè extraiudicialis, & non potest excõmunicatus appellare, aut non est merè extraiudicialis; potest poni exemplum in eo, qui appellat ab exequutore volente alicui prouidere de beneficio, qui potest vexare, & grauare, & tunc poterit appellare, sed quid in arreptione itineris, an habeatur, pro appellatione, si iter arripiatur ad Archiepiscopum. Sciẽ-
4 dum quod arreptio itineris ad Papam habetur pro appellatione, si seruentur ea, quæ seruari debent in appellatione d. c. dilecti filij de appellat. & ideo sicut appellans in Iudicio tenetur in scriptis appellare, & exprimere aliquando causam, & petere Apostolos: ita qui arripit iter debet hæc omnia seruare, & Iudici in scriptis significare, & protestari, quod propter grauamen iter arripit, & hæc arreptio itineris deuoluit causam ad Archiepiscopum, licèt non appellatio extraiudicialis, quando tamen iter arripitur à Iudice procedente Iudicialiter, vt singulariter, & indistinctè tenet Abbas in dicto cap. dilecti filij, quæ itineris arreptio defendit etiam nuncios missos ab appellantibus Innocet. in c. vt debitus de appellationib. Abb. in d. c. dilecti vnde excommunicatio esset nulla.

Sed pone quod in arreptione itineris non fuerint seruata supradicta, prout in appellatione Iudiciali, an possit iter arripiens aliquo modo defendi, dicendum quod poterit defendi, si arripiat iter ad Papam ex priuilegio tituli de peregrinantibus cap. vnico, vbi euntes ad Papam sunt sub eius protectione, & non debent ab aliquo molestari.

Sed an euntes sine causa, & voluntariè gaudeant tali priuilegio variæ sunt opiniones Innocent. in d. cap. vt debitus de appellat. tenet requiri, quod accedat ex aliqua necessaria causa, vel probabili, non ex qualibet voluntaria, & tali casu nihil possit iuuari per Iudicem, quæ opinio non displicet Abbati in d. c. vnico, dicitur autem causa necessaria, vt reueletur ab aliqua oppressione, vel simili.

Sed Hostien. tenet quod d. c. vnic. procedit in quolibet accedẽte ex quacunque causa, vt non possit procedi contra peregrinantem, nisi fuerit à Iudice facta præuentio, & hanc opinionem etiam laudat Abbas cum moderatione tamen, vt reuocetur id, quod est grauis præiudicij, & innouatum fuerit post iter arreptum, rationabilior tamen videtur opinio Innocentij vt requiratur aliqua causa saltem probabilis, ne
6 eludantur Iudicia ordinariorum, facit quod fugiens è carcere, & confugiens ad superiorem non dicitur aufugere l. qui sit fugitiuus ff. de ædilitio edicto, quia itineris arreptio ad superiorem habet vim appellationis, vt in l. sed & si per prætorem §. fin. & ibi Bal.
7 ff. ex quib. causis maiores, tamen id procedit quando aufugit ex iusta causa nempe ob timorem imminentis periculi in eius personam propter Iudicis, vel custodis sæuitiam vel etiam nequitiam, secus si sine causa, vel cum causa, sed iniusta, & non colorata, ita Bos. de carcer. fideiuss. committ. & alij allegati per Farinacium lib. 1. q. 30. de carcer. & carcer. nu. 174.

RESOLVT. XXVIII.

1 *Archiepiscopus tenetur facere exemptam domum clericorum ab hospitio militum.*
2 *Adiuncti ratione multa conceduntur.*
3 *Priuilegia quæ habent milites habent etiam & clerici.*

An Archiepiscopus teneatur facere exemptam Domum clericorum ab hospitio militum, vulgò alloggiamento.

1 IN Ciuitate Materæ accidit mihi hæc quæstio, & resolui quod Archiepiscopus tenetur facere illam exemptam, cum de Iure communi domus Clericorum sit exemptam ab hospitio militum l. 2. C. de Episc. & Cler. idem cauetur C. Regni. Item statuimus, quod domus Ecclesiasticorum sit exempta ab hospitio militum, & Tapia in tit. de Episcop. & clericis ampliat ad parentes, & fratres habitantes simul cum eorum filijs, & fratribus clericis, vt sint exempti ab onere hospitandi, & pro hac ampliatione pos-
2 sunt adduci nonnulla, quæ conceduntur ratione adiuncti iuxta glos. in l. fin. C. de muner. & honor. & late tradita per Mars. in l. de minore §. tormenta nu. 14. ff. de quæst. vbi ponit multa exempla. Idem tenet multos allegans Carol. de Grass. de effect. clericat. effect. 3. n. 122. & tanto magis hæc procedere possunt si consanguinei militum armatæ militiæ haberent hoc priuilegium non hospitandi in domibus eorum ratione ipsorum militum secum commorantium, vt eodem priuilegio debeant gaudere consanguinei clericorũ, qui habitant in eorum domibus simul cum clericis,
3 qui gaudent omnibus priuilegijs militum, iuxta Glos. communiter receptam in l. miles. ff. de re iudicat.

RESOLVT. XXIX.

1 *Clericus per vnicam habitus omissionem non debet priuari clericali priuilegio, sed tanta perseuerantia est necessaria, vt publicè laicus dicatur.*
2 *Episcopus potest taxare tempus, intra quod clericus dicatur perseueraße in habitu laicali.*
3 *Tempus non præfixum, & limitatum à Iure potest Iudex ad eius arbitrium limitare, & ampliare.*
4 *Iudex potest stabilire tempus indefinitum accedendi ad locum, in quo solui debet sicut etiam ei conceditur taxare tempus ad purgandam moram.*
5 *Iudex potest taxare tempus statuendum condemnato.*
6 *Tempus electionis mancipiorum legatæ à testatore potest etiam à Iudice determinari.*

An Archiepiscopus possit taxare tempus, infra quod Clericus incedendo absque habitu, & tonsura dicatur in eo perseueranti, ita quod publicè æstimetur laicus.

D. Aloysius Iesualdus Eques preclarissimus Vir quidem miræ eruditionis, eminentissimique ingenij, eiusque Gubernij Vigilantissimi quæsiuit à me.
1 Supposita illa communi sententia Clericum non priuari clericali priuilegio propter vnicam habitus omissionem, sed necessariam esse tantam perseuerantiam, vt publicè æstimetur laicus, vt voluerunt Castell. in cons. 5. numer. 9. Monald. cons. 22. num. 3. & sequen. Clar. in practic. §. fin. q. 35. Farinac. de inquisit. q. 8. numer. 68. Quarant. in summa Bullarij, q. 33. versic. habitus, possit Episcopus taxare tempus, infra quod talis clericus dicatur perseuerator in habitu laicali, & consequenter dici valeat amisisse clericale priuilegium, in quo articulo respondi affirma-
2 tiuè potuisse, scilicet d. D. Episcopum tempus taxare,
3 & mouebar ad id tenendum ex eo quod vbi tempus à iure non reperitur præfixum, & limitatum permittitur iudici illud limitare, ampliare ad eius arbitrium tex. est apertus, & quod ibi communiter notatur in ca. de causis, de officio delegat. Bald. cons. 29. vol. 1. Alex. cons. 339. vol. 2. vbi prefixio temporis est in arbitrio superioris, & quando superior non declarat tempus indefinitum, potest appellari, vt taxetur, & facit text. in l. continuus, §. cum ita, ff. de verborum
4 oblig. vbi tempus incertum, & indefinitum accedendi ad locum, in quo solui debet, potest iudex arbitrari, & stabilire, quemadmodum taxare ei indulgetur tempus incertum ad purgandam moram, iuxta terminos, ca. potuit de locato. Rota in decis. 572. parte 1. diuers. Tess. in decis. 77. Rota Perus. in decis. 90. Ioseph. Ludonic.

douic.& facit,quod voluit glos.in l. si cum dies,§. vlt.
5 ff.de arbitris, vbi tempus statuendum condemnato ex laudo arbitri,quamuis non sit à iure determinatum potest iudex taxare, & definire quemadmodum tempus,quod conceditur ad creditum liquidandum, vt in compensationem deduci possit Afflict. in decis.121. & in decis.165. post Rolan. consil.16. num.14. vol.1. & Paris. cons.121.vol.1.quemadmodum potest taxare tempus, intra quod dicatur fideiussorem diu stetisse in obligatione, ad hoc, vt agi possit contra obligatum, antequam soluat,iuxta latè tradita in l. Lucius, ff.mandati, & in l. si pro ea, C. eodem tit. Afflict. in decis.248. ita Menoch. lib.2. de arbitrarijs casu 41.& potest etiam declarare tempus, quando quis dicatur diu possedisse cum rei vindicatio expetitur. Boer. in decis.42.post Paris.in cons.104. Dec. in consil.428. & pro confirmatione prædictorum, ac principalis quæstionis facit,quod eleganter tradit Menoch.libro pri-
6 mo, de arbitr. iudic. quæstion.32. vbi electio mancipiorum cum à testatore sit legata,nec tempus, intra quod eligendum est mancipium præfinitum est, statuit Iudex, vt taxetur tempus, vt probatur etiam in l. mancipiorum, ff. de optione legata Paris. consil.23. num.3. volum.3.

RESOLVT. XXX.

1 *Bona Ecclesiæ prohibentur locari vltra triennium, sed contrarium patet, num.4.*
2 *Extrauagans Paulina generaliter prohibet bonorum locationem.*
3 *Extensio semper datur in casibus, vbi eadem est ratio.*

Archiepiscopus habens Castrum continens plura corpora reddituum,quorum aliqua afferunt fructus quolibet anno, reliqua tamen maioris redditus quolibet biennio, an illud locari possit vltra triennium.

COnsultus circa supradictum articulum, dicebam mihi dubium facere generalem probationis rationem desumptam ab Extrauagant. ambitiosæ.
1 de rebus Ecclesiæ non alienandis, vbi prohibentur locari bona ecclesiæ vltra triennium, quæ prohibitionis ratio cum sit generalis, generaliter erit intelligenda ad tex. in l. qui generaliter, ff. de legatis præstandis, Bald. in consil.22. volum.1. vbi à cortice verborum legis non est recedendum allegat text. in l. non aliter, ff. de legatis 3. vbi à verbis legis non est recedendum, præsertim vbi mens, non contradicit cap. præterea, de verborum significatione, & est tex. expressus in l. si quis filium, C. de liberis præteritis, vnde applicando supradicta ad casum,
2 de quo verba facimus, cum Paulina nullam distinctionem faciat, & generaliter prohibeat bonorum ecclesiæ locationem vltra triennium, igitur nullo modo per nos distingui potest, & consequenter eius dispositio limitari, l. de pretio, ff. de Publiciana, in rem actione, vt in specie adnotauit Alex. in cons. 71. volum.1. Castrens. consil.124. volum.2. Corn. in cons.15.vol.1. lex enim etsi dura, & inobseruabilis semper obtemperanda est, l. prospexit, ff. qui, & à quibus Alciat. cons.17. numer.5. & sequent. Bomin. cons.35.num.8. & sequent. Merend. cons.16.cap.erit autem lex 4. distinct. his accedat, dispositionem Extrauagant. concernere publicam vtilitatem, ne scilicet bonorum ecclesiæ dominium in alios transferatur,vt dicit Afflict. in Constit. Regni in locis Demanij numer.15. quem refert, & sequitur Marta decis. 186. igitur latè debet interpretari ad tradita per Bart. in l.1. §. exercitum, ff.de his,qui notantur infamia vbi, quod odium fauore publicè vtilitatis debet ampliari, l. quemadmodum, C. de agricolis, & censitis lib.10. Castrens. cons.23. vbi allegat l.1. §. fin. C. de caducis tollendis. Decius cons. 160. numero 6. & in cons.661.num.5. vbi, quod procedit etiam in pœnalibus, prout in casu prohibitionis Paulinæ, vbi eadem est ratio in vtroque casu, cum par sit ratio si bona maioris redditus fructus reddunt quolibet triennio, minoris vero redditus singulis annis, quo fit, vt ratio prohibitionis Extrauag. ad vtrumque casum extendatur, ex quo certissimi iuris est,
3 dari extensionem in casibus, vbi eadem est ratio, & omnimoda similitudo, cum tunc non dicatur fieri extensio iuris, sed terminorum, vt dicit Salicet. in l.2. num.22. C. de iure emphyteot. & vbi in tali casu viget eadem ratio, idem statutum esse intelligitur, & quod est in mente condentis Canones pro expresso habetur glo. in l.tale pactum,§.fin. ff. de pactis.Archid.in c.pœnæ, de pœnit. dist.3. & Extrauag. ambitiosæ comprehendit omnes casus, in quibus eadem, vel maior ratio viget l. sancimus, C. de sacrosanct. eccles. l. transigere, C. de transac. tex.in l. si quis seruo, C. de seruis corruptis, & de communi attestatur Salic. in l.2. num.21. vers. item contra, C. de noxalibus: item pro eadem opinione confirmanda accedat, quod Rubrica Extrauag. ambitiosæ est, vt non locentur bona Ecclesiæ vltra triennium, ergo loquitur generaliter,& proinde militat eadem ratio,tam in bonis maioris redditus, quam minoris, igitur idem ius est asserendum, valet enim argumentum à Rubricis, l. Imperatores,ff. de in diem adiecto, l. vnica, C. vt nemo inuitus, c. vnico, vt ecclesiastica beneficia, & latè Triuis.in decis.50. par.2. & Marta in decis.176. glos. in c.1. & in c. de arbitris, de officio delegat. Corn. in cons.38. vol.1.
4 Supradictis accedebat, quod ratio cur bona ecclesiæ possint locari quandoquidem ad Nouennium est, scilicet, quoniam eius sunt conditionis, vt quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, vt per Couar. lib.2. variar. resol. c.15. num.7. Guttierez Canon. quæst. c.8. num.7.

RESOLVT. XXXI.

1 *Episcopus an possit de nouo inquirere contra beneficiatum,in cuius fauorem protulit sententiam.*
2 *Sententia beneficialis an transeat in rem iudicatam.*
3 *Superior ex officio suo semper potest inquirere.*

An Archiepiscopus possit de nouo inquirere contra beneficiatum, in cuius fauorem protulit sententiam.

1 HVius quæstionis casus, quia sæpius, & frequenter accidit, & multi multa dicunt, ideo nunquam volui circa talem quæstionem verbum facere; nunc verò, cum quidam presbyter ex Ciuitate Salerni eundem casum mecum contulisset, & pariter, vt aliquid scriberem rogaret, breuiter de-
2 monstraui, quod sententia in beneficialibus post decem dies transit in rem iudicatam in præiudicium volentium contradicere, qui non appellauerunt, quoniam possunt ipsi contradictionem omittere sine peccato cum spontè veniant ad contradicendum, sed non in fauorem beneficiati, quia in eius persona
3 innititur peccatum, & ideo superior potest semper ex officio suo inquirere, cap. cum dilecti, vbi Abb. sub numero 5. de elect. adnotat Innoc. in cap. ad aures,de rescript.facit text.in c.constitutus de appell.& per glo.in c.si fortè,de elect.in 6. Secus tamen est in matrimonio carnali,quia coniux peccat obseruando sententiam contra legem diuinam,vel canonicam latam, vnde non potuit acquiscere iniustæ sententiæ, meritò auditur etiam post decretum, ne remaneat in pecca.

peccato, Abb. pulchrè in d.ca. cum dilecti, & hoc nota, quia de facili in praxi videtur contrarium, nam beneficiatus, qui obtinuit sententiam credit ab eodem Episcopo non posse de nouo inquiri in visitatione, vel extra.

PRAXIS BIGAMIÆ CRIMINIS.

RESOLVT. XXXII.

1 *Bigamia est triplex.*
2 *Bigamia interpretatiua contrahitur cognoscendo vxorem adulteram etiam ignoranter.*
3 *Ignorantia inuincibilis excusat ab irregularitate bigamię.*

Bigamiæ nomen quodnam dicatur.

NE super incognitis terminis in hac praxi procedamus, ad ornatum, & intellectũ infra dicendorum debent scire Tirones, quod bigamia est triplex, scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria.

Vera est, quæ contrahitur ex duobus matrimonijs validis, & consumatis, siue ante baptismum, siue postea: nam Sacramentum matrimonij significat vnionem Christi cum Ecclesia, qui verò duas habuit vxores, diuisit carnem suam in plures.

Interpretatiua dicitur ex iuris interpretatione, vt si duxit viduam in vxorem, quæ consumasset matrimonium cum primo viro, vel duxisset corruptam ab alio, aut cum virgine cognita, postquam illa commisit adulterium cum alio, vt ex duobus matrimonijs inualidis consumatis, aut vno valido, & alio inualido similiter consumatis, quia Christus Ecclesiam virginem sibi copulauit.

Similitudinaria dicitur quoties quis viuente prima vxore duxit aliam, quæ dicitur Poligamia, vel de matrimonio contracto ab eo, qui erat professus in Religione, vel erat clericus sæcularis in Ordine sacro, de qua materia latissimè tractant Borgas. de irregul. p. 5. in tit. de bigamis. Montaginen. in tract. de bigamia. Sylvest. & alij Summistæ in verb. Bigamus. Sanchez de matr. li. 7. dis. 84. 85. & 86. Caril. in Itinerario Ordinandorum sect. 4. c. 4. Vega in Sum. p. 1. c. 38. & alij per eos relati.

Contrahiturque bigamia interpretatiua, quando quis vxorem adulteram cognouit etiam ignoranter c. si cuius, cap. si laici 34. dist. quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, seu delictum inducta, sed ob defectum Sacramenti, c. Acutius 26. dist. c. nuper, cap. delictum, & cap. fin. de bigamis, & ita est communis DD. sententia, quam sequuntur Villadieg. de irregul. c. 13. vers. dixi etiam quod bigamus, Nau. in Manua. c. 16. num. 27. Vega in sum. p. 1. cap. 38. casu 2. Carbo de legib. lib. 8. dis. 13. c. fin. Sanch. de Matr. dis. 84. lib. 7. num. 15. Guttier. canon. q. lib. 1. cap. 25. num. 15. & 16. quamuis contra hanc communem, & receptam sententiam malè teneant Coras. de benef. p. 3. cap. 4. num. 3. & Ledes. de Matrim. q. 66. ar. 3. ad fin. vbi dicit, quod qui ex ignorantia inuincibili duxit viduam, aut ab alio corruptam, vel accessit ad propriam vxorem post eiusdem adulterium non incidit in bigamiæ irregularitatem, quia ista bigamia non est vllo modo voluntaria, quod parum refert cum ista irregularitas præcipuè sit inducta ob effectum Sacramenti, vt dictum est, & diuersa est ratio in irregularitate ex occisione hominis iusta, nam ista est inducta ob effectum lenitatis in ipso occisore, & ideo debet esse voluntaria, & quod dicit Cuchus in institutionibus maiorib. lib. 4. tit. 2. num. 164. quod vxoris culpam ignorasset acceptis ordinibus vti, non receptos adipisci permitteretur, accipiendum est ex dispensatione.

RESOLVT. XXXIII.

1 *Coniunctio fornicaria non significat coniunctionem spiritualem Christi cum Ecclesia.*
2 *Per fornicationes, & adulteria iterata non contrahitur bigamia.*
3 *Habens plures concubinas non dicitur bigamus.*
4 *Non dicitur bigamus, qui contraxit cum vnica, & virginem, & concubinam habeat.*
5 *Peiora sunt fornicatio, et adulterium, quam plures ducere vxores.*

Per fornicationem, vel per adulterium non contrahitur bigamia, sed necessario requiritur, quod interueniat matrimonium.

1 QVia coniunctio fornicaria non significat coniunctionem illam spiritualem Christi cum vnica, & immaculata sponsa Ecclesia, sed tantum eam significat coniunctio coniugalis, sic per fornicationes, aut 2 adulteria iterata non contrahitur bigamia, nisi quando in matrimonijs de iure, aut facto contractis superuenerit copula, vt ex textu in capitul. quia circa de bigamis colligunt Nauar. Manual. Latin. capitul. 27. numero 196. Diuus Antonin. de irregularit. capitul. tertio, numero secundo, in volum. 16. tract. Maiol. de irregularitat. libro primo, capitul. 33. numero decimo. Dominic. Sot. in 4. distinctione 27. quæstione tertia, parte prima. Couarru. in Clem. si furiosus, parte prima, §. secundo, numero secundo, 3 & sic est, quod in dict. cap. quia circa, habens plures 4 concubinas non est bigamus, quemadmodum nec dicitur bigamus, qui postquam contraxit matrimonium cum vnica, & virgine, siue ea mortua, siue viua habet concubinam, quia si non contrahat matrimonium cum ea, non dicitur quoad effectum contrahendi bigamiam suam carnem in plures diuisisse, vt optimè tradit Rebuff. respons. 88. Maiol. in d. cap. 33. num. 12. Brunor. à Sole in quæ. legal. quæst. 32. num. 18. vt enim dicit Dominic. Sot. in dicto articulo primo, ad finem, quamuis fornicatio, & adulterium peiora sint, quam plures ducere vxores, immo 5 hoc non est malum si successiuè id modo fiat, tamen non vitiat significationes vnitatis Sacramenti, sicut vitiãt matrimonia multiplicata si in eis carnalis commixtio intercedat, vt pulchrè tradunt Doct. supra allegati.

RESOLVT. XXXIV.

1 *Bigamus est priuatus omni priuilegio clericali, sic etiam canonis, et fori.*
2 *Bigamus perdit priuilegium immunitatis.*
3 *Prædictis pœnis subijciuntur constituti in minoribus ordinibus tantùm non tamen in sacris ordinibus constituti, quia non perdunt priuilegium, num. 4.*

Bigamus caret omni priuilegio clericali.

1 GEneraliter apud omnes constat, quod bigamus nudatur omni priuilegio clericali, vt cautum est in capitul. vnico de bigam. libro sexto, & ibi Glos. in verbo Bigamos, & in verbo omni priuilegio, & eadem glos. in capitul. vnico in verbo vnicis, & in verbo virginibus, de cleric. coniugat. libro sexto, ita nec Canonis 17. q. quarta capitul. si quis suadente, nec fori priuilegio cap. primo, de foro 2 competenti libro sexto gaudeat. Item perdit priuilegium immunitatis, vnde vexari potest vexationibus in persona, & rebus, C. de Episcop. & cleric. lege prima, & secunda. l. generalis, & cap. vult de vita, & honestate clericorum. Idem tradunt Paluda-

nus 4. distinctione 27. quæstione quarta, articulo tertio, columna prima. Gabriel. eadem distinct. quæst. tertia, artic. 3. dub. 1. Summa Pisan. verbo bigamia, in fin. Summa Angelica verbo eodem num. 10. 11. & 12. Sylvest. verbo eodem numero 8. quæstione 8. Summa Confessor. libro tertio, tit. 3. quæstione 13. Summa Astensis parte secunda lib. sexto, tit. septimo, quæstione quinta, Tabiena verbo bigamia, numero quarto, §. quinto. Qui omnes hanc pœnam intelligunt de solis constitutis in minoribus ordinibus, & dat hanc regulam. Quoscunque posse dimittere clericatum, vel statum, quo habet priuilegium clericale si incidant in bigamiam veram, aut in alios septem modos bigamiæ (quod ipsi vocant bigamiam interpretatiuam) perdat priuilegium clericale, sicut Accolytus, & nouitius Religiosus. Si autem sit talis conditionis, quod non potest iterum illum dimittere, & proijcere, quo meretur priuilegium clericale, vt constitutus in sacris, & professus, qui sub octauo bigamiæ modo (qui ab illis bigamia similitudinaria dicitur) comprehenditur statu illo manente manet priuilegium, donec degradatus traditur curiæ sæculari. Per nullam ergo bigamiam constitutus in sacris, aut religionem professus perdit hoc priuilegium clericale, non tamen admittitur ad ordines, vel ordinis executionem: vnde cap. vnicum de bigamis libro sexto, vbi dicitur Addijciendus est coercitioni sæculari, & capitul. quisquis, distinctione 84. & capitul. vnic. de cleric. coniugat. libro sexto, de solis bigamis existētibus in minoribus intelligi debet, non autem religiosis professis, aut in ordinibus sacris constitutis; vnde Gemin. in dict. capitul. vnico de bigam. libro sexto infert, quod constitutio pœnalis non extenditur de casu vero ad casum fictum, quando casus fictus non fingitur idem esse quoad omnem effectum, quem habet casus verus, sicut in proposito, vt patet in cap. nuper, & c. à nobis de bigam. in antiq. & consequenter percutiens bigamum similitudinarium, hoc est professum, vel in sacris constitutum excommunicationem incurrit, non autem qui bigamum in minoribus existētem percuteret, vt latius lib. 5. cap. 27. vers. decimus tertius exposuimus. Dixi bigamum existentem in minoribus si enim esset coniugatus, qui cum vnica, & virgine contraxisset, si deferat habitum, nec canonis, nec fori priuilegium perderet, c. vnico de cleric. coniug. lib. 6. & ibi gl. in verbo clerici, quod post Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 6. procedit, dummodo clericus coniugatus eidem Ecclesiæ seruiat, vel ministret, & habitu clericali, & tonsura vtatur, secus autem si clericus iste cum pluribus, aut cum vidua, aut cum corrupta, quam virginem esse credebat contraheret, tunc enim bigamus esset, & omni priuilegio clericali nudaretur, ex glos. in cap. vnico, in verbo virginibus de cler. coniug. libro 6.

RESOLVT. XXXV.

1 *Bigamus sub pœna excommunicationis prohibetur tonsuram, & habitum clericalem deferre.*
2 *Bigamus si intrat religionem potest portare tonsuram monachalem.*
3 *Prohibentur etiam bigami deferre superpelliceum, & coronam, & omne, quo vtuntur clerici facturi actum consecrationis, aut benedictionis.*

Bigamus caret tonsura clericali, & prohibetur deferre habitum clericalem.

1 BIgamus priuatur tonsura clericali, vt habetur in cap. vnico, de bigamis in 6. vbi sub pœna excommunicationis sententiæ ferendæ prohibetur tonsuram, vel habitum clericalem deferre. Idem docent Palud. 4. distinct. 27. q. 4. artic. 3. conclus. 1. Gabriel. ead. distinct. quæst. 3. artic. 3. dub. 1. Viual. de irregularit. bigam. numero 28. & Sylvest. verbo Bigamia, quæstione 8. in fine, ait peccare mortaliter si deferat, quod patet cum id prohibitum sit illis sub pœna excommunicationis, & hanc pœnam sicut primam Paludan. & Gabriel. intelligunt de bigam. in minoribus constituto, nam constitutus in sacris, & religiosus non perdit priuilegium clericale, nec perdit tonsuram,

Addunt etiam Palud. Gabriel. & Tabiena, quod
2 si bigamus intret religionem portare potest tonsuram monachalem, quæ non est via ad ordinem plusquam tonsura conuersorum, & eam percutiens est excommunicatus, & se habet solum sicut conuersus in religione approbata: sic intelligitur capitul. quisquis distinct. 84. vbi dicitur, quod habet solum laicalem communionem, id est conuersorum, vnde sicut conuersi tonsuram monachalem deferre potest,
3 Et prohibentur deferre habitum clericalem præcisè, quo vtuntur clerici actum sui ordinis, aut consecrationis, aut benedictionis facturi, vt superpelliceo, Corona, & Dalmatica, hinc vt Palud. & Gabr. vbi supra notant nec Epistolam legere possunt etiam sine superpelliceo, & colligitur ex dict. cap. vnic. de bigam. lib. 6. & faciunt ea, quæ à Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 17. traduntur.

RESOLVT. XXXVI.

1 *Bigamus est incapax beneficij Ecclesiastici, sæcularis, vel regularis.*
2 *Bigamus est indignus omni ordine, & clericatu.*
3 *Contrahens matrimonium etiam ratum statim amittit omne ius beneficij etiam si non sequatur copula, nu. 4. Item si occultum fuerit, vide num. 5. Item si ob defectum extrinsecum non valeret vt patet, numero 6. & etiam si vxor monasterium ingrederetur, num. 7.*
8 *Clericus in minoribus constitutus contrahens sponsalia non amittit beneficia de facto.*
9 *Constitutus in sacris contrahens matrimonium per verba de præsenti non ammittit beneficia de facto, sed per sententiam priuari potest.*

An Bigamus sit capax beneficij.

IN facti contingentia discurrendo dicebam pro negatiua sententia, & sic, quod bigamus non sit
1 capax beneficij; Bigamus enim non est capax alicuius beneficij Ecclesiastici, nec sæcularis, nec Regularis, cum ad ordines promoueri nequeat capitulo 1. & 2. distinctione 33. capitul. 1. 2. & 3. de bigamis, & omni priuilegio clericali nudati sint meritoque laici existimentur capitul. vnico de bigamia, facit etiam Sacrum Concilium Tridentinum sess. 23. de reformat. capitul. 17. ad finem ibi, dummodo non sint bigami, Lambert. de iure patronat. part. 1. libro secundo, quæstione septima, artic. 13. Coras. de benefic. parte 3. cap. 1. numero secundo, Auil. de censur. par. 7. disputat. 8. dub. 1. tradit etiam in terminis Paludan. 4. distinctione 27. quæstione quarta, artic. 3. conclusione quinta. Viual. in tractat. de irregularit.
2 bigam. numero vigesimo octauo; cum enim bigamus indignus sit omni ordine, & clericatu, vt dictum est, indignus est beneficio, quod datur ordinatis. Immo cum beneficium detur propter officium, quicunque indignus est ordine, & officio per consequens, & beneficio indignus est, & hoc non solum durante matrimonio, sed etiam postea donec mereatur dispensationem; Quibus addo,

quod

quod nec clericus, qui contraxit cum vnica, & virgine ad ordines, aut ad beneficia habenda admittitur, capitul. primo, & capitul. secundo, de
3 cleric. coniugat. Sed eo ipso, quod matrimonium contrahit etiam ratum, statim perdit beneficia, quæcunque ecclesiastica etiam simplicia, & dignitates ecclesiasticas capitul. primo, & ibi glos. in verbo relinquere, & Panormitan. numero quarto, & idem Panorm. in cap. secundo, & cap. quod à te, & ibi glos. in verbo priuandis, & Panorm. num. 1. & cap. diuersis fallacijs, & ibi Panorm. numero 1. c. cum decorem, & ibi glos. in verbo dimissis, & ibi Panorm. de cleric. coniug. Hug. in capit. quicunque, dist. 77. Maiol. libro primo, de irregul. cap. 34. numero 1. 4. & 5. Nauar. in Manual. cap. 25. num. 120. versic. 21. vbi ait esse sententiam omnium Host. in summa libro 3. tit. de cleric. coniug. num. 1. §. quam pœnam. Collect. in cap. 1. de cleric. coniug. decis. Cappellæ Tholosanæ 236. Benard. Diaz. in practic. crimin. canonic. 74. circa medium. Quod procedit.

4 Primo etiam si non sequatur copula, vt notant Doctor. in cap. 1. de cleric. coniug. vbi Panormit. numero quinto, Diaz. vbi supra Nauarr. & Henriquez citat.

5 Secundo etiam si occultum sit eum esse vxoratum Panormit. in d. cap. cum decorem, & Maiol. cit. nec suffragari potest contraria consuetudo, & Panorm. & Maiol. cit. ob malum exemplum, & scandalum, quod ex hoc surgeret, vt de Ecclesiasticis stipendijs viueret, qui sub sæculi militia, nempè matrimoniali viueret.

6 Tertio etiam si matrimonium contractum ob aliquem defectum extrinsecum veluti consanguinitatis, aut affinitatis non valeat Panorm. in ca. 1. numero 7. de cleric. coniug. Ioan. Andreas in cap. Ioannes tit. eodem Roman. cons. 365. cons. 483. colum. 3. versic. dubitatur primo, Hippol. cons. 70. volum. 1. colum. 3. incipiente scientiarum omnium, Stephan. in decis. 239. Cappellæ Tholosanæ in additione, Dec. cons. 166. volum. 1. Brixien. in quæst. 10. quæ incipit clericus quidam, Diaz, & Nauarr. vbi supra quicquid Henriq. in hoc casu contrarium dicat. Dixi quando matrimonium esset nullum ob defectum extrinsecum, si enim fuit nullum ob defectum consensus, tunc ex Panorm. in d. cap. 1. num. 7. de cler. coniug. & Nauar. in Manual. c. 25. num. 120. non perdit beneficia, & fauent Viuald. tract. de irreg. bigamiæ, numero 8. quorum dictum Diaz, vbi supra c. 74. in fine, verum esse putat solum quando defectus consensus fuit in clerico puta, quia clericus fuit furiosus, vt exemplificat Panorm. cit. sin autem defectus consensus fuit tantum in muliere, puta quia per vim fuit compulsa, contrahere ipso clerico purè, & liberè non sentiente, aut quia mulier non erat sanæ mentis nulla est ratio, quare non perdat beneficia, sicut quando contrahit cum consanguinea, & fauet Imola in Clement. gratiæ de rescrip. & post eum Præpos. distinct. 32. propè finem.

7 Quarto etiam si vxor monasterium ingredi vellet etiam antequam esset cognita, & fieri religiosa, maritus tamen, qui cum beneficiatus esset eam duxit, ita omne ius beneficij perdidit, vt beneficia recuperare non possit, ne inde lucrum capiat, vnde pœnam meretur, Doctor. in capit. 1. de cleric. coniugat. Imola in Clement. gratiæ de rescript. Præpos. in capitul. placuit distinctione 32. Brixiens. in d. quæst. 10. Panormit. in cap. 1. numero 5. de cleric. coniug. Maiol. vbi supra, si tamen alicuius vxor transire velit ad religionem vir facillimè obtinere poterit beneficium, postea, sed beneficia prius obtenta non retinebit etiam vxore religionem profitente: Ratio differentiæ potest esse, quia cum beneficiatus transit ad nuptias reddit se indignum beneficijs, ita quod ad ea redire, aut in eis perseuerare non potest: sed hic, qui cum vxoratus esset absque beneficijs vxore volente religionem intrare ipse consensit fit dignus beneficijs renuncians sæculo, vnde meritò habet locum contrarium ius, quia militat ratio contraria.

8 Quinto si huiusmodi clericus in minoribus constitutus tantum contraxit sponsalia de futuro non perdit beneficia ipso facto ex Panor. in cap. 1. num. 5. de cler. coniug. Diaz, vbi supra c. 74. in fine, Nauarr. in Manual. cap. 25. num. 120. Rot. decis. 21. Quemadmodum enim per adeptionem secundi beneficij non vacat primum, nisi quis sit plenè transactus ad secundum, cap. cum in cunctis, & c. commissa, de cler. lib. 6. ita nec per contractum sponsaliorum cum adhuc non sit plenè transactus, & quia sponsa non est propriè vxor, sed promissa.

9 Sexto constitutus in sacris contrahens matrimonium per verba de præsenti, non perdit beneficium ipso facto, sed priuari potest per sententiam, sic glos. in cap. 1. in verbo dimittere, & Io. Andreas in capitul. Ioannes de cler. coniugat. & Nauar. in Manuali cap. 25. numero 120. quamuis Panor. in dict. cap. 1. num. 7. & 8. de cleric. coniug. contrarium affirmet. Ratio diuersitatis est, quia ratio priuationis beneficij in Clerico tonsurato, aut in minoribus constituto, vt ex capitul. quod ex te, & cap. diuersis fallacijs de cleric. coniugat. colligitur, est, quia talis non potest deseruire vxori, & beneficio, sed in constituto in sacris cessat hęc ratio, cum matrimonium non teneat, & compellatur dimittere vxorem, quia verò per tale matrimonium, licet nullum, etiam si cum virgine contraxit priuatus sit ordinis executione etiam per sententiam, merito priuandus est beneficio, nisi cum eo tam in ordinis executione, quam in beneficij retentione post condignam pœnitentiam dispensetur, capit. sanè, & ibi glos. in verbo ex indulgentia, & Panormit. ibi, numero tertio, de cleric. coniugat. & potest Episcopus cum eo dispensare, vt in dict. cap. sanè, & glos. & Panormitan. ibi, habetur.

RESOLVT. XXXVII.

1 *Bigamus potest obtinere pensionem.*
2 *Pensio non est beneficium Ecclesiasticum, nec venit appellatione beneficij.*
3 *Adducitur ad comprobationem totius quæstionis integra decisio Rotæ.*

An Bigamus possit habere pensionem.

HVnc iuris articulum proposuit Solertissimus iuuenis, & alumnus meus D. Ioannes Maria
1 Nouarius, & illum resoluit pro affirmatiua sen-
2 tentia, & monebatur, quia pensio non est beneficium Ecclesiasticum, nec beneficij nomine intelligitur, nec venire appellatione beneficij tenent Domin. Franc. & alij in cap. quamuis, de præben. in 6. Staphileus de litteris gratiæ 9. forma expectatiuarum, num. 27. Selua de benefic. par. 1. q. 3. num. 11. Sarnen. in Regul. de infirmis, q. 16. Duaren. de benefic. lib. 2. cap. 24. Mandos. in Regul. Cancel. 19. q. 11. Hoied. qui dicit communem de incompatibilitate beneficij in præfat. num. 30. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 10. num. 69. allegabat etiam Decisionem Rotæ in vna Brixien. Confidentiæ 5. Iunij 1591. coram D. Penia, in qua fuit resolutum pensiones propriè beneficia Ecclesiastica dici non posse, & hoc firmauit Rota per hæc verba, videlicet.

3 Archiepiscopus Cercinen. omnes fructus Archipresbyteratus Montis Clari Briuen. diœcesis, demptis tamen quinquaginta pro titulari, habebat reseruatos cum facultate in toto, vel in parte vni,

vel pluribus eos transferendi, cuius facultatis vigore primum de anno 1568. summam ducentorum scutorum, & iterum de anno 1575. residuum dictorum fructuum ad fauorem Ludouici Campani sui familiaris transtulit, sed quoniam Franc. Fenicius prædicti Archipresbyteratus titularis prætendebat in ea translatione commissam fuisse confidentiam prohibitam per Constitutiones Pij Quarti, & Quinti, tum quia post translationem idem Archiepiscopus eosdem fructus exegisse per quietantias factas ab eius procuratore videbatur, tum ex quibusdam eiusdem literis missiuis, quibus videbatur significari Archiepiscopum post translationem exegisse, tanquam dominum fructuum, quod non videbatur negare Campanus, qui in suis constitutis fatebatur Archiepiscopum post translationem omnes fructus exegisse, tum denique ex quibusdam locationum instrumentis, vnde inferebatur Campanum, tanquam procuratorem Archiepiscopi post traslationem prædictos fructus, tanquam spectantes ad Archiepiscopum vti illorum reseruatarium locauisse, & propterea prædictus Franciscus Campanum coram iudice confidentiarum accusauerat, cui fuerat per Sanctissimum Dominum Nostrum ordinatum, vt cum voto meo in causa procederet; proposita causa in Rota dubitaui, an adesset confidentia in casu, & ad effectum, de quo agitur, effectus erat magnus, quia si iudicabatur pro confidentia translatio prædicta reddebatur nulla, & Campanus inhabilis iuxta pœnas Constitutionis Pij Quinti, & licèt Ego qui causam non Rotalem proponebam, & ideo primus eram dicturus suffragium ex prædictis inclinarem pro confidentia, omnes tamen Domini concorditer tenuere de illa non constare, potissima ratio fuit, quia Constitutiones Pij Quarti, & Pij Quinti non habent locum in simplici translatione fructuum, aut pensionum cum loquantur de fructibus, ac pensionibus, quæ reseruantur ratione resignationis beneficiorum, nam prima Constitutio Pij Quarti apertè loquitur de beneficijs Ecclesiasticis, pensiones verò propriè beneficia Ecclesiastica dici non possunt. Sarnen. de infirmis quæst. 16. circa medium versic. nam clarum est, Gigas de pensio. quæst. 28. num. 10. nam pensio cum non detur in titulum est quoddam ius temporale separatum, & distinctum ab ipso beneficio, vt tenuerunt Domini in vna Zamoren. pensionis sub die 10. Octobris 1577. coram D. Oriolen, & cum sit pœnalis constitutio restringenda est, cap. 1. de filijs presbyterorum, lib. 6. cap. odia, & cap. in pœnis, de regulis iuris lib. 6. clarum autem videbatur constitutionem loqui de pensionibus, & fructibus ex causa resignationis beneficiorum reseruatis ibi, ac tibi, propterea pensiones annuas, ac fructus redditus, & prouentus Ecclesiarum, & aliorum beneficiorum, &c. ex quibus verbis declarantur, etiam alia, quæ sequuntur in dicta constitutione in versic. ad fructuum, & pensionum, & in vers. & insuper, quibus locis dictio, prædictam, & dictio, huiusmodi, ostendunt constitutionem sentire de pensionibus, & fructibus procuratis ob resignationem confidentialem Pij V. quæ enumerat omnes modos committendi cõfidentias similiter loquitur de beneficijs, ac pensionibus super beneficijs ratione confidentiæ reseruatis, nec in ea legitur aliquod verbum de pensionibus, & fructibus separatim consideratis, vel de illorum translatione, nec videbatur Dominis verisimile, quod illa constitutio id fuisset omissura, & si putasset in eo etiam casu confidentiæ crimen locum habere argumento, l. primę, §. sin autem ad deficientis, C. de caducis tollendis. Alex. cons. 148. incip. in casu appellat. num. 8. lib. 5. Considerabant etiam Domini, quod cum Constitutio Pij V. procedat per præsumptiones non debet extendi ad casus, in quibus alias extenderetur Abbas in cap. fin. de sponsal. Ruin. cons. 112. num. 27. lib. 2. Rol. cons. 27. num. 22. lib. 1. nec videri potest Pius V. de illis sensisse in vers. sed nequisquam, nam ibi quoque agitur de pensionibus occasione confidentiæ super beneficio commissæ, de quibus paulo ante in prædicta Constitutione tractatum fuerat; non obstat sententia lata à Pio Quinto per quam declaratur nulla translatio pensionis facta in Archiepiscopum Cercinen. quia non fuit declarata nulla, tanquam confidentialis, sed tanquam facta ad commodum incapacium, ac in fraudem priuilegiorum Militum Sancti Pauli, fuit etiam dictum, quod licet præfatæ Constitutiones Pij IV. & Pij V. loquerentur de simplicibus pensionibus, Quod tamen non concedebatur probata aliqua confidentia, primum, quia cum Archiepiscopus vigore suæ facultatis posset fructus pro se retinere, & illos etiam omnes, vel aliquam partem transferre, nulla aderat probabilis, aut verisimilis simulandi causa, qua deficiente, nec præsumitur simulatio, nec admittitur eius prolatio, Aretinus cons. 159. num. 10. versic. venio nunc ad tertium. Alex. cons. 57. num. 30. versicul. & hæc procedunt libro quinto; facti etiam series videbatur tollere confidentiam, nam si confidentiaria, & simulata fuisset translatio non potest satis commoda assignari differentiæ ratio, cur statim ab initio non fuit facta de omnibus fructibus, quibus stantibus non concludit confidentiam perceptio fructuum facta per Archiepiscopum post translationem, sola enim fructuum perceptio non inducit confidentiam, sed animus, & conuentio hoc faciendi ab initio, vt fuit conclusum in illa Crescentina Confidentiæ coram Domino Orano de anno præsenti, nec locatio facta per Campanum nomine Archiepiscopi, nam ista cur ita absque confidentiæ crimine fieri potuerunt causas habent probabiles, & verosimiles, quas in suis constitutis refert Campanus, intererat enim Campani ne ista translatio ab Archiepiscopi consanguineis intelligeretur, ac vt facilior esset exactio in terris, seu dominio Venetorum, quæ præsumptiones cum sint satis probabiles contrariam confidentiæ suspicionem ex prædicta parte, & locatione ortam elidunt, dicebant etiam aliqui ex Dominis, quod cæteris etiam placuit, quod licet Constitutio Pij V. ponat quasdam coniecturas ad probandam confidentiam, non tamen tollit alias præsumptiones, & coniecturas quicquid priores, vel tollantur, vel elidantur, illæ enim coniecturæ non sunt præsumptiones iuris, & de iure, quæ non possint recipere probationem in contrarium.

Confessio Campani non obstat, quia cum sit qualificata non potest diuidi, Abb. in c. bonæ, num. 29. de postul. Prælat. reddit enim rationem cur nomine Archiepiscopi exigeret, tamen Campano satisfaciebat de exactis; in literis missiuis Archiepiscopi non poterat fieri fundamentũ cũ inde non concluderetur, quod pecuniæ, de quibus in eis agebatur peruenissent ad Archiepiscopum, atque ex his conclusum pro non confidentia.

RESOLVT. XXXVIII.

1 *Vxores duas, vel plures ducere non licet.*
2 *Vxores plures Barbari quidam habuere.*
3 *Sponsas plures habere non licet.*
4 *Concubinas duas quis tenere non debet.*
5 *Vxores plures ducens qualiter puniatur, & num. 6. quando excusetur, num. 7. & 8.*

Vxores

Vxores duas ducere non licet, & de pœna huius poligamiæ.

VXores duas, vel plures ducere non licet, tam de iure ciuili, quam diuino, & canonico, vt de iure ciuili habemus in l. eum, qui duas, C. de adulter. in l. 2. C. de donat. ante nupt. l. 1. iuncta l. quid ergo, C. de infamib. §. affinitatis, & §. socrum, inst. de nup. de iure canonico, & diuino in c. gaudemus de diuortijs, c. 2. de sponsa. duor. Ant. in summa de plural. coniug. p. 3. Didac. super 4. decret. fol. 124. num. 2. inquit enim Apostolus suam quisque vxorem, & proprium quæq; virum habeat 1. Cor. c. 1. ver. 2. & est contra ius naturæ, vt multis ostendit Tiraq. de leg. connub. l. 7. num. 24. nam primis solis parentibus dictum crescite, & multiplicamini in figura matrimonij, & non posset militare præceptum, vt sint duo in carne vna, si plures essent coniuges.

2 Quamuis apud multas barbaras nationes contrarium obseruari per multas columnas more suo demõstret Tiraq. in d. lib. 7. num. 20. cum seq. vsque ad num. 30. & propterea Hebræis id etiam prohibuerunt Imper. in l. nemo, C. de Iud. quia per illorum leges, & cærimonias id videbatur permissum. Genes. c. 2. Paralip. c. 13. Iud. c. 8. lib. 2. Reg. c. 3. & 20 lib. 3. c. 11. vnde apud Romanos frequenter erant repudij libelli ne duas vno tempore vxores haberent, in quam rem faciunt illi versus Euripidis in Andromacha.

Duarum enim
Moliri habenas fœminarum vnum virum
Haud est honestum, vna satis est vxor viro,
Qui lætus, & cupit habitare commodè
Res mulier inuidiosa consortes tori
Eiusdem, vt odijs dissidens crudelibus.

3 Amplia, vt nedum duas vxores, sed nec duas sponsas habere liceat, vel vnam sponsam, & alteram coniugem d. l. quid ergo, & l. ea, quæ C. de donat.
4 ante nupt. Immo neque duas concubinas habere conuenit, sicuti nec vnam vxorem, & alteram concubinam, l. 1. C. de concub. Bertach. in §. vxor. nu. 58. post Bald. in d. l. 2. C. de incest. nupt. & est text. allegans in auth. de trien. & semis. nouel. 18. cap. 5. ver. & hæc dicimus, vbi Imperator hanc rem confusam concupiscentiam vocat, & ibi Cuiac. multa dicit subtiliter satis more suo: hinc est, quod non valet pactio, quæ fit ratione secundi matrimonij prima existente coniuge d. l. ea, quæ C. de donat. ante nupt. sicuti non tenet promissio facta, tanquam vxori d. l. eum, qui duas, & filij nati ex duab. concubinis eodem tempore retenti erunt spurij, & inhabiles ad succedendum Hug. cons. 73. num. 17.

5 Pœna autem illius, qui duas ducit vxores de iure ciuili est primo infamia d. l. 1. & d. l. quid ergo, & d. l. eum, qui duas in princip. & ibi Salic. l. 1. in fi. ff. de his, qui not. infam. Gomes. super l. 80. Taur. nu. 27. Clar. in §. fornicatio, num. 29. & illum repellendum à testimonio dicit Rebuff. in concord. Rub. de publ. concub. super verbo, & cum omne: item quoad corpus est pœna stupri, quæ est publicatio dimidiæ bonorum in persona honesta, in vili autem etiam fustigatio, §. item lex Iulia. Inst. de publ. iud. ita videtur velle tex. in d. l. eum, qui duas, & quamuis aliqui putauerint esse pœnam mortis, vt sentit Roman. sin. 537. tu scis Apost. ad Alex. cons. 165. li. 7. tamen in cõtrarium est verior, & magis communis opinio, quam tenet Alex. cons. 165. post Salic. in d. l. eum, qui duas, & alios per eum relatus Berta. in §. vxor dicitur nu. 58. Ang. in sua praxi super ver. *che hai adulterata la mia Donna*, nu. 62. & 65. quem sequitur ibi Angel. de Arimin. Tiraq. d. l. 7. n. 24. Abb. in c. cum haberet de eo, qui dux. in mat. eam, quam poll. per adul. vbi dicit tales esse mitrandas Bos. in titu. de coit. dam. n. 78. vbi ponit facetiam de Rege Gallorum Carolo, & refert Senatum Mediolani solitum puniri delinquentes pœna fustigationis, & eandem opinionem magis communem dicit Clar. in dict. §. fornicationi 29. & ideo August. dicit nunquam puniri pœna mortis, etiã quod quis vilis desponsasset, & decepisset duas nobiles, quo tamen casu ego crederem puniendum graniori pœna, & Senatus noster D. Patre meo de anno 1562. condemnauit quendam, qui duas duxit vxores ad triremes ad tempus sicuti etiam grauius punitur, qui duas decipit Virgines illas desponsando, vt loquitur Mol. ad d. cons. 165. & qui sæpius hoc delictum cõmisisset, vt in cas. Gram. voto 17. & in casu, de quo loquitur Bos. num. 78.

6 De iure Canonico pœna est, vt mulieri incidantur panni ante, & retro, ac etiam capilli gl. in c. de Benedicto, 32. q. 4. quam sequitur, & ad hoc citat Aug. in add. ad Ang. d. num. 56. Rom. d. sing. 537. & Clar. in d. §. fornicatio, numer. 29. vir autem ieiunabit 40. dieb. in pane, & aqua pœnitebit septem annis cap. 2. de sponsa. duorum. Sum. Sylu. in §. matrimonium 8. num. 13. adde, quod tales fiunt bigami sunt etenim duæ poligamiæ species, quarum vna hæc est, quando duæ capiuntur vxores.

6 Limitatur autẽ & nõ habet locum hæc pena si Papa dispensaret, vt quis non relicta prima aliam duceret, tunc enim non habet, quis vno, & eod. tempore duas vxores, sed vnam tãtum quia alteram dimisit per dispensationem Sil. d. §. matr. cap. 8. nu. 13. pœna enim ista non habet locum de vtroque iure, nisi quando quis vno, & eodem tempore duas habet vxores.

8 Limita secundo si contractus matrimonij sit factus sine dolo, sed per errorem, vt quia vir credebat coniugem mortuam, vel è contra, tunc enim non habet locum pœna prædicta quod qualiter conting ere possit, & militare latè ostendit sum. Sylues. d. nu. 13. vbi omnino vide, cuius dictis addo Albericum in d. l. eum qui duas in fin. Clar. in d. §. fornicatio num. 30.

RESOLVT. XXIX.

1 *Cognoscens carnaliter vxorem adulteram censetur bigamus.*

2 *Per cognitionem vxoris carnaliter contrahitur bigamia interpretatiua.*

Cognoscens carnaliter vxorem adulteram an censeatur bigamus.

1 VIdebatur primo intuitui quod sic, ex eo quod iuxta notata per Garz. de benefic. pa. 7. c. 2. contra-
2 hitur bigamia interpretatiua quando quis vxorem adulteram cognouit etiam ignoranter c. si cuius c. si laici 34. dist. quia hic non agitur de irregularitate ob culpam, seu delictum inducta, sed ob defectum Sacramenti. c. acutius. 26. dist. c. nuper. c. debitum & c. 1. de bigamis Villadiego de irregul. c. 13. vers. dixi etiam quod bigamus. addit. Cappell. Tholos. decis. 235. Nauar. in Manual. cap. 16. nu. 27. & c. 27. nu. 195. Guttier. canon. q. lib. 1. c. 25. n. 15. & 16. Lopez 2. tom. 2. par. c. 22. Vega 1. par. summ. c. 38. cas. 2. & in Espeio. de Curas c. 12. n. 299. & cap. 14. nu. 37. Carbo. de legibus lib. 8. disput. 13. c. vlt. Tolet. lib. 1. cap. 66.

In puncto autem allegati decisionem Cappellæ Tholosanæ 64. quæ sub his verbis complectitur.

Item fuit quæsitum si clericus coniugatus cum vnica, & virgine vxorem eius, quæ adulterata fuit notoriè publicè & palam ex post reconciliet, & cum ipsa cohabitet, vt prius sciens eam esse adulteram dicetur esse bigamus, ita quod si ex post propter aliquod maleficium capiatur per temporales, & petatur remitti ad iudicem Ecclesiasticum, & opponatur per procura-

ratorem temporalem, quod non debet admitti, quia bigamus, & ita probarent per cap. vnicum de bigam. lib. 6. & per c. sit eius qui 34. dist. concluſum fuit quod curia temporalis malè dicit, & ita pronunciatum verum esse, quod est bigamus quoad legem promotionis, non autem quoad priuilegium conceſſum clericis coniugatis per c. vnicum de cler. coniug. lib. 6. & ita tenent concorditer omnes in c. vnico de bigamis lib. 6. & idem Ray. Thol. decr. doct. legens Tholoſæ.

PRAXIS CRIMINIS BLASPHEMIÆ.

RESOLVT. XL.

1 *Quid sit Blaſphemia.*
2 *Blaſphemia est impoſitio falſi criminis in Deum.*
3 *Blaſphemia est cum quadam probroſa religioſitate conuitiorum in alterum iaculata maledictio.*
4 *Blaſphemia est omnis maledictio prout refertur ad Deum vel Sanctos.*

Blaſphemia quid sit.

PLures traditæ sunt à ſcriptoribus Theologis Canoniſtis illius diffinitiones: prima diffinitio tradita ab Alberto Magno lib. 2. ſent. diſtinct. 35. est
1 quod Blaſphemia sit derogatio excellentiæ bonitatis Diuinæ, vt dicit D. Thomas in ſecunda ſecundæ quæſt. 13. articul. 1.
2 Secunda quod Blaſphemia est impoſitio falſi criminis in Deum, vel ei ſubtrahendo quod ineſt, vel ei tribuendo quod abeſt, idem Thom. vbi ſupra, & in 4. ſent. diſtinct. 14. vbi Thom. de Vio, Caietan. Syluest. Prier. in ſumma. §. Blaſphemia.
3 Tertia Blaſphemia est cum quadam probroſa religioſitate conuitiorum in alterum iaculata maledictio, vt dicit Hugo de Sancto Victore lib. 4. de fructu Carnis, & ſpiritus cap. 6. quam refert Petrus de Aragon. 2. ſecundæ quæſt. 89. articulo 6.

Quarta traditur à Diuo Hyeronimo quod Blaſphemia est cõtumelia, vel vitij illatio in iniuriã Creatoris.

Quinta est cum attribuitur creaturæ quod est Creatoris, idem Thomas in dict. 2. 2. quæſt. 13. art. 1. in reſponſ. ad. 3.
4 Sexta omne maledictum prout refertur ad Deum, & Sanctos est Blaſphemia vt in capit. 2. de maledict. hoc idem Bart. in l. item apud Labeonem. §. prætor ait nu. 4. ff. de iniur. & vide quæ ſcribit nouiſſimè D. Nouar. in collecta. ad pragmat. 1. de Blaſphemantibus vbi multas deciſiones cumulat.

RESOLVT. XLI.

1 *Iure diuino pœna mortis, & lapidationis punitur Blaſphemia, & iure ciuili per Iuſtinianum. num. 2.*
3 *Blaſphemanti imponebatur pœna excommunicationis de iure canonico, & quid hodie, num. 4.*
5 *De iure Neapolitano mutilatione linguæ olim puniebatur, & alijs pœnis, & quid hodie. nu. 6. & 7.*

Qua pœna Blaſphemiæ delictum puniatur.

REſpondetur circa hoc eſſe varia iura conſideranda.
1 Primum est ius diuinum, quo puniebatur pœna mortis lapidationis, vt habetur Leuitici cap. 24. Educ Blaſphemum extra Caſtra, & ponant omnes, qui audierunt manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus, & ad filios Iſrael loquens, Homo qui maledixerit Deo ſuo portabit peccatum ſuum, & qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur, lapidibus opprimet eum omnis multitudo populi, ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit, qui blaſphemauerit nomẽ Domini moriatur, de hac pœna iuris diuini agebant forte Iudæi dum Ieſum Dominum volebant lapidare, qui apud Ioan. c. 10. dixerunt de bonis operibus non lapidamus te, ſed de Blaſphemia, de hoc Lucas de Penna in l. omnes C. de delat. l. 10. Afflict. in conſtit. Regni Blaſphemantes Boer. in deciſ. 301. num. 4. Franciſ. Squillacenſ. de Fide Cathol. cap. 16. num. 2. Iul. Clar. in §. Blaſphemia num. 4. Menoch. in d. caſu 375. num. 24.
2 Secundum est ius ciuile quo erat pœna mortis ſtatuta à Iuſtiniano Imperatore, vt in Auth. vt nõ luxur. contra naturam quam Iuſtiniani Conſtitutionem dicit eſſe tam piam, quod poſſet legi in Eccleſia Ioan. de Anania in c. fin. de Maled. ſequuntur. Bartol. & ibidem Alexand. in conſi. 233. col. 6. Boer. in dict. deciſ. 301. n. 10. Cataldin. de Vico de Syndicatu n. 166. Foller. in pract. crimin. in Fragmen. n. 15. Couarr. in c. quamuis par. 1. §. 7. n. 10. de pactis in 6. Luc. de Penna in dict. l. omnes nu. 6. vbi dicit hanc pœnam abiiſſe in deſuetudinem, quẽ ſequuntur Boer. vbi ſupra latè Menoch. in dicto caſu 375. n. 24. 25. & 26. latius Decian. vbi ſupra cap. 6. nu. 4. Hippolit. Bonacoſs. in commun. opinion. criminal. lib. 1. §. Blaſphemia idem Foller. in pract. cenſu. §. Nicolaus Epiſcopus num. 45. & pluribus ſequentib. Marſil. in pract. crim. §. & quia nu. 25.

Tertium est ius Canonicum, quo diuerſæ pœnę pro temporum diuerſitate impoſitæ reperiuntur, vt dum loquimur contra laicos in c. ſi quis per capillum 22. q.
3 1. laico pœna excommunicationis infligitur, & habetur in c. Apoſtolicæ. 23. q. 4. ibi tradendi ſunt Satanæ, vt Blaſphemare dediſcant. Hinc Paulus Apoſtolus 1. ad Timoth. c. 1. dicit Hymeneum, & Alexandrum tradidiſſe Satanæ, vt diſcant non Blaſphemare, ſed tamen pœnam excommunicationis non eſſe in vſu hodie voluerunt Hoſtienſ. in ſumma tit. de maledict. n. 4. & ſuiſ-
4 ſe correctam per cap. 2. extra de maledic. eo quod hodie imponatur pœna publica ante fores Eccleſiæ intra Miſſarum ſolemnia, vt in dict. c. 2. traditur forma, quod voluit etiam Panorm. in dict. c. 2. n. 8. & 10.

Quartum est ius Neapolis, vbi pœnæ conſtitutæ ſunt prima à Federico Imperatore, qui dicit Blaſphe-
5 mantes Deum, & Virginem glorioſam linguæ maliloquæ mutilatione punimus, vt in conſtit. Blaſphemantes, qui minorauit pœnam mortis, quia vt dicit
6 Bald. in l. iuriſiurandi. C. de reb. credit. per totam Italiam moderata est pœna in Blaſphemos, & volens reddere rationem dictæ minorationis Afflic. in dict. conſt. Blaſphemantes num. 1. dicit id fuiſſe factum ob multitudinem Blaſphemantium.

Poſtmodum ſub die 21. Aprilis anni 1481. in prag. incip. hac perpetua ſub tit. de Blaſphem. impoſuit pœnam mutilationis linguarum Rex Ferdinandus primus Blaſphemantibus Deum omnipotentem, Glorioſiſſimam Virginem, Apoſtolos, Sanctoſque alios in Sanctorum Catalogo deſcriptos, ac ad pœnam tertiæ partis bonorum poſtmodum idem Rex Ferdinandus in anno 1483. die 10. Aprilis per aliam pragm. incip. Maxima nobis; Cauit maledicentes, & Blaſphemantes Deum, Beatam Virginem, Sanctos, ac Sanctas puniri irremiſſibiliter arbitrariè iuxtam formam conſtitutionum, & capitulorum huius Regni, & per hanc pragmaticam videtur renouaſſe pœnam impoſitam ab Imperatore Federico in dicta conſtitut. Blaſphemantes. Carolus Quintus Imperator in anno 1540. in prag. incip. circa Blaſphemias diſpoſuit obſeruari leges & conſtitutiones, Regni capitula, & pragmaticas ſub Filippo ſecundo Catholico tempore adminiſtrationis Don Perafanſijs de Riberas proRegis Ducis de Alcala in anno 1566. die 26. Octobris impoſita
7 eſt pœna remigationis per quatuor annos in Regijs

trire-

triremibus vltra pœnas aliarũ pragmaticarum, vt per Nouar. in Coll. ad eaſdem pragmaticas, quem in facti contingentia videre poteris.

RESOLVT. XLII.

1 *Pœna c. 2. de maledictis an habeat etiam locum in clerico blaſphemo, & vide num. 4.*
2 *Verba generalia omnia comprehendunt.*
3 *Qui omne dicit nihil excludit.*
5 *Appellatione populi non venit clerus.*
6 *Clerici non ſubeunt pœnas publicas.*

An pœna c. 2. de maledictis locum ſibi vendicet in Clerico blaſphemo.

1 GRauis eſt inter DD. Canoniſtas diſputatio ſi diſpoſitio tex. in c. 2. de maledictis contra Clericos blaſphemantes locum ſibi vendicet, & videbatur affirmatiuè reſoluendum, ſi quidem tex. ille loquatur indefinitè, quo fit vt omnes comprehendantur tex. eſt expreſsus in l. ſi ita, vbi latè Bal. ff. de legatis 3. &
2 regula iuris eſt, quod verba generalia omnia comprehendunt l. generaliter ff. de legatis præſtandis, & maximè vbi iura non adhibent diſtinctionem, quo caſu per hominem diſtingui nequit ad text. in l. de pretio.
3 ff. de publicanda in rem actione, & qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus. ff. de legatis 3.

Cæterum ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium iudicaui in quadam cauſa blaſphemiæ cuiuſdam clerici mihi delegata, & conſequenter, quod in clerico non habet locum dicta pœna c. 2. de maledictis, ad quam opinionem comprobandam adducebam perſonas clericorum non venire in generali diſpoſitione ad text. in c. ſi clericos, vbi Arch. & reliqui communiter de ſententia excommunicat. vnde
5 appellatione populi non venit clerus c. ſi ſententia eod. titul. cum ſit quædam qualitas in eis, per quam augumentatur natura rei, vt per Valaſc. in deciſion. 100. poſt Panor. & communiter alij in rubric. de vi-
6 ta, & honeſtate clericorum, & maximè quia clerici non ſubeunt pœnas publicas capit. ex pœnitentibus 50. diſt. ca. 1. de Bigamia, ſed in eo eſſe pœnam arbitrariam cenſuit Panor. in dict. cap. 2. num. 8. Simanchas in Praxi Hæreſeos titulo 9. Ægid. Boſ. de inquiſ. nu. 131. nec pœnam d. cap. ſi quis per Capillum, quod Clericus deponatur depoſitione verbali non actuali locum habere cenſeo cum dicendum ſit cum clericis agendum eſſe pœna ſtatuta ſub Leone Decimo Pontifice Maximo in Concilio Lateranenſi ſeſs. 9. de reformat. Curiæ, quod & tenuit Diaz in practic. crim. canonic. cap. 103. n. 5. Maiolus de irregularitate li. 5. cap. 32. n. 2. Decian. in ca. 6. n. 3. Foller. in dict. pract. cenſuali in §. Nicolaus Epiſcopus n. 51. & canone dict. Concilij Lateran. inſeruit Menoch. in d. caſu 375. n. 29.

AN BLASPHEMIA FACTI ACRIVS punienda veniat, quam ea, quæ oretenus prolata eſt.

RESOLVT. XLIII.

1 *Facta verbis potentiora eſſe, exemplis oſtenditur.*
2 *Talis præſumitur animus qualia ſunt facta.*
3 *Blaſphemia facti ſeuerius coercenda eſt, ea quam blaſphemans ore tantum euomit, & cur num. 3. intellige tamen num. 9.*
4 *Facti blaſphemiæ exempla.*
6 *Facto blaſphemans qualiter puniendus.*
7 *Imaginum violator, aut irriſor, qua debeat pœna plecti remiſſ.*
8 *Necromanticæ, & aliæ id genus imagines perfringendæ, earumque authores puniendi, & à quibus, & quando, vt numero 9.*
10 *Blaſphemiæ hæreticalis cognitio Reuerendiſſimorum eſt Inquiſitorum, non hæreticalis laicorum eſt Magiſtratuum.*

Ex Coſta de facti ſcientia, & ignorantia inſpectione 17.

1 CVm facta ſint longè verbis potentiora vulg. l. de pupillo §. meminiſse. ff. de num. oper. nunc. cap. dilecti filij il 2. de appellat. vbi plus eſt ad Sedem Apoſtolicam prouocare facto, quam verbo l. noſtram. C. de teſtam. vbi ſi teſtator, teſtamentum iure factum inciderit, vel ſigna remouerit conſulto, elogium illud
2 vires habere deſinit, nam talis preſumitur animus, qualia ſunt facta c. cauete 22. q. 5. & Rojas de hæret. p. 1. num. 288. & ſeqq. quæritur non incongruè an
3 blaſphemia facti acrius ſit punienda quam, quæ cor-
4 de fit, vel ore tantum, veluti in conculcatione Sanctiſſimæ Crucis ſeriò facta, vel intemeratæ Deiparæque Virginis, ac Cœli Reginæ, aut imaginum Sanctarum tabularum, vel ſtatuarum vilipendio ob deturpationem percuſſionem, in terramve proiectionem ex induſtria, vnde manauit impietas idolatriæ, & in promptu reſolutio eſt affirmatiua, ex cap. 2. §. certum de offic. ord. in 6. argu. l. qui ſtatuas. ff. ad l. Iuliam maieſt. cum mult. pertinẽter adductis per Plot.
5 eius nominis tractat. num. 5. 6. quandoquidem, ſi ſeruanda eſt ſeueritas contra prorumpentem indeuotè, ac temerè in verba maledica, & iniurioſa, quæ omnipotentis Dei bonitatem oblædunt, vt cernere eſt apud Boer. deciſ. 301. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 375. Gramm. deciſ. 50. Clar. ad §. blaſphemia, & ibi Baiard. Borrel. conſ. 43. Bertazzol. conſ. 53. & ei addent. vol. 2. crim. Teſsau. 241. copioſè Viui. dec. 255. 388. p. 2. Afflict. in conſt. Reg. lib. 1. verb. inconſubſtantiale num. 53. 54. abundè Graff. aurear. deciſ. p. 1. lib. 2. c. 19. & 20. vbi habetur deteſtatio blaſphemiæ, præcipuè eius, quæ pertinet ad peccatum in Spiritum Sanctum: multo certè magis contra eum, qui impiè imaginem Chriſti Crucifixi, aut Sanctorum percuſſit, fregit, aut aliter ſe geſſit. Clar. §. fin. q. 68.
6 nu. 19. dicens ſceleſtiſſimo huiuſmodi eſſe amputan-
7 dam manum mox, & caput. Qualiter autem coerceantur inhonorantes imagines, earumque violatores, vel irriſores, videat lect. Marquard. tr. de Iudæis p. 3. c. 13. n. 18. Conrad. Brun. de hæret. lib. 5. cap. 20. n. 8. Cepoll. de ſeruitut. vrbana prædior. cap. 51. nu. 12. 13. Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 33. n. 19. & ſeqq.

Obiter autem (poſtquam in id incidimus) dicen-
8 dum Pſeudoprophetarum confringendas eſſe imagines ſic Aſtronomicas (vulgò Ziferas) necromanticas, & factas ad puerorum faſcinationem, vel ad maleficiandos homines, imò & earũ authores puniendi ſunt à venerab. inquiſitoribus. Siman. d. loco num. 15. 16. Grilland. de ſortileg. q. 5. & 10. Martin. de Arles tr. de ſuperſt. num. 24. latiſſimè pract. Epiſcop. authore Zerull. ver. concilium, fol. 54.

9 Intelliguntur tamen prædicta in confeſso, vel in conuicto per teſtes vno plures nec infames, vt aduertit in caſu blaſphemię Sim. de pret. conſ. 51. ſiue ſit blaſ-
10 phemia, cuius cognitio pertinet ad inquiſitores, ſiue nõ contineat hereſim, cuius animaduerſio pertinet ad laicos magiſtratus. Rojas de hæret. p. 2. n. 150. & ſeqq.

RESOLVT. XLVI.

1 *Non ſolum eſt puniendus blaſphemans, ſed etiam blaſphemantem non deferens.*
2 *Quis poteſt ſecretè abſque expreſſione nominis denunciare blaſphemantes.*

3 *Blaſ-*

3 *Blasphematores seipsos accusantes euitant pœnas corporales.*
4 *A pœna c. 2. de maledictis excusantur blasphemi variis de causis, quas vide per discursum. num. 5. & 6.*
7 *Consuetudo à pœna legis excusat.*
8 *Consuetudo contra ius diuinum etiam quod totus mundus illa vteretur non excusat.*

A pœna c. 2. de maledictis, ex quibus causis quis excusandus veniat.

1 NEdum blasphemans est puniendus, verum etiam blasphemum non deferens c. si quis per capillum 22. q. 1. ibi *si quis autem talem hominem non manifestauerit*. & Doctor. in c. nonnulli extra de iudæ. Idem statuit Leo X. in constit. 15. vers. statuimus, & ordinamus in Bullar. nouiter impresso fol. 194. & Iulius III. in const. 43. vers. monendo tamen eos in eodem
2 Bullar. fol. 545. vult etiam quod quis possit secretè absque expressione sui nominis denunciare blasphemantes, & dat formam secretè denunciandi, & in dictis constitutionibus ponuntur pœnæ, quipus in statu Ecclesiastico blasphemantes puniuntur, contra quas etiam adest constitutio Pij Quinti in eodem bullario. fol. 926. vnde falsi testes puniuntur ijsdem pœnis, quibus blasphemi, & vlterius ad triremes perpetuò. Iulius III. d. constit. 43. vers. si qui (quod Deus aduertat)
3 & ibi dicit quod blasphematores se ipsos accusantes euitant pœnas corporales.

Excusantur tamen blasphemi à prædicta pœna variis de causis.

4 Primo quando quis iracundia, & iusto dolore motus blasphemat, vt per Foller. in pract. censuali in verb. Nicolaus Episcopus num. 56. cum seq. Tiraquell. de pœnis temporalibus causa 1. num. 14. cum pluribus sequent. vbi refert Dec. in cons. 163. vers. nō debet illud dictum de blasphemia dicentem non dici propriè blasphematorem, qui in ludo fortè blasphemauerit, dum iratus esset, & per Fab. de Monte Leon. in pract. super 4. literis arbitrali 69. p. 4. num. 42. vbi ponit exceptiones in crimine blasphemiæ, & multa exempla quando quis dicatur iusto dolore motus ad iracundiam; vide etiam Menoch. de arbit. iud. casu 355. num. 33. & ea quæ posui in d. q. 60. in vers. est etiam ira breuis furor.

5 Secundo si quis statim se corrigat puta dicendo *Dio me lo perdoni* percutiendo pectus, vel os, vel aliquid simile agendo, ex subita correctione pœnam euitaret blasphemiæ, quia esset eiusdem argumentum, quod ex lubrico linguę blasphemauerit. Alex. cons. 15. ante finem vol. 3. Felin. in c. auditis col. 18. de præscript. Gerard. singul. 83. Soc. in consil. 102. & Cepoll. cons. 79.

6 Tertio mala consuetudo excusat à pœna temporali etiam homicidij, non autem æternali. Cremens. sing. 149. mos puerorum. Anchar. & alij doct. in cap. cum venerabilis de consuetud. Rom. sin. 19. an consuetudo, & intelligi de consuetudine publica, quæ excusat, dummodo non sit contra ius diuinum, vel naturale, & non sit per principem, vel legem obligata, quia tunc non excusat. Tiraq. de pœn. temp. cau. 42. vbi plenè hanc materiam tractauit, & posset excusari à blasphemia, vt minus puniatur, & ideo vide eum, qui multum diffusè hanc materiam tractauit; sed Bero. in consil. 90. per totum vol. 3. tenet quod
7 consuetudo à pœna legis excusat etiam, quod consuetudo per legem Principis abrogata fuisset, si ante & post dictam legem consuetudo seruata fuerit, & quod hoc procedat in licitis, non autem in illicitis, vt est in ludo prohibito, vide etiam Gramma. in cons. 15. num. 12. & Mascard. de probat. in concl. 194. num. 9. vbi tenet, quod consuetudo à rigorosa pœna excusat; sed contrarium est verius, quod non excusat quia in his, quæ de se, & sui natura mala, & detestabilia
8 sunt, & præsertim contra ius diuinum consuetudo etiam quod totus mundus illa vteretur non excusat. cap. flagitia. 32. quæst. 5. Calcan. consil. 28. col. 5. Gabr. commun. concl. lib. 5. concluf. 8. num. 27. Felin. in c. ea quæ de Simon. & latè Farinac. quæst. crim. in quæst. 20. numer. 44. cum sequent. & quot modis blasphemans a pœna blasphemiæ se excusare possit latè habetur per Decian. in tractat. crimin. capit. 5. tom. 2.

RESOLVT. XLV.

1 *Proferens verbum potta di Dio dicitur propriè blasphemare, & omne verbum vituperosum prolatum contra Deum dicitur blasphemia.*
2 *Statutum contra maledicentem Deum tam in eo, qui maledicit, quam in eo qui turpia verba profert contra Deum locum habet.*
3 *Quis dicatur blasphemus, & quid sit blasphemia.*
4 *Blasphematur Deus quando contemnitur, & quomodo blasphemia committatur.*
5 *Blasphematur etiam cum per membra Christi iuratur.*
6 *Iniuriam Deo illatam per blasphemiam ex iuramento per membra Dei cum species sit hæresis, officiales Ecclesiastici & seculares remittere nequeunt.*
7 *Blasphemia reputata hæreticalis in Curia Archiepiscopali Neapolitana dum dicitur, potta di Dio.*
8 *Blasphemia habet grauitatem infidelitatis concurrentibus suis circunstantijs.*

Proferens verba hæc, potta di Dio, an sit blasphemus.

1 REspondeo quod Viuius in decis. 388. tenet, quod proferens huiusmodi verbum, potta di Dio, dicitur propriè blasphemare cum omne verbum vituperosum prolatum contra Deum dicatur sincerè quidem blasphemia, prout ita in proprijs terminis concedit Cataldinus in tract. de sindicatu num. 105. vers. secus tamen puto Alex. in pragmatica Regni prima num. 64. & seq. & 83. de blasphemia, & Bossius in tract. crimin. in tit. de inquisitione sub num. 131. & ratio ea est, nam quodlibet verbum iniuriosum, & impiè prolatum contra Deum dicitur blasphemia cum lasciuè, contraque etiam bonos mores dicatur pronunciari teste Bart. per illum tex. in l. item apud Labeonem §. ait prætor. ff. de iniurijs, & ibi etiam Ang. & Anania in capit. statuimus. cap. 18. ext. de maledicis sub num. 17. & seq. Host. in capitul. ex his eod. tit. glos. in cap. qualis 25. distin. Catald. in tract. de synd. sub num. 105. & sic demum omne verbum vituperosum secundum Ang. in l. 1. C. si quis Imperat. maled. dicitur blasphemia etiam si nullatenus Deus maledicatur.

2 Et inde est quod statute statuto contra maledicentem Deum, vt illud obtinere debeat locum tam in eo, qui dicit maledico Deum, quam in eo, qui verba turpia profert contra Deum, vt per Angel. & de Im. in l. his verbis §. 1. de hæred. instituend. & Canonistas vniformiter omnes in cap. 1. & seq. de maledicis, & Boer. decis. 301. num. 11.

Comprobaturque itidem eademmet conclusio ex
3 diffinitione ipsius blasphemiæ, nam blasphemus dicitur vbicunque aliquis attribuit Deo, quod ei nullatenus conuenit, vel de eo negatur, vel detrahitur, quod ei conuenit secundum August. & Ambrosium, aliosque Theologos vniformi voto omnes varijs in locis Theologiæ, Montaltum in tractatu de reprobatione sententiæ Pilati post principium in 1. dubio, n. 1. Socinus senior, cons. 102. in præsenti consultatione vi-

ne videtur prima facie dicendum, col. 2. vol 1. & Couar. in c. quamus pactum in prima parte, §. 7. nu. 8. de pactis in 6. & secundum S. Thom. in 2. 2. qu. 13. art. 1. & ibi Caiet. blasphemia est contumelia, vel conuicium in iniuriam Creatoris, & consequenter blasphemia est verbum in contumeliam Dei prolatum, vt per Clar. cum alijs aggregatis Doctoribus per eum in pract. criminal. lib. 5. §. blasphemia in principio, vbi commemorat istam esse omnium in iure scribentium communem opinionem, & Nicolaus Domini Iacobi de Montealbaro, consil. 48. sub num. 6. & seq. posito inter consilia criminalia diuersorum collecta per Zilettum vol. 1. & denique blasphemia est (vt omnia vno tantum verbo claudam) per
4 quam Deo falsa dicuntur, nam blasphematur re ipsa tunc Deus cum contemnitur, c. cum apud 33. p. 5. & Gratia. decis. 50. Marc. sub num. 6. imo secundum Hug. de S. Vict. in lib. de fructu carnis, & spiritus, c. 6. blasphemia est cum quadam probrosa irreligiositate conuiciorum iacula in diuinam Maiestatem cõmittere, & sic cum diminutione honoris diuini vituperium, aut conuicium, & consequenter quibus alijs modis committatur blasphemia explicat quoque, ac explanat Boer. in dicta decis. 103. num. 2. & seq.

5 Immo etiam dicitur blasphemia cum profertur verbum contumeliosum cõtra Deum, sed etiam blasphemus Deum ipsum ille dicitur, qui iurat per membra Dei, & potest itidem pœna puniri, c. finali de maledicis, & ibi Anania sub num. 13. vbi assignat rationem, qua de causa per membra Dei, & Christi iurandum non sit, tum quia sic iurans reputatur re ipsa periurus, atque blasphemus, tum etiam quia incurrit quoque peccatum quippe mortale, vbi profert
6 magnum quidem etiam verbum; officiales tunc tam Ecclesiasticos, quam sæculares huiusmodi iniuriam Deo illatam per blasphemiam remittere non posse modo aliquo, cum hęc iniuria sit dubio procul species hæresis, & idem firmat quoque Soccinus Sen. in d. cons. 102. col. fin. vol. 1. Couar. in d. c. quamuis pactum in 1. parte, §. 2. sub num. 9. vers. 8. eadem regia responsio, & Alexand. Rom. in d. prag. 1. de blasphemia, num. 65. & inde non immerito quidem non semel tantum vidimus in curia Archiepiscopali Neapolitana, talem blasphemiam dum dicitur per blasphemum, potta di Dio, reputatam hæreticalem, atque connumeratam inter casus reseruatos, & nihil
8 mirum nam blasphemia ipsa habet omni dubio procul grauitatem infidelitatis, teste S. Tom. in 2. 2. q. 13. art. 3. & Alfonso à Castro lib. 1. de iusta hæreticorum punitione, ca. 12. quoniam blasphemia concurrentibus suis circunstantijs, vel hæresis est, vel præsumi potest error intellectus, vel suspicio hæresis in tantum quod tunc inquisitores merito quidem possent eam punire, sicut de sortilegijs cauetur, c. accusatus, §. sanè de hæret. in 6.

RESOLVT. XLVI.

1 *Blasphemia an sit dicendo, non lo potria far Dio.*
2 *Disceptare de Regis potentia est sacrilegium.*
3 *Quid sit blasphemia.*
4 *Verba prolata in contemptum Dei inducunt blasphemiã.*
5 *Blasphemia est omne de Deo maledictum, vel contra eũ.*
6 *Facta pro infectis haberi non possunt etiam respectu Dei.*
7 *Nullum crimen est detestabilius blasphemia, quæ atrociter ponit os suum in cœlum.*
8 *Delectatio in vituperium Dei est grauissimum peccatum.*
9 *Omne peccatum blasphemiæ comparatum leuius est.*
10 *Blasphemiæ peccatum grauius est homicidio in genere suo.*

Proferens verba hæc, non lo potria far Dio, an sit blasphemia, & an incidat in pœnas, cap. 2. de maledictis.

1 DIcendo quis, non lo potria fare domene Dio, an sit blasphemia, Nicolaus de Vbald. de Perusio in quodam suo consilio, quod vidi manuscriptum, videtur respõdere varijs rationibus, & authoritatibus huiusmodi verba inducere veram blasphemiam, & hæc opinio comprobari etiam posset arguendo argumento à maiori, quod validum quidem est in iure l. fin. C. qui ætate, lib. 10. & l. cui pacti. ff. de ser.
2 expor. sed disceptare de Regis potentia est crimen sacrilegij, l. disceptare. C. de crim. sac. & in const. Regni de sacrilegio, const. disputare; ergo multo fortius tenetur ille, qui de potentia Dei disceptat, & Sanctorum eius.

Itidẽ de altera ratione huiusce modi verba dici possent blasphemia, arguendo a diffinitione eiusmodi
3 blasphemiæ; nam blasphemia dicitur irreligiosa reprehensio, detractio potentiæ, vituperatio, & maledictio secundum Hug. de Sanct. Victor. Isid. & alios Theologos, & Canonistas varijs in locis Theologiæ, & iuris Canonici, & patet Matth. vlt. c. vah, vah, qui destruis templum Dei, &c. & facit auth. vt non luxur.
4 contra nat. & sic cum aliqua verba in contemptum Dei proferuntur inducunt blasphemiam: ita glos. in c. qualis 25. dist.

5 Nec non maledictum omne de Deo, vel contra Deum est etiam blasphemia, teste Bart. per rationes, & authoritates allegatas per eum efficacissimas in l. item apud Labeonem, §. sed quod adijcitur, ff. de iniur.

6 Et consequenter dicitur quoque blasphemia verbum impium prolatum in auth. vt non iuxur. contra nat. Bald. consil. statuto ciuitatis Castelli, & Ang. in l. 1. C. si quis imperat. maled. vbi concluditur etiam, quod blasphemia est omne verbum vituperosum in contumeliam Dei prolatum, etiam si non maledicatur Deus.

Et hinc denique conclude quob blasphemia dicitur omne maledictum de Deo, & Sanctis eius, vel si negetur potentia Dei, seu si verbum aliquod vituperosum proferatur contra Deum, vel in eius verecundiam: ita Host. in c. de his de maled. & Boer. pleniori manu decis. 301. & ita etiam consuluit Nicolaus de Montelbaro in consilio 48. posito inter consilia criminalia diuersorum vol. 1. quod blasphemia sit dicere, non lo potria far Dio.

Sed hoc quippe procederet iudicio meo vbicunque quis verba hæc proferret in Dei contemptum, & appareret hoc idem saltem per aliquas coniecturas, vel quando in eius sermone veritatem nullatenus protulisset, vel in rebus illicitis loqueretur, verum vbicunque res ita se haberet, veritatemque quis asereret in sermone suo, & fides sibi nõ præstaretur, tunc asserendo, non lo potria far Dio, vt res aliter se haberet, autumarem hanc non esse blasphemiam, nec punibilem fore, vt ostendam infra in proxima sequenti opinione ex doctrina Sancti Thom. & Afflict.

6 Et ratio ea est, quoniam facta pro infectis haberi non possunt l. verum est, vbi Dec. ff. de regul. iuris etiam respectu Dei cap. Paulus 32. q. 5. scribit enim Bart. in l. non dubium num. 14. C. de legib. quod neque lex, neque Deus facere possunt, quod non sit factum id, quod factum est, & sequitur fertiliter quidem Surd. consil. 93. ver. dubitatur nu. 8. & hoc procedit sincere quidem quo ad veritatem, secus verò quo ad iuris effectum, ita glos. in clemen. vnic. in verbo. pro infectis non habentur nisi ope fictionis, vt per de Rosellis in tractatu de legitimatione de causa finali, seu effectiua legitimationis num. 2.

In

7 In tantum quod in omnem euentum blasphemia, nihil est horribilius, quæ atrociter ponit os suum in cœlum, teste Nicol. de Lyr. Esai. 18. & ipsius blasphemię peccatum grauissimum est. Farinac. in suis quæst. & communib. opinionibus criminalibus q. 20. nu. 6. lib. 1. vbi num. 3. & seq. concedit blasphemiæ omnibus alijs criminibus detestabilius fore, & in d. q. 20. per totam omnes species blasphemiæ discurrit.

8 Et hinc asserit Ricar. de Sanct. Vict. quod scelleratissimum genus peccati est, quādo quis in Dei vituperium delectatur, & Hieronym. super illo verbo Esai. 18. cap. ad populum terribilem, &c. concludit quod 6 omne peccatum, blasphemiæ comparatum leuius est, 10 nam blasphemia ipsa grauius est peccatum in genere suo, quam homicidium Sot. in 4. sent. dist. 12. q. 1. art. 5. col. 3. sub vers. respondetur autem cum Caietano, Ioan. de Capist. in c. manifesta de pœn. & remiss. num.

PRAXIS BVLLÆ CLEM. VIII. CONTRA Duellantes.

RESOLVT. XLVII.

1 *Duella sunt illicita, & per ipsa Deus tentatur.*
2 *Duellum prohibitum fuit à lege diuina, naturali, canonica, & ciuili.*
3 *Permittentes duella sunt excommunicati.*
4 *Clemens 8. edidit constitutionem contra duellantes.*
5 *In Regno Neapolitano adest pœna mortis contra prouocantes ad duellum.*

Duellum quibus legibus censeatur prohibitum.

DVellum omni iure prohibitum censetur secundum Bald. in cons. 62. volum. 1. ex quo enim 1 sequuntur mortes, & vulnera, sunt illicita, iuxta glos. in l. qua actione §. si quis in colluctatione ff. ad l. Aquiliam l. vnica. C. de gladiat. lib. 11. & in tit. de cler. pugnant. in duell. & solent assignari rationes, quia inuenta sunt ex diabolica imaginatione, vt homines se trucidarent, & sequeretur animarum perditio: item per ipsa tentatur Deus, id enim agunt pugiles, vt Deus ei qui habet iustam causam pugnandi, concedat Victoriam cum interdum succumbat, & lex Lombarda dicit. Multos vidimus sub iusto Clipeo perijsse, & rarò accidit, vt reperiantur Pugiles eiusdem fortitudinis, & industriæ, notat Panormit. in cap. 1. & fin. eod. tit. in fine. Hinc fit duellum 2 fuisse detestatum diuina, naturalique lege, ac sacris canonibus damnatum illorum abusum, & deinde per Concil. Trident. sess. 25. capit. 19. vbi ipso facto excommunicantur, Imperatores, Reges, Duces, Principes, & Marchiones, & quicunque alio nomine Domini nuncupati, qui in suis terris facultatem 3 faciunt duelli, quos non solum excommunicat lata sententia, sed priuat dominio locorum, ita vt si sunt loca Ecclesiæ recurrant ad ipsam, si autem feudalia recurrant ad Dominos. Secundo; duellum, vel pugnam committentes, & infligit eandem proscriptionis, & perpetuæ infamiæ pœnam, & in pugna occisos priuat Ecclesiastica sepultura. Tertio; eorum patrinos. Quarto; consilium in causa duelli tam in iure quam in facto suadentes. Quinto; spectatores eorum.

Aderant autem antea, & aliæ constitutiones de prohibitione duellorum videlicet Iulij II. fol. 155. incip. Regis, & cętera. Leonis 10. incip. Quam Deo, fol. 232. Clementis 7. consueuit. fol. 293. Iulij 3. cum sicut fol. 558. ac Pij 4. Ea quæ fol. 686. Nouissi- 4 mè autem adest Santissimi D. Clementis VIII. confirmatio, declaratio, & extēsio cōstitutionum Apostolicarum, & decreti Concilij Tridentini, contra pugnantes in duello publicè, vel priuatim; Nec non contra mittentes scribentes, ac diuulgantes chartulas prouocatorias, aut scripta quæ dicuntur manifesta, eorumque fautores, & complices; Ad huius etiam 5 detestandi criminis punitionem extat in Regno hoc Neapolitano pragmatica sanctio. incip. nouis occurrentibus morbis statuens pœnam mortis naturalis ipso iure incurrendam non solum per ipsos principales audentes prouocare alios ad duellum, etiam si nullum certamen sequeretur, verum etiam per nuncios intermedios, & assistentes similibus pugnis, & duellis; excipiuntur verò duo casus, in quibus dicta pœna minoratur, vt in dicta pragmatica super qua extant, commentaria Petri Follerij, & Ioan. Francisci Scaglioni.

RESOLVT. XLVIII.

1 *Honoris causa multa permittuntur.*
2 *Ad decus, & libertatem nati sumus.*
4 *Non potest quis acceptare duellum causa defensionis proprij honoris.*
4 *Non acceptare duellū est dedecus apud homines vanos.*

An acceptans duellum ob defensionem proprij honoris incidat in pœnas præfatæ Bullæ.

CVm fuissem interrogatus in contingentia facti si prouocans, vel acceptans duellum ob defensionem proprij honoris, seu nobilitatis incidat in pœnas præfatæ Bullæ contra duellantes editæ.

Et primo intuitu videbatur negatiuè concludendum, si quidem honoris causa multa permittuntur 1 quæ aliàs denegantur. l. honoris. ff. ad Trebell. vnde iure merito. Menoch. consil. 302. num. 1. lib. 4. inquit, qui honoris, & dignitatis suæ, maiorumque suorum tuendæ causa omnem diligentiam, & curam adhibent non modo damnandi non sunt, sed summopere laudandi quippe quod nihil sit apud nos mortales, quod tanti debeat fieri quantum honoris dignitas, atque excellentia, quæ cæteris omnibus rebus huius sæculi antefertur. l. Iulianus. ff. si quis o nisi. caus. testam. l. reprehendenda, vbi Ias. notab. tertio, C. de instit. & substitution. Bald. consil. 482. num. 3. lib. 5. Curt. Iun. consil. 79. num. 3. Corne. consil. 192. num. 8. volumine 1. Bursat. consil. 191. num. 13. tom. 2. Cephal. cons. 615. num. 89. & in cuius comparatione pro nihilo reputantur mille Thesauri, & diuitiæ Prouerb. cap. 22. & Eccles. cap. septimo, cap. ex merito 6. quæst. 1. cap. licet in B. Petro de accusat. Ioan. de Anan. in cap. dura, nu. 4. & 5. de crimine falsi. Oldrad. consil. 93. in princip. Bursat. consil. 273. num. 16. lib. 3. Couarr. in regul. peccatum parte 1. de elect. num. 6. Ias. in l. admonendi sec. secunda lect. num. 235. ff. de iur. iur. Molin. de iust. disp. 37. num. 24. Dixit D. Ambrosius lib. 3. officiorum. cap. 4. quis enim vitium corporis, aut patrimonij damnū non leuius ducat vitio animi, & existimationis dispendio. Anch. consil. 325. num. 4. quin etiam grauiorem quam oculorum, famæ iacturam esse ex l. infamia. C. de decurionibus lib. 10. & nedum vitæ humanæ æquiparatur l. iuxta. ff. de manum. vindicta. Menoch. consil. 94. num. 1. tom. 1. l. isti quidem, ff. de eo quod metus causa, glos. in §. suspectus antem verbo ob culpam, instit. de suspect. tutor. sed ipsimet iure anteferri consueuit à sapientissimis, eminentissimisque viris, Bart. consil. 1. in nouiter impressis nu. 12. & 13. & seq. Capic. decis. Neapolit. 5. n. 7. Menoch. cons. 96. num. 15. consil. 98. num. 8. dict. consil. 302. n. 6. Marc. Tull. phi- 2 lippica 3. ad decus, & libertatem nati sumus, aut hæc teneamus, aut cum dignitate moriamur, vt de merito crudelis in se ipsum prædicatur, qui suam famam,

& ho-

& honorem negligit D. Auguſt. in ſerm. de comun. vita clericorum relatus in capitul. nolo. 12. quæſtion. prima, Anchar. conſil. 188. numero quarto, Decian. reſponſ. primo, num. 136. libro tertio, Curt. Iunior. conſil. 173. numero quarto, Dec. conſil. 666. numero octauo, tom. ſecundo, Burſat. conſil. 273. numero 16. tom. ſecundo, & conſil. 434. num. 16. tom. quarto, Anchar. conſil. 180. numero quarto. Et in proprijs terminis ſunt, qui voluerunt vt licitum ſit acceptare duellum ad defenſionem proprij honoris etiam ſi fugiendo poſſit rixam vitare, & vitæ periculum euadere. Ratio eſt, quia maximum dedecus reputatur, & ignominia viris nobilibus, aut militibus recuſare tale ſingulare certamen, vt eſt videre penes Sanch. libro ſecundo, ſuæ ſummæ capitul. 31. cum ſeqq. & penes Reginal. libro 21. numero 78. cum ſeqq. ſeſſion. cap. 9. numero 40. & ſeqq. Megal. dict. quæſtion. prima, numero 13.

3 Verum talis opinio non ſolum nunc poſt Concilium Tridentinum, & conſtitutiones variorum Summorum Pontificum eſt improbabilis, & temeraria, ſed nec etiam eſt vera de iure communi. Patet, quia hoc expreſsè docet gloſ. in capitul. primo, in verbo obligatum de clericis pugnant. in duell. cum alijs cumulatis, per authores citatos, quia nullus adeſt metus infamiæ apud bonos, & probos viros vt mox dicetur. Et ex Tridentino, & varijs conſtitutionibus eſt etiam prohibitum duellum ſub grauiſſimis pœnis, & cenſuris. Quia duellum ex nulla ratione iuſtificari poteſt, non ad tuendam vitam, ex quo non fit ad hunc effectum, ſed ad ineundum ſingulare certamen, non ad ſaluandum honorem, nam non acceptare duellum potius continet honorem, quam illud acceptare, &
4 ſolum apud homines vanos, & amatores huius ſæculi dicitur dedecus, & apud bonos, & timoratos viros nihil honoris, vel famæ amittit, qui ne Deum offendat, & in Eccleſiaſticas cenſuras incurrat recuſat duellum, cum Sacri Canones hunc talem priuent Eccleſiaſtica ſepultura, & potius hoc modo honorem amittit: additur, quia ad oſtendēdum valorem ſuum tanquam nobilis, vel miles, ſatis eſt reſpondere prouocanti, ego paratus ſum me defendere vbicunque me aggreſsus fueris, duellum tamen recuſo tanquam impium, & iuſtis legibus damnatum: ſi igitur aliter quis faciat, peccat mortaliter, & in Eccleſiaſticas cenſuras incurrit.

RESOLVT. XLIX.

1 *Duellorum deteſtabilis vſus à diabolo eſt introductus ex Concil. Trident.*
2 *Duellum committentes, & patrini, ſunt excommunicati.*
3 *Decedentes in duello carent Eccleſiaſtica ſepultura.*
4 *Dantes conſilium, auxilium, vel fauorem ad duellum, & ſpectatores ſunt excommunicati.*
5 *Qui acceſſerunt ad locum deſtinatum duelli, etiam ſi pugnam non commiſerint, ſunt excommunicati.*

Verba Concilij Trid. cum declarat in materia duelli.

1 DEteſtabilis duellorum vſus ſuadente diabolo introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur. Imperatores, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocunque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſserint eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio ciuitatis, caſtri, aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur, & ſi feudalia ſint directis Dominis ſtatim acquirantur, dicitur autem in Concil. Trident. ſeſſion. 25. capitul. 19. de refor. quod
2 pugnam duelli committentes, & qui eorum patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ iuxta ſacros Canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, per-
3 petuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Dum autem dicitur. Qui pugnam, & cæt. Declarant Cardinal. hoc etiam locum habere in priuatis duellis, quæ fiunt ſine alicuius Principis authoritate, vel conſenſu, & ſine patrinis. Qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco conſueto commiſerint duellum, etiam ſi nulli patrini ſocijve ad id vocati fuerint, vel loci ſecuritas habita, nullæve prouocatoriæ literæ, aut denunciationis Chartulæ præceſserint cenſuris, & pœnis à Concilio Trident. impoſitis perinde teneantur, ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniuiſſent, vide Bullam Gregorij XIII. incipientem ad tollendam deteſtabilem duellorum, publicatam 9. Decembris 1582. Dum autem dicit. (Et vt homicidæ) concordat textus in cap. ſecundo extra de cler. pugnan. & extr. de torneamen. per tot. & toto tit. extra eod.

Inſuper in ſupradicta ſeſſion. 25. dicitur. Quod
4 illi, qui conſilium in cauſa duelli tam in iure, quam in facto dederint, aut alia quacunque ratione ad id quemquam fuaſerint, nec non ſpectatores excommunicationis, ac perpetuo maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunque priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.

Dum autem dicitur (illi qui conſilium) declarant Cardinal. locorum Domini ſi certamen huiuſmodi ex condicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerit non prohibuerint, omneſque illud fieri mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, & fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex propoſito ſpectatores, vel ſocios quouiſmodo ſe præben-
5 tes eiſdem pœnis ſubiaceant, etiam ſi illi, qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſserunt impediti pugnam non commiſerunt, ſi per ipſos non ſtetit quo minus illa committeretur: ita Gregorius XIII. in eadem iam dicta Bulla. Item ipſe Gregorius XIII. audita relatione reſpondit hoc decretum in duellis ſolemnibus, non autem in priuatis habere locum: nouiſſimè in hac materia videnda eſt Bulla Clementis Octaui edita Kalendis Septemb. 1592. quæ incipit deteſtabilis duellorum vſus.

RESOLVT. L.

1 *Quod fit ſuperiore permittente, pœnam non meretur.*
2 *Non videtur dolo facere, qui iuſſu ſuperioris facit.*
3 *Seruus excuſatur ſi aliquid iuſſu Domini agit.*
4 *Dux exercitus non poteſt exponere aliquos milites ſingulari certamini pro vereficando delicto.*

Dux exercitus exponens aliquos eius milites ad ſingulare certamen pro verificando delicto, an incidat in pœnas Bullæ.

DVces exercitus ſolent quandoquidem pro verificatione alicuius delicti, cuius ignoratur malefactor, exponere aliquos ex eius militibus ad ſingulare certamen cum tot militibus exercitus contrarij, quare fuit dubitatum, an tale eſset duellum, & conſequenter præfati Duces incidiſsent in cenſuras prædictæ Bullæ Clement. 8.

In quo articulo prima conſideratione mihi perſuadebatur opinio negatiua, ex eo quod authoritate Prīcipis id agebatur, & proinde ſuccedit regula iuris,
1 quod illud, quod fit ſuperiore permittente pœnam

non

non meretur. l. Grachus. C. de adulterijs, & factum superioris excusation. Afflict. in decis. 227. etiam à pœna. l. Lucius. ff. de euictionibus, nec videtur dolo facere, qui iussu superioris facit. l. nec videtur. ff. de manumissionibus. l. iustè possidet. ff. de acquirenda possessione, vbi iustè possidet, qui iudicis authoritate possidet, cum in omni actu intelligatur excepta authoritas superioris. l. final. & quod ibi latissimè notatur. ff. qui satisdare cogantur, cap. venientes de iureiu-
3 rando: hinc est quod seruus excusatur si iussu Domini aliquid agit. l. seruus. ff. de actionibus & obligationibus, & quilibet, cui parere necesse habet. l. is damnum dat. ff. de regulis iuris.

Addebatur supradictis hoc non esse bellum, sed potius conflictum particularem inter milites, dum bellum est iustum, & sicut bellum fit authoritate publica, ita etiam sunt tales particulares conflictus belli, & successiuè non esset formale duellum proh ibitum pet sacros Canones.

Cæterum supradictis non obstantibus contrarium resoluendum censui, vt omnino etiam improbatur,
4 tum quia habet speciem duelli, tum etiam, quia est illos exponere probabili periculo se inuicem occidendi, & ex nulla parte sequuturam victoriam, denique est tentatio Dei, & imprudenter fit cum securius, & consultius sit defendere Rempublicam omnibus viribus, quam paucis hominibus, Caietan. 2.2. quæstion. 95. in fin. Nauar. & alij, quos recenset & probat Sanchez lib. 2. suæ Summæ cap. 34. num. decimo secundo, & seqq. Reginal. lib. 21. suæ Praxis num. 78. & 79. & alij recentiores.

RESOLVT. LI.

1 *Calor iracundiæ est iusta causa minuendi pœnam.*
2 *Qui calore iracundiæ ineunt duellum, non sunt excommunicati.*
3 *Iuramentum præstitum calore iracundiæ non obligat.*
4 *Confessio facta calore iracundiæ potest reuocari.*

Prouocans ad duellum calore iracundiæ an excusetur à pœnis Bullæ.

COnsultus circa dubium propositum respondi affirmatiuè ex defectu discursus, ex quo talis pugna non fuit deliberata, quod idem videtur sentire constitutio Clement. VIII. quę incipit, Recte quidem,
1 ibi ex proposito ineuntes, facit etiam, quia calor iracundiæ est iusta causa minuendi pœnam probatur in l. 1. C. si quis Imperat. maledix. & in l. famosi, ibi lubricum linguæ. ff. ad l. Iul. Maiest. & in cap. si quis irascitur 13. quæst. 2. & in cap. inebriauerunt 15. quæst. 2. & in cap. cum apud Thessalonicam 11. quæst. 3. facit text. in l. si adulterium Imperatores ibi difficillimum est. ff. ad leg. Iul. de adult. Abb. & Felin. in capit. sicut ex literis de iureiurand. cum ergo talis prouocatio non fuerit deliberata, fit, quod talis non inciderit in pœnam excommunicationis, vnde in fortiori casu decidit Ioseph Ludouicus decisione vndecima, quem refert collect. 117. in capitul. primo, de purgat. canon. numero quarto, non incidere hodie in pœnas Sacri Concilij Tridentini, sessione 25. capit. decimo nono, illos qui calore iracundiæ se prouocarent ad duellum, & incontinenti accederent, vbi ex hoc colligitur, quod talis pugna non dicitur deliberata, ecce enim vbi se inuitauerunt ad pugnam incontinenti accesserunt, vbi ex hoc colligitur, quod non fuerit tantus calor iracundiæ, vt nullum habuerit vsum rationis, sed habuerit quidem aliquantisper passione impeditum, vnde talis passio non excusat à mortali. D. Thom. 1. 2. quæstion. 77. articulo quarto, in corpore, & ad tertium rursus ibi dimicauerunt, quod
2 non est in casu nostro, & tamen Ioseph dicit non esse excommunicatos, quia talis pugna non fuit deliberata.

Ratio omnium prædictorum sumitur ex regula text. in l. quid quid calore. ff. de regulis iuris, quæ procedit regulariter in omnibus, prout in diuortio l. diuortium ff. de diuortijs, in contractibus secundum Bart. in l. licitatio. ff. de publicanis. Dec. in cons. 183. num. 8.

Duennas 9. Rom. sing. 518. in voto, reg. & voluit glos. not. in cap. dudum in verb. calore iracundiæ de diuortijs.

3 Idem dicendum est in iuramento, quod si præstitum fuit calore iracundiæ non obligat, vt tenet Roman. in singul. supra alleg. per l. 2. C. ad leg. Iul. maiest. & per tex. in dict. capitul. sicut ex literis de iureiurand. vbi Ioann. Andr. idem tenet, & hoc intelligitur (vt supra dictum est) de voto, quia hoc votum, & iuramentum à pari procedunt, vt Abb. concludit
4 in dict. cap. sicut idem dicendum in confessione, quæ si facta sit calore iracundiæ potest reuocari. glos. not. in cap. ex literis in verbo admonita de diuort. vbi Abb. & not. Abb. in cap. venerabilis in glos. 2. de exceptio. cum simil. vt Felin. scribit in dict. cap. sicut ex literis de iureiurando, & de acceptione secundi beneficij facta per iracundiam, quod non noceat notat Abb. post alios, quos refert in capitul. de multa versic. extra casum glo. de præbend.

RESOLVT. LII.

1 *Ad incurrendam excommunicationem requiritur factum.*
2 *Crimen simoniæ computatur inter enormia, sicut crimen homicidij.*
3 *Non punitur affectus nisi sequatur effectus.*
4 *Emphiteuta vendendo rem emphiteuticam non incidit in pœnas nisi tradendo rem.*
5 *Non est puniendus pœna Pragmaticæ de falso, qui petijt debitum, sed non exegit.*

An prouocans ad duellum assignando ei locum, & ibi accedens etiam non sequuto effectu, quia alter non venit, incidat in pœnas Bullæ.

IN Praxi cum euenisset iste articulus, fui consultus quid sentirem, & dicebam, talem non incidisse in Bullam, quia sumus in materia excommunica-
1 tionis, ad quam incurrendam requiritur factum, secundum Cardin. in cap. præterea requisiuisti in fine de appellat. vbi Felin. etiam in 6. fallentia, ad quod facit optimus text. in cap. si quis suadente 17. quæst. 4. vbi per illum textum dicunt DD. quod qui manum extenderet, vt clericum percuteret, vel gladium euaginaret, & non percuteret, non incidit in excommunicationem glos. & DD. in cap. in audientia de
2 sententia excommunicat: his accedat quod crimen simoniæ computatur inter enormia, vt crimen homicidij teste Panormit. in cap. quæsitum de tempor. ordinat. capit. inquisitionis de accusationibus, sed simonia restitutionem imperans, & excommunicationem inducens non complectitur simoniam conuentionalem imperfectam, vt habetur per Graff. in 1. parte decision. libro 2. cap. 96. numer. 25. & sequent. ergo idem dicendum de prouocante ad duellum, quia licet fuerit perfectus actus ex parte prouocantis, quia ad locum accessit pugnaturus tamen actus fuerat imperfectus ex parte alterius, ideo non debet incidere in excommunicationem.

Et pro hac opinione vrget etiam generalis con-
3 suetudo Italiæ, vt non puniatur affectus, nisi sequatur effectus, vt per Grammat. in decision. 2. num. 8. Vrsill. ad Afflict.

ad Afflict. in decision. 21. num. 14. Tesaur. decision. 243. num. 2. & 3. Mastrill. decision. Sicil. 155. in principio, quod procedit etiam statuto aliter disponente Bal. consil. 356. volum. 1. Marsil. cons. 51. num. 6. Farinac. cons. 17. num. 49. Ludouic. in decis. 8. num. 3.

Hinc enim videmus, quod & si à lege imponatur
4 pœna priuationis emphiteutæ vendenti rem absque Domini voluntate, tamen intelligitur de venditione, quæ habuit effectum per traditionem sequutam, Alexand. consil. 173. num. 2. vol. 2. latè Corbul. alios allegans in tractatu de caus. quibus emphiteut. priuat. in titulo ex caus. de alienat. limitat. 38. vt similiter dicimus, quando alienatio fuit nulla ex aliqua causa. Alciat. consil. 158. num. 5. Tiraquel. de retractat. consanguinit. §. 1. glos. 2. num. 6. & hinc doctè interrogatus consuluit eruditus adolescens D. Ioannes Maria Noua-
5 rius, quod pœna pragmaticæ item de falsis non sit puniendus ille, qui petijt tantum debitum, sed non exegit cum effectu, etiam si ad actum exequutionis deuenisset per textum in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento l. qui cum natu maior. §. accusasse, & l. seruitutes. §. petijsse. ff. de bonis libertor. Barz. in decision. 76. num. decimo quarto, & sequent. vt meminit ego ipse in decision. 70. par. 1. vbi refert decisum per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam Clericum præsentantem Apocas Falsas Banco, & non exigentem pecuniam non esse puniendum pœna ordinaria.

RESOLVT. LIII.

1 *Decedentibus in duello non datur Ecclesiastica sepultura etiam si ostenderint signa pœnitentiæ.*
2 *Mortuis quoad animam, nec prodest prætiosa sepultura, nec obest vilis.*
3 *Excommunicatus decedens, si ostendit signa contritionis erit absoluendus post mortem, & sepeliendus in loco sacro.*
4 *Duellantibus pœnitentibus non denegatur viaticum.*
5 *Ad duellorum abominationem multa specialia permittuntur.*

Ecclesiastica sepultura an denegetur decedenti in duello.

1 COmmittentes duellum, & in conflictu decedentes, quamuis ante obitum ostenderint signa pœnitentiæ, debent carere Ecclesiastica sepultura ex multis, docet Gratianus discept. 41. licet enim in decreto Concilij Tridentini session. 25. c. 19. non exprimatur aliquid de signis pœnitentiæ, tamen illa non sufficiunt ad hunc effectum sepeliendi in loco sacro, cum adsit illa ratio, vt scilicet viuis consulatur potius, quam mortuis, hoc est, vt viui terreantur & a talibus prohibitis abstineant, cum viderint in campis ibidem
2 mortuos sepelliri quasi mortuis quo ad animam non obsit vilis, nec prosit prætiosa sepultura, ita in specie de duellantibus concludit glos. in capit. 1. per illum text. in verbo sepultura in fin. & ibi Cardinal. numero secundo, Ancharan. in fin. in 3. notab. post Hostiens. in fin. versicul. generale est de torneamentis, quod etiam repetit idem Hostiens. in sum. eodem titul. de torneament. §. quæ pœna versic. contraria, verò sunt num. 3. Nauar. consil. 1. in fin. eodem titul. qui amplius loquitur in confesso excommunicato, nedum in eo, qui ostendit signa pœnitentiæ, siue sit prouocans siue sit prouocatus, & hic est casus specialis, in quo denegatur Ecclesiastica sepultura etiam pœnitenti, vt declarat Abb. in dict. cap. 1. ad fin. versic. nota casum num. 2. prout est in similibus casibus, de quibus in capitul. secundo, de raptor. & in capitul. ex parte il 2. de sepultura.

3 Non obstat, quod excommunicatus, qui decedit ante absolutionem, si moriens ostendit signa contritionis etiam post mortem absoluitur, & in loco Sacro sepellitur, cap. à nobis il 2. de sentent. excommunication. Abb. in dict. cap. final. de sepultur. Nauar. de pœnit. distinct. 7. cap. 2. numer. 3. in fin. prout generale est, vt nunquam Ecclesia tollat sepulturam his, quos in vitæ fine pœnitet. cap. si quis autem de pœnit. distinct. 7. vnde idem erit dicendum in istis duellantibus, maximè cum etiam illis pœnitentibus, non negetur viaticum, quasi illud veniat in consequentiam pœnitentiæ, Hostiens. in summ. de torneament. quæ pœna num. 3. colum. vltim. in princip. versic. is autem qui in cap. 1. post med. in verb. pœnitentia eodem titul. per text. in cap. si quis de corpore 26. q. 6. capit. pœnitentes 50. distinct. 88. l. gubernationem de rit. nupt. l. oratione 191.

Quia prædicta procedunt, quando adesset solum vnica ratio respectu pœnitentis, hic autem adest alia quo ad viuentes, vt magis terreantur ab huiusmodi illicitis pugnis, sicuti etiam à simili reprænduntur interdum qui non sunt in peccato, & pœnam incurrat quis ex facto alterius sine sua culpa, post mortem obueniente, cap. postquam 13. quæst. 2. prout in specie notat. Ioan. Andre. in cap. 1. post princip. in verb. sepultura de torneament. & sic in hoc casu prohibetur, quod minus est, ob dictam rationem terroris aliorum, quamuis maius concedatur, vt concludunt omnes in dict. capit. vbi Hostiens. in fin. & summ. de torneament. qnæ pœna n. 3. neque hoc videri debet rigidum propter detestabilem
5 vsum duellorum, in quorum abominationem multa specialia permittuntur, quæ aliàs non permitterentur Gregor. Sair. in Thesaur. cas. conscient. lib. 3. cap. 3. n. 24. Ignat. ad Diaz. in prax. crimin. cap. 103. Doctor. in ca. monomachiam. 2. quæst. 3. & secundum prædicta; ita resoluit Sacra Congregatio Concilij de mense Octobris 1611. quod videlicet tales careant Ecclesiastica sepultura, quamuis ostenderint signa pœnitentiæ.

RESOLVT. LIV.

1 *A verbis legis non est recedendum.*
2 *Bulla de duello prohibet aspectus duellorum principales, & permanentes.*
3 *Non dicitur soluisse qui statim est repetiturus.*
4 *Non dicitur amisisse qui statim recuperauit.*

An adstantes, & inspicientes casu in duello incidant in pœnas Bullæ.

PEr dispositionem Bullæ Nostræ excommunicantur non solum ineuntes duellum, sed adstantes etiam, quare fuit dubitatum, an prædicta dispositio vendicaret sibi locum, ac procederet etiam contra adstantes casualiter, verbi gratia transeundo per dictum locum ob alium finem.

Et primo intuitu dicebam, præfatum incidisse in pœnas Bullæ ex eo quod regulariter à verbis legis non est recedendum, l. non aliter. ff. de legatis 3. Faber in decision. 16. C. de verborum significat. maximè cum mens non repugnat. capitul. præterea eodem titul. l. si quis filium C. de liberis præteritis: addebatur, quod cum simus in pœnis est facienda stricta interpretatio cap. statutum de electione.

Cæterum præfatis minimè suffragantibus, contrarium censui in præsenti facto; quia finis Bullæ hic cessat, & proinde omnino cessare debet eius dispositio l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat. l. hoc edictum
2 ff. de pactis; nam mens Bullæ fuit prohibere aspectus principales, & permanentes, ex quo de iure pa-

rum,& nihil æquipollent.l.aut qui ff.ad Trebellianum, & de minimis regulariter non curatur, l.scio.ff.de integrum restitutione l. si proprietarius, & ibi latè Bartol. ff. de damno infecto, momentanea enim non sunt in iure considerabilia l. 3. ff. de acquirenda pos-
3 sessione l. qui sic ff. de solutionibus vbi non dicitur
4 soluisse, qui statim est repetiturus, sicut non dicitur amisisse, qui statim recuperauit, l. si quis in ff. de acquirenda possessione, nec spoliatum fuisse, qui subito fuit reintegratus l. penultim. ff. de vi & vi armata, & ad hoc facit regula textus in l.final.§.final.C.de bonis quæ liberis vbi pater non consequitur vsumfructum serui, filio legato, breui tempore manumittendo.

RESOLVT. LV.

1 *Cum constat de publicatione bullæ facta in curia, ligantur omnes post duos menses.*
2 *Quando constitutio non est registrata in corpore iuris, excusat probabiliter ignorantes.*
3 *Constitutio registrata in corpore iuris, quæ tamen non est multum nota, vel famosa, excusat.*
4 *Verbum præsumpserit, denotat dolum, & temeritatem.*
5 *Ignorantia iuris non excusat, nisi ex probabilibus coniecturis constet de ignorantia.*
6 *In foro pœnitentiali creditur asserenti se aliquid ignorasse.*

An ignorantia prædictæ Bullæ excuset à pœna.

AN ignorantia Bullæ Clementis VIII. in foro fori excusset personas illam ignorantes Respon. supponendum esse quod non constat de publicatione
1 Bullæ facta in Curia sic enim ligaret vniuersos post duos menses à die publicationis,glossa in regul.fin. de regul.iur.in 6.gloss.in c.2.in fine de constit.in 6.c.fine cleric. vel mon. item cum constitutio non est regi-
2 strata in corpore iuris excusat probabiliter ignorantes, ita Abb. in capitul. pastoralis in 3.not.de fide instrument. quod procedit etiam si sit registrata in aliquibus codicibus, non tamen in omnibus Abbas ibi
3 in vltimis verbis, imo etiam si esset registrata in iure, non tamen esset multum nota, & famosa, vt in clement.1. de priuileg. vbi Dom.Cardinal.quæst.39.dicit per illum text. quod religiosus ignorans pœnam excommunicationis impositam religiosis ministrantibus sacramenta absque licentia parochi, quod si ipse sit aliàs homo sanctæ vitæ & administrauerit Eucharistiam sine tali licentia, & constet quod non in contemptum ipsius parochi fecerit, non incidit in pœnam, & hoc per text. in dict. clemen.1.verb.præ-
4 sumpserint; quod notat dolum, & temeritatem con-
5 tra facientes, & ministrantes, item licet ignorantia iuris non excuset, tamen quando ex probabilibus coniecturis perpenditur, quod quis ignorauit, excusatur, secundum not. in capitul. 2. de constitut. non
6 solum in foro pœnitentiali, in quo credendum est asserenti se hoc ignorasse; glossa in capitul. significasti de homic. in capit. si verò de sentent. excomm. sed etiam in foro iudiciali, quando probabiliter liquet quod non fecit presumptuosè, verum tutius esset in foro exteriori petere absolutionem, quia eo ipso quod fecit contra ius, præsumptio est contra ipsum, quod fecerit scienter, ex quibus omnibus potest prudens lector resoluere dubium propositum.

1 *Qui duellum acceptauit, licitè potest illud recusare.*
2 *De pœna duellantium multi doctores recensentur.*
3 *Qui calore iracundiæ accedit ad duellum, & inuitat, non incurrit in pœnas.*

Miscellanea in materia duelli.

DE origine duelli seu diffidamenti, deque ipsius prohibitione & materia, plura referunt, Ias. in l. ex hoc iure ex numero 31. ff. de iust. & iure.Guido Papæ. sing.303. Bernard. Diaz.in praxi canon. capitul.93. Concil.Trident. session.25.de reform.capitul. 19.Nauar. Manual.lat.capitul.11. nu.39.versicul.34. Felician.de censuris titul. de excommun. ca.24. vers. Imperator pagin.96.Sebast. medic.in summa peccati prima parte. titul.4. quæst.83. & quæst.104. versicul. 11.Anton.Bernard. in summ.capitul.32.nu.114. Foller.in praxi canon. 2.parte capitul.27. ex princip.Latissimè Petrus à Nauarra.to.1. de restitut.libro 2. capitul.3.ex numero 280.Pet. Sachez. parte 1.hist.Moral.titul.della vida de Platon. §.2. versicul.acerca de esto efercitio.fol.22.latissimè & pulchrè Michael.Salon.2.2. quæst.64. articul.3. controuers.3. Vinald. in Candelabr. Eccles.titul.de suspens.ex numero 68. Tiraquel. de nobilit. capitul.20. ex numero 61. multa congerit Burgos de Paz.in l.1. Taur. ex numero 413. vsque ad numerũ 421.latè Alciat.in lib.de singul. certam. & in consil. de materia Duelli in fine dicti libri Philip.Dec.in capitul.Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constitution.nu.102.& ibi addition.in litera K.& nu.103.
1 vide quod ille qui duellum acceptauit, licitè illud potest recusare, de quo etiam asserit Neuizan. in Silua Nuptial. libr.1. §.non est nubendum n.82.de materia tamen textus latissimè disserit Ioan.Socarr.in consuetud. Cathal. §.item vassallus ex fol.470. vbi plura per 70. numeros, copiosè tamen, & pulchrè varias quæstiones resoluit in hac materia Iul.Ferret.in volumine consiliorum, & in tractat. ab eo facto de hac materia, multo tamen copiosius Lancellot.Contard.in templo omnium iudic.in tract.de duello,& pace,ex fol.26. & in lib.1.capitul.1.§.3.versicul. duellum prohibere per tot. vol.1. commun.opinion.pagina 275.verbo duellum.Paul. Fuscus singul.134.litera D.multa Guid.Papæ ex decis.617. vsque ad decis.623.Philip.Dec.cons. 487.ex num.7. vbi in num.9. tradit cui competat electio armorum,de quo optimè disserit additio ibidem in litera C. Lancellott.Contard.in dict.tract.de duello 3.parte de prouocato consul.84. ex numero 1.Ziletconsil.101.volumin.2.nu.5.& consil.102.volumn. 2.nu.8.optime Ioan.Matienco in dialog.relat. 1.par. capitul.1.n.12. Philipp.Dec.cons.686.vbi de materia text.plura cumulat,& etiam Alciat.cons.259.Cephal. consil. 57. volumin. 1. commun. opin. pag. 58. verbo Duellum Nauar. in Manual. Latin.capitul.51. numero 9.Domin. Bannes 2.2. q.40. art.1.ex colum.1386. vers. circa eadem.

Et de pœna diffidantis aliquem disserit Antonius
2 Gomez.in tom.3. de delict. capitul.3. numero 12. & duellantibus denegatur Eucharistia, & sepultura Ecclesiastica, de quo vltra alios supra relatos est videndus Lancellott. Contard. de Duello & pace in præfato numero 4.& 7. & talis an gaudeat immunitate Ecclesiæ, vide Nauarr. in dict. Manual. Latino capitul. 25.numero 21. in princip. & campus quibus personis concedi, vel negari possit, & pro quibus rebus, latè tradit Lancellott. Contard. supra in 2. parte de prouocante,ex conclusion.34. ex fol.35. & quid sit Duellum,& quid sit Bellum prosequitur Plot. de in litem iuran. §. 41. num. 3. Mencach. controuers. illustrium lib.1.capitul.11. ex numero 35. & in capitul.12.optimè agit de hac materia; & tandem plura, & pulchra in materia Duelli resoluit Ioseph. Ludouic. decision. 15. Lucens. vbi etiam decidit non incidere hodie in pœnas Sacri Concilij Tridentin. in allegato capitul. 19. illos qui calore iracundiæ se inuitarent ad Duel-
3 lum, & in continenti accederent ad aliquem locum, ibique dimicarent,quia talis pugna non dicitur delibera-

deliberata, quod secus est dicendum, quando ex animo deliberato ad eum accederent, licet absque patrinis nec in campo franco, tunc enim eos incurrere in dictas pœnas concludit, &c.

PRAXIS BVLLÆ PIIV. CONTRA Exercentes Sodomiam.

RESOLVT. LVI.

1 *Sodomiæ peccatum grauissimum est, & apostasia appellatur.*
2 *Sodomia vnde dicatur: & quid sit, & eius differentiæ vide num. 6.*
3 *Committens sodomiam videtur violare naturam humanam, quæ disponit, vt per naturalem coitum conseruetur genus humanum.*
4 *Mulieres à natura constitutæ sunt, vt partus edant, & hunc ordinem non seruando execrabili odio naturæ ab ipsa apostatatur.*
5 *Ordo naturæ est, vt sit concubitus maris, & fœminæ modo debito, & honesto.*

Sodomiæ peccatum grauissimum.

1 SOdomiæ crimen grauissimum est hinc nominatur Apostasia, quæ inter grauissima crimina annumeratur: tres enim sunt species apostasiæ videlicet à Deo, à natura, & a Principe. Prima appellatur crimen hæresis, Tertia læsæ maiestatis, At secunda crimen sodomiticum, seu peccatum contra naturam.
2 Sodomia enim dicitur à Ciuitate Sodoma, in qua vna cum cæteris tale flagitium nimis excreuerat, & ideo igne cœlesti oppressæ, & damnatæ fuerunt: contra naturam vocatur, & hoc nomine vtitur tam Ordinarius Rossani, quam Bononiæ, quia non solum ex eo Deus, qui est summa natura offenditur,
3 sed etiam quantum in patrante est ipsa natura humana violatur. Debent quippe homines fidem naturæ sicut Deo, vt sicut quilibet genitus est, sic alium sibi similem generare disponat, vt per coitum naturalem conseruetur genus humanum ad hoc in auth. de nupt. in principio, l. liberorum, ff. de verbor. significat. &
4 mulieres à natura constitutæ fuerunt, vt partus ederent, l. 2. C. de indict. viduit. quod potissimum ipsius est munus, l. quæritur, §. 1. ff. de ædil. edict. in coitu vero contra naturam, quia spretis mulieribus, quas ad hoc natura creauit, quantum ad genus non seruatur humana species, sed deletur, manifestè ab ipsa natura execrabili quodam odio apostatatur, ita dixit Luc. de Pena in l. 3. C. de exactoribus, & executoribus lib. 12.
5 Rursus ordo naturæ institutus ad habendam copulam in his consistit, vt sit concubitus hominum vtriusque sexus secundum naturalia instrumenta generationis modo debito, & honesto, vt fusè explicat Caiet. circa art. 11. ad D. Thom. 2. 2. q. 154. vnde
6 vbi non est copula carnalis, hoc est cõcubitus, est molities, quæ dicitur quando quis ob delectationem veneream seipsum polluit, vel cum adminiculo alterius, quod si concubitus est, sed non humanus vocabitur etiam peccatum contra naturam, & bestialitas, vt cum quis bestiæ commiscetur, at si est concubitus humanus, sed cum eadem specie, tunc vocatur Sodomia, vt si mas cum mare, fœmina cum fœmina commisceatur D. Thom. qui supra, & de hoc ad præsens.

RESOLVT. LVIII.

1 *Sodomita propriè dicitur agens, & veriorem sententiam vide num. 8.*
2 *Patientes dicuntur propriè molles.*
3 *Duplex genus molliciei.*
4 *Patiens differt ab agente ex varijs causis.*
5 *Minus punitur patiens, quam agens. Et etiam in foro conscientiæ, vide num. 6.*
7 *In pœnas Bullæ Pij V. incidunt, tam agentes, quam patientes.*
9 *In varijs tribunalibus obseruatum est, vt eadem pœna infligatur agenti, quam patienti, quando excedit ætatem 20. annorum.*

An in pœnas nostræ Bullæ incidant, tam agentes vitium Sodomiticum, quam muliebria passus.

FVit mihi quæsitum, an in pœnas d. Bullæ Pij Quinti incidant, tam agentes vitium sodomiticum, quam muliebria passi, & prima facie videbatur negandum ex eo, quod cum in Bulla infligitur pœna contra exercentes sodomiæ crimen fit, vt
1 ille propriè dicatur sodomita concubitor masculi, scilicet agens, hoc est, qui agit contra naturam cum eadem specie in vase indebito 32. q. 7. c. adulterij crimen, c. flagitia, c. clerici de excess. prælat. vnde
2 patientes, molles vocantur iuxta illud 1. ad Corinth. c. 6. Neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt, vbi glo. sic exponit, quam sequitur D. Thom. 1. 2. q. 138. ad 1. & Caiet. in sum. in verbo mollities in fine, qui
3 dicit, quod molles dupliciter dicuntur, vel quia peragunt in se pollutionem voluntariam, & ita dicitur vitium infimum cõtra naturam, vel quia mas patitur, vt mulier. Inde dicũtur molles, vel quia muliebria patiuntur quasi mulieres effecti, idem videtur probari in auth. vt non luxur. contra naturam. Vbi sodomita dicitur, qui agit contra naturam, sed agens non est,
4 qui patitur; ergo. Ex quo arguitur, quod cum patiens differat ab agente, & non sit idem, vt agens, quod non venit appellatione, Sodomiræ patiens, tum ex diuersitate vocabuli, & variatione, tum ex diuersitate pœnæ, tum ex grauitate sceleris, nam maius est peccatum agentis, quam patientis, vt dixit Archiepiscop. Floren. 3. par. tit. 17. c. 17. §. 4. in fine notatur 32. q. 7. c. adulterij in glos. 2. & secundum mensuram peccati erit plagarum modus Deuter. c. 15. c. felicis,
5 §. illud de pœnis. in 6. & maior pœna imponitur agenti Sodomiticè in foro contentioso, quam ea, quæ imponitur patienti, quia agenti intelligitur pœna ignis: non sic patienti, pariter mitius punitur, qui passus fuit aliquod inhonestum in domo sua, quam agens: ita Bal. in l. cum ancilla 1. col. verbo item nota, C.
6 de incæst. nupt. Pariter in foro conscientiæ mitius agitur contra patientes, quam contra agentes, cap. sicut tribus de pœnit. dist. 2. glos. in c. si cui de pœnit. dist. 1. Abb. in cap. sicut dignum per illum text. extra de homicid. Quare fit, quod volens Episcopus tam agentes, quam patientes comprehendere sub casu reseruato sic ait. Qui nefarium crimen Sodomiæ commiserint, vel passi sunt.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium resoluendum censui, vt scilicet in pœnas prefatæ Bullæ incidant tam agentes, quam muliebria pas-
7 si, tum quia ambo dicuntur verè, & propriè crimen sodomiæ perpetrare, tum etiam, quia iura infligentia pœnas contra sodomitas loquuntur, tam in agente, quam in patiente, vt patet in l. cum vir, C. de adult. in §. 1. in authen. vt non luxurientur contra nat. in cap. clerici pro contraria allegatus de excess. prælat.
9 & in varijs tribunalibus eadem pœna deprompta est contra patientes, quando excedunt ætatem 20. annorum, vt in specie Cauale. decisio. 22. part. 5. Gaspar. Thesaur. decis. 17. par. 3. Thoming. decis. 23. & ita etiam Bombin. cons. 22.

RESOLVT. LVIII.

1 *Per vnicum actum quis non potest dici exercitator illius actus.*
2 *Verbum exercentes non verificatur, nisi ex pluralitate actuum.*
3 *Verbum exercere significat frequentiam actuum ex diuersis temporibus.*
4 *Tres actus venerei eodem tempore sine diuersione ad actus extraneos habentur pro vnico actu.*
5 *Qui cadit aliquoties, & cecidisse penitet non videtur incidere in hunc casum.*
6 *Exercere venit ab exercitatione, & illi propriè dicuntur exercitores, qui in vsu ponunt aliquid, num. 7.*

Verbum exercentes positum in Bulla qualiter intelligatur.

MAgna est controuersia inter DD. in l. legatis, ff. de legat. 3. an per vnicum actum dicatur quis exercitator eiusdem actus, & communis resolutio
1 est in partem negatiuam ex doctrina Bart. in §. omnem in proœmio Digestorum quem refert, & sequitur Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina de caus. possessionis, & proprietatis, vbi nomina verbalia non verificantur ex vnico actu, vnde cum in d. Bulla infligitur pœna contra exercentes crimen sodomiæ propterea fui in opinione in quadam causa mihi delegata,
2 quod verbum illud exercentes non verificetur, nisi data pluralitate actuum, vnde Graff. in praxi casuum
3 reseruatorum, cap. 11. libro 1. voluit, quod verbum exercere significet frequentiam ex diuersis actibus non ex eodem tempore, sed diuersis, facit text. in
4 cap. monasteria de vita, & honestate cleric. Nam tres actus venerei continuati, antequam quis diuertat ad extraneos actus cum masculo habentur pro vno continuato, & aggregato, vt ff. de furtis, l. vulgaris in princip. Bald. in capit. cum Ecclesia numer. 16. extra de caus. possess. & propriet. Ita tenet Nauar. in
5 Manu. cap. 27. numer. 250. Hinc fit, quod is, qui aliquoties cadit, & cecidisse penitet, non videtur incidere in hunc casum, & de hoc vide Graff. in d. praxi. cap. 1. lib. 1. num. 67. Hinc minus rectè sensisse censeo Ignatium Lopez, in addit. ad Diaz. ca. 88. erga finem. vers. circa vnum, qui impugnando opinionem Nauar. vnicum actum sufficere prætendit impugnando, & reprobando, tum quia à tanti viri opinione non est recedendum eo magis, quia affirmat ita sibi res-
6 pondisse. SS. D. Gregorium XIII. Tum quia exercere venit ab exercitatione, vnde exercitus nomen traxit. ff. de testament. milit. l. 1. in princip. Quia exerceri debent milites, & discere in otio, quæ facere, & perficere possint in bello, vt dixit Lucas de Penna in c. milites verbo exercitio, C. de re milit. lib.
7 2. Tum quia vulgò illi dicuntur exercitores, qui in vsu ponunt aliquod v. g. quis exercuit aduocationem. Hoc est per aliquod tempus fuit aduocatus, & iste est communis vsus loquendi attendendus argum. text. in l. sciendum, §. illud verbo sufficiet, ff. de ædil. edicto.

RESOLVT. LIX.

1 *Bestialitatem committens comprehenditur Constitutione Pij V. contra Sodomitas.*
2 *Ad tollendum peccatum semper est facienda extensio, & quando agitur de fauore animæ, num. 3.*
4 *Ex identitate rationis in statutis correctorijs fit extensio.*

An Constitutio Pij V. emanata contra exercentes vitium sodomiticum locum sibi vendicet in illo, qui vitium bestialitatis commiserit præpostera Venere.

AD difficultatem propositam pro resolutione
1 dicendum committentem vitium bestialitatis cum brutis luxuriæ causa præpostera venere tali decreto comprehendere, ex eo quia constitutio prædicta cum tendat ad fauorem animæ, & ad tollendum
2 peccatum, in quo casu semper est facienda extensio ad illum finem tollendi peccatum, vt docet Rota in decis. diuers. decis. 29. num. 10. volum. 2. Abb. in c. ex tenore, qui filij sint legitimi, num. 6. & Iason in auth. quas actiones, num. 25. C. de sacrosanct. eccles. igitur meritò in d. Bulla facienda est extensio ad præfatum
3 casum cum agatur de fauore animæ, & intentio constituentis est, vt excludat omne peccatum, per quod statutum emanatum fuit, & eiusdem generis.

Nec facit, quod Constitutio non faciat mentionem de casu nostro, sed tantum de exercente vitium sodomiticum, quia constitutio loquens de ijs, quæ communiter, & sæpè eueniunt non per hoc excludit alia, quæ rarò accidunt, dummodo sint eiusdem generis,
4 prout est casus, de quo agimus. In statutis enim correctorijs, vt est d. Bulla semper potest fieri extensio ex identitate rationis, vt voluit Paul. de Castro cons. 39. Et prædicta confirmantur, quia sicuti non excluditur ex hac constitutione cognoscens fœminam præpostera venere est, quia in tali casu propriè committitur sodomia, vt voluit Iul. Clarus, qui de communi opinione testatur lib. 5. recept. sent. §. sodomia, num. 2. cum Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 286. num. 5. lib. 7. Thesaur. casuum conscient. cap. 1. num. 21. ita præfatæ Bullæ constitutionem, nemo negabit non excludere exercentem tale uitium cum brutis, nam si comprehendit de quo minus, ergo de quo magis cum ualeat in iure argumentum de minori ad maius, & è contra.

Et quod includatur uitium bestialitaris committens cum brutis luxuriæ causa turpiter se commiscendo in proprijs terminis uoluit Roland. cons. 7. uol. 1. Rodriq. in summa par. 1. cap. 209. numer. 2. nec non Quaranta in suo Bullario in uerbo Sodomia.

RESOLVT. LX.

1 *Cum fœmina secundum Ciuilistas potest esse vitium sodomiticum, contra secundum Theologos in foro conscientiæ, num. 3. comprehenduntur tamen sub casu reseruato, num. 5.*
2 *Fœminis & masculis abuti à pari iudicatur.*
4 *Communis vsus loquendi, licet improprius est præferendus.*

An committentes sodomiam cum fœminis incidant in pœnas Bullæ.

ARticulus est, an rem habens præpostera uenere cum mulieribus dicatur uerè, & propriè sodomiam committere, in quo articulo est animaduer-
1 tendum, quod licet communis sit sententia apud Ciuilistas, quod cum fœmina possit esse uitium sodomiticum tex. in cap. adulterij malum, & cap. usus, ibi, in fœminis 32. quæst. 7. Nauar. de iudic. libr. 2. consil. 1. unde Cæsar. Lambert. de iure patronat. in
1. part. lib. 2. in 1. artic. princip. fol. 13. numero 3.
2 dicit, quod iudicatur à pari abuti fœminis, & masculis ex gloss. in cap. omnes causationes 32. quæst. 7. bonus tex. in cap. in Archiepiscopatu de rapto: ubi Panorm. hinc æquali pœna puniuntur committentes hoc peßimum scelus cum masculis, ut dixit Couar. in 2. par. de matrim. c. 7. num. 7. Iulius Clarus libro 5. §. sodomia

sodomia fol.385.Menoch. de arbitr. iudic. lib.2. casu 286. num.1. Matth. de Afflict. in Constit. Regni de
3 legum Asperitate lib.3.rubr.42.num.13.tamen in foro interiori conscientiæ aliter sentiunt Theologi, vt D.Thomas 2.2.q.154.art.11. vers.2. Armilla in verb. Sodomia, Sylvest. in verbo luxuria §.1. & ratio est, quia duo requiruntur ad committendam sodomiam, vt concubitus fiat cum persona indebita masculi cum masculo, fœminæ cum fœmina, & vase indebito, sed modo licet sit secundum, quia non adest primum, nam fit concubitus cum persona debita, scilicet masculi cum fœmina non dicitur vitium sodomiticum, sed peccatum innominabile, seu contra naturam, D. Thomas, qui supra Sylvest. in verb. luxuria, §.1.in fine, vel peccatum monstruosum, vt dixit Armilla, quare non videtur, reseruatum, nisi in locis, vbi includuntur tam agentes, quam patientes, vt Ferrariæ, vel in
loco, vbi non reseruatur vitium sodomiæ, sed vitium indicibile hoc est non nominandum, & nec loquendum, vt Castellaneti, ego autem dubito de hoc, nam licet in casibus reseruatis fiat stricta interpretatio, & attendatur propria significatio verbi, tamen quando
4 communis vsus loquendi repugnaret propriæ significationi verborum, communis vsus est præferendus, licet sit improprius, l. librorum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat.3. vbi Bart. & in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. Philip. Franchus in cap.1. versic. decimo quarto limita de tempore ordin. lib.6. quare, & si ex propria significatione non veniat appellatione sodomiæ concubitus cum muliere in vase indebito, venit tamen ex communi vsu loquendi, & quod talis sit communis vsus vocare vitium sodomiticum concubitum mariti cum vxore in vase indebito, patet quia sic Doctor. loquuntur Archid. in c. omnes cautiones 32.q.7. Abb. in c. maritis, num.3. & alij scribentes de adulter. sic vulgus qualiter vocabit maritum, nisi so-
5 domitam, quare concludendum videtur compræhēdi sub casu reseruato non solum sodomitam masculorum concubitorem, sed etiam, qui fœminam præpostera venere cognouerit. Tum etiam, quia maius videtur peccatum coire cum fœmina in vase indebito, quæ habet vas naturale, quam cum mare, vt nos diximus in 1.vol.cons. de adult.lib.5.cons.3.num.12.

RESOLVT. LXI.

1 *Sodomiam committens per vim, & metum non dicitur exercere, & qui sint, qui committant per vim, & metum, num.2.*

An committens sodomiam per vim, & metum incidat in pœnas Bullæ.

1 NOn compræhenduntur sub casu exercentium ij, qui non spontè, sed coactè exercendo hoc scelus agunt, nam litera loquitur de exercente, & videtur impossibile, vt quis possit hoc scelus quasi ex habitu continuato exercere inuitus, sed solum habere locum in eo, qui ex inopinato casu ad hoc cogeretur.

2 Exemplum si esset quidam peruersus, qui volens socios habere in inferno minaretur alicui mortem, nisi puero abutatur, nam tunc talis non dicitur facere, quod propria voluntate non facit, 7. q.1. c. mutationes facit text. in l.1. §. si quis tamen, ff. de postul. & quamuis voluntas coacta voluntas sit, non tamen dicitur in stricta, & propria significatione, & vocabuli proprietate seruata argum. tex. in l. si mulier. §. si metu, ff. quod metus causa, facit tex. in l. vim passa, ff. de adulter. ad idem. l. si vxor §. pen. & l. fædissimam, C. eod. quamuis mortaliter peccet, capit. sacris de his, quæ vi.

RESOLVT. LXII.

1 *In atrocissimis delictis punitur affectus non sequuto effectu, & afferuntur plures casus.*
2 *Ad committendum sodomiæ delictum plura requiruntur, & per totam.*
3 *Actu non consumato in crimine sodomiæ non venit pœna mortis, & quæ aliæ pœnæ extraordinariæ fuerint impositæ per totam.*

An in pœnas præfatæ bullæ incidat qui cognouit puerum non immittendo semen intra vas.

VIdebatur dicendum, quod sic prima facie, ex eo quod cum delictum sodomiæ sit grauissimum, atque atrocissimum propterea esse puniendum, licet effectus sequutus non fuerit, prout expresè probatur in l. cum vir. C. de adulterijs, Angelus ibid. num.3. Afflict. in 3. par. Constitutionum Regni Rubr.42. in principio, num.13. Iodochus in practica crimin. cap.
1 46. num.12. & in atrocissimis delictis, punitur solus conatus, etiam si effectus secutus non fuerit, vt dicit gl. in l.1.§. hæc verba in verb. putamus, ff. quod quisq; iuris, & hanc dicit esse communem opinionem Felin. in c.1.nu.9. de officio delegati Couarru. in Clement. si furiosus, num.52. de homicidio, & ideo secundum eos in crimine læsæ maiestatis, falsificationis monetæ punitur solus conatus Gramm.decis.74. Triuis. decis. 51. Antonius Faber decis.21. de pœnis. Papon. decis. 10.l.23. prout in crimine assassinij, Capicius in decis. 112. Grammat. voto 9.nu.12. & seq. in conante attentare aliquid contra pacem publicam. Gail. lib.1. obseruatione 14. & Grammaticum decisio.2. Et hunc coitum esse contra naturam aduersus opinionem Gomez. supra citat. voluerunt Barbatius cons. 64. & in cons. sequenti, volum. 1. Alex. de Alex. consil. 85. Calcan. cons.110. Decius cons.9. Butrius consil. 58. Marsil. cons.28. Paris.173. lib.4.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium censui resoluendum, quod tales non dicantur verè, & propriè sodomiam committere, & consequēter non incidere in pœnas nostræ Bullæ, quam opinionem tenuerunt Gomez. in leg.80. Tauri n.34. in vers.
2 ex quibus rationibus. Ad committendum enim peccatum contra naturam necesse est secundum scribentes, quod membrum in ipsas partes pudendas ponatur, ita Plotus cons.232. n.22. vol.1. inter consilia criminalia diuersorum Artaman. cons.32.n.3. Merenda cons.24. Bomin. consil.65. Peguera decis.52. vnde Afflictus super 3. par. Constitutionum Regni Rubr.42. in principio post n.15. refert se vidisse iudicatum per
3 Magnos DD. quod si quis actum non consumasset, quia scilicet membrum in ipsas partes pudendas non posuisset, sed alia extraordinaria, secus autem si membrum imposuisset, licet intus semen non emisisset idem attestatur Iulius Clar. in §. sed omnia, versicu. quæro nunquid; dicens, ita Senatum in facti contingentia iudicasse in causa cuiusdam Iosephi Canariæ, quem tantummodo virgis cedi iussit 10. Februarij 1595.

Et quod præfatus reus non veniat pœna ordinaria sodomiæ puniendus tenet Lopez hoc tit. vbi dicit, quod quando simplex fricatio interuenit huiusmodi delinquens citra mortem puniendus, & sic refert fuisse iudicatum in Ciuitate Granatæ, in qua asserit hunc casum de facto contigisse.

Et mulieres agentes vna cum alia fine aliquo instrumento pœna flagellorum condemnatas, & punitas fuisse refert quoque Boerius in d.decis.316. circa fin. de facto fuisse propositam occasionem contra

duas mulieres, quæ inter se actum venereum faciebant fricando, & se corrumpendo, & in fine dicit quosdam fuisse condemnatos ad fustigationem.

Et cum supradictus casus contingeret in Ciuitate Cataloniæ in persona cuiusdam, qui plures actus venereos cum multis pueris fricando inter crura manibus abutendo, & semen emittendo commisisset fuit condemnatus per Regium eiusdem Ciuitatis Senatum, quod fustigetur, testatur Peguer. in decis. 71. & cum idem casus in eadem Ciuitate contigisset in persona Alexan. Azardi, qui cum, vt dictum fuit, attentasset habere accessum cum alio contra naturam, & membrum in vas non imposuisset, quia non potuit, sed tantum extra vas, & per crura se polluisset, non fuit punitus pœna mortis, sed alia mitiori pœna, scilicet ad seruitium Regiarum triremium remigando ad decennium.

RESOLVT. LXIII.

1 *Dictum Sodomitati non facit indicium ad torturam: contrarium pluribus rationibus probatur, num. 3.*
2 *Infamis à testimonio repellitur, & non facit indicium, qui allegat turpitudinem suam.*
4 *Dictum stuprati, quando faciat indicium concurrentibus adminiculis.*

An ad effectum incurrendi in pœnas Bullæ probetur sodomia per dictum sodomitati.

IN quo articulo Marsilius in cons. 28. numer. 16. vol. 1. respondendo propositæ quæstioni affirmat dictum sodomitati non facere indicium ad torturam, 1 & mouetur ea ratione, quia sodomitatus asserendo se suppositum per sodomiam, fatetur se infamem, vt in Auth. vt non luxurientur contra naturam, & in l. cum vir, C. ad leg. Iul. de adulter. & in cap. cleric. de excessib. prælat. & in cap. flagitia, & cap. sequent. 2 32. q. 7. infamis autem à testimonio repellitur, vt tenet Speculat. in titu. de test. §. 1. versic. item quod est infamis, ergo, &c. præterea probatur non facere indicium, quia allegans turpitudinem suam non est audiendus cap. inter dilectos extra de donationibus, cap. cum super de concessio. præbend. cum alijs ibi allegatis per eum, quem etiam sequuti sunt Grammat. decis. 28. num. 14. & consil. 65. num. 2. & decis. 40. nu. 16. & Paris. consil. 163. num. 7. & 8. lib. 4.

3 Contrariam tamen opinionem sentit Bos. in tit. de indicijs, & considerationibus ante torturam, nu. 160. vbi dicit in crimine sodomiæ socium posse de consocijs interrogari, & eius nominationem facere indicium ad torturam, & ad hoc probandum quinque adducit rationes. Primo, quia in ijs, quæ sui natura aliter haberi non possunt socij criminis admittuntur. Secundo, quia in delictis occultis Iudex semper debet esse promptior, & facilior ad torturam. Tertio, quia sodomia non committitur in iniuriam alterius, sed ad sui libidinem, & voluptatem explendam. Quarto propter immanitatem criminis iuxta glo. in l. fin. in verb. conscientia, C. de accusationibus, & iuxta ea, quæ latè scripsi in decis. 75. Quinto, & vltimo, quia hoc crimen sine socio non committitur, per ea, quæ dixit Farinac. de indicijs, & tortur. quæst. 43. num. 107.

Ex quibus ergo videmus quæstionem hanc esse inter scribentes controuersam, verum eam resoluit Farinac. in dict. tit. de indicijs, & tortur. dict. quæst. 4 43. num. 99. dicens dictum stuprati, siue maris, siue fœminæ, & siue maioris, siue minoris, & siue sponte, siue per vim facere indicium ad torturam contra stuprantem, tamen cum adminiculis, & secus esse sine eis, & dicit hanc opinionem communiter esse receptam per Doct. supra ab vtraq; parte allegatos, vt per Marsil. in dicto consil. 28. num. 16. in fine, & sequent. Bos. in tit. de indicijs, num. 160. vers. ita tamen iuncto num. 166. Plot. consil. 132. sub num. 23. iuncto num. 25. & licet hæc opinio intelligenda sit, dum tamen illius dictum sit in tortura firmatum, quia socius criminis propter delicti confessionem dicitur infamis, & nunquam infamis admittitur sine tortura leg. ob carmen, §. si ea rei conditio, ff. de testibus, c. illi, qui 5. quæst. 8. cap. in primis 11. quæst. 1. glos. in cap. per tuas, de simon. cum alijs in proposito allegatis per Marsill. in practic. in §. diligenter, num. 62. tenet etiam Farinac. in tit. de indicijs, & tortur. quæst. 43. num. 134. qui magnam Doctorum caterua idem sentientium adducit, tamen quia in regio Consilio dictis sociorum criminis in alterius factum etiam sine tortura adhibetur tanta fides ad condemnandum pœna ordinaria delicti contra nominatum consocium concurrentibus tamen alijs indicijs, seu adminiculis, & non alias, quanta adhiberetur cuicunque alij testi, vt latè dixi in decis. 5. num. 38. ideo secundum dictam opinionem absque tamen tortura fuit conclusum in Regio Concilio die 28. Ianuarij 1599. in facto fisci procuratoris Regiæ Curiæ contra N. qui cum tentasset alium contra naturam cognoscere deueniendo ad actum proximum maleficio, & patiens confessus fuisset delictum, & eius dictum fuisset adminiculatum, vtputa quia fuit reperta læsio in illius partibus pudendis fuit dictus N. dicto tantum socij sic adminiculato, & tortura minimè confirmato condemnatus, quod torqueretur ad sciendum ab eius ore, an membrum intus vas exterius imposuisset, probatis tamen in suo robore remanentibus.

RESOLVT. LXIV.

1 *Iniuriam contra proprium honorem illatam, licet vnicuique propulsare.*
2 *Nihil est, quod apud mortales debeat æstimari, quantum est honor, & dignitas.*
3 *Melius est nomen bonum, quam diuitiæ multæ.*
4 *Non est puniendus is, qui causa honoris hominem occiderit, nam in illo casu comparatur furioso, cui omnes parcere tenentur.*
5 *Tueri debemus non solum honorem proprium, sed etiam consanguineorum.*
6 *Occidens clericum inuentum cum vxore, filia, vel sponsa, non incurrit excommunicationem.*

Percutiens clericum tentantem de crimine nefando, si ex percussione sequuta est mors, an incurrat in excommunicationem.

ADolescens quidam cum fuisset à quodam clerico de crimine pessimo tentatus ipsum tentantem lætaliter vulnerauit, & ex dicto vulnere mortuus est.

Fuit dubitatum apud me si dictus tentatus incurreret in excommunicationem, & sit irregularis ex morte subsequuta: & Respondi negatiuè ex duobus.

1 Primo, quia iniuriam contra proprium honorem illatam licet vnicuique propulsare, vt notatur in l. 1. & in l. Prætor edixit, ff. de iniurijs, August. ad Angel. in verb. & dictus Titius, num. 20. vers. quæritur an ex solis minis. Merlinus in decis. Rotæ 266. vbi percutientem ex supradicta causa non esse percutiendum, inquit, causa enim honoris, & vitæ æquiparantur, l. iusta, ff. de manumissis vindicta, vnde Menoch. in cons. 202. lib. 4. qui honoris, & dignitatis suæ maiorumque suorum tuendæ causa omnem diligentiam, & curam adhibent, non modò damnandi non sunt, sed summoperè laudandi, quippe nihil 2 est apud nos mortales quod tanti debeat fieri, quanti ho-

ti honoris dignitas, atque excellentia, quæ omnibus rebus antefertur l. Iulianus, vbi Iason, & reliqui, ff. si quis omissa causa testamenti, & in cuius comparatione pro nihilo reputantur mille Thesauri, & diuitiæ ca. ex meritò 6. quæst. 1. cap. licet de accusat. Vnde in Eccles. c. 22. melius est habere bonum nomem, quam diuitiæ multæ; Honor enim secundum Boer. in cons. 22. preferri debet omni interesse mundano, & secundum Annan. in cons. 80. qui agit causam honoris dicitur agere causam sanguinis, vnde Bald. in cons. 318. vol. 1. 4 non esse puniendum illum, qui ex causa honoris hominem occiderit, quia in illo casu equiparatur furioso, cui omnes parcere tenentur, l. furiosi, ff. de regul. iur. l. infans, ff. de sicarijs, & idem Bald. in cons. 23. vol. 2. 5 quo fit, vt ne dum pro honore proprio tuendo hoc procedat, verum etiam, & consanguineorum, c. dilecti, de sententia excomm. in 6. & ad hoc etiam facit, quod voluit Anchar. in cons. 223. n. 4. vbi causam honoris grauiorem esse inter grauissimas per text. in l. isti quidem, ff. de eo quod metus causa: immo secundum Menoch. cons. 94. vol. 1. Ipsimet vitę anteferri consueuit à sapientissimis, Eminentissimisque Viris, sequitur Capicius decis. 7. n. 5. Vnde Marcus Tull. in Philippica 3. Ad decus, & libertatem nati sumus, aut hęc teneamus, aut cum dignitate moriamur, vnde Apostolus 1. ad Corint. c. 9. ait, Expedit mihi magis mori, quam gloriam meam quis euacuet, vnde non tenetur quis suam famam, & honorem negligere, & habetur etiam in c. 9. 12. q. 1. ex quibus videbatur dicendum dictum adolescentem minimè contraxisse excõmunicationem, ex quo honoris gratia illum tentantem percussit, & non eundo per mendicata suffragia, hanc eandem quęstionem decidere videtur Baiardus ad Clar. in §. sodomia, num. 5. Vbi facit mentionem de quodam scholare, qui cum tentatus fuisset à suo Pedagogo gladio eum interemit. Propter quod ne dum fuit liberatus puer, verum etiam summoperè magnificatus ob egregium factum attẽta illius ætate.

Secundo, quia masculinum concipit fœmininum, l. qui duos, l. si ita scriptum, ff. de legatis 2. & in iure clarum est occidentem clericum inuentum cum vxore, 6 filia, vel sponsa, non incurrere excommun. c. si verò, de sent. excomm. Nauar. cons. 62. eod. tit. Igitur ita dicẽdum in causa supradicta ex identitate rationum.

PRAXIS BVLLÆ CLEMENTIS VIII. contra sollicitantes mulieres in confessione.

RESOLVT. LXV.

1 *Bulla est stricti iuris, & non recipit extensionem.*
2 *Verba legis sunt ad vnguem seruanda.*
3 *Is dicitur facere, qui iubet aliquid facere.*
4 *Damnum dat, qui damno dari iubet.*
5 *Pœna inflicta contra facientem, procedit contra mandantem.*
6 *Mandator, & mandatarius possunt de crimine accusari.*
7 *Ratihabitio retrotrahitur, & comparatur mandato.*
8 *Statutum contra perpetrantem, procedit contra mandantem.*
9 *Accusans de homicidio, si probat mandatum, obtinebit.*
10 *In pœnis non est facienda extensio, quando non est eadem ratio.*

An Bulla Clementis VIII. contra sollicitantes mulieres in confessione locum sibi vendicet contra sollicitantes per interpositam personam.

VIdi disputari, ac controuerti inter doctissimos Viros, an dispositio Bullæ Clementis Octaui, eiusque pœna locum sibi vindicet, & procedat con-

tra sollicitantes mulieres ad turpia per interpositam personam, & pro parte negatiua adducebatur bul-
1 lam esse stricti iuris, vt latè per Nattam in cons. 39. vol. 1. post Felinum in cap. perpetuus de fide instrumentorum, Rubeus cons. 17. num. 7. & sequenti, & proinde non recipit extensionem, Anna allegat. 39. præterquam in casibus à iure expressis glo. in l. error, C. de iur. & fact. ignoran. Vnde cum ex verbis dictæ Bullæ non comprehendatur mandans sollicitari, pro-
2 pterea non extendenda ad dict. casum, Verba enim legis sunt ad vnguem seruanda, l. 1. §. is, qui nauem, ff. de exercitoria actione, nec ab eius significatione recedendum est, l. non aliter, ff. de legat. 3. Faber decis. 16. C. de verborum signific. Mandosius cons. 32. Monaldus cons. 43. vol. 1. & cum in verbis legis non est ambiguitas non est de eius mente disputandum, l. ille, aut ille, ff. de legat. 3. prout in casu nostro, in quo de verbis bullæ non dubitatur, cum euidenter apparet legislatorem voluisse comprehendere tantummodo sollicitantem, non autem mandantem sollicitari; facit etiam pro hac eadem opinione, quod verba prævalent menti legis, quando mens non repugnat verbis, l. si quis filium, C. de liber. præter. cap. præterea, de verborum significat. Bald. consil. 32. vol. 1. Alex. cons. 324. vol. 2. Alciatus responso 60. nu. 3. & seq. Decius consilio 12. vol. 1.

Cæterum contrariam sententiam de iure fuit responsum, scilicet, quod dicta bulla comprehendat etiam mandantem sollicitari mulierem ad turpia, ex tex. in l. manumissiones ff. de iustitia, & iure, & in l. si amicis, ff. de adult. quibus iuribus probatur
3 eum dici facere, qui iubet id facere, vnde in l. capienda §. is damnum dat, ff. de regul. iur. habetur, quod
4 is damnum dat, qui iubet damnum dare, & regula iuris est, qui est causa damni damnum dedisse videtur, & quicquid est causa causæ, est causæ causati d. l. manumissiones, ff. de iustitia, & iure, item dicebant, quod qui per alium facit per se ipsum facere videtur cap. qui per alium, de regul. iuris lib. 6. & consequenter, licet bulla infligat pœnas contra sollicitantes, videtur etiam infligere contra mandantem per interpositam personam ex regul. supradicta, quæ etiam probatur per text. in l. 1. §. deiecisse, ff. de vi, & vi armata per quem text. disponitur, quod parum refert suis manibus quis deijciat, vel per alium, vt probatur etiam in capit. ex parte de restitut. spoliator. vbi remedium recuperandæ possessionis interponitur, tam contra spoliantem, quam contra mandantem spoliari, vel ratum habentem, & ratio est secundum Menochium in tractatu de adipiscenda possess. re-
5 medio 21. pœna inflicta contra agentem aliquid procedit etiam contra mandantem sequitur Personalis quæst. 23. Tomingius decis. 42. & facit text. in l. non ideo minus, C. de accusationibus, vbi dicitur, quan-
6 do mandatum mandatarium non excusat, tam mandator, quam mandatarius possunt de crimine accusari ad idem tex. in cap. mulieres, de sent. excommunicat. Vbi pœna Canonis si quis suadente diabolo 17. q. 4. procedit, tam contra percutientem clericum, quam contra mandantem percuti, vt pariter decisum refert Franciscus Marcus in decis. 893. parte 2. Duen. regul. 91. Clarus in §. fin. quæst. 36. in principio, quod ampliatur etiam procedere contra ratificantem percussionem eius nomine factam cap. cum
7 quis de sentent. excommunicat. in 6. Cum ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur cap. ratihabitionem, de regul. iur. in 6. & omnia nostra facimus quibus nostra impartitur authoritas, l. 2. C. de vet. iur. enucleando, & glos. in cap. fin. de accus. Vbi inter facientem, iubentem, & mandantem nullum discrimen, cum mandans dicatur verè, & propriè facere, l. non solum, §. qui mandato ff. de iniur. vbi man-

dans inferri iniuriam censetur ipsemet propriè, & verè iniuriam intulisse, & probatur etiam in d. cap. mulieres ibi cum sic verè committat, cuius authoritate, vel mandato delictum committit probatur, & facit ad idem text. in l. athletas, §. Pomponius in verbo inseruire, ff. de his, qui notantur infamia, vbi quantum ad effectum iuris, scilicet quo ad pœnam mandans dici-
8 tur propriè facere, & propterea statutum contra aliquid perpetrantem procedit etiam contra mandantem id patrari, quia vt dixi mandans dicitur propriè, & verè delinquere: gl. in c. gaudemus de diuortijs; ideo eadem pœna punitur, vt probatur in l. aut qui aliter in fine, ff. quod vi, aut clam. & in Clem. 2. de pœnis, quod procedere etiam in statutis scripsit Philippus Decius in cit. lege capienda, §. is damnum dat, quod valdè mirandum est secundum Bart. in l. quemadmodum, C. de agricol. & censitis l. 11. vbi inquit, quod pœna statuti puniens facientem maleficium, habet locum in mandante, vt latè post eum prosequitur Veronen. in cons. 33. in vltimo dubio, Mandell. consil. 71. vol. 1. Merenda consilio decimo sexto, nu. quarto,
9 & sequenti, hinc est, quod si quis accuset aliquem fecisse homicidium, & probaret tantummodo de mandato obtineret, vt notat Ioan. Monachus in regula, qui per alium de regulis iuris in 6. quem refert, & sequitur Bald. in capitul. primo, §. iniuria, versiculo pone de pace, iure firmanda, & si quis esset inquisitus de mandato, & de cattigatione probaretur, pariter obtineret secundum eundem Bald. in leg. hæc verba per illum tex. ff. de his, qui notantur infamia. Alexand. consilio 128. volumine quarto tandem probatur, quod cum bulla loquatur in rem, & non in personam, vt quia dicit, si quis sollicitauerit, proinde comprehenditur, qui mandauit. Abbas in citato cap. mulieres, de sententia excommunicat. Corneus cons. 69. volum. 3. & in consilio 249. volum. 1.

10 Non obstat, quod in pœnis non est facienda extensio capitul. in pœnis de regulis iuris, capit. statutum, de elect. quia procedit quando non est eadem ratio, prout in casu nostro, in quo tam in sollicitante, quam in mandante sollicitari concurrit eadem ratio, & mens finalis bullæ.

RESOLVT. LXVI.

1 *Lex pœnalis non est extendenda.*
2 *Liquida probatio requiritur ad hoc, vt pœna committatur.*
3 *In pœnalibus non defertur iuramentum in supplementum probationis.*

An pœna sancita in Bulla Clement. VIII. contra sollicitantes mulieres in confessione locum sibi vendicet contra sollicitantes pueros.

PLuries consultus de hoc articulo, semper respondi, mihi dubitationem facere naturam constitu-
1 tionis, quæ cum sit pœnalis, & pœnarum inductiua, minimè extendenda est, ex notabili doctrina Bald. in l. cum proponas, C. de hæredibus instituendis, & l. in testamento, ff. eodem, vbi casus pœnales sunt stricti iuris, & non recipiunt extensionem, sequitur Dec. in consilio 90. volumine primo, & in l. non videtur facere, §. 1. ff. de regulis iur. quia cum agitur de pœna, mitior interpretatio fieri debet, l. interpretationem, ff. de pœnis, l. non debet, §. in pœnalibus, ff. de regulis iuris, & in cap. in pœnis, eodem in 6. facit text. in l. Præses, ff. de pœnis, & capitul. pœnæ, de pœnitent. distinctione prima: hinc est, quod si præcipiatur fieri aliquid sub pœna, non intelligitur, quod ipso iure pœna committatur, glos. in cap. sicut tuis, in verb. interminatione, de simonia, glos. in cap. primo, in glos. 2. de sagittarijs, & in cap. cum esset,
2 in glos. final. de simonia. & liquida requiritur probatio, vt pœna committatur Bald. in cap. primo qualiter vasal. feudo priuatur. allegat text. in l. ex testamen-
3 to, ff. de condit. & demonstrat. & propterea in pœnalibus non defertur iuramentum in supplementum probationis, idem Bald. in l. 1. versicul. ex hoc patet, C. de ijs, quæ pœnæ nomine: pœnæ enim sunt stricti iuris, Oldrad. in consilio 122. & proinde vt supra dixi in eis non fit extensio, vnde Bald. in l. cum pater, §. pater certam, ff. de legatis 2. & in citat. l. in testamento, dixit pœnam esse odiosam, & in vno capitulo apposita, non videri in alio repetita, ad idem glos. magistra in Clemen. final. in verb. sanctioni. de vita, & honestate clericorum, & in Clement. final. in glos. final. de pœnis, latè Dec. in cap. secundo requiris, de appellatio. & dato, quod dispositio principalis extendatur; pœna tamen, quia odiosa est, extendi non debet, vt notabiliter scripsit Ioan. Andr. in capitul. dispendiosa, de rescriptis in sexto. & ibidem Geminian. in verbo non incidenter, sequitur Panormitan. in capitul. primo de locat. & idem Geminian. in capitul. si forte, verb. incidenter, de electione, & idem tenet Imol. post Butrium, quem ibi refert, in capitul. final. de rescriptis. pœna enim locum non habet, nisi statuta fuerit, leg. at si quis, §. Diuus, ff. de religiosis, & sumptibus funer. Ex quo infert Bald. in leg. tertia, C. de sacrosanctis ecclesijs, pœnas esse odiosas, & locum non habere, nisi in casibus expressis a iure; & ideo vt pœna euitetur, attenditur initium secundum Bartol. in leg. quod ait lex. in secundo notab. ff. de adulterijs, & in l. vnica, C. de nundinis. Geminian. in capitul. auaritiæ, in fine, de electione in sexto. & adeo pœnas esse restringendas secundum Dec. loco sæpius cit. quod licet appellatione hæredis, veniat hæres hæredis, l. final. C. de hæredibus instituendis; hoc locum non habet, vbi agitur de pœna, vt notabiliter scripsit Bartol. in l. multa ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & Bald. in citat. leg. final. quæstione vigesima prima, & sequent. & licet nomine venditionis etiam alij contractus comprehendantur, l. statu liberi, §. Quintus, ff. de statu liberi, tamen in materia pœnali stricte accipitur pro contractu venditionis, vt notat Bald. in leg. qui duobus, ff. de fassis. Spec. in titul. de emptione, & venditione, §. nunc dicendum, versicul. sed pone, & notatur in capitul. final. de excessibus prælator. in 6. Hinc est, quod si pœna pro delictis veniat infligenda, quę mitior est, irrogari debet, Decius in l. in obscuris, num. 12. & sequent. ff. de reg. iur.

Cęterum, suprapositis nihil obstantibus, contrariam sententiam de iure veriorem, & magis rationi consonam arbitror, ex eo quia ratio in ipsa constitutione expressa contra confessarios sollicitantes mulieres ad actus impudicos, videtur comprehendere etiam confessores, allicientes adolescentes ad peccatum nefandum, cum multò grauius sit hoc crimen, capit. adulterij malum 33. quæstione 6.

Non obstant contraria præsertim illud, quod in pœnalibus non est licita extensio, quia multis respondetur. Primò, quod illud non procedit, quando agitur de remouendo fraudem, prout in casu, de quo fit mentio; tunc enim etiam in pœnalibus fit extensio, ne dispositio reddatur elusoria, cap. si Ciuitas, & ibi Doctor. in secundo notabil. de sententia excommunicat. in 6. & hoc notat glos. final. in cap. quamquam, de vsuris in 6. ibi, dum inquit, alias facilè esset hanc constitutionem eludere, & illam glossam notat Geminian. ibi in 3. notab. & ad idem glo. in Clem. 1. in verb. sepellire, in fine, de sepulturis, & facit text. in l. 1. §. final. ff. de calumniatoribus, & in l. sed Iulianus, §. mutui dationem, ff. Ad Macedonianum.

Secundo, quia per dictam Bullam prouisum fuit publicæ

publicæ vtilitati, ne scilicet delicta committantur, argumento text. in l. ita vulneratus, ff. ad legem Aquiliam, quo casu etiam in materia pœnali extensio fieri debet, ne delictum remaneat impunitum, l. 2. §. exercitum, ff. de his, qui notantur infamia, Bartol. in l. quemadmodum in quinto notabil. C. de agricolis, & censitis lib. vndecimo, cum similibus apud Dec. in consil. 15. & Roman. 115. & Castrens. in consil. 23.

Tertio, quoniam in dicta Bulla agitur de salute animæ, ne scilicet occasione confessionis talia enormia, & grauia delicta perpetrentur, quo etiam casu constitutio pœnalis extenditur.

RESOLVTIO LXVII.

1 *In pœnalibus non fit extensio.*
2 *Priuilegium tantum disponit, quantum loquitur.*
3 *Lex lata contra raptores virginum, non habet locum in virgine rapiente virum.*

Bulla Clement. VIII. contra sollicitantes mulieres in confessione, an locum habeat si mulier sollicitauerit Confessarium.

SVper proposito dubio consultus, respondi prefatum Confessarium non incidisse in pœnas præfatæ Bullæ, etenim indubitata, & recepta est apud omnes iuris conclusio ius in iniquum non esse retorquendum, l. final. ff. quod quisque iuris, capitul. cum omnes, vbi Felin. latissimè in 3. col. de constitutionibus. Afflict. in decisione 9. Grammat. in decis. 32. Faber in decisione 3. C. de precibus Imperatori offerendis, maximè cum simus in pœnalibus & odiosis, in quibus non fit extensio de casu ad casum cap. statutum de electione, l. cum quidam ff. de liberis, & posthumis, odia enim sunt restringenda, cap. odia, vbi latè per Dinum, & reliquos de regulis iuris in 6. & ideo Alban. in consilio 112. quem refert de Rube. in consilio 75. volumine primo, dispositio odiosa æquipollet priuilegio, quod tantum disponit quantum loquitur, capitul. porro de priuilegijs, cap. recepimus, & cap. cum plantare, eodem titul. sicut dicimus de instrumento, l. ad probationem, C. de probationibus, & de rescripto Apostolico, cap. 1. & 9. de officio delegati. Afflict. in decisione 27. Rota diuers. in decisione 8. parte secunda, ac de sententia. Anna consilio 24. volumine secundo, & in pœnalibus causis benignius interpretandum est, l. interpretatione, & text. in l. preses, ff. de pœnis, & est communis opinio secundum Innocent. in cap. 2. de locato, casus enim pœnales sunt stricti iuris, & non recipiunt intrepretationem extensiuam, Bald. in l. cum proponas, C. de hæredibus instituendis Iason. in l. si quis seruo, C. de furtis, & latè Dec. in l. in pœnis, ff. de regulis iuris. Hinc est, quod pœna locum non habet, nisi statuta sit expresè, l. si quis, §. Diuus, ff. de religiosis, & sumptibus, per quem text. dixit. Bald. in l. tertia, C. de sacrosanctis ecclesijs in princip. & quod pœnæ odiosę cum sint, & adiectæ in aliqua Bulla edicto, seu statuto infligi debent iuxta tenorem, & seriem ipsius, sin autem nō reperiantur expressæ, cessant, ex quo non habent locum præter casus à iure expressos. Quare cum in verbis dictę Bullę non reperiatur sancita pœna, nisi contra Confessarios, qui in actu confessionis, vel post incontinenti mulieres ad turpia sollicitant, pœnę iure merito extendi non debent ad mulieres sollicitantes Confessarios cum in Bullis, & edictis non habeat locum argumentum a contrario sensu, Bald. in citat. capit. cum omnes, de Constitut. Alexand. in l. final. ff. de in ius vocando, & ad supradicta, facit illud simile de rapto, quod pœna l. vnicę, C. de raptu virginum, minimè locum habeat quando virgo rapit virum, vt voluit Castrens. in l. raptores C. de Episcopis, & Clericis, & in dicta l. prima. Triuiss. in decisione vigesimaseptima, parte secunda, & Clarus in §. raptum in fine facit etiam, quia iuxta dispositionem Concilij Tridentini sessione 24. cap. decimotertio contra raptores inflicta est excommunicatio, in qua de iure non fit extensio, capitul. final. de sententia excommunicat.

RESOLVT. LXVIII.

1 *Filiatio contrahitur per absolutionem.*
2 *Per baptismum, & confirmationem contrahitur spiritualis cognatio.*
3 *Presbyter, qui fornicatus est cum filia spirituali, deponitur ab officio.*
4 *Confessio, quam non sequitur absolutio dicitur sacramentalis, modo fiat à peccatore in recognitionem suæ culpæ.*
5 *Cōfessio etiāsi nō sit perfecta, nihilominus nō potest reuelari*

An sit filia spiritualis illa, quam sacerdos semel audiuit in confessione, & non absoluit.

FVit dubitatum, an ad effectum contrahendi pœnas inflictas in Constitutione Synodali Neapolitana, qua excommunicantur Confessarij sollicitantes filias spirituales ad turpia, dicatur filia illa, quam Sacerdos semel audiuit in confessione, quam tamen minimè absoluit.

Et prima consideratione videbatur concludēdum, quod non, ex eo quod tantum filiatio spiritualis contrahitur per absolutionem, & est communis opinio Canonistarum, & Summistarum vt testatur Corduba quæstione 122. Armilla verbo absolutio. Graff. consilio primo, de cognat. spirituali, volum. 1. & idem videtur sentire Enriq. qui in libro primo de Sacramentis in genere, cap. 14. §. 8. voluit tantum contrahi filiationem spiritualem per absolutionem.

2 Dicit enim per baptismum, & confirmationem, qui baptizat, aut confirmat, & susceptor contrahit cognationem spiritualem patris ad filium, quæ est impedimentum matrimonij, ex absolutione autem peccatorum confessarius cognationem non contrahit cum filia spirituali. Rursus est text. Soti distinctione 42. vbi explicando text. in dict. cap. omnes, dicit, quod cum absolutionis gratia quædam sit cum Deo reconciliatio, quodammodo pœnitentes fiunt spirituales sacerdotis filij. Deinde eadem distinct. quæstione prima, articul. 2. conclusione 1. versicul. quod si. Illud autem Simmachus ob id induxit, vt duos subinde Canones appenderet, quibus cauere sacerdotibus, & deinde Episcopis iubet, ne se cum illis, quas à peccatis absoluerint, carnaliter commisceant: Esset enim graue sacrilegium: Quare dixit tex. in capitul. 3 si quis Sacerdos. 30. quæstione 1. quod præsbyter, qui cum tali filia spirituali fornicatus fuerit, ab omni officio deponendus est, & duodecim annis pœnitere debet, & cap. non debet 30. quæstione prima, dicit, quod si esset Episcopus tale facinus committens, debet annis quindecim pœnitere. Tamen contrarium credimus in casu nostro. Tum quia filiatio contrahitur per confessionem peccatorum, capit. ad limina, §. final. cap. sequent. cum duobus sequentib. 30. quæstione prima. sed ista confessa est peccata sua, ergo. Hinc dixit text. in dict. §. final. Dicitur enim filia spiritualis, quæ ei peccata sua confitetur. Tum etiam, quia vt cognatio carnalis contrahitur per vnicum actum completum, atque cognatio spiritualis per vnicum actum susciendo infantem de sacro fonte, vel leuando, quia statim conficiuntur compatres, gloss. in dict. cap. omnes, ita etiam videtur, quod contrahatur filiatio spiri-

tualis

tualis per vnicum actum confessionis; Tum etiam, quia sicut filiatio carnalis præsumitur quando quis habitus est, & reputatus pro filio. Abb. in capitul. accedens, numero nono, de purgat. canon. Ita etiam videtur ex vnico actu contrahi filiationem spiritua-
4 lem. Tum etiam, quia confessio, quam non sequitur absolutio dicitur sacramentalis, modo fiat à peccatore in recognitionem suæ culpæ, & sacerdoti, quatenus est iudex in foro pœnitentiali, seu quatenus gerit vicem Christi, & cum spe veniæ, seu absolutionis à sacerdote illo impetrandæ. Vnde licet confes-
5 sor non absoluat pœnitentem, eo quod confessio nondum sit perfecta, vel quia vult super casu aliquo consulere, iuxta text. in capitul. officij de pœnit. & remiss. vel ob aliquam causam aliam, seu pro voluntate absolutionem differre, vel negare, tamen confessio erit sacramentalis, vnde nullo modo est reuelanda. Sicut dixit Ioan. à Med. C. de confess. tractat. 2. quæst. 7. vers. nec obstant. Tum etiam, quia ideo fuit factum, vt per confessionem contrahatur cognatio spiritualis inter sacerdotem, & mulierem confitentem, vt tollatur peccandi occasio. Turrecremat. in sum. 30. quæst. 1. numero 9.

Quare dicendum est, quod eo ipso, quod mulier sacramentaliter confitetur, licet non absoluatur, statim efficitur filia spiritualis, ita vt confessor eam sollicitans peccet, ac si esset eius filia spiritualis. Sed si accessit mulier non sub spe veniæ, sed prauo animo, quia erat capta amore confessarij, & ideo non fuit facta absolutio, tunc non credimus per illum actum confessionis induci filiationem in foro interiori, cum non si facta confessio sub spe veniæ. Hinc peccata dicta non tenetur Confessor celare sigillo sacramentali. Sylvestr. in verbo confessor. 3. quæstione tertia, versic. quarto, & quinto. Sotus de ratione tegen. membr. 3. quæst. 4. versic. verum tamen. Attamen secus dicerem in foro exteriori, quia tunc recurrimus ad actiones extrinsecas, & secundum illas de intrinsecis præsumimus, capitu. quod interrogasti, distinctione vigesima septima. Quare eo ipso quod probaretur mulierem accessisse ad confessionem, præsumitur hoc fecisse spe veniæ, & ita contractam filiationem spiritualem.

RESOLVT. LXIX.

1 *Sacerdos cognoscens carnaliter suam filiam spiritualem, fornicatur, & sacrilegium committit, & adulterium.*
2 *Inquisitor hæreticæ prauitatis potest agere contra sacerdotes nefarios, qui mulieres in sacris confessionibus ad illicita prouocant.*
3 *Filiatio spiritualis est similis cognationi spirituali.*
4 *Semel excommunicatus, semper remanet excommunicatus, donec absoluatur.*
5 *Inimicus semel, semper præsumitur inimicus, nisi sit sequuta reconciliatio.*
6 *Voluntas semper præsumitur durare, nisi probetur mutata.*
7 *Semel dominus, semper præsumitur dominus, nisi contrarium probetur.*

An quæ semel fuit filia spiritualis, dicatur semper filia ad effectum, vt sollicitans eam incidat in pœnas.

SVpponebatur quendam Confessarium audiuisse semel tantum quandam confessionem cuiusdam mulieris, verum illam post biennium ad turpia sollicitauerat, quare fuit dubitatum, an incidisset in pœnas præfatæ Bullæ, in quo articulo dicebam punctum consistere in eo, An ita contrahatur filiatio spiritualis, vt semper eius vinculum duret, verbi gratia, An confessarij licentia eo ipso reuocata censeatur, quia sollicitauit mulierem ad turpia, vel carnaliter eam cognouit, quæ ante vnum annum, vel biennium eidem sua peccata confessa fuerat: priusquam deueniam ad decisionem huius casus operepretium esse duxi præmittere grauitatem huius sceleris, vt illa cognita magis arceantur ab hoc crimine.

1 Et primum sacerdos carnaliter cognoscens suam filiam spiritualem fornicatur, 32. quæst. 4. cap. meretrices. Deinde committit sacrilegium, 32. quæst. 2. capitu. si quis il 2. præterea committit adulterium, quod connumeratur inter grauiora delicta, Glossa in cap. final de purg. cano. quam quidem glos. Abb. intelligit in presbytero, qui habet concubitum cum filia sua spirituali 30. quæst. 1. capit. nosce, & capit. fin. quæ dicit, quod magis peccat Sacerdos cognoscens filiam suam spiritualem, quam vxorem alterius, & magis abstinendum est à cognatione spirituali, quam carnali, quia cum cognatio spiritualis procedat ex venerabiliori parte, est magis digna veneratione, vide optimum text. 30. quæst. 3. cap. 1. & cap. Pictauium. Panormitan. in cap. final. de purg. canon. Decius in cap. at si clerici, numero 232. de iudic. Potest etiam
2 inquisitor hæreticæ prauitatis contra Sacerdotes nefarios agere, qui in sacris confessionibus mulieres ad talem concubitum prouocauerint, quia per suum ausum nefarium videntur malè sentire de hoc sacramento pœnitentiæ, illo abutendo; nam sacramentum, quod ex institutione diuina est medela spiritualis, venenum ad perpetuam mortem efficere contendunt, ita Ignat. Lopez in addit. ad pragmat. crimin. Diaz capit. 32. Imò Henriq. vbi supra addit. quod Confessarius malè de fide, aut sacramentis sentit, non solum si intra confessionem, sed etiam, si circiter illam sollicitat ad malum, quod quam sit graue peccatum, testatur Sotus, qui supra dicens grauius esse hoc peccatum, si ex confessione sacerdos nactus esset ansam complicandi se cum filia pœnitente, vide Graff. in Editione 1600. parte prima, libro secundo, capitul. 48. numero decimo sexto in fine. Quare meritò iste in foro pœnitentiæ debet iugiter pœnitere; cap. omnes, in fine 30. quæst. 1. quia continua peccatorum memoria multum operatur. Item ipso facto debet cessare ab audientia confessionum, vt in eo, in quo deliquit, puniatur, & in foro exteriori si fuerit conuictus est deponendus ab omni dignitatis honore d. c. omnes, & c. non debet.

Quo præmisso, pro parte affirmatiua, quod ita contrahatur filiatio spiritualis, vt eius vinculum semper duret facit primo, quia vt affinitas, & consanguinitas, & compaternitas contracta per cognationem spiritualem semper durat sic videtur dicendum
3 in ista filiatione spirituali, cum sit similis cognationi spirituali glos. in dict. capitu. omnes. Tum etiam, quia vinculum postquam est contractum in sacramentis semper durat, ita text. in cap. licitè 32. quæstione septima, quod adeo verum est, vt mortuus resuscitatus ad vitam si erat baptizatus, aut ordinatus, aut confirmatus, non debet aliquod istorum sacramentorum reiterare, sic etiam videtur dicendum de vinculo, quod contrahitur per sacramentum pœnitentiæ. Facit etiam regula, quod semel de regul. iuris in 6. glos. in capitul. quæ semel 19. quæstione tertia, vbi semel Deo sacratæ semper sacratæ manent, imò etiam Ecclesia diruta illa sacra manet glos. in dict. cap. quæ semel, & vasa semel consecrata semper consecrata permanent, §. sanè de rerum diuis. glos. in l. sancimus 1. C. de sacrosanct. Eccles. Rursus facit text. in cap. à nobis 1. de senten. ex-
4 communic. vbi semel excommunicatus semper remanet excommunicatus, donec absoluatur. Et sic in simili inimicus semel semper præsumitur inimicus,
5 nisi

5 nisi probetur reconciliatio, secundum Innocen. in cap. cum oporteat de accus. quem sequitur Bald. in authent. si dicatur, C. de testi. Alexand. in l. 3. ff. de testi. & Crauetta consilio 9. numero 6. Surd. consilio 40. grauis numero 3. & ista est concors, & communis opinio omnium Doctor. vt per Bal. in l. in ipsius per text. ibi. C. famil. ercisc und. Et ratio ea est, quo-
6 niam voluntas semel posita semper præsumitur durare, nisi probetur mutata. l. sancimus, ff. de testament. c. maiores, §. final. & ibi gloss. in verb. perdurare de baptismo, & l. eum, qui ff. de probat. & l. Lucius in fin. ff. de legat. 2. & Corset. in singul. in verb.
7 præsumptio, il primo post princip. Et similiter semel dominus, vel possessor, semper præsumitur dominus, vel possessor, nisi contrarium probetur, l. siue possidetis, C. prob. & capit. præterea il secondo, & ibi Abb. de transact. in capit. cum inter Canonicos sub num. 7. circa finem. de elect. & item semel malus semper præsumitur malus, l. si cui, §. eisdem, ff. de accus. Reg. semel malus, de reg. iur. in 6. Corn. consilio 146. numero 19. volumine primo, & consilio 101. numero 16. volumine 2. Dyn. & Abb. in capit. inter Canonicos, numero 7. de electio. vbi concedit, quod semel criminosus semper præsumitur perseuerare in eodem crimine, nisi emendatus probetur.

Quare in contingentia facti consultus dixi, quod filiatio spiritualis contracta in actu confessionis semper durat, & consequenter Confessarius sollicitans filiam spiritualem semel sibi confessam incidat in pœnas, vt in proprijs terminis tradit Graff. in cons. 1. de cognat. spirituali.

RESOLVT. LXX.

1 *Qui per interpositam personam sollicitant puellas ad malum, puniuntur pœna mortis.*
2 *Verba sunt accipienda in propio significatu.*
3 *Plus est persuadere, quam facere.*
4 *Si statutum excludit filium ab electione, multo magis excludit nepotem.*
5 *Sollicitatores dicuntur inducentes persuasionibus, mendacijs, aut precibus.*
6 *In maximis criminibus punitur solus conatus.*

Qui dicantur sollicitatores ad turpia.

REspondeo, quod cum sollicitudo dicat vehemens studium, & diligentiam ad aliquid egendum iuxta D. Thom. 2.2. q. 47. art. 9. & ibi Caietan. fit, quod sollicitantes dicuntur non solum illi, qui per se verba impudica multiplicant ad malum, sed etiam, qui inducerent, vel persuaderent ad tale facinus committendum, c. noli, de pœnit. distinct. 1. cum plus peccet persuadens, quam faciens, argum. ff. de seruo. corr. l. 1. §. persuadere. Hinc fit, quod qui sollicitaret filiam suam spiritualem per interpositam
1 personam, vt per lænam, quæ varijs promissionibus, & adulationibus trahunt infelices puellas ad malum & puniuntur pœna mortis, vt in authent. de leno. §. præconizamus, col. 3. licet de consuetudine, secus vt dixit Iul. Clar. in sua praxi libro quinto, §. final. verbo lenones, ipse sollicitare videtur argum. textus in capitu. mulieres, §. final. de sententia excommunicat. & cap. final. distinct. 8. vbi Geminian. notat, quod ille loqui dicitur, qui explicat sermonem suum per interpositam personam, & sic exprimens verba contractus matrimonij per alium dicitur per se expressisse, & per consequens est ipso iure reprobatus. Nihil enim refert, quod ex æquipollentibus fiat, & qualitercunque quis alij exprimat voluntatem suam, ff. de legat. 3. l. nutu, de constitut. pecu. l. qui autem, §. final. non enim cortex verborum attendendus est, sed mens legislatoris, quæ fuit, vt omnino tolleretur occasio arcendi Confessarios ab hoc scelere, neve frigescente charitate, ac timore Dei occasio detur maritis, & patribus vxores, atque filias ab hoc sacramento retrahendi, & vt rarius ad illud accedant procurando, vt dixit Diaz in sua praxi
2 capitul. 76. Quod si quis obijciat verba esse accipienda in propio significatu, capitul. in nostra, de iniur. maximè cum simus in pœnis, quæ non sunt extendendæ, sed restringendæ vulgatis iuribus, respondetur, quod hoc non procedit quando concurrit maior ratio, quare sint pœnæ dilatandæ, vt in casu nostro: etenim qui sollicitat per se, tantum ipse peccat, & mulier si consentit, sed qui sollicitat per lenam trahit etiam ipsam ad peccatum, vnde rectè dicitur per gloss. in dict. cap. noli, quod plus est persuadere,
3 quam facere. Hinc fit, quod pœnæ extendantur ad alium casum ex maioritate rationis. Quare dixit Francus in cap. secundo de tempor. ordinand. in 6.
4 quod si statutum excludit filiam à succession, multo magis excludit neptem, in qua est maior ratio, vt excludatur. Tum etiam, quia casus synodalis, qui loquitur de sollicitantibus ad turpia potest intelligi illud ad turpia tam respectu sui, quam alterius personæ. Item sollicitatores dicuntur inducentes persuasionibus, vel mendacijs, aut precibus, vel fraude, aut blanditijs faciunt dicta per Caietan. 2. 2. quæstione 32. art. 7. versicul. circa. De hac sollicitatione loquitur tex. in cap. sollicitatores, & cap. primo de pœnitent. distinct. prima, vbi in his iuribus habetur, quod puniuntur, & si effectu sceleris potiri non possunt, quamuis perfecto flagitio aliter punitur, quam imperfecto dicto §. primo, & in cap. si quis cum fœminam eadem dist. dicit Glossa, quod quandoque sola attentatio, vt cap. si quis non dicam rapere 36. quæstione 2. & dicit text. in dict. cap. si quis; attentari pudicitia dicitur cum id agitur, vt ex pudico impudicus fiat. Item solus conatus punitur, vt 14. quæstione quarta, c. quoniam multi. Sola voluntas 27. quæstione prima, cap. nuptiarum. Sola expectatio mercedis 14. quæstione tertia, capit. si fœneraueris sola cogitatio. 6. quæstione prima, capitul. si quis. Sola intentio, de pœnit. distinctione prima, cap. si quis cum telo. Sola aggressio. eodem titul. cap. si quis necandi. Solus ausus, cap. si quis pulsatus, & in casu nostro sola sollicitatio. Hoc etiam probatur in casu nostro proposito, vbi casus reseruatus loquitur solùm de sollicitantibus, & ratio videtur esse, quia sumus in maximis criminibus, in quibus punitur so-
6 lus conatus dict. cap. si quis non dicam, & cap. si quis tam feminam, & cap. sollicitatores, §. 1. quod secus est in minoribus, quia non sum fur, licet ad aliquem actum processi, l. vulgaris, §. qui furti, & l. si certè, ff. de furt.

PRAXIS BVLLÆ PII V. CONTRA mulieres ingredientes septa monasterij virorum.

RESOLVT. LXXI.

1 *Septa monasterij sunt fines clausuræ monasterij.*
2 *Apud fratres minores, sæpes horum faciunt clausuram.*

Quæ dicantur septa monasterij virorum.

AD effectum incidendi in pœnas Bullæ Pij Quinti contra mulieres ingredientes septa monasterij virorum fuit quæsitum, quænam dicantur prædicta

1 dicta septa ; cui respondi septa monasterij intelligi fines clausuræ monasterij, & ideo statur consuetudini religionis, quibus finibus terminetur clausura. Nam communiter dicuntur muri domus, seu Conuentus inclusa Ecclesia, sed in Religione Franciscæna receptum est, vt hortus clausus computetur etiam in
2 clausura, itaque sepes hortorum apud illos faciunt clausuram, vt notat Coriolan. in dist.3. casu quo ad tertium, & consequenter dum extra septa clausuræ furtiuè,& nocturnè quis exit absque superioris licentia incidit in pœnam huius bullæ.

RESOLVT. LXXII.

1 *Bona fides, semper censetur excepta.*
2 *Lex prohibens aliquid fieri non procedit contra facientem bona fide.*
3 *Quælibet causa etiam bestialis excusat à dolo.*
4 *Causa excusat à dolo, & à pœna aliquid facientem.*
5 *Permittens bona fide ingredi clausuram alicui personæ prohibitæ non incidit in pœnas.*

An Religiosi bona fide permittentes ingredi clausuram monasterij incidant in pœnas Bullæ Pij V.

FVerunt in visitatione cuiusdam religionis producta nonnulla capita contra quosdam Conuersos eiusdem religionis, & inter cætera, quod prædicti Conuersi permisissent quibusdam mulieribus ingredi septa eorum monasterij, & cum per eosdem pro eorum defensione fuisset oppositum ipsos conuersos id permisisse ; bona fide, fuit quæsitum an bona fides illos excusaret, ne inciderent in pœnas Bullæ Pij V. Et prima consideratione videbatur negandum, ex quo bulla generaliter loquitur, & proinde generaliter esse intelligendam argumento text. in capitulo cum omnes de constitutionibus, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus lege de precio vigesima de public. in rem actione.

Cæterum contrarium mihi visum fuit consulenti
1 respondere, quia bona fides semper censetur excepta gl. in lege bona fides. C. depositi, Bal. consil. 22. vol. 1.
2 tunc, quia lex prohibens aliquid fieri non intelligitur contra eum, qui bona fide illud agit Nauar. cons. 12. de rebus ecclesiæ non alienand. Sair. decis. 19. eodem
3 tit. tum quia in omnem euentum, quælibet causa, etiã minima, & iniusta, atque temeraria, seu bestialis excusat à dolo ipso præsumpto, l. igitur potest. ff. de lib. cau. l. plagij, la seconda, ff. ad l. Flauiam de plagiarijs, & l. 1. in fin. ff. de abigeis, Paul. Æmil. Veral. decis. 108. seu 2. scientia, num. 3. in 3. par. Bertr. cons. 418. vidi processum in fi. vol. 4. & cons. 146. quælibet causa, n. 1. vol. 6. Bero. cons. 187. in præsenti causa, n. 15. & seq. & cons. seq. nu. 10. & 11. vol. 3. & cons. 151. Ad fauorem, num. 8. vol. 1. vbi hoc vtiliter limitat glos. communiter approbata in dict. l. 1. in fi. ff. de abig. D. Marc. Anton. Auge. cons. 60. num. 9. & seq. lib. 1. Beccius cons. 60. num. 16. cons. 78. num. 28. cons. 96. num. 17. & cons. 109. nu. 4. vol. 1. Cassador. decis. 19. item voluerunt, num. 4. super reg. cancel. ad val. & decis. 2. sub. n. 5. de pensionib. Ioan. Petr. Surd. cons. 86. leuis. num. 22. Ant. Ciofius cons. 118. cum respondendi, numer. 13. vol. 1. Alex. cons. 106. num. 14. vol. 3. vbi indicat istam esse omnium in iure scribentium communem senten-
4 tiam, & Ioan. Petr. Surd. cons. 103. & causa excusat à dolo, & à pena si appareat, eum ex tali causa motum: idem Beccius in allegato cons. 78. num. 29. & ita iudicauit non semel tamen Sacra Regia Audientia Barensis in anno 1580. & seq. in varijs, diuersisque causis in ea tunc decisis, vt refert Viuius in decisione 80. & in proprijs terminis sic sequitur nouissimè Molfes. in sua summa in tractatu 7. de pœnitentia, ca. 20. num. 40. qui iuxta hanc opinionem dixit defendisse quosdam fratres, qui extra Neapolim in quodam Oppido bona fide permiserunt mulieribus ingredi clausuram ipsorum ; vnde clarum remanet, quod
5 si aliqui Religiosi bona fide permitterent mulieribus ingredi in clausuram Monasterij, nec permittentes, nec mulieres incurrerent in excommunicationem. Quia deberet adesse præsumptio ad ingrediendum, & admittendum mulieres ad ingressum clausuræ, & dum est quædam socordia, siue ignorantia esset solum transgressio venialis, vt benè aduertit Capuccinus ad Sorbum in verb. ingredi monasteria fol. 262. Rodrig. tom. 1. quæst. regul. q. 48. art. 1. tertio est notandum, de qua Molsesij doctrina me admonuit eruditus quidem D. Ioannes Maria Nouarius vtique suæ patriæ splendor.

PRAXIS CAP. I. ET II. DE ADVLTER. circa stuprantes mulieres virgines.

RESOLVT. LXXIII.

1 *Stuprans virginem immaturam qua pœna puniatur, qua pœna stuprantes virgines, vel viduas cum scalis, numero 2. quando per vim num. 3. cum soluta, nu. 4. cum honesta si esset disparitas, num. 5.*

Quæ sit pœna stuprantis virginem.

1 REspondeo, quod stuprans virginem immaturam puniri debeat si esset ignobilis ad remigandum per septennium, & ita fuit tam per Mag. Cur. Vicar. quam per Sacrum Consilium decisum Grammat. decis. 22. Clarus in §. stuprum sub num. 9. meminit Afflict. in constit. quis rapere, num. 16. vbi dicit puniri ad suspendium, idem vbi supra, numer. 17. imò pœna combustionis fuit punitus per sententiam Magnæ Curiæ Vicar. qui filiam minorem duodecim annorum stupraverat, de quo meminit Thesaurus decisio. Pedemont. 148. Aloys. de Leo. l. si quis non dicam, C. de Episcop. & cler. n. 22. Carrer. in pract. crimin. titu. de homic. & assassinis vers. circa igitur quartam num. 10. Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 20. & nos in Collect. decisio. 137.

2 Stupratores verò virginum, vel viduarum cum scalis non tamen reperti cum scalis in fragranti de nocte, qua pœna puniri debeant fuit decisum esse condemnandos ad exulandum per decennium extra regnum ad dotandum virginem defloratam Franch. decis. 333. Aloys. de Leo. l. si quis non dicam, C. de Episc. & cler. in princi. latè Caball. resol. crim. cent. 1. cas. 97. & 98. nu. 9.

3 Stuprum autem commissum per vim an puniatur pœna mortis naturalis, etiam quod virgo non esset viripotens, fuit decisum quod sic Franch. decis. 534. nos in collect. decis. 137. Sed stuprum commissum cum vidua, qua pœna puniendum sit fuit decisum esse puniendum pena amissionis medietatis bonorum, Afflict. in Constitut. si quis rapere, num. 11.

4 Stuprum etenim cum soluta commissum non tamẽ cum violentia non est punibile, attamen si fuerit cõmissum cum aliqua soluta ab aliquo cognita que leuis vitæ erat, & stante fama bona inquisiti, licet fuisset per Mag. Cur. Vicar. ad triennalem relegationem, & dotandum illam pŏstremo per Sac. Consil. fuit condemnatus ad exulandum per annum vltra annalem carcerationem, & hoc per iniuriam illatam Domino ancillæ, in cuius domo fuerat repertus Gramm. decis. 107. Baiard. ad Clarum in §. stuprum, nu. 25. Gaspar. Thesaur. in addit. ad decis. 3. eius patris ad num. 3.

5 Stu-

5 Stuprum denique in muliere honesta commissum, & si disparitas inesset personarum, & diu fuisset in concubinatu perseueratum stante voluntate ipsorum, an puniri debeat, & qua pœna ipse stuprator, qui in eius domo ipsam retinuit, fuit per Mag. Cur. Vicar. condemnatus per triennium in insulam. Grammatic. voto 4. redemptoris gentium, &c. Iul. Clar. §. fornicatio numer. 7. Baiardus ad Clarum, §. stuprum, num. 31. Gaspar Thesaur. in addit. ad decisio. 3. eius patris sub num. 3.

RESOLVT. LXXIV.

1 *Clericus propter stuprum commissum cum virgine deponitur.*
2 *Laicus de iure Canonico tenetur virginem stupratam dotare, aut in vxorem ducere, & quando, num. 3. & quæ pœna hodie sit in vsu, num. 4.*
5 *De iure ciuili pœna stuprantis est dimidia bonorum.*

De pœna clerici stuprantis virginem.

1 REspondeo, quod de iure Canonico in foro contentioso clericus propter stuprum cum virgine commissum punitur pœna depositionis, & est communis opinio, vt dicit Grillan. de diuersis crimin. lib. 3. q. 7. post numer. 2. quem refert Diaz in pract. crim. canon. cap. 77. Bermond. de concubi. fol. 104. num. 18. Pract. Conradi fol. 389. numer. 15. & in hoc nulla est difficultas.

2 Laicus autem committens stuprum cum virgine tenetur eam dotare, & in vxorem accipere si ipsa,
3 & pater consenserint, vbi verò non consenserint, solummodo dotem soluere tenetur, si verò stuprator renuerit tunc prius verberibus traditus in monasterium detruditur pœnitentiam acturus cap. 1. & 2. de adulterijs. Dicit autem Papo. lib. 22. titu. 9. Arre-
4 sto. 9. quod hodie contra stuprantem virginem sine vi, non est in vsu alia pœna, quam vt illas ducant in vxores, vel condecenter dotent, & ita in facti contingentia consuluit Cassan. cons. 40. & hoc idem etiã seruatur in Hispania, vt attestatur Gomes. super l. 80. Tauri, num. 7. in fin. vbi quotidie fiunt lites super huiusmodi stupris, quas lites de virgo appellant. Ita etiam vidi ego quandoque per Senatum iudicari, licet re vera dispositio illorum capitulorum de iure non habeat locum, nisi in terris Ecclesiæ, non autem in terris Imperij, & est communis opinio, vt attestatur Gomes. super d. l. 80. Tauri, numero 7. Sed quicquid sit de iure, credo, quod vbique obseruetur non quidem, vt cogatur stuprator præcisè ad ducendum puellam in vxorem, sed alternatiuè ad eam ducendam in vxorem, vel condecenter dotandam, & ita seruari in practica attestatur Gomes. in loco præallegato num. 8. Hæc autem omnia intelligenda sunt, vt procedant si puella, quæ stuprum passa est, sit honestæ vitæ, alias verò non haberet locum dispositio d. c. & sic illa iura, intelligunt scribentes, vt attestatur Paris. cons. 160. num. 14. lib. 4. vbi in facti contingentia, ita consuluit.

5 De iure autem ciuili pro stupro cum virgine commisso, non imponitur pœna mortis, & est communis opinio, vt dicit Bermond. in tract. præallegato fol. 110. num. 34. Sed dimidiæ partis bonorum cum relegatione, licet (vt dixi) non seruetur, quod intellige si tale stuprum sine vi commissum fuerit, nam si violentia interuenerit vtiq; punitur pœna mortis, vt habetur in §. item lex Iulia instit. de public. iudic.

RESOLVT. LXXV.

1 *Qualitas iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi.*
2 *Factum legitimè retractari non debet, licet ad eum casum peruenerit, à quo inchoare non potuit.*
3 *Ius considerat, quod principaliter fit non consecutiuè.*
4 *Transiens ad secunda vota non dicitur honestè viuere.*
5 *Paria sunt incontinenter viuere, & vxorem ducere.*
6 *Matrimonium secundum verè fornicatio est.*
7 *Mulier amittit dotem propter adulterium, & solum osculum luxuriosum, & tactum mammillarum.*
8 *Pater tenetur alere filiam, nisi inhonestè viuat.*
9 *Dispositio quælibet intelligitur rebus sic stantibus.*
10 *Filia post annum quintum, & vigesimum non nupta potest inhonestè viuere.*
11 *Legatum censetur ademptũ, si inimicitiæ superuenerint.*
12 *Declaratur si graues sint.*
13 *Legitimè factum retractari non debet, & declaratur.*
14 *Capitulum primum de adulterijs, quando locum habeat.*
15 *Dos condecens stupratæ, quę sit.*

Virgini stupratæ an dos debeatur si postea ab alio cognoscatur.

PLuries in facto accidit secundum Caroc. in decis. 58. quod puella stuprata agit contra stuproratorem ad dotem, vel vt ducat in vxorem iuxta cap. 1. 2. & de adulterijs replicat stuprator eam dotari non debere, ex quo postea passa est se ab alio cognosci, nunquid in eius exceptione stuprator audiri debeat. Videbatur, quod non, cum text. in cap. 1. de adulter. habeat respectum ad tempus virginitatis, & ad eum, qui originalis causa fuit corruptæ virginitatis qua-
1 litas enim iuncta verbo intelligitur secundum tempus verbi, l. in delictis, §. si extraneus, vbi Bar. ff. de noxalib. Ias. ad l. ex facto, num. 10. ff. de vulg. Crauet. cons. 212. num. 7. cons. 313. num. 2.

Secundo contra stupratorem facere videtur, quia
2 legitimè factum non debet retractari, licet ad eum casum peruenerit, à quo inchoari non potuit, l. in ambiguis, §. 1. ff. de regul. iur. Regula factum lib. 6. l. patre furioso, vbi Iason. num. 10. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, & hoc magis procedit quando causa ex post facto superueniens venit sine culpa, & facto primi authoris, vt deducit Dinus in regula beneficium, num. 43. de regul. iur. lib. 6.

Tertio contra stupratorem facere videtur, quia
3 ius considerat id, quod fit principaliter non consecutiuè, l. final. ff. quod quisque iur. quam dixit notabilem Bald. in cap. 1. col. 2. in tit. hic finit lex, & incip. consuetud. Ias. ad l. si quis, nec causam, num. 23. ff. si cert. pet. non igitur curandum est si postea ab alijs cognoscatur, satis est, quod ipse primo loco corrupit, & defloruit.

Contrarium credo verius, scilicet, quod si post defloration em cognoscatur ab alio, non sit locus dispositioni d. c. 1. de adulter. & consequenter, nec desponsare nec dotare teneatur. Et primo moueor nam
4 transiens ad secunda vota non dicitur honestè viuere, ita vt perdat legatum sibi à marito, vel ab alijs factum. Angel. ad l. nam mulier. §. cum proponebatur num. 3. vbi Alex. num. 5. cum seq. ff. ad Trebellian. & hanc dicit communem dilect. de arte testand. tit. 6. cautela 39. num. 7. Bermond. de public. concubinar. n. 193. Mantica de conject. vlt. voluntat. lib. 11. tit. 19. num. 31. & 32. Cras. §. legatum quæst. 54. & fortius si quouismodo inhonestè viuat, etiam per sola præparatoria. Ripa ad l. fœminæ quæst. 15. vbi Garron. in authen. ex testamento nu. 30. C. de secund. nupt. in rubrica pœna. 28. de communi Nicolaus ad

l. gene-

I. generaliter num. 15. C. de secund. nupt. Marsil. in l. 1. num. 29. C. de rapt. virgin. Gabr. de secund. nupt. cons. 1. num. 22. & conclus. 8. Grat. cons. 115. vol. 1. accedit tex. in cap. vxoratos de conuers. coniugat. ex quo notat Panorm. quod paria sunt incontinenter viuere, & vxorem ducere, & canone hac ratione 31. quæstio 1. vbi quamuis licitum sit secundum Apostolum secundas nuptias contrahere, tamen secundum veritatis rationem vera fornicatio est, latè Tiraquel. ad l. boues. §. hoc sermone in principio num. 151. ff. de verbor. signific. si igitur talis etiam in forma matrimonij honestè non viuit, clarius, & sine difficultate ea, quæ sine figura matrimonij ab alio per lasciuiam tentata cognita fuit, & sic nec desponsari, nec dotari meretur accedat. Coras. lib. 3. Miscel. cap. 1.

7 Secundo mulier propter adulterium dotem amittit immo & propter osculum luxuriosum, & tactum mamillarum. Bellon. ex communi in rubrica. C. de edendo num. 8. dixi ad regulam cum quid parte 3. limit. 1. num. 15. & potest fieri separatio thori. Clar. dicens communem in §. adulterium. vers. alia quoque, sed in casu isto mulier potest dici quasi nupta, iure cogente maritum ad eam desponsandam, & in vxorem ducēdam à die defloratiōnis ex d. c. 1. de adulter. Immo si ex illicito coitu matrimonium consummatum operatur dotis omissionem, quanto magis adhuc non cōsummatum, addo glo. in c. prēterea de testibus, vbi Felin. num. 3. Mathesil. notab. 119. Cravet. cons. 209. nu. 19. Clar. Paris. cons. 54. n. 61. lib. 4. Rol. cons. 50. n. 3. & 4. lib. 1. Menoch. de præs. lib. 5. præs. 51. num. 14.

8 Tertio pro hac parte facit; pater tenetur alere filiam l. 1. ff. de iustit. & iure & instit. de iure naturali gent. & ciuili, vbi venit hæc obligatio à naturæ instinctu, statim quod filia nascitur, & tamen si mutauerit statum in deterius viuendo inhonestè, nec dotari, nec alimentari debet, nisi postea pœnitentiam egerit. Speculat. in titul. qui filij sint legitimi. §. penult. vers. c. quid si filia peccauerit dixit bene notandum. Ias. ad l. iustitia num. 29. ff. de iust. & iur. & in l. in arenam num. 6. C. de inofficios. testam. & in auth. non licet col. 1. vers. c. item diligenter. C. de liber. præterit. Tiraquel. de pœnis causa 28. nu. 1. de dote par. 1. quæst. 13. num. 3.

9 Quarto quælibet dispositio siue legis, siue hominis intelligitur rebus sic stantibus l. finali. ff. qui satisdare cogantur latè Tiraquel. ad l. si vnquam in princip. num. 166. C. de reuocan. donation. Corn. dicens ita de consuetudine seruari consil. 83. lib. 4. Cravet. consil. 264. vers. nec dicatur, vbi loquitur in actu iurato, cogi potest igitur stuprator virginem defloratam, vel dotare, vel vxorem ducere iuxta cap. 1. de adult. hoc erit verum rebus in eodem statu manentibus, aliàs si commutentur, & maximè in deterius, pro vt in casu isto nō tenebitur stuprator ad aliquam obseruantiam.

Quintum argumentum facere videtur. l. si filium cum Authen. ibi posita. C. de inoffic. testamento, vbi
10 filia tenetur seruare fidem de alteri non nubendo sine eius consensu, tamen si pater sit morosus, & differat, patiendo labi annum quintum, & vigesimum poterit sine patris consensu se maritare, nec ex hoc exhæredari poterit, & tenebitur ipsam dotare, immo nedum maritare, immò inhonestè viuendo patri cornua ponere poterit, vt ibi notat Castro dans pro cautela, vt citius nuptui tradatur, debet igitur stuprator virginem corruptam in vxorem ducere, si sibi per virginem fides seruetur, qua non seruata nec ipse seruare tenebitur iuxta regulam. l. cum proponas. C. de transaction. quod frangenti fidem fides frangatur eidem, etiam si in modico non fuerit impletum.

11 Sextò facit quod legatum censetur ademptum si inimicitiæ supereuenient inter testatorem, & legatarium iuxta l. 3. §. vlt. ff. de adimend. legat. l. si inimicitiæ ff. de his quibus, vt indignis. Pech. de testament. coniugator. lib. 1. cap. 19. in fine. Mascard. in suo tra-
12 ctat. de probationibus conclus. 900. & hoc fortius procedit, quando inimicitiæ graues essent, vt per Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 37. nu. 19. & nulla maior oriri potest animi conturbatio, quam videre vxorem male morigeratam, & lubricam inhonestamque vitam traducere.

Nec obstare videntur in contrarium adducta, quia iam patet responsio ex prædictis, & eorum discursu,
13 & ad id quod dicitur quod legitimè factum retractari non debet, respondetur, quod regula procedit in actu perfecto, & omnino cosumato alias non. Bart. in l. pluribus. §. si placeat ff. de verbor. obligatione. Dec. & ibi Cagnol. in l. in ambiguis. §. 1. vbi Dec. n. 1. Cagnol. n. 2. ff. de regul. iur. dicens, non dici perfectum, nisi data vltima, & finali perfectione. Din. in regula possessor. num. 22. & in regula factum in fine. Ias. ad l. patre furioso n. 10. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, at in casu nostro sumus in matrimonio adhuc non perfecto, & vltima perfectione nondum cōsummato cū nec adhuc desponsauerit, merito, &c. Aretin. & ibi Port. in §. si quis debitori instit. de le-
14 gat. addo vlterius in practica, quod dispositio cap. 1. de adulter. non habet locum, nisi allegetur virginem, esse corruptam, alias non potest obtinere, ita vt nec tertius ad allegandum sufficiat Crau. cons. 166. num. 5. licet Mascard. de probation. in verbo virginitas nu. 11. dicat etiam à tertio allegari posse, cum pro ea sit præsumptio naturæ, sed certè non ita certitudinariè, prout ab ipsamet puella, quæ de facto proprio deponit, & sic dispositioni c. 1. de adulter. locus esse videtur puella in eodem statu manente, quod postea nō patiatur se ab alio cognosci, alias sibi imputet, & suæ impatientiæ, & incontinentiæ omnia adscribat. Et ad prædicta facit consil. Alexand. 155. nu. 2. vol. 5. vbi ferè casus in terminis videtur.

Et ad exornationem dicti cap. primi de adulterijs,
15 cuius materia frequentissima est, dico quod dos danda per stupratorem non est condecens iuxta qualitatem patris, & patrimonij, vel vt aliæ fortasse lorores habuerunt, sed maior, ita vt si pater pro ea maritanda si non esset stuprata expendisset trecenta, pro ista non potest nisi det mille, vtique ad mille tenetur corruptor, & ad omnes expensas passas. Ias. post Nicol. de Napoli in §. omnes numero 24. instit. de action. reputans valde notabile in practica Additionator ad Summam Angelicam in verbo stuprata litera C. vbi rationem reddit, quia hìc restat virginitas quę est dos. Bermond. de public. concub. in §. stuprum num. 17. & ita in facti cōtigentia iudicauit Senatus, vt per Oasch. Pedemont. decis. 105. concurrente tamen iudicis arbitrio, & taxatione. Thesaur. decis. Pedem. 3. nu. 2. in fide.

RESOLVT. LXXVI.

1 *Puellæ defloratæ dos constituenda est, quam iuxta qualitatem ipsius, & consuetudinem regionis habitura est.*
2 *Defloratus si puellæ à se defloratæ nuptias renuit, tenetur ad supplendum illud, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem, & nu. 3.*
3 *Puella per defloratiōnem fit deterior.*
4 *Defloratus iudicis authoritate cogendus est ad matrimonium contrahendum, etiam cum inuita; contra numero 5.*
9 *Puella in dubio semper præsumitur seducta.*
7 *Puella præsumitur in dubio virgo sicut virgo nascitur.*
8 *Promissio conditionalis de vxore ducenda non multum urget, quæ deficiente conditione non habet locum.*

An

An pœnâ, de qua in d. c. 1. & 2. vt scilicet vel dotet, vel nubat sit alternatiua, vel copulatiua.

IN hac quæstione respondi cum desione Rotæ in vna Taurinensi 24. Iunij 1590. coram Pegna cuius tenor est. Io Philipp. Boninus Allatinam Moijam puellam viripotentem defloravit, cui post modum die 14. Ianuar. 1588. in carceribus existens de abortu accusatus, per chirographum manu propia scriptum se illam ducturum in vxorem promisit, dummodo obiecti sibi criminis abolitio à Principe impetraretur.

Allatina coram ordinario Taurinensi Boninum conuenit, vt se dotaret, & vxorem duceret.

Ordinarius Boninum ad eam ducendam, aut dotandam condemnauit, quam sententiam in gradu appellationis Nuntius Apostolicus confirmauit.

Causa introducta in Rota præmissis, quibusdam presuppositis dubitaui an Boninus Allatinam vxorem ducere, & dotare teneatur.

Et Domini quantum ad secundam dubij partem concorditer tenuerunt obligari Boninum ad Allatinam dotandam per tex. vbi omnes in cap. 1. & 2. de adult. D. Antoninus in sum. par. 2. tit. 5. c. 9. §. 1. Couar. lib. 4. decretal. cap. 6. §. 8. num. 15. Anton. Gomezius in l. 80. Tauri. nu. 8. Ioan. Gutieriez. lib. 1. Canonic. q. cap. 37. Bernardinus Diaz. in pract. criminal. can. cap. 77.

Quod si Boninus duxerit satis esse constituere puellæ defloratæ dotem, quam iuxta qualitatem puellæ, & consuetudinem regionis foret habitura, vt con- 1 2
formiter censent præcitari Doctores, sin autem renuendas nuptias putauerit iuxta dispositionem cap. 2. de adult. tunc teneri Boninum ad supplendum illud, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem. Abb. antiq. in dict. cap. 1. de adult. vbi Ioan. Andreas num. 9. in fin. Ancharan. n. 6. not. 6. Panormitan. n. 4. Couar. lib. 4. decret. ca. 6. §. 8. n. 15. & alij paulo antea relati, quia non est dubium, quin per defloration em deterior sit facta puella, & 3
ideo maiori dote indiget ad inueniendum virum sibi æqualem, & defloratorem, qui causam damni dedit, teneri ad illud compensandum.

Cessabit verò illud augumentum, quando corrupta cum dote consueta dari virginibus potest consequi, aut consequitur maritum sibi æqualem. Couar. vbi supra, quod est de mente scribentium in d. c. 1. & 2. de adult.

Quantum ad primam partem dubij Domini etiam concorditer censuerunt Boninum præcisè cogen. ad Allatinam ducendam iuxta c. 2. de adult. vbi præceptum de ducenda, & dotanda virgine defforata, non ponitur copulatiuè vt in c. 1. sed disiunctiuè, tametsi enim tres Canonistæ Innocent. Host. & hos sequuti Ant. de Butrio, Zabarella, & plerique alij in dict. cap. 1. de adult. tenuerint defloratorem etiam inuitum iu- 4
dicis authoritate cogendum ad matrimonium contrahēdum specialiter esse ibi dicentes ratione delicti, vt quis inuitus nuptias inire cogatur.

Nihilominus contrariam sententiam vsu iudiciorum receptam testatur Anton. Gomez. ad l. 80. Tau- 5
rin. n. 8. versic. sed quæro quæ sit pena sentit Panorm. in d. c. 1. de adult. Couar. Io. Gutierez. S. Ant. & alij paulo ante relati per tex. in cap. 2. de adult. per quem temperatur dispositio c. 1. iubentis virginem defloratam & ducendam & dotandam simul, nam ex duobus istis capitibus simul Domini censuerunt hanc deduci sententiam menti Legislatoris conformem, vt qui virginem defloravit, cum ea præcisè matrimonium contrahere compellatur, sed causatiuè Ancar. in d. c. 1. de adult. not. l. 1. num. 5. vbi Marian. Soc. num. 13. in fin. vers. sed aduerte idem Marian. c. 2. eod. tit. not. 2. num. 3. & S. Ant. in sum. part. 2. titul. 5. cap. 5. §. 1. vers. hodie autem sic ponitur Ruin. consil. 189. num. 8. lib. 1. Ioan. Guttierez lib. 1. Canon. quæst. cap. 37. num. 11.

Nec obstat si dicatur, quod cap. 1. de adult. est desumptum ex veteri testamento Exod. c. 22. vbi recensetur inter præcepta iudicialia, quod cum fuerit relatum in ius Canonicum per potestatem habentem debet præcisè seruari S. Th. 1. 2. 10. q. artic. 3. Siluest. in sum. verb. luxuria 41. Imol. in c. cum tanto num. 7. & 8. de consuetu. Paris. consil. 68. incip. dubium exoritur num. 105. lib. 4. & ideo Boninus tenebitur præcisè ad vtrunque.

Quoniam dixerunt Domini, quod cum idem legislator, qui in corpus iuris canonici reclusit, & viuificauit illud præceptum ex veteri testamento, quod aliàs erat mortuum statim sub eodem titul. de adult. in ca. 2. apposuerit aliam dispositionem cum disiunctione, censetur soluisse præceptum cap. 1. obseruandum cum illa qualitate de qua in cap. 1.

Quod obijcitur ex Grato cons. 45. n. 31. lib. 2. nempe non esse locum dispositioni c. 1. & 2. de adult. nisi tria potissimum copulatiuè concurrant, primum virum seduxisse, secundum stuprasse, tertium puellam fuisse virginem, non putabant Domini satis tutum, nam quantum ad primum, licet vir asserat se non se- 6
duxisse semper in dubio seducta puella præsumitur Ruin. cons. 189. n. 9. lib. 2. Canonistæ in d. c. 1. de adul. & est communis opinio Guttierez lib. 1. Canon. q. ca. 37. num. 11.

Secundum de stupro per Boninum commisso non negatur à partibus.

Tertium si illud negaret Boninus ei incumberet 7
onus probandi, quia in dubio puella virgo præsumitur, sicut virgo nascitur iuxta communem sententiam Panor. in c. 1. de adult. n. 5. Clar. in §. stuprum n. 4. versic. sed pone quod stuprator.

Promissio facta per Boninum de Allatina ducenda 8
non videbatur multum vrgere, tum quia conditionalis, & deficiente conditione non habet locum cap. 1. de sponsalibus l. qui permittitur ff. de condit. indebit. tum quia facta in carceribus, quæ propterea nimis spontanea videbatur, super alijs si opus fuerit partes audientur.

RESOLVTIO LXXVII.

1 *Dos soluitur in pœnam delicti.*
2 *Pœna defuncti non transit ad hæredem.*
3 *Sententia lata contra vnum alteri nocere non debet.*
4 *Mora fit etiam in obligationibus faciendi.*

Ius petendi dotem an transeat ad hæredem mulieris stupratæ.

IN facti contingentia maxima fuit altercatio in præsenti casu, & videbatur Primo resoluendum 1
pro negatiua opinione ex eo quod dos in casu isto soluitur in pœnam delicti, & probatur expresè in cap. 1. & 2. de adulter. cap. si seduxerit 11. quæst. 1. latè Rota collectar. per Farinac. in decis. 54. vol. 1. & 2
pœna defuncti non transit ad hæredem l. crimen, & l. si pœna ff. de pœnis l. vnica C. ne quis ex delicto defunctorum, nemo enim alterius delictum purgare debet, & pœna non debet excedere personam delinquentis, sed anima quæ peccauerit ipla morietur toto titulo C. ne ex delicto defuncto. nemo enim de facto alterius tenetur cap. 1. de iniur. & damno dato, nam 3
sententia lata contra vnum, alteri nocere non debet l. sæpe. ff. de re iudic. Dec. consil. 445. Couar. in lib. pracli. quæst. cap. 13. nu. 47. & Felinus in cap. quamuis extra de re iudic. maritus non tenetur pro vxo-

re, &

re, & è contra l. 1. C. ne vxor pro marito, nec filius pro patre, nec pater pro filio l. 1. & l. nec contra C. ne filius pro patre. Vnde descendit illud, licet mulier amittat dotem propter adulterium. Boer. decis. 338. numero 5. de Franc. decis. 183. tamen secus est quando habet patrem, vel filias primi matrimonij Cassan. in consuetud. Burgun. in tit. des droit §. 5. rubric. 4. num. 20. glos. 13. Caballin. Milleloq. 529. Viui. in decis. 357. num. 2. item neque seruus tenetur pro Domino l. si seruus ff. ad l. Aquiliam, nec libertus pro Patrono l. ex liberto C. ne filius pro patre, item nec tutor pro pupillo l. 1. C. an fiscus, vel priuatus, neq; colonus tenetur ex facto Domini l. ob causam C. de actionibus, & obligationibus, nec Ciuis pro Ciuitate Bald. in l. ciuibus ff. de rebus dubijs, nec ciuitas ex facto Ciuium l. sicut ff. quod quisque vniuersitatis, neque procurator ex facto principalis, l. Flauius ff. de procurator, neque Syndicus ex facto vniuersitatis Bald. in cap. 1. de Syndico num. 25. nec Dominus ex facto coloni l. nimia C. de actionibus, & obligat. nec emptor ex facto venditoris, & è contra l. sicut ff. de actio. empt. l. debitorum pactionibus C. de pactis, nec conducto r ex facto locatoris l. si vno ff. locati, nam culpa, & pœna suos debet sequi authores l. sancimus C. de pœnis l. rescriptum ff. de his quibus, vt indignis Ias. in l. si prius ff. de noui operis nunciatione Ceph. cons. 139. lib. 5. is enim affligi debet, qui delinquit, & alteri per alterum iniqua conditio dari non debet, hoc enim à iure non est permissum l. non debet alteri. ff. de reg. iur. nam iniuria illata vni, alteri nunquam nocere debet. l. exceptionem de fideiussoribus.

Quicquid tamen sit ex supradictis contrarium censui resoluendum motus ex decis. Thesaur. lib. 3. qq. forensium q. 97. cuius tenor est.

Virgo fuit deflorata ab Amasio sub promissione illi facta de desponsando, & dum essent sub hac promissione morte præuentus vir non potuit contrahere matrimonium relicta muliere prægnante, quæ coram Senatu petijt euocari filium, & hæredem illius viri, vt susciperet partum, & illi præstaret alimenta, & postquam non poterat sequi matrimonium, saltem cogeretur ad dotandum iuxt. cap. 1. de adulter. & tradita per D. Meum decis. 3. nu. 2. & iuxta consuetudinem, de qua testatur Clar. in §. stuprum, licet enim ex dispositione Sacri Tridentini Concilij matrimonia clandestina sint nulla, si tamen probetur promissio cogitur vir ad promissionem seruandam, vel saltem condemnatur ad dotandum, & hac consuetudine attenta cum mulier probasset sub spe talis matrimonij fuisse defloratam, & mortuo viro non posset promissio adimpleri censuit Senatus me referente teneri hæredem ad dotandum illam mulierem.

Sed cum reclamasset hæres in causa reuisionis rursus res in dubium reuocata est, & viri grauissimi dubitabant per ea quæ scribit Borgnin. in suo indice decisionum super verbo matrimonium, de quo loco mentionem feci in mea additione ad d. decis. 3. litera B. vbi in hoc articulo videtur distinguere, & multo etiam maior erat difficultas, quia cessabat culpa viri, qui non poterat contrahere matrimonium, & tunc non tenetur vir dotem tradere, vel non subsistebant sponsalia, & poterat sequi matrimonium, & tunc non tenetur vir dotem dare, vel non subsistebant, & per mortem vnius pœna erat sublata. Quid enim si vir mulierem desponsasset in faciem Ecclesiæ, & eo mortuo sine aliqua dote mulier vidua remansisset posset ne illa dotem petere? & proculdubio non posset, sed replicabatur quod sequuto matrimonio posset mulier petere quartam cum esset pauper per Auth. præterea C. vnd. vir. & vxo. vt dixi supra hoc eod. lib. imo aliqua culpa erat considerandа in viro, qui tempore debito non contraxit matri-
4 monium: nam mora fit etiam in obligationibus faciendis l. si insulam 84. ff. de verb. obligat. & non erat illa defloratio sine pœna relinquenda; quin saltem dotare vir diues pauperem teneretur, atque contra ius est nondum desponsatæ mulieri se miscere ex ijs censuit Senatus sententiam confirmandam, & taxauit dotem huic pauperi ad scut. 50. 1615. mense Februarij.

PRAXIS CAPTVRÆ POSSESSIONIS

RESOLVT. LXXVIII.

1 *Ex sola canonica institutione acquiritur ius in beneficio.*
2 *Ius in beneficio ex sola institutione non est firmum, & efficax, sed necessaria est corporalis possessio.*
3 *Possessio non transfertur per collationem, quia est facti.*
4 *Ante captam possessionem, prouisus non potest administrare in beneficio.*

Possessio beneficij debet capi.

CLara, & communis est DD. opinio, quæ tota die practicatur, possessionem beneficij esse capiendam, vt pluries fuit decisum in Rota, & probatur in regula, & constitut. de publican. resignat. tradunt Pontan. de Spolio. lib. 1. cap. 9. num. 94. Puteus decis. 402. Rebuffus in praxi in titulo de permu-
1 tat. num. 18. licet enim ex sola canonica institutione facta a Papa, vel Ordinario absque traditione possessionis, eiusque apprehensione ius in illo beneficio prouiso acquiratur, vt prob. tex. in c. vlt. & ibi Petr. de Anchar. Gemin. Franc. de concess. præb. lib. 6. gloss. in regul. 1. num. 8. & regul. qui prior de regul. iur. lib. 6. Abb. in c. cum autem, & cap. suggestum de iur. patr. Innoc. & alij in cap. inter cætera de præbēd. Ias. in l. quoties col. 3. C. de rei vendic. Doctor. omnes in capit. si tibi absenti de præb. lib. 6. & ibi in specie. Gemin. nu. 2. hoc notat. & est communis opinio omnium Doctorum teste Couarr. lib. 3. variarum
2 resolut. cap. 16. nu. 1. illud tamen ius non est firmum & efficax, vt scriptum reliquit. Rebuff. consil. 186. nu. 18. & probatur in dict. ca. si tibi absenti, vbi omnes Doctores hoc notant, cum sit necessaria corporalis possessio, vt per Couarr. dict. c. 16. nu. 6. versic.
3 est tamen & huiusmodi possessio nequaquam transfertur per collationem tex. optimus in c. cum Bertoldus de re iudic. Rebuff. in prax. titu. requisita ad collationem num. 22. possessio enim est facti l. denique ff. ex quib. caus. maior ideo ad alium non transit si nō sit per eum apprehensa. l. cum hæredes ff. de acquir. possess. ita arguit Rebuff. in prax. tit. de permut. nu. 18. in fin. Cardin. Paris. consil. 66. nu. 3. vol. 9. quo
4 fit vt ante apprehensam possessionem prouisus non possit administrare in beneficio sibi collato, Abb. in cap. transmissa col. 3. de elect. Cappel. Tholosan. decis. 993. & ibi additio Mil. in verb. possess. beneficij Federic. de Sen. cons. 239. Franch. in cap. eum qui de præbend. in 6. Rebuff. de pacific. possess. num. 234. & 251. Selua qui testatur de communi de benefic. parte 2. quæst. 15.

RESOLVT. LXXIX.

1 *Possessio beneficij potest capi per procuratorem, cum speciali mandato.*
2 *Laicus potest esse procurator in apprehendenda possessione beneficij.*
3 *Laicus potest esse procurator ad resignandum beneficium.*

4 *Laicus*

4 *Laicus poteſt haberè officium pulſandi campanas, & eſſe Nuncius Epiſcopi.*

An poſſeſſio beneficij poſſit capi per procuratorem.

COnſultus quid iuris circa hunc articulum reſpondi pluries communem DD. ſententiam eſſe affirmatiuam, vt ſcilicet poſſeſſio poſſit non tantum
1 capi per ſe, ſed etiam per procuratorem, vt habetur per Couar. in lib. 3. variarum reſolut. cap. 16. num. 8. verſic. poſſeſſio autem beneficij, vbi dicit eſſe manifeſti iuris, & ita ſtylus notoriè ſeruat, vt omnes ſciunt, licet ad hoc requiratur ſpeciale mandatum, vt eſt communis, & vera ſententia, quam ſequuntur gloſ. Gemin. & alij in cap. ſi tibi abſenti de præbend. in 6. Felin. in cap. nonnuli §. ſunt, & alij nume. 46. de reſcriptis Imol. in l. 1. §. per procuratorem ff. de acquirend. poſſeſ. & ſecundum hanc opinionem iudicauit Rota in vna Auſtricen. parochialis 25. Maij 1551. coram Cardinal. Sanctæ Crucis teſte Caputaquenſ. deciſ. 344. par. 2. & in vna Iſpalen. penſionis 20. Nouembris 1577. coram Blanchetto, & ſic obſeruat conſuetudo, & ſtylus omnibus notus, & forma huius mandati habetur in formulario inſtrumentorum fol. 68. videlicet ipſius Domini conſtituentis nomine, & pro eo ſpecialiter, & expreſsè per procuratorem Realem & Actualē talis beneficij per liberam reſignationem T. vacantis factam, de qua ſibi per ſanctiſſimum noſtrum Dominum Pontificem, prout in literis prouiſionis huiuſmodi continetur gratioſè extitit prouiſum petendum, obtinendum, intrandum, recipiendum, apprehendendum, nec non continuandum &c.

Et eſt notandum quod poteſt non ſolum clericus
2 conſtitui procurator ad hoc, ſed etiam laicus, vt in facti contingentia reſpondit eruditus iuuenis Ioann. Maria Nouarius ex ſequentibus allegationibus quas hic ad eius honorem, & Lectoris commodum exemplare placuit.

Reuerendiſſime Domine, non debet eſſe anceps mens veſtra, quod procurator conſtitutus ab N. in capienda poſſeſſione beneficij Sanctæ Mariæ de Niue in veſtra Diœceſi, ſit laicus, quia non tantum clericus poteſt conſtitui procurator ad hoc, ſed etiam laicus, vt in proprijs terminis docet Ruffiniac. de benefic. cap. 12. num. 14. quod ſecundum me iuſtificatur, nam laicus etiam poteſt conſtitui procurator ad reſignandum beneficium Eccleſiaſticum, vt eſt Gloſ. in Clem. vnica in verbo procuratorem de renunciat. quam ſequuntur Butr. in c. cum olim, num. 13. de reſcript. Gambar. in c. 1. num. 123. de rerum permutat. in 6. vbi hanc eſſe communem Doctor. ſententiam teſtatur; Rebuff. in tract. de nominat. quæſt. 14. numero 161. Bellamer. de permutat. benefic. parte 8. quæſt. 3. num. 1. cum ſequent. Rota in Antiquis in deciſ. 8. num. 5. de procuratoribus, vbi ita etiam dicit in permutatione beneficiorum, vt ſcilicet poſſint laici conſtitui procuratores, quia in reſignatione beneficij laicus procurator ſe habet, vt nudus miniſter, ac vt ſic dicam, vt pica, declarando mentem conſtituentis, vnde etiam in ſpiritualibus laicus poterit procurator conſtitui c. 1. vbi Doctor. de procurator. in 6. & quoties vbi non eſt quæſtio iuris, ſed quæſtio facti tantum controuertitur de cauſis ſpiritualibus, ſeu Eccleſiaſticis, tunc laicus eſt capax, ac quando mandatur nudum miniſterium Calder. conſ. 15. de iudic. Caſtrenſ. in l. omni nouatione, C. de ſacroſanct. eccleſ. Alex. conſ. 9. lib. 4. & communiter Doctor. vt per Dec. in cap. decernimus, n. 188. de iudic. hinc enim videmus, quod laicus poteſt eſſe exequutor teſtamenti ad pias cauſas teſte Bald. in cap. decernimus col. 4. de iudic. vbi etiam Dec. nu. 218. & hinc Laicus poteſt in Miſſa ſeruire, vt tradit Ioann. Andreas in cap. vt quiſque de vita, & honeſtate clericorum; ſi tamen Epiſcopus non
4 prohibeat, & poteſt habere officium pulſandi campanas, & poteſt eſſe nūcius Epiſcopi iuxta doctrinam Bald. in d. cap. decernimus col. 5. & poteſt conſtitui procurator ad inſinuandum, vt voluit Rebuffus de nominat. quæſt. 14. n. 161. & ſic ſentio Ego Ioannes Maria Nouarius ſalua, &c.

RESOLVT. LXXX.

1 *Prouiſus à Sede Apoſtolica, non poteſt capere poſſeſſionem, niſi literis expeditis.*
2 *In Regno Neapolitano prouiſi de beneficijs debent capere poſſeſſionem de manu Nuncij Apoſtolici. Limitatur in beneficijs vacātibus per reſignationem conditionalem.*
3 *Poſſeſſio canonicatus eget capitulari traditione.*
4 *In poſſeſſione beneficij debet ſeruari conſuetudo loci.*

Capiens poſſeſſionem beneficii in regno Neap. abſque authoritate Nuncii apoſtolici, an faciat fructus ſuos.

1 PRouiſus à Sede Apoſtolica nō poteſt poſſeſſionem adipiſci. niſi literis expeditis & contra tales adminiſtrationi ſe ingerentes extat Extrauag. communis incip. Iniunctæ nobis de electione, quæ fuit innouata per Iulium II. fol. 151. in Bull. & per Iulium III. fol. 134. extenditur, & ampliatur per Paulum III. fol. 360. & per Pium IV. fol. 804. & cum ante confectionem literarum gratia Apoſtolica ſit informis, voluit Summus Pontifex in regul. Cancell. 25. de non iudicando iuxta formam ſupplicationum, ſed literarum
2 expeditarum in Regno Neapolitano ad hoc, vt prouiſi faciant fructus ſuos vltra literas Apoſtolicas requiritur, quod poſſeſſionem recipiant de manu Nuncii ob breue Pii V. de anno 1568. die 8. Ianuarii fol. 1008. incip. Cupientes, & ratio eſt, quia beneficio vacante ſuccedit Camera in fructibus vt Nuncius Apoſtolicus reddatur certior quādo Camera deſinat poſſidere, & adeo ſecundum Pariſ. de reſign. benefic. lib. 10. q. 7. n. 34. in Regno Neapolitano poſſeſſio eſt capienda de manu Nuncii Apoſtolici, vt habetur in Conſtitutione 29. Pii IV. incipien. cupientes & aliter capta poſſeſſio, vt ibi dicitur nullius eſt roboris, & momenti, & prouiſis nullum ius propter eam acquiritur, nec vllatenus ſuffragatur, & huiuſmodi conſtitutio eſt in viridi obſeruantia.

Dubium tamen eſt, an forma huius conſtitutionis ſit obſeruanda in capienda poſſeſſione beneficii reſignati, pro affirmatiua.

Primo facit, quia mens Pii IV. fuit occurrere fraudibus, quæ eo magis poſſunt in reſignationibus conſiderari, & interuenire, vt patet ex Conſtitut. Pii V. & Gregorii XIII. de public. reſignat. & lex dicitur fauorabilis cum eſt facta ad obuiandum malitiis, & fraudibus, Felin. in cap. de quarta col. 5. in fin. de præſcript. Caputaq. deciſ. 17. n. 9. par. 2. & eſt communis opinio.

Secundo, quia verba dictæ conſtitutionis ſunt admodum generalia, ac prægnantia apta comprehendere omnes caſus, vnde non mirum ſi hunc quoque capit. l. in fraudem in fin. & ibi Bal. ff. de teſtamen. milit. Crauet. conſ. 92. n. 4. & conſ. 118. n. 14. & conſ. 308. n. 3.

His tamen non obſtantibus contraria opinio verior eſt, & ſeruatur in praxi, & probatur primo ponderando verba dictæ Conſtitutionis ibi, dum dicit per obitum, & alias quouis modo, præterquam per ceſſum illa obtinentium pro tempore vacantium, &c. ex quibus verbis clariſſimè patet hunc caſum excipi, vt dicta Conſtitutio nō habeat locum in beneficiis vacan-

tibus per resignationem, quare nulla cadit dubitatio cum id exprimat Summus Pontifex Roland. a Valle, consilio 77. num. 5. libro 1. Cephal. cons. 138. n. 20. lib. 1. Socin. iun. cons. 12. num. 2. lib. 2.

Secundo ponderando rationem, nam vera ratio cur ibi datur huiusmodi forma in capiendo possessionem in beneficijs vacantibus in Regno Neapolitano est, ne Camera Apostolica defraudetur, nam fructus à die vacationis vsque ad diem, in quo prouisi capiunt possessionem in dicto Regno spectant ad Cameram Apostolicam, vt dicitur expresse in d. Constit. Pij V. sed huiusmodi fructus non debentur Cameræ Apostolicæ in resignationibus conditionalibus, vt stylus obseruat; & colligitur ex prædictis, ergo in huiusmodi per resignationem possessionem capientibus cessat prædicta Constitutio.

3 Aduertendum est etiam quod possessio Canonicatus eget capitulari traditione Pontan. de spol. cap. 17. num. 156. communiter per omnes est receptum, ac debet in possessione beneficij, statutum, & consuetudo rationabilis loci obseruari, alioquin posset annullari, vt docet Card. Paris. cons. 65. num. 48. vol. 4.

4 & capta vigore gratiæ nullæ, & processus fulminati est nulla, ideo denuo debet apprehendi cum gratia reualidata Card. Paris. cons. 74. num. 53. vol. 4. & est communis opinio.

RESOLVTIO LXXXI.

1 *In beneficialibus, literæ expeditæ habentur loco tituli.*
2 *Literis non expeditis potest capi possessio nomine Cameræ.*
3 *Quando capitur possessio nomine Cameræ, fructus beneficiorum lite pendente debent deponi penes personam à iudice eligendam.*
4 *Episcopus non potest capere tertiam partem beneficij in expeditione literarum collationis.*
5 *Pro receptione in Canonicum nihil potest accipi, etiam nomine dulciariorum.*

Possessionem beneficij an quis possit adipisci literis non expeditis.

NEgatiuè respondi, quia ex quo gratia à mente Papæ dependet, ipse non vult, quod assecutus gratiam ea vtatur, nisi literis expeditis secundum Gomes. in reg. de non iudic. iux. tor. super quæst. 9. & talis concessio habet quasi tacitam conditionem, videlicet, si per Cancellariam transierit, vt per Mandos. in eadem regula. q. 3.

1 Hinc dicitur, quod in beneficialibus literæ expeditæ habentur loco tituli Staphil. in tract. de lit. grat. in princ. num. 17. quæ quando dicantur suam formam recipere, vt possint dici expeditæ vide per Rebuff. in prax. tit. de bul. not. declarat Gomes. loco cit. quæst. 1. & in tract. breuium sub num. 2. Mascard. de prob. conclus. 1269. n. 2. & quibus rationibus id statutum sit vide per Paris. de resign. benefic. lib. 8. q. 2. num. 13. & lib. 10. q. 1. num. 12. Et disposita contra capientes beneficiorum possessionem ex sola signatura absque literis expeditis.

Limita primo, vt habetur per Staphil. titul. de rescrip. in forma breui. num. 24. & Gomes. in tract. breuium, sub num. 14.

2 Secundo limita, nisi possessio capiatur vigore breuis nomine Cameræ, vt fieri solet in beneficijs litigiosis cum clausula citra vitium spolij, & attentatorum, de quo latè per Lancellot. de attent. par. 2. cap. 4. n. 455. cum seq. Paris. in d. tract. lib. 11. quæst. 6. n.

3 29. quo casu ex Bulla Pij V. incipit Cordi, fructus beneficiorum lite pendente deponi debent apud personam à iudice eligendam non obstantibus quibuscunque statutis disponentibus, quod Capitula, & Canonici percipiant.

Et quid si post supplicationem signatam manu Sanctissimi ipsius mors intercedat priusquam peruentum sit, ad bullarum perfectionem, vide DD. in procem. sexti vers. vniuersitati. Felin. in rubr. de constit. sub num. 5. Gomes. loco primo citato, & in regu. de infir. resign. q. 18. Boer. decis. 346. Afflict. decisio. 253. num. 4. & Paris. in d. tract. lib. 10. q. 1. num. 35. &

4 infra. Et an Episcopus pro expeditione literarum collationis beneficij possit tertiam partem fructuum illius accipere, vide Nauar. cons. 13. de sim. in antiq. intrepidè tenentem, quod non, ad quod facit tex. in c. ex multis temporibus 1. q. 3. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 14. & Bulla Pij V. incip. Durum nimis illius decreti declaratoria reuocans omnia priuilegia, & consuetudines Ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione prouisione, ac missione in possessionem bene-

5 ficiorum, adeo vt pro immissione in possessionē alicuius beneficij, vel receptione in Canonicum tam Episcopo, quam Capitulo sint prohibita etiā dulciaria, & similia exigere, prout Sacra Congregatio censuit.

RESOLVT. LXXXII.

1 *Prouisi de Canonicatibus, vel Parochialibus tenentur emittere fidei professionem intra duos menses.*
2 *Lapsis duobus mensibus, tenentur similiter prouisi emittere fidei professionem.*
3 *Qui non emisit fidei professionem non iuuatur regula de triennali.*
4 *Non amittit titulum beneficij is, qui non emisit fidei professionem.*
5 *Ignorantia non excusat in foro exteriori omittentes dictam professionem.*
6 *Distributiones quotidianæ non amittuntur, si quis non emisit fidei professionem.*

Prouisi de beneficio à die adeptæ possessionis intra duos menses debent emittere professionem fidei.

1 IN facti contingentia dixi, quod prouisi de Canonicatibus, vel Parochialibus à die adeptę possessionis intra duos menses debent emittere professionem fidei iuxta Decret. Concil. Trid. sess. 24. de refor. cap. 12. §. prouisi etiam, & Bullæ Pij IV. incip. Iniunctum nobis, alioquin non faciant fructus suos, nec possessio illis suffragatur, vt habetur in d. Concil. & tradunt Fuscus de visit. lib. 1. cap. 5. num. 15. praxis Episcopal. in verbo fidei professio Sair. in decis. 1. de sum. Trinit. & fid. Cath. Nauar. cons. 7. & 9. de iureiur. & alii per me relati in decis. cur. Arch. Neapol. 210. par. 1. Quod amplia procedere in eo, qui illam

2 infra tempus à Concil. præfixum non fecerit, vt nihilominus possit, & debeat deinde illam facere ratione à Nau. assignata cons. 4. de sum. Trinit. & fid. Cath.

3 Secundo amplia, vt tali non suffragetur quoad fructus possessio triennalis, tum per rationem eiusdem Nauar. cons. 1. num. 1. eod. tit. tum quia hoc voluit Congreg. Concil. Trid. scil. vt nec longissima possessio prosit ei, qui non emisit professionem fidei quoad fructus percipiendos, quandiu illam non emiserit.

Limita primo, vt propter illa verba Concilii, scilicet, vt nec illis possessio suffragetur non excludatur

4 prouisus quoad titulum, & proprietatem beneficii sicuti per plura respondet Nauar. in facti conting. in cons. 5. de verb. signif. in antiq.

Secundo limita in omittente illam ex incogitantia, vel ignorantia, vt nec mortaliter peccet, neque in foro conscientiæ obligetur ad fructuum restitutionem: idem Nauar. c. 1. & 3. eod. tit. admonens tacendam

esse

esse hanc negligentiam coram hominibus. Secus verò
5 in foro exteriori, quia illa ignorantia est iuris clari, quæ non excusat capit. ignorantia, de reg. iur. in 6. & sic præsumeretur mala fide illos percepisse, arg. reg. qui contra iura cum concord. in gl. allegatis eod. tit. & lib. 1.

Tertio limita intelligendo, vt propter omissionem professionis fidei amittantur tantum fructus præben-
6 darum, non autem distributiones quotidianæ, quas in seruiendo quis acquisierit, prout eadem Sacra Congregatio censuit.

RESOLVT. LXXXIII.

1 *Possessio capta propria authoritate reuocatur iure attentatorum.*
2 *Habens Canonicum titulum, si capiat possessionem propria authoritate, non dicitur propriè intrusus.*
3 *De iure spectabat ad Archidiaconos tradere possessiones beneficiorum, hodie verò ad Episcopos, & Vicarios ipsorum.*
4 *In Regno Neapolitano, prouisi à Sede Apostolica capiunt possessionem de manu Nuncij Apostolici.*

De pœna capientis possessionem beneficij propria authoritate.

IN casu proposito à quodam R. Vicario dixi communem opinionem esse possessionem non posse capi propria authoritate, vt habetur per Abb. in cap. transmissa de electionibus, & per Doctor. in capit. cum venissent de restitut. spol. Archid. in cap. eum, qui de præb. in 6. Dyn. in reg. 1. de reg. iuris. Millius in suo repert. in verbo possessio beneficij, & sic esse communem stylum, & praxim Romanæ Curiæ testatur Couar. in lib. 3. variar. resol. cap. 16. volumine 2.
1 vbi dicit illam possessionem iure attentatorum reuocari, cum sit nulla, & hunc esse stylum, & illum dicit violentum possessorem Gemin. & Franc. in cap. eum, qui de præb. in 6. & talem dici intrusum refert Rebuff. in sua praxi par. 1. formul. 9. prouisio verbo per se, vel per alium, fol. 166. post Felin. in cap. veniens, numer. 2. de accusat. licet in contrarium sit
2 communis opinio, vt non sit intrusus, qui accepit possessionem propria authoritate cum haberet Canonicum titulum, vt testatur Selua de benefic. par. 2. quæst. 15. sub nu. 3. & tradit Ripa lib. 2. respons. c. 31. de rescript. & fuit firmatum in Rota coram Cantucc. in vna Romana Cappellaniæ die Lunæ 14. Maij 1476. in qua fuit data responsio ad contrarium tenentes, vt per eos allegata procedant in capiente possessionem beneficij propria authoritate absque authoritate superioris, hoc est absque titulo, quare debet resignatarius possessionem beneficij capere cum exequutore iuxta tradita per Roffiniac. de benefic. num. 12. c. 13. Pont. de spolijs, lib. 1. cap. 9. num. 94. Rota in nouis in
3 decis. 1. de renunciat. quod hodie spectat de consuetudine ad Episcopos, Vicarios, & alios Ordinarios, vt de consuetudine testatur Couarr. d. cap. 16. nu. 14. & secundum aliquos est de iure, cap. licet Episcopus, de præb. in 6. licet antea hoc spectabat ad Archid. c. ad hæc, §. in quadam de officio Archid. c. vt nostrum eod. tit. Decius in c. super eo in col. fin. de offic. de-
4 leg. Abb. cons. 21. lib. 1. & in hoc Regno Neapolitano possessio est capienda de manu Nuncij Apostolici, vt habetur in Constit. 29. Pij IV. incip. cupientes. Et aliter capta possessio, vt ibi dicitur nullius est roboris, & momenti, & prouisis nullum ius propter eam acquiritur, nec vllatenus suffragatur, quæ constitutio hodie est in viridi obseruantia.

RESOLVT. LXXXIV.

1 *Hodie non potest capi possessio, nisi literis expeditis.*
2 *Literis non expeditis, capi potest possessio nomine Cameræ, citra vitium spolij, & attentatorum.*

An possessio beneficij possit capi nomine Cameræ vigore Breuis, literis non expeditis.

LIcet olim capi potuisset possessio beneficij vigore supplicationis signatæ nomine Sanctissimi, Coras. de benefic. par. 4. c. 1. n. 19. Petr. Pecch. de ammortizat. bon. c. 26. n. 2. Put. decis. 229. in princ. lib. 2. Mandos. reg. 31. quæst. 2. n. 3. & alij plures, quos longum
1 esset recensere: Hodie verò non potest capi sine literis Apostolicis expeditis, vt Iulius III. statuit in Constit. 33. incip. Sanctissimus, & dicit contra facientes esse intrusos, & non facere fructus suos, & esse perpetuò inhabiles, & huiusmodi constitutio seruatur de stylo, & est in viridi obseruantia Roffin. de benefic. dict. c. 27. n. 3. & ad hoc facit, quod alias decidit Rota 9. Aprilis 1533. coram Camillo non esse relaxandum sequestrum resignatario vigore sententiæ latæ in fauorem resignantis ex sola supplicatione, nisi literis expeditis teste Sarnen. decis. 164. l. 1. in manuscrip. per ea, quæ dicit Cardin. in Clement. 1. de sequestr. fruct. & possess. literæ ergo expeditæ requiruntur, vt possit capi possessio, alias non est bona, immo nulla, cum non sit seruata forma statuta Card. Paris. cons. 65. num. 8. vol. 4.

2 Limita tamen nisi possessio capiatur nomine Cameræ vigore Brenis, nam huiusmodi breue succedit loco literarum, & possessio ritè capitur. Ita Cott. decisio 279. in manuscript. Put. decis. 155. lib. 1. solet enim in Curia sæpè in beneficijs litigiosis, & in quibus speratur de lite dari Breue de capienda possessione cum clausula citra vitium spolij, & attentatorum, vt per Staphil. de liter. grat. & iust. in vlt. pat. de rescript. in form. breuis, n. 24. Sarn. in tract. breuium sub n. 14. Lancellot. de attent. 2. par. c. 4. num. 394. vbi plura in huiusmodi materia deducit, & resignatarius potest obtinere breue etiam directum Auditori Cameræ, vt constito de resignatione in fauorem ipsius illum immittat in possessionem amoto quolibet detentore intruso, & tunc Auditor Cameræ solet decernere Monitorium, vt habetur lib. diuer. decis. 214. in manuscrip. & huiusmodi breue intelligitur de valida resignatione, vt fuit decisum coram R. P. D. Rubeo 25. Octobris 1557. in vna Corduben. Pensionis, vt habetur dict. lib. diuers. decis. 238. & procedit, si forma seruetur, vt fuit concluſum in vna Archipresbyteratus Sanctæ Priscæ coram Oradino die 11. Martij 1560. & si fuit narratum, quod debuerat, vt fuit resolutum in vna Nolan. Abbatiæ 19. Decembris 1558. teste Card. Paleott. dec. 115. & breuia de stylo expediuntur registrata supplicatione Peregrin. decis. 187. lib. 2. in manuscr.

PRAXIS CASVVM RESERVATORVM Episcopis.

RESOLVT. LXXXV.

1 *Duo genera casuum reseruatorum.*
2 *Quæ peccata sunt reseruata Episcopo de iure, vide nu. 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9.*
4 *Omnes excommunicationes, quæ nemini sunt reseruatæ per Episcopum absolui debent.*
10 *Qui casus reseruantur Episcopo de consuetudine, & vide num. 11. 13. 14. & 16.*
12 *Qui dicantur falsarij.*
15 *Quomodo fiat sortilegium.*
17 *Grauiora crimina sũt, quę Episcopi reseruare cõsueuerũt.*

Qui sunt casus Episcopis reseruati.

1 REspondeo duo esse genera casuum reseruatorum Episcopis de iure quidam .s. alij verò de consuetudine; De iure secundum Piaseg. par. 2. cap. 1. in sua praxi Episcopali, n. 13. sunt.

2 Primo excommunicationes Papæ reseruatæ, quarum in certis casibus absolutio inferiori permittitur, tunc enim per inferiorem non quilibet Sacerdos, sed Episcopus intelligitur, Nau. c. 27. n. 262.

3 Secundo de iure reseruata est Episcopo excommunicatio, quam ipse tulit, vel eius prædecessor absolutionem ipsius sibi reseruando, c. nuper de sent. excomm. similiter, & participantis in crimine excommunicato excommunicatione ipsi reseruata, c. si con-
4 cubinæ ibidem, Omnes etiam excommunicationes iuris, quarum absolutio nemini est reseruata, per Episcopum non per inferiorem absolui debent glos. singularis, in cap. si Episcopus, de pœnit. & remiss. & semper esse recurrendum in istis ad Episcopum, in casu tamen, quo de facili non posset haberi Episcopus; etiam per simplicem Sacerdotem posse absolui tenet Innocent. in cap. nuper de sent. excommunicat. Nauarr. verò indistinctè quoad forum conscientiæ excommunicationes huiusmodi vult posse absolui per proprium Confessorem, & authoritatem glos. citat. procedere tantum quoad forum exterius loco cit. n. 39. & 262.

5 Tertio de iure reseruata sunt Episcopo peccata propter quæ solemnis pœnitentia esset iniungenda, quæ debent esse peccata grauia, & scandalosa. 26. q. 6. cap. vlt. & quomodo imponatur huiusmodi pœnitentia traditur in capite 50. dist. Authores tamen moderni hanc solemnem pœnitentiam dicunt non esse amplius in vsu, Armill. verb. casus. num. 5. vnde & blasphemiam, quam numerat glo. in cap. 2. de pœnit. in 6. inter reseruatos Episcopo, idque ratione solemnis pœnitentiæ, quæ pro ea imponebatur dicunt posse absolui per quemcunque Sacerdotem, Armil. loco cit. n. 8. Nauar. loco cit. n. 262. quoad forum tamen exterius reseruatio tenebit, Ang. eo. verbo casus. Nauar. loco cit. Publicam tamen huiusmodi penitentiam damnato non vsu intermissam optima ratione iubet seruari, & imponi pro publicè commissis delictis Concilij Trid. sess. 24. cap. 8. de reform.

6 Quarto reseruatur Episcopo incendium domorum, frugum, aliarumve rerum ex proposito factum, & consilium, auxilium ad id præstitum, c. si quis, & c. pessima 23. q. 8. si tamen Episcopus incendiarium huiusmodi excommunicauerit, iam ipse absoluere non poterit, sed solus Papa, c. tua nos, iunct. glos. de sent. excommu. Et ita datur casus, in quo excommunicationem à se latam Episcopus absoluere non potest c. excommunicamus, de hæret. Item & degradare potest, sed degradatum restituere non potest, ca. ex tua, de cler. non resid. & clarius ca. ideo iun. glo. verb. ac restitutionibus 2. quæst. 6. solemniter nimirum degradatum, nam verbo tantum degradatum restituere potest ibid. & c. Episcopus 11. q. 3.

7 Peccatum item à quo Episcopus rationabiliter absoluere noluit ipsi est reseruatum, nec inferior de eo intromittere se potest sine speciali permissu, cap. inferior 21. dist. Armil. loco cit. n. 5.

8 Item & peccatum clerici, quod annexam habet irregularitatem poni solet inter reseruatos Episcopo. Nauar. tamen loco cit. nu. 262. dicit talem posse absolui à peccato per quemlibet Confessorem, antequam cum illo in irregularitate dispensetur, ipsam verò irregularitatem dispensandm fore per ipsummet Episcopum.

9 Item dispensatio votorum pertinet ad Episcopum, seu alium Prælatũ ordinariam, seu quasi Episcopalem iurisdictionem habentem, cum numeretur pro casu reseruato præter illa, quæ Papæ sunt reseruata cap. 1. de voto, Innoc. Abb. ibid. Host. in summa de voto, num. 16. & esse communem opinionem testatur Ang. loco cit. Nauar. c. 12. n. 75.

10 De consuetudine autem reseruantur casus Episcopo, de quibus Extrauag. Benedict. II. incip. inter cunctas de priuileg. comm. Et primo quidem homicidium voluntarium, seu realis membri absciſſio, Na. uar. cit. c. 27. num. 262.

11 Secundo peccatum falsitatis, quo crimine tenentur literas, vel scripturas falsantes, testis falsus, non solum dicens falsum, sed & occultans veritatem, & te-
12 stis recipiens pecuniam ne ferat testimonium, vel ne ferat verum testimonium, Iudex etiam accipiens præmium pro ferenda iusta, vel iniusta sententia, similiter & Notarius Aduocatus procurator aduersæ parti instrumenta, suę partis ostendens, l. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis, & monetam adulterans, ca. quanto de iureiur. Abb. ibid. quos omnes compræhendi sub nomine falsarij communiter tenent DD. in c. 1. de falsarijs. Falsarij autem literarum Papæ alia reseruatione ligantur.

13 Tertio peccatum violationis immunitatis Ecclesiasticæ, vt si quis Ecclesiam violauerit aliquo ex modis quibus violari Ecclesia potest, imò omne sacrilegium est reseruatum Episcopo ex consuetudine teste Sylu. verbo casus q. 4.

Quarto sortilegium, Diuinatio, Incantatio, talia enim crimina abominanda sunt 26. quæst. 5. c. primo.

14 Et hoc fit cum aliquis per inuocationem Dæmonis manifestam, vel etiam tacitam hoc est signis per alium pactum cum Dæmone habentem inuentis futura scire quærat, fruges, hominum vitas, seu brutorum infascinat, furta explorat, & similia. Ang. verbo sors, nu. 3. Sylu. loco cit.

16 Addit Nauarr. loco cit. peccatum retinendi incerta aliena, sed communis est sententia detinentem incertum posse restituere, vel conuertere in opus pium hoc incertum sine requisitione Episcopi, & sic absolui per quemcunque. Ang. verb. restitutio 2. num. 14. Armil. verbo casus cit. num. 9. & idem Nauar. c. 17. num. 92.

17 Casus autem quos ipsimet Episcopi reseruare sibi consueuerunt sunt grauiora crimina, vt abortus procuratus, oppressio infantium, incestus, violatio monialium, vitium contra naturam, & alia plura, quorum certa regula dari non potest cum possint reseruari quęcunque crimina pro arbitrio ipsius Episcopi.

RESOLVT. LXXXVI.

1 *Modus reseruandi casus debet esse, vt S. Congreg. Concilij illum dedit, vt infra.*

2 *Modus reseruandi non debet excedere, ita vt nullum peccatum remaneat, quod non sit reseruatum.*

3 *Multitudo casuum reseruatorum resecanda.*

4 *Modus reseruandi.*

5 *Modus reseruandi in peccatis carnalibus.*

6 *Ordinarij in reseruando ea reseruare debent, quæ magis videbuntur in Domino expedire consideratis populorum moribus, ac natura.*

7 *Licet Ordinarij licentiam, prout videbitur eis expedire aliquando inferioribus impertire maximè in solemnioribus diebus.*

Quos casus Episcopi reseruare solent.

1 MOdus in reseruatione casuum seruandus, non alius debet esse, nisi quem Sac. Congreg. Concilij dedit in subsequenti responso Archiepiscopo Neapolitano, cuius tenor est.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Accipiet

Illustris.

Illustriſ. amplitudo veſtra vna cum hiſce literis exemplum declarationis, quam S. Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium prepoſita de expreſſo S. D. N. mandato nuper edidit ſuper decreto de prohibita abſolutione à caſibus reſeruatis die 9. Ianuar. 1601. promulgato, quod in ſuis Diœceſibus Hoſtienſi, & Neapolitana publicandum, ac ſtudioſè obſeruandum diligenter curabit.

Cum autem locorum Ordinarij magna ex parte indicem, ſeu notam ſingulorum caſuum à ſe reſeruatorum huc miſerint, compertum eſt in hoc genere variè quid à varijs admiſſum fuiſſe, quod aliqua emendatione indigeret, quoſdam nimirum quedam reſeruaſſe, quę iam Apoſtolica Sedes ſibi reſeruarat, alios alia, quę minimè expediebat; nonnullos verò in ea re modum exceſſiſſe, vt nullum fere ſupereſſet peccatum,
2 quod non ſibi vendicaret indiferens illa reſeruandi ratio, quæ (vt neceſſe erat) res pleraſque leuis momenti, & alioquin Concil. Trid. aliorumque ſacrorum Canonum ſententię parum congruentes complectebatur. Verum, quia nondum ſatis hic explorata erat cuiuſque loci conditio, ac neceſſitas, non potuit vnicuique reſeruationum huiuſmodi ſigillatim modus, ac temperamentum, quod res poſcebat adhiberi. Nec ſanè debuit, vna, eademque regula omnibus Eccleſiijs præſcribi quandoquidem alia alibi magis conuenire certum eſt, & fieri vix poteſt, vt omnia omnibus in locis ęquè probentur, & profint. Quę cum ita ſint viſum eſt eidem Sac. Congregationi, præter illam declarationem priuatas quoq; literas ad ſingulos ordinarios mittere, quibus moneantur, vt ſimul, ac eas acceperint omnes caſus ſibi iam olim reſeruatos adhibitis aliquibus pietate, & doctrina præſtantibus viris, de integro diſcutiant, diligenterque examinent, & ad ipſius decreti iam declarati, normam accommodent
3 eorum multitudinem ſic reſecantes, vt ad quam pauciſſimos, eoſque maximè neceſſarios redigantur ijdem caſus; vnde ſalutaris ille ſequatur effectus, cuius cauſa hęc reſeruandi atrociores quoſdam caſus Epiſcopis in ſua cuique Diœceſi tributa eſt authoritas.

Præcipuè verò hæc monenda cenſet Sac. Congregatio, vt videant ipſi Ordinarij ne illos caſus promiſcuè reſeruent,
4 quibus annexa eſt excommunicatio maior a iure impoſita, cuius abſolutio nemini reſeruata ſit, niſi forte propter frequentiam, ſcandalum, aut aliam neceſſariam cauſam aliqui huiuſmodi caſus nominatim reſeruandi viderentur, neque caſus, in quibus abſolutio, niſi cum reſtitutione, vel executione eorum, ad quę pœnitentes tenentur, non confertur, neque illos, qui & ſi mortale peccatum inducant, circa res tamen parui momenti verſantur, & frequenter inter idiotas euenire ſolent, vti damni dati, & ſimilium. In peccatis etiam carnalibus reſeruandis multa vtantur circumſpectione propter periculum ſcandalorum in ijs maximè perſonis, in quas ob acceſſum ad confeſſarios extra ordinarios, vel frequentem redditum ad ordinarios ſuſpicionis aliquid cadere poteſt.

6 Poſtremò eam potiſſimum ineant, ac ſequantur rationem, quę conſideratis diligenter cuiuſque Prouinciæ, ac populorum moribus natura, ac propenſione magis in Domino expedire videbitur. Poſtquam autem ab ijs peracta deſcriptaque fuerit hæc moderatio, vnuſquiſque eam primo quoque tempore ad me perferendam curet addita inſuper cauſa, quæ cuiuſque caſus reſeruationem potiſſimum ſuaſerit. Hoc enim à S. D. N. deliberatum eſt, vt poſt modum ſingulæ huiuſmodi reſeruationes diſtinctius examinentur quo perfectè tandem adiutrice Dei gratia opportunum ijs incommodis remedium adhibeatur. Interim de ipſius Sanctitatis ſuæ mandato ijdem Ordinarij monentur, vt per totam ſuam Diœceſim, ac præſertim in ijs locis, qui à Ciuitate, & Cathedrali Sede longius remoti ſunt Pœnitentiarios, alioſque Sacerdotes conſtituant, ac delegent, quibus facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis concedunt, ita
7 vt his quoque liceat eandem alijs Confeſſarijs, ſi opus ſit, viua voce impartiri. Idque maximè in ſolemnioribus, & præcipuis anni feſtiuitatibus, vt peccatores quibus obuia, & facilis fuerit huiuſmodi Sacerdotum copia ad peragendam confeſſionem alliciantur, quam alioquin plerique, vel ob idipſum amittere poſſent, ſi neceſſe haberent pœnitentiæ miniſtros, quibus indigent, longius quærere. In eam igitur curam quantum in ſe erit ſedulo incumbet Illuſtriſſimæ Amplitudo veſtra, vt hæc omnia ex Sanctitatis ſuæ, & Sacræ Congregationis mente debitæ exequutioni mandetur, ea diligentia, eoque zelo, vbique adhibito, quem optimus quiſque Paſtor erga animarum ſibi creditarum ſalutem præſeferre debet. Vt autem apud ſe ſucceſſoreſque ſuos perpetuum extet monumętum quid hic circa totam hanc reſeruandi rationem deliberatum ſit, dabit operam, vt hæ literæ vna cum ipſo Decreto, ac Declaratione in publicis ſuarum Curiarum Epiſcopalium actis integrè deſcribantur. Eas verò cum primum acceperit dignabitur facere nos ea de re certiores miſſura poſtea quanto ocius fieri poteſt expetitum nouæ reſeruationis indicem ex præſcripto huiuſce mandati confectum: Quæ omnia mandante ipſa S. Cengregatione Ego Illuſtriſſimæ Dominationi veſtræ ſcripſi Deum precatus, vt eandem, quam diutiſſimè incolumen tueatur. Romæ die 26. Nouembris 1602.

Dignabitur etiam Amplitudo veſtra Illuſtriſſima operâ dare, vt Prælatis inferioris Ordinis exemptis, ſeu nullius Diœceſis ſi qui ſint in ſua Prouincia innoteſcat Decretum hiſce literis incluſum, tum etiam hæc reliqua, quę ei ſcribunt ſuper caſuum reſeruatione, Alex. Card. Floren.

RESOLVT. LXXXVII.

1 *Caſus reſeruati non dantur in articulo mortis ex Decret. Concil. Trid. ſeſſione 24. de ſacram. pœniten. cap. 7.*
2 *Quilibet Sacerdos poteſt quemlibet pœnitentem abſoluere in articulo mortis, etiam quod ſit ſuſpenſus, excommunicatus, vel interdictus.*
3 *Quis dicatur in hac materia articulus mortis, & vide num. 4.*
5 *In Articulo mortis etiam hæretici abſolui poſſunt.*
6 *An Catholicus poſſit percipere Sacramentum pœnitentiæ ab hæretico in articulo mortis, vide n. 7.*

Caſus reſeruati non dantur in articulo mortis.

1 QVod non dentur caſus reſeruati in articulo mortis, facit Decretum Concil. Tridentini in ſeſs. 24. de ſacramento pœnitent. c. 7. ibi (vt nulla ſit reſeruato in articulo mortis, &c.) & vide Nauar. conſ. 15. de pœnit. & remiſs. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. .., c. 19. pag. 795. Nauar. in princip. de pœnit. diſt. 6. Azeued. ad l. 5. nu. 5. verſ. eſt tamen verum, tit. 1. lib. 1. nouæ Recop. Guttier. Canon. qq. libro 1. cap. 1. n. 58. Comitol. reſponſ. moral. li. 1. quæſt. 21. n. 1. & q. 22. n. 2. & li. 5. quæſt. 14. Ledeſma in ſum. par. 1.
2 tract. de pœnit. c. 14. Et in ſpecie, quod omnis ſacerdos quoslibet pœnitentes a quibuslibet peccatis abſoluere poſſit, & excuſetur ab irregularitate clericus, qui excõmunicatione maiori innodatus interdictus, aut ſuſpenſus abſoluerit conſtitutum in mortis articulo tradunt Vuald. in Candelab. aureo par. 1. tit. de abſolut. num. 64. Nauar. in Manu. cap. 24. num. 271. verſic. ſeptimo quod. Salzed. ad Bernard. in

pract.c.33.lit.A. versic. excusabitur. Guttier.Canon. q. lib.1. cap.1. à n.56.plures per Cened. ad Decretal. Collect.25.n.9.Comitol. respons. moral. lib.6. quæst. 27. Beia respons.casuum conscient.par.4. casu.6. Ledesm.d.tract.de pœniten.cap.14. conclus.1. dubio 4.

Et ponderando verba textus Concilij, dum dicit
3 ibi (in articulo mortis) videri poterit quis dicatur in hac materia articulus mortis, quod vide apud Sylvest. verbo absolutio 1. nu.10. Reginald. in praxi fori pœnit.lib.1.nu.59.Nauar.in Manual. cap.27. nu.271. Couar.in c.alma.par.1.§.11. nu.8. Viuald. in Candelab.c.de absolut.nu.60. Soar. tomo 4. disput.26. sect. 4. Qui resoluunt non posse absolui à simplici Sacerdo-
4 te amnem transfretare volentem, sed credentem, aut dubitantem probabiliter, se naufragaturum, aut aliàs de vita periclitaturum, similiter non quemlibet obsessum ab hostibus, sed telis impugnatum, nec quamuis mulierem prægnantem, sed eam, quæ periclitatur de vita arbitrio prudentis viri.

Quod declarando insuper textum Concilij in verbo (quoslibet pœnitentes) Amplia procedere etiam
5 quod in articulo mortis absolui poterunt hæretici à quocunque Sacerdote absque aliqua bulla, vel priuilegio tenet Azor.instit.moral.par.1.lib.8.cap.19.q. 5. & resoluit post Gutier. Roias, Simanc.& alios. Cened.ad Decretal.Collect.103.nu.3. vers. in mortis.

Et ponderando verbum (omnes Sacerdotes) limi-
6 tatur non comprædere hæreticum. D. Th.3. par. q.82.art.7.ad 2.& in 4.dist.19. q.1. art.2. ad.7. Nau. in Man.c.26.nu.26.Couar.in c. alma.par.1.§.6. nu.8.
7 Posse tamen Catholicum pœnitentiæ Sacramentum percipere ab hæretico in extremo vitæ periculo tenent Can. in relect. de pœn.5. Reginal. d. lib.1. num. 60. post D.Ant. Angel. Rosel. & alios Azor. instit. moral. par.1. lib.8. cap.11. q.12.

RESOLVT. LXXXVIII.

1 *An forenses ligentur casibus reseruatis, vide nu.4.*
2 *Forenses non dicuntur subditi, & iurisdictio in subditos exerceri non potest.*
3 *Extenduntur casus ad peregrinos illius Diœcesis, cui se applicuerunt.*

Casus reseruati an ligent forenses.

1 PRima facie videbatur, quod non, quia statutum regulariter forenses non comprædendit ex latè traditis per Rotam in decis.582.par.3.diuersor.Mar-
2 ta decis.73.Item, quia forenses non dicuntur subditi, & iurisdictio in non subditos exerceri non potest, canobis, de sent. excommun. c. vt animarum, de constit.l.extra territorium, & quod ibi communiter no-
3 tatur, ff. de iurisdict. omn. iud. Extenditur tamen ad peregrinos, qui subduntur legibus illius diœcesis, cui applicuerunt Sotus in 4. sent. dist.18. q.4. art.2. vers. est hic. facit text. in c. illa dist.12.

4 Cæterum contrarium est de iure verius, vt comprædendat etiam forenses, vt in terminis consuluit Nau. cons.24. de priuileg. & facit etiam argumentum à maiori; nam si cõprædendit peregrinos, qui subdũtur legibus illius diœcesis, cui applicuerunt eo magis &c.

RESOLVT. LXXXIX.

1 *Sub generali approbatione Confessariorum non censentur concessi casus reseruati.*
2 *In generali concessione non veniunt, ea quæ requirunt speciale mandatum.*
3 *Decretum S.Congreg. Concil. de hac concessione.*
4 *Annullatio priuilegiorum facultatum, & indultorum omnium.*
5 *A casibus reseruatis nemo possit absoluere, nisi in articulo mortis.*
6 *Contrauenientes huic decreto eorum absolutio est soli reseruata Papæ.*
7 *Absolutio contra hanc prohibitionem est nulla, & nullius momenti.*
8 *Vigore Iubilæi absoluuntur reseruata, & in similibus attendendus est tenor Bullæ, vt ab illis tantum possint absoluere, num.9.*
10 *Ab omnibus casibus, in quibus ipse habet potestatem, confessarius ab eo electus, potest ipsum absoluere.*

An sub generali approbatione Confessariorum censeantur concessi casus reseruati.

1 IN hac quæstione respondi negatiuè ex doctrina Enriquez cons.25. & ex Piaseg. praxi Episcopali parte 2. cap.5. ibi. Licet autem modo præmisso approbet Episcopus inferiores Sacerdotes ad confessiones audiendas, adhuc tamen reseruati sunt ipsi certi casus speciales, qui sub approbatione, & facultate modo præmisso concesso non veniunt, nisi
2 expressè concedantur, in generali enim concessione non veniunt ea, quæ requirunt speciale mandatum, cap. si Episcopus de pœnit. & remiss. in 6. Clem. non potest de procur. Felin. in cap. Sedes, de rescript. à num.3. & de non absoluendis casibus Papæ, vel Episcopo reseruatis vltra iura antiqua emanauit recens Decretum Congreg. Concil. vt sequitur.

3 Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita iustis, & grauibus causis id exigentibus, ac de Sanctiss. D. N. Clem. Papæ VIII. speciali mandato viuæ vocis Oraculo desuper habito Sacerdotibus omnibus, tam sæcularibus, quam Regularibus per vniuersam Italiam extra vrbem degentibus ad confessiones audiendas probatis, quorumuis ordinum etiam Mendicantium, Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis Iesu, & generaliter quarumcumque aliarum quouis nomine nuncupentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum sub prætextu
4 priuilegiorum, indultorum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viuæ vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel eius authoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegijs, vel Societatibus, aut Archiconfraternitatibus, Sæcularium, aut singularibus personis, seu alias quomodocunque, sub quibusuis tenoribus formis, & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs ad cuiusuis etiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessarum, seu confirmatarum, alicui cuiusuis status, gradus, & conditionis, ac dignitatis tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis. Etiam Regiæ, vel Imperialis ab vllo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, vel alias quomodocunque Sedi Apostolicæ reseruatis, aut in futurum per Sanctitatem suam, eiusve successores in posterum sibi reser-
5 uabunt: nullo casu necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum noua, & speciali Sanctitatis suæ, aut successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad casus ab ipsis tantum reseruatos impetrata in scriptis licentia Ordinarijs locorum exhibenda absolutionis beneficium de cætero impendere audeat, vel præsumat, sed cum opus fuerit pœnitentes ad superiores, legitimosque Iudices suos accedere consulant sub pœna contrafacientibus tam Regularibus, quam sæcularibus excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum inhabilitatis, item audiendi confessiones, & ad quæcunque officia, prælaturas beneficia in posterum obtinenda ipso facto absque vlla alia declaratione in-

6 cur-

currenda, super quibus à nemine, nisi à Romano Pontifice habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis arriculo possit impartiri. Sanctitas enim sua (quatenus opus sit) facultates concessionis ipsas in hac parte vti cassas, & irritas haberi de cætero voluit, & vult non obstantibus qui-
7 buscumque. Præterea nouerint pœnitentes absolutionem si quam obtinebunt contra huiusmodi prohibitionem esse nullam, nulliusque momenti, & roboris, & ne locorum Ordinarij, quibus ius hoc reseruandorum casuum competit plurium quam opus sit reseruatione subditis, aut Confessarijs in animarum salute procuranda cooperatoribus sint onerosi, monentur omnes, vt paucos eosque tantum quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumq; sibi creditarum pro cuiusuis Diœcesis statu, & qualitate necessario reseruandos esse iudicauerit reseruent. Dat. Romæ die 9. mensis Ian. 1601.

8 Est autem aduertendum quod vigore Iubilæi, & aliarum concessionum Apostolicarum absoluuntur etiam reseruata. Papa enim dare potest facultatem absoluendi huiusmodi reseruata Episcopo, nec per hoc tollit ius casus reseruandi Episcopis debitum, sed tantum limitat aliquando ex causa iusta, & hone-
9 sta. Nauar. cap. 27. n. 263. in similibus tamen attendendus est tenor rescripti, siue Bullæ, & secundum quod fuerit expressum tantum, & non amplius potestatis ad absolutionem huiusmodi erit vsurpandum. In dubio autem pro reseruatione potius est iudicandum, vbi enim vertitur periculum animæ, quod tutius est sequendum. Host. de scrut. in ord. n. 5.

10 Insuper etiam est animaduertendum vt quo ad personam ipsiusmet Episcopi attinet in omnibus casibus, in quibus ipse habet potestatem absoluēndi Cōfessarius quoque per ipsum electos potest eum absoluere c. ne pro dilatione de pœnit. Host. in summa ibid. num. 15. etiam in delictis quorum absolutio conceditur decreto Concil. Trident. c. 6. de reform. sess. 24. Henriquez lib. 14. de irregul. cap. 18. Tolet. in Summa lib. 1. cap. 86. vdi testatur id fuisse à Sacra Congreg. Concil. declaratum, communiterque omnes asserunt, & legitur eiusdem Sac. Congr. declaratio in hæc verba.

Congr. Concil. censuit de omni peccati vinculo, de quo potest absoluere, vel dispensare Episcopus, posse etiam confessorem ab Episcopo electum ipsum Episcopum absoluere, & dispensare.

RESOLVT. XC.

1 *Casus, quos sibi de consuetudine reseruat expirant morte ipsius Episcopi.*
2 *Absolutio à successore est petenda, vel à Capitulo sede vacante.*
3 *Capitulum sede vacante potest absoluere.*
4 *Capitulum succedit in omni iurisdictione, quæ iure ordinario competit Episcopo.*

An capitulum sede vacante possit absoluere reseruata Episcopo.

1 PRo huius articuli dilucidatione præsupponendum est, quod casus, quos Episcopus sibi reseruat expirant morte ipsius, non verò illi, qui de iure, vel consuetudine ipsi reseruantur, neque illi quos per modum statuti reseruat, cum enim statutum duret,
2 ipsa etiam reseruatio durabit, & absolutio petenda est à successore, seu Capitulo vacante sede.

Hoc præsuppositio respondeo ad quæstionem pro-
3 positam, quod capitulum sede vacante absoluere potest huiusmodi reseruata Episcopo, imo & censuras, & irregularitates, in quibus Episcopus ipse dispensaret, potest dispensare, cum succedat in omni iurisdictione, quæ iure ordinario competit Episcopo cap. si Episcopus de suppl. negl. prælat. in 6. Feder. de Sen. conf. 3. & 4. Nauar. de temp. ord. conf. 31. vbi dicit capitulum sede vacante posse dispensare cum illegitimo ad minores ordines, & simplex beneficium, ex causa tamen legitima, & propter quam dispensatio esset debita, vt declarat Quar. verb. capitulum quæro 2. qui & tenet Vicarium capituli simpliciter datum, & sine speciali facultate hoc facere non posse, in facultate etiam dispensandi vigore capit. 6. sess. 24. Episcopis concessa succedere Capitulum, tenet Henriquez in summa lib. 14. de irregul. c. 20. §. 1. in fine. Genuen. in sua prax. cap. 67. num. 20.

RESOLVTIO XCI.

1 *Cōstitutus in mortis articulo absoluitur à quolibet Sacerdote etiam à casibus reseruatis.*
2 *Quisnam dicatur constitutus in mortis articulo.*
3 *Ille dicitur resignare in articulo mortis, qui è morbo, in quem incidit infra 20. dies moritur.*
4 *In contractu laborantis in extremis requiritur præsentia duorum consanguineorum.*
5 *Sequitur declarare alios casus, qui dici possunt in mortis articulo.*

Quis dicatur in mortis articulo constitutus ad effectum, vt à quolibet Sacerdote valeat absolui à casibus reseruatis ex vi Concilij Tridentini.

1 SAcrum Concilium Tridentinum sess. 21. can. 1. inhærendo antiquissimo vsui Ecclesiæ disposuit, constitutum in articulo mortis à quolibet Sacerdote posse absolui à casibus reseruatis, & optima ratione; cum agatur de periculo animæ, quæ cunctis rebus prætiosior est, l. sancimus, C. de Sac. sanct. Eccl. & præfertur corpori, c. solitæ de maior. & obed. & tali prælatione, quemadmodum ferrum auro, c. omnis anima, vbi Abbas de censibus, & vbi de periculo animæ agitur, non est disputandum de apicibus iuris, c. vbi periculum de elect. & consequenter ventilare an mea, vel tua sit iurisdictio.

Quibus sic premissis fuit dubitatum quis dicatur in mortis articulo constitutus ad effectum, quo supra; & dicebam varijs modis in iure sumi posse.

2 Nam secundum Phylosophos is dicitur mori atq; in mortis articulo constitutus, qui definit per vltimū sui esse, ita quod verum sit dicere, nunc viuit æger, immediatè post, non viuet, vel qui violenter animam agit, qualis est moriens Elisa apud Virg. lib. 4. Æneid. ad fin.

Semianimemque sinu germanam amplexa fouebat
Illa graues oculos conata attollere, rursus
Deficit.
Ter se se attollens, cubitoque innixa leuauit.
Ter reuoluta toro est, oculisque errantibus alto
Quæsiuit Cœlo lucem, ingemuitque repertam.

Semianimis siquidem propriè is est, qui in mortis articulo est constitutus, qui enim in extremis laborat, nec viuus dici potest, nec mortuus l. qui duos, ff. de manumiss. test. Roland. a Vall. conf. 37. 1. consideratione num. 23. vers. item qui laborat lib. 3. properat tamen ad mortem immediatè mortuus futurus, vnde dici consueuit, quod mortis articulus non est in multa consideratione, sic aiunt Bossius in sua praxi in tit. de iudic. num. 185. Roland. à Vall. d. conf. 37. nu. 26. lib. 3.

Secundum verò regulas cancell. præsertim illam de
3 infirmis resignantibus, in mortis articulo esse dicitur ille, qui ex eo morbo in quem inciderit intra viginti dies decesserit. Gomez. super d. regula quæst. 3.

Felin. in cap. quia verisimile num. 3. vers. & de ista renunciatione de præsumpt. licet idem Felinus in cap. Pastoralis nu. 4. de offic. ordin. dicat, quilibet Viuens in mortis articulo esset nam hoc impropriè, & largè sumi debet secundum Bart. in l. 1. num. 39. C. de sacros. Eccles. Rimin. cons. 537. volum. 5. & in consil. 775. volum. 7. Bursat. cons. 40. volum. 1. & idem Rimin. cons. 204. volum. 2.

Tertio ad hoc allegatur Bald. in c. 1. ad finem nu. 15. vers. pone statuto de pactis per tex. in l. a lumine §. final. ff. de annuis legatis, qui voluit eum in extremis laborare, qui ex ea infirmitate, in qua sit constitutus, decedat absque multis interuallis, qui ideo
4 infert ad statutum requirens præsentiam duorum consanguineorum in contractu illius, qui laborat in vltimo vitæ spiritu, quam Baldi sententiam singularem dixit Cotta in suis memoralibus in verbo extremæ mortis tempore, idem in ijsdem memoralib. in verb. mortis extremum tempus. Felin. in cap. Pastoralis num. 4. versic. quando autem dicatur de offi. iud. ord. Iaf. in l. 1. in 2. lit. num. 28. vers. facit quod singulariter, C. de sacr. sanct. Eccles.

5 Tertia fuit illorum sententia, qui dixerunt in mortis articulo constitutum dici illum, de cuius corporea salute magis est quod desperemus. Alber. in l. filiæ meæ num. 3. vers. ex hoc quæro ff. sol. matr. Rurgerus Roland. in tract. de commissarijs, & commissionibus lib. 2. cap. 17. quandoquidem num. 8. vers. sic à medico. Bald. in c. quoniam frequenter nu. 3. vers. secundo ponit exemplum, vt lite non contest. de communi Turret. cons. 15. quo ad primum num. 4. vers. accedat medicorum lib. 1. facit pract. Papien. in titulo forma capitulorum quando testes §. timeatque, & suspicetur, idem voluit Bursat. cons. 165.

Sunt denique, qui tenent, quod nauigans in mortis periculo esse iudicari poterit. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. dicto casu 61. nu. 12. non tamen puto posse dici talem esse in articulo mortis, parturiens quoque satis in mortis articulo dicitur constituta, morti enim est proxima, quæ parit, vnde Plutarch. in vita Pompei magni, at cum iterum Iulia prægnans esset filiam enixa ex puerperij doloribus expirauit, & quotidie ipsa docet experientia, atque eo magis si primum emittat fœtum, quod & rectè Mysis ancilla apud Terentium animaduertit, dum actu 1. scena 4. in Andria non satis eo casu de Lesbia confidit ait enim,

Audiui Archillis iamdudum Lesbiam adduci iubes
Sane Pol illa temulenta est mulier, & temeraria
Nec satis digna, cui committas primo partu mulierem
Huic pariundi Dij date facultatem obsecro.

Maximè si abortiat, in abortu enim vehementiores sunt dolores: sic in proposito Menoch. de præsumption. lib. 6. præsumpt. 52. num. 13. vers. dicebam itaque: sed in articulo mortis ad effectum prædictum tum puto esse talem parientem, quando primo parit, vel alias experta est partus difficiles.

Prægnans autem non potest dici in mortis articulo, licet quasi valetudinaria appelletur à tex. & Floriano ibi in l. inuiti. ff. de testib. l. 2. §. si non propter ff. si quis cautionibus, Felinus in c. quoniam frequenter num. 6. vers. & nota quam mulier, vt lite non contest, idque etiam innuit Iuuenalis satyra prima.

Densissima centum
Quadrantes lectica petit, sequiturque maritum
Languida vel prægnans, & circunducitur vxor.

Nisi recens grauida esset, quia inter valetudinarias non computatur, vel esset mulier rustica Fulgos. in l. 2. §. sed & si. ff. si quis caution. additio ad Felin. in d. c. quoniam num. 6. in vers. quasi valetudinaria, ut lite non contest.

Addenda est belli calamitas, & pestis, quo tempore dicitur quis esse in mortis articulo. Corn. cons. 131. in hac consultatione numer. 5. vers. & qui permanet volum. 4. Gomes. ad regulam Cancell. de infirmis resignantibus quæst. 9. versic. circa primum, paribus enim procedunt bellum, & pestis, quippè quæ belli certissima sit species, durissimaq; & acerbissima inter Deum, & homines. Gaill. practic. obseruat. lib. 2. obseruat. 118.

Sed quantum ad effectum absolutionis, tunc puto dici talem in articulo mortis, quando est in conflictu belli, vel quando laborat peste, taliter quod homines in illo statu communiter moriantur, & mors sit quodammodo præsens.

PRAXIS CHARITATIVI SVBSIDII.

RESOLVT. XCII.

1 *Inferiores Episcopis non possunt petere charitatiuum subsidium.*
2 *Laicus Domino suo subuenire tenetur.*
3 *Inferior Episcopis priuilegio, vel consuetudine potest exigere charitatiuum subsidium.*
4 *Superiores generales religionis possunt exigere charitatiuum subsidium, & quare amplia num. 5.*
6 *Ecclesiæ patronatæ debent subuenire Dominis suis.*

Charitatiuum subsidium an competat inferioribus Episcoporum.

1 CHaritatiuum subsidium non possunt petere inferiores Episcopis, hanc regulam originaliter tenuit expressè Abb. antiquus in cap. cum Apostolus de cens. per tex. in d. cap. cum Apostolus in §. prohibemus in fin. in versic. Arch. siue decani, nullas exactiones siue talias in præsbyteros exercere, præsumant reprobata glos. ibi in verb. exactiones, hanc etiam opinionem tenet Archid. in cap. iuxta sanctionem 16. q. 1. numer. 1. Host. in d. §. prohibemus. Abb. in d. cap. cum apostolus num. 6. Belincinus in allegat. tract. de charitat. subsidio q. 4. hanc opinionem dicit esse communem. Boer. in decis. 133. num. 2. eandem dicit etiam communem Chassanæus in consuetud. Burg. in tit. des iustices rub. 1. §. 4. fol. 35. col. 2. nu. 6. eandem opinionem tenet Mauritius in repet. l. vnic. pag. 100. C. quo loco mulieres munera subire soleant lib. 10. quæ opinio approbatur hodie de iure Regio in l. 3. in fin. tit. 23. par. 1.

2 Fallit primo in casu vbi laicus Domino suo subuenire tenetur secundum collectarium in cap. conquerente num. 5. de off. ordin. quem sequitur Gonny. in tractat. de charitat. subsid. q. 28. pag. 91.

3 Secundo limita nisi in hoc sit priuilegiatus, vel habeat consuetudo: ita tenet Host. in d. c. cum Apostolus, & ibi Bohic. num. 5. & Abb. num. 6. Boer. in d. decis. 33. num. 2. Maurit. in d. repet. pag. 100.

4 Tertio fallit nisi isti essent superiores, & capita alicuius Ordinis, vt Priores generales totius ordinis tenet id Calderin. in cons. 3. titul. de censibus, quem sequitur Chassaneus vbi supra num. 28. Boer. in d. decis. 133. num. 3. & sic si fecit magnas expensas in
5 motione pro communi vtilitate religionis, poterit exigere charitatiuum subsidium à tota religione, si non poterit soluere de bonis prælaturæ.

6 Quarto fallit in Ecclesijs patronatis, nam debent subuenire Dominis suis, & sic possunt petere charitatiuum subsidium: ita tenet Inn. in c. cum & plantare de priuileg. num. 2. quod est verum interueniente Episcopi consensu, quod etiam sequitur But. ibi num. 19. & ibi etiam Anchar. num. 12.

RESO-

RESOLVT. XCIII.

1 *Episcopus non potest apponere generale interdictum contra denegantes sibi charitatiuum subsidium.*
2 *Pro nullo commodo pecuniario potest apponi generale interdictum.*
3 *Episcopus potest apponere speciale edictum propter denegatum subsidium.*
4 *Si subditi denegauerint soluere charitatiuum subsidium, & propter hoc fuissent excommunicati persistendo in contumacia, potest Episcopus apponere generale interdictum contra eos.*

An Episcopus possit apponere generale interdictum contra subditos denegantes ei charitatiuum subsidium.

1 FVit mihi quæsitum in contingentia facti si potuisset Episcopus in casibus in quibus de iure debetur sibi charitatiuum subsidium contra denegantes illud soluere, apponere generale interdictum in sua diœcesi, cui quæsito respondi negatiuè licet possit eos excommunicare, vt in proprijs terminis notabiliter voluit Barthol. de Belincinis in tractatu de charit. subsidio q.25.num.1. pro quo est tex.in extrauag. Bonifacij VIII. incipienti prouidè attendentes in tit. de sent. excomm. in communibus, vbi dicit, quod idem est in collectore Papæ exigente decimam
2 beneficiorum, quia pro nullo pecuniario commodo potest opponi generale interdictum : ita tenet Io. And. in cap. præsenti de sentent. excom. lib.6. Cald. in tract. de interd. par.1. num.17.

Limita primò non habere locum in interdicto speciali scilicet in certa Ecclesia, nam Episcopus potest
3 illud apponere propter denegatum subsidium, quia extrauagans prædicta non habet locum in speciali interdicto, sed in generali: ita Ioan. Andr.& alij Doctores in cap. præsenti de sent. excomm. lib. 6. Cald. vbi supra. Fel. in cap. sane il 2. numer.3. de off. deleg. Aufrer. in tractat.de potest.Ecclesiæ super laicos numer.8. versic.10. potest Episcopus, de Belincinis in d. tr. q.36. num.2.

4 Limita secundo nisi subditi denegantes soluere subsidium prius fuissent propter hoc ab Episcopo excommunicati,quoniam si perseuerent in contumacia non obstante excommunicatione Episcopus poterit apponere generale interdictum, nec obstat d.extrau. quæ loquitur quando directè, & immediatè apponitur generale interdictum pro commodo pecuniario; hoc autem casu apponitur potius propter contumaciam, & solutio subsidij non est causa immediata, sed mediata, & remota : ita notabiliter concludit Ioan. Cald. in cons.8. incipienti Episcopus interdicit Ecclesiæ in tit. de sent. excom. vbi dicit hoc esse verissimum, & ita debere intelligi dictam extrauag. quam opinionem sequitur Bartholomeus de Belincinis in d.q.25.nu.4.Regnig.de Gonny. in tract. de charitat. subsidio q.12. pag.67.

RESOLVT. XCIV.

1 *Episcopus non potest exigere charitatiuum subsidium pro expeditione Bullarum.*
2 *Itidem non procedit si imminente necessitate, fructus prælaturæ non sufficerent pro expensis bullarum.*
3 *Stante consuetudine potest Episcopus exigere charitatiuum subsidium pro dictis expensis.*
4 *Consuetudo inducit annuas præstationes.*
5 *Consuetudo est seruanda, quæ est optima legum interpres.*

Charitatiuum subsidium an Episcopus possit exigere pro expeditione bullarum.

1 FVit etiam quæsitum an Episcopus possit exigere charitatiuum subsidium a suis subditis pro expeditione bullarum, & fuit resolutum quod non, per text. in cap. vt præteritæ de electione secundum verum intellectum, nam tex. ibid. quod expensæ factæ pro negotio electionis de bonis Patriarchatus fiant totaliter & verbum Patriarchatus exponitur idest de bonis spectantibus ad cameram Patriarchæ futuri secundum Goffredum ibi,& est vera opinio secundum Cardinalem n.2. q.9. contra Host. pro qua opinione facit text. in cap. cupientes in §. ad hæc, & in §. fin. iuncta gl. ibi in verb. indicauit de elect. lib.6. hanc etiam regulam ponit Boer. in decis.134. n.6.

2 Fallit primo quando fructus prælaturæ non sufficerent pro dictis expensis, & immineret necessitas pro eis soluendis, quia tunc posset Episcopus petere charitatiuum subsidium iuxta tex. in cap. cum Apostolus de censib. & ita debet intelligi dictum Chassanæi in consuet. Burg. in tit. des iustices rubr.1. §.4. fol.35. col.4. num.36.

3 Limita quando esset consuetudo quod pro sumptibus seu expensis prædictis sit contributio facienda per omnes subditos vt tenet Host.But. Anch. Card.& Panormitanus in d.c.vt præteritæ.Cald. in cons.3.tit. de cens.per tex. in c. conquestus 9. q.3. vbi dicit tex. iuncta glos.in verb.consuetudo,quod ratione consuetudinis potest aliquid peti, facit tex. in cap. fin.18. q. 11. vbi text. dicit quod monasteria debent exhibere Episcopis consueta seruitia, & ibi gl.11. dicit quod
4 consuetudo inducit annuas præstationes, & sic omnes Doctores supradicti dicunt, quod si apparet de
5 consuetudine illa est seruanda quæ est optima legum interpres, vt in c.cum dilectus de consuetudine, quam limitationem sequitur Boer. in d. decis.134. n. 7. Gonny. in tract. de charitatiuo subsidio q.6. pag. 39. cum duabus sequentibus.

RESOLVT. XCV.

1 *Charitatiuum subsidium non potest exigi vltra taxam.*
2 *Stante consuetudine cuius initij memoria non extat exigendi charitatiuum subsidium vltra taxam, potest exigi.*
3 *Consuetudo inueterata habet vim priuilegij à Principe concessi.*
4 *Dicta consuetudo habet vim legis.*
5 *Hoc quod Episcopi possint exigere charitatiuum subsidium vltra taxam stante consuetudine inueterata non procederet si consuetudo esset generalis.*

An charitatiuum subsidium possit exigi vltra taxam.

1 AQuodam interrogatus an charitatiuum subsidiũ possit exigi vltra taxam, cui interrogationi negando mihi visum fuit respondere per extrauag. Vas electionis in tit. de cens. in extrauag. communibus in §. præmissis quoque, de qua extrauag. facit mentionem. Boer. in decis.134. num.10. Gonny. in tractatu de charitatiuo subsidio q.16. circa quam regulam vide Aff. decis.136. Gram. in decis.88.

Hanc regulam ponit de Belincinis in tractat. de charitatiuo subsid.q.62. facit pro ea glos. in d.§. præmissis in verb.vel consuetudine,vbi Papa videtur reijcere, & improbare talem consuetudinem facit tex. cum glo.ver. cõsuetudinis in c. dilecti,& ibi Hostiens. & alij de maior. & obed.

2 Fallit primo nisi talis consuetudo esset antiqua, & tanti temporis,cuius initij memoria non sit in con-
3 trarium, quia talis consuetudo inueterata habet vim

priui-

priuilegij à Principe concessi, vt in c. super quibusdam in §. præterea de verb. signif. & in l. ex hoc iure in §. ductus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & æstiua, & ita tenet Abb. in cons.71. vol.11. & hanc limitationem quod consuetudo inueterata habeat vim priuilegij intelligo verâ in capaci secus tamen in incapaci vt declarat Hypolitus in singul.80. Reb. in tract. de decimis q.13. n.68. Fel. in cap. accedentes n.6. in 2. limitatione, & in c.causam quæ nu.2. de præscrip. & ibi Abb. in c. quanto not.1. de consuetud. Grat. in cons.6.nu.20. vol.1. Baldus in rep. l. Celsus in 3. par.
4 num.10. ff. de vsu capion.bus, & supra dicta consuetudo non solum habet vim priuilegij, sed habet vim legis vt in l.1. §. fin. ibi vetustatem legis obtinere, & in l.in summa in principio ibi vetustas, quæ semper pro lege habetur ff. de aqu. pluu. arcend. circa quam limitationem est notandum, quod dicatur spatium tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium Cynus in l.2. C.de seruitutib.& aq.num.9.q. 9. dicit quod spatium tanti temporis cuius initij memoria non extat dicitur spacium centum annorum, quam opinionem sequitur Cepolla in tract. de seru. vrb.præd. c.19. in principio. Rebuff. in tract.de decimis q.13. nu.94. Bertachi. in suo repertorio in verb. præscriptio il 2. col.4. Chassanæus in consuet. Burgun.in tit.des iustices §.2. rub.1. licet contrarium teneat Fel.& forte male per supradictas authoritates in c. ad audientiam nu.27. de præs.

5 Secundo limita nisi esset consuetudo generalis quod prælati exigeret, seu reciperent charitatiuum subsidium vltra taxam dictæ extrauagantis quod intelligo de consuetudine generali vniuersalis Ecclesiæ per text. in c. contra morem 100. distin. quam Papa scit,& tolerat,vt per Oldrad. in consil.254. num.8.ita etiam tenet de Belencinis in d.q.112. Gonny.in allegat. tract. de charit. subsid. quæst.16. in fin. & in quæst.18. in fin.

RESOLVT. XCVI.

1 *Charitatiuum subsidium soluitur habita ratione fructuum perceptorum.*

2 *Appellatione fructuum non veniunt distributiones quotidianæ.*

3 *In condemnatione fructuum perceptorum non veniunt distributiones quotidianæ, ratione seruitij personalis.*

4 *Distributiones non dicuntur de corpore beneficij, sed naturæ diuersæ.*

5 *Fructus dicuntur propriè qui in absentia percipi possunt deductis oneribus.*

6 *Magis laboratur in percipiendis distributionibus.*

7 *Clericus potest testari de distributionibus non de fructibus beneficij.*

8 *Annata dimidia, quæ soluitur in Cancellaria non soluitur de distributionibus.*

9 *Non præstantes iuramentum fidei personaliter prouisi de beneficijs non faciunt fructus suos, quod non procedit in distributionibus.*

10 *In contributione facienda pro seminario non includuntur distributiones quotidianæ.*

11 *Compositio debet fieri de fructibus male perceptis, non autem de distributionibus num.12.*

13 *Ex distributionibus quotidianis non debetur charitatiuum subsidium.*

14 *Indultum de lucrandis fructibus in absentia non extenditur ad distributiones.*

15 *Indultum de lucrandis distributionibus in absentia capitul. consistentes in pecunia non quæ consistunt in pane, & vino, secus si omnes consistunt in pane, & vino, num.16.*

17 *Scholares operam literis dantes non possunt percipere distributiones etiam de licentia Papæ, numer.18. quod etiam procedit in Canonico Lectore Sacræ scripturæ, num.19.*

20 *Celebrans Missam tempore horarum non percipit dictas distributiones.*

21 *Absentes in mensibus permissis distributiones non recipiunt.*

22 *Præbendati associantes suum Episcopum extra Ecclesiam non lucrantur distributiones.*

23 *Absentes ob negotia Ecclesiæ, vel sua non recipiunt distributiones.*

24 *Distributiones quotidianæ non sunt in congrua portione computandæ.*

An charitatiuum subsidium debeatur de distributionibus quotidianis.

1 RESpondi negatiuè, quia charitatiuum subsidium soluitur habita ratione fructuum perceptorum,
2 & distributiones distinguuntur à fructibus, quod probatur infrascriptis medijs primò, quia licet dentur beneficiato propter beneficium, fructus tamen non sunt, c.vnico de cleric.non residentibus lib.6. vbi latè Prob. in additionib. ad Monach. num. 53. Oldrad. cons. 118. a nume.1. & per totum Rot. decis.8. num. 1. de præb. in nouis, & decis.33. num. 1. & 2. de sentent. & re iudic. in antiq. Cassad. decis.6. num.6. de præb. Couar. lib. 3. variar. c. 13. num. 1. Lup. in l. 20. glo. fin. in fine tit. 16. parte 1. Puteus decis. 489. nu. 3. lib. 2. de Grassis decis.5. num. 1. de præb.Rot. decis. 130. n. 1. par. 1. diuers. Guttier. tit. 8. n. 2.

3 Hinc in condemnatione fructuum perceptorum non veniunt regulariter distributiones quotidianę, nec ad illas se extendit condemnatio, quia tales distributiones non sunt de corpore beneficij, sed dantur ratione seruitij personalis laboris, & mercedis, Boer.decis.340. cur statutum, vel consuetudo, nu. 4. Caputaq. decis.29. num. 1. par. 1. Puteus decisione 383. num. 1.lib.1. Rota decis.1170.num. 2. par.3.diuersor. Lancell. de attent. 3. par. c. fin.num.31. & sequentib. vbi num. 36. dicit, quod condemnatio fructuum intelligitur de perceptis iure ordinario, non autem iure speciali, allegans Cottam decis. 781.Put. decis. 489. num. 5. in fin. lib. 2.

4 Distributiones namque non dicuntur de corpore beneficij, sed sunt de diuerso genere, & diuersa natura,nec augent corpus præbendæ, ex quo dantur ratione operæ,& ministerij personalis. Oldrad. d. cons. 118. num. 4. Rota decis. 8. num. 1.de præb. in nouis. Staph. de literis gratiæ in §. noua forma expectatiuarum,n. 45. & 46. Rot.decis. 402.n. 4. par. 1.diuersor. de Grassis decis. 5. n. 4. de præb.

5 Fructus verò sunt propriè illi, qui deductis cunctis oneribus recipi possunt in absentia, & non residendo. Gomez. in reg. de valore quæs. 8. num. 3. in tract. de expectatiuis, num. 104. Mohedan. decis. 16. numero 1. de præb. Put. decis. 494. numero 2. 3. & 6. lib. 2. Achilles decis.1. num. 2. super regul.de valore.

6 Vnde cum in percipiendis distributionibus magis laboretur plenius acquiruntur, quam fructus,&
7 ita de illis potest clericus vti verus dominus liberè testari, licet non possit de fructibus.Gemin. in ca. vnic. §. qui verò, num. 3. Anchar. decis. 161. num.4. post alios ab eis allegatos de cleric.non residentib. & facit decisio.Caputaq. decis. 92. nu. 3. par. 1. nec mirum, quia potius ratione operarum impensarum,quam ratione præbend.Rot.decis.26. sub nu. 1. ante medium, vers. respondebatur, de præb. in nouis tradit etiam Redoan. in tr. de spolio Ecclesiæ, q. 10. n. 28.Couar. in cap. cum in officijs, num. 4. de test.

8 Quibus confert, quod quamuis in Cancellaria Apostolica sit soluenda dimidia annata hoc est dimi-

dia

dia pars fructuũ vnius annui beneficij à Sede Apostolica collati, cuius valor excedit 24. ducatos de Camera, tamen ad hunc effectum, vt passim videmus non taxantur distributiones cum longe à fructibus distent, nec de distributionibus annata soluitur, & propterea nulla annata soluitur de Canonicatibus Basilicæ Sancti Petri Vrbis, quamuis ad ferè mille ducatos ascendat valor, nec Ecclesiæ Toletanæ, & Hispaniæ, ac aliarum, quæ ascendunt ad ducatos duo mille vna cum distributionibus, nam ad hunc effectum solum exprimitur valor 24. ducatorum, eo quod si non residentes nihil valent. Gomez. in reg. de valore, q. 8. ante finem, versic. quia clarum est Aragon. 58. manuscript. Guttierez in q. Canonica 1. num. 122. lib. 1. Parisius de resign. lib. 10. q. 2. num. 69. licet in Canonicatibus Cathedralium Corduben. & Salamantin. Hispaniæ aliud sit, ex eo quod illorum valor consistit in magna parte fructuum ratione præstimoniorum annuorum teste decisione 1408. incipit Fab. par. 3. lib. 3. diuers. in impressis.

9 Similiter quamuis prouisi de beneficijs non faciunt fructus suos, donec iuramentum fidei personaliter, & non per procuratorem præstiterint, vt disponit Concil. Trid. sess. 24. c. 12. de reform. versicul. prouisi etiam, distributiones, tamen acquirunt, & faciunt suas, quamuis non iurauerint, vt declararunt Illustrissimi D D. Cardinales in hæc verba. Congregatio censuit distributiones quotidianas non comprehendi sub verbis Concilij hic, quoniam dantur ratione ministerij personalis, & propter operas suas & illas percipiens facit suas.

Similiter Mandos. consil. 15. num. 2. & ante nu. 5. & per totum consuluit, quod Concil. Trident. sess. 23.

10 cap. 18. de contribut. faciend. pro seminario non comprehendit distributiones quotidianas.

11 Pariter, qui possidet beneficium vigore gratiæ ab Ordinario obtentæ, licet in noua prouisione Papæ teneatur narrare fructus, quos percipit, & de illis se componere cum Camera Apostolica aliàs gratia erit nulla. Puteus cum alijs decision. 26. nu. primo.

12 Secus tamen est in distributionibus quotidianis Cas. sad. decis. 6. in princip.

13 Et sic deueniendo ad casum nostrum ex distributionibus quotidianis non debetur charitatiuum subsidium inspecto iure communi, nisi contrarium fuisset sancitum, de Belenc. in tract. de char. subsidio q. 75. num. 1. & 2. Lapus alleg. 136. numero 7. per totum Mandos. cons. 15. num. 4. Mant. consil. 1. lib. 1. post num. 89. ver. non obstat 4. vbi idem de decimis dicunt.

14 Sicut etiam indultum concessum ad lucrandum fructus in absentia non comprænderet distributiones glos. ver. adfuerint in c. vnico de Cler. non resid. in 6. & ibidem Prob. num. 50. in fine Cas. decis. 1. eod. tit. Couar. lib. 3. var. c. 13. num. 2. ad medium vers. sed quamuis Princeps.

15 Immo si indultum esset ad percipiendas etiam distributiones quotidianas in absentia priuilegiatus illius vigore haberet tantum illas, quę sunt in pecunia, non autem panem, & vinum, & alia similia quæ in denarijs non consistunt secundum Archid. in c. sacerdos n. 3. q. 2. & in c. vnico sub. n. 1. versic. non tamen talis percipiet victualia de cler. non resid. in 6. quem sequitur Lup. in l. 19. glos. las distributiones vers. & bene nota. tit. 16. partita 1. vbi declarat procedere quando quædam essent in pecunia, & quędam in pa-

16 ne, & vino secus si omnes essent in pane, & vino, & similibus, & nullæ essent pecuniæ argum. leg. fundus qui locatus est 24. cum leg. seq. ff. de fund. instruct. l. quib. diebus 40. §. Dominus, vbi notat Bart. ff. de condit. & demonstrationibus.

Quibus annecto quod literis operam dantes, vel magistri docentes in aliqua Academia ad maiorem vtilitatem Ecclesiarum, licet in absentia possint reci-

17 pere beneficiorum fructus non tamen prædictas distributiones c. licet 32. & ibi gl. ver. distributiones de præb. Couar. d. lib. c. 13. num. 2. post principium.

18 Quod etiam procedit quamuis de licentia Papæ sit absens studiorum causa, vt censuit Congreg. Sacri Conc. declarans c. 3. sess. 21. de ref. dicens sic.

Absentia causa studiorum etiam obtenta à sede Apostolica non excusat ab amissione istius tertię partis detractæ, sicuti nec excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum.

19 Idemque erat dicendum de Canonico lectore sacræ Scripturæ in qualibet Ecclesia, iuxta formam c. 1. sess. 5. Conc. Trid. nisi Papa Greg. XIII. de gratia speciali illas condonasset, vt dixit eadem Sac. Congr. sub his verbis.

Idem censendum est de docentibus in Ecclesijs, qui quamuis à seruitio chori absentes essent possunt percipere fructus suorum canonicatuum exceptis quotidianis distributionibus, sed ex gratia diebus quib. legunt habendi sunt sicut præsentes in choro, & inseruientes non modo pro illis horis, vt si mane legunt pro horis matutinis, & missa solemni sed etiam pro tota die vt declarauit S. D. N. Greg. XIII.

20 Fuit etiam declaratum quod celebrantes missam priuatim tempore horarum non debeant habere prędictas distributiones vt sequitur.

Qui tempore, quo cantatur vna hora in choro, missam celebrat in eadem Ecclesia, vel deuotione, vel obligatione non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest, si vero iussus fuerit à superiore vt celebraret tunc reciperet, superior tamen debet cauere à tali iussione.

21 Eadem & maiori etiam ratione, qui absunt tribus mensibus à Conc. Trid. concessis per c. 12. sess. 24. de ref. nequeunt pro illo tempore consequi quotidianas distributiones, vt etiam declarauit Sacr. Cong. 3. Aug. 1586.

22 Nec prætermitto quod præbendati associantes suum Episcopum extra Ecclesiam non lucrantur distributiones c. de cætero c. ad audientiam de cler. non resid. l. fin. tit. 16. par. 1. Boer. decis. 17. nu. 12. ac declarauit ead. Congregatio sacra sic.

Non possunt Canonici videlicet duo, aut plures associantes eorum Prælatum quandoque volentem audire missam non in Cathedrali, sed in alia Ecclesia ciuitatis participes fieri distributionum quotidianarum, quę non nisi præsentibus, & inseruientibus dătur.

Accedit tex. in c. cum non deceat 3. de elect. lib. 6. ibi quotidianis distributionibus duntaxat exceptis

23 vbi habetur quod absentes a suis Ecclesijs, & ad Curiam accedentes pro vtilitate Ecclesiarum debent habere fructus, non tamen quotidianas distributiones Boer. d. decis. 17. num. 16.

24 Nec in congrua portione assignanda sunt computandæ quotidianæ distributiones. Rebuff. in tract. de cong. port. q. 8. nu. 83. & 86. Rota decis. 5. num. 4. & per tot. part. 2. diuers. de Grassis decis. 6. num. 12. & 13. de præb. & passim seruat. Rota.

PRAXIS CENSVS.

RESOLVT. XCVII.

1 *Contractus emphyteoticus supponit dominiũ concedentis.*
2 *Qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens.*
3 *Enunciatiua in contractibus, probat inter ipsos contrahentes, donec contrarium probetur.*
4 *Per inuestituram non probatur dominium, nisi aliunde constet.*

5 An-

5 *Antiqua instrumenta probant dominium etiam inter alios.*

6 *Per instrumentum locationis, non probatur dominium locantis.*

An per instrumentum venditionis cum onere soluendi censum probetur census.

AN instrumentum emphyteusis probet dominium illius, qui in eodem instrumento dicitur esse dominus: & emphyteusim concessisse, aduersus Titium, qui in eodem instrumento dicitur ab eo accepisse, & videtur quod probet, quia contractus emphytoticus præsupponit dominium concedentis, l.2. l.final. C. de iur. emphyteut. l.1. ff. si ager vectigal. vnde qui accepit in emphyteusim videtur omnino fateri concedentem esse dominum quasi necessarium antecedens, seu suppositum contractus, quia qui vult consequens videtur velle necessarium antecedens l.ad legatum l. ad rem mobilem ff. de procurat. præterea, verba etiam enunciatiua, quæ reperiuntur in contractibus, probant inter ipsos contrahentes, donec contrarium probetur l. optimam C. de contrah. & comm. stipul. l. cum aliquis C. de iure de lib. c. cum venerabilis de except. l. contrahitur, ff. de pignor. ca. omnes 27. quæst. 2. & hoc sane quando illa, quæ enunciatiuè dicuntur in scriptura sunt necessaria in contractu, de quo agitur, vt ait Anton. c. illud de præsūp. Matthæsil. sing. 70. Alias probat Alex. consil. 136. col. 1. lib. 1. Dec. latè consil. 389. visa longa serie, n. 9. & plures alij relati per nouum add. Matthæs. d. sing. 80. & præterea Diaz. l. iurisgent. §. quod fere. n. 3. ff. de pact. Decius latè in Auth. si quis in aliquo n. 34. Iacob. nu. 152. C. de edend. vt autem emphyteusis celebretur necessarium est præmittamus concedentem esse Dominum, igitur, &c. & ita quod ex contractu emphyteotico celebrato tanquam super re Ecclesiæ, probetur Ecclesiam esse proprietariam, seu dominam, docuerunt Bald. & Imol. l. cum tale §. fi. ff. de cōd. & demonst. per tradita in l. cum falsa C. de iur. & fac. ignor. & l. qui rem C. locati, & l. plures apochæ C. de fid. instrum.

Sed his minimè obstantibus contrarium verius est, vt videlicet ex instrumento inuestituræ non probetur dominium concedentis emphyteusim, vel feudū, non solum contra alios, qui est casus sine dubio, quia res inter alios, &c. sed nec contra ipsum recipientem seu conducentem ab Ecclesia, seu alio particulari nisi aliunde probetur ita Dynus, & Bartolus in l. legatā inutiliter, col. 2. ff. de adim. legat. argu. illius tex. & l. ad probationem C. locati Alex. post. Bartolum in l. si alienam, ff. solut. matr. num. 3. Ioan. Fabr. §. æque si agat vers. 4. quæritur iust. de act. P. Iacob. in sua praxi in fine primi libelli Ias. l. 2. n. 178. C. isto tit. Aret. in l. si aliquam rem, ff. de acq. pos. vbi Ripa num. 39. in fin. Claud. Marmer. in repet. l. naturaliter, §. nihil commune num. 25. ff. de acquir. pos. Ioan. Rymin. cons. 410. nu. 3. vol. 3. & in cons. 93. num. 18. lib. 1. & n. 15. Alex. consil. 43. visis, & ponderatis num. 7. lib. 4. & consil. 12. viso processu col. 1. nu. 4. eod. lib. vbi testatur hanc esse communem sententiam, rursus eandem communem esse profitetur Carol. Ruin. cons. 191. præmittendum est nu. 17. lib. 1. & n. 18. inquit ab hac opinione non esse recedendum, tenet idem Ruin. cons. 47. n. 6. lib. 1. Barba. in cons. 50. l. rem quæ nobis col. 4. ff. de acq. pos. Curt. iun. cons. 41. n. 8. vbi dicit, quod ista est vera & communis conclusio Soc. cons. 89. nu. 16. & 18. lib. 1. innititur autem hæc recepta sententia ratione mihi parum concludenti ex regula generali, quod inducta ad diminutionem non debent operari contrarium effectum: proinde cōcessio in emphyteusim, quæ inducit ad diminutionem vtilis dominij, quod transfertur in accipientem non debet operari dominium, seu probationem dominij in concedente, si aliunde non probatur, ista .n. ratio licet persuasiua non est efficax: quia concessio emphyteusis non fit ad diminutionem iuris concedentis, nec partes illud agunt, aut intendunt, sed fit ad rem meliorandam pro Domini, & emphyteutæ communi vtilitate, vt diximus q. 2. nec ex hoc ius dantis censetur diminutum propter recognitionem, & solutionem pensionis; melior ergo videtur ratio prædictæ communis sententiæ: quia dominium non pendet ex assertione concedentis rem emphyteuticam, vel recipientis; nam, & aliena res potest in emphyteusim concedi sicuti, & vendi, l. rem alienam ff. contra empt. similiter, & locari, l. si vrbana prædia. ff. de cond. ind. quamuis ab alio sit possessa l. nemo C. locati, qua consideratione, & ratione dissoluuntur argumenta ex aduerso adducta, & hac ratione vtitur Riminaldus d. cons. 98. num. 25. & d. cons. 410. nu. 4. licet & rationem communem referat pro ea tamen est tex. clarus, & ibi doctores in l. ad probationem C. de prob. tex. cum gl. verbo locauisset, & ibi Abb. nu. 5. in c. cum venerabilis de relig. do. & in c. cum venissent col. 4. de rest. spoliat. tradit. Guill. c. Rayn. verb. & vxorem n. 445. cum seq.

Qua retenta infertur primo, quod etiam si instrumentum inuestituræ, seu emphyteusis sit antiquum, imo, & hominum memoriam excedat, adhuc ex eo nō probabitur emphyteusis, seu feudum; licet .n. antiqua instrumenta probent dominium etiam inter alios, vt tradunt Bald. & alij l. cum aliqui C. de iur. delib. at instrumentum concessionis emphyteuticæ, licet valde antiquum non probabit dominium concedentis secundum communem, quia cum talis concessio tendat ad diminutionem iuris concedentis, certè non potest inducere probationem dominij, quod est augmentum, & æque militat ratio, siue instrumentum sit antiquum, siue modernum; & ex hac ratione ita consuluit Car. Ruin. cons. 161. num. 17. & 18. lib. 1. & satis voluit Specul. de emphyteusi, vers. 57. n. 72. cum ait quod si antiqua chartula dicit, quod Ecclesia concessit Petro in emphyteusim rem, quam nunc habet Martinus non probabit talis chartula dominium contra Martinum, quod bene notandum ait Feli. cap. cum causam n. 3. ver. ideo eleganter de prob. quicquid de instrumentis antiquis locationum in contrarium scribat Aymon plures citando cons. 54. n. 11. proinde vulgaris traditio interpretum post Bal. in d. l. cum aliquis de prob. dominij per antiqua instrumenta limitari debet circa confines antiquos: vel attenta communi ratione debet intelligi, vt non procedat in instrumento emphyteuticæ concessionis, licet nimis antiquo: quamuis Fel. d. c. cum causam, n. 3. vers. intellige vt puto velit, quod si inuestitura esset in forma instrumenti, & esset antiquissima, bene probaret dominium Ecclesiæ: quod cum superioris sententiæ rationibus in hac materia non congruit.

Secundo infertur, quod & si maximè verba instrumenti quantumuis enunciatiua probent inter ipsos contrahentes, vt in allegata l. optimam, non sic erit in instrumento inuestituræ, vel emphyteusis: quia non probabit dominium concedentis etiam aduersus recipientem attenta ratione cōmuni, & id planè agnoscunt Bar. Dynus, Alex. & alij, qui communem sententiam sequuntur nouissimè Carol. Ruyn. dict. cons. 161. num. 13. & erit hæc singularis limitatio ad l. optimam vltra tres alias, quas eleganter scribit nouus Addit. Mathesil. dicto sing. 80. quarum alteram de enunciatione eius rei, quæ non pendet a voluntate partium ponit optimè Alciatus, cons. 9. num. 12.

Tertio infertur quod si quis priuatus, aut Ecclesia agat rei vendicatione, & ad probationem dominij (prout requiritur iuxta l. in rem actio. ff. de rei vend.) asserat instrumentum emphyteuticæ concessionis fa-

ctæ à

ctæ à se, vel anteceſsoribus ſuis non ideo obtinebit, quia vt reſoluimus num. 3. & tradit nouiſs. Marcus deciſ.615. num.31. inſtrumentum emphyteuſis non probat dominium concedentis emphyteuſim, niſi aliunde probetur per alios modos, quos ſcribunt Bar. & alij in l. rem quæ nobis, quæ eſt vltim. ff. de acqu. poſs. vbi Iaſon num.27. & 28. Bar. Bald. l. cum ſuper l. indicia. C. de rei vend. Canon. in cap. illud de præſumpt. & in capit. cum cauſam de prob. Soc. conſ.54. num.3. vol.3. latè Paul. Pariſ. conſ.104. nu. 9. & 103. lib.1. & num.169. & conſ.115. num.81.lib. 8. & conſ.57. num.44. lib.4. Guid. ſing.484. nouiſſimè Claud. Marmer. in repet. l. naturaliter. §. nihil commune ex num.19. ff. de acquir. poſſeſs. Rymin. conſ.93. lib.1. & alij paſſim, qui tamen omnes fatentur valde difficilem eſse dominij probationem, vt ante eos dixit gloſs. l. etiam §.1. verbo deberet. ff. de petit. hæred. text. cap. ſæpè de reſt. ſpol.

Quarto infertur ſimiliter ex ſuperiori concluſione
6 per inſtrumentum locationis non probari dominium locantis, vnde ſi inſtrumentum dicat, quod à te conduxi talem rem tuam, non probatur dominium, vt eſt text. in cap. inter dilectos, vbi notat Felinus,n.8. de fid.inſtrum.l. ad probationem, vbi docuit Bald. in fin. verſ. quæro ſi inſtrumentum. C. locati, & vtrobique Doctores communiter Pariſ.conſil.27. volum.4. & conſil.136.num.80.col. fin. lib.1. & conſ.202.ſuper cauſa,vol.2.Abb.conſ.34.illa quinque dubia,col.pen. votum 2. Gabriel Sarai in addit. Matthæ. ſing.80. in fin.& conuincitur illis rationibus, quibus vulgò receptum eſt,dominium non probari ex inſtrumento emphyteuſis,ſiquidem magis arguit emphyteuſis dominium concedentis, quam locatio, & verba illa ſunt enunciatiua, quæ non operantur, niſi circa valorem actus,qui geritur, hoc eſt locationis, non circa dominium, de quo principaliter non agebatur tempore locationis, vnde ſi poſtea de dominio principaliter agitur non proficiunt illa verba enunciatiua in inſtrumento iuxta doctrinam Anton. in alleg. cap. illud de præſumpt. & Matheſ. vbi ſupra, & quæ latiſſimè circa illam doctrinam ſcribit Crauetta de antiquit. temp. 1.part. ex num.57. & 58. vbi & hanc noſtram illationem tradit,vt meminit nouiſſimè iudicioſus Ioannes Maria Nouarius in quadam ſua allegatione manuſcr. in ſimili articulo facta.

RESOLVT. XCVIII.

1 *Cenſus vitalitius non poteſt conſtitui in genere ſuper omnibus bonis, ſed requiritur certum corpus.*
2 *Cenſus non poteſt conſtitui, niſi ſuper certo corpore in ſpecie in Regno Neapolitano.*
3 *Quando corpus ſuppoſitum cenſui vitalitio alienatur voluntarie, procedi poteſt ad reſciſſionem contractus.*

An inſtrumentum cenſus vitalitij poſſit reſcindi ob alienationem corporis ſuppoſiti in conſtitutione ipſius.

1 PRo dubij propoſiti declaratione notandum eſt, quod cenſus vitalitius non poteſt in genere conſtitui ſuper omnibus bonis,nec etiam in perſona venditoris cum obligatione, & hypotheca omnium ſuorum bonorum, ſed neceſſario requiritur certum corpus ſuper quo conſtituatur cenſus prædictus, ita reprobata opinione Cou. & aliorum ſcripſit Nauar. in cap.1. num.81. 14. q.3. & etiam in dict. clement. de vſur. vbi pro hac ſententia allegat. Ioan. Anton. Ioan. And. in cap. in ciuitate de vſur. & alios, idem probauit Aluar. Valaſ. in tract. de iure emph. quæſt. 32. num.20.Greg. Lopez in commentar. ad ll. Taur. l.28.tit.5.partic.5.Guttie.& alij,quos reprobata eiuſdem Couarruuiæ, & aliorum ſententia probat nouiſſimè Molin. in tract. de contractibus, diſp.388. in verb. communior tamen ſententia, & eiſdem reprobatis idem probat And.Facch.lib.2. contr.in cap.44. probat etiam Surd.conſ. 318. toto,& in ſpecie nu.13. vol.3. & Rod. quos duos vltimos probat Scipio Rouitus Regius conſiliar. & doctor eximius in pragmat. vnica in tit. de cenſib. num.16.& 17.

Confirmatur hæc ſententia ex Bulla Nicolai Quinti recepta in hoc Regno, & obſeruata pro lege vt iuſſit Rex Alphonſus,vt habetur in d.prag. vnic. de cenſibus, qua cauetur quemlibet annuum cenſum non
2 poſſe conſtitui, niſi ſuper certo corpore in ſpecie, vt etiam probant Pet. Foller.in tract.de cenſibus in cap. incip.cenſus enim dici ſolet num.49.vt legitur tom.6. tract.par.2. fol.143. Cannet. in extrauag. num.10. & ſeqq. fol. mihi 164. Rouit. d.num.16. & 17. & quamuis ſecundum Bullam Pij Quinti poſſit etiam cenſus conſtitui ſuper pluribus corporibus bonorum, melius tamen eſt etiam ſecundum dictam Bullam, vt conſtituatur ſuper certo corpore Ferdin. Rebell. in tract. de obligatione iuſt. par.2. lib.10. de cenſibus quæſt. 4.num.1. & ſeqq. de qua re cum dubium ſit, ſi dicta Bulla Pij Quinti ſit recepta in hoc Regno, & Bulla Nicolai ſit receptiſſima etiam pro lege ideo ſtandum eſt Bullæ Nicolai, vt conſtituatur cenſus ſuper certo corpore: vnde ob defectum corporis non exiſtentis, ſuper quo cenſus fuit conſtitutus licitè proceditur ad reſciſſionem contractus, hanc concluſionem probat Canettus dicto capitulo ſucceſſiuè ſubnectitur, num.11. & ſequentibus, fol.164. poſt Caſſador, Roland. à Vall. conſil. 35. num. 41. volum.1. Menoch. de præſumpt. libro 3. præſumption. 106. numer.17. & ita in cenſibus in genere conſtitutis pluries reſolutum fuit in Rota Romana etiam quando venditor promiſit renouare fideiuſſores intra certum tempus, & promiſſa non adimpleuit, prout vidi in allegatis deciſionibus in hac cauſa per DD. Aduocatos Almæ Vrbis, & probat etiam nouiſſimè Farinac.deciſ.827. per totam, & præcipuè numero ſecundo, nec obſtat ſi dicatur deciſiones prædictas in cenſibus realibus procedere, & non in cenſibus vitalitijs; eſt enim diuinatio,nam vt ſuperius dictum eſt. concluſion.1. contractus vitalitius nequit conſtitui ſine certo tempore, vt etiam poſt alios probauit Molin. diſput.387. tota in tract. de contract. Facchin. libro 2. controu. iur.
3 capitul.44. & alij, & ſucceſſiuè ſi corpus ſuppoſitum cenſui vitalitio alienetur voluntariè per venditorem vtique eadem ratio viget reſciſſionis contractus ob non exiſtentiam corporis: alioquin eſſet aperta via fraudibus, vt in voluntate venditoris eſſet fraudare emptores eorum pretio, & ita annis elapſis fuit deciſum per Magnam Curiam Vicar. in cauſa Ioannis Angeli Montanarij cum quibuſdam Porterijs Sacri Conſilij procedendum eſse ad liquidationem inſtrumenti cenſus vitalitij ob non exiſtentiam corporis ſuppoſiti cenſuali contractui, immo in cauſa dicti Ioannis Angeli cum eiſdem Porterijs fuit deciſum ob non ſolutionem tertiarum procedendum eſse ad liquidationem inſtrumenti, & ita audiui iudicatum in alijs cauſis, & conſequenter non debet aduerſarijs videri durum ſi per Sac. Con. fuit iudicatum in hac cauſa ob alienationem corporis procedendum eſse ad reſciſſionem contractus prout eadem ſententia mediante fuit reſciſus, & condemnati conuenti ad reſtitutionem capitalis vna cum tertijs, vt legitur fol.40. in dicto proceſsu penes Viuium actorum magiſtrum.

RESOLVT. XCIX.

1 *Clauſula dummodo licita, & honeſta in confirmatione Papæ, non habet locum in expreſſis.*

2 Ac-

2 *Aequum est vt emptor rei fructiferæ, si non soluit pretium vt soluat fructus pro rata temporis quos venditor percipere potuisset, maxime si accessit confirmatio Papæ.*

3 *Pactum de redimendo censum intra certum tempus est de iure positiuo.*

Impositio census facta sub conditione redimendi censum certo, & statuto tempore an sit valida.

REspondi in hac quæstione cum decis. Rotæ in vna Romana nullitatis census. 5. Maij 1597. coram Corduba, cuius tenor est.

Andreas Quenus de mense Febr. 1583. vendidit Ioan. Lunanis officium Notariatus pro pretio sc. 4000. & Ioan. emptor. pro satisfactione partis d. pretij constituit censum scut. octuaginta, super scripturis dict. officij venditi; pro ducatis mille, cum pacto quod Ioan. teneatur censum redimere post sex annos, in quo contractu fuit reseruatum beneplacitum Sedis Apostolicæ, & non aliter, nec alio modo, qui contractus fuit postea de verbo ad verbum insertus in supplicatione, & confirmatus per sedem Apostolicam, sed cum pars hæredum Ioannis prætenderet dictum pactum fuisse illicitum, & vsurarium, & illud non comprehendi sub dicta confirmatione Apostolica, re per Dominos sæpè discussa primum coram Illustris. & Reuer. Cardinali Blanchetto tunc Rotæ Auditore, deinde coram me tandem 5. Maij 1597. fuit resolutum intrare confirmationem Papæ, & dictum pactum fuisse sub illa comprehensum ex pluribus.

Primo quia id apparet ex lectura supplicationis, in qua dicitur, quod partes deuenerunt ad supradictos contractus, & concordiam, ac conuentiones, & pacta sub beneplacito sedis Apostolicæ, & cupiunt, & supplicant illa omnia contenta in instrumento confirmari, & propterea simpliciter confirmat, ex quo fit vt censeatur etiam confirmasse pactum constitutionis census ex eo modo quo fuerat factũ, cum sit insertum in eodem instrumento, cap. olim decis. 1. in antiq. & decis. 9. in nouis Felyn. in cap. super literis nu. 10. extra de rescript.

1 Non obstat clausula apposita, videlicet dummodo licitè, & honestè, &c. quia stante insertione totius instrumenti, & quod petebatur etiam confirmatio aliorum pactorum, de quibus in schedula non inserta, illa clausula intelligitur, quoad contenta in dict. schedula inserta, & fuit dictum in legionensi iurisdictionis 11. Maij 1580. coram Rer. Patre D. meo Decano in illa schedula, quorum confirmatio petebatur, propterea noluit confirmari, nec secuta ex eis nisi cum illa clausula quatenus essent licitæ, & honestę cum ignoraret, quæ & qualia forent, quæ ratio non adaptatur ad pactum, de quo quæritur cum illius tenor esset insertus instrumento, & propterea videtur, quod facit vt confirmatum dicatur ex certa scientia cap. vlt. confirm. vti. vel inutil. & ibi post Abbat. Dec. num. 1. Rom. consil. 128. num. 7. Ferrer. cons. 38. num. 6. Ruin. consil. 227. num. 5. lib. 4. & tenuit Rota coram Reuer. patre D. meo Pamphilio 26. Nouembris 1594. in vna Veronensi exemptionis.

Secundo moti fuerunt Domini, quia præstat iustam causam, cõfirmatq; maxima æquitas cum enim venditio, & constitutio census sint positæ in eodem instrumento, taliter quod venditor non fuisset venditurus, si census non fuisset constitutus, sufficit ad effectum, quod actus dicantur correspectiui etiam quod habeant causam l. cum eisd. §. interdum de ædil. sed. Bart. in l. Aur. §. idem quæsijt num. 3. de lib. l. Dec. cons. 245. n. 5. & cons. 421. col. 1. & in l. petens 2. not. C. de pac. Tiraq. de retract. lignag. §. 22. glos. 1. n. 2. Corn. cons. 36. & 117. vtroque num. 14. lib. 2. & cons. 57. nu. 17. & 119. n. 10. lib. 3. Soccin. consil. 273. n. 4. lib. 2. Felyn. in ca. pastoralis n. 7. de rescript. Crescẽt. decis. 28. Mohedan. 114. Peregr. 85. Put. 214. lib. 3. & dec. 3. de Symon. & fuit dictum coram D. meo Decano 28. Aprilis 1578. in vna Romana donationis Rot. diuers. decis. 446. n. 7. parte 3. coram Sanctissimo.

Stante ergo correspectiuitate cum Andreas officium vendiderit, & scripturas tradiderit, & consignauerit, & Ioan. pretium rei emptæ non persoluerit omnis æquitas clamat, quod pro rata prętij fructus rei emptæ soluat, propter fructus, quos recipere potuisset venditor ex re sua l. curabit C. de act. empti. Couarr. var. resolut. l. 5. cap. 4. n. 5. versic. 3. & 8. Nauar. consil. 21. sub tit. de vsuris lib. 5. Afflict. decis. 20. num. 4. Gabriell. de empt. & vend. conclus. 4. maximè quia cum scripturæ istæ soleant locari pro annua locatione octo pro centenario, & in vrbe iniri societates super illis, vt fuit consideratum coram Reu. Patre D. meo Decano in vna Romana societatis 6. Nouembris 1580. qui quidem fructus correspondent fructibus taxatis inter ipsas partes, censetur per huiusmodi constitutionem ad sex annos potius dilata dilatio ad soluendum pretium taxato interesse proportionabili ad dictas scripturas ad Paul. de Castr. in leg. 3. numero 3. de eo quod cer. loco. Menoch. de arbitr. libro secundo, cas. 119. Moder. de probat. conclusion. 934. numero 17. Mohedan. decis. 1. & 3. de vsur. Rot. diuers. decision. 67. numero 1. parte 1. 2

Neque obstat quod in casu, de quo agebatur nulla poterat mora considerari ex quo breui manu prætium censebatur solutum Andreæ, & deinde Andreas satisfactus de illo censum imposuisse, quia vltra quod ad hoc vt intret dispositio huius æquitatis satis est mora regularis vt not. Couarr. & alij supradicti, non possunt adaptari casui nostro, quia verba contractus cantant, quod mille ducati debeant permanere ad annuum censum super scripturis, & sic apparet, quod pretium non fuit solutum, nec fictio breuis manus debet operari conditionem deteriorem alterius contra dictam æquitatem, quod tanto magis locum habere videbatur Dominis, quia in hoc casu hæredes Ioan. agunt de maximo lucro, quod consequentur computando in sortem principalem omnes fructus iam solutos, & è conuerso Annibal. tractat de damno maximo vitando cum vltra æstimationem sortis principalis teneretur ad restitutionem fructuum in notabili quantitate.

Nec obstat quod pactum de redimendo censum infra sex annos sit contra substantiam census cum in illo interuenerit mutuum cum lucro, Nauar. num. 122. rationem assignat Petr. Arag. de iustit. & iur. quæst. 29. art. 4. colum. fin. & quod non sit verisimile illud confirmare, quia ex deductis apparet responsio, quod voluit, & quod potuerit, dubitari non potest quia quamuis vsura sit contra ius Diuinum tamen 3 quod pactum de redimendo intra certum tempus sit contra substantiam census, & illud vitiet, fuit inductum iure positiuo in extrauaganti D. Mart. V. Calisti III. quibus Papam derogare potuisse certi iuris est, imo dixerunt Domini in illa Vrbeuetana census Lunæ 16. Iunij 1593. coram Reuerendissim. Patre D. meo Gipsio quod census formati ante constitutionem Pij V. cum pacto redimendi quoties imponens, &c. sustinentur per longam consuetudinem faciendo similem impositionem, dummodo huiusmodi consuetudo sit recepta a maiori parte populi credentis non fore contractum vsurarium ad Doct. Bartol. in l. vt quis fugitiuus §. apud Labeonem n. 1. de ædil. ed.

quem

quem sequitur Alexand.consil.39.nu.2.lib.3. Cepol. de simul. cont. in prin. num.4. Bartol. de epit. par.1. lib.3. quæst.14. num.9. Tiraquell. de pen. temp. causa 48. num.8. Grat. consil.39.num.4. lib.2. Gabriel. de crimin. conclus.8. nu.3. Couar. in 4. par. cap.2. §. 3. nu.3. de vsu, & consuet. capit.2. nu.1. Nauar.in c. 1. §. tanto nu.3.de pœnit. dist.5.

RESOLVT. C.

1 *Census debet imponi super bonis liberis.*
2 *Vendens annuos redditus super bonis suppositis fidei commisso, pro aliquo pretio, potest cogi ad pretij restitutionem.*
3 *Ante euictionem sequutam agi non potest.*

An census impositus super bonis fideicommiss. subiectis valeat.

REspondi negatiuè, ex quo inter ea, quæ concurrere debent ad huius contractus validitatem
1 illud principale est,vt imponatur super bonis liberis, vt tradunt Thesaur. in decision.152. Viuius in decis. 73. per text.in extrauag. Regimen. de emptione, & venditione,& ita iuxta præsentem opinionem censuit Rota Romana in vna Bonon.census 20. Martii 1600. coram Penia, vbi secundum Farinacium decis.304. census impositus super bonis subiectis fideicommisso
2 cum expressa prohibitione alienationis, nullus est, & venditor cēsus,& fideiussores ad restitutionem pretii recepti tenentur, vnde cum bona, super quibus census fuerat impositus essent fideicommisso, & perpetuæ prohibitioni alienationis subiecta,non valuit cōtractus,& propterea potuit emptor rescindere impositionem census, & compellere venditorem ad pretium restituendum,Dec.consil.102.n.10.versic.etiam quando lib.6. & tenuit Rota in vna Romana census de Cuppis die 27.Martii Anno 1577. coram D. Seraphino Oliuario,& in alia Spoletana terrarum die 11. Nouembris 1599. coram D. Mellino, & iterum in eadem die 6.Martii 1600.coram eodem,& sæpè alias, cum enim bona non possent dari libera, proindè est ac si fuissent euicta,& consequenter locus erat restitutioni prætii, seu sortis principalis, l. si venditione ff. de euict. l. super empt. Codic. eodem, quo casu talis rescindens compellere poterat fideiussores sibi obligatos ex quauis causa, in casu etiam inualiditatis, & rescissionis contractus,Dec.consil.30.nu.4. versic.sed in quæstione Paris.consil.79.num.42. & consil.97. nu. 25.lib.2.Tiraquell.de retract.lignag. §.1. glo.2. num. 2. quod sine difficultate videbatur dicendum in hoc casu, in quo fideiussores de legitima euictione, & generali defensione se obligauerunt, qui propterea tenebantur promissa adimplere Grammat. decision.
3 272. numero secundo, & tertio, & licet generaliter ante sequutam euictionem agi non posset, ea tamen regula limitatur multis modis, vt patet in prædicta decis. in causa Romana de Cuppis, in qua contra fideiussores promittentes emptori tradi liberam,ante euictionem agi potest glo. in l. qui rem in versicul. non potest C. de euict. Olasc. decision.24. nu.4.Dec. dict. consil. 102. in fin.

Supradictis accedebat,quia fideiussorum obligatio erat etiam secundum formam prouisionum Bononien. quibus cauetur, vt bona debeant tradi libera Alexan.consil.63. numero 11. lib.6. Dec. consil.483. numero 18.

RESOLVT. CI.

1 *Emptor secundus cui realiter possessio fuit tradita præfertur primo emptori.*
2 *Electione pendente venditio non dicitur perfecta.*
3 *Hypotheca, & constitutum in contractu census non sunt pro principali,sed tantum pro solutione census.*

Censuarius contractus an dicatur validus si fuerit constitutus super prædiis eligendis nunquam facta electione, & an creditor medio tempore sit anterior.

COntractus fuit declaratus nullus per Senatum in materia census ex eo, quia fuerat constitutus census super viginti quinque iugeribus eligendis per censuarium emptorem ex maiori pretio, quæ electio nunquam facta fuerat,cum esset contra formā Bullæ, & fuit dictum non posse ideo inquietari tertium possessorem conuentum hypothecaria pro solutione cēsuum, cum super bonis ab eo possessis nulla posset extare hypotheca, cum fuissent vendita pendente electione, nam non potest ex illo contractu dici ius aliquod reale translatum in emptorem census, etiam
1 quod adesset clausula constituti, immo secundus præfertur,cui realiter possessio fuit tradita Bartol. consil. 74.Morot.cons.44.Boer. decis.183. n.6. qui loquitur
2 de ista electione,quòd illa pēdente nulla fit venditio.
3 Minus autem potest competere hypotheca contractu resoluto, quia hypotheca, & constitutum in contractu census,non sunt pro principali, sed tantum pro solutione census, quia principalis nulla est obligatio, cum non cogatur venditor nisi volens pretium restituere ex bullarum tenore, & in instrumento nulla solet fieri promissio restitutionis pretij,dicerem tamen ex quadam æquitate competere hypothecariam contra tertium pro pretio facta plena excussione: ita fuit decisum in causa Olerij, & Baruchi me referente 1614. 21. Aprilis.

PRAXIS CITATIONIS EDICTALIS.

RESOLVT. CII.

1 *Citatio per edictum fit contra interesse prætendentes, & dicitur per edictum, quia in muro fieri solebat.*
2 *Citatio per edictum non potest fieri à quocumque iudice, sed à Principe, eius delegato, vel magistratu ordinario,non tamen à pedaneis iudicibus.*
3 *Dicta citatio debet fieri in scriptis, vt appareat expeditam esse, quæ affigitur post publicationem in locis vicinis. num.4.*
5 *Citatio per edictum debet pluribus publicis locis publicari,& affigi, saltem duobus, vel tribus.*
6 *Citatio dicitur nulliter exequuta, nisi sit relicta copia parti, quamuis sit affixa.*
7 *Citatio per edictum fit contra vagabundum, vbi versari solet,si clericus sit in foribus Ecclesiæ, quæ tamen non fit quando constat de loco certo.*
8 *In edictali citatione affigenda debent adesse duo,vel tres testes, & tempore celebrationis diuinorum, & exequutor debet explicare modum, & formam contentam in citatione. num.9.*
10 *Locus non tutus pro citato allegatur.*
11 *Edictalis citatio fit post nominationem,& ante confirmationem beneficij.*
12 *Cum accipitur hæreditas beneficio legis, & inuentarij in tali inuentario necessaria est citatio per edictum.*
13 *Edictalis citatio fit etiam per iudicem laicum in causa possessorij beneficij per viam extraiudicialis defensionis.*
14 *Dum aliquis vult promoueri ad sacros ordines fit citatio per edictum à Prælato,vt de eius moribus fide &c. deponatur.*
15 *Clericus non residendo trina monitione affixa in valuis Ecclesiæ,nisi venerit, beneficio priuatur.*

16 Re-

16 *Requiritur saltem pars citationis edictalis, cum fit copia instrumenti cancellati.*

17 *Contumax per citationem edictalem, refectis expensis auditur. num.17.*

De citatione per edictum nonnulla practicabilia.

COnfundunt nonnulli citationem per edictum cum citatione per proclama, cum sint quodammodo diuersæ, idcirco relinquo has differentias, & necessarijs incumbam.

1 Citatio per edictum fit contra interesse prætendentes, diciturq; per edictum, quia proponitur in Albo, siue in muro, vt fieri solebant prætorum edicta, vt dicit Summus Pontifex in clement. prima, de iudic. de qua Specul. in titul. de citation. §. sequitur numero decimo tertio, versicul. & nota secundum Vbertum glos. Petr. de Anchar. & alij in dict. Clement. vbi Ioan. de Vanquell. conclusion. quinta, dicit tamen Specul. in loco allegato, hanc citationem non esse in vsu, cuius contrarium video seruari maximè cum de hac citatione meminerit Iulianus in l. Senatus §. Diuus ff. de iure fisci de hac citatione per edictum habetur per Rotam in nouis in decision.367. incip. si committatur Hyeronim. Treurler. disputation. selectar. libro primo, disputation. 4. Thesi.2. in fin. Petr. Gregor. Syntagmat. iuris vniuers. libro 48. capitul.7. numero 6. cum pluribus sequent. Fusc. de visitation. libro secundo, capitul. 5. numero primo, Termineus in processu iuris scripti. capitul.12.

2 Declara primo citationem per edictum non fieri indistinctè per omnes iudices, vel magistratus, quia à minoribus (nisi delegatis à Principibus) & à pedaneis iudicibus citationes huiusmodi fieri nequeunt, vt dicit Specul. in dict. titul. de citat. §. sequitur numero 13. Hinc Ioan. de Vanquell. in dict. Clement. prima, sub conclusion. quinta, dicit aduerte tamen quod non omnes iudices possunt modo prædicto citare per edictum, sed solum ordinarij maiores, & delegati à Principe, non autem Pedanei iudices, qui solum habent cognoscere de vilibus causis paruis, similiter nec delegati inferiorum à Principe, ita notatur in l. sancimus C. de iudic. Hoc idem voluit Maranta in Specul. aureo parte sexta, titul. de citation. sub numero 63. Rebuff. ad constit. Galliæ tomo tertio, rubric. de citat. numero 94. & in Concord. Galliæ titul. de constitution. in verb. per edictum.

3 Declara secundo hanc per edictum citationem debere scriptam esse, aut saltem in actis describi, vt citationem expeditam esse appareat Marant. in Specul. aur. parte sexta, titul. de citation. numer. 62. Quia frustra diceretur illam poni debere in Albo, vt statim dicam.

4 Declara tertio debere affigi post illius publicationem in albo siue in locis vicinis citati, in quibus verisimiliter citandi notitiam habere possint capit. vbi periculum de elect. in 6. Clement. vnica de for. compet. l. dies cautionis §. toties de dam. infect. vel in curia aut in platea publica, vel in Valuis Palatij Marant. in loco alleg. numero 64. Ioan. de Vanquel. in dict. Clement. prima, de iud. conclus. vltim. in fin. Cassador. in decision. 4. titul. de dol. & contum. & in decision. 1. titul. de appell. de albo, qui vult videre legat Duaren. disput. libro 5. capitul. 48. Coras. Miscell. lib. 4. cap. 6. Cuiac. obseruat. lib. 10. cap. 10. & lib. 21. cap. 24. Chartat. in decision. Genu. 14. numero 2. 3. 6.

5 Subdeclara non debere solum legi citationem per edictum, & publicari in vno loco, sed in pluribus locis, & affigi non in vno loco, sed pluribus saltem duobus, aut tribus argument. l. pluralis de reg. iur. in 6. voluit Rota in nouis in decision. 79. incip. si committatur causa, & antea Rota in ant. quis in decision. 522. incip. Nota quod si committatur. Gail. practic. obseruat. lib. 1. obseruat. 57. numero 3. & 10. Vbi inquit in camera Imperiali dari supplicem libellum, in quo exprimere debet pars. supplicans ad minus tria loca vicina domicilio citandi, vel quod hoc sit in cancellaria facturus, desiere tamen affigi, & affixam dimitti, Rota in nouis dict. decision. 223. Peregr. in decision. nouissima Roman. 260. in decision. 268. libro 2. volum. 3. & in decision. 136. libro 3. volum. 3. Rebuff. in concord. Franch. titul. de constitution. in verb. edictum. Cassador. in decision. 4. numero 1. de dolo, & contum. & in decision. 1. numero 2. titulo de appell. Bellam. in decision. 538. numero 1. Termineus in processu iuris scripti capit. 12. Asin. in practic. §. 6. capit. 6. requisito 4. Peregr. in decision. 332. num. 5. lib. 3. vol. 3.

6 Subdeclara quod citatio dicitur nulliter exequuta quamuis sit facta affixio, nisi sit relicta copia parti Rota in nouis in decision. 223. incip. si committatur Verall. in decis. 109. num. 2. lib. 1. Tholom. in decis. 773. lib. 3. vol. 3.

7 Declara quarto citationem per edictum fieri contra vagabundum non habentem ciuitatem permanentem, vel certum domicilium, quia tunc publicatur, legitur, & affigitur in loco vbi vagabundus conuersari solebat, & si est clericus in foribus Ecclesiæ Marant. in dict. tit. de citation. numero 64. Gail. libro 1. obseruat. 57. numero 4. & 5. Herman. Vulteius iuris prudent. Romanor. lib. 2. cap. 28. vers. edicto fit, vel domi vbi habitare solebat Veral. in decis. 117. n. 4. lib. 1.

Subintellige non fieri citationem per edictum, quando constat citandum esse in loco certo Gamma in decis. Lusit. 237. num. 1.

Declara quinto citationem per edictum procedere & fieri contra latitantem, vel taliter se occultantem ne citatio ad ipsius notitiam perueniat, de hoc loquitur Clement. prima, de iudic. Marant. in dict. tit. de cit. numero 65. Gail. libro 1. obseruat. 55. numero 4. & obseruat. 57. num. 1. Rota in nouis in dict. decision. 223. Rebuff. ad constitut. Galliæ tomo 3. tit. de locat. num. 96. & in concord. Franch. in rubr. de const. in verbo edictum in princip. Rota in antiq. in decision. 753. dic quod Termineus in processu iuris scripti cap. 12.

8 Declara sexto, quod dum ista edictalis citatio affigitur debent esse duo vel tres testes, & hoc ex lege huius Regni Neapolitan. per constitut. Regni incip. citationis literæ, de qua post Iser. in capitul. primo, colum. secunda, de milite vasallo, qui contumax est Marant. in dict. titul. de citat. num. 64. & 65. Arnon. in problemate 60. Tholom. in decisio. nouissim. Rom. 1016. lib. 3. vol. 3.

Subdeclara non sufficere affixam fuisse ad valuas Ecclesiæ, nisi dicatur tempore celebrationis diuinorum, & vbi populi multitudo Tholom. in decision. nouissim. Roman. 1057. libro tertio, volumine tertio.

9 Declara septimo exequutorem siue nuncium citationis per edictum non debere facere simplicem relationem, sed referre per Notarium qualiter fuit exequuta citatio explicando modum, & formam in illa citatione contentam, non autem simpliciter, prout in literis ita Bellamer. in decisione 200. quod refert & sequitur Vestrius in praxi Curiæ Roman. libro quarto, titul. tertio, in fine, & hoc specialiter in citat. per edictum non in alijs post Panormitan. in consil. vigesimo octauo, volumine primo, & Dec. in consil. 538. viso puncto numero septimo,

ptimo, voluit ibidem Grauat. sed sufficere quod in actis dicatur edictum fuisse affixum Socin. sen. in capitul. accedens numero 33. de purgat. canonic. quam sequitur Fuscus de visitat. librorum capit. quinto, numero primo, & in relatione nominet testes, coram quibus citauit Rebuff. ad constitut. Galliæ tomo tertio, tit. de cit. art. 2. glos. 4. numero quinto, & sexto.

10 Declara octauo locum non tutum allegari posse per citatum ob bellorum fortè, & inimicitiarum impedimenta, vt scripsit Maranta in dict. tit. de citat. num. 66. Gayl. lib. primo, obseruation. 57. num. secundo, sed hoc mihi speciale non videtur in citatione per edictum cum locum habeat, & in alijs Rebuff. ad constitution. Galliæ tomo tertio, titul. de citat. num. 67. & in concord. Franciæ tit. de constitut. in verb. edictum in princip.

11 Declara 9. citationem per edictum fieri quando facta est nominatio ad beneficium, siue ius patronatus Ecclesiasticum antequam electus confirmetur argument. cap. final. de elect. in 6. voluit Rocch. de Curte de iure patron. in verbo honorificum, quæst. 38. proponitur enim edictum vt subijciantur examini, vt eligatur magis idoneus, de quibus habetur in Concilio Tridentino session. 24. cap. 18. incip. expedit de reform. super quo scripsere Nauarr. in summ. confess. cap. vigesimo quinto, num. 139. Ioann. Bapt. Antonus in Cathechis. Neapolitano fol. 43. Cotta in decision. nouissim. Roman. 48. & Seraphin. Oliuar. in decision. 481. num. septimo, volum. 4. Francisc. Viui. in decis. 309. Ripa obseruat. 373. & post eum Ioann. Baptistæ Costa de remed. subsidiar. remed. decimo tertio, num. 13.

12 Declara decimò citationem per edictum necessariam fore in inuentario faciendo cum accipitur hæreditas cum beneficio legis, & inuentarii iuxta legem final. C. de iur. deliberat. quia etsi eo casu creditores certi sint citandi tamen incerti, & incogniti sunt citandi per edictum, licet aliqui velint esse citandos per proclama, inter quos est Maranta in d. tit. de cit. num. 69. quia tamen affixione illius opus est, ideo necesse est per edictum esse debere, vt est de mente Alex. & Ripæ in l. rem, quæ nobis, num. 45. ff. de acquiren. possess. Corn. in d. l. fin. Cassador. decis. 1. titul. de appell. Duran. de arte testandi titul. 9. cautela 8. vers. 6. vide tamen. Guid. Pap. in tractat. de inuent. num. 50. Porcellin. in tract. de inuent. §. quartum, num. 7. Roland. a Valle in consil. 53. num. 23. volum. 2. Phanuccium de Phanuc. in tract. de inuent. parte 3. num. 20. Didac. Spino. in Specul. test. gloss. 35. num. 21. Surd. decis. Mantuan. 8. num. 8. Port. commun. opin. lib. 1. conclus. 45. vers. Septuagesimo nono. Gabriel. in tit. de cit. conclus. 1. num. 264. Cardin. Put. decis. 267. num. 4. lib. 3.

13 Declara vndecimò, solet expediri citatio per edictum per iudicem sæcularem in causa possessorij beneficij per viam defensionis extraiudicialis in spoliatione Laici, vel Clerici, & vltra quod habemus iura Regni hoc disponentia, vt in cap. Regni, primo incip. ad regale fastigium, secundo omnis prædatio, tertio finis præcepti charitas, quarto charitatis affectus. Aflict. decis. 2. & 24. quod non solum seruatur in hoc Regno, vt per Grammat. decis. 78. sed in Gallia, Hispania, Lusitania, Venetijs, Sabaudiæ, Florentiæ, in Camera Imperiali, & in toto Orbe Christiano Guid. Pap. decis. 1. num. 1. 71. num. 1. & 85. Rebuff. ad constit. Galliæ tomo 1. tit. de sent. exequ. art. 1. glos. 11. & tomo 2. tit. de benefic. cadauer. art. 1. glos. 3. & tomo 3. tit. de mut. possess. art. 5. gloss. 1. num. 19. Boer. decis. 69. num. 23. Francisc. Marcus decis. 190. num. 6. volum. 1. & 215. num. 3. vol. 2. Cacher. decis. 116. Thesaur. decis. 82. num. 1. & 117. num. 1. & 131. Valascus consult. 93. Berous consil. 56. vol. 3. Crauett. cons. 258. Natta consil. 411. num. 1. volum. 3. Minsynger. obseruat. 57. cent. 2. Menoch. de recup. possess. remed. 15 num. 120.

14 Declara duodecimò, citationem per edictum emittit prælatus, dum vult aliquis, ad Sacros ordines promoueri, vt denuntient de illa persona ætatem institutionem, mores, doctrinam, & fidem Concil. Trident. sess. 23. c. 7. incipiente S. Synodus. Fuscus de visit. lib. 2. c. 5. num. 2. cauebatur antea ex cap. quando 24. dist. Cucchus instit. Canon. Maior. lib. 4. tit. 12. Timot. de iustit. visit. lib. 1. tr. 3. c. 19. Lancellott. lib. 1. instit. Canon. titul. communia tam maiorum, quam minor. ord. §. præcedet autem, & ad materiam adde Ioann. Franciscum de Pauinis in baculo pastorali, siue de visitatione par. 2. qu. 6. per totum.

15 Declara decimotertiò, citationem per edictum fieri notum est, quando beneficiatus non residet in Ecclesia sua residentiam exigente, quia tribus vicibus, per trina edicta monetur, quod reuertatur ad residentiam, quæ in foribus, ac valuis suæ Ecclesiæ affiguntur, & expectatur postmodum per semestre tempus intra quod si non venerit, beneficio priuatur, cap. ex tuæ, vbi Panorm. & alij de cleric. non resid. Maranta in Specul. par. 6. tit. de cit. num. 72. Concilium Tridentinum aliam prouisionem, ac pœnam statuit sess. 24. de reform. cap. 1. incipiente cum præcepto.

16 Declara decimoquarto, citationem partis saltem per edictum contra interesse prætendentes requiri, dum reassumitur, vel fit copia instrumenti cancellati, Cappella Tholos. decis. 417. incipiente, item an valeat reingrossatio Rota in nouis. decis. 10. incip. Fuit dubitatum vtrum.

Declara decimoquintò, citatum per edictum, vel
17 per contradictas dici fictum contumacem, & ideò refectis expensis debet audiri etiam contra rem iudicatam Verall. decis. 128. lib. 1.

PRAXIS CLAVSVLARVM.

RESOLVT. CIII.

1 *Clausula appellatione remota quos effectus pariat.*
2 *Appellationis causa quando est inferenda, & iustificanda.*
3 *Clausula appellatione remota intelligitur solum quo ad nominatos in rescripto.*
4 *Nominatus in rescripto, qui repræsentat aliam personam, dicitur tertius.*
5 *Statutum remouens appellationem intelligitur inter contrahentes.*
6 *Appellatio quando tollitur semper intelligitur respectu litigantium.*
7 *Clausula appellatione remota non intelligitur quando sententia est notoriè iniusta.*
8 *Etiam si sit dictum omni, & quæcunque appellatione remota.*
9 *Appellatio nunquam censetur prohibita, vbi constat de notoria iniustitia.*
10 *Appellatio ab excessiua taxatione, nunquam censetur ablata.*
11 *Clausula appellatione remota intelligitur de contradictoribus de facto.*
12 *Clausula appellatione remota posita in persona delegati nunquam transit in subdelegatum.*
13 *Item est odiosa, & respicit præiudicium tertij.*

Clausula appellatione remota quid operatur.

1 DE effectibus huius clausulæ, vide Doct. in c. 2. de rescript. Franc. in cap. pastoralis, de appellat. Lapum allegat. 121. num. 3. in fine, & num. 4. & ibi Mandosius in ver. appellatione remota, Martil. in singular. 295. addentes ad Abb. in c. 1. num. 1. verbo inferior, de rescriptis.

2 Hæc clausula operatur, vt in appellatione sit inferenda causa per quam iustificetur appellatio, quæ debet per appellationem probari, Franc. in cap. pastoralis, num. 9. & 10. de appellat. Felyn. in c. quo ad consultationem, num. 20. de re iudicata, & fuit resolutum in causa Romana Casalium 14. Decembr. 1562. coram Orano, & faciunt tradita per Guidonem Pap. decis. 27. & decisio 436. qu. 1. in fine. Aufrer. in additionibus ad Capell. Tholos. in decision. 341. num. 3.

3 Et intelligitur solum quo ad nominatos in rescripto non autem, quod ad tertium, quia ea non obstante potest appellare cap. super eo, vbi Doctor. Cardin. in 7. notab. Abb. n. 7. vol. 3. Dec. in consilio 198. n. 4. in fin. Menoch. de adipiscenda remed. 4. num. 896. & sentit Rot. in d. causa Romana Pecuniaria 19. Ianuarij 1598. coram Mellino.

Amplia, vt procedat etiam si Princeps in rescripto cum clausula de plenitudine potestatis remoueret appellationem, Alex. in cons. 84. n. 4. vol. 3. Menoch. de adipiscend. remed. 4. n. 847.

4 Item amplia etiam si nominatus repræsentet aliam personam, quia tunc respectu illius dicitur tertius, & clausula non operatur Rota in causa Regin. S. Thomæ 20. Decembr. 1576. coram Robusterio decis. 100. nu. 11. in fine par. prima, in nouissimis.

5 Vnde statutum remouens appellationem, vel alias exceptiones ratione guarentigiæ intelligitur solum inter ipsos contrahentes Cardin. in c. super eo in 7. notab. vers. ex his infert Abb. n. 4. Felyn. num. 1. Dec. num. 7. de offic. deleg. Felyn. cap. qualiter in primo num. 13. vers. limita tamen de accusationibus, Ias. in l. si vnus, §. ante, num. 3. ff. de pactis, Alex. in cons. 83. num. 13. & cons. 84. n. 8. volum. 4. Paris. in consil. 107. num. 125. vol. 3. Menoch. de adipiscend. remed. 4. num. 848. & fuit dictum in dicta causa Romana Pecuniaria coram Mellino.

6 Et est generale quando tollitur appellatio intelligitur respectu litigantium, non autem respectu tertij, qui non litigauit Doct. in cap. super eo. de offic. delegati, & in c. cum super de re iudicata glos. in l. creditor in principio verbo pone, ff. mandat. Bartol. in l. 1. §. interdum, n. 4. ff. à quibus appellar. non lic. Fel. in cons. 49. n. 9. Corset. in suis singul. verb. appellatio in princ. in 4. Fallen. & in verbo clausula in primo verbo Add. Menoch. de adipisc. remed. 4. n. 846.

7 Hæc autem clausula non operatur quando sententia est notoriè iniusta, & constaret de manifesto grauamine glos. in cap. ex conquestione verbo post appellationem, de restitut. spoliat. Abb. in cap. inter cætera, num. 3. de re iudicata, & in cap. Pastoralis, nu. 14. de appellat. Ripa in c. 1. num. 3. vbi addentes ad Abb. num. 1. verbo inferior. in fine de rescript. Alex. in consilio 113. num. 9. volum. 5. cons. 91. num. 2. vbi Natta in additionibus vol. 6. Dec. in cons. 49. num. 3. & cons. 524. num. 9. Lancellott. de attentatis appellatione pendente limitatione 8. num. 8. & sequ. Verall. decis. 87. par. 2. Graff. decis. 2. num. 8. de solutionibus, & fuit resolutum in causa Romana de Matthæis 11. Maij 1562. coram Orano, quam refert Lancellott. in dict. tract. de attentatis in d. limitatione octaua, num. 24. in fine, & est extensa per Verall. in d. decis. 87. & fuit etiam resolutum in causa Cesenaten. bonorum 9. Martij 1598. coram Peregrino, & in causa Colonien. mercium 19. Ianuarij 1600. coram Seraphino, & in causa Hispalen. & Corduben. præstimoniorum 19. Decembris 1601. coram Lancellot.

8 Amplia vt procedat etiam si dictum esset omni, & quacunque appellatione remota, vt fuit dictum in d. causa Romana de Matthæis 21. Maij 1562. coram Orano, in qua aderat clausula quacunque, &c. Qua non obstante Domini resoluerunt non operari in illo casu, in quo aderat notoria iniustitia.

9 Et est speciale, quod vbicunque prohibetur appellatio non censetur prohibita, vbi constat de notoria iniustitia, & manifesta iniquitate Glos. in cap. ex conquestione ver. post appellationem, vbi Bald. nu. 5. in fine de restitut. spoliator. Alex. in cons. 77. num. 22. Menoch. de adipiscen. remed. 4. n. 850. & seq.

10 Neque tollit appellationem ab excessiua taxatione, quia solum refertur ad appellationem à diffinitiua in negotio principali, non autem ad illam, quæ interponitur ab incidentibus, & accessoriis, Salicet. in l. fin. n. 8. vers. quæro tertio, eod. de sentent. Felinus in cap. causam, quæ num. 27. de rescript. & ita tenuit Rota in causa Regien. Sancti Thomæ 10. Decembris 1576. coram Robusterio, vt in decis. 100. n. 11. par. prima in nouissimis.

Hæc clausula appellatione remota fuit postposita,
11 &c. In gratia directa executori literarum intelligitur de contradictoribus facto, Francus in c. primo in fine principii vers. vel poterit, de concess. præben. lib. 6. Put. decis. 271. num. 6. volum. 3. Achil. decis. 4. nu. 11. de senten. excommunicat. Lancellot. de attentatis appellatione pendente limitatione 8. num. 41. & fuit resolutum in causa Mediolan. Parochialis 16. Martii 1588. coram Plato, & in Panormitana Archidiaconatus 15. Iunii 1590. coram Pegna. Item intelligitur tam respectu petitoris, vt fuit resolutum in causa Hispal. & Cordub. præstimoniorum 16. Nouembris 1601. coram Lancellot. & facit Bald. in l. incerti, in fine, C. de interdictis, Rota decis. 10. n. 34. &
12 nu. 20. par. prima in Nouissimis. hæc clausula posita in persona delegati non transit ad subdelegatum Moderni in cap. super quæst. §. si verò de officio delegat. & faciunt, quæ dicunt DD. de delegato in cap. primo in 2. notab. de rescriptis.

13 Item hæc clausula est odiosa, & respicit præiudicium tertii, Decius in c. si pro debilitate, nu. 29. de officio delegat. ad intellgentiam c. super quæst. §. si verò eodem tit.

RESOLVTIO CIV.

1 *Clausula vocatis vocandis facit exequutorem de mero mixtum.*
2 *Exequutor mixtus tenetur assumere partes iudicis.*
3 *Clausula vocatis, & c. posita in gratia, si in euidentem, quid operetur.*
4 *Et intelligitur quatenus de iure sit vocandus.*
5 *Clausula seruatis seruandis æquipollet clausulæ vocatis vocandis.*
6 *Clausula vocatis vocandis in rescripto conditionali quid operetur.*
7 *Causæ præparatoriæ iurisdictionis sunt examinandæ summariè.*
8 *Iurisdictione conditionali non impleta, an & quando processus sit nullus.*
9 *Clausula vocatis vocandis importat formam iuris.*
10 *Item tollit subreptionem.*

Clausula vocatis vocandis quid operetur.

1 HÆc clausula facit exequutorem de mero mixtum, qui tenetur seruare formam rescripti, alias nulliter agit cap. exhibita, vbi Abb. in vltimo notab. & ibi addit. de iudic. Cardin. consilio 63. num.

n.1.Dec.consl.173.num.2.Felin.in c.de cætero,nu.10. de re iudic.Rot.decis.30.eodem titul.in nouiss.& 12. ad finem,de offic. delegat. in nouiss. Felin.in dicto c. exhibita,num.4.Gomes. in c. statutum 77. de rescrip. in 6.& fuit dictum in causa Mediolan. Parochialis 16. Martij 1588. coram Plato,& vide in causa Legionen. Prioratus 19. Decembris 1586. coram Pamphilio, & fuit resolutum in causa Tuden.Parochialis 4.Decembris 1562.coram Pamphilio,& in Siracusana beneficij 19.Martij 1597.coram eodem, & vide in causa Toletana 11.Februarij 1602.coram Sacrato.

2 Et hoc casu tenetur assumere partes iudicis, vt per Doctor.in c.fin.de præsumpt.Rota in causa Ciuitatis Castelli Sancti Fortunati 23. Maij 1597.coram Pegna.Dec.consl.173.n.2.Card.consl.63.Felin.in dict. c.fin.n.23. cum alijs supra allegatis, & fuit dictum in dicta Mediolanen. Parochialis coram Plato.

3 Hæc clausula posita in gratia si in euidentem operatur, quod non possit procedi extraiudicialiter, vt fuit dictum in causa Leodien. Census 29. Ianuarij 1590. coram Corduba, & vide in causa Mediolanen. bonorum 19.Februarij 1587. coram Seraphino.

4 Hæc clausula intelligitur quatenus de iure sit vocandus,Abb.in c.exhibita, nu.6. vers. quæro, qui sunt vocandi,de iudicijs,Veral.decis.58.lib.in manuscript.

Stante hac clausula possessio per exequutorem data non citato illo est nulla ad tradita per Paris. consl. 45. num.5. & 6. lib.4. & fuit dictum in causa Farettana Parochialis 3. Iunij 1589. coram Pamphilio.

Hæc clausula apposita in gratia, seu priuilegio tollit vitium subreptionis Card. consl.92. num.2. in fine, & num.3.

Stante hac clausula possessio capta appellatione pendente, vel tempore dato ad appellandum est nulla, & attentata, vt fuit resolutum in causa Siracusana beneficij 19.Martij 1597. coram Pamphilio.

5 Huic clausulæ æquipollet clausula seruatis seruandis,vt probat Rodan. in tract. de rebus Eccles. non alienand.in rubric.de causæ cognitione,n.64. & licet hæc latius pateat,tamen non aliud significat, vt patet ad sensum, item quia puritas terminorum in vtraque seruatur, quando agitur de præiudicio Tertij, ita etiã probat Caualcan.in decis.46.num.415.par.1.vbi allegat Abbatem in cap.exhibita in vlt. notabili de iudic. Zabarel.in consl.63.& consil.92.Dec.in consl.173.vol. 2.& in consl.275.Alex.in consl.217. vol.2.

6 Si hæc clausula est apposita in rescripto conditionali, puta vocatis vocandis si inueneris talem esse filium sacerdotis, & dat iurisdictionem conditionalem, ideo processus, & sententia inde subsequuti sine causæ cognitione sunt nulli ipso iure Lapus allegat. 28. in principio, & importat cognitionem conditionis Rota decis.21.de rescrip.in Antiq.Staphil. de literis gratiæ,in 2.par.vers. citatio personalis, nu.4. Lancellot. de attentatis in 2. par. cap.2. ampliatione 11. num.22.& vide Hieronymum de Tortis in consil. suo posito post consilium septimum Antonij de Butrio,

7 vbi quod huiusmodi qualitas requisita, quæ allegatur ad præparationem causæ debet primo probari in præparatorijs in l. non ignorat, & ibi Bald. C. qui accusare non possunt, ideo sicut præparatoria summaria,ita & probatio in præparatoria summaria esse debet,& ita scribit Paul. de Castro in consl. 182. nu.4. in fine,vol.1.quod quando datur iurisdictio conditionalis cum clausula Constito,tunc iudex potest audire,& summariè cognoscere præparatoria posita in conditione.

8 Declaratur hæc conclusio, vt conditione non impleta circa iurisdictionem conditionalem processus intantum est nullus,inquantum processum fuerit contra absentem, cæterum contra præsentem valet, quia sibi imputandum est, cur non oppositit Lapus in dicta allegat.28. in fine, versicul. hæc vera.

9 Item hæc clausula operatur, vt iudex teneatur seruare formam iuris Rota decis.3. de rescrip. in nouiss. & decis.12. de legat. in nouiss. & diffusè scribit Marchesan.de commissione par.2.c.3.n.21. & sequente.

10 Item operatus, quod aliqua subreptio allegari non posset,quia ex quo iudicialiter procedendum est pars conqueri non potest Zabarella in consil.92. Dec. in consl.232. in princ. vbi loquitur in dissolutione vnionis, Menoch. de arbitr. casu 201. numer.140. qui alios refert.

RESOLVT. CV.

1 *Clausula vt asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur testificari.*
2 *Impetrans narrans alternatiuè sufficit verificari alterum.*
3 *Clausula vt asseris quomodo differat à clausula vt asseritur.*

Clausula vt asseris quid operetur.

1 HÆc clausula, vt asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur iustificare asserta, secus in clausula vt asseritur Rota decis.60. & 77. de rescriptis in Antiq. Dec. in cap. iurauit, numer.1. de probationib. Cassad. decis.4. numer.1. eod. titul. & decis.7. de iurepatronat. Rota decis.445. num.2. part.1. diuer. & fuit resolutum in causa Salamantina Pensionis 23. Ianuarij 1574. coram Grasso, & decis.38. alias 2. numer.3. & 4. de probat. Card. consl.69. num.6.Gig. consl.48. num.40.

2 Adde tamen, quod si impetrans loquatur alternatiuè,vtputa vt asseris de Iurepatronatus laicorum,vel Clericorum sufficit, quod alterum sit verum, vt non teneatur aliud iustificare, Cassad. decis.4. de probat. & decis.7. num.8. de iurepatronat.

3 Adde etiam, quod clausula vt asseris differt à clausula vt asseritur Rota decis.60. de rescrip. in antiq. & decis.472. num.2. par.1. in nou.

RESOLVT. CVI.

1 *Clausula Motus proprij non extendit dispositionem.*
2 *Neque operatur contra proprios filios.*
3 *Nihil operatur in præiudicium tertij, & num.8.*
4 *Facit dispositionem fauorabilem.*
5 *Non firmat priuilegium contra ius alterius.*
6 *Effectus clausulæ Motus proprij, qui sint.*
7 *Clausulæ Motus proprij, & ex certa scientia parem vim habent.*
9 *Motus proprius non operatur ad postulationem partis.*
10 *Clausula ex certa scientia, non operatur in præiudicium tertij.*
11 *Nec operatur in his, quæ sunt facti, & quid in inuestituris, num.12.*
13 *Clausula Motus proprij,& ex certa scientia nihil operatur in dispensationibus sine causa.*
14 *Dispensationes sine causa etiam Motu proprio non sustinentur propter clausulam Supplentes.*
15 *Clausula, Supplentes, quos defectus suppleat.*
16 *Motus proprius non inducit dispensationem.*
17 *Nec inducit derogationem legis, per quam ius est quæsitum fisco.*
18 *L.Nec damnosa,C.de precib.Imperat. offerend. quomodo limitetur.*
19 *Motus proprius non excludit importunitatem obtinentis.*
20 *L.1. C. de petitionibus sublatis lib.10. declaratur.*

Clausula Motu proprio quid operetur.

1 HÆc clausulæ Motu proprio, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis non extendunt dispositionem ad maius præiudicium, quam sit expressum Sarnen. de iur. quæst. q. prima n. 2. & q. 4. n. 7. Alex. cons. 37. in fin. lib. primo Soci. iun. cons. 64. n. 6. & 13. lib. 2. & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli bonorum. 17. Augusti 1583. coram Robusterio, vt in decis. 551. lib. 2.

2 Nec operatur contra proprios filios, de quibus non est facta mentio, Ias. in leg. Gallus, §. & quid si tantum, nu. 104. Paris. num. 11. Bolog. num. 232. vers. quod procederet, & num. seq. ff. de liber. & posthum. Curt. sen. cons. 13. num. 22. & fuit dictum in causa Ciuitatis Castelli bonorum, 27. Augusti 1583. coram Robusterio.

3 Clausula Motus proprii nihil operatur in præiudicium tertii, Felin. in cap. ad aures numero 25. de rescript. Rot. decision. 240. num. 3. parte prima in Nouissimis.

4 Sed facit dispositionem fauorabilem Rota d. decis. 240. num. 14.

5 Non firmat priuilegium contra ius alterius, Rota decis. 451. par. prima in nouissimis. Item ex falsa causa annullatur, sed Motus proprius tollit subreptionem ex parte impetrantis, non autem eam, quæ sit re ipsa Rota decis. 175. & seq. par. prima in Nouis.

6 De effectibus huius clausulæ Motus proprii, vide Gabriel. in tit. de clausulis conclus. 2. num. 16. Item quadraginta sex effectus huius clausulæ congerit Rebuff. super concordatis Franciæ in tit. de forma mandati Apostolici, & ibi etiam ponit plurimos effectus, quos ista clausula operari non potest.

7 Per hanc clausulam omnes surreptiones sublatæ censentur, vt per Canonistas in cap. si Motu proprio, de præbendis lib. 6. Bald. in l. finali, C. de crimen. sacrileg. Ias. in cons. 184. col. 3. vers. tertio respondeo. vol. 2. Quoniam tantam vim habet quantam clausula, Ex certa scientia, vt post alios, quos citat notat Cravet. in cons. 241. num. 19. vers. ad clausulam. Et concessionem fauorabilem, reddit, & ampliat, Gozadin. in cons. 8. num. 20. Grat. in con. 9. num. 178. libro primo Roman. in cons. 327. Curt. sen. in cons. 66. col. 6. versic. confirmatur.

8 Sed hæc non procedunt in præiudicium tertii, vt dictum fuit, addo Glos. in cap. si Romanus, de præbend. Hostiensis, & Ancharan. in c. causam il secondo de testibus, Socin. iun. in cons. 77. num. 104. volumine primo Alciat. responso 162. nu. 4. Socin. sen. in consil. 115. col. prim. vol. 3. qui respondit clarè hanc clausulam non tollere vitium subreptionis in alterius detrimentum, Roland. in cons. primo n. 110. vol. 3. Ruin. in cons. 18. nu. 12. & cons. 226. nu. 11. & cons. 228. n. 3. vol. primo Dec. in cons. 487. Curt. iun. in cons. 242. n. 9. Gozadin. in cons. 14. n. 18. Paris. cons. 11. n. 120. vol. primo.

9 Item nihil operatur cum ad partis postulationem Princeps aliquid concedit Socin. iun. in d. cons. 77. n. 98. vol. primo, quia sicuti per importunitatem Princeps concessit, item per importunitatem dictam clausulam addidisset censetur.

10 Immo etiam si addidisset clausulam ex certa scientia, quoniam, & ista in tertii præiudicium nihil operatur Socin. iun. in d. cons. 77. num. 126. vol. primo Roland. in d. cons. 7. n. 103. vol. 3. Aretin. in consil. 15. num. 6. Curt. iun. in cons. 142. num. 8. versicu. non obstat Paris. cons. primo nu. 84. & cons. 11. num. 121. vol. 2. Grammat. decis. 104. num. 2. Ægid. in decis. 475. Geminian. in cons. 104. col. pen. & finali, vbi latè hoc probat, & respondet ad cap. si pluribus, de præbend. li. 6. quod ibi non tractatur de præiudicio alicuius, ideo illa clausula censetur fauorabilis, & ampliatur cum alijs ad hoc traditis per Dec. in cons. 410. col. pen.

11 Item nihil operatur in his, quæ non iuris, sed facti sunt. Roland. in d. cons. 7. n. 105. vol. 3. Paris. in cons. primo nu. 81. vol. primo, & in cons. 4. n. 28. & cons. 74. n. 19. vol. 4. Socin. iun. in d. cons. 77. n. 126. vol. primo Cravet. in d. cons. 241. col. 9. in princ. Bal. in l. impetrata post n. 7. vers. dicas etiam, C. senten. rescindi non pos. Alex. in cons. 120. vol. 2. & in cons. 125. vol. eod.

12 Ex quo infertur, quod visa inuestitura consistat in facto, illam Princeps ignorasse censetur, & clausula ex certa scientia nihil operatur, præsertim si nulla causæ cognitio adhibita fuerit, vt declarat Paris. in cons. 4. n. 33. vol. 2. Zasius in cons. 10. num. 30. vol. 2. Grammatic. decis. 66. num. 38. Roland. in d. cons. 7. n. 106. vol. 3. qui plures refert. Item quando post clausulam Motus proprij, & ex certa scientia Princeps in feudalibus addidisset clausulam feudi natura in aliquo non mutata, tunc hæc clausula restringit, atque refertur ad omnia, vt probat Ioann. Franc. de Ponte in cons. 3. n. 77. & 88.

13 Item huiusmodi clausulæ nihil operatur si in dispensationibus appositæ essent, quæ sine causa factæ essent, vt probat Oldrad. in cons. 250. in primo dubio, Ancharan. in cons. 342. col. prima Dec. in cons. 606. col. 2. & penult. dicit Card inal. Iacobat. in tractatu de concil. fol. 598. col. 1. quod si Papa vtatur dispensatione sine vera causa, & iusta in materia iuris Diuini, vel vbi subest ratio naturalis, etiam si vtatur plenitudine potestatis, peccat mortaliter, qua non potest vti absoluta potestate sine causa, Innocentius in c. Innotuit, de electionibus, Bal. in l. finali, col. 1.

14 C. de quadrien. prescrip. Neque dispensationes possunt substineri propter aliam clausulam in illis insertam supplentes omnes, & singulos defectus tam iuris, quam facti etiam de plenitudine potestatis, nisi quoad defectus insurgentes de iure positiuo circa solemnitates, secus si prouenirent à iure naturali, vel diuino, quia tunc nihil operatur causa non cognita, neque supplet defectus iuris positiui, nisi specificentur, Ioan. Andreas in Clementina pastoralis de re iudicata, Butr. & Imola in cap. primo de transact. & in cap. illa de elect. Alexan. in cons. 79. nu. 10. & sequenti, vol. 2. Socin. cons. 164. col. fin. col. 2. & propterea fuit facta regula Cancellariæ sub num. 39. quæ dicit, quod

15 clausula generalis supplentes defectus non releuat, & ratio est, quoniam dispositio Papæ non extenditur ad incognita, & huiusmodi clausulæ nihil penitus operantur in facto incognito, Angel. in leg. sed, & si quis, §. quæsitum in fine, ff. si quis cautionibus, vbi Ias. col. 2. Roman. in cons. 327. col. penult. & est comm. opin. vt per Dec. in cons. 161. & 198. col. fin. item quia in Romana Curia in dispensationibus, atque alijs gratijs semper derogatur iuris statutis, & consuetudinibus, atque regulis Cancellariæ editis, ac promulgatis propter bonum publicum ex causa vtilitatis, & necessitatis Ecclesiarum, & animarum: propterea valdè aduertendum est ne vnico verbo non obstantibus tollatur bonum publicum, & auferatur vtilitas, atque necessitas Ecclesiarum, atque in priuatum comm. dispensati conuertantur contra iura, & rationē diuinam, atque humanam, & propterea Philippus Probus in c. ordinario de officio ordinarij, li. 6. notat per illum textum, quod præsumatur contra dispensationem, nisi ostendatur causa euidenter iusta.

16 Item clausula Motus proprij non inducit dispensationem Ioan. Andr. in Clement. per literas de præbendis cum alijs allegatis per Felin. in c. ad aures, de rescript. & in cap. cum inter, col. 3. de except. Dec. in c. ad hæc, col. 2. de rescriptis, & in cons. 168. col. 4.

Ne-

Neque supplet defectus substantiales, neque inhabilitatem remouet, Felin. in cap.2. col. 19. de rescript. Decius in cons. 10.col.fin. etiam si apponatur d.clausula supplentes, quoniam non operatur vltra defectus narratos, Ægid.decis.33.cum alijs per Dec.in dicto cons. 10.

17 Item non inducit derogationem legis, per quam ius est quæsitum Fisco quia concluſum est nihil vnquam operari in præiudicium tertij, nisi specialiter fuerit dictum non obstante iure quæsito; hæc enim Reg. Cancellariæ de iure quæsito non tollendo præseruat iura quomodolibet quæsita, Cæsar de Grassis, decisione 1. de verbor. significat. & per clausulam Motus proprij non fit illi præiudicium, Put.decis.387. par.1.de quo diffusè scriptum est in ff. nouissimis, to. 6.tit.reg.de iur.quæsit. non tollendo, c.3. & pluribus sequentibus, & hæc multò magis procedunt, si quid fuerit impetratum cum clausula Motus proprij ad partis postulationem, quoniam ista clausula tunc nullius effectus est, idem si verè in Motu proprio processerit, & dictæ regulæ derogatum non fuerit.

18 Et ideò tex.in l.nec damnosa,C.de precibus Imperatori offerend. quod damnosa fisco impetrari non debent, non potest limitari in casu, quando Motu proprio concessa fuerint, vt Peregrin. in tractatu de iure fisci,lib.1.tit.3.num.37. in fin. & seq. quoniam,vt limitatio intret ista derogatione opus est,Motus proprius excludit surreptionem dicto cap. si Motu pro-

19 prio de præbend. lib.6. Sed non excludit importunitatem obtinentis, hoc non dicit ille tex. allegatus, & superius satis superque probatum est contrarium, neque text. ab illo allegatus in §. & hoc iubemus in authent.vt nulli iudicum,loquitur de rescripto geminato ad partis postulationem, imò expresse ibi disponitur,vt Bart.ibi summat,quod vbi quid primo loco disponitur publicam vtilitatem, vel fisci interesse concernens, secunda iussio expectanda est, ergo non est illud rescriptum geminatum, quod clausulæ Motus proprij æquipolleat.

20 Hæc omnia specialiter, disposita fuere in l.1. C.de petitionibus sublatis,lib.10.vbi bona,quæ deferuntur in fiscum quilibet impetrare prohibitus est, quorum concessio ad alterius postulationem facta non valet, nisi motu proprio concederentur, ex quo satis clarè ostenditur clausulam Motus proprij veri differre ab ea, quæ in postulata concessione ponitur, nam sicut postulatio importuna præsumitur, ita & eiusdem clausulæ accessoriæ quicquid, & quæcunque fuerint, ita infra in tit. clausulæ accessoriæ, vbi quod millesima geminatio Motus proprij addita postulationi alterius importuna præsumitur,& primę petitionis naturam sequitur. Vbi quod Motu proprio conceditur, & alterius præiudicium tangit derogatione opus est, prout requiritur in casu dictæ l. nec damnosa, vt limitatio supradicta vera sit, vbi verò de nullius præiudicio agitur, quoniam de lucro tractatur, vt in casu dictæ leg.1.C.de petit.sublat.lib.10.derogatio non est necessaria.

RESOLVT. CVII.

1 *Clausula inducas in possessionem & defendas, non tribuit perpetuam iurisdictionem,& declara num.4.5.6. 7.& 8.*
2 *Et quid respectu molestiæ,quæ sit ex causa antiqua.*
3 *Exequutoris officium quamdiu duret.*

Clausula (inducas in possessionem, & inductum defendas) quid operetur.

1 HÆc clausula non tribuit perpetuam iurisdictionem, sed solum donec gratia fuerit plenè exe-

quuta, & vsque ad annum, secundum formam cap. querenti,de offic.deleg. Cardinal. consil. 10. n.4. vbi dicitur hanc esse communem conclusionem.

2 Dic tamen, quod respectu molestiæ,quæ fit ex causa Antiqua, quando contradicit is, cui impositum fuerat silentium ex æquitate iurisdictio durat, etiam post annum,vt post Ioan.Andr. Calderin. tradit Cardin.d.cons.10.n.4. vers. dicit tamen.

3 Exequutoris officium tanto tempore durat post quam acceptatum est, quamdiu negotio sibi ad exequendum commisso paritum fuerit, quo exequuto licet noua turbatio oriatur, is qui officio suo functus est non se intromittit, ne Ordinarius effici videatur Innocent.in c.pro illorum, n.3.vers. in alijs autem de præb.Anch.in cons.92. n.4. ad finem. etiam si in literis executorialibus adesset hæc clausula inducas in possessionem, & inductum defendas, quia postquam semel induxit, illius iurisdictio expirat Zabarell.consil.10.n.4.vers.hic autem.

4 Declaratur, quia si tempus in literis præfixum esset puta inducat in possessionem, atque inductum defendat, donec causa proprietatis terminata fuerit, tunc officium illius eousque durat Zabarell. in consilio 33.n.2.in fine,& n.3. versic. ad secundum.

5 Item si nulliter in possessionem induxit, puta non citato possessore, licet functus sit officio suo, tamen alius exequutor propter clausulam, si non omnes, prouidere poterit, videlicet, quod possessor spoliatus citetur ad videndum renunciari possessioni captæ tanquam nullæ, & de facto, & postea coram eodem exequutore citetur ad dicendum causam, quare non debeat procedi ad exequutionem literarum Apostolicarum, & si nihil releuans deduceretur, hoc modo dabit exequutionem literis Apostolicis, quoniam clausula, defendatis inductum, conseruat iurisdictionem exequutoris Zabarell. in cons.54. n.2. ad finem.

6 In iudice Ordinario exequutore dato tamdiu eius officium durat, quamdiu exequutio perfecta fuerit, ideo si cœpta, & non completa fuisset durat perpetuo, & finiri debet,Anchar.in consil.92.n.4.ad finem.

7 Ideo si in vna re exequutio cœpta fuerit, sed in ea perfici non potuit, debet in alia re plenè perfici, Bart. in cons. 139. statuto Ciuitatis Perusij parte prima, quod subscriptum fuit à multis, idem Bar. in cons.141. num.1. vers. ad hoc, par. 1. Ancharan. in cons. 412.

8 Exequutoris officium incœptum ante mortem concedentis,durat etiam post mortem Oldrad. cons. 295.num.4.vers. hinc dicit Lapus allegatione 17. vbi quod hoc procedit tam super gratia facta, quam facienda Franch. in cap. si super gratia, de officio leg. lib.6. & quomodo limitetur, vide Feder. de Sen. consil.138.num.3. in fine, & Franch. in dict. cap. si super gratia, & Calderin. in cons. 253. aliàs est 32. de præbendis.

RESOLVT. CVIII.

1 *Clausula, & cum absolutione à censuris quando, & vbi per Papam poni soleat,& num.4.*
2 *Reddit eum, cui fit gratia capacem.*
3 *Non habet effectum in eo, qui per annum insorduit in excommunicatione.*
5 *In quibus non habeat locum.*

Clausula, & cum absolutione à censuris, &c. quid operetur.

1 HÆc clausula consueuit apponi per Papam in impetrationibus beneficiorum, & alijs gratijs, quas concedit, quas potest etiam absenti, & non petenti facere, quia eum reddit capacem, vt

probat Dec.in c.ad Apostolicæ,col.2.vers.vlt.prædicta regula de exceptionibus, & post Alberic. & alios, quos allegat Boer. in decis.290. per totam.

2 Et quia hæc clausula debet in aliquo operari, ideo habebit effectum, vt eum reddat gratiæ capacem Alberic.diffusè in l. à procedente in princip. C. de dilationibus, Boer.in d. decis.290.

3 Sed non habebit effectum si per annum, & vltra steterit in excommunicatione, quia tunc obstat Regula Cancellariæ de insordescente per annum, & habetur suspectus de hæresi,vt declarat Rota in decisione 850.par.3.lib.3.in Nouis, item non habet effectum in ijs, qui non sunt obedientes Papæ, vt probat Boer. in d.decis.290. post alios, quos allegat.

4 Hæc clausula tollit impedimentum proueniens à censuris Rebuff. in praxi benefic.par. 1. & in declaratione Bullæ nouæ prouisionis, §. seque absentes, numero 15.Nauarr.cons.28. num.18.in fine,& num.21. vers. ad septimam quæstionem, de sentent. excommunicat.sed non iuuat insordescentes per annum, vt

5 dictum est in odium ipsius, qui videtur paruipendere censuras, & ideo per Regulam Cancellariæ 61.Rubrica de insordescentibus per Sixtum V. statutum fuit, ne præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & insordescendi in illis; generales absolutiones appositæ in literis non suffragentur his, qui scienter excommunicationis sententiam per quatuor menses sustinuerint, ex qua regula colligitur apertè, quod excommunicato ita demum sustragetur illa absolutio,quæ consueuit in literis Apostolicis apponi,si non sustinuit excommunicationem vltra quatuor menses, quibus elapsis absolutio non prodest, & literæ sunt nullæ, item non prodest irregulari ob notoriam fornicationem, Nauarr. in cons.66. num.1. de sententia excommunicat. quia numquam Papa censetur super irregularitate dispensare, nisi expresè dicat: Nauar. in Manuali,cap.77.num.253. item non prodest hæreticis,cap.excommunicamus, §.credentes,de hæretic. Felin.in d.cap.ad Apostolicæ, colum.1.de exception. neque committentibus falsum in literis Apostolicis, Rebuff. in praxi in forma nouæ prouisionis, num.89. & seq. neque incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum, & in alijs personis relatis in dicta Regula 61. Cancellariæ Sixti V. & huiusmodi absolutio, vt in literis dicitur, datur ad effectum præsentium, vt ad hunc effectum suspendatur excommunicatio, suspensio, & interdictum Rebuff.in loco citato, n.6. vnde si post huiusmodi absolutionem se ingerat in diuinis est excommunicatus, c.is cui,de sentent.excommun. lib. 6.neq; potest habere beneficium ab Ordinario, absq; alia absolutione.

RESOLVT. CIX.

1 *Possessioni coloratæ, quæ clausula æquiparetur.*
2 *Clausula amoto quolibet illicito detentore aliquando præseruat gratiam à subreptione.*
3 *Et intelligitur de detentore facti.*
4 *Possessio iuris ordine seruato capi debet.*
5 *Possessor semper citandus est.*

Clausula amoto quolibet illicito detentore quid operetur.

1 HÆc clausula habet vim expressionis coloratæ possessionis, de qua facienda est mentio cap.
2 cum nostris, de conces. prebend. & ideo præseruat gratiam à subreptione, cap. proposuit in fine,eodem titul.& ibi Ioan. Andr. in glos. penult. Abb. num.21. Geminian. in consil.86. num.6. Rota decisione 38. & decisione 69. versic. & prout dicitur de rescript. in Antiq.& fuit dictum in causa Colonien.Canonicatus 20. Maij 1602. coram Pamphilio, Sylua in tract. de benefic.par.3. q.11. num.104.

Quod est verum quando hæc clausula est posita in literis principalibus gratiæ, secus si tantum in literis executiuis, Clem.1. in fine de præbend. Abb. in dict. c. cum nostris de conces. præbend. post Lap.& Calderin. in cons. 21. de concess. præbend. Gemin. in cons.86. num.6.

Contrarium tenet Felin. in dict. cap. in nostra, numero 32. & 36. Corrolario versicul. sed nouissimè de rescriptis, Sylua in dict. tract. de benefic. par.3. quæst.11. num. 104. post Ioan. de Deo in quæst.24. lib.1. & Zabarell.in cons.8. in secundo dub. & vide in dicta causa Colonien.Canonic.20.Maij 1602. coram Pamphilio.

Et si dictum est Amoto detentore absque vitio
3 spolij intelligitur de detentore facti, non autem iuris Put. decis. 17. par.1.

Princeps potest concedere amotionem illiciti possessoris, & dare facultatem ingrediendi possessionem, quia etiam præses Prouinciæ hoc facere potest Bald.in consil. 345. n.2. vers. Item potest concedere, vol.1. & licet intelligatur quando notorium est, quod illicitè possideat, vt ibidem Bald. num. 3. versic. nihil enim prohibet,tamen hoc etiam intelligitur,si detentor illicitus citatus fuerit, nam possessio iuris ordine
4 seruato capi debet ad not. in l.1.ff. quod vi aut clam, & in l. extat. ff. de eo, quod mer. caus. & in cap. ex transmissa, de restitution. spoliatorum. Princeps possessionem non vacantem mutare non potest sine magna causa, l. 2. & ibi glo. ff. ex quibus caus. in poss. eat,neque citationem tollere, vt notatur in cap. primo de caus. possess. & propriet. & dicit Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum de constitutionibus, quod si priuat aliquem sua possessione tenetur dare excambium, & si Imperator concedat feudum, atque det facultatem capiendi possessionem etiam propria authoritate Amoto legitimo possessore, etiamsi de plenitudine potestatis fecisset, rescriptum non valet Bald.in dicto consil.345.in princ. & facultas capiendi possessionem propria authoritate intelligitur, nisi esset plena,quia tolli non posset Alex. in cons.82. col.2. volum.2. Dec.in cons.95. colum. 1. quando autem est
5 plena etiam si illicita possessor semper citandus est, cui nullum præiudicium, etiam si per motum proprium Papæ fieri potuit, quare si illius vigore possessionem alterius etiam illicitè ordine iuris non seruato occupauerit spoliasse dicitur, & restitutioni locus est,vt fuit decisum Mohed.decis.7. de causa possess.& propriet.

RESOLVT. CX.

1 *Clausula Constito requirit partem citationis.*
2 *Secus si sit dictum extraiudicialiter, & narrata verificaventur ex actis.*
3 *Et requirit causæ cognitionem.*
4 *Secus si agatur de re modica, & parui præiudicij.*
5 *Reddit rescriptum conditionale.*
6 *Et ad cuius verificationem requiruntur veræ probationes.*
7 *Et quando sufficiunt probationes præsumptiuæ.*
8 *Clausula Constito, quod obierit in possessionem quando dicatur iustificata.*
9 *Possessio non dicitur interrupta per intrusionem alterius.*
10 *Clausula Constito de assertis quando non referatur ad narrata.*
11 *Clausula Constito de tribus conformibus intelligitur de validis.*
12 *Clausula Constito de re iudicata quid operetur.*
13 *Clausula Constito de assertis in commissione restitutionis non dat iurisdictionem.*

14 Clau-

14 *Clausula Constito, quod defunctus obierit in possessione quomodo intelligatur.*
15 *Iudex quando non iustificata reseruatione nulliter procedat.*
16 *Clausula absq; vitio spolij recipit conditiones Breuis.*
17 *Manutentio, quando datur ei, qui non habet se pro spoliato, & committitur causa arbitrio Rotæ.*
18 *Exequutio quando supersedetur ad exclusionem reseruationis si datur fumus.*
19 *Clausula Constito, quod defunctus obierit quando sit verificanda.*
20 *Clausula Constito intelligitur ad effectum vacationis.*
21 *Clausula Constito posita in breui quid operetur.*
22 *Clausula Constito quando adijcitur rescripto exequutoris principaliter dati an, & quando importet cognitionem.*

Clausula Constito quid operetur.

1 HÆc clausula requirit partis citationem Glossa in Clem. præsenti de censib. in verbo constiterit, Rota decis. 21. de rescriptis in Antiquis, & decis. 15. de dolo, & contumacia in Antiquis. Lapus allegatione 60. num. 3. Abb. in cap. conquerente, num. 9. de restitut. spoliatorum, Felin. in cap. si constiterit sub nu. 6. de accusation. Dec. cons. 198. col. fin. Paris. cons. 45. numer. 9. consilio 31. num. 33. in fine lib. 4. Ægid. decis. 68. Vestrius in Praxi lib. 8. cap. vltimo, num. 13. & fuit dictum in causa Mileuitana beneficiorum 29. Maij 1587. coram Seraphino.

2 Declaratur non procedere, quando adest clausula, & extra iudicialiter, quia tunc non requirit partis citationem Than. decis. 95.

Declaratur secundo, non procedere quando narrata verificarentur ex actis, & coram eodem iudice, quia tunc esset conditio de præterito, quæ non suspendit, l. cum præsens, ff. si certum petatur. l. institutio talis, §. finali, ff. de condit. instit. cum similib. ita Than. decis. 85.

3 Item requirit causæ cognitionem Innoc. in cap. finali ad finem, & ibi Bald. num. 11. vers. de illa clausula, & sub num. 59. Card. ad fin. de præsumptionibus. Lap. allegat. 60. num. 2. versic. secus si fuisset, & num. seq. & allegatione 15. num. 4. Ægidius decis. 68. Than. dicta decisione 95. Guido Pap. decisione 70. & fuit dictum in causa Tirason. Cappellaniæ 7. Maij 1602. coram Pamphilio.

4 Limitatur quando agitur de re modica, & de paruo præiudicio, nam tunc non requirit partis citationem, nec causæ cognitionem, Staphil. de liter. iustitiæ, §. citatio, numero decimotertio, & facit Rota decimasexta de dolo, & contumacia in Antiquis idem Staphil. ibidem numero vndecimo, & duodecimo, Papazon. ad decis. 12. numero tertio, de officio delegati, & in nouissim. vbi idem dicitur de clausula si inueneris, & de clausula si repereris, & vide infra in clausula si inueneris.

5 Hæc clausula reddit rescriptum conditionale, & quidquid facit iudex ante verificationem conditionis nulliter facit Socin. consilio 99. nu. 10. lib. 3. Paris. consilio 41. num. 14. & consilio 94. num. 5. & 8. & consilio 95. num. 5. & 6. libro 4. & vide in causa Oriolen. Decimarum 26. Februarij 1590. coram Orano Vantius de nullitatibus ex defectu iurisdictionis delegat. numer. 92.

6 Et ideo hoc casu ad eius verificationem requiruntur veræ, & concludentes probationes, nec sufficiunt præsumptiuæ, l. Lucius, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, Bald. in l. bonæ fidei, num. 8. C. de rebus creditis, Anania in cap. constiterit, num. 6. & ibi Felin. in rubrica de probationibus, num. 3. vbi Dec. num. 14. & consil. 198. in fine, Cotta in suis Memor. in verbo lex, quæ conditionaliter vers. præterea, & in verbo sententia sub conditione lata; latè Plot. de in litem iurando, §. 2. num. 34. & vide in causa Oriolen. decimarum 26. Februarij 1590. coram Orano.

Dic verum in his casibus, in quibus possunt haberi veræ, & concludentes probationes, secus verò in his casibus, in quibus haberi non possunt, quia tunc 7 sufficiunt probationes præsumptiuæ, quæ à iure com. admittuntur, Felinus in rubric. de probat. nu. 3. vers. sed aduerte, il secondo, & ibi Dec. sub num. 14. ante medium vers. si tamen, Plot. de in litem iurando, §. 2. num. 34. vers. & quæ opinio.

8 Clausula Constito, quod non obierit in possessione dicitur iustificata ex ipso, quod probetur non semel in vita possedisse, quia possessio præsumitur continuata vsque ad mortem, nisi doceatur interrupta ex traditis per Alciat. de præsump. Reg. 2. præsump. 25. Rota diu. decis. 80. par. 2. ita fuit resolutum in causa Illerden. beneficij 17. Octobr. 1594. coram Pegna.

9 Amplia, vt procedat etiam stante intrusione alterius, quia vbi posterior, & turbatiua, est nullius momenti, nec dicitur interrupta prior possessio si non habuit se pro spoliato, maximè si posterior sit attentata Neuiz. cons. 81. n. 23. & 26. & fuit dictum in dict. Illerden. beneficij 17. Octob. 1594. coram Pegna, &c.

Clausula Constito, &c. de qua in breui in eo, quod respicit reseruationem debet plenè probari, & fuit dictum in causa Cæsaraugustana portionis 31. Maij 1602. coram Litta.

10 Clausula Constito de assertis posita à Regente in commissione non refertur ad narrata, sed tantum ad ea, quæ habentur in clausula Constito posita in dispositione commissionis, & sic non reddit rescriptum conditionale, quando signatura Papæ, vel Cardinalis est pura, & simplex, quia Regens non potest alterare signaturam Papæ, vel Cardinalis, quæ est illa, quæ disponit, & attenditur Cassad. decis. 7. nu. 14. de rescrip. & fuit tentum in Trolien. decimarum 26. Februarij 1590. coram Orano.

11 Clausula Constito de tribus conformibus, & cap. intelligitur de validis ad l. quartam, §. condemnatum in causa Caputaq. senioris 1. Iunij 1587. coram Bubalo Lauden. pecuniaria 1. Iunij 1585. coram Pamphilio, & fuit dictum in causa Vlixbonen. decimarum vigesimanona... 1591. coram Orano, & in causa Toletana pensionis 12. Decembris 1597. vbi quod mereantur exequutionem, & vide in causa Bonon. de Ramalottis 12. Aprilis 1592. coram Pamphilio Mediol. bonorum 4. Iunij 1601. coram Lancellotto.

12 Clausula Constito de re iudicata procedatur ad exequutionem, &c. operatur, quod stante re iudicata illa est exequenda non obstante præcedenti restitutione in integrum, si nihil contra iustitiam rei iudicatæ deducatur Rota decis. 144. num. 3. par. 2. diuersor. Segobien. Parochialis 2. Decembris 1602. coram Pamphilio.

Item quamuis intelligatur de præcedenti re iudicata, tamen quando fumus in sententia lata extra Palatium, & transierit in iudicatum, potest Rot. procedere ad illius exequutionem Mohedan. decis. 36. in fine, & fuit dictum in Toletana fructuum de Borgas. 16. Maij 1586. coram Pamphilio Venet. legitimatis 1. Iulij 1602. coram eodem.

13 Clausula Constito de assertis restituat, posita in commissione restitutionis in integrum non respicit iurisdictionem, quæ simpliciter datur, & statim tribuitur, sed respicit ipsam restitutionem, vt non sit danda nisi probatis assertis, alias videri non posset an illa essent vera, vt fuit dictum in causa Bononiens. Census 28. Iunij 1601. coram Sacrato.

14 Clausula Constito, quod defunctus obierit in possessione beneficij Sede Episcopali vacante, vel in tali

mense reseruato, &c. intelligitur, ita vt exinde inducatur reseruatio, propter quam concedi solent Breuia de capienda possessione nomine Cameræ, in quibus ponitur huiusmodi clausula, & ideo licet probetur obitus defuncti in dicto mense, vel Sede Episcopali vacante, si tamen beneficium non est reseruatum Breue non dicitur iustificatum, vt fuit resolutum in vna Salamantina Canonicatus de anno 1575. coram Rubeo, & in Vicentina beneficij S. Martini 21. Februarij 1600. coram Pamphilio, in qua adsunt decisiones prędictæ Gerunden. beneficij 31. Maij 1600. Corduben. dimidię portionis, 11. Februarij 1602. coram Sacrato, & iudex si non admittit probationes ad excludendam reseruationem dicitur grauare partem, vt fuit dictum in causa Gerunden. beneficij 31. Maij 1600. coram Corduba.

15 Vnde si iudex vigore huius Breuis non iustificata reseruatione procedat ad exequutionem dicitur nulliter procedere, & electo a sua possessione datur restitutio, vt fuit resolutum in dicta Salamantina Canonicatus 1572. coram Orano, & in Corduben. portionis 1575. coram Rubeo, Vincent. beneficii S. Martini 25. Febr. 1600. coram Pamphil. & in eadem 10. Decembris 1600. coram Sacrato.

16 Amplia etiam si in Breui adesset clausula absq; vitio spolii, quia tanquam accessoria respicit conditiones Breuis, & intelligitur quatenus Breue sit iustificatum Put. dec. 1. li. 1. & fuit resolutum in dicta Cordubensi portionis 1575. coram Rubeo Vinc. beneficii Sanct. Martini 25. Februarii 1600. coram Pamphilio.

17 Quod intellige quando habet se pro spoliato: secus si non, quia tunc si causa appellationis committitur parito Breui arbitrio Rotæ absoluetur à censuris ad beneplacitum, & datur ei manutentio, vt seruatum fuit in causa Barchinonen. beneficii 28. Iun. 1600. coram Mellino.

Dic verum, quando datur fumus sufficiens ad excludendam reseruationem, alias secus, quia tunc manutentio datur immisso per iudicem Rota in Aurien. parochialis 17. April. 1600. coram Lancell. Tuden. Paroch. 3. Decemb. 1601. coram Sacrato.

Et cessante dicta clausula Parito Breui arbitrio
18 Rotæ si datur sufficiens fumus ad exclusionem reseruationis, licet iura non sint in forma probanti supersedetur in exequutione Breuis, donec in forma probanti afferantur, vt plenè excludatur reseruatio, vt fuit tantum in causa Laodiens. Parochialis 16. Decembris 1594. coram Litta, & in causa Astoricens. Parochialis Prioratus 9. Decembris 1596. coram eodem Barchinonen. beneficii 28. Iunii 1600. coram Mellino Aurien. Parochialis 27. April. 1598. coram Lancellotto, vide Salamantina beneficii 31. Ianuarii 1596. coram Corduba, & Vicen. beneficii 22. Iunii 1598. coram Litta, quæ videntur tenere contrarium.

Secus quando non datur fumus sufficiens, quia tunc non intrat arbitrium, & sic non supersedetur, vt fuit dictum in causa Aurien. Parochialis 17. Aprilis 1601. coram Lancell. Tuden. Parochialis 3. Decembris 1601. coram Sacrato.

Et ratio est, quia cum huiusmodi Breuia dentur propter reseruationem, & in illa fundentur, illa cessante non datur exequutio, Rota diuersor. in manuscript. 45. incip. die 14. Nouembris 1558. & decisio. 238. incip. coram Domino Rubeo, & fuit resolutum in causa Gerund. beneficii 31. Maii 1600. coram Corduba, vbi quod ita fuit decisum in vna Salamantina Canonicatus coram Rubeo, & alibi sæpe.

19 Clausula Constito, quod defunctus obierit tunc sufficit verificare, quando non fit mentio in ea de pertinentia collationis in clausula Constito, &c. quia primo Papa non remitteret pertinentia ad petitorium, secundo vero casu est posita, vti conditio dicta clausula, & ideo venit iustificanda, ita vt ex dicta pertinentia inducatur reseruatio, propter quam breue fuit concessum, vt fuit resolutum in causa Vicen. beneficii Sancti Martini 22. Febr. 1600. coram Pamphilio, & in Gerunden. beneficii 13. Maii coram Corduba, in qua ponitur ista distinctio.

20 Clausula Constito posita intelligitur ad effectum vacationis, puta si dicatur constito, quod sit principalis dignitas: intelligitur enim, & quando vacet, vt fuit dictum in causa Bracharen. iuris patronatus 25. Martii 1601. coram Iusto.

21 Clausula Constito posita in Breui operatur, quod ex mente disponentis posita in narratiua si in dicta clausula non sint repetita censeantur remissa ad negotium principale, vt fuit resolutum in causa Abulens. Canonicatus 24. Nouembris 1578. coram Rubeo, vt in decis. 373. lib. 1. quotidie.

22 Clausula Constito, sicut clausula iustitiam faciat, important causæ cognitionem, nisi adiiciantur in rescripto executoris principaliter dati, in his, quæ de iure posset, quoniam sine citatione exequi potest Ancharan. in cons. 297. numero nono, & decimo.

Et si exequutor gratiæ resignationis a Papa datus ad assignandum resignatario possessionem ex abundanti citauerit, & quædam egerit, quæ ad iustificandam exequutionem tendant, non ideo exequutorem se facit, vt consuluit Anchar. in cons. 221. quem sequitur Felin. in c. dudum, num. 22. vers. & amplia de præsumptionibus, ideo dicit Felin. si citauit, vbi non tenebatur, expectare non tenetur, nam licet exequutor iudicis partes assumpserit ab hac via recedere potest, exequutorisque partes reassumere, allegat Innocent. in cap. cum inter in fine de election. & Ant. de Butr. in cap. cum contingat, col. finali de rescriptis. Frustra enim citatur, qui præsens contradicere non potest, l. prima, §. cum dicitur, ff. si cui plus quam per leg. Falcid. facit gloss. not. in l. cum dines, §. si arbiter, ff. de arbitris, sed exequutor de exceptionibus principale negotium tangentibus cognoscere non potest, vt pluries decisum est Minsynger. obseruatione 69. part. tertia, Ludou. Peguer. decisione 182. Ioan. Corserius in Cappella Tholosan. decisione 345. & ad hoc sunt iura expressa capitul. de cætero, de re iudicata l. si Prætor, §. Marcellus, ff. de iud. ergo quamuis cognoscere inceperit recedere potest.

Clausula si tibi constiterit, ita demum importat causæ cognitionem iuxta terminos Clem. iudex de offic. ordinar. si alia clausula apposita fuerit, videlicet vocatis, qui de iure fuerint vocandi, quæ de stylo Romanæ Curiæ in literis iustitiæ apponi consueuit, vt dicit Lapus in allegat. 61. nu. 4. vers. ic. facit pro ista parte, sed quando principaliter datur exequutor in his, quę fine partis citatione fieri possunt, tunc non est necessaria partis vocatio. Anchar. in consil. 297. num. 10. & ibid. n. 8. & seq. quod dicit clausula si tibi constiterit de reseruatione, aut collatione, vel similibus, moneat, inhibeat, declaret, &c. nō facit nisi merum exequutorem, quoniam constito de assertis nihil vlterius agit nisi exequitur, & ideo Ancharan. ibi probat, quod tunc clausula si tibi constiterit, & clausula iustitiam faciat nunquam importat causę cognitionem, quādo sunt positę in literis exequutoris principaliter dati.

Neque importatur causæ cognitio si alia clausula super addita foret, videlicet, super quo conscientiam tuam oneramus, quoniam, & hæc impotat mentionem. vt probat Bald. in l. certum, col. 2. C. vnde cognati, vbi dicit, quod est potius commissio conscientialis, quam iudicialis, & ideo exequutor non potest admittere exceptionem contrariam, quia non habet causæ cognitionem, vt dicit Lapus allegat. 15. in fin. vers. quia tamen est dictum, & allegat. 61. nu. 3. vers. secundum, quod dicimus.

RE-

RESOLVT. CXI.

1 *Ius patronatus quot modis dicatur mixtum.*
2 *Legatus de Latere, an possit derogare iuri patronatus mixto.*
3 *Papa confert ius patronatus Ecclesiasticum absque derogatione.*
4 *Ius patronatus quantum ad effectum derogationis, an debeat dici Ecclesiasticum, vel laicale.*
5 *Ius patronatus, quando dicatur laicale etiam stante mixtura.*
6 *Clausula, quatenus mixtum in derogatione iuris patronatus quid operetur.*
7 *Ius patronatus mixtum cum Rege, quam derogationem requirat.*

Clausula quatenus ius patronatus mixtum quid operetur.

1 IN iure patronatus multipliciter consideratur mixtura, videlicet, quando à principio tam laicus, quam Ecclesia fundarunt, & dotarunt, vt quia Ecclesia posuit fundum, laicus dotem, nam tunc mixtum appellatur Paris. in consil. 35. n. 5. & seq. vol. 4. & ibi,
2 n. 13. & n. 16. probat, quod Legatus de Latere non potest derogare huic iuri patronatus, Federic. de Senis in consil. 65. in princip. interdum dicitur mixtum si testator laicus totum fecerit, sed voluit, quod præsentatio pertineret ad suum hæredem, & ad Rectorem Ecclesiasticum contemplatione Ecclesiæ, quia tunc dicitur mixtum, secus est si transit ad Ecclesiasticam personam contemplatione personę, puta quia frater testatoris esset Rector, vel beneficiatus Ecclesiæ Paris. in dicto consil. 35. n. 13. & seq. & versic. dubium tamen, vol. 4. item dicitur mixtum quando Ecclesiasticus, vel laicus dotauit Ecclesiam partim ex bonis Ecclesiasticis, partim ex laicalibus. Paris. in cons. 128. per totum volum. 4.

3 Et quia Papa cõfert ius patronatus Ecclesiasticum absque derogatione, Achil. decis. 3. n. 8. de iure
4 patronat. ideo Doctores disputarunt, vtrum hoc ius patronatus mixtum quantum ad effectum huiusmodi derogationis debeat dici Ecclesiasticũ, vel laicale, Abb. in cap. propter in fine de iure patronat. tenet, quod debeat iudicari Ecclesiasticum, & hanc opinionem sequuta est Rota Antiqua in decis. 46. de concessione præbendæ in Antiquis.

Sed contraria opinio est verior, videlicet, quod debeat iudicari laicale, Abb. in cap. dilectus circa finem, delegat. Calderin. in cap. finali circa finem versic. extra glos. de iure patronat. Federic. de Senis in consil. 45. Felin. in tractatu quando literæ Apostolicæ præiudicent patronis ampliatione 6. vbi relatis opinionibus probat hanc opinionem esse veram, & hanc sententiam tãquam veriorem amplexa est Rota mutata sententia priori, vt per Achill. in dicta decis. 3. de iure patronatus, & per Cassador. decis. quarta, de probationibus, & decis. septima de iure patronatus, & per Puteum decis. 59. par. prima, & ideo ius patronatus fundatum à duobus laicis, & vno Ecclesiastico dicitur laicale, vt probat Rocchus in tractatu de iure patronat. §. ius. n. 24. item si Ecclesiasticus fecit de bonis patrimonialibus dicitur laicale, Rocchus ibidem, n. 26. Lambert. in tractatu de iure patronat. lib. secundo, par. prima quæstione 9. articul. 28. n. quarto, & ad hoc vide Put. decis. 228. par. 2. & Menoch. libro 3. præsumption. 53. & de arbitrar. ca-
5 su 195. & si fundatum à laico relinquatur quatuor laicis, & vni clerico dicetur laicale, Crescent. decis. 3. de iure patronat. item si laici sunt per longissimum tempus in quasi possessione iuris præsentandi dicitur laicale, & non Ecclesiasticum. Put. dict. decisio. 228. num. 4. & seq. par. 2. Mohedan. decisione 9. de iure patronat.

Propterea in iure patronatus mixto Papa derogat pro medietate, videlicet pro parte laicorum, & ad-
6 didit hanc clausulam quatenus mixtum existat quo casu non importat cognitionem iudicialem, sed informationem, & cognitionem causæ extraiudicialem, & probat Caualcan. in decisio. 22. num. 5. par. 1. Iuri autem patronatus laicorum simplici Papa derogare non consueuit, sed hoc satis scriptum est in Digestis Nouissimis tom. 6. tit. derogatio. & tit. ius patronatus.

7 Cum autem ius patronatus esset mixtum, sed mixtura esset cum Rege fundatore simul cum Ecclesia, vel quia Ecclesia fundasset, & Rex dotasset, quo casu non sufficit simplex derogatio pro medietate vi clausulæ, quatenus mixtum existat, quod probatur ex Regula Cancellariæ 41. vbi disponitur iuri patronatus spectanti ad aliquem Regem, & Principem non censeri derogatum, nisi specialis de illis mentio habita fuerit, & ad hoc plurima allegantur in Voto 139. inter decis. Pisanas.

RESOLVT. CXII.

1 *Clausula ex nũc, prout ex tũc in statutis non retrotrahitur.*
2 *Quando est posita per Papam in collatione de vacanti non suspendit gratiam.*
3 *Non operatur in præiudicium tertij.*
4 *Posita in actu conditionali semper facit conditionem.*
5 *Posita in gratijs nihil operatur ante conditionis existentiam.*
6 *Et quid si est posita in collatione de vacaturo, & gratia sit pura.*
7 *Dictio nunc, & dictio tunc quid significent, & quid vnitim.*
8 *Gratia quomodo retrotrahatur per dictam clausulam.*
9 *Clausulæ ex nunc, prout ex tunc, & è conuerso quid importent.*
10 *Hæc clausula facit transferri dominium, & possessionem.*

Clausula Ex nunc, prout ex tunc quid operetur.

1 HÆ clausula in statutis non retrotrahitur ad initium dispositionis, sed debet expectari euentus conditionis, & tunc incipit operari, quia dispositio super his verbis facta si retrotrahitur id fit per perfectionem, quæ non habet locum in statutis Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 73. & de retractu conu. §. 3. glos. 1. n. 88.

2 Hæc clausula quando est posita à Papa in collatione de vacanti non suspendit gratiam, secus si est in vacaturo, Card. in Clem. vnic. n. 9. in 1. oppos. de concess. præbend. Cassad. decis. 3. num. 15. de prębend. Crescent. decis. 7. n. 13. & 19. de concess. prębend. Achil. decis. 7. num. 4. de renunciat. Rebuf. tit. de dispensation. ætat. verb. tecum, vt ex tunc, & fuit resolutum in causa Illerden. Canon. 22. Octob. 1574. coram Aldobrand. & in dicta causa Montis Falisci Præceptoriæ 16. Februarij 1598. coram Pamphilio, in qua adest decisio Legion.

3 Hæc clausula non operatur in præiudicium tertij medio tempore acquirentis. Puteus decis. 190. p. 2.

4 Item posita in actu conditionali semper facit conditionem, vt probat Gabriel. in consilio 185. num. 6. volum. primo.

5 Et si posita est in gratijs nihil operatur ante conditionis existentiam, & conditionem non retrotrahi in gratijs, & dispensationibus, sed spectari tempus quo cõditio existit probat Gabriel. in consilio 189. in fine, vol. 1.

6 Item

6 Item operatur quando est posita in collatione de vacaturo, dummodo gratia sit pura, licet exequutio collata in futurum euentum iuxta textum in c. si super gratia, de offic. delegat. in 6. secus in gratia conditionali, in qua Papa non confert, sed dat Collatorem iuxta text. in cap. si cui nulla, de præbend. in 6. & idem declarat gloss. finalis, & gloss. 1. in dicto cap. si super gratia Guidobon. decisione 29. & fuit resolutum in Calaguritana Canonicatus 1. Iunij, & 9. Octobris coram Pegna, & vide Mandos. in Reg. 32. quæst. 30. num. 8. & in causa Salamantina Coadiutoriæ 10. Martij 1593. & in Montis Falisci Prætoriæ coram Pamphilio.

Hæc clausula qualificat verbum, cui adijcitur, & refertur ad tempus, quo dispositio incipere debeat, l. debitor, §. fin. ff. ad Trebell. Dec. cons. 233. n. 1. Tiraquell. de retractu conuent. §. 2. glos. 1. num. 86. vide in causa Bononien. de Albergatis 14. Mart. 1603. coram Pamphilio, & sic obtinuisse dixit mihi acutissimi ingenij iuuenis D. Ioannes Maria Nouarius.

7 Ex hucusque dictis apparet, quod dictio nunc significat effectum verbi consumati, & ad hoc est text. in §. 1. ff. de condit. & demonst. & declarat, Guido Papa decis. 588. & dicit Socin. in cap. sacro, numer. 147. de sentent. excommunic. quod dictio ex tunc significat actum disponentis, non autem conditionem existentis, & licet sit præsentis temporis tamen denotat futurum effectum, Bald. in cap. primo, num. 16. de milit. vasall. qui contum. est. Dec. in cap. præterea, n. 10. de appellat. quando istæ verò duæ dictiones vniuntur, & sic clausula ex nunc, prout ex tunc vnum tempus inest alteri, l. Titius, la seconda, vbi Angel. Imola, & Alexand. in secundo notab. ff. de verborum obligat. Purpurat. in cons. 557. n. 34. Siluan. in cons. 92. num. 11. Surd. decis. 113. num. 10.

8 Et ideo sequuta acceptatione infra mensem prouisio Papæ retrotrahitur ad diem gratiæ propter dictam clausulam ex nunc, prout ex tunc, ex quo nulli interim erat ius quæsitum, neque in petitorio, neque in possessorio, stante dicta clausula infra mensem cum decreto irritanti, quod inficit petitorium, & possessorium cuiuscunque alterius prouisi, vt est text. cum glos. in vers. ex nunc, prout ex tunc in Clement. cum ei quem, §. secus de conces. præben. & latè scribit Cassad. in decis. 3. de præbend. vbi alios allegat.

9 Hoc autem recipit declarationem, quia si clausula ex nunc est simpliciter apposita, vel ex nunc, prout ex tunc relata ad futurum importat, quod actus non censeatur tunc gestus, sed referatur in tempus, ad quod fit relatio Zabarell. & Imola in Clem. vnic. de conces. præbend. Ias. in l. 1. num. 4. C. de codicill. Cephal. in cons. 153. num. 21. vol. 2. Gabriel. in cons. 185. num. 6. vol. 1. sed quando dictum fuerit ex tunc, prout tempus illud futurum trahitur ad præsens, & dispositio, in qua illa verba ponuntur retrotrahitur ad tempus actus, & operatur, vt censeatur habere effectum ab ipso principio. Glos. in Clem. volentes vers. ex tunc, & ibi Zabarella, & Imol. de hæret. Angel. & alij in dicta l. 1. C. de codicill. Bal. in Authent. contra rogatos, col. 1. C. ad Trebell. Tiraquel. qui multos ad hoc allegat de retractu conuentionali, §. 2. glos. 1. num. 86. & in tractatu de Constituto par. 3. limit. 2. num. 16. & ita declarant Ias. in d. l. 1. n. 4. C. de codicil. Cephal. in d. cons. 153. num. 21. & Riminald. iun. cons. 592. num. 20. & seq.

10 Item clausula ex nunc, prout ex tunc apposita in contractu facit transire, & retrotransferri dominium Bar. & doct. in l. qui absenti, §. 1. ff. de acquir. possess. repetētes in l. filiusfamilias, §. Diui de legat. 1. vbi Ambros. de Obizo, num. 154. & seqq. Loaz. in 6. limit. ad quartam quæstionem Bartoli sub num. 174. & consuluit Paris. in cons. 69. num. 137. & seq. vol. 1. item operatur translationem possessionis ad tradita per Tiraquel. de Constituto, limit. 3. num. 15.

RESOLVTIO CXIII.

1 *Clausula habita, vel non habita possessione, non operatur vltra duos annos, & num. 5.*
2 *Et quid si lis sit calumniosa.*
3 *Cur consueuit apponi ista clausula in pensionibus Hispaniæ, non Italiæ.*
4 *Propter d. clausulam pensio soluenda est etiam possessione non habita.*
6 *Clausula quando pensio censeatur imposita super alia Abbatia quid operetur.*
7 *Clausula, & qui pensioni consensit non possit alteri resignare, nisi sub certa forma quid operetur.*

Clausula habita, vel non habita possessione in reseruatione pensionis appositа quid operetur.

1 HÆc clausula habita, vel non habita possessione posita in reseruatione pensionis ex benignitate Rotæ non operatur vltra duos, vel tres annos, vt fuit dictum in causa Segob. pensionis 4. Maij 1576. coram D. de Grass. vt in decis. 123. alias duodecima, de præbend. n. 3. & in causa Placentina pensionis 10. Maij 1581. coram Aldobrandino, vt in decis. 699. n. 2. par. 1. diuersor. & in causa Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino.

2 Dic verum, quando lis non est calumniosa, & titularis bona fide succumbit, secus verò quando non fuit processum in lite bona fide, & titularis malitiosè succumbit, tunc enim cessat benignitas Rotæ, & clausula extenditur vltra, vt fuit dictum in causa Tarraconen. pensionis 29. Aprilis 1596. coram Seraphino.

3 Ad hoc, vt pensio cum effectu soluatur, solet in supplicatione apponi ista clausula, habita, vel non habita possessione, sed signatura circa ea, quæ in Italia fiunt, delet non habita, vt tradit Mandos. de signatura Gratiæ ad dict. titul. pensiones, col. 12. vers. si ponatur, vbi dicit, quod vltra montes tantum solet apponi præsertim in Hispania propter difficultatem probandi, an possessio capta sit, & quis sit verus possessor, siue intrusus. Quamobrem stante dicta clausula
4 etiam si beneficiatus fructus non perceperit, super quibus pensio imposita est, adhuc tenetur illam soluere, & ita fuit resolutum coram Sancta Crucio, vt attestatur Verall. decis. 364. parte prima, sed postea fuit resolutum in Rota, vt propter æquitatem ista
5 clausula interpretetur, vt non extendatur vltra duos, vel tres annos, vt fuit resolutum coram Oradino in vna pensionis de Cordellis de Mense Iunij 1565. & in Placentina pensionis 9. Decembris 1569. coram Seraphino, & in Valentina pensionis 10. Maij 1581. coram Aldobrandino, & in Gerunden. pensionis coram Augustino, quæ est inter impress. Nouissimas 705. par. 3. lib. 3.

6 Interdum solet apponi clausula, quod si per resignatarium staret, quo minus haberet possessionem beneficij resignati, tunc pensio censeatur imposita super Abbatia resignatarij, & cum euenisset casus, quod antequam ipse resignatarius cepisset possessionem beneficij resignati illud alteri resignauit, & per duos annos soluit pensionem, ac postea mortuus est, ideo pensionarius petijt pensionem a successore in Abbatia, & Rota decidit validè fuisse impositam, quia per ipsum stetit, quominus caperet possessionem, & verba bullæ sunt clara; ita attestatur Gambar. in tractatu de authoritate legati, titulo de pensionibus, n. 668. vers. 35. ibi vide. Et propterea solet apponi alia
7 clausula, vt is qui pensioni consentit, non possit in fauorem alterius beneficium tali pensione grauatum resi-

resignare, nisi prius facta intimatione ipsi pensionario, atque facta noua obligatione per resignatarium de pensione soluenda; quam clausulam semper in signatura concedi attestatur Mandos. in d. tit. pensiones, col. 12. vers. quia & hoc ex eo, Mohedan. decis. 2. Cassador. decis. 4. de restit. spoliator.

RESOLVTIO CXIIII.

1 *Clausula sine retardatione solutionis tribuit iurisdictionem conditionalem.*
2 *Et operatur, vt etiam lite pendente solutio facienda sit.*
3 *Et procedit etiam lata sententia super spolio.*
4 *Etiam non docto de aliqua quasi possessione.*
5 *Clausula sine retardatione solutionis habet locum stante quasi possessione, vel expeditione literarum.*
6 *Imò sola supplicatio sufficit, nec requiritur expeditio literarum.*
7 *Et literas non opus est iustificari, nisi gratia esset conditionalis.*
8 *Manutentio in possessione exigendi quod requirat.*
9 *Non operatur quando constat de vitio, siue de nullitate pensionis.*
10 *Exceptio oriens ex ventre non impedit exequutionem solutionis pensionis.*
11 *Exceptio dicitur oriri ex ventre, quando gratia est conditionalis.*
12 *Exceptio oriens ex ventre, quando non impedit.*
13 *Sententia, & alia acta facta ante solutionem, quando sunt nulla.*
14 *Pensio debet prius solui, & debet in actis constare, vt procedi possit stante clausula prædicta.*
15 *Clausulæ sine retardatione solutionis non est satisfactum, quando solutio est facienda à tertio.*
16 *Clausula sine retardatione solutionis posita in commissione appellationis refertur quoad summam contentam in sententia.*
17 *Et censetur in qualibet commissione repetita.*
18 *Datur etiam translatario, qui nunquam exegit, & quid si sint plures, & num. 20.*
19 *Et si adsit clausula, Arbitrio Rotæ non suspenditur executio.*
20 *Præseruat iurisdictionem in commissione appellationis.*
21 *Posita in commissione Nuncij quando non obstet.*
22 *Clausula, quæ solet apponi in honorem literarum Apostolicarum, & ad obuiandum fraudibus, num. 23.*
24 *Clausula sine retardatione afficit etiam tertium venientem ad causam.*
25 *Non operatur quando Pensionarius stetit per multum tempus.*
26 *Neque datur quando pensio est imposita super pluribus beneficijs.*

Clausula, siue retardatione solutionis pensionis quid operetur.

1 HÆc clausula tribuit iurisdictionem conditionalem, & operatur, quod iudex non possit validè procedere in negotio principali, nisi prius soluta pensione Iacien. in comp. signat. num. 8. Paris. cons. 98. nu. 12. lib. 4. Io. Paul. decis. 1. Put. decis. 29. de pens. Grass. decis. 8. num. 1. de re iudicat. & fuit dictum in causa Vercellen. pension. 29. Maii 1587. coram Plato; Tarraconensi pensionis 15. Nouembris 1593. coram Gipsio; Romana de Cencijs 23. Iunij 1595. coram Mantica; Romana pensionis 9. Iunij 1597. coram Litta, & in Spoletana pensionis 5. Iulij 1594. coram Corduba, & vide in causa Hispal. pensionis 6. Aprilis 1590. coram Seraphino.

2 Ampliatur primo, vt etiam operetur, quod lite pendente pensio sit soluenda Staphil. de liter. iust. §. in primis, num. 84. Gig. de pens. q. 35. num. 9. Couar. variarum resolut. libro 2. cap. 1. numer. 9. in fine.

3 Ampliatur secundo, vt procedat etiam lata sententia super spolio, quando in commissione appellationis datur hæc clausula, vt fuit resolutum in Brix. pensionis 22. Maij, & 29. Nouemb. 1599. corã Pegna.

Ampliatur tertio, vt procedat etiam si sententia per appellationem suspendatur, vt in d. Brixien. pensionis 21. Maij, & 29. Nouembr. 1599.

4 Ampliatur quarto, vt prædicta procedant etiam non docto de aliqua quasi possessione exigendi, quia sufficit, quod literæ sint expeditæ, vt in Romana pensionis 22. Martij 1576. coram D. Blanchetto vt in decis. 301. par. 1. diuers.

5 Stante hac clausula sufficit, vel quasi possessio, vel expeditio literarum, nec vtrumque requiritur, vt fuit dictum in causa Romana pensionis 23. Martij 1576. coram Blanchet. vt in decis. 301. par. 1. diuers. & Burgen. pensionis 24. Nouembris 1595. coram eodem, & in Tarraconen. pens. 29. Aprilis 1596. coram Seraph. & in Romana pensionis 9. Iunij 1597. & 28. Februarij 1598. coram Pamphilio, & in Brixien. pensionis coram Pegna, & vide in causa Lunen. Sarzanen. pensionis 15. Februarij 1593. coram Seraphino, & in Burgen. pensionis 19. Februar. 1596. coram Blanchet.

6 Adde tamen, quod sola supplicatio sufficit, nec tunc requiritur expeditio literarum, vt fuit resolutum in causa Anconitana pensionis 15. Iunii 1587. coram Plato, & in Auximana pens. 5. Maii 1589. coram Comitulo.

7 Et ad effectum huius clausulæ non requiritur, quod literæ sint iustificatæ, nisi gratia esset conditionalis, vtputa postquam clericali charactere fuit insignitus, vt in Compostellana pensionis 11. Maii 1584. coram Seraphino.

Item adde, quod ad effectum huius clausulę, & ad
8 effectum manutentionis vtrunque requiritur, nempè quod constet de reseruatione pensionis, & quod adsit quasi possessio exigendi Achil. decis. 4. de rescript. & fuit dictum in causa Salamantina pensionis 18. Aprilis 1572. coram Aldobrand. vt in decis. 220. part. 2. quotidie, & vide in causa Tarraconen. pen. 4. Decemb. 1592. coram Gipsio.

Hæc clausula operatur, etiam quod ex actis constet de nullitate pensionis, puta quia non est facta mentio alterius pensionis Io. Paul. decis. 61. Anton. Aug. de clausula sine retardatione, numer. 4. in causa Burg. pensionis coram Blanchetto.

9 Non tamen operatur quando constat de vitio, seu nullitate pensionis ex ventre literarum, & de non iure pensionarii Sarnens. in Compen. sign. numero 84. Ant. Aug. de clausula sine retardatione in princ. Cassador. decis. 10. de rescript. Achil. decis. 4. in fine, eodem tit. Rot. decis. 310. nu. 3. par. 1. diuers. Grass. decis. 8. num. 13. de re iudic. & est decisio 349. n. 7. par. 1. diuers. ita fuit semper in Rota seruatum, vt fuit dictum in causa Salamantina pensionis 15. Ianuarii 1586. coram Pamphilio, & in Burg. pensionis 19. Febr. 1596. coram Blanchetto, in alia 24. Nouembris 1595. coram eodem.

In contrarium est decisio Put. 34. lib. 1. quam secuta fuit Rota in vna Romana pensionis 23. Mart. 1576. coram Blanchetto, vt in decis. 301. in fin. par. 1. diuers. quia vt in eis dicitur aliunde potest etiam contrariũ probari, & ideo interim non est impediendus pensionarius exactione.

Et adde, quod à tempore Gregor. XIII. & ita mandante in Signatur. vt retulit Dom. Robust. & habetur in notis Domini mei (istæ notæ non habentur, quia sunt in manuscripto exemplari Romæ in vna Salamantina pensionis coram Pamphilio) fuit seruatum, quod exceptio oriens ex ventre non impediat
10 dictam

dictam clausulam, ex quo per eam iurisdictio est data sub conditione, & in dicta Salamantina Domini dixerunt, quod titularis adiret signaturam.

11 Et adde, quod tunc exceptio dicitur orire ex ventre quando gratia est conditionalis, alias secùs, & ita intelligit Rota, & fuit dictum in Compostellana pensionis vndecima Maij 1584. coram Seraphino.

12 Adde etiam, quod exceptio oriens ex ventre non impedit dictam clausulam quando adest quasi possessio exigendi, Put. decis. 245. num. 4. lib. 1. & fuit dictum in causa Burgens. pensionis 19. Februarij 1596. coram Blanchetto, in qua fuit dictum, ita fuisse tentum in causa Sabinen. pensionis coram Mantica, & in causa Foroliuien. pensionis coram Pegna, & fuit dictum in causa Tarraconen. pensionis 29. Apr. 1596. coram Seraphino.

13 Stante hac clausula sententia lata non prius soluta pensione est nulla, vt fuit resolutum in causa Vercellen. pensionis 29. Maij, & 15. Iunij 1587. coram Plato, & tradit Put. decis. dicimanona, de pension. Anton. Aug. de clausula sine retardatione, §. 6.

14 Et generaliter omnia gesta ante solutam pensionem stante hac clausula sunt nulla, vt fuit resolutum in causa Tarraconen. pensionis 15. Nouemb. 1563. coram Gypsio.

15 Huic clausulæ non dicitur satisfactum vbi solutio est facienda à tertio, qui se obligauit in forma Cameræ, & non soluit ob protestationem factam ab eo, qui vult procedere in causa: secus tamen est si iudex cogat obligatum soluere non obstante protestatione, nam tunc dicitur satisfactum quia hoc casu protestatio non impedit solutionem vide in causa Romana de Cencijs 11. Decembris 1593. coram Mantica.

16 Hæc autem clausula posita in commissione appellationis refertur quoad summam contentam in sententia nec vltra extenditur vt fuit resolutum in causa Romana pensionis 23. Maij 1576. coram Blanc. vt in decis. 310. p. prima diuersor.

17 Hæc clausula censetur in qualibet commissione repetita Ægidius in decis. 41. & 526. Cassadorus decis. 8. num. 15. de rescriptis Tholomeus decis. 30. Rota decis. 121. nu. primo p. 1. diuersor. & in terminis huius clausulæ fuit resolutum in causa Nouarien. decimar. 11. Decembr. 1573. coram Blanchetto, & fuit dictum in causa Aullinæ præsbiteratus 6. April. 1490. coram Pegna, & in Chartaginen. pensionis 13. Martii 1600. coram Lancellott. & in Brixien. pensionis 21. Maii 1599. coram Pegna, & in ciuitatis Castelli pension. 11. Febr. 1577. coram Cant. vt in decis. 43. nu. primo & 2. par. 2. & in Romana annuæ præstationis 3. Febr. 1602. coram Pegna.

Hæc clausula postquam comissio est præsentata, & effecta communis impedit quominus possit dari pensionario sententia canonizatoria pensionis nisi ea soluta, vt fuit dictum in causa Salamantina pens. 29. Nouembr. 1582. coram Bubalo.

18 Hæc clausula datur etiam translatario, qui nunquam exegit si transferens fuit in quasi possess. Sarnē. in compen. sign. n. 85. Ant. Aug. de translat. nu. 3. & de clausula sine retardat. n. 3. & fuit dictum in causa Bononiens. pens. 17 Maii 1593. coram Mellino, & in causa Lauden. pens. 29. Martii 1529. coram Pegna, & vide in causa Taurinens. pensionis 18. Martii 1602. coram Lancellott. & in Carpentoraten. pens. 19. Maii

19 1602. coram eodem, & si adsit clausula arbitrio Rotæ nō suspenditur solutio si adsunt literæ vide in causa Taurien. supra citata.

Hoc tamen intelligitur iustificata translatione, ac etiam reseruatione antiquæ etiam quod adsit clausula arbitrio Rotæ, vt fuit dictum in dicta Lauden. pensionis coram Pegna.

Quid si translatio fuit facta in plures personas vide in causa Brixien. pens. coram Pegna.

20 Hæc clausula posita in commissione appellationis præseruat iurisdictionem iudicis à quo vt in futurum possit cogere titularem ad solutionem vt in simili de clausula sine præiudicio tradit Lancellott. de attent. post inhibit. cap. 20. limit. 13. Rota decisio. 641. n. 10. 11. p. 1. diuersorum Grass. decis. 3. in fine de iudicijs ita fuit dictum in causa Tarraconens. Villæ de recess. 8. Febr. 1593. coram Seraphino, & in terminis pens. in caus. Spoletana responsionis 15. Iul. 1596. coram Corduba. limita nisi ill. esset licitum Gig. de pens. qu. 69. n. 4. Lancellott. de attent. post inhibit. ampliat. 1. n. 18. in contrarium Lancell. vbi supra limit. 13.

21 Hæc clausula posita in commissione Nuncij non obstat, si Nuncius postea causam ad se auocauit, vt fuit resolutum in causa Oxomen. pensionis 28. Iunij 1595. coram Pamphilio.

22 Hæc clausula solet poni in honorem Apostol. literarum Staphil. de lit. iusti. §. in primis. n. 84. Gig. de pen. quæst. 35. in fine, & quæst. 62. n. 12. & fuit dictum in causa Romana pens. 12. Iulij 1599. coram Pamphilio, & Cusentina pens. 6. Nouembris 1596. coram Cordub. & vide in Brixiens. pensionis coram Pegna, & in causa Lucerina pens. 22. Maij 1602. coram Pegna; Sarnens. in comp. signat. n. 86. Gig. quæst. 85. in princip. Vestrius in praxi lib. 3. cap. vlt. n. 1.

23 Item ad obuiandum fraudibus, & malitijs soluere recusantium Stafil. dicto §. in primis num. 84. Gig. d. q. 35. q. 62. num. 12. & seq. & q. 75. in principio, & fuit dictum in Brixien. pensionis coram Pegna; Sarnens. vbi supra Vestrius loco citato; & in d. Lucerina pensionis coram Pegna.

Item in commissione inualiditatis pensionis ne interim pensionarius pensione spolietur Gambara de leg. tit. de pension. n. 765. & fuit dictum in dicta Brixiens.

24 Hæc clausula posita in commissione principalis afficit etiam tertium venientem ad causam pro suo interesse Verall. decis. 1. lib. 1. in manuscriptis, & fuit dictum in causa Compostellana parochialis, 16. Decembr. 1596. coram Orano.

25 Hæc clausula non datur quando pensionarius stetit per longum tempus quod non petijt pensionem Sarnen. vbi supra vers. præterea Gig. de pens. q. 85. n. 3. & vide in d. Brixiensi pension. 21. Maij 1599. coram Pegna.

Dic verum quando pensionarius potest agere, & negligit, secus verò si non potest agere, quia non data negligentia non censetur amisisse animum exigendi, vt fuit dictum in d. Brixien. pens. 15. Martij, & 21. Maij 1599. coram Pegna, vbi de eo, qui transtulerat pensionem sub conditione, & constante inualiditate translationis licet diu non petierit nihilominus datur clausula sine retardatione solutionis pensionis.

26 Item non datur quando pensio est imposita super pluribus beneficijs, quæ postea deuenerunt ad manus diuersarum personarum Ant. Aug. de solut. pens. n. 2. Sarnen. vbi supra n. 87. vers. est & alius casus Gigas de pens. q. 85. n. 5. & fuit resolutum in causa Segobricen. pensionis 19. Aprilis 1602. coram Seraphino.

RESOLVT. CXV.

1 *Clausula dummodo remaneant centum pro Rectore debet verè probari.*
2 *Quando est apposita in concordia, quis teneatur illam probare.*
3 *Cur apponatur dicta Clausula.*
4 *Clausula dummodo medietatem fructuum &c. quando apponatur.*
5 *Pensiones quomodo imponantur super distributionibus.*
6 *Clausula etiam si in solis distributionibus quid operetur.*

Clau-

Clausula dummodo remaneant centum pro Rectore, quid operetur.

1 HÆc clausula operatur vt probatio debeat esse concludens, nec sufficiat probatio per famam ad decis. Mohed. 148. alias 3. de testibus in fine, vt fuit resolutum in causa Clusina pensionis 9. Decemb. 1578. coram Lancel. vt in dec. 258. lib. 1. quotid. & in Oppiden. pensionis 3. Iunij 1585. coram Pamphil. vt fuit dictum in causa Cusentina pensionis 27. Maij 1596. coram Litta, & facit decis. 60. de concess. præbend. in antiquis, & vide in causa interamnen. pension. 23. Iunii 1602. coram Corduba.

2 Si sit apposita in concordia quis teneatur probare vide in causa Suanen. Parochialis 17. Nouemb. 1595. coram Orano.

Ex dispositione Concilii Tridentini sess. 24. cap. 13. de reformat. habetur, quod si Parochialis Ecclesia non reddat centum ducatos nulla pensio imponi pos-
3 sit, quia non debet ita grauari, vt Parochus viuere non possit, aut iura Episcopalia soluere nequeat cap. vacante cap. cum causam, & cap. de Monachis de prębendis, & tunc si fieret resignatio ipsi resignanti solet reseruari pensio super alio beneficio, vel resignatarii, vel Tertii, sed super beneficio Tertij non ita de facili conceditur ob fraudes, quæ solent fieri, cum autem parochialis valeat vltra centum, pensio potest imponi super illo pluri, olim imponebatur pensio vsque ad tertiam partem redditu in omnibus beneficijs, & talis pensio iudicabitur valida Caccialup. in tract. de pensionibus, quæst. 7. Gigas in eodem tractatu, qu. 9. & propterea apponebatur clausula dummodo Tertiam partem fructuum non excedat, vt scribit Rebuf. in praxi beneficial. tit. de reseruation. general. &c. numero 19. & num. 31. sed hodie imponi non potest, nisi centum remaneant liberi pro rectore parocho, & ita hæc clausula introducta est, & probatio debet esse concludens, vt probatum est, & quomodo probetur valor beneficij, quæue deducantur, vide in digest. nouiss. tom. 6. in verbo valor, vbi ad hoc in pluribus capitulis habes compilatam totam materiam ex omnibus decisionibus mundi.

Si resignetur Beneficium simplex solet concedi
4 pensio resignanti quæ non excedit medietatem fructuum, vel quæ non excedat tertiam partem, & in Bullis resignationum alterutra ex istis clausulis apponi consueuit, vt probat Paul. Roman. in tractatu de pensionibus, cap. 1. num. 6. sed hodie curia Romana obseruat regulariter apponere vsque ad medietatem fallit, vbi beneficium non excederet vigintiquatuor ducatos, tunc enim pensio imponi non potest, vt tradit Mandos. in signatura Gratiæ in tit. pensionis, col. 4. vers. super Parochiali; item super Canonicatu, aut alia dignitate in Cathedrali non conceditur pensio, nisi redditus sint vltra centum, & pro quantitate, quæ excedit dictam summam.

Super Cathedrali autem, vel Metropolitana imponitur pensio super illius mensæ fructibus si illorum valor excedat ducatos mille ex dispositione Concilij Tridentini sess. 24. cap. 13. de reformatione, §. ad hæc alias requireretur derogatio specialis. Put. decis. 494. par. 2.

Declarantur huiusmodi conclusiones primo quo-
5 ad pensionem super Canonicatu; nam aliquando dicitur præbendam valere triginta distributiones autē quotidianas centum, & tunc exceditur pensio in triginta, aut quinquaginta, & distributiones quotidianæ computantur, sed clausula addi solet etiam si in solis distributionibus quotidianis, & non nisi præsentibus, & interessentibus diuinis officiis dari, & per eos lucrari solitis, & consuetis, vt scribit Menoch. in signatura Gratiæ in d. tit. pension. col. 8. Item hæc clausula etiam si in solis distributionibus, &c. in c. includit etiā distributiones, quæ dantur interessentibus horis Canonicis, vt latè probat Mandos. in d. tit. pens. col. 9. & propterea fructus Canonicatus Toletani exprimuntur in vigintiquatuor ducatis, & imponitur pensio ducatorum quingentorum, vt scribit Aragon. dec. 38.

Cum super præpositura imponeretur pensio ducatorum centum super redditibus, & prouentibus iuribus, & obuentionibus vniuersis dictæ præpositurę cum clausula dummodo medietatem fructuum ideo fuit dubitatum in Rota, an hæc pensio esset nulla, vel reducibilis tanquam non censeatur imposita, nisi super fructibus ordinarijs, & die 3. Ianuarii 1595. in Augustana præpositura coram Oradino fuit conclusum pro validitate pensionis est decis. 294. in lib. diuersorum manuscript. & hoc propter illa verba iuribus, & obuentionibus vniuersis, de quorum natura est cōprædendere omnes redditus cuiuscunq; qualitatis.

Cum autem apponitur hæc clausula, cuius medietatem fructuum, vt asseris non excedit, ipse pensionarius debet probare non excessum in aliis, tum quia ipsa narratiua probanda est ab eo, qui se fundat in ea, tum propter clausulam vt asseris, quæ differt à clausula vt asseritur, vide Rotam in decis. 412. par. 1. in nouissimis, & si supplicatio diceret etiam si medietatem excederet signatura cancellat, & apponit clausulam, dummodo medietatem non excedat, & de hac practica vide Mandos. in signatura gratiæ in d. titulo pensionis, col. 7. vers. clausula dicta.

Declarantur secundò quoad pensiones super Cathedralibus, quoniam non nisi ex magna causa imponi debent, vt fuit dispositum in Concilio Lateranensi sub Leone X. & ideo Papa quando imponit pensiones super Episcopatibus vacantibus per obitum solet derogare Concilio Lateranensi, & specifica derogatio requiritur, nisi vltra clausulam generalem non obstantibus appareret de certa scientia Papæ, vt fuit conclusum in Maioricens. Parochial. 3. Octob. 1546. coram S. Crucio Put. decis. 494. par. 2.

RESOLVTIO CXVI.

1 *Clausula vt asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur iustificare.*
2 *Impetrans narrās alternatiuè sufficit verificari alterū.*
3 *Clausula vt asseris quomodo differat à clausula, vt asseritur.*

Clausula vt asseris quid operetur.

1 HÆc clausula vt asseris refertur ad impetrantem, qui tenetur iustificare asserta, secus in clausula vt asseritur Rota, decis. 60. & 77. de rescriptis in antiquis Dec. in cap. iurauit, n. 1. de prob. Cassad. decis. 4. n. 1. eod. tit. & decis. 7. de iure patronat. Rota decis. 345. n. 2. p. 1. diu. & fuit resolutum in causa Salamantina pensionis 23. Ian. 1574. coram Grasso, vt decis. 48. alias 2. n. 3. & 4. de probat. Card. cons. 69. num. 6. Gigas, cons. 48. num. 40.

2 Adde tamen, quod si impetrans loquatur alternatiuè, vt puta vt asseris de iure patronatus Laicorum, & Clericorum, sufficit quod alterum sit verum, vt non teneatur aliud iustificare. Cassad. decis. 4. num. 10. de prob. & decis. 7. n. 9. de iure patronat.

3 Adde etiam, quod clausula vt asseris differt à clausula, vt asseritur Rota, decis. 60. de rescriptis in antiq. & decis. 412. num. 2. par. 1. in nou.

RESOLVTIO CXVII.

1 *Clausula si ita est, facit gratiam conditionalem.*
2 *Requirit causæ cognitionem.*

3 *Quando*

3 *Quando est gratia in forma commissoria semper apponitur ab expeditoribus.*
4 *Clausula si constiterit importat conditionem, & quando fallit.*
5 *Quando importet conditionem extraiudicialem.*

Clausula si ita est quid operetur.

1 HÆc clausula reddit gratiam conditionalem cap. 2. iuncta glos. verbo conditio de rescriptis, & fuit dictum in causa Portug. dismembrationis 16. Iunij 1595. coram Blanchetto, & vide in eandem 28. Iunii 1600. & 13. Iunij 1601. coram Iusto.

2 Et ideo requirit causæ cognitionem, & partis citationem Rota decis. 12. de off. deleg. in nou. & fuit dictum in dicta Portugal. dismembrationis coram Blanchett. & in ead. coram Iusto Achil. decis. 2. de fil. presbyter & vide in Mediolan. matrimonij 11. Februarii 1602. coram Mellino.

Contrarium quod hæc clausula, ex quo tacitè inest c. 2. de rescript. non reddat gratiam conditionalem iuxt. tex. in l. conditiones extrinsecus ff. de condit. & demonst. & ideo non requirat partis citationem nec causæ cognitionem tenet Lap. alleg. 60. n. 2. vbi Mandos. in verbo conditionale Doct. in cap. fin. vbi Felyn. n. 18. de præsumpt. Ægid. dec. 4. vers. cuius occasione, vbi quod hæc clausula apposita in rescripto non inducit nouam formam, nec consequenter partis vocationem coram exequutore Cardin. in clement. 1. n. 17. de off. deleg. & fuit dictum in Calciaten. iurisdictionis 13. April. 1587. coram Seraph. vbi quod prædictæ literæ expediuntur in forma gratiosa sine alio examine quando supplicatio est concepta cum illa clausula.

3 Hæc clausula semper apponitur ab expeditoribus, quando gratia est in forma commissoria, vt fuit dictum in causa Portugall. dismembrationis coram iusto 13. Iunii 1601. & Calagur. Canonicatus.

4 Adde quod secus est in clausula si constiterit quæ importat conditionem, & facit commissionem conditionalem Dec. in cons. 198. col. final. cum aliis per Caualcan. in decis. 22. n. 6. par. 1. Rota decis. 21. de rescrip. in antiq. & decis. 15. de dolo & cont. eod. & ideo vt constet, & iudici intelligatur data iurisdictio requiritur, vt præcedat iudicialis cognitio Lap. alleg. 61. & allegatione 65. Oldradus in cons. 218. alias processus esset nullus Felyn. in cap. fin. n. 5. de præsumptionibus, & in cap. si constiterit col. 2. de accusationibus, aliquando non importat indaginem iudicialem, sed

5 cognitionem extra iudicialem, vt in casu dictæ decis. 22. Caualcan. in par. 1. & tunc habetur pro non apposita, & iudex remanet merus exequutor. Abb. in c. fin. col. 7. de præsumptionibus, & ibi Imola n. 9. item non importat indaginem iudicialem si ex mente Papæ aliter appareret videlicet quomodo præces verificandæ essent, nam iudex tunc ita faciens, exequutio firma, atque valida erit adnotata per Felyn. in d. cap. de præsumptionibus Paris. in consil. 67. n. 5. & sequent. vol. 2. nimirum si superaddidisset, & super his conscientiam vestram oneramus Lapus in allegat. 15. in fine, & allegat. 60. n. 4. plura scripsi super hoc supra in clausula constito, alia etiam plurima scripsit Caualc. in dicta decis. 22. n. 9. & seq. parte 1.

RESOLVTIO CXVIII.

1 *Clausula sine præiudicio literarum Apostolicarum præseruat facultatem exequutoribus ipsarum.*
2 *Non impedit quo minus iudex possit procedere etiam non facta exequutione.*
3 *Non impedit quo minus facta exequutione possit dici de nullitate.*
4 *Exequutio donec fiat quando non possit dari mandatum de manutenendo.*
5 *Exequutio iudicis ad quem per quam clausulam non transferatur.*
6 *Clausula sine præiudicio literarum intelligitur de literis ante emanatis.*
7 *Et impedit vt non possit procedi in negotio principali.*
8 *Posita in commissione appellationis operatur, vt sustineatur exequutio facta lite pendente.*

Clausula sine præiudicio exequutionis literarum Apostolicarum quid operetur.

1 HÆc clausula solùm præseruat facultatem exequutoribus literarum Apostolicarum procedendi ad exequutionem non obstante iudicio ordinario Put. decis. 79. lib. 1. & fuit dictum in causa Hispal. & Caurien. permutationis coram Gypsio, & in Oueten. beneficij coram Lancellot. & in Oritana Parochialis coram Peregrino, vt supra.

2 Et ideo non impedit quo minus iudex possit procedere etiam non facta exequutione, dummodo illam non impediat, vt fuit dictum in dictis Oueten. coram Lancelloto, & Oritana coram Peregrino.

3 Item non impedit quo minus facta exequutione possit dici de nullitate exequutionis, & possit manuteneri, si non habuerit se pro spoliato, vel restitui, si habuerit se pro spoliato, quia facta exequutione est consumptus effectus dictæ clausulæ, & iudex functus est officio suo Put. decis. 419. lib. 2. & fuit resolutum in causa Oueten. beneficij coram Lancellotto, & Oritana Parochialis coram Peregrino, & in Regien. beneficii 13. Ianuar. 1597. coram Litta.

Secus tamen ante factam exequutionem, nam do-

4 nec fit exequutio propter hanc clausulam non potest dari mandatum de manutenendo, ne oriatur contrarietas si exequutor eijceret, & iudex cui est commissa causa manuteneret, vt fuit dictum in causa Tullen. congruæ portionis 9. Decembris 1597. coram Corduba, & in causa Regien. Monasterij 13. Ianuar. 1597. coram Litta, & vide in causa Hispalen. & Caurien. coram Gypsio, & in ead. 4. Decembris 1595. coram eod. & in Oritana Parochialis coram Peregrino.

Dic verum quando mandatum de manutenendo daretur simpliciter, secus si cum clausula sine præiudicio exequutionis literarum Apostolicarum, prout cum ista clausula fuit dictum in causa Oritana Parochialis coram Peregrino.

5 Et adde quod clausula sine præiudicio exequutionis literarum Apostolicarum quatenus illi locus sit in commissione apposita cum facultate manutenendi non transfert exequutionem ad iudicem ad quem, ita vt possit videre an sit locus exequutioni, sed solum operatur, vt possit videre an sit dandum mandatum de manutenendo cum dicta clausula, vt in dicta Oritana Parochialis coram Peregr.

6 Hæc clausula posita in commissione intelligitur de literis antea emanatis, non autem de gratia postea concessa non facta mentione litis ad tradit. per Lancellott. de attentat. lit. pend. num. 413. & 423. Paleot. decis. 116. Ioann. Michael. ita fuit dictum in causa Vallisoletana Scholastriæ 5. Iulij 1599. coram Lancellott.

7 Hæc clausula in commissione causæ principalis apposita operatur, quod non possit procedi in negotio principali, nisi parito literis, sicut dicitur de clausula sine retardatione solutionis pensionis Sarnen. in compendio sign. n. 84. Put. decis. 19. de pens. Io. Paul. decis. 61. cui æquipollet, ita fuit resolutum in causa Syracusana præeminentiarum 5. Octobris 1584. coram Bubalo, & fuit dictum in Auellina Archipresbyt. 6. Aprilis 1588. coram Seraphino.

8 Hæc

8 Hæc clausula posita in commissione appellationis operatur, quod sustineatur exequutio facta appellatione pendente, vt fuit dictum in causa Foroliuien. beneficiorum 13. Iunii 1588. coram Seraphino.

PRAXIS CLERICORVM CONIVGATORVM.

RESOLVT. CXIX.

1 *Clerici coniugati non sunt de iurisdictione laicorum etiã si de debito agatur.*
2 *Lapi consilium contrarium sentientis quod possint à iudice laico iudicari ciuiliter.*
3 *Opinio magis communis ad quem spectet coniugatorum iudicium.*
4 *Pragmatica in Regno iuxta supradictam opinionem.*
5 *Quod supradicta opinio sit vera probatur.*
6 *Concilium Parisiense in quo determinatum fuit nullos à laico debere iudicari.*
7 *Generalis prohibitio ne clerici siue ciuiliter, siue criminaliter a laico iudice cognoscantur.*
8 *Pontifex declarat tantum Concilium Parisiense.*
9 *Et dispost. c.2. clerici coniugati etiam ciuiliter à laico iudice non possunt cognosci.*
10 *Prohibitus cognosci in criminalibus dicitur prohibitus siue agatur ciuiliter, siue criminaliter.*
11 *Quando pœna venit applicanda fisco semper criminaliter agi dicitur.*
12 *In legibus nihil debet esse inutile, vel superfluum.*
13 *Constitutio noua est interpretanda vt minus quam possit corrigat.*
14 *Pontifex vtitur aduerbio Nullatenus ad propositum veritoris opinionis.*
15 *Ioannis Andreæ falsa opinio.*
16 *Dispositio Concilij Parisiensis comprehendit etiam clericos coniugatos.*
17 *Iudex licet possit de causa ciuili coniugatorum cognoscere illos in carcerem detrudi non potest.*
18 *Constitutio Bonifacij octaui.*
19 *Pontifex relaxans in casu ciuili coniugatos censetur relaxare quoad personalem districtionem.*
20 *Neque grauitas neque numerus doctorum sed difficultatis resolutiones etiam vnius doctoris faciunt opinionem communem.*
21 *Vnius doctoris melius, & rationabilius scribentis opinioni inhærere debemus.*
22 *Illi doctores dicuntur facere communem opinionem, qui discusso articulo in casu de quo quæritur consilia ediderunt.*

An clericus coniugatus in ciuilibus gaudeat priuilegio fori.

1 QVod clerici coniugati nullatenus sint de iurisdictione laicorum etiam si ciuiliter de debito agatur scripsit Archid. in cap. 1. de cler. coniug. in 6. vbi etiam Fran. col. 3. quibus accedat Lapus allegat.
2 41. vbi consuluit pro ipso debito non condemnari à iudice sæculari etiam dato quod ante clericatum fuisset ab eodem iudice conuentus sequuntur etiam Speculator in tit. de compet. iudic. §. 1. n. 24. Cardin. in c. ex parte quæst. 3. vbi Io. And. n. 3. extra de cleric. coniug. Rot. in decis. 202. incipit si clericus in fin. in nouis Anchar. in c. vnico n. 4. Fulgos. in consilio 124. incip. præsuppositis statutis col. 1. vers. circa primum Alex. in cons. 8. incip. videretur col. fin. vers. ex his infertur vol. 1. in cons. 149. in causa inquisitionis per totum vol. 6. Marian. Senior in consil. 12. col. 4. vers. circa quartam vol. 1. aliquos ex his, & plures nouissimè vidi allegatos per Hyeron. Ceuallos Practicarum quæstionum quæst. 593. vers. sed contrarium vbi citantur
3 plures de communi, & magis communi opinione Diaz rubr. 1. §. 5. vers. 10. Rot. Rom. in decis. 202. in nouis Borell. in additione ad Bellugam in Speculo principium rub. 11. §. videamus in verbo coniugati Mandos. in adit. ad Lapum in allegat. 40. & in allegat. 118. Veron. cons. crim. 10. latè Burgos in cons. 22. per totum cum multis alijs, quos possem hic adducere, & prætermittere decreui, ex quo hodie in isto Regno
4 Neap. iuxta supradictam opinionem fuit sancitũ per pragmat. nuper de clericis, seu diaconis saluaticis.
5 Et quod hæc sit vera opinio probatur per tex. in d.
6 c. 1. de clericis coniug. lib. 6. & in versic. & cum iuxta Parisiense Concilium nullus clericus distringi, aut condemnari debeat à iudice sæculari præsenti declaramus edictos &c. sed disposita in dicto concilio habentur in c. 2. de foro competenti, vbi generaliter est
7 facta prohibitio ne clerici coram laico iudice conueniantur, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur in d.
8 c. 1. Pontifex vtitur declaramus ergo nihil noui voluit inducere aduersus dispositionem Parisiensis Concilij, nisi solum declarationem facere: itaque restat ip-
9 sos clericos coniugatos ex dispositione d. cap. 2. non posse ciuiliter etiam coram iudice laico conueniri probatur etiam quoniam dum declaratur habito respectu ad d. c. 2. sumus certi, quod sub illius dispositione comprehendantur, & qui dicit limitari illorum generalem dispositionem expresè debet limitationem allegare vt dixi in casu præcedenti in art. 2. præsertim in re tam maximi præiudicij, vbi excommunicationem iudex incurrit, & quando res non esset ita clara, in dubio iudex debet credere se excommunicatum, atque absolutionem petere, vt dixi alibi quando egi de absolutione, & licet hoc negotium sit clarum pro iurisdictione Ecclesiæ; tamen quando esset dubium, adhuc pro Ecclesia iudicandum est.

Item probatur per dictum c. 1. in versic. nec ab ipsis sæcularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecuniariter vllatenus condemnari &c. qui versiculus non est trahendus ad versiculum præcedentem, in quo prohibuerat posse trahi ad iudicium sæcularium in causa criminali etiam ciuiliter mota, aliter hic versicul. à nobis sic allegatus esset superfluus
10 probatur, quia prohibitus cognosci in criminalibus dicitur prohibitus, siue agatur criminaliter siue ciui-
11 liter, & dummodo pœna veniat applicanda fisco semper criminaliter agi dicitur: ne igitur sit superfluus intelligendus est hic versiculus vt comprehendat tertium casum scilicet quod pecuniariter agendum est contra clericos coniugatos, & tunc agi non possit co-
12 ram iudice laico, in legibus enim nihil debet inutile esse, ac superfluum, vel sine mysterio operandi §. quibus in prima constit. Codic. c. si Romanorum distinct. 19. glo. in princip. ff. quod metus causa Bartol. in l. transigere in 1. opposit. C. de transact. item sem-
13 per constitutio noua est interpretanda, vt minus quam possit corrigat ius commune c. cum dilectus de consuet. Alexand. in l. inter cætera nu. 7. ff. de liberis, & posthumis, & in l. 35. præter col. 2. de damno infecto Gozzadin. in consil. 19. n. 6. Paris. in consil. 46. nu. 68. volum. 1. & consil. 95. nu. 38. eodem volum. Curt. in consil. 155. colum. 1. & hanc esse communem opinionem probat Ias. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. vt igitur hic vers. nec etiam pecuniariter aliquid operetur, opus est dicere, quod differat à versiculo præcedenti in versic. vel ciuiliter item vt minus corrigatur ius commune, quia aliter dicendo corrigeretur Consilium Parisiense in hoc, vt clerici coniugati possint coram iudice sæculari conueniri.
14 Item probatur per Aduerbium nullatenus, quo Pontifex vtitur in dict. capit. cuius natura est in totum negare, & vniuersaliter à iurisdictione excludere Decius in c. super literis num. 13. de rescript. & in

c. eam

c.eam te n. 33. cod. tit. Lanfranc. in c. qua fronte de appellat.glos.in cap. item in versiculo nullatenus de sequestrat. possess. & fructuum Gig. in tractatu de pension. in vltim. quæst. num. 10. habetque vim sententiæ, atque decreti irritantis, & aufert facultatem dispensandi in contrarium glos. in auth.si qua mulier C. ad Velleian. Card. in c. item §. quis autem de sequestrat.possess. & fructuum Archi. in cap. quoniam in cap. nullatenus de immunitate Ecclesiæ. Ancaran. in cons.180. num.2. Tiraquell. in l. si vnquam in ver. reuertatur num. 95. C. de reuocandis donat. vbi latè de hoc, voluit igitur Summus Pontifex per hoc aduerbium in fine positum, excludere omnem iurisdictionem, quod non esset nisi omnem casum comprehenderet, siue clarè expressum vt nos firmauimus, siue in dubio positum secundum aliquos, ex quibus
15 apparet non esse veram opinionem Ioannis Andreæ contrarium sentientis in dicto cap. 1. videlicet. Pontificem intellexisse in duobus casibus, vbi criminaliter, vel ciuiliter de crimine ageretur, in quibus dumtaxat Iudex Ecclesiasticus in clericos coniugatos animaduertat, vbi autem pecuniariter agendum esset non de crimine, coram iudice laico conueniri posse, quam opinionem sequuti sunt ibi. Geminian. ac multi alij relati per Couar. in lib. practicarum quæst.cap. 31.num.5.vbi in principio testatur hanc esse communem opinionem.

Et primo quantum ad Ioann. Andream quem cæteri pro hac parte habent pro fundamento aduertendum est ipsum in d. c.2. de foro compet. expresè dicere dispositionem illius Concilij Parisiensis compre-
16 hendere etiam clericos coniugatos, & ibi disponitur etiam vbi pecuniariter agendum esset, sed dicere, quod in d.c.1. casus vbi pecuniariter agendum est relaxetur iurisdictioni laicorum, vel admittit necessariam correctionem dicti Concilij, quod probatum est esse falsum, vel inducit contradictionem necessariam in eius dictis, & ideo cessante fundamento Doctores, qui veluti ciues secuti sunt illius doctoris opinionem, qui non aliter dispungnit articulum, non possunt facere communem opinionem.

Item quantum pertinet ad ipsam attestationem communis aduertendum est eundem Couar.in d.n.5.
17 & parum infra dicere hæc verba licet possit iudex sæcularis de causa ciuili cognoscere, & eam diffinire, non tamen poterit clericum coniugatum capere, & in carcere pro executione detrudere, si ipse clericus
18 ea seruauerit quæ Bonifacij VIII. constitutione continentur, quod præter alios placet Ancharan. in dict. consilio primo, & Ripæ in libro primo, respons.cap. 13. hæc opinio communis est; sed istæ duæ communes licet possent stare quando non adesset dicta constituti Bonifacij, tamen habito respectu ad illam, vnde trahunt originem, ipsæ sibi contradicunt siqui-
19 dem si Summus Pontifex in casu ciuilis conuentionis relaxaret ipsos iurisdictioni laicorum censeretur relaxare etiam quo ad personalem districtionem, probatur, quia in cæteris casibus, in quibus sunt relaxandi possunt in carceres apud iudices sæculares detrudi, quare ista asserta communis iure non probatur, & successiuè licitum est contra illam iudicare, vt probat Abb.post Anton. de Butr. in cap. tua nos num.9. versicul. nota bene de iuris, & latè per communem notat data in consil.120.num.1.qui alios refert.

20 Neque faciunt communem opinionem grauitas vel numerus doctorum, sed rationes, & resolutiones difficultatis,etiam si solius doctoris fuerint,vt nouissimè probat recollector communium opinionum libro tertio, cap.9. num.9. versic. quarta opinio, &
21 quod opinioni singularis Doctoris prius sit inhærendum si melius, & rationabilius scripserit est casus in l.2. §. sed neque ex multitudine versicul. iam possit, & vnius deterioris sententiam, & multos, & melio-
res superare C. de veteri iure enuclean. & probat Dec. in consil. 499. numero 11. & consil. 258. nume-
22 ro 1. Item illi Doctores dicuntur facere communem opinionem, qui articulo maturè discusso in ipso casu, de quo quæritur consilia ediderunt non qui leuiter, & sine aliqua aut certè modica ratione scribentes illam sequuntur, vt dicit Abb. in cap. bonæ il 2.numero 30. de postulat. Prælat. Fulgos. in cap.102. column.3. in princip. Ias. in consil.151. column.3. in fine volumine quarto, Ias. in consil. 1. column. fin. volum.1. eodem in consilio 139. in fin.eodem volum. Gabriel. in consil. 100. numero 24. volumine 2. sed vt videri poterit omnes Doctores citati per Couar. mouentur ex authoritate Ioann. Andreæ, qui neque distinguit articulum, sibi videtur contradicere, atque ex inductione d. cap.1. facta per glos. ibi Franch. ac Archidiacon. & Lap.in d. allegat. 141. apparet clarè comprehendere etiam casum vbi pecuniariter agendum est quare concludendum hanc esse communem opinionem.

RESOLVT. CXX.

1 *Clericus coniugatus in tantum est de foro Ecclesiastico, in quantum contraxit cum vnica, & virgine, & cum habitu, & tonsura incesserit.*
2 *Additio Concilij Trid. coniugatos tunc esse de for. Ecclesiastico quando alicuius Ecclesiæ seruitio ab Episcopo sint deputati, & illi seruiant.*
3 *Clericus coniugatus potest habere beneficium sæculare.*
4 *Etiam Ecclesiasticum simplex dummodo pauper sine dispensatione, & sic conceditur in stipendium non autem in titulum.*
5 *Ecclesiasticum autem cum cura sine dispensatione Papæ habere non potest coniugatus.*
6 *Quod si bigamus sine beneficio, Ecclesiæ seruitio non deputatus habitum, & tonsuram non deferens Ecclesiasticis beneficijs, exutus intelligitur.*
7 *Coniugatus gaudet priuilegio fori clericalis.*
8 *Clericus coniugatus debet abstinere ab armis, & negotijs illicitis.*
9 *Quæ negotia sint licita, vel illicita clericis.*
10 *Negotia, quæ permittuntur clericis non coniugatis permittuntur etiam coniugatis.*

Quid requiratur in clericis coniugatis, vt dicantur esse de foro Ecclesiastico.

1 BReuiter sciendum est ad dilucidationem articuli, quod clericus coniugatus intantum est de foro Ecclesiastico, inquantum contraxerit matrimonium cum vnica, & virgine, atque detulerit habitum, & tonsuram, vt dicit textus in cap. vnic. de cleric. coniugat. in 6. & in can. si quis suadente Diabolo 17. quæst. 4. tradunt Capella Tholos. in decision. 144. Francisc. Marc. decision. 290. numero secundo, volumin. 1. Parisi. consil. 40. numero 21. volumin. 4. Guid. Papa decisione 83. & per Sacrum Concilium
2 Trident. in sess. 23. cap. 6. de reformat. additum est dummodo alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio fuerint deputati ab Episcopo eidemque Ecclesiæ ser-
3 uiant, vel ministrent, &c. quo casu potest habere beneficium sæculare capit. ad audientiam de præscript.
4 item Ecclesiasticum simplex sine dispensatione si pauper sit dummodo ei concedatur in stipendium, non autem in titulum, idque fiat propter vtilitatem Ecclesiæ, cap. si qui distinct. 32. cap. quia tua 12. quæst. 2. & communiter præscribentes in cap. cum M.de constitut.in cap.clericus de vita,& honest. cleric.& per Imol.in dict.cap.vnic. de cleric. coniug.

5 Eccle-

5 Ecclesiasticum verò cum cura habere non potest sine dispensatione Papæ, Ioannes Andr. in c. Ioannes de cleric. coniugat. & de communi testatur Capra in regul. 97. num. 34. quibus priuilegijs Ecclesiasticis exutus intelligitur si bigamus fuerit, vel absque habitu, & tonsura incesserit beneficium Ecclesiasticum non habuerit, ac denique Ecclesiæ seruitio deputatus non fuerit, de quo latius per Franc. in d.c. vnic. de cleric. coniugato in 6. & per Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 13. n. 7. ad finem, & per Nouar. in coment. ad pragm. 1. de cleric. coniugat.

7 Et ita demum clericali priuilegio gaudere clericum coniugatum dicunt Bertrand. in cons. 13. n. 5. volum. 8. Alex. de Neuo cons. 60. n. 4. Clar. in sua pract. 8 q. 36. n. 13. dummodo sæcularibus negotijs se non immisceant, & ab armis abstineant, quod tamen intelligi debet de negotiationibus illicitis non autem de permissis, & inductis victus necessitate, vt dicit Co- 9 uarr. pract. quæst. c. 31. num. 6. quæ negotia illis licita sint, & quæ illicita habes apud Nigr. in extrauagant. clem. 7. in verbo Honesta n. 17. & in verb. solemnia Redoan. in tract. de spolijs q. 2. n. 31. cum plurib. seq.

10 Illaque negotia permittuntur coniugatis, quæ permittuntur alijs clericis non coniugatis, & istis casibus debet procedere monitio vt præiudicium fiat priuilegio fori, vt per Alex. in d. cons. n. 149. versus fin. vol. 6.

RESOLVTIO CXXI.

1 *Clericus coniugatus omittens habitum si ante patratum delictum reassumpsit habitum absq; dubio gaudet priuilegio Ecclesiastico.*
2 *Clericus reassumens habitum in fraudem non gaudet priuilegio fori.*
3 *Clericus committens delictum, & post delictum ducat vxorem vnicam, & virginem debet cognosci à iudice Ecclesiastico.*
4 *Ioannes Maria Nouarius scripsit hoc in facti contingentia.*

Clericus Coniugatus omittens habitum, & postmodum reassumens quando gaudeat clericali priuilegio.

1 VBicunque clericus coniugatus omisisset habitum, & tonsuram, & commisisset delictum, reassumpsisset habitum ante delictum patratum absque dubio vtitur priuilegio fori Ecclesiastici Alexandr. cons. 8. volum. 1. & cons. 149. volum. 6. Castel. in consilio quinto, Couarr. practic. quæstion. cap. 31. sub numero septimo, quos refert Clar. in sua practic. quæstione sexta, numero decimosexto, Cucchus institution. canonicar. maior. libro tertio, titul. 9. num. 68.

2 Ferrar. ad Guid. Pap. in decisione 138. nisi reassumpsisset habitum, & tonsuram in fraudem, quæ constaret ex notatis per Cappell. Tholosan. in decisione 144. & per Ferrer. in dict. decisione Guid. Pap. 138.

3 & quod si clericus prius existens, committat delictum, & post delictum ducat vxorem vnicam, & virginem, quod nihilominus attento tempore, quo commissum fuit delictum, debet cognosci à iudice Ecclesiastico concludit Grammat. decisione decima, sub

4 num. 2. & latè vidi scriptum in facti contingentia per Alumnum meum D. Ioannem Mariam Nouarium iuuenem in scribendo in iure solertissimum, & sic tradit in coment. ad pragm. Regni ideſt de clericis coniugatis.

RESOLVT. CXXII.

1 *Clericus coniugatus remanens viduus in habitu, & tonsura gaudet omnibus priuilegijs competentibus clericis non coniugatis.*

2 *Non videtur tonsuram deseruisse, qui statim eam sine fraude reaßumpserit.*
3 *Clericus coniugatus ex dimissione tonsuræ non perdit irrecuperabiliter priuilegium.*
4 *Clericus reassumens tonsuram recuperat omnia priuilegiata, dummodo vxor mortua fuerit vnica, & virgo.*
5 *Clericus coniugatus non potest vti beneficio c. Odoardus de solut.*
6 *Clericus mortua vxore remanens in habitu, & viduitate potest vti dicto beneficio c. Odoardus.*

Clericus coniugatus moriente ipso superstite illius vxore vnica, & virgine manens in viduitate in habitu, & tonsura gaudet omnibus priuilegijs clericorum non coniugatorum.

1 IN facti contingentia consultus dicebam, quod clericus coniugatus si moreretur vxor vnica, & virgo, & ipse maneret in viduitate, in habitu, & tonsura reintegrantur in eo omnia priuilegia competentia clericis non coniugatis, vt dicit Panormitan. in capit. clericus il secondo, num. 4. extra de vita, & honestat. clericorum Borrel. in addition. ad Specul. princip. rubric. decima prima, §. videamus in verbo coniugatis Aufrer. in addition. ad Cappell. Tholosan. in decisione 104. vbi dicit hoc per sequentia verba videlicet.

2 Non enim videtur tonsuram deseruisse, ex quo statim eam sine fraude reasumpserit leg. tertia, ff. de diuort. cap. diuortium de pœnitent. distinctione prima,

3 præterea clericus coniugatus ex dimissione tonsuræ non perdit irrecuperabiliter priuilegium, sed illud recuperat statim, quando tradetur, quinimmò dicunt

4 DD. in cap. clericus in sexto, de vita, & honestat. cleric. quod clericus coniugatus si mortua vxore reassumit tonsuram recuperat omnia priuilegia clericalia, dummodo vxor fuerit vnica, & virgo, ita dicit Sicul. in cit. cap. clericus.

Ex quibus infero, quod licet vltra priuilegium fori, & Canonis de clerico coniugato iudicetur vti de puro laico, ex quo dixi in mea praxi fori Ecclesiast. tomo

5 primo resolut. 253. secundum nouissimam impressionem clericum coniugatum vti non posse beneficio capitul. Odoardus de solution. vt tenent etiam Natta consil. 356. Bulculten. consil. nonagesimo, Cephal. consilio vigesimo secundo, num. 1. Costa de remed. subsid. cap. vigesimo nono, tamen hoc non debet pro-

6 cedere vbicunque clerico esset mortua vxor, & ipse remaneret in tonsura, & viduitate, nam recuperat omnia priuilegia clericalia, & consequenter vti clericus debet ipse gaudere dict. beneficio cap. Odoardus; & sic dico de singulis.

RESOLVTIO CXXIII.

1 *Discordia inter Doctores, an clerici coniugati teneantur ad Gabellas, & collectas.*
2 *Clerici coniugati deferentes habitum, & tonsuram sunt immunes à Gabellis, & alijs muneribus.*
3 *Clerici coniugati tenentur soluere datia, & gabellas pro bonis propriis.*
4 *Quod clerici coniugati teneantur de propriis bonis ad datia, & collectas est opinio magis communis, & à Doctoribus amplexa.*

An Clericus coniugatus teneatur ad Collectas, Datia, & Gabellas.

1 INterrogatus aliquando dicebam, circa hoc Doct. non esse concordes, cum Annibal. in tractat. de Muner. parte 3. num. 112. & Maccabrum. consil. 18.

2 num. 242. teneant Clericos coniugatos deferentes

habitum, & tonsuram esse immunes à Muneribus.

Contrarium nihilominus, quod scilicet Clerici Coniugati teneantur, soluere Collectas, Datia, & gabbellas pro bonis propriis tenuerunt Abb. in c. ex parte de Cleric. coniugat. Bal. in Margarit. in verbo Clericus versic. fin. Bertachin. de gabellis par. 7. num. 12. Guid. Pap. decis. 383. num. 2. vbi Add. Couar. pract. quæst. cap. 31. num. 9. Rodriquez opusc. 7. n. 79. Festas. in tract. de æstim. & Collect. par. 4. cap. 1. num. 7. Aluarez in specul. Iur. Pontific. cap. 35. in princip. Duen. Regul. 100. fallent. 10. vbi alios allegat Zerola in praxi episcopal. in verbo Clericus §. 9. in fin. Thomat. in tract. de Muner. sect. si quispiam num. 14. Remig. de Gon. in tract. de carit. subsid. q. 65. num. 5. & 6. & alij plures, quos breuitatis causa omitto. Ex quibus patet quod hæc secunda opinio est magis communiter recepta, & à Doctoribus amplexa.

RESOLVT. CXXIV.

1 *Coniugati qui non possunt ordinari sunt incapaces beneficiorum.*
2 *Coniugati amittunt beneficia obtenta ante matrimonium.*

An Clericus coniugatus possit habere beneficia.

1 COniugati, qui ordinari prohibentur sunt incapaces beneficiorum cap. 2. & cap. diuersis fallacijs, & cap. cum decorem de Clericis coniugat. facit tex. in cap. vnic. versic. in ceteris autem eod. titul. in 6. de quo benè Lambert. de Iur. patronat. 1. p. 2. lib. q. 7. art. 3. Capra Regul. 97. à n. 23. Hoied. de Incompatibil. benefic. p. 1. cap. fin. n. 76. & 77. Paris. de Resign. Benefic. lib. 4. q. 2. à num. 27. & 99. Sanchez de Matrimon. lib. 7. disputat. 42. n. 14. Less. de Iust. & Iur. lib. 2.
2 cap. 34. dub. 21. adeò vt etiam beneficia ante matrimonium obtenta amittant, vt latè tradit Garsias de Benefic. cap. 8. par. 11. & procedit etiam in administratione Ecclesiastica, nempè quæ personæ Ecclesiasticæ assignatur, cuius etiam sunt incapaces, licet non sit beneficium Cæsar de Graff. in decis. 114. & dec. 91.

Nec ex dispensatione Episcopi potest habere beneficium etiam simplex, vt contra antiquos bene probans tenet Abb. num. 7. incip. Ioannes de cleric. coniugat. Selua de Benefic. p. 1. quæst. 7. n. 18. Lambertin. vbi supra n. 8. Roffiniac. de benefic. cap. 3. à n. 3. Henriquez in summa lib. 13. cap. 14. §. 1. Paris. de Resignat. benefic. lib. 4. quæst. 2. n. 29. Capra Regul. 97. n. 43. Episcopus enim non dispensat contra Ius, nisi in casibus à Iure expressis, vt in proposito scribit Sanchez de Matrimon. lib. 7. disput. 42. n. 18.

PRAXIS COLLATIONIS BENEFICIORVM.

RESOLVTIO CXXV.

1 *Beneficij collatio facta excommunicato est nulla.*
2 *Excommunicatus ignorans se esse excommunicatum potest impetrare beneficium.*
3 *Excommunicatus potest acceptare beneficium in vim gratiæ obtentæ ante excommunicationem.*
4 *Excommunicatus censetur dispensatus ad obtinendum beneficium si à Papa in collatione apponitur, clausula absolutiua à pœnis, & censuris à quocumque latis.*
5 *Excommunicatus habet electionem & optionem, & quare eod. num.*

Beneficij collatio excommunicato facta an teneat de iure.

1 BEneficij collatio facta excommunicato nulla est, Rota in decis. 195. incip. acceptatio facta in nouis Boer. in decis. Burdegal. 119. sub num. 1. in decis. 290. num. 1. Gulielm. Cassador. in tit. de præbendis in decis. 1. n. 6. Francisc. Marc. in decis. Delphin. 920. n. 2. 3. vol. 1. & in decis. 884. n. 22. vol. 2. Simon. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 21. num. 3.

2 Limita primo quod excommunicatus ignorans se excommunicatum potest beneficium impetrare, & Apostolicas literas obtinere, Rota in decis. 281. incip. Nota glos. Nouissimè Const. de facti scientia, & ignorantia, Inspectione 96. num. 1.

3 Limita secundo posse excommunicatum acceptare beneficium in vim gratiæ obtentæ ante excommunicationem Card. Bilgnetus in decis. 4. titul. de sentent. excommun. Franc. Marc. in decis. Delphi. 88. num. 22. vol. 2.

4 Limita tertio si in collatione beneficij Papa apponit clausulam hanc, Te a censuris, & pœnis quauis authoritate, & a quocunque latis quibus innodatus existis ad effectum harum tantummodo consequendum absoluimus, & absolutum fore censentes, tunc ad beneficium illud obtinendum dispensatus censeatur, vt dicit Alber. de Rosat. in l. à procedente in princip. C. de dilatio. vbi inquit id obtinuisse à Benedicto XII. Summo Pontifice, dum Romæ esset Mediolanensium Legatus, quem referens sequitur Nicol. Boer. in dict. decis. Burdegal. 290. n. 2. 3.

Sublimita supradictam tertiam limitationem, quod si per annum perseueraret in excommunicatione, ex illius contumacia beneficium illud non obtineret Nicol. Boer. in d. dec. 290. n. 3. Francisc. Marc. in d. decis. 884. num. 22. volum. 2.

5 Limita autem quarto excommunicatum habere electionem & optionem quia sunt facti, & voluntatis, non autem iuris, vt dicit Rot. in decis. 195. incip. acceptatio, & in decis. 315. incip. habens in nouis.

RESOLVTIO CXXVI.

1 *Quæ ætas requiratur de Iure antiquo in obtinendo prebenda vel canonicatum, tam in cathedrali, quam collegiata.*
2 *Quid statuit Conc. Trid. sess. 23. c. 5. de ætate ad obtinenda dicta beneficia.*
3 *Quæ etas requiratur Iure Canonum in beneficio curato.*
4 *Papa prouidendo minori ætati, quam est de Iure videtur cum illa dispensare.*

In collatione Beneficiorum quæ ætas exigatur.

1 IN Cathedrali Ecclesia minor 14. annorum, immò etiam septennis potest obtinere canonicatum, aut prebendam, & in collegiata c. ex eo quod vbi glos. & Doct. de elect. in 6. glos. in c. si eo tempore de rescript. in 6.

2 Secus verò de iure nouissimo Concil. Trid. quo esse debet maior 14. annorum, vt patet sess. 23. c. 6. nullus facit, Rota in decis. 204. incip. Nota quod minor, & in decis. 216. incipien. Nota quod vbi Martin. Nauar. in summa Confessar. cap. 25. n. 22. 135. Antonut. in Cateches. Neapol. c. 8. Ioannes Coras. in Paraphras. Sacerdot. p. 3. n. 2. Simon. Maiol. de Irregul. lib. 1. c. 3. n. 12. Borell. de Magistrat. Edictis lib. 1. cap. 6. n. 29.

3 Dignitas autem curæ de iure canonum ætatem vigintiquinque annorum requirit cap. cum in cunctis §. interiora de elect. Nisi Papa prouideat quia prouidendo cum illo dispensare videtur vt dicit Puteus in
4 decis. 403. lib. 1. licet attentare videretur tunc a Papa dispen-

dispensatum censeri, si illud expresserit, vt dicit idem Puteus in decis.445. lib.2. & dispositionem dicti cap. cum in cunctis approbauit Concil.Trid. sess.24. c.12. in cap. Cum dignitates, & habetur in c. licet canon. cum seq. de elect. in 6. Absque tamen dispensatione Apostolica curatum beneficium à minore viginti-quinque annorum obtineri nequit Anton. Augustin. in decis.nouis.Rom.162.num.1.lib.3.vol.3.

RESOLVTIO CXXVII.

1 *Mortuis beneficiatis collitigantibus beneficium remanet liberum.*
2 *Appellatione mortis veniunt, & ciuilis, & naturalis.*
3 *Per subrogationem litis non dicitur extincta lis.*
4 *Reus superstes potest prosequi litem, nec lis dici potest extincta sed non è contrario vide num.5.*
6 *Hoc procedit mortuo actore in prima instantia, quia tunc dicitur finiri lis.*

Duobus beneficiatis collitigantibus mortuis extinguitur lis, & beneficium remanet liberum.

1 HAnc opinionem tenuerunt Puteus in decis. 354. num.2.lib.3. argum. clemen. vnicæ in princip. vt lit. pendente Ægid. in decis. 155. incip. mortuo actore Cassador.in decis.1. tit. de re iudic. Mohedan.
2 in decisio. 242. Ampliat. etiam in morte ciuili, cum mortis appellatione, veniat tam naturalis, quam ciuilis, vt voluit Cassador. in decis.3. num. 6. tit. vt lit. pendente.

Declara tamen posse Papam actore mortuo in ius,
3 & litem alium subrogare, & per talem litis subrogationem lis non dicitur extincta, sed per subrogationem alterius personæ censetur litem durare Cassad. in decis.4. tit. vt lit.pend.

4 Declara secundò quod si reus superstes vellet litem prosequi, posset hoc facere, nec diceretur litem extingui, quia posset pro eo dari, & sequi sententia absolutoria, vt per Ægid.in d. decis.156. & Cassador. in d.decis.1. & decisio.6.titul.vt lit.pend.Grass.in decis. 188. Mil.in verb. litis pendentia.

5 Declara tertio quod si moreretur reus, actor non posset litem prosequi, sed quo ad ipsum diceretur extincta,& ita intelligi oportere Rotam in decis.144. incip. in causa in nouis, scribit Bellamer. in d. decis. 156. Cassador. in d.decis. 1. de sentent. & re iudicata in decis.6.vt lit.pendent. refert, & sequitur Lancellot.de Attent.par.2.in probat. c.4. n.271. & seq.

6 Declara quarto quæ diximus de morte actoris procedere,si mortuus sit in prima instantia, quia tunc dicitur lis finiri, secus in secunda instantia, & quando in prima pronunciatum fuisset contra reum, vt declarauit Rota per Puteum in decis.159. num. 1. lib. 2. vbi dicit ita interpretatum fuisse Bellamer. decis. 156. supra allegatam.

RESOLVT. CXXVIII.

1 *Beneficij Collatio vel renunciatio probari potest per testes, & n.8. & 9. vbi locum habeat.*
2 *Collationem habens ab Ordinario præfertur Collationi Papæ.*
3 *Testes, & instrumenta eandem vim habent.*
4 *Scriptura non requiritur ad probandam Collationem beneficij.*
5 *Collatio beneficij potest per Collatorem probari dummodo producatur vt testis vide ibi contrarium.*
6 *Inuestitor feudi admittitur in causa feudi ad informationem tantum.*
7 *Quæ fides habenda sit testimonio secundum personarum qualitatem arbitrandum est.*
8 *Beneficii collatio simplicis probatur testibus secus dignitatum, quæ non probatur nisi per sacros apices.*
9 *Beneficii magni Collatio non potest probari per testes secus si sit modicum.*
10 *Agens possessorio debet probare Collationem beneficii factam ab habente potestatem.*
11 *Authoritas Beneficium conferendi probatur fama, & reputatione, & aliis adminiculis, vt si Collator sit in quasi possessione conferendi.*

Beneficij collatio, siue renunciatio probari an possit per testes.

1 BEneficij collationem, siue renunciationem probari posse per testes prodidit Bald. in cap. 2. extra de restit. spol. num.3. quem sequitur Dec. in l.nihil tam naturale n. 2. ff. de reg.iur. & in l. cum postea in fine C. de pactis Ias. docuit in rubr. ff.de acqu.possess. num. 17. & ita deciderunt Domini de Rot. dec. 780. in antiqu. & idem Ias. in l. 1. C. de bon. possess. contra tab. & Gig. in tract.pensio.quæst.4.5. num.4. & Lambert. de iure patronat. art.2. quæst.princip.3. partis. Nec illud animaduersione dignum, memo-
2 ria elabi sinas, habentem Collationem ab Ordinario præferri Collationi Pontificis, maximè si appareat de eius, quam vocant, prioritate, quam probare debet, vt respondit Bar. Soccin. cons. 67. num. 5. vbi etiam disputatur quid decidendum sit, quando sumus in dubio de prioritate, & quando posterior possidet, & quam vim habeat Clausula motu proprio quoad materiam prioritatis, & in dec. prædicta Dominorum Rotæ in Antiquis dicitur posse etiam probari Collationem siue renunciationem beneficij per
3 instrumenta cum testes & instrumenta eandem vim habeant cap. cum Ioannes Eremita. de fid. instrumentor. & cap. post concessionem de præb. & de huiusmodi probatione per instrumenta, & per testes diximus etiam alibi.

4 Primo amplia vt nec etiam requiratur scriptura ad illam probandam Ias. ita docendo scripsit in dict. rubr.ff.de acquirend.poss.num.17.& in l.cum proponas filios num.4. C.de pactis dicens se de facto interrogatum fuisse, & ad hoc testatur Bal. in dict. cap. 2. de restit. spol.

5 Secundo amplia vt etiam possit probari per collatorem dummodo producatur vt testis ita Roma in singul.739.incipien.quidam dicit per Glo. singul. in cap. 1. si duo de pace tenen. & eius viol. in vsi feud. & Glo.in cap.1. de Cler.viol. pacis Ioan. Crot. in tract. de testib.par.4. num.93.

Contrarium videtur sentire Steph. Aufre. in tract. de test.in ver.Collator. vbi adducit simile dictum Bal. in cap.2.de pace tenen. §.si duo dict. lib. feud. vbi in-
6 quit inuestitorem feudi non admitti in causa feudi ad probationem, sed ad informationem, vt nominant aliquale indicium, & concludit ibid. Steph. tunc collatorem esse admittendum quando nullum ex eo te-
7 stimonio sentiat commodum, & iuxta genus personarum arbitrium esse statuendum, quæ nam fides sit adhibenda tali testimonio per text. in cap.si quæstiones de simo.& nota.in cap.cum parati de appell.& de hoc videas in conclusione Collator.& Petr. Rebuff.in pract.benefic.in 1.par.tit.reg.ad Coll.benef. num.25. vers. sed an Episcopus.

8 Primo limita conclusionem vt tantum procedat in beneficijs simplicibus, secus verò in dignitatibus.quæ non probatur, nisi per sacros apices l. probatorias C. de diuers. offic. lib.11. & ita limitat. Bal. in d. cap. 2. extra de restit.spol.quem sequitur remissiuè Ias.in d. rubr.ff.de acquirend.possess. num.17.

9 Secundo limita non procedere si beneficium optimum secus verò si tenue sit potest quippe tunc sic

probari per testes Bal. in rubr. de rescript. ext. num. 2. vide infra in concluſ. Collatio.

10 Vnde beneficii Collationem ſibi factam ab habente au horitatem probare debet qui vult intrare poſſeſſorium Rot. deciſ. 65. in Antiq. quam refert, & ſequitur Io. Bapt. Ferr. conſil. 93. num. 4. lib. 1.

11 Quod quidem probatur per famam, exiſtimationem, & alia adminicula, vt quia collator erat in quaſi poſſeſſione conferendi, ita Rota deciſ. 3. alias 123. tit. de probat. in nou. pro hoc allegat c. cum Eccleſia Vlterana de elect. & in cap. notio diſt. 21. &c. ſi quis Epiſcopus 1. qu. 3. & cap. cum ex iniuncto de hæret. Dec. in cap. 1. num. 14. de appell. & in cap. veniens num. 42. de except. Petr. Dur. reg. 299. limit. 12.

RESOLVTIO CXXIX.

1 *Beneficij collatio facta alicui de beneficio renunciato non infringitur ex eo, quod non probetur renunciantem legitimè titulum habuiſſe, & declara n. 2. vbi ſufficit quod renuncians poſſederit per triennium.*

Beneficiatus an teneatur probare de iuſto titulo beneficium renunciantis.

1 BEneficij Collationem factam alicui de beneficio renunciantis non infringit ex eo, quod non probetur renunciantem legitimè titulum habuiſſe profitendo, reſcripſit Imo. in c. illud de præſumpt. cap. innotuit de eo qui fur. ordin. ſuſcept. quem refert, & ſequitur Rom. in conſ. 465. ſufficit tamen probare ipſum fuiſſe exiſtimatum, & habitum pro rectore illius Eccleſiæ, vt ibi not. Ro. & Bellam. dec. 545. incip. non obſtantibus concluſionibus Lap. allegat. 89. in Dei nomine Amen. verſ. venio ad ſecundum & Bellam. deciſ. 112. ſubrogatus & idem in deciſ. 116. Caſſad. deciſ. 2. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. num. 4. Boer. deciſ. 42. num. 30.

Intellige ſi renuncians poſſedit per triennium pacificè, quia tunc non tenetur probare iuſtum titulum, & ita intelligendam eſſe Rot. deciſion. 192. agenti in nou. inquit Mandoſ. in addit. ad Rom. in dict. conſil. 465. & ante tenuit Philipp. Franc. in cap. ſuſceptum num. 11. de reſcrip. lib. 6. & dum Lap. alleg. 89. vult requiri longiſſimam poſſeſſionem ad hoc vt quis non teneatur probare iuſtum titulum ſui prædeceſſoris debet intelligi etiam in triennali poſſeſſione ita ſeruaſſe, & ſeruare palatium inquit Caſſad. dict. deciſ. 2. ſuo tempore ibi num. 6. & per Achill. in deciſ. non impreſſis deciſ. 1. titulos anteceſſoris ſub rubr. de tit. ſed de hac re commodius, & opportunius in concluſ. titulus.

RESOLVT. CXXX.

1 *Beneficij Collatio Clandeſtina præſumitur ſimulata.*
2 *Contra prouiſum Clandeſtinè poteſt excipi de Crimine vel infamia ad differendam poſſeſſionem.*
3 *Contractus Clandeſtinè factus fraudulentus, & ſimulatus præſumitur.*
4 *Præſumptio quod collatio Clandeſtina ſimulata ſit tollitur ſi probetur aliqua legitima cauſa occultè factam fuiſſe.*
5 *Præſumptio in incertis ſolummodo locum habet.*
6 *Collatio beneficij palam facta idoneitatem perſonæ præſumit, & contrarium aſſerens probare debet.*
7 *Beneficij collatio Clandeſtina, dicitur nulla, & ibi vide contrarium.*
8 *Collatio beneficij Clandeſtina, & contractus clam factus licet ſimulata præſumantur non tamen nulla ſunt, & de beneficij collatione vide in concl. collatio.*

Beneficij collatio Clandeſtinâ an ſimulata præſumatur.

1 BEneficij collationem Clandeſtinam præſumi ſimulatam ſancitum eſt in cap. vt noſtrum vt Eccleſ. benef. & cap. vt noſtrum de appellat. & ibi Abb. col. fin. ex hoc exijt, vt dicere ſolitus ſit Abb. in cap. cum olim de cauſ. poſſeſſ. & prop. num. 17. contra Clan-
2 deſtinè prouiſum poſſe excipi de crimine, vel infamia ad differendam poſſeſſionem, quia eſt præſumptio contra talem collationem, quem ſequitur Petr. a Biax. in tr. direct. dict. cap. 46. 3. par. num. 2. Bart. Cep. in tr. de ſim. contra 20. præſumpt. num. 67. hinc optimè reſpondet quod ad hanc rem tradunt de con-
3 tractu Clandeſtinè facto eum præſumi fraudulentum, & ſimulatum ſcripſum reliquere Doctor. in l. ab Anaſtaſio C. mand. & in l. poſt contractum vbi præcipuè Bart. verſic. quartus caſus. ff. de donat. text. in clemen. ex grandi de vſuris l. data C. de donat. quod idem comprobat. text. cum gloſ. in cap. conſuluit de offic. deleg. vbi habetur illum, qui malè agit odio proſequi lucem, vt ſcripſit Innoc. in cap. 1. de fide inſtrum. tot. tit. extr. de Clandeſt. de ſponſat.
4 & præ dicta ſunt vera, niſi probarent aliqua legitima cauſa talem collationem occultè factam fuiſſe, ex qua cauſa tolleretur talis præſumptio contra collationem,
5 nam præſumptio habet tantum locum in his, quæ ſunt incerta non autem in his, quæ ſunt clara l. continuus §. cum ita de verb. oblig. ſicut è contra collatio
6 facta palam inducit præſumptionem pro habilitate perſonæ, & afferenti contrarium incumbit onus probandi: ita Abb. in d. cap. vt noſtrum num. 8. verſ. nota. 7.

7 Primo amplia vſque eo, vt immo dicatur nulla: ita not. Innoc. & Doct. in dict. cap. vt noſtrum, & in addit. ad Abb. in dict. cap. cum olim pen. col. ver. ſecundo fallit, & Archid. in cap. ſi tibi abſenti de præbendis.

In contrariam deſcendit ſententiam Bal. in ſua Marga. vt in verb. collatio ideſt immò valere, & de hoc videas Abb. in dict. cap. vt noſtrum vt Eccleſ. be-
8 nef. num. 18. nam licet contra illam præſumatur, non per hoc dicitur nulla, vt ex ſupra allegatis in ſimili de contractu clam facto, qui tamen, licet præſumatur ſimulatus, non tamen eſt nullus, vt de hoc latè Cepo. in contract. in 20. præſumpt. & fuſius diximus in concl. contractus ſimulatus, & de beneficij collatione adeas concluſionem collatio.

RESOLVTIO CXXXI.

1 *Collatio beneficij facta tanquam vacantis per priuationem, an valeat tempore appellationis pendente vide numero 9.*
2 *Geſta tempore quo pendet appellatio ſint attentata.*
3 *Paria ſunt eſſe appellatum, vel eſſe infra tempus ad appellandum.*
4 *Et eſt de Stylo magnæ curiæ Neapolitanæ.*
5 *Quæ regula procedit nedum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus.*
6 *Sententia priuatoria lata contra aliquem ſi pendente termino ad appellandum capta ſit poſſeſſio eſt attentata.*
7 *Bannitus pendente tempore ad appellandum non poteſt impunè offendi, & in quibus non procedat.*
8 *Procedit in confeſſo, & conuicto.*
10 *Publicatio abſolutionis ab excommunicatione eo tempore quo facta eſt tanquam attentata reuocanda ſecundum aliquos.*
11 *Sed contrarium eſt verius.*

Collatio Beneficij tanquam vacantis per priuationem, an valeat si sit facta pendente tempore appellationis.

1 2 IN facti contigentia respondi non fuisse validam talem collationem ex eo quod gesta pendente tempore decem dierum à die sententiæ, qui dantur ad appellandum sunt attentata, & via attentatorum reuocanda, perinde ac si fuissent gesta appellatione
3 pendente, paria enim sunt esse appellatum, vel esse infra decem dies ad appellandum etiam quo ad attentata reuocanda, vt est text. in dict. cap. non solum in princip. & glosa magistr. in l. ex iudiciorum ff. de accusation. quam singularem dicit Corsett. in sing. suis in verbo appellatio incip. item operatur, & communiter approbari tradit Francisc. Marc. in decis. Delphinal. quæst. 760. & glos. in leg. prima. ff. nihil nouari appellation. penden. & etiam Viu. commun. opinion. lib. secundo, opinion. 30. incip. attentata in secunda ampliatione, & post dictam glos. Alexander in consil. 99. Visis; libro quinto, & tradit Mil. in verbo attentata pendente tempore folio 29. & in verbo appellationis tempus, & ibi addition. fol. 12. pro qua est etiam decisio Guid. Pap. 74. in causis ciuilibus, & Capic. decision. 167. numero secundo,
4 vbi inquit quod etiam est de Stylo Magnæ Curiæ Neapolitanæ vt intra hos decem dies sententia, aut decretum Magni Consilii non mandetur executioni, & tradit Lap. allegation. 2. numero septimo, & Francisc. Marc. in decisione 271. in fin. Ruin. consil. 75. quantum, numero secundo, libro quinto, & consil. 172. circa, numer. decim. libro quarto, & Maranta in Speculo quæstion. secunda, tertiæ partis sextæ partis princip. numero 162. post Alexandr. in leg. tertia, §. si seruus ff. de acquirend. possession. & Bald. & alios, de quibus per supradictos Doctor. Crot. in cons. 7. in causa, num. 23. col. 4. & Didac. Practicarum quæst. cap. 23. numero 2. vers. tertia interpretatio, vbi post alios pariter testatur glos. in dicta l. ex iudiciorum communiter teneri, & per Ioann. Bapt. de Asin. qui quam plures vltra prælegatos ad id citat. in sua praxi iudiciorum, §. 31. cap. 2. in tertia limit. princ. per tot. & Grat. in cons. 16. visis, numero sexto lib. 2. & pro regula quando sumus in casu, in quo licuerit appellare est hodie Decis. in Recoll. A. Augustini tertia, quæ incip. cum Andreas, & ita etiam fuit tentum in vna Tolerana Cappellaniæ coram Oradino sub die 9. Iulii 1567. quod præsentatio institutio. Et supradicta procedunt non solum
5 in causis ciuilibus, verum etiam in criminalibus, vt est decis. Guid. Pap. in causis, & alia Franc. Marc. quæst. 907. num. 2. & est decis. Put. 414. incip. eadem
6 die lib. 3. vbi quod si lata contra aliquem sententia priuatoria, & pendente termino ad appellandum capta sit possessio, talis possessio dicatur attentata, & regulam tenet etiam Ægid. Bos. in praxi crimin. in tit. de appellat. sub num. 3. vbi quod etiam tertius
7 potest pro condemnato appellare, & propterea bannitus pendente tempore ad appellandum non potest impunè offendi, vt est verior, & magis communis opinio, de qua testatur Blanch. in sua Pract. crimin. fol. 100. num. 111. in cap. in quo tractat, an ignorantia excuset à delicto, vbi plures, & authoritates, & iura ad hoc adducit, idemque post eum tenuit etiam de communi opin. attestans Iul. Clar. receptarum sententiarum lib. 5. in §. homicidium col. trigesima octaua, vers. successiuè quæro fol. 31. ita vt mirum videri possit, quod Viuius commun. opin. lib. 2. opin. 30. incip. Attentata in secunda ampliat. vers. secus in criminalibus, attestatus fuerit ex eodem Blanch. dict. num. 111. magis commun. & veriorem opin. esse, quod bannitus pendente tempore ad appellandum possit impunè offendi cum contrarium expresse firmet. Blanc. in lib. meo, vt supra dictum est, quod tamen limita duobus modis. Primo, vt non procedat hoc de consuetudine Parlamenti, & aliarum Curiarum Delphinatus, vt idem ibid. & per Franc. Marc. dict. decis. 907. & etiam de consuetudine status Mediolani, vt dicit idem Clar. vbi supra. Secun-
8 do nisi essemus in confesso, & conuicto, tunc enim dicti decem dies non expectantur. Guid. Papa dicta decis. 74. Et pro hac ampliatione, & hac secunda illius limitatione facit dicta decis. A. Augustini tertia, quæ incip. cum Andreas, vbi voluit, quod collatio facta de beneficio illius, qui fuerat condemnatus pendente hoc tempore, non valeat, si talis condemnatus potuit appellare, prout non potuisset appellare in casu suo ex eo, quia ille erat confessus, & conuictus saltem præsumptiuè, ex quo ille carceres fregerat. Vnde ex illa decis. potest colligi etiam ampliatio ad hanc secundam limitationem, vt procedat etiam si quis sit conuictus, aut confessus præsumptiuè. Declara etiam hanc ampliationem, vt quamuis illa de iure sit vera, & communis, de consuetudine tamen minimè obseruatur, vt habetur per Iul. Clarum in sua Practica criminali, quæst. 96. in princ. vbi, & de communi opin. supradicta, atque de illius in obseruantia attestatur; propterea, & possessio capta infra hos decem dies sit attentata, & dixit Put. in Recoll.
9 suis p. 2. decis. 96. quod impetratio beneficij, tanquam vacantis per priuationem non valeat si sit facta pendente tempore ad appellandum, quod ipsum in eisdem terminis firmauit Chissan. decis. 1. incipit termino ad appellandum, vbi refert, ita etiam alias fuisse tentum in alia Barchinonen. coram Marcello, & motus hac regula consuluit alias Andr. Barbat. in consil. visis dubiis col. fin. vers. ad octauum, num. 13. lib. 3. quod si quis fuit ab excommunicatione absolutus, & pendente tempore ad appellandum ab hac absolutione ille fuerit per Iudicem publicatus absolu-
10 lutus, talis publicatio debet tanquam attentata reuocari, quod dictum, licet prima fronte videatur
11 posse admitti, in rei tamen veritate nullo modo videtur tenendum, quoniam si pendente hoc tempore potest ferri excomm. & insuper pendente etiam appellatione, vt dicit Lancell. in c. 12. de attent. appell. pendent. in 23. limit. princip. non video, quare publicatio absolutionis, quæ est fauorabilis, vt in dicta 23. limit. num. 6. non possit fieri pendente tempore ad appellandum cum absolutio fiat, etiam post appellationem interpositam, quod est magis, iur. vulgar.

PRAXIS COLLECTARVM, & Gabellarum.

RESOLVT. CXXXII.

1 *Clerici, Ecclesiæ, & monasteria, & personæ Ecclesiasticæ, sunt immunes à collectis.*
2 *Hospitale gaudet priuilegijs Ecclesiarum, quando fundatum est authoritate Episcopi.*
3 *Hospitale dicitur etiam religiosum, quando habet annexam Ecclesiam, vel exercentur iura Episcopalia.*
4 *Hospitale fuisse fundatum authoritate Episcopi præsumitur ex signis.*
5 *Post mortem fundatoris Episcopus potest visitare hospitale, quod non est religiosum.*
6 *Hospitalia quælibet subdita sunt Episcopis quoad visitationem, & executionem voluntatis fundatoris.*
7 *Hospitalia collectantur.*
8 *Hospitalia non tenentur ad Gabellas, etiam si vendant.*

An Hospitalia teneantur ad collectas.

1 VEra est iuris conclusio, quod Clerici, Ecclesiæ, & Monasteria, & Ecclesiasticæ personæ immunes sunt à collectis, & tributis tex. in capit. aduersus, de immun, Eccles. c. quamquam, de censibus in 6. c. clericis, & c. fin. de immunit. Eccles. in 6. c. 1. de censibus in 6. Clem. vnic. de immunitat. Eccles. text. in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles. & in authent. item nulla communitas, C. de Episc. & cleric. & concordat lex 54. & l. 56. & l. 52. tit. 6. p. 1. & l. 3. titul. 3. libro 1. l. 11. & 12. eodem lib. 1. nouæ recopil.

Ampliatur hæc conclusio, vt procedat in hospitalibus, ita Auend. in cap. 14. numero 32. hospitalia
2 enim gaudent priuilegijs Ecclesiarum ex Soc. in l. rem, quæ nobis, versic. 2. dubitatur, ff. de acquir. pos. & ex Felin. latè in cap. de quarta de præscript. & plura congerit Anton. Gabr. in suis communib. libro 6. tit. de pia causa, concluf. 2. per totam, & Menoch. in tract. de recuper. remed. 15. à num. 22. cum sequentibus, latissimè Mascardus in tract. de probat. 2. parte conclusione 869. per totam, intellige tamen secundum supradictos id esse verum, quando hospitale publicum fundatum est Episcopi authoritate, quia
3 tunc est locus religiosus, & cognoscitur esse locum religiosum ex eo, quod habet Oratorium, & Ecclesiam annexam, cum altaribus, & campanili, & vbi publicè diuina celebrantur, & homines sepeliuntur, tunc enim ex his arguitur fundatum esse Episcopi authoritate; cognoscitur etiam ex eo, quod Episcopus in eo exerceat iura Episcopalia, & ex alijs, de quibus per Mascar. vbi sup. & per Petrum de Vbaldis de Perusio in tract. de quarta Canonica q.... per totam. Aduerte tamen ne erres, quod licet hospitale non habeat Ecclesiam annexam, nec altaria, aut campanile, si sit fundatum authoritate Episcopi, aut alterius cuiuslibet Ordinarij est locus religiosus, & gaudet priuilegijs Ecclesiarum, vt est text. in cap. ad hæc, & ibi Abb. de religiosis domibus, si tamen non haberet Ecclesiam annexam in forma solemni Ecclesiæ, non daretur immunitas confugientibus ad Hospitale, quemadmodum datur confugientibus ad Ecclesiam, & ita colligo, ex Remigio de Gondis in tract. de immunit. Ecclesiarum ampliat. 17. & ita intelliguntur, quæ cum pluribus notat Couarr. libro 2. var. cap. 20. nu. 4. & Ioan. de Vischis in tract. de immunit. Eccles. numer. 48. fol. 14. tom. 13. tractatuum nou. par. 1. & ita semper vidi, & audiui, intelligi, & practicari, & cum hac declaratione debes intelligere, quæ à supradictis notantur in materia hospitalium, omnes enim dicunt, quod hospitale fundatum Episcopi authoritate dicitur locus religiosus, & gaudet priuilegijs Ecclesiarum, secus in fundato authoritate priuata, sequitur Guillel. Rod. in tract. de priuilegijs ad instar, quæst. 4. num. 2. Hier. Preuidel. in tract. de peste, vers. vos scitis, num. 7. Cornel. Benincas. in tract. de paupertate, quæst. 5. num. 44. Bobius in tract. de statutaria vrbis præscription. glos. 19. num. 202. Petr. Gambar. in tract. de Legat. cap. de potestate Legati circa hospitalia per totum; Selua de beneficijs, par. 1. quæst. 6. num. 10. Ioan. Lup. in tractat. de libertat. Ecclesiæ, quæst. 16. num. 7. Lupus de Castella eleganter in integro tract. de hospitalitate, sed hi omnes cum Felin. vbi sup. quasi inter se variare videntur, aliquando enim simpliciter loquuntur de fundato Episcopi authoritate, aliquando verò de fundato authoritate eadem ad hospitalitatem: & Missas celebrandas, & quod habeant altare consecratum publicum, & vbi publicè celebretur, & non priuatim, aliquando verò requirunt, quod habeat Rectorem perpetuum, qui instituatur ab Episcopo, & quod non regatur per læculares, sed ad has confusiones euitandas vera resolutio videtur hospitale fundatum authoritate Episcopi simpliciter dici pium, & religiosum, etiam si per læculares regatur, & non ponatur ibi Vicarius, aut Rector perpetuus. Si tamen non
4 constat de tali authoritate eam præsumimus ex signis supra adductis, quæ tunc necessaria sunt, & si ea non habeat, & per læculares regatur, erit læculare, & profanum, licet mortuo fundante, quodammodo sit locus pius, & quamuis non sit locus religiosus
5 gaudet tamen priuilegijs piæ causæ, & Episcopus illud poterit visitare ad effectum, vt videat si ibi omnia secundum voluntatem fundatoris fiant. Et bona consumantur in hospitalitate, & non in rebus profanis, ex allegatis à Paris. conf. 34. lib. 4. in fin. Si verò sit fundatum Episcopi authoritate, & habeat Ecclesiam, & Rectorem perpetuum, tunc erit beneficium Ecclesiasticum, & erit locus magis religiosus, & gaudebit in omnibus, & per omnia priuilegijs Ecclesiarum, & ab hoc non dissentit Petrus Gregor. Tholosan. in suo Syntagmate iuris vniuersi parte 2. lib. 15. quæst. 28. num. 39. vbi allegat Cosmum Gumier. in glos. sanctionis Gallicanæ, hodie tamen vide Decretum Sacrosanct. Concil. Trident. sess. 22. c. 8. & 9. de reformatione, vbi absque vlla distinctio-
6 ne hospitalia sunt Episcopis subdita quoad visitationem, & executionem voluntatis fundatoris, & quo ad redditiones rationum, & sic practicatur; Imò etiam in praxi, excepta immunitate, de qua supra
7 semper gaudent priuilegijs Ecclesiarum quemadmodum, & quælibet pia causa, & sine vlla distinctione collectantur, & in terminis de collectis etiam concordat Felin. in dicto cap. de quarta, numer. 11. & Iulius Ferrettus in tractat. de gabellis, num 487. & fol. 23. tom. 12. tractatuum nouorum, ex quibus iam perfectè intelliges omnia, quæ de hospitalibus à Doctoribus tractantur, ex quibus infero hospitalia
8 nunquam teneri ad gabellas etiam si vendant, nam si sunt loca simpliciter religiosa suaptè natura, vt Ecclesiæ non tenentur ad gabellas, & ita breuiter demonstrat. Lasarte in tract. de gabellis, c. 19. num. 90. Si vero non sunt simpliciter religiosa, sed quodam modo pia, quia ad pias causas instituta mortuo fundatore gaudent priuilegijs piæ causæ, non tenentur ad gabellas.

RESOLVT. CXXXIII.

1 *Confraternitates non possunt collectari.*
2 *Confratria est homines simul iuncti, cum relatione ad opera pietatis.*
3 *Quando confratria habet hospitale annexum, & confratria est principalis, bona præsumuntur confratriæ, nisi clarè appareat bona esse hospitalis.*
4 *Confratria præsumitur principalis, quando Ecclesia annexa sumit nomen a Confratria.*
5 *Bona Confratriæ, & hospitalium, non patiuntur detractionem Falcidiæ.*
6 *Confratriæ non soluunt gabellas ex venditionibus suorum bonorum.*

An Confraternitates teneantur ad collectas.

1 CONfraternitates collectari non possunt, quia dicuntur loca pia, vt colliges ex his, quæ notat Speculator. in titul. de instrumentorum editione, §. nunc aliqua, numero 62. & latè defendit Petrus de Perusio in dicto tractatu, quæstione secunda principali, articul. 2. quam cum Ioan. Andr. Decio, Alexand. Gard. & alijs, communem opinionem dixit Anton. Gabriel. vbi supr. concluf. 1. titul. de pia causa, & Tiraq. in tra. de priuilegijs pię causę in præf. num. 7. & consuluit Feder. de Senis consil. 3.

& alij

& alij plures hanc opinionem tenuerunt, quos recenset Menochius in d. tractatu de recuperand. remedio decimoquinto à n.25. cum sequentibus, & in proprijs terminis collectarum eam videtur tenere Auend. vbi supra num.33. Ego tamen licet videam in pluribus locis de consuetudine seruari hanc ampliationem, quo ad collectas, & tributa, & non quoad reliqua, tamen seruanda est consuerudo, & licet etiam vera sit quando maior pars confratrum est nobilis, aut Ecclesiastica vt Auend. vbi supra dicit hisce casibus seclusis falsam existimo in puncto iuris, dictam ampliationem; Nam Confratria simpliciter sumpta vt ait, Rebuf. in tr. de confratriis tom.2.ad leges gallicas in princ. nihil aliud est, quam congregatio plurium hominum per viam sodalitatis, aut fraternitatis ad opera pietatis exercenda. Igitur illud corpus fictum, & imaginatum, quod vocamus vniuersitatem, aut confratriam, quoad substantiam, & entitatem nihil aliud est quam plures homines cum relatione ad dictã congregationem, & fraternitatem, & si dicas, quod relatio, aut connotatio, prout logici vocant, est accidens, accidens verò non potest sine subiecto esse, subiectum verò habet esse reale, & per consequens aliquis locus, in quo subiectetur illud accidens, & si ille sit pius, debet esse etiam confraternitas locus pius à denominatione subiecti, ex quibus authores semper considerant confratriam cum hospitali, aut Ecclesia annexa, & ex hoc decepti sunt ad tenendam primam opinionem; Ad hoc respondetur, quod subiectum sunt homines, & confratres, in quibus subiectatur dicta relatio etsi dicas quod deficientibus hominibus deficiet confratria, respondetur quod in actu id verum est, in habitu tamen (quod in potentia manet in agenti) hoc est in superiore, aut eius priuilegijs, ex quibus potest dicta Confratria reduci ad actum aduenientibus subiectis tanquam ex potentia actiua: Vnde Confratria suaptè natura non circumscribitur loco, quemadmodum ciuitas, populus, collegium, & monasterium, & in hoc differunt: Restat igitur,

2 Quod confratria est homines simul iuncti sub dicta relatione ad opera pietatis.

Ex qua vera declaratione confratrię infertur, quod impertinens est indistinctio, quam Menoch. & alij vbi supra faciunt, an confratria sit vnita Ecclesiæ, aut hospitali, & quid sit principalis confratria, an hospitale, confratria enim per se est ens, & subsistit seclusa hospitali, & per se potest considerari, & habere bona tunc enim hæc distinctio procedit, quando ignoratur
3 cuius sint bona confratriæ, an hospitalis si enim confratria est principalis, bona præsumuntur eius esse, ex Bobio & Perusino vbi supra, si verò hospitale, è contra, si tamen constaret, cuius sint, nulla distinctio necessaria est, confratria secularium secularis est, non gaudet priuilegijs Ecclesiarum vt (licetnon ita declarando) professus fuit Bald.in l.illud, versicul. quid de eo C. de Sacrosanct. Eccles. & in authent. Hoc ius porrectum versic. secundo, quæro quid de rebus, eodem titul.idem in l.id quod pauperibus, C. de Episc. & Cleric. & l. si quis ad declinandam, vers. deinde quæritur eodem titul. Alexand. vbi Carol. cons. 119. num.27. lib.2. & cons. 18. num.5. lib. 4. & cons. 297. num.4.eod.lib. & cons.307. in fin. eod.lib. Soc.consil. 82.lib.4.Franc.in c.1. de rebus Ecclesiæ non alienand. in 6. Parisius eleganter dict. cons.34. per totum, Rebuffus vbi supra num. 8. quos omnes; & alios quam plures in fonte vidi & cum Imol. Cardin. & alijs hanc magis communem, & veriorem opinionem dicit Anton.Gabriel.in d.lib.6. tit. de pia causa conclusione prima per totam & Menoch. vbi supra, à num. 30. cum sequentibus. Bobius in loco supra citato; cum igitur confraternitas sit sæcularis potest collectari, vt aliquo modo sentit Auend. vbi supra. Hæc tamen resolutio limitanda est primo nisi in contrarium existat consuetudo, quæ in omnibus pene locis Hispaniæ obseruatur. Secundo limitatur quando contratria est vnita alicui hospitali, & Ecclesiæ, & apparet bona esse illius hospitalis, aut Ecclesiæ ex supra allegatis. Tertio limitatur ex Petro de Perusio, & Menochio, quando confratria accedit hospitali, tanquam principali, & bona iudicantur vt de hospitali, & appellantur bona hospitalis, licet ea confratres administrent, & confratria etiam sumit denominationem ab inuocatione hospitalis ab ipso hospitali, tunc enim bona præsumuntur esse hospitalis, & non collectabuntur; tunc
4 etiam iudicabitur principalis confratria, quando Ecclesia aut hospitale sumit denominationem a confratria, vel est solum pro vsibus confratriæ, vel confratria fundauit Ecclesiam, aut hospitale, & ex alijs iudiciis. Quarto limitatur quando bona confratriæ in totum consumenda sunt in pias causas, prout in dubio præsumitur, ex Abbate cons.31.lib.1. tunc enim licet non sit locus religiosus ex eodem Abbate, erit tamen pia causa, & fraternitas instituta ad pias causas, & bona dicerentur relicta ad pias causas, quæ gaudent priuilegiis bonorum Ecclesiasticorum ex latè notatis, & adductis per Tiraquell. in tr. de priuilegiis piæ causæ priuileg.140.ac proinde non poterunt collectari, tum ex dictis priuilegiis tum etiam ne diminuantur opera pietatis, ob collectarum solutionem, quemadmodum
5 etiam ob eandem rationem non patiuntur deductionem Trebellianicæ, & Falcidiæ ex l. si quis ad declinandam C.de Episcopis, & Clericis, & ex authent. similiter, & ibi latissimè Roma. C. ad legem falcidiam, & non patiuntur alia iura iudicialia ex text. in l. nulli, & ibi Bal. & Salicet.de Episcopis, & Clericis, & quasi in terminis facit tex. in d.l. si quis ad declinandam ibi per aliam occasionem minui, & in terminis facit tex. in authent. de Ecclesiast. titul. si autem hæres ibi, & hæc pluribus tributis fiscalibus prægrauatos, collat.9.

Ex quibus iuribus etiam infertur quod ne dimi-
6 nuantur dicta opera pietatis non tenentur etiam dictæ confratriæ soluere gabellam ex venditionibus bonorum ad pias causas deputatorum, quemadmodum, licet de confratriis non loquatur in terminis piæ causæ tenet Bertachin.in tract. de gabellis 8.par. memb. 5.n.5. & Parlad. rerum quotidianarum, c.3. 1.n. 18. Aluarado in trac.de coniect. vltimarum voluntatum, lib.2.cap.1.2.num.17. quos omnes refert, & sequitur Lasarte de Molin.in tract. de gab. cap. 20. à num. 61. cum sequ. qui non referunt iura supra allegata, nec rem exactè percipiunt. Nec obstat, quod in quaterno gabellarum non sit pia causa excepta, & quod pia causa gaudeat Ecclesiæ priuilegiis, nam illa exceptio ad piam causam debet extendi quantumcumque lex loqueretur per dictionem taxatiuam, vt latè fundat Tiraquel.in d. tract. de priuilegiis piæ causæ priuileg. 160. per totum alleg. Bar. in l. si constante, q.19. ff. solut. mat. & alleg. l. illud. C. de Sacrosanct. Eccles. & Angel. Alex. & alios, & alleg. Ant. Abb. & Io. Andr. in c. ex tenore qui filii sint legitim. idque apparet ex l. gabellarum, quæ de Ecclesiis loquitur, quæ est l.6. & 18. l.9. Recop. quæ in princip. demonstrat non esse intentionis legislatoris tollere Ecclesiis priuilegia à iure concessa, & extendit ad quascunque Ecclesias, & cum à iure piis causis eadem priuilegia, quæ Ecclesiis sint concessa, constat apertè non fuisse intentionis legislatoris ea auferendi, cum & Ecclesiis non tollat, & cum piæ causæ ad Ecclesias dirigantur, & partes sint Ecclesiæ, quodadmodo etiam Ecclesiæ dici possunt. Imo credendum est pientissimum Principem ideo de piis causis loquutum non fuisse, quia id per se notum erat inter Catholicos, & Religiosos Principes, & quia eadem ratione, qua Ecclesiis noluit præiudicare, eadem etiam credendum est noluisse præiudicare pijs causis,

tum etiam quia in pijs causis ius canonicum seruandum est in vtroque foro, vt per eundem Tiraq. in d. trac. 163. priuilegio, at verò iure Canonico non inuenitur imposita gabella pijs causis, imò liberæ sunt ab omnibus exactionibus ex notatis in cap. requisisti de test. & quia in pijs causis diuini tantum, & naturalis iuris habetur consideratio, vt per eundem priuil. 164. at verò nulla ratio naturalis, nec ius diuinum cogit ad dictam gabellam soluendam, imò manifestè ostendit contrarium, & in dubijs etiam pro pia causa iudicandum est ex eodem priuilegio 148. & lex generaliter loquens prout est l. 1. dic. tit. 18. non comprehendit piam causam, vt per eundem, cum Rom. Socin. & alijs priuilegio 130. ex quibus concludo, quod Confraternitas ex bonis relictis ad pias causas, nec alia pia causa non debet tributa, nec gabellas soluere, & ita semper consului, & vidi ab alijs consultum, & practicatum; infertur etiam quod ex anniuersarijs, aut bonis capellaniæ non debet solui collecta, quando tota bona dico fructus bonorum anniuersarijs subiectorum debent consumi in ipsis anniuersariis, & nihil remanet possessori, secus verò quando aliquid remanet, & cappellania non est collatiua, & sic intelliges, quæ Auendanus dicit dict. cap. 14. num. 33.

RESOLVT. CXXXIV.

1 *Perpetuò obligati ad seruiendum Ecclesiæ, sunt exempti à collectis.*
2 *Conuersus, qui mutato habitu offert se perpetuò Ecclesiæ sæcularj, & manet sub obedientia Abbatis, & tonsuratus incedit, est persona ecclesiastica.*
3 *Hæremitæ tunc dicuntur personæ ecclesiasticæ, & collectari non possunt, quando mutant habitum, regulariter viuunt, & se subijciunt alicui superiori.*

An oblati, & conuersi teneantur ad collectas.

1 REspondi in facti contingentia negatiuè, quando oblatio est perpetua, & cum obligatione seruiendi perpetuò Ecclesiæ: in conuersis regularibus nullam dubium est, quia communiter professionem faciunt, & promittunt tria vota vt alij, ipsi enim omnes sunt de loco Ecclesiæ, vt per Felin. & alios in c. si diligenti, & c. cum sit, & c. postulasti, & cap. 1. de foro competenti, notat Nicol. Festas in tract. de æstimo, & collectis, p. 4. c. 1. n. 8. alleg. Bal. Aug. & Paul. qui loquuntur de his, qui offerunt se Ecclesiæ cum omnibus bonis suis, de quibus etiam loquitur text. in cap. fin. de succession. ab intestat. 8. de oblatis, & conuersis loquuntur Nauar. in suo Manuali latino, cap. 27. num. 79. Syluest. vers. excommunicatio 6. quæst. 2. & verbo Ecclesiæ, quæst. 7. Abb. & DD. in cap. non dubium de sentent. excommun. & in cap. vt priuilegia de priuilegijs Redoanus de rebus Ecclesiæ, Rub. 23. num. 64. & de spoliis ad maiorem, num. 67. Stap. de lit. grat. tit. de expectatius, titul. de variis modis vacationis, num. 103. Bermondus de concub. verb. quia religiosi, num. 3. Bertachinus de Episcop. par. 3. num. 19. Franc. de Platea de excomm. 42. num. 1. Beatus Antoninus eo tract. de quarta episc. quæst. 17. num. 19. Lupus de hospitalitate num. 19. Franc. de disput. petitorij, dub. 3. Ioann. Lignatio de censuris, num. 6. Curt. de Feud. p. 2. reg. 17. num. 20 Legerier de primogenit. lib. 1. quæst. 24. n. 47. Bart. Bald. & Doctores in Authent. ingressi C. de Sacrosc. Ecclesiis.

Et licet isti inter se varient ex eorum dictis collige,
2 quod conuersus, & oblatus, qui se, & sua offert Monasterio, aut Ecclesiæ seculari in perpetuum, & mutat habitum cum promissione non deserendi, & incedit tonsuratus, & se subiicit Abbati, aut alicui Prælato, & ab eo admissus religiosè viuit, est propriè persona Ecclesiastica, & gaudet priuilegio fori, vnde talis non soluet collectas, nec gabellas ex Iulio Ferretto in d. tract. de gabel. num. 556. & si isti faciunt tria vota, vt etiam hodie faciunt in omnibus religionibus absque dubio sunt perfectè religiosi, vt per supradictos licet non admittantur ad omnes actus, ad quos Monachi admittuntur, si verò bona non deseruerint, & in sua domo laicaliter viuunt, vel ad tempus se cum suis Monasterio, aut Ecclesiæ offerunt, nec absolutè vitam mutarunt non gaudent dic. priuilegio, & possunt collectari, ex Auendano in dic. cap. & ex Syluestro vbi supra sic in materia electionis fori dicit optimè Nouarius in sua praxi electionis, & variationis fori sec. 1. quæst. 35.

3 Ex quibus infertur, quod Hæremitæ tunc gaudent priuilegio fori, & sunt personæ religiosæ, & per consequens non poterunt collectari, quando habitum, & vitam mutant, & regulariter viuunt, & alicui superiori subiiciuntur, vt per Syluestrum vbi supra, alias non, latè cum pluribus notat Lasarte de gabell. cap. 1. num. 89. & sic sunt intelligenda, & practicanda, quæ notat Boerius duas communes contrarias referendo in tr. de vita, & statu hæremitarum, num. 13. & notat Nauar. vbi supra.

RESOLVTIO CXXXV.

1 *Clericus primæ tonsuræ gaudet immunitate, itaut non possit collectari.*
2 *Iacens hæreditas clerici, nec potest collectari.*
3 *Hæreditas iacens clerici defuncti repræsentat ipsum clericum, & non hæredem futurum.*
4 *Licet gabella debeatur ratione bonorum, tamen principalis debitor est persona.*
5 *Vbi persona non est, nec adest gabella, vel collecta.*
6 *Dum hæreditas clerici iacet, persona clerici fingitur viuere, & durat priuilegium.*
7 *Iura loquêtia de casu vero, extenduntur ad casũ fictum.*
8 *Priuilegia extenduntur a similibus ad similia.*
9 *Priuilegium non extenditur de persona ad personam.*
10 *Priuilegium extenditur ad dependentia, & accessoria, per necessariam consequentiam.*
11 *Quando priuilegium est à iure communi, tunc datur extensio.*

An Clericus primæ tonsuræ teneatur ad collectas.

1 ETiam Clericus primæ tonsuræ gaudet immunitate, vt non possit collectari, ita tenet Auendan. in d. c. 14. n. 30. & facit tex. in d. cap. quanquam.

Quod ampliatur vt procedat etiam in hæreditate
2 iacente, Clerici gaudeant priuilegio eiusdem, & non possint collectari, nam hæreditas iacens repræsentat defuncti personam ex l. hæreditas, ff. de acq. rer. dom. text. in p. instituit de stipulatione seruorum, & l. non minus ff. de hæred. instituend. & in l. mortuo ff. de fideiussoribus, notat Iason. in l. 1. num. 132. ff. de leg. 1. Ex quo infertur, quod idem erit in gabellis, scilicet quod hæreditas iacens clerici non tenebitur gabellã soluere, nec eius executores, si vendant ante hæreditatis aditionem, quod semper vidi practicari, licet contrarium teneat Lasarte in d. tr. cap. 19. n. 38. cum sequent. cuius opinio apertè falsa est, & conuincitur manifesto fundamento, quia hæreditas iacens non est persona vera sed ficta, & aliam representans quemadmodum homo pictus, collegium, aut vniuersitas, aut ergo repræsentat personam hæredis futuri, & hoc nõ quia incertum est, si velit adire, & sic dicit Iason vbi
3 sup. aut repræsentat personam clerici defuncti, quod verum est, & tunc non erit persona sæcularis, sed ecclesiastica, quemadmodum collegium Ecclesiasticũ, ideo est Ecclesiasticum, quia continet, & repræsentat perso-

personas Ecclesiasticas, si vero repræsentaret & contineret personas sæculares quemadmodum confraternitas, esset seculare, si igitur est Ecclesiasticũ, gabellam non soluet, & si dicas quod ob soluendã gabellam neminẽ repræsentabit, sed bona ipsa soluent, hoc
4 non est possibile, nam licet gabella debeatur, quemadmodum & collecta ratione bonorum, tamen principalis debitor est persona vera vel ficta, vt in gabellis, debitor dico venditor, & in collectis incola tributarius, & bona sequuntur personæ conditionem, vnde si persona non subsit, nec est debitum, nec gabella, nec collecta, quia deficit subiectum, cui adaptari possit, tum etiam sequeretur, quod nulla bona exemptorum esset libera ab alijs contributionibus, cum exemptiones semper personis dẽtur, & rebus propter personas, igitur ne ad hoc absurdũ deueniamus, dicendũ
5 est, quod vbi persona non est, nec est debitum nec gabella, nec collecta, quia deficit subiectum necessariũ.

Nec obstat quod priuilegium clerici est personale, & per consequens deficiat cum persona, nam respondetur quod interim, quod hęres non adit hęreditatẽ, nec hæreditas est deserta, aut vacans, sed solũ iacens,
6 hęredem spectando non defecit persona defuncti, sed fingitur viuere, & per consequens censetur etiam durare priuilegium, quod est personæ accessorium ex notatis in materia fictionum in l. si is qui pro emptore ff. de vsucapionibus, & ibi latè Ias. à num. 190. cum sequentibus, vbi qui ex fictione habetur pro tali gaudet priuilegijs concessis illi tali, & ibi Bart. & Ias. in pluribus numeris agunt de repræsentatione hęredi-
7 tatis iacentis; Confirmatur, quia iura loquentia in casu vero, extenduntur ad casum fictum eandem rationem habentem, & eodem modo extenduntur statuta Abb. Imol. & Doctores communiter in c. ad audientiam de clericis non residentibus latè Petrus Andreas Gambarus in tract. de extensio. num. 69. & dispositio correctoria in casu verò; extẽditur ad fictũ ei æquiparatum, vt latè notat idem Gambarus vbi supra à num. 129. vbi num. 30. dicit quod priuilegia
8 extenduntur de similibus ad similia imò, & propter identitatem rationis hæc non est extensio, sed comprehensio, vnde non dicitur tunc priuilegium egredi terminos suos, vt colligitur ex dicto Gambar. vbi sup. à num. 138. cum sequentibus; Nec obstat quod priui-
9 legium non extenditur de persona ad personam, ex tex. in cap. sanè de priuilegiis, & cum Abb. Bald. & alijs notat Horatius Mandosius in d. tract. de priuilegijs glos. 5. nu. 13. nam ad hoc tripliciter respondetur; primo quod hic non fit extensio de persona ad personã, sed solum de casu ad casum semper præsuppposita eadem persona, & eadem est causa fauoris, & priuilegij; Secundo respondetur, quod priuilegium
10 extenditur ad dependentia, & accessoria per necessariam cõsequentiã, vt notat Ias. cũ plurib. in l. 1. n. 44. & 45. ff. de constitutio. Principũ, & faciunt quæ notat Andr. Gambar. in d. tr. de extens. nu. 35. at verò persona ficta, quam repræsentat hæreditas iacens est accessoria ad ipsum defunctum priuilegiatum, quia hęreditas iacens in quantum hęreditas, a defuncto dependeat, & non possit dici hęreditas nisi personam defuncti repræsentando, & hoc plusquam notum est; Tertio respondeo quia dictum capitulum sanè, & dicta regula priuilegiũ, &c. procedunt in his, quę conceduntur iure speciali, & ob gratiam, & priuilegium alicuius personæ, & non ob ipso iure communi; tunc etiam nulla datur extensio, quia fauor, qui militat in vna persona non militat in alia, & quia priuilegians voluit vni priuilegiare, & non alij, & ideo extensio est directè contra voluntatem concedentis priuilegium, & per consequens non facienda est exten-
11 sio; secus in his, quæ conceduntur de iure communi ob aliquam rationem, nam tunc licita est extensio ex virationis, quia lex ob bonum publicum facta est, & non gratia personarum, sed iustitiam naturalem respexit, et ex mente legis prouenit extensio, quæ consequitur ad legis iustitiam, & rationem, vt bene perpendit Abbas in dict. cap. sanè in fine, at verò exemptio clericorum, aut Ecclesiasticorum non inducitur ex priuilegio speciali, & gratia particulari, sed ex ipso iure communi, & iustitia, & ratione diuina, & naturali, vt notant Doctores in capitul. decernimus de iudicijs, vnde non mirum, si extensibilis sit concurrente eadem iustitia, & ratione, provt in hoc casu concurrit, scilicet respectus personæ clerici iam defuncti, & quod eius sunt bona, & vt talia iudicantur, nec vllum alium dominum habet, & sub protectione Ecclesię sunt, & sic à nullo alio iudicari debent quia contra libertatem Ecclesiæ esset,

Nec obstat, quod concurrit duplex fictio vna quod fingatur persona clerici, alia quod censeatur ipse vendere, aut collectari, nam vna est ad aliam consecutiua, & sic de iure permittuntur ex Bart. in dict. l. si is qui pro emptore col. final. & sic concludo veram esse nostram ampliationem, & malè intellexisse contrarium tenentes,

RESOLVTIO CXXXVI.

1 *Bona posita in æstimo, empta à clerico sunt libera ab oneribus.*
2 *Quando tributum est impositum rei inuariabiliter, & certo, transit ad clericum cum onere.*
3 *Si exemptio personæ, & bonorum sit notoria, non tenetur exemptus registrare bona sua.*
4 *Si exemptio sit dubia, tenetur quis publicare bona & registrari facere.*

Clericus emens bona illibata; seu in æstimo posita pro debitis contractis, an teneatur ad Collectas.

1 ADeo Clerici sunt priuilegiati, quod si emant aliqua bona in æstimo communitatis posita, & collectis, per pactum generaliter obligata, nihilominus libera efficiantur, & non possint collectari, si transeant in potestatem clerici, quod in forensibus concluſimus, & ita cum communi contra se, & aliam communem defendit Festas. in d. tractatu par. 4. ca. 1. nume. 5. regu. 52. licet in cap. 2. à nume. 10. contrarium cessante fraude defendat cum Barto. in leg. reserip. §. 1. ff. de mune, & hono. & hanc opinionem contra Barto. defendit Fel. in captul. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitut. num. 47. Paul. in leg. inter debitorem. ff. de Pactis & magis communem contra Bart. cum Alex. Curt. & alijs dicit Riminal. Iun. in supra citato cons. 25. à num. 12. lib. primo & communem etiam dicit Bellamer. tit. 39. à num. 24. & Azeued. in l. 11. tit. 3. lib. 1. Recop. licet cum Bart. contrarium defendat Berous cons. 150. a nu. 19. lib. primo Burs. cons. 19. num. 10. lib. primo. Sed pro nostra opinione facit hodie text. expressus, quem supra citauimus in l. 14. tit. 14. lib 6. Recopila & hæc opinio est vera & quotidie practicatur contra Barto. vbi sup. nisi quando tributum est impositum rei, & est certum, & in-
2 uariabile, tunc enim tenetur soluere clericus ex dicta leg. 11. & ex notatis in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & ita tenet Duennas in d. regul. limit. 3. qui sic est intelligendus, alias falsum diceret, & quod supra reprobauimus.

Ex quibus omnibus aptè infertur, quod licet fiat extimum ac registrum de omnibus bonis, gratia melioris indicationis collectarum, quod Ecclesia, nec clericus non tenentur registrare sua prædia, aut bona,

nec

nec de eis æstimum conficere, etiam si aliquando possent collectari in casibus, de quibus infra dicetur, vt per Bart. in l. diuus ff. de publicanis & vectigalibus, & in l. fi. quoties. eod. tit. not. Mil. Bald. Præs. Pedemont. in cons. inserto post decisionem. Osasc. 68. à n. 2. cum seqq. licet videatur quod etiam exemptus, & immunis à gabellis, & collectis, teneatur facere registrum: & ministrare bona sua publicano, aut peræquatori collectarum ex l. fin. §. diuus, ff. de publicanis, vbi exemptus tenetur professionem publicano facere. & ita tenet cum Cardin. Iul. Ferre in tract. de gabel. num. 172. & cum Bald. & alijs Ægid. Bosi. in sua praxi crimin. tit. de fraudantibus vectigal nu. 10. Roland. de Valle in cons. 79. à num. 90. lib. 3. vbi allegat Bald. Ferrar. Bertachin. & alios, sed tamen hæc res distinctione Bart. in d. §. diuus componitur, aut n.
3 quis est notoriè, & simpliciter exemptus ipso iure communi, vt clericus, & nobilis, & res etiam exemptæ, & non tenetur resignare, si verò sit exemptus per priuilegium, & cum aliquibus limitationibus, & additamentis, aut solùm pro aliquibus rebus, & non pro
4 alijs & in aliquo casu, & non in alio, & tunc tenetur registrare, quia res est dubia, & requirit aliquam discussionem, ne gabellario, aut communitati fiat fraus, & ita intelligitur textus in dicto §. diuus, & ita ego semper practicaui. Cum igitur Clericus aut Ecclesia sint simpliciter exempti pro omnibus rebus suis nullum registrum facere tenetur.

RESOLVTIO CXXXVII.

1 *Commendatores S. Ioannis sunt personæ religiosæ, & non possunt collectari.*
2 *Lex loquens de gabellis non extenditur ad collectas.*
3 *Commendatores ordinum militarium Alcantaræ, & Calatrauæ sunt personæ Ecclesiasticæ, licet non sunt perfectè religiosi.*
4 *De militibus sanctis Stephani idem dicendum, quod de militibus Alcantaræ.*

An Commendatores ordinum S. Ioannis Hierosolymitani teneantur ad collectas.

COmmendatores Ordinum militarium puta Sancti Ioannis Hierosolymitani; Sancti Iacobi Alcantaræ, & Calatrauæ, non possunt collectari quia videntur personæ religiosæ, vt colligitur ex Abbate, & alijs infinitis authorib. allegatis a Burgos de Paz in cons. 17. à num. 2. per totum, sed quoad Commendatores Sancti Ioannis est sine dubio, quod non possunt collectari, quia sunt personæ Ecclesiasticæ, & religiosæ, vt constat ex leg. 14. & ibi Azeued. cum alijs infinitis, quos allegat titul. 6. libro 3. recop. & constat de Burgos de Paz. vbi sup. ex Dominico Soto in tit. de iustitia, & iure lib. 8. q. 5. ar. 3. licet contrarium, & malè tenuerit Pet. Duennas in reg. 99. ampliatio. 5. & est in libro 3. regul. fol. 244. col. prim. moti ex quadam lege quaterni gabellarum, quæ est
2 l. 9. tit. 18. lib. 9. recopil. quæ solum loquitur in gabellis & nó est extendenda ad collectas, nec vnquam vidi, nec audiui tales Commendatarios collectari, nec vnquam collectatos fuisse, idque etiam directè esset contra exemptiones dictæ religioni concessas per plures Summos Pontifices, quas refert, & confirmat Gregorius XIII. Summus Pontifex fœlicis recordationis, vt apparet ex eius proprio motu, quod extat in noua bullarum collectione, & summario fol. 828. cum sequentibus.

Ex his igitur bene concludit Nouarius in sua Aurea praxi electionis, & variationis fori sectione prim. tales tanquam personas religiosas gaudere fori electionis priuilegio, vt habetur, per ipsum in q. 36.

Quoad alios verò maius dubium est, quia plures putant esse laicas personas non religiosas, nec Ecclesiasticas vt per Burgos. de Paz. & Azeued. vbi sup. & per Molin. lib. 1. de Hispanorum primogenijs cap. 13. num. 98. & Lasarte d. ca. 19. num. 92. Sarmiento de redditibus Ecclesiast. par. 4. cap. 1. num. 13. Soto vbi supr. cum quo transit Couarr. in 4. de sponsalibus 2.
3 part. cap. 3. num. 18. sed verius puto personas Ecclesiasticas esse, licet non perfectè religiosi sunt ex rationibus traditis à Nauarro in suo defensorio de redditibus Ecclesiasticis monitorio quinquagesimo sexto, & quinquagesimo septimo, & quinquagesimo octauo, & sexagesimo secundo, & in eodem tr. corollario quadragesimo septimo, num. 29. & proinde non poterunt collectari, quod est sine dubio, ex eorum priuilegijs, & ex vsu, & consuetudine totius His-
4 paniæ, & quia ad has relig. nulli alij nisi nobiles admittuntur, & quia habitus eorum, eos nobilitat, & milites sunt, vt infra latius dicetur, idem dicendum puto, de militibus Sancti Stephani, & alijs Militaribus ordinibus, vt constat ex proprio motu Pij IV. Summi Pontificis, qui est in dicta collectione fol. 429. & 161. additio refert alios ordines militares & sic communiter practicatur, exceptis gabellis ex dict. leg. 4.

RESOLVTIO CXXXVIII.

1 *Colonus Ecclesiæ, gaudet priuilegio Ecclesiæ.*
2 *Emphyteuta Ecclesiæ non gaudet priuilegio.*
3 *Famuli clericorũ, qui viuunt cum clerico, & non habent bona seorsim, non possunt collectari.*

An Coloni Clericorum collectari possint.

NOn inutilis est dubitatio in præsenti materia an Coloni Clericorum teneantur ad Collectas, & partem negatiuam videntur concludere omnes in l. 1.
1 Codice de Episcopis, & Clericis, vbi Colonus Ecclesiæ gaudet priuilegio eiusdem, vt innumeri per Felin. & reliquos in capitulo final. de vita, & honestate Clericorum, & in capit. cum sit generale de foro competenti ad idem Thomas in sæpius cit. tract. capitulo secundo à numero septimo post Bald. in leg. secunda, Codice de Episcopis, & Clericis Duen. vbi supra in 2. limit.

Sed in colonis Clerici, aut Ecclesiæ, etiam si partiarij sint, & in conductoribus contrarium supra infecunda cum pluribus concluſimus, & idem in emphyteuta Ecclesiæ, & contrarium concludit Festa. in dicto tractatu de æstimo, & collectis, parte quarta, capitulo secundo à numero quadragesimotertio, & in gabella cum pluribus contrarium concludit Parlador. in tract. sermon. quotid. capitulo tertio §. 1. numero decimoseptimo, allegat. text. in leg. licitatio, digest. de publican. & vectigalibus, & contrarium etiam cum pluribus concludit Lasarte de Molin. in dicto tractatu de gabellis, capitulo decimonono, numero 27. vbi allegat Didac. Perez, Montaltum, &
3 alios, quoad famulos vero Clerici, qui cum eo non viuunt, aut si habeant seorsum bona, contrarium dispositum est in l. secunda, titul. decimoquarto, libro 6. nouæ Recopilat. Imo quod non gaudeant priuilegio Clerici; sed teneantur ad collectas, gabellas, & tributa, nisi verò famuli, aut filij bona non habeant, & sic quotidie practicatur, nec hodie relinquitur dubitationi locus.

RESOLVT. CXXXIX.

1 *Nouitius intra annum probationis gaudet priuilegio religiosorum.*

2 No-

2 *Nouitius licet non sit religiosus, non tamen est persona ecclesiastica.*
2 *Bona nouitij non possunt collectari.*

An Nouitij pro bonis ab eo possessis possint collectari.

AMPLIATVR etiam exemptio Collectarum,
1 vt procedat etiam in nouitio, qui intra annum probationis, vt Religiosus iudicatur, & gaudet priuilegio fori, ac proinde non poterit collectari, ex text. in capitulo religiosi in fin. vbi Francus, & alij de sententia excommunicationis, lib. 6. & notat Syluestr. vbi supra, & Nauarr. in loco citato Doctores post glos. ibi in capitulo beneficium de regul. iur. in sexto, licet quod non sit religiosus plura ad vtranque partem referendo, tenuerit Tiraquel. in tractatu de vtroque retract. titulo primo, glos. octaua à numero vigesimoprimo, cum sequentibus, & cum Rebuff. Selua, & alijs plura etiam refert Horatius Mandosius in tractat. de Priuileg. ad instar, glos. 7. à numer. 32. cum sequentibus limitans, nisi aliud velint priuilegia religioni concessa, & respondens ad dictum capitulum religioso, dicit, quod procedat speciali fauore religionis, & propter honorem habitus, quem Nouitius gestat, & quod non liberentur à gabellis, tenet Lasarte de Molin. in dicto tractat. de gabell. capitulo decimonono, numero quinquagesimo, vbi sine dubio id affirmat allegans Gregor. & Tiraquel. sed ego certè dictam opinionem non esse veram existimo, quia negari non potest, nisi quod, qui ingreditur religionem simpliciter mutat habitum, & se offert Deo, & religioni, animo in perpetuum vitam mutandi, & si religiosus est licet commutabiliter, vt iam de conuerso, & oblati diximus, & licentia egrediendi, & annus probationis dispositio fuit iuris communis, sed quia hoc etiam cauillationem, & difficultatem patitur non firmo, & meo iudicio, quam-
2 uis Nouitius non facta professione non possit dici verè religiosus, vt in dicto capitulo religioso, verè tamen persona ecclesiastica dici potest, cum habitum mutauerit, & se religioni obtulerit animo statum mutandi, quod sufficit ad esse ecclesiasticum, & sic immunitate ecclesiastica gaudere debet, & sic notat Cardinal. omnino videndus in Clementin. secunda de præbend. quæstione duodecima, & in Clementin. prima de election. Bertachin. in tract. de gabell. 7. parte principali, quæst. trigesimasecunda. Cum igitur sit persona ecclesiastica etiam gaudere debet immunitate ecclesiastica etiam quoad collectas, & gabellas, ex capitulo, quamquam de Censibus in 6. & notat Cardinal. vbi supra.

RESOLVT. CXL.

1 *Clericus negotiator, tenetur soluere collectas.*
2 *Clericus dicitur negotiari, quando vtitur contractibus, & industrijs lucrifaciendi causa, non cum rebus ex proprio patrimonio, aut beneficio.*
3 *Trina monitio requiritur ad procedendum contra clericum negotiatorem.*
4 *In gabellis sufficit vnus actus negotiationis.*
5 *Clericus succedens in bonis affectis tributo, tenetur soluere collectas præteritas, vel dimittere bona.*
6 *Quando clerico legatur aliqua res cum onere soluendi collectas, tunc tenetur soluere, vel dimittere.*
7 *Clericus coniugatus tenetur soluere gabellas.*
8 *Fratres mendicantes, & possidentes stabilia contra statuta ordinis collectas tenentur soluere.*
9 *Clericus tenens feudum à Principe, tenetur soluere collectam.*

Clericus quibus in Casibus teneatur ad Collectas.

A Regula generali quod Clerici collectari non possunt excipitur primo, vt non procedat in
1 Clerico negotiatore, ille enim, collectas tenetur soluere quemadmodum laicus, vt colligitur ex notatis per Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, nu. 105. de constitution. & per Abbat. Imol. & Authores, in cap. finali de vita, & honestate clericorum, & notat Bertachin. & alij, quos allegat tractando de gabellis, Lasarte in dicto tractat. capitulo decimosexto à numero quinquagesimoprimo cum sequentibus, & in terminis notat Ægidius Thomas. in dict. tractat. capitulo sexto à numero sexto, & notat generaliter cum pluribus Ignatius de Salzedo in additionibus ad praxim Bernard. Diaz capitulo quinquagesimoquinto per totum, & cum pluribus terminis notat Duenas, vbi supra limitatione vndecima, & facit textus à contrario sensu, in capitulo quamquam de censibus in sexto, & quis dicatur mercator, aut negotiator, vel mercari, aut negotiari, latè discutit idem Lasarte vbi supra à numero duodecimo, & Salzed. vbi supra; ex quibus colligo, veram resolutionem esse,
2 quod tunc clericus mercari, aut negotiari, dicetur, quando vtitur contractibus, & industrijs, & diligentijs lucrifaciendi causa, quibus alij vocati negotiatores, & mercatores vtuntur, non cum rebus ex proprio patrimonio, aut fructibus sui beneficij acquisitis, sed cum rebus ex aliquo contractu emptionis, & conductionis habitis lucrandi causa, verba enim secundum communem vsum loquendi, & intelligendi sumi debent. Hæc tamen limitatio
3 intelligenda est, si clericus fuit tertio monitus, & processum est contra eum in forma dicti capituli final. & ita declarant authores licet, in gabellis ex communi vsu, & praxi nulla monitio sit necessaria ex Salzed. & Lasarte vbi supra, & ex leg. sexta titulo decimooctauo, & lib. nono Recopil. imo in
4 gabellis sufficit vnus actus negotiationis, vt per dict. Lasartem, quia non sufficeret in collectis; quia in eis, nec inuenitur à iure dispositum, nec vnquam vidi practicatum, si tamen tunc clericus, vt negotiatior, collectaretur, posset tunc collecta ab eo exigi ex supra notatis, & latè notat Salzedo, vbi supra, & facit dict. leg. 12. & ibi Azeued. Eguzier dict. quæstion. quarta, & hic est verus intellectus huius limitationis.

Secundo limitatur quando bona Ecclesiæ, aut clerici sunt specialiter suppositta, vel affecta tributo, aut collectæ ex dict. leg. vndecima, & ibi Azeued. & Duenas vbi supr. limitat. secunda, quod tamen intelligendum est quando tributum, aut præstatio est certa, & inuariabilis non quando incerta, prout sunt collectæ, de quo iam latè supradiximus.

5 Tertio limitatur pro collectis præteritis, quas clericus succedens in bonis sæcularibus, & tributo affectis tenetur soluere, aut bona dimittere, vt latè probat Thom. in dicto capitulo sexto numer. vigesimo secundo. Festas. vbi supra Duenas fallent. decima quarta. Bartol. in leg. incola digest. ad municipales tex. in leg. Imperatores, & ibi omnes ff. de censibus notat Azeued. vbi supra.

Quarto limitatur, vt non procedat, quando collecta erat indicta pro aliquibus annis, & interea aliqua res æstimata, vel liberata alicui ex obligatis collectæ peruenit ad clericum, nam tenetur soluere pro omnibus alijs annis, vel dimittere rem, ita constanter defendit Ægid. Thom. in d. tr. cap. 2. num. 38. & nu. 35. & 36. & cum hac opinione transit etiam Fest. in dict. 4. p. C. l. 2. numer. 36. & Duenas fallen. 7.

Hæc

Hæc tamen limitatio intelligenda est quando venditor, qui fuit iudicatus, aut cuius tempore fuit imposita collecta erat obligatus pro sua persona, & bonis pro illis certis annis, & se obligauit per scripturam publicam, vt in vicis paruis solet fieri, tunc enim bona transeunt cum suo onere, in vicis verò magnis, vt supra dictum est contrarium practicatur, ac proinde quemadmodum si incola recederet non teneretur, nisi pro anno præsenti, vt dictum est si vendat pro bonis venditis, non tenebitur, nisi pro anno venditionis.

Et si ipse non tenetur, non tenebuntur bona, nec tenebitur clericus, quia bona ad eum libera transeunt ex l. Regni supra sepè allegata.

6 Quinto limitatur, quando alicui clerico aliqua res legata est cum onere soluendi collectas; nam tunc tenetur soluere, vel rem relinquere, vt cum Ancharan. Felin. Purp. & alijs tenet Duen. vbi supra limit. 6. Ægid. Thomas. in d. tract. cap. 6. num. 11.

Sexto limitatur quando per statutum bona sunt effecta tributaria, ante quam veniant in personam clerici, tunc clericus pro eis tenebitur soluere collectas, quæ fuit opinio Bartol. in dict. l. rescripto quam plures sequuntur, sed contra eum magis communis opinio, vt per Duen. in 9. falle. Festas in dict. cap. primo in fin. & eam sup. latius confutauimus, & contra eam est expressa lex Regni De los Hidalgos supra sepè citata.

Septimo limitatur, quando bona conciliorum sunt obligata cum facultate Regia alicui censui, vel tributo, vel consilium potest eam defensare, vel alienare ad aliquod seruitium, puta de los millones soluēdum, tunc enim si concilium aliquid imponat volentibus illis bonis vti per modum pensionis collectæ contributionis, vel sisæ, si clericus vult vti dictis bonis, vel animalia sua in eorum Pastum immittere, tenetur soluere dictam collectam ex eleganti consilio Abbat. 6. per totum lib. primo sequitur Festas in d. tr. par. 4. n. 49. & Burgos de Pax in repetitione legis 3. Tauri. 1. par. concl. 3. n. 403. vbi infinita allegat, & dicit seruandam consuetudinem, quam ego semper vidi sic intelligi, & practicari.

Ex quo infertur quod cum bona Conciliorum debeant expendi in soluendis debitis ciuitatis, aut eius negotijs, si ciuitas, fructus, aut bona ipsius ciuitatis mobilia, quæ vendere potest distribuat inter incolas, cum onere soluendi certum quid nomine pretij ad soluenda talia debita, si clericus, vt incola, velit partem recipere tenetur talem collectam soluere ex d. consilio Abba.

7 Octauo limitatur, vt non procedat in clerico conjugato, iste enim omnes gabellas, & collectas soluere tenetur, vt per Thom. in d. tractat. capitulo sexto n. 13. Auendan. in d. cap. 14. lib. 2. n. 27. latè Lasar. in dicto cap. 19. & Duenas, limitatione decima, vbi vterque allegant leges Regni, & notat Azeued. in l. 2. tit. 4. lib. 1. Recopil.

8 Nono limitatur in fratribus Mendicantibus, contra constitutiones sui ordinis immobilia possidentibus, nam tunc pro eis poterunt collectari, vt per Festas in d. tra. par. quarta capitulo 19. numero 33. & Thomas in d. capitulo secundo numero 18. & cap. 6. numero 1. Duenas in dicta regul. fallen. 4. vbi alios allegat.

Decimo limitatur, quando collecta imponitur propter bellum vt per Duenas limitat. 12. sed in hoc tenenda est distinctio, quam fecimus in prima limitatione.

Vndecimo limitatur, quando princeps imponit collectam vasallis suis pro feudis, & locis, & dignitatibus, quę ab eo pendent, tunc enim si clericus ab
9 eo feuda, aut loca, aut dignitates sæculares teneat pro illis teneretur soluere collectam, vt per Ioann. Fabrum in leg. placet numero 8. Cod. de Sacrosanct. Ecclesia, & cum pluribus sequitur Duenas fallen. 8. & sic videmus, en las langas con que sirue los obispos a su Magestad ex antiqua consuetudine.

Duodecimo limitatur, quando bona in fraudem collectarum essent translata in clericum; de qua fallentia latè egimus in 2. & ponit Duenas limita. 5. & allegat. l. 59. tit. 5. par. 5.

Decimo tertio, & vltimo limitatur secundum aliquos existente consuetudine vt clerici collectentur, tunc enim seruanda est consuetudo, vt per Bartol. in leg. ad collationem C. de auro Coronario libro 10. quem cum Alexand. Curt. & alijs allegat Duenas, vbi supra fall. prima; sed ego intelligo id esse verum, quando consuetudo esset immemorialis, quæ æquipollet priuilegio Pontificis, alias non, ex notatis in dicto capitul. Ecclesia Sanctæ Mariæ, & in cap. quamquam, & in dicto capit. non minus, & idem esset quando pro liberanda ciuitate a peste imponerentur collectæ, tunc enim tenerentur soluere clerici, quod tamen intellige cum distinctione tradita in prima limitatione.

RESOLVT. CXLI.

1 *Personæ ecclesiasticæ non tenentur ad gabellas.*

2 *Clerici habent subire onera in casu magnæ necessitatis, quando non suppetunt facultates Laicorum, & de consensu totius cleri, consulto Romano Pontifice, & tali casu non possunt compelli, nisi ab Episcopo.*

3 *Res non transeunt ad ecclesiam cum oneribus, quæ non sunt merè realia.*

4 *Descriptiones quæ fiunt pro solido, & libra non sunt perpetuæ, sed mutantur pro varietate negotiorum imminentium.*

Clericus an teneatur contribuere annua onera imposita, pro rebus, quas possident.

COnsultus super quadam controuersia, num clerici tenerentur contribuere annua onera imposita pro rebus, quas possident, Respondi adesse sequentem Rotæ decisionem.

Brundusina Gabellæ die 13. Februarij 1604. coram R.P.D. Penia Rotæ Decano.

Communitas, & homines terræ Meianei Brundusin. Diœc. vt subuenirent vrgentibus necessitatibus, multos annuos census super datijs panis, vini, & olei, & alijs eius redditibus imposuerunt, in toto pro summa quinquaginta millium ducatorum, cum promissione quam simul congregati, tam communi, quam proprio nomine fecerunt, quod prædictos census tanquam de proprijs pecunijs emptus defenderent, & de euictione sub hipoteca omnium bonorum teneri voluerunt.

Anno 1594. Eadem vniuersitatis datia prædicta super quibus census fuerant impositi; ac omnes alios redditus, & prouentus, publica licitatione præcedente, arrendauerunt, seu locauerunt Donato Antonio, & Bernardino Dormio ad quatuordecim annos cum pacto, quod infra dictum tempus prædictum debitum quinquaginta septem millium ducatorum extinguerent, quolibet scilicet anno certam partem, interim verò soluerent annuos fructus partis non extinctæ, & vlterius persoluerent etiam annuatim debita fiscalia, & alia annua eiusdem vniuersitatis.

Interim cum Donatus Antonius, & Berardinus maiorem predictorum scutor. quinquaginta septem millium extinxissent, & annua onera soluissent, & multa prædictis de bonis in potestatem clericorum deuenissent, a quibus prædicti arrendatores exigere volebant eam portionem, quam exigebant ante-

quam

quam bona ad clericos peruenissent, & clerici contribuere alicui solutioni debitorum fiscalium, vel extinctioni debiti censuum recusarent: Moto iudicio coram Archiepiscopo Brundusino, eius Vicarius pronuncianit, quod clerici per decennium præteritum tribus tertijs soluere, in rebus emptis, & donatis tenerentur, & in futurum quod possiderent, excepto ad titulum ordinis sacri, non tamen in fraudem, & pro debitis contractis bona empta, & donata, & patrimonialia transiuisse cum oneribus suis, & clericos teneri contribuere, non tamen si donatores, & venditores fuissent soluendo. Rursus eosdem clericos teneri pro bona tenentibus contribuere, donec peruenirent ad ordines sacros de bonis donatis ad titulum ordinis.

Causa in gradu appellationis introducta in Rota, Dubitaui an sententia Brundusina esset confirmanda, vel infirmanda; Et quia articulus erat grauis, & exēplaris proposita die 5. Martij, & die 7. Nouembr. anno 1603. solis Arrendatoribus informantibus non fuit capta aliqua resolutio, quia Domini maturè considerare, & intelligere voluerunt naturam bonorum, super quibus imposuerunt, hæc onera, & similiter naturam onerum fiscalium. Denique in hac vltima propositione Rota contra Arrendatores, informantes respondendo censuit, sententiam Brundusinam non fuisse confirmandam. Clara est enim
1 conclusio, Ecclesiasticas personas non teneri ad gabellas, collectas, impositiones, datia vel quælibet alia onera à laicis imposita cap. non minus, & cap. aduersus de immun. eccles. cap. primo eodem titulo libro 6. larè Berous Consil. 31. incip. consultatio lib. primo, & fuit in Rota sæpè decisum, & significatur in causa Valentin. Gabellæ die 4. Decembr. anni 1595. & die 29. Ianuar. 1601. & ista conclusio adeo vera est, vt laici cogentes clericos ad istas contributiones sint excommunicati.

Ad effectum enim vt clerici; seu personæ Ecclesiasticæ legitimè possint subire ista onera, & ad ea persoluenda compelli inspecto Iure canonico sequentia copulatiuè requiruntur.

2 Primo, vt adsit magna necessitas, cui aliàs facilè subueniri non possit, nisi clerici cum laicis contribuant, vt probatur in d. cap. non minus vbi expresè notat Abb. num. 5. vers. 2. requiritur, & d. c. aduersus de immunit. eccl. vbi &c.

Secundo, Debet concurrere communis vtilitas, vel saltem pietas, vt in d. c. non minus, c. aduersus, & c. peruenit de immu. eccl. & de pietate considerauit tex. in l. ad institutionem C. de sacrosanct. Eccl.

Tertio, Oportet, quod onus illud sit tale, vt ad illud sustinendum laici non sufficiant, quia clerici, & Ecclesiastici solum tenēntur cum laicis contribuere in subsidium, & vbi laicorum non suppetunt facultates, vt in d. cap. non minus, & cap. aduersus, quas conditiones considerauit Benedictus in dicta extrauaganti, de immunitate Eccl. Ibi cæterum attendant sollicitè Ecclesiarum prælati, & alij clerici Later. Cōc. quod in huiusmodi subuentionib. solum casum necessitatis, aut communis vtilitatis, vbi laicorum ad id non suppetunt facultates, deliberatione prouida nosciturexcepisse.

Quarto requiritur quod ad onus huiusmodi imponendum vocetur, & consentiat totus clerus, nec sufficeret Episcopus cum capitulo, quia quod omnes tangit ab omnibus particulariter approbari debet c. cum omnes de const. cap. qui onus de regulis Iuris lib. 6. & probatur in d. cap. aduersus. Ibi verum si quando forte Episcopus simul cum clericis, & considerat Abbas in dicto cap. non minus n. 4. & 5. notab. 4.

Quinto in istis oneribus imponendis ad effectum vt clericus teneatur potissimum requiritur, vt Papa consulatur, & ipso consulto & non aliàs, clerici contribuant, dicto cap. aduersus vbi notat Abb. numero quinto vers. 4. requiritur, & sic fuit expresè cautum per Benedictum XI. in dicta Extrauagant. de immun. Ecclesiast. & meritò, qua si Arbitrio Episcoporum, & Cler. hoc relinqueretur facilè contingerent huiusmodi impositiones, & onera per ambitum, & prēces Principum, & ministrorum laicorum, quibus occurrere solent Romani Pontifices, qui non aliter, quam causa cognita, istas facultates, vt clerici contribuant, concedere solent.

Postremo requiritur, quod ad hæc onera, & impositiones soluendas, postquam prædictis requisitis concurrentibus imposita fuerint, clerici, & personæ Ecclesiasticæ non à ministris laicis, sed à suo Episcopo, & superiore Ecclesiastico compellantur, Principes enim, & potestates sæculares non possunt se in his intromittere, ita Innocen. in dict. cap. non minus numer. 6. versicul. quamuis ad ea, & Bald. in leg. ad instruction. numero 4. versicul. ad hoc tamen, & numero 6. versicul. quod verum credo C. de sacrosanct. eccles. & Innocent. & Bald. communiter sequuntur Doctores, & sing. Abb. in dicto C. non minus numero 58. versicul. dicit tamen de immunitate Ecclesiæ Guid. PP. decision. 78. in fine versicul. tamen dicti viri.

Et quamuis ista non viderentur pertinere ad hunc casum, in quo agebatur de soluendis omnibus rebus ipsis, seu bonis impositis, antequam peruenirent ad manus clericorum, adhuc remanebat periculum saltem ratione illorum onerum, quę arbitrio Principum imponuntur, respectu quorum indirectè saltem possent clerici, & Ecclesiæ tractu temporis grauari ad ista onera persoluenda.

Ad istud periculum euitandum informantes pro arrendatoribus deducebant primo quia bona, de quibus agebatur, transire debuerant cum oneribus suis, præsertim cum essent hypotecata & grauata a Laicis, quæ aliter sine præiudicio hypotecæ transire non potuissent. glos. in cap. primo in verbo senioribus decensibus. Bald. consil. 280. colum. 2. Ancharanus cons. 303. numer. 3. in fin. versic. ad hoc respondeo, & num. 4. versic. & confirmantur; Bellonus consil. 40. num. 5. Thesaurus decision. 234. num. 9. vbi affirmat ita bis fuisse iudicatum.

Sed hoc motiuum non placuit Dominis, quia licet posset procedere respectu onerum realium impositorum, antequam bona peruenirent ad Ecclesiam, secus
3 tamen esse dicebant, quando onera non essent merè realia, quia tunc si deueniant ad eccl. vel personas Ecclesiasticas non durant talia onera, postquam ad personas priuilegiatas peruenerint, quod vt manifestius intelligatur, Domini distinguebāt aliquot casus.

Primus est, quando possessionibus, & prędijs, seu bonis propter bona ipsa inducuntur, seu imponuntur onera vt in l. rescripto §. fin. & in l. munerum §. Patrimonium ff. de muneribus, & honoribus, & hoc casu res sic onerata ad quemcumque peruenit, cum illo onere transit, & consequenter clericus, ad quem peruenit, pro illa soluere tenetur, est. n. illud onus certum, reale, & perpetuum ita tenuit Innocentius in c. non minus de immun. Eccles. cons. 7. num. 2. versic. subdit tamen tit. de constit. Archidiaconus ca. primo de immunit. eccl. lib. 2. quem sequuntur ibidem Ioann. Andreas num. 5. in principio, & Geminian. numer. 9. Abb. consil. 53. num. 1. versic. certum est libr. primo consil. 96. versic. cessit autem Angelus consil. 24. Bartol. in dicta l. rescripto, §. vltim. num. 5. ff. de muneribus, & honor. & in l. placet numer. 59. C. de sacrosanct. ecclesia, quem refert Alphonsus Aluarez in speculo Iuris Pontificij c. 35. §. & quo ad principal. versicul. nam si dictum suum, & sic intelliguntur Canones

nes in c.tributum, & in c.magnum 11. qu. 1.& in cap. si quis laicus 16. quæs. 1. & in cap. tributum 23. quæstione.8.& in c.ex literis de pign.in fin. & in cap.cum non sit de decimis, & in cap. omnis anima de censibus. Canonistæ .n. conformiter affirmant prefatos Canones intelligi de illis prædijs, quæ prius erant tributaria, quæ transeunt, ad Ecclesiam cum onere suo, Archidiac onus in dict. c. si tributum verficul. hic verò loquitur de illis prædijs. Gemin. ibidem paulo post princi pium verficul. Item nota quod prædia tributaria & numero primo verficul.dic hic loquitur de illis prædijs. præposit. ibidem num.6. verficul. alia verò possidet Ecclesia, & Turrecremata numero primo consilio 2. verficul. alia verò possidet Ecclesia sorte temporali. Idem sentiunt antiquæ glosæ in præfatis locis, quos Canonistæ sequuntur addentes non posse Ecclesiam de talibus prædijs denegare tributum, nisi per Dominum, cuius est tributum, Ecclesia fuerit à tributo liberata. Tandem circa hunc primum casum dictum fuit, quod licet bona Ecclesiæ tributaria cessent à tributo, ideo non possunt vendicari,seu in fiscum transire, Gratian. post capit. Generaliter §. nouarum decimasexta quæst. prima glos. in c.tributum in verb. potestatem 11. quæst. prima præpos.ibidem numero septimo versic. tamen in rebus tributariis, Turrecremata numero primo super verbo si agros, vbi dicit sacrilegos esse censendos, qui agros Ecclesiæ vsurparent, etiam si essent Principes, & minus licere Princip. accipere agros Ecclesiæ quam licuit Achab Regi sibi accipere vineam Naboth. libro 3. Regum capit.16. Bald. in l. placet numero octauo, verficul.3.nota C. de sacrosanct. Ecclesiis.

Secundus casus est quando impositio onerum non est perpetua, & certa, sed pro varietate negotiorum imminentium immutatur, vt illa impositio, quæ sit, vt dicunt præcitati Doctores, pro solido, & libra, & tunc si res tali onere granata peruenias ad Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas desinit durare illud onus,postquã res peruenerit ad personã priuilegiatam c.nouerint 10.quæst. prima, & cap.1. de Iure patro. libro 6. Ita Archid. in dict. capit. primo, de immun.Eccl. libro 6. quem refert & sequitur Ioan. Andreas numero quinto in fine & Geminianus ibidem numero nono vers. tamen subdebat, & Calderinus dicto consil. 7. de constit. numero secundo circa finem, verfic. subdit tamen, & licet paulo post in versic.ista quidem.Idem Calderinus considerata rei grauitate addat,quod ista indigerent declaratione Summi Pontificis, quoniam in Ecclesiæ lęsionem possent talia statuta emanare, ipse tamen statim inhærendo opinioni Iacobi Butrigarij, & Bart. supradictam distinctionem amplectitur. Idem tenet Bald. in l. placet C. de sacrosanct. Eccl. n.5. vers. postquam autem res facta est Ecclesiæ, vbi verè affirmauit falsam esse opinionem Bar. dicentis quod si per statutum prædia facta sunt tributaria, & Ius transiuit in Ecclesiam, quod Ecclesia tenetur, statutum .n. non potest facere prædia tributaria nisi exprimat tributum & speciem, & quantitatem & qualitatem tributi,nam ea,quæ variantur,nec sunt certa,nec vniformia, non possunt dici tributa idem Bald. in l. nemine numer.4. C. de Sacrosanct. Eccles.

Tertius casus est quando ista onera, seu collectæ, & impositiones imponuntur ratione personæ tantum propter bona, & isto casu, cum non inhæreant rebus,sed ratione personarum potissimum imponantur, consequenter non possunt imponi, nisi subiectis,hoc est ciuibus, & incolis l.rescripto. §. sciendum, vbi gl.ff.de muneribus,& honoribus. Vnde cum clerici non sint subiecti, non possunt talia onera imponi,nec ipsi, nec Eccl.ad tales impositiones soluendas tenentur siue antequam pertinerent ad ecclesias siue personas eccl. fuerint imposita, siue postea.Ita præcitati Doctores,& sig. Geminianus in d. cap.1.de immunit.Eccl.num.1. in fin. vbi concludit ex hoc patere responsum ad omnia Iura,quæ in cõtrarium possunt allegari quia loquuntur in prędijs tributariis, & sic quando onera sunt annexa rebus, & non personis. Idem tenuerunt antiqui Doctores, & sig. Fran. Tigrinus de Pisis, qui refertur inter consilia Bartol. lib.1. cons. 43. incipiente super 2. quæritur vbi affirmauit clericos de iure non posse cogi ad soluendum collectas de bonis patrimonialibus per tex. in c.1. & 2.de imm.eccl.li.6.Cum ergo Impositiones censuum, de quibus agebatur; non essent onera certa, & ordinaria,nec perpetua,nec talia, quæ verè,& propriè dicerentur realia, clerici, & eccl. ad quas ista bona peruenerunt non tenebantur ad eorum solutionem.Idem Iudicium fuit de solutionibus fiscalibus, nam licet informantes pro arrendatoribus contenderent esse onera perpetua vniformia, & consueta solui ab habitatoribus pro tuitione maritimarum arcium, & militum stipendijs iuxta estimationem, & descriptionem antiquitus in catastícis factam, quia tamen præcitati
4 Doctores affirmabant tales descriptiones, quæ fiunt pro solido,& libra,non esse perpetuas,sed mutari pro varietate negotiorum imminẽtium. Ideo eccl.& personæ eccl. ad istas solutiones non tenentur, licet ad illas perueniant bona huiusmodi oneribus fiscalibus grauata c.1. de immun. eccl.li.6. vbi Archidiaconus, Ioan. And. Geminianus nu.3. Clem. præsenti de censib.& est communis opinio,& ex his merito fuit conclusum contra Arrendatores, & sententiam Brundusinam fuisse reuocandam.

RESOLVT. CXLII.

1 *Gabella requiritur quod sit imposita à Principe.*
2 *Inferior imponens gabellam tenetur pęna centum aureorum.*
3 *Non dicitur posse fieri,quod cum peccato fit.*
4 *Quando altercatur an gabella sit soluenda, vel non, inspicienda est consuetudo.*
5 *Gabella non debet solui vltra antiquam consuetudinem.*
6 *Publicani tenentur exhibere libros.*
7 *In dubio facienda est interpretatio contra exactorem gabellarum.*
8 *Statutum de non extrahendo frumento à ciuitate non intelligitur de frumento asportato ad ciuitatem illam,vt alio conduceretur.*
9 *Gabella debet esse æqua inter omnes personas.*
10 *Exigentes gabellam vltra id, quod debet exigi tenentur ad duplum, & perseuerando dolosè, puniuntur capitaliter tanquam fures.*
11 *Gabellæ quoad forenses sunt extorsiones.*
12 *Fraudantes Gabellam iustam peccant.*

Quæ Gabella iustè imposita dicatur.

1 PRo resolutione dubij prædicti dicendum est, quod ad hoc vt gabella iusta dicatur, requiritur, quod sit imposita ab ipso Principe non recognoscente superiorem, secus verò si ab aliquo inferiore imposita sit, nam fraudantes pęnis non subijcerentur l. deprecatio ff. ad l. Rhod. de iact. not. Bal. in l. his quibus, & ibi in apostill. ad eum litera F. C. de fideicommis. libert. & in l. cum proponas numer.9. & ibi in apostill. litera F. C. de naut. fenore, est tex. in l. vectigalia, & ibi idem Bald. cum tot. titul. C. noua vectig. impon. non posse, & latè in cap.1. numero 2. quæ sint regalia Ang. in l. aureorum n.2. C. de iure aur. annull. immo peccaret imponens vt tradit Abb.

cap.

cap, innouamus nu. 1. 2. & 6. extra de censibus; communem esse opinionem affirmat Signorol. de Homod. consi. 35. versi. & primo dico Corn, consi. 268. n. 19. vol. 4. Gram. consi. 69. num. 24. & seq. in ciuil. latè Roland. consi. 91. n. 1. cum pluribus seq. vol. 2. & consi. 34. num. 25. & pluribus seq. vol. 3. Natta consil. 661. num. 1. & 3. & pluribus seq. Bursi. consil. 138. num. 2. & consil. 190. nu. 51. & consi. 161, nu. 38. cum seq. Cephal. consi. 39. nu. 57. & pluribus seq. Socin. in fallen. suis reg. 164. Fall. prima Bosi. in tit. vectig. qui posi. impon. nu. 1. cum duobus seq. prac. Papiensi. in forma super solut. pedag. versi. pariter nu. 3. nouissimè Rimin. consil. 26. nu. 1. cum sequ. volum. 1. Bertach. latè in tract. de gabell. in 1. par. per totum.

Nam his pedagijs ita nouiter impositis, vel etiam auctis absque consensu prædicto Imperatoris licitum erit non tantum fraudare ea, sed quod plus est ipsi
2 constituentes tenentur pœna cêtum aureorum, & perpetui exilij, vt C. noua vectigal. in rubro, & nigro per totum, & auth. vt nulli iudi. late Gram. consi. 69. num. 1. cum pluribus sequen. in ciuil. 10. pract. Papiensi. in forma super solut. pedag. versi. panni n. 3. glosi. ceciderunt num. 8. Corn. consi. 268. num. 19. volu. 4. immo vt dixi mortaliter peccant committendo rapinam, vt patet ex authoritate d. Pauli ad Roman. cap. 13. contenti estote stipendijs vestris Roland. d. consi. 91. num. 30. & pluribus seq. volu. 2. quia non dicitur
3 posse fieri quod cum peccato fit, & per consequens gabellam fraudare licebit, vt ibi per Roland. nu. 52. & seq. & consi. 42. nu. 14. in fin. cum seq. & num. 18. & consi. 34. num. 18. & 27. & seq. vol. 3. D. meus Rimin. Iun. d. consi. 26. nu. 6. Cephal. consil. 451. nu. 249. cum plurib. sequ. Clarisi. Menoch. in tracta. de arbitr. casi. 397. nu. 5. & casi. 394. num. 92. Socin. in fallen. suis reg. 164. fall. 3. Bosi. titul. vectig. quæ impon. posi. numer. 13. quo in loco docet, quæ sit iusta causa imponendi num. 12. & qualiter subditis succurratur nu. 7. quod maxime crederem verum si allegantes nouationem circa vectigalia, & gabellas illam prius probauerint, alias secus, facit text. l. fin. C. noua vectig. impon. non posse; ibi conductorem auiditate extiterit, vt probatum fuerit vt late per Cur. iun. consi. 124. num. 4. Bursi. consi. 190. n. 4. tunc. n. si ipsi postea conarêtur exigere talia pedagia per vim, tenerentur l. Iulia ff. de vi pub. vt not. Gram. consi. 69. nu. 1. cum seq. in ciuili quod est diligenter animaduertendum contra istos publicanos, qui accipiunt datia ad affictum ab ipso Principe, & postea quærunt excoriare homines, & pauperes augendo semper aliquid de nouo, quod eis a lege non permittitur exigere, nisi antiqua, & inueterata fuerit consuetudo, cuius memoria in contrarium non existat, & concurrat etiam cõcessio expressa ipsius Principis, cum scientia eorum, contra quos præscribitur, quorum aliquo deficiente, soluentes non tenerentur, cum ius exigendi acquisitum non fuerit not. Bart. in l. si publicanus in omnibus in prin. num. 1. & ibi Castr. nu. 3. ff. de publi. & vectig. & in l. licitatio earum num. 1. ff. eod. Bald. in l. cum proponas num. 9. & ibi in apostill. C. de naut. fenor. & latè in cap. 1. nu. 3. quæ sint regal. Abb. in cap. 1. nu. 9. in fin. de constit. in apostil. litera D. versic. vtrum. &c. Afflict. decis. 400. num. 12. Corn. consil. 268. per totum volum. 4. Natta consil. 661. nu. 25. latè Bursi. consil. 138. num. 5. vt pulchrè, & doctè declarat D. Personalis in tract. suo de adipisc. possess. n. 168. cum pluribus seq. pract. Papiensi. in forma super solut. pedag. versic. panni. n. 4. & Bertacch. in tract. suo de gabellis in 1. par. n. 19. cum pluribus seq. & ratio est in promptu, nam quãdo
4 altercatur an gabella sit soluenda de aliqua re Doctores vnanimiter concordant, quod hoc recipit interpretationem, & declarationem ab ipsa exigendi consuetudine, vel non, quæ potissimè attenditur not. Alex. consi. 211, num. 6. lib. 6. Dec. consil. 358. n. 3. Villalobos in commun. opin. in litera C. & ibi Suarez litera G. Roland. consi. 79. num. 79. in fin. cum. plu. seq. & n. 84. lib. 3. Pedem. decis. 4. Natta consi. 139. num. 18. & sequen.

Hinc plenæ sunt iurisperitorum voces, quod gabel-
5 la non debet solui vltra antiquam consuetudinem, vt per Rol. d. consi. 79. num. 79. in fin. cum seq. & n. 84. vol. 3. sicut eadem consuetudo soluendi, vel non, excusat à pœna, vt per Corn. & Alex. locis, vt supra citatis per text. expressum in l. si publicanus in omnibus ff. de public. prout de consuetudine quæ notarium à falsi pœna excusat affirmat Personalis in tract. suo de adipisc. possess. num. 168.

6 Quæ consuetudo aptè, & facillimè dignosci poterit ex libris ipsius gabellæ, ex personis pro eadem re in eis descriptis, vt multoties practicatũ fuit in terra Mirandulæ, ex quo publicani coacti fuerunt præsentare libros, quo effecto multi pauperes liberati fuerunt, contra quos porrectæ fuerant infinitæ querelæ, ita docet Vant. in tract. de nullit. titul. à quo, & quibus mod. num. 15. fol. 55. Dec. consi. 496. num. 7. cum seq. Natta consi. 486. num. 5. Clarisi. Menoch. consi. 21 num. 23. ex quo prædicti libri planè probant, Saly. in l. ex empto in princip. C. de probat. Bart. in l. quædam nummularios nu. 3. ff. de edend. & ibi Ang. Ripa in l. admonendi num. 130. ff. de iureiur. Dec. consi. 596. nu. 5. Bosi. tit. de vectig. num. 3. Bursat. consil. 138. num. 48. cum seq. ratio est in promptu, quia ex quo confecti fuere ab officiali publico, tanquam a publico approbati probãt Crau. in tract. de antiq. temp. in 1. par. n. 230. Menoch. in tract. de arbitr. casi. 91. n. 15. in fin. maximè si sit quæstio inter gabellarium, & descriptum; secus verò si contra tertium, quia in hoc damnum eius non probaretur contractum Dec. in c. scripta n. 22. in fi. de fide instru. Menoch. consil. 39. numero 72. & in tract. de arbitr. casi. 91. nu. 22. & seq. prout de hoc breuitatis causa me remitto ad ea, quæ in quæstionibus iam per me latius tradita, & disputata fuere.

7 Verum si essemus in dubio an prædicta gabella foret soluenda, vel non, semper contra eam facienda esset interpretatio, ne soluatur, tanquam odiosissima not. Bart. in l. si pupillus ff. ad l. Falcid. Angel. consil. 485. num. 5. Decius consi. 48. nu. 5. versic. & maximè prædicta, & consi. 457. n. 7. & seq. Crau. consi. 3. in fi. & consi. 231. in fin. & in tract. de antiquit. temp. in 4. par. n. 233. Rum. consi. 112. n. 14. lib. 4. Corn. consil. 199. n. 5. lib. 1. Natt. consi. 274. n. 8. Bosi. in tit. de vectig. num. 10. D. meus Hippol. Rimin. in instit. de donat. n. 79. & consi. 26. n. 16. vol. 1. & consi. 163. nu. 12. vol. 2. Bursi. consi. 190. num. 28. cum seq. Anchar. consi. 264. nu. 1. & sic concurrentibus duabus causis, semper attenditur illa, quæ minuit gabellam Cacher. decis. 4. num. 5. & 7. in fin. Nec in his proceditur de similibus ad similia not. Bald. in l. 1. C. quæ sit longa consuet. Dec. consi. 48. nu. 5. & consi. 457. num. 7. &
8 ideo statuto aliquo disponente neminem posse deferre frumentum per districtum extra territorium, non intelligitur de frumento delato ex alia ciuitate ad locum statuentium, vt aliò conduceretur Imol. in leg. cætera, §. sed si quis ff. de leg. 1. Cephal. consi. 538. num. 804.

Quarto requiritur ad hoc, vt gabella subsistat, &
9 ne legitimè ab aliquo possit frandari, vt sit æqua inter omnes personas, modo quo supra in principio tetigi, alias si solutio pedagij esset nimis barbarica, vt puta, quod solueretur vltra tertiam octauæ partis non esset dubium, quod mercatores haberent iustam, ac legitimam causam eam euitandi, ac fraudandi per text. l. vniuersi l. à legatis l. ex postulatione C. de vectig. latè not. Felin. in cap. 1. n. 41. extra de constit. &

ibi

ibi Abb. in apostill. n. 9. in fi. verb. gabellæ, & ibi versic. vtrum circa medium, idem Abb. in c. innouamus n. 6. & ibi in apostill. ad eum litera D. vers. circa hoc extra de cēsibus Bertach. in verb. gabella in prin. Rol. cons. 91. num. 44. vol. 2.

Et ideo Principes debent esse circumspecti, quando imponunt passagerios ad pontes, vel ad loca, in quibus solutur gabella, multoties enim solet contigere, quod Princeps ipse, vel Rex non imposuerit nisi vnum grossum pro salma, & tamen isti passagerij sunt adeo insolentes, & temerarij, quod de facto accipiunt duos grossos, & sic augent, tunc enim impunè licitum erit mercatoribus causa iuris sui conseruandi, fugere manus eorum, ex quo sunt prædones, & omne damnum quod cōtigit Regi propter hos debet refici per passagerios, quorum vitio hoc accidit arg. l. igitur ff. de liber. caus. not. Bald. in d. l. cum proponas n. 11. in fi. cum seq. C. de naut. fœnor. Angel. in l. aureorum n. 2. C. de iure aureorum annul. Bertach. in verb. gabella ex quo pedagium auctum dicitur nouum, Roland. cons. 42. n. 12. vol. 3. Menoch. cons. 34. nu. 13. cum seq. Socin. in Fallen. suis reg. 164. fallen. 2. Bertach. in tractat. de gabellis in 4. par. n. 15. & in 9. par. prin. n. primo, & istud multoties solet euenire quando Princeps ob refectionem alicuius pontis submersi auxerit aliquando gabellam, nam refecto ponte isti insolentes vadunt etiam continuando in exigendo, quod non permittitur cum cessauerit causa propter quam ab initio aucta fuerat, vt latè tradit Felin. in c. 1. num. 41. extra de constit. & ibi Abb. in apostill. n. 9. in fin. verb. gabella, prout latè hanc communem esse opinionem attestatur Rol. cons. 61. num. 45. cum pluribus seq. vol. 2.

Et vltra plus exigendo, quam debent, tenentur ad
30 duplum, & perseuerando dolosè capitaliter tanquam de furto puniuntur leg. etiam. & ibi Bald. num. 4. C. de furto l. vnica. & ibi Bartol. & Angel. C. de super exact. lib. 10. cap. criminis 25. distin. Anchar. cons. 110. num. 4. Pract. Papiens. in forma super solut. pedag. in glos. ceciderunt num. 8. Sicut in simili, qui plus sal, vel aliud venderet puniretur extraordinariè motu Principis Crauet. cons. 6. num. 117. libr. 1. quod adeo est verum, vt in tali casu iura fanxe re quod dominus teneatur pro famulo, ex quo eum deputauit, secundum Castr. cons. 423. num. 6. vers. nec obstat libro 1. Cagnol. in l. culpa caret. num. 13. cum seq. ff. de reg. iur. quod est diligenter animaduertendum per eos, qui retinent datia à Principe, & quandoque relinquunt eorum famulos ad portas, & passagia, sed nunquid isti exhibendo institorem, & dando notā liberentur, vide Felin. in c. Petrus, n. 4. de homicid. Alciat. tract. præsumpt. reg. 3. præsumpt. 40. n. 3.

Et tunc in his casibus fraudatores gabellarum non
31 tenerentur Deo, nec Mundo, cum sint lucri cupiditate impositę, quæ quo ad forenses dicuntur extorsiones, not. Bart. & Castr. in leg. vectigalia num. 1. ff. de publ. & vectig. Bald. late in l. cum proponas nu. 11. C. de naut. fœnor. & in leg. vnica num. 4. & ibi Castr. C. de cad. tollend. Angel. in leg. aureorum num. 2. & ibi in apostill. litera A. C. de iure aure. anull. Felin. in cap. primo num. 14. extr. de constit. & ibi Abb. n. 9. in fin. in apostill. verb. gabella. idem Abb. in c. innouamus num. 5. extra de censibus, & cons. 13. nu. 6. vol. 2. Bertach. verb. gabellarum fraudes Rolan. cons. 91. numero 25. & seq. vol. 2. & conclusiuè cons. 34. num. 28. in fin. cum seq. vol. 3. Natta consil. 655. num. 7. communem esse opinionem attestatur Bursat. cons. 138. num. 3. Zuchard. in leg. fin. num. 8. & seq. C. de edict. diu. Adr. tollen. Clarisi. Menoch. in tract. de arbitr. lib. 1. cas. 397. num. 7. cum seq. secus vero quando ex parte Principis, vel eius Officialium contrarium totum fieret, & superius à me, commemorata ab istis obseruarentur, quia tunc bene fateor,
12 vt si quis latenter ausus fuerit fraudare gabellam vltra prædictas penas lege comminatas mortaliter peccat, cum gabella legitimè imponi possit ab habēte potestatem, iux. mandatum Christi Saluatoris nostri iubentis tributum solui, quæ sunt Cæsaris Cæsaris, & quæ sunt Dei Deo, not. Bart. in l. interdum licet in prin. ff. de vect. & in l. si publicanus in omnibus, & ibi apostilla litera I. circa med. ff. eo Abbas in præ. Gregor. vers. Rex pacificus n. 5. & ibi latè in apostil. verb. gabellas Bertach. verb. gabellarum fraudes in prin. Roland. d. consil. 79. & nu. 46. cum duobus seq. vol. 3. Cephal. consil. 451. num. 267. & 358. communem attestatur Villalob. in commun. opin. in verb. gabella, n. 2. & ibi communem dicit Suarez d. verb. gabella, num. 7. latè Menoch. in tract. de arbitr. cas. 347. num. 2. cum seq. Bofs. tit. de fraude vectig. num. 1. cum seq. D. meus Rimin. Iun. consil. 72. num. 47. vol. 1. Bertach. in tract. de gabell. nona par. prin. num. 1. ex quo sunt in dolo, & cum alterius iactura lucrum querunt. Alarat. cons. 305. nu. 2. Clarif. Menoch. cons. 18. num. 30. Crau. cons. 193. num. 2. D. meus Rim. iun. cons. 184. num. 26. vol. 2.

Nam fuit inuenta, vt Principes habeant facere debitam prouisionem ad manutenenda loca tuta, ab incursione prædonum, & vt teneant securum, & placatum territorium ipsis mercatoribus, & alijs in eo transitantibus, quod si facere neglexerint vnicuiq; licuerit eorum fraudare pedagia, quę hac potissima de causa, & ratione inuenta fuere, vt not. Bald. in c. 1. con. uenticulas, num. 7. de pace iuram. firmand. & in Rub. n. 1. quæ sunt Regalia iux. dictum Pauli 13. ad Romanos, vbi dicit Principes esse ministros Dei datia colligentes, & in hoc ipsi seruientes.

RESOLVT. CXLIII.

1 *Gabellas, & collectas ab Ecclesiasticis exigentes quomodo puniantur.*

2 *Satisfactio præstanda ab excommunicatis propter exactas ab Ecclesiasticis gabellas qualis.*

3 *Gabellæ & Collectæ quibus Ecclesiastici grauari non possunt remissiuè.*

Satisfactio competens, quam facere debent exactores excommunicati ob id quod indebitè gabellas à Clericis exegerunt quæ dicatur.

GRegorius Decimus in cap. quamquam in fine de censibus, & Clemens V. in Clem. vlt. in fin.
1 eod. tit. declarauerunt excommunicatos & interdictos esse eos, qui indebitè gabellas & collectas exigunt ab Ecclesiasticis, constituerunt que etiam prædictos non esse prius absoluendos, quam exacta plenariè restituerint, & de transgressione satisfecerint
2 competenter, dubitari tamen contigit quæ dicatur hæc competens satisfactio, Cardinalis Zabarella in d. Clem. vlt. in 12. notab. scriptum reliquit iure hoc definitum non esse, & ob id Iudicis arbitrio relinqui, & Zabarellæ traditionem probarunt Rolan. in cons. 71. num. 13. lib. 4. & Ignatius Lopez in additio. ad pract. Criminalem Bernard. Rim. cap. 55. colum. pen. vers. si tamen publicani.

3 Quæ verò dicantur Gabellæ, & collectæ, quibus grauari non possunt clerici abunde scripsi in responso hac de controuersia reddito.

RESOLVT. CXLIV.

1 *Excommunicationes in quas inciderunt à Clericis exigentes Gabellas à locorum Diœcesanis publicandæ sunt.*

2 *Epi-*

2 *Episcopus non publicans sententiam excommunicationis ab exigente gabellas ab Ecclesiasticis incursam punitur arbitrariè.*

Episcopum non publicantem excommunicationem à lege indictam aduersus indebitè exigentes gabellam à clericis, puniri.

CLemens V. Pontifex Max. cuius in initio superioris casus meminimus in eadem constitutio-
1 ne Clem. vlt. de censibus iussit locorum diœcesanis, vt publicent, vel publicari faciant censuras, & excommunicationes, in quas ipso iure inciderunt publicani, alijque gabellarum exactores, qui à clericis indebite eas exegerunt. Quæ sanè Pontificis constitutio obligat ipsos diœcesanos (vt scribunt ibid. glos. 1. & reliqui interpetres) ex præcepto cuius tran-
2 gressores puniri debent: verùm, quia nulla certa pœna indicta est pro iudicis arbitrio erunt plectendi quemadmodum post Laud. annotauit Cardinal. Zabarella in d. Clem. vltim. in 1. notab. sic dicimus quod quando lex pro aliquo delicto statuit in delinquentem esse animaduertendum; pœnam iudici arbitrariam esse indicendam cum nulla certa sancita sit pœna, sicuti diximus alibi.

PRAXIS COMMENDÆ.

RESOLVT. CXLV.

1 *Commendatarius dicitur habere beneficium Ecclesiasticum, & parum distans à prouisionibus beneficior. n. 2.*
3 *Commendatarius perpetuus facit fructus suos sicut cæteri titulares perpetui, & quid dicatur commenda. numero 4.*
5 *Pœna cap. licet de elect. habet locum in commendatarijs. sicut etiam habent locum, quæ traduntur. n. 7. & 10. 11. 12. & 17. 18. 19. & 20.*
6 *Commenda requirit ætatem, & cæteras qualitates sicut verum beneficium, & quæ, vide n. 13. & 14. 15. 16.*
8 *Quæ habeat commendatarius, vide num. 9.*

Commendam obtinens an dicatur obtinere beneficium Ecclesiasticum.

1 REspondi, quod Commendatarius dicitur habere beneficium Ecclesiasticum c. dudum il 2. de electione c. si plures 21. quæst. 1. Io. Monac. n. 7. Archidiacon. & alij in c. nemo deinceps 15. de electione in 6. Federicus de Senis in tract. de permutatione beneficiorum q. 15. per totam Milis in repertorio verbo beneficia commendata n. 11. & verbo commenda an sit canonicus titulus Guid. Pap. quæst. 559. vers. quinta conclusio Rebuff. de pacificis possessor. n. 15. cum sequentibus Lambertin. de iure patronatus lib. 2. p. 1. quæst. 6. art. 14. per totum Gomezius, in regula de infirmis quæst. 13. & in reg. de impetrantibus benef. vacan. per obitum familiar. Cardinal. quæst. 6. & in reg. de triennali quæst. 5. Alphonsus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum part. prima cap. 14. nu. 6. & 2. p. cap. 4. num. 11. Mandosius in regula de verisimili quæst. 3. nu. 2. & in reg. 32. quæst. 7. num. 12. Puteus decis. 158. nu. 4. lib. 1. Rota decis. 765. nu. 5. parte 3. di-
2 uersor. Nam commendæ perpetuæ à beneficijs parum, aut nihil distant ab alijs prouisionibus beneficiorum, & sic in bulla illis dicitur, vt commodius onera sustentare valeas de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupientes, tale beneficium authoritate Apostolica concedimus, & commendamus, ac prouidemus, per te quamdiu vixeris obtinendum, & possidendum, ita quod durante commenda huiusmodi de fructibus, & redditibus ipsius disponere, & ordinare valeas &c. quam formam assignat Rebuff. in praxi tit. de commenda n. 28. de pacificis possessoribus nu.
3 43. vnde talis commẽdatarius perpetuus facit omnes fructus suos sicut alij titulares perpetui Cassadorus decis. 33. n. 5. super regulis Rebuff. de pacificis possessoribus nu. 43. Mandos. in d. reg. 30. q. 3. nu. 4. Puteus
4 decis. 25. n. 3. & 4. lib. 1. & dicitur talis commenda perpetua dispensatio palliata ad obtinẽdum aliquod beneficium, alias obtineri prohibitum, sicut etiam vnio temporalis Gemin. consil. 38. num. 11. Cassad. decis. 33. nu. 5. super regulis, & decis. 2. de vnionibus num. 9. Mandos. in reg. 33. q. 30. num. 3.
5 Hinc pœna cap. licet canon. de electione. lib. 6. contra non promouentes se infra annum habet locum in his commendatarijs perpetuis clem. in agro. §. certum de statu Monachor. ibi infra annum computandum à tempore collationis, & commissionis, & antea dixerat conferri nequeat, neque committi, & per cõmissionem intelligitur de commẽda Rebuff. de pacif. possess. numer. 42. vers. & sicut tenetur infra annum Mandos. in dict. regul. 33. quæstion. 7. numer. 10. & 11.
6 Requirit quoque talis commenda ætatem, & alias qualitates legitimas sicut verum beneficium cap. nemo deinceps, de electione lib. 6. Caputaquensis decis. 127. num. 3. part. 1. sic potest esse iudex Apostolicus commendatarius perpetuus iuxta d. c. statutum de rescript. lib. 6. vt latè tradit ibi Gomez. num. 77. in 9. ampliat. Cassaneus in consuetudinibus Burgund. in rubr. de successione des bastardes §. 3. num. 88. Ita vt dispositio tex. in cap. quoniam Abbas 14. de officio delegat. cum quo concordat lex 47. ad finem
7 titul. 18. Partita 3. dicentis. quod delegatio facta dignitati non expresso nomine proprio transit ad successorem, habet etiam locum in commendatario perpetuo, vt Decius ibidem nu. 4. vers. & ista tertia Mandosius in dicta reg. 32. quæst. 7. nu. 8. & 9. Item
8 talis commendatarius perpetuus potest præsentare, & eligere, & conferre, sicut quilibet alius prouisus, vt plene per Rebuffum in praxi tit. de commenda num.
9 60. & 61. habet etiam liberam potestatem in spiritualibus, & temporalibus Abb. in cap. cum nobis olim vlt. notab. de electione Rebuff. de pacif. possess.
10 nu. 41. ac propterea potest locare fructus ad plures annos sicut alii titulares, & in eis habet locum capit. vestra de locato Calderin. in consil. 8. an commendatarius per totam sub tit. de locato. Rom. consilio 350. in casu proposito à nu. 8. Rebuf. in praxi tit. de
11 commenda numer. 62. hinc reg. de infirmis resig. intrat, in commendis perpetuis Cassador. d. decis. 32. per totam super regulis; Gomezius in dicta reg. de infirmis quæst. 13. per totam, & expressè probatur ex eadem regula quæ est 18. de viginti in illis verbis, vel illius commendæ cesserit Rota decis. 80. num. 2. lib. 3.
12 diuersorum, sicut etiam reg. de publicandis resignationibus locum habet in perpetua commenda, vt fusè per Gomezium super eadem reg. q. 3. per totam.
13 Hinc in impetratione alterius beneficii debet fieri mentio de tali commenda, alias gratia foret nulla glos. verb. commendare versic. sed nunquid habens talem commendam in cap. nemo, & ibi Menochius num. 4. & omnes de electione lib. 6. Capicius decis. 3. num. 6. Puteus decis. 272. lib. 2. num. 3. pariter illegiti-
14 mus non dispensatus talem commendam habere non potest Rebuf. in praxi tit. de commendis nu. 63.
15 sicut commendatarius potest transigere super fructibus sui beneficii commendati, ac eos vendere Geminianus consil. 27. pro declaratione in fine Capicius decis. 3. sub num. 9. Rebuff. de pacif. possessor. sub
16 num. 40. Item talis commenda inducit incompatibilitatem inductam à cap. de multa de præbendis, & extrauag. execrabilis eodem tit. vt post longam di-

spucationem hinc inde resoluit Alphonsus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum part. prima, cap. 14. à nu. 16. vsque ad nu. 30. & hodie expressè disponitur per Concil. Trident. sess. 7. cap. 2. & cap. 4. licet antea secus dicebatur Cassador. decis. 32. nu. 7. super regul. Sarnen. in reg. de triennali num. 6. Caputaquen. decis. 147. num. 2. parte prima, disponebat. l. 4. versic. la quinta razon tit. 16. Partita 1. Puteus decis. 333. lib. 1. & 275. lib. 3. vbi propterea fuit resolutum extrauag.
17 iniuncte de electione non habere locum in his commendis, & vide infra nu. 65. rursus regula de idiomate locum habet in commendis vt latè per Sarnen. super reg. de idiomate quæst. 5. Mandos. reg. 32. quæst. 7.
19 num. 14. Nec non regula de triennali procedit in commendis Gomezius latissimè in regul. de triennali quæst. 5. num. 10. & sequentibus. Rot. decis. 765. in causa Vrgellen. per totam part. 3. diuersorum. Nec
20 non reg. de verisimili notitia Cassador. decis. 30. super regulis Gomez. ibid. quæst. 4.

RESOLVT. CXLVI.

1 *Commenda perpetua cessante vacat beneficium vt prius, non de nouo cum aliis multis exemp. & decisionib. nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Cessante commenda per obitum commendatarij, an dicatur beneficium vacare per obitum illius.

1 REspondeo, quod cessante commenda per obitum commendatarij, tunc non dicitur beneficium vacare per obitum illius, sed vacat semper, vt prius ita vt non sit attendendus mensis, in quo commendatarius obierit, & sic semper curia, Cancellaria, & Camera Apostolica seruauit, vt testatur Cassador. decis. 5. nu. 2. quæst. 10. & 12. de priuileg. decis. 2. num. 9. de vnionib. Simonett. de reseruat. quæst. 59. num. 6. & per totam. Milis in repertorio ver. beneficium vacans reseruatum si alteri commendetur nu. 27. Gamb. de potest. leg. lib. 4. à num. 34. & 28. Put. decis. 25. in vna. Bellic. prioratus nu. 6. vers. sed, & his non obstantibus, & per totum lib. 1. & decis. 158. in vna Florentin. per tot. eod. 1. Gomez. in reg. de triennali q. 5. Rebuff. in praxi tit. de commend. num. 51. & 59. & in tit. de reseruationibus nu. 31. Mohed. decis. 4. & decis. 9. de præb. per totas. Caputaq. decis. 144. par. 1. vbi referuntur plures Rotæ resolutiones quæ ita tenuerunt. Nauar. in Manual. c. 25. nu. 126. in fin. & in consil. 1. num. 39. de constitut. & latius consuluit consil. 28. de præb. vbi dicit titulum commendæ
2 perpetuæ esse improprium, & propterea cessante commenda vacare, vt prius, & ita expressè disponi in literis commendæ.

Vnde cum quidam familiaris vnius Cardinalis esset perpetuo commendatus de quodam beneficio, & postea decesserit, ac alius impetrauerit illud beneficium siue vacauerit per obitum illius, vel persona alterius, & opponeretur de nullitate gratiæ propter defectum consensus dicti Cardinalis iuxta Regulam Cancellariæ 31. de impetrandis beneficiis per
3 obit. famil. Card. fuit resolutum non obstare dictam Regulam, ex quo dictum beneficium non vacauerat per obitum dicti familiaris commendatarij, sed vt prius Cassad. dict. decisione quinta, de priuileg. num. 2.

4 Idemque fuit resolutum quando non fuerat facta mentio de familiaritate Papæ cuiusdam perpetui commendatarii in Cas. d. decis. Caputaq. 144. par. 1.

Hinc cum quidam prioratus vacauerit in Curia in manibus Papæ per resignationem cuiusdam Stephani, & esset de illo commendatus Guillelmus, quo de-
5 functo, & commenda cessante, per obitum Guglielmi ext. curiam defuncti quidam commissarius Papæ habens facultatem conferendi omnia beneficia extra curiam vacantia, contulit illud Petro per obitum Guillelmi, & dubitabatur, an collatio teneret, & quia totum pendebat ex hoc; an per obitum commendatarij vacaret beneficium, vel non, fuit resolutum collationem esse nullam, quia dictus prioratus vacauerat apud sedem, & per resignationem in manibus Papæ, vt prius, & non per obitum commendatarij extra curiam defuncti, vt in casu decisionis Putei 25. lib. 1.

6 Sicut etiam fuit resolutum similiter in casu decisionis 4. Mohed. de præb. & in decis. 9. fuit resolutum expectantem non posse acceptare beneficium tanquam vacans per obitum commendatarij, quia non vacauit per obitum illius, sed in curia, vt prius.

RESOLVT. CXLVII.

1 *Commenda beneficij data ad tempus non tribuit ius commendatario &c. & secus. num. 2.*
3 *Commenda perpetua sapit naturam veri, & proprij beneficij.*
4 *Commendatarij perpetui nō differunt à veris titularibus.*
5 *Commendatarij perpetui faciunt fructus suos, & quid si commenda est ad beneficium Ecclesiæ. num. 6.*
7 *Commendæ perpetuæ afficit beneficium.*
8 *Commenda inducit execrabilitatem in beneficijs perpetuò commendatis.*
9 *Commendatarius perpetuus melius censetur maior in iis, quæ sunt iurisdictionis, & administrationis prælaturæ, quam titularis.*
10 *Commenda perpetua dici potest perfectus titulus Apostolicus.*
11 *Commendatarius vt verus prælatus potest esse iudex delegatus.*
12 *Limitatur principalis conclusio. & num. 13.*

Commendam perpetuam solus Papa facere potest.

1 COmmenda beneficij data ad tempus non tribuit ius commendatario, & potest quandocunque reuocari, & tali casu commenda ipsa per Papam facta ad tempus operatur quod reseruatio facta per
2 Papam non expirat secus verò si commenda fieret perpetuo Bisignet. in decis. prima, incip. vtrum per commendam titul. de præb. Rot. in antiq. in decis. 244. incipient. nota quod vbi beneficium. Ratio
3 autem est quoniam creatio commendæ perpetuæ sapit naturam veri, & proprij beneficij, cuius ratione multa conceduntur, quæ alias denegarentur, vnde
4 commendatarij perpetui non differunt à veris titularibus Marc. in decis. Delph. 1176. num. 9. & decis. 1276. n. 1. vol. 1. Nauar. in consil. 4. num. 2. tit. de fil. presbyt. lib. 1. Rom. in consil. 350. Menoch. in d. c. nemo vbi Gemin. ac Prob. de elect. in 6. Crauett. in consil. 184. Puteus in decis. 25. num. 5. lib. 1. Anna in allegat. 114. vbi Fabius filius, & propterea commen-
5 datarij perpetui faciunt fructus suos, quia eius virtute non dicitur depositarius, vt authoritate Rom. in consil. 380. num. 8. voluit Capic. in decis. 3. numer. 8. Puteus in decis. 25. num. 3. lib. 1. dicens secus in commendatario temporali, seu simplici Rom. in d. con-
6 sil. 350. quo in loco asseruit, quod si commenda est ad vtilitatem Ecclesiæ non facit fructus suos, nisi quo ad victum, si verò ad vtilitatem propriam facit fructus suos cum oneribus Ecclesiæ, vt dicit Cassad. in decis. 32. num. 5. cum plurib. seq. tit. de reg. Cancel. Germon. de indult. §. ita quod num. 17. Mandos. in regula de verisimili notitia 30. q. 3. n. 4. Hoieda de benefic. compat. & incomp. par. 14. sub num. 6. Syntagmat.

mat. iuris vniuerſ.lib.7. cap.3. num.10. & c.11. num. 35.cum pluribus ſequentibus ante illos Rota in antiq. in dec.244.incip. nota quod vbi beneficium Biſignet. in deciſ.1.inc. vtrum per commendam. Puteus in deciſ.254.n.3.lib.3.Marc.in deciſ.1109. ſub num.2.vol. 1.in deciſ.399.n.3.vol.2. Menoch. de recup. poſſ.remed.15.nu.42. Raud.variarum reſol. c.72. n.3.Mart. Nauar.in conſil.4.num.2.de filijs præsbyt. lib.1. Hinc
7 eſt quod commenda perpetua afficit beneficium ita vt illa per mortem commendatarij vacante diſponere de beneficio non poſſit Caſſad.deciſ.5.num.6. cum ſequ. tit. de priuileg. & in deciſ. 32. num. 5. de regul. cancellariæ. Puteus in deciſio. 158. num.1.lib.1. Coraſ.part.1.c.6. ſub num. 11. Faber. in Cod. Fab.lib.1. tit.2. definit.10. n.5.vol.1.Mar. in deciſ. 399. num.4.
8 vol. 2. vnde commenda inducit execrabilitatem in beneficijs perpetuò commendatis Put. deciſ. 333. de quo ample tractat Hoieda de benef. comp. & in
9 comp. part.1. c.14. num.16. Hinc euenit quod commendatarius perpetuus melius cenſetur verus Abbas, & prælatus, & maior in his quæ ſunt iuriſdictionis, & adminiſtrationis prælaturæ, quam titularius Faber in Cod.Fab.lib.1.tit.3. Nauarr.in conſil.4.num.2. de fi-
10 lijs præsbyt. lib.1. volum. 1. & ideo commenda perpetua dici poteſt titulus perfectus Apoſtolicus Tolom.in deciſ.nouiſs.Rom.765.Coraſ. par.1.c.6.Prob. in quæſt.Regalis c.20.n.2.& digne quidem commen-
11 datarius perpetuus vt verus Abbas, & Prælatus reputatur, & ideo iudex delegatus eſſe poteſt iuxta formam cap.ſtatutum de reſcrip.in 6.Boer.in deciſ.Burdegal. 271. Barbatius in conſil. primo. Mandoſ. in Regul. Cancel.de impet.benef.per obit.Famil.Card. Capic. in deciſ.5.

Limita principalem concluſionem,& declara quod
12 temporales tantum commendas ſupradictis exceptis concedit Epiſcopus ad ſex tantum menſes arg. c. nemo deinceps de elect. in 6. Put. deciſion. 226. Marc. deciſ.240.Fuſcus de viſitat. lib.2.

13 Limita, & declara etiam in beneficijs, & Eccleſijs militum Hyeroſolimitanorum, quæ in commendam dantur per magnum magiſtrum eiuſdem Religionis, ſiue ordinis, & hoc ex priuilegio ſummorum Pontificum, vt multis comprobat Ceſal. in conſil. 97. num. 1.

RESOLVT. CXLVIII.

1 *Commendatarius in commenda turbatus, aut ſpoliatus, contra commendantem agere non poteſt ſpolio, ac remedio cap. reintegrandæ 3. quæſt.1. & limita num.2. & num.3.*

Commendatarius turbatus, an poſſit agere ſpolio.

1 REgulariter in iure cautum eſt Commendatarium in commenda turbatum, aut ſpoliatum contra commendantem agere non poſſe ſpolio, ac remedio cap.reintegrandæ 3.q.1.Anton. Capic.in deciſ. Neapol.n.4.Cardinal.Pute.in deciſ.206. lib.3. Iacob.Menoch.de recup. poſſeſ. remedio 15.num.38.cum pluribus ſequ. Rota in antiquis in deciſ. 1. incip. primo quod Monacho, & in deciſ. 359. incip. Nota quod Monachus. Anton. Faber in Codic. Fabria. lib.1. tit. 2.definit.9.n.2. & defin.67.vol.1.

2 Limitatur primo ſupradictam concluſionem procedere quando ageret contra commendantem, vt tunc pro ſpolio non admittatur, ſecus verò ſi cum alio vt ſuprædicti annotarunt præſertim Cardin. Puteus in dicta deciſ. 306. lib.4. Menoch. de recup.poſſeſſ.remed.15. num.39.

3 Limita ſecundo procedere in Commendatario ad tempus non autem in perpetuo,ſiue ad vitam, cui dictum remedium competit Cardin. Puteus in dict.deciſ.306.lib.3. Menoch.in d. remedio 15. n.42. Idem Cardin.Puteus in deciſ.158. num.2. lib.primo.

PRAXIS CONFRATERNITATVM Laicorum.

RESOLVT. CXLIX.

1 *Confraternitas dicitur locus pius.*
2 *Hoſpitale etiam non erectum authoritate Epiſcopi dicitur locus pius.*
3 *Epiſcopus tenetur viſitare huiuſmodi loca.*
4 *Relictum confraternitatibus cenſetur relictum ad pios vſus.*
5 *Relictum confraternitatibus, pro anima relictum cenſetur.*
6 *De relictis confraternitatibus Epiſcopus detrahit canonicam portionem.*
7 *Relictum pijs locis poteſt præſtari iſtis confraternitatibus.*

Confraternitates an dicantur loca pia.

1 REſpondeo affirmatiuè, & ſic quod dicatur confraternitas locus pius ſentit Specul.in tit. de inſtrum. edit. §. nunc aliqua num.62. verſic.& ſcias qui dicit, quod loca pia dicuntur vbi exercentur opera charitatis, & idem dicit Ioann.Andr.in cap. Ioannes column.1.in fin. verſ. vnum eſt, quod refragatur, vbi
2 per iſtam rationem concludit hoſpitale etiam non erectum authoritate ſuperioris eſſe locum pium, & idem dicit Alexand. in conſ.209. col. 1. volum. 2. & Abb.cap.fin.in 2.notab.de teſtam. Card.in c.Ioannes in 7. quæſt. de teſtam. & in ſpecie quod fraternitas dicatur locus pius ſentit Bald.in l. id quod pauperibus in 21. quæſt. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & ſentit clarè quod ſit locus pius, ſed non religioſus; eandem opinionem tenent Card. in conſil. 121. & clariſſimè Lapus in tract.de canon.port.colum.11.verſ.5.quæro,& in ſeqq. idem dicit Barbat. in cap. officij col.8. & 10. de teſtam. & Peruſ.in tract.de canon. port. in 2.artic. princip.in 2.qu.principal.col.4. Dec.in conſil.72.col. 3. verſic.3. principaliter, & dicit Anchar. in c. auditis in 11. qu.de reſtitut. in integr. quod dicitur pium etiam collegium.

3 Hinc infertur primo, quod Epiſcopus huiuſmodi loca viſitare teneatur,vt voluit Feder. de Sen. in conſ. 111. incip. quæſtio talis eſt.

4 Secundo infertur quod relicta cõfraternitatibus videntur relicta ad pios vſus,& in piam cauſam: & propterea ceſſare debet Trebellianica,vt concludit Paul. de Caſtr.in conſ.167.incip.præſuppoſita col.2.refert, & ſequitur Socc.in conſil.82. col.penul.vol.4. & ſentit Bal. in auth. ſimiliter verſ.& not.col.1. C.ad l.Falcid. & Calcan. in conſil. 21. colum. 2. & quod relicta tali loco dicantur ad pias cauſas relicta tenet Bald. in l. ſi quis ad declinandam col. 12. in princip. C. de Epiſc. & Cler.Caſtr.in conſil.179.volum.2.Alex.conſil.102. num.3.vol.7.Dec.conſil.72.col.3. Pariſ.in dict. conſil.
5 34.col.2. in fine vol.4. & ratio eſt, quia relicta huiuſmodi cõfraternitatibus pro anima cenſentur relicta, vt dicit Corn. conſil. 308. n. 6. volum. 3. & in conſil. 18. num.15. & ſequ.& conſil.302.num.2.vol.4. quando autem pro anima relinquitur etiam ſi amico, vel conſanguineo pauperi relinquatur dicitur relictum ad pias cauſas, ita dicit gloſ.in c.2.de ſepult. Bald.in l.1. & ibi Caſtr.in fin.C.de ſacr.Eccleſ. Bal.in l.ſi quis Titio, & ibi Imol. ff.de leg.2. & in c. de priore de appell. & idem voluit Card. in c.tua de teſtam. Alex. in conſil.158. col.fin.vol.7.

6 Tertio infertur quod de relictis factis huiusmodi fraternitatibus Episcopus percipiat canonicam portionem, prout voluit Alex. in consil. 102. num. 5. vol. 7. & idem tenet Barba. in cons. 1. vol. 4. num. 8. vbi dicit communem opinionem, quos refert Gabr. lib. 6. de pia causa concluf. 1. sub num. 12.

7 Quarto infertur, quod relictum loco pio, & religioso factum possit solui, aut præstari istis confraternitatibus, vt sentit Bart. in l. 1. §. sed religiosis ff. de colleg. illic. Castr. in consil. 5. col. 1. vol. 2. Abb. in consil. 31. col. 2. vol. 1. Io. Andr. in c. Ioannes de testam. Capra consil. 115. colum. fin. Decius consil. 72. col. 2. vers. 3. principaliter. Alex. consil. 102. in 1. dubio vol. 7.

RESOLVT. CL.

1 *Dispositio captatoria confraternitati facta valet, quod procedit de iure canonico, non autem ciuili vide num. 2. & amplia, vt num. 3. & limita vt num. 4.*

5 *Stantibus liberis dispositio testatoris concedens dispositionem bonorum suorum alteri non valet idem procedit vt num. 6.*

7 *Dispositio captatoria non habet locum quando esset facta sub certa forma, quæ ad piam causam accommodari non posset.*

Dispositio captatoria facta Confraternitati an valeat.

1 CVm supra diximus Confraternitates esse loca pia ex hoc necessario euenit valere dispositionem captatoriam confraternitatibus factam: magis enim communis opinio Doctorum esse videtur illa, dispositionem captatoriam ad pias causas valere, quam opinionem tenuit Bart. in l. captatoriæ ff. de leg. 1. in fin. vers. hoc est verum, & ibi Bal. in primis verbis, & ibi Castr. vers. vnde videtur non valere Bal. in repet. l. 1. colum. 5. vers. 2. ratio est C. de sacros. Eccles. & colum. 15. versic. tertio, quæro, & in multis alijs locis. Ang. consil. 101. in princip. Bald. consil. 302. Ang. in l. illa institutio colum. prima, in fine. versicul. in glos. in fideicommiss. qui hoc tenet
2 de iure canonico: licet secus dicat de iure ciuili, & in l. captatorias, versic. regula autem in fin. & versic. & ita per statutum, & ibi Bald. versicul. item relictum, & in l. illa institutio in primo notab. ff. de hæred. institut. & ibi Imol. versic. istud tamen. Alexand. in l. captatorias. C. de testament. milit. colum. 2. verficulo item fallit, & ibi Ias. numer. 12. qui hanc dicit communem. Cardinal. cons. 124. in princip. sed quoad pias causas. Abb. cons. 32. colum. 2. & alii, quos refert Gabriel. conclusione 3. de pia causa in fine, libro 6. dicentes, hanc esse communem opinionem.

3 Amplia hanc opinionem ab omnibus receptam, nam etiam si simpliciter dictum sit per testatorem committo tali dispositionem bonorum meorum, nihilominus censetur ipse hæres institutus cum onere erogandi bona testatoris ad pias causas, & talis dispositio valet, & operatur, capit. cum tibi de testament. & ibi Innocent. vers. alii dicunt, & Io. Andr. circa finem, Anton. de Butr. in fine, & ibi Hostiens. vers. solutio. Abb. colum. 2. in fin. Anchar. col. 2. in fin. & ibi Cardinal. colum. 2. in princip. & alii, quos refert idem Gabriel. vbi supra num. 2.

4 Quod limita primo opinionem istam locum habere, quando testator commisit dispositionem bonorum suorum alteri per verba importantia arbitrium boni viri, secus verò si per verba importantia liberā voluntatem, quo casu non valeret dispositio, prout declarat Bartol. in l. 1. in repet. colum. 17. versic. tertio quæro, C. de Sacros. Eccles. Abb. in consil. 110. in principio, volumine secundo. Cornel. consil. 156. columna penult. versic. & licet ad pias causas, volumine 2. Alexand. in l. captatorias, column. final. versicul. teneo, quod dixit Bart. C. de testament. milit. & Ias. ibidem num. 12. Paris. cons. 38. num. 21. volum. 3. Barbat. in cap. cum tibi col. 10. versic. & ideo pondera de testam.

5 Secundo limita stantibus liberis, quorum fauore dispositio testatoris, per quam committit dispositionem bonorum suorum alteri non valet, ita declarat Bald. in l. executorem, col. 2. vers. non obstat, C. de execut. rei iud. & in epistola, col. 1. C. de fideicomm. idem tenet Corn. cons. 156. col. pen. volum. 2. Rom. in l. captatorias, colum. 4. vers. quod tamen intelligi debet, C. de test. milit.

6 Tertio limita quando per testatorem alteri committitur dispositio bonorum, secus verò quando testator vult committere institutionem hæredis alteri; quia hoc facere non potest, vt per Innoc. in cap. cum tibi vers. alij dicunt de testam. Bald. in l. exequutorem col. 2. vers. non obstat. C. de exequut. rei iud. & in l. & in epistola, col. 1. versic. modo quæro. C. de fideicomm.

Quarto limita, quando dispositio esset collata sub certa forma, quæ ad piam causam minimè accommodari posset, vt notat Aug. in cons. 201. col. 2. Corn. cons. 156. col. pen. vol. 2. Paris. qui hanc dicit communem opinionem in cons. 38. num. 23. vol. 3.

RESOLVT. CLI.

1 *Controuersia inter confratres si respicit actus spirituales spectat ad iudicem Ecclesiasticum.*

2 *Cognitio causarum spiritualium nullo pacto ad sæculares iudices pertinet.*

3 *Cognitio rerum merè temporalium spectat ad iudicem sæcularem.*

Definitio controuersiæ præcedentiæ inter confratres ad quem pertineat.

IN hoc articulo vt ambabus iurisdictionibus satisfaciam existimo duas esse faciendas conclusiones.

1 Prima conclusio, controuersia inter confratres in materia præcedentiæ si respicit actus spirituales puta circa modum incedendi in processionibus, deferendi habitum, & similia, tunc ad iudicem Ecclesiasticum spectat: ratio est, quia cum sint actiones spiri-
2 tuales, nullo pacto earum cognitio ad iudices sæculares potest pertinere, cum rerum spiritualium sint incapaces, c. indicante de præscriptione, c. de cætero de iudic. cap. fin. de rebus Eccles. non alienand. Bal. cons. 62. vol. 1. Alexand. consil. 13. eodem volum. & in consil. 16. pro qua opinione adducitur decis. Guid. Papæ 238. vbi cognitio de habitu si sit Ecclesiasticum, vel laicale non spectat ad iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum, & facit etiam ad hoc Nauar. cons. 3. de foro compet. vbi cum modus, & ordo incedendi in processionibus deferendi habitum, & similia sint actiones spirituales laici in d. actionibus, & concernentibus cultum diuinum subsunt iudicio Episcopi sequitur Grat. decis. 232. Marta de iurisd. 4. parte, capit. 113. numero 20. vbi allegat Concil. Trident. sess. 25. cap. 16. & constitut. Gregor. XIII. vbi datur modus componendi huiusmodi controuersias per Episcopos.

3 Secunda conclusio, vbi agitur de controuersijs rerum merè temporalium tunc quod cognitio spectat ad iudicem sæcularem, & ita intelligendus est Anna sing. 90. & Grat. cit. decis. num. 7.

RESO-

RESOLVTIO CLII.

1 *An confraternitates habeant fori priuilegium, & quando.*
2 *Confraternitatibus relictum dicitur ad pias causas.*
3 *Confraternitates non habentes hospitalia non dicuntur loca pia.*
4 *Et possunt disponere de bonis suis sicut cætera collegia.*
5 *Præscriptio laicorum contra quas confraternitates procedat.*
6 *Confraternitas quare non dicatur locus pius.*
7 *Priuilegium concessum confraternitati non dicitur concessum loco.*
8 *Confraternitas propter aliqua signa dicitur locus Ecclesiasticus.*

An Confraternitas gaudeat priuilegio fori.

REspondeo distinguendo duas conclusiones.
1 Prima conclusio, si confraternitates laicorum habent hospitalia cum campanilibus, & campanis, & ibi celebrantur Missæ, dicuntur loca pia, quæ sunt subiecta Episcopo, ita concluserunt Domini de Rota, vt per Verall. decis. 328. numero 3. parte prima, & in hunc modum possunt intelligi adducta per Tiraquell. in præfation. tractat. priuileg. piæ causæ volens huiusmodi confraternitates inter pia loca numerari, atque piæ causæ fauorem obtinere,
2 & propterea si quid relictum est eisdem dici relictum ad pias causas, vt dicit etiam Vbald. in tractatu de quarta Canonica. Abbas in consil. 31. incipien. ad claram decisionem omnium difficultatum, & in consilio 32. incipien. circa duo dubia, part. 2. Castr. in cons. 5. incip. dicendum est, quod dicta fraternitas volumine 2. vbi quod dicitur relictum ad pias causas ex eo, quia dicitur habitus respectus potius ad hospitale, seu pauperes, qui habent commodum percipere, quam ad personas dictorum hominum societatis, qui nullum commodum sunt pro se percepturi Ioann. Andr. in capitul. Ioannes de testam.

Secunda conclusio est, si dictæ confraternitates
3 nulla habent hospitalia modo prædicto, tunc non sunt propriè loca pia, neque gaudent fauore priuilegiorum piæ causæ, sed sunt collegia profana, & sæcularia, & debent coram iudice laico conueniri Bald. in l. illud colum. 1. versic. quid de eo C. de sacrosanct. Eccles. & in auth. hoc ius porrectum versic. secundo quæro C. eod. titul. Abbas, & Imola in capit. officij de testam. Alexand. in consil. 102. super primo quæsito volumine 7. firmat quod corpus fraternitatum potest res suas vendere, quia non est pium collegium, sed omnino profanum, & sæculare, & non priui-
4 legiatum, vnde potest omnino disponere de bonis suis sicut cætera collegia sæcularia per l. 1. §. quibus ff. quod cuiusq; vniuers. nomine Bartol. in l. cum Senatus ff. de reb. dub. & in l. final. ff. de colleg. illicit. concludit quod huiusmodi fraternitates debent conueniri coram iudice sæculari, idem dicit Bald. in l. si quis ad declinandum. C. de Episcop. & cler. dum tractat an de relicto facto fraternitati disciplinatorum S. Dominici possit detrahi ab Episcopo quarta; quæ non detrahitur de relicto etiam pio loco, nisi, & is sit religiosus, nec de legato facto hospitali priuato secundum Alexandr. in consil. 130. volumine primo, requiritur enim, vt fiat pro anima, & opus sit pium, & pio loco relinquatur, capitul. final. de testament. quod non videtur adesse fraternitatibus Castr. in l. collegium, numero 3. C. de hæredibus institut. dicit congregationes, seu collegia battutorum, vt sunt isti fraterni non possunt dici personæ Ecclesiasticæ cum sint merè laici, & sic possunt conueniri coram iudice sæculari idem dicit in dict. l. cum senatus numero secundo, & tertio, ff. de reb. dub. & ibi Socc. num. 10. Cor. consilio 307. volumine quarto, Paris. consil. 50. num. 26. volumine secundo, & quod contra huiusmodi fraternitates currat præscriptio
5 sicut contra priuatos, nec habeat locum priuilegium loci pii probat Corneus in consil. 119. volumine secundo, numero 27. Balbus in tractat. de præscript. in 5. part. princip. parte prima, num. 6. Et ratio huius ar-
6 ticuli est, quia fraternitas non potest dici locus pius, nam vicem personæ sustinet ex regula l. mortuo ff. de fideiusor. & quamuis fraternitas in loco congregetur; tamen personæ non sunt ita obligatæ, & insertæ illi loco, vt possit dici locum inesse collegio, & collegium loco, sed separatim optimè considerantur,
7 ergo priuilegium fraternitati concessum nullo modo potest dici datum loco neque loco, & personis, sed omnino datum personis tantum, vt patet ex dictis per Bald. in dict. l. si quis ad declinandam C. de Episc. & cler. in §. omnibus numero 19. Imol. in capitul. officii numero 21. de testament. Alexand. in rubr. ff. de noui oper. nunc. numero 25. ergo confraternitas non est pius locus, & priuilegium amittit, sicut qui-
8 libet priuatus quamuis propter signa possit dici locus Ecclesiasticus. Nec refert, quod huiusmodi fraternitates sint erectæ ex authoritate Summi Pontificis, quia authoritas Pontificia non potest facere, vt persona sit locus, facit autem vt collegium dicatur licitum, nec erectum contra prohibitionem, neç facit, quod sit locus pius.

RESOLVT. CLIII.

1 *Omnes exempti ad publicas processiones vocati possunt compelli vide etiam nu. 2.*
3 *Nullus excipitur à processionibus, nisi à iure exceptus reperiatur.*
4 *Confraternitates laicorum non possunt compelli ad processiones, sed tantum inuitari.*

Confraternitates laicorum an possint cogi accedere ad processiones.

COncilium Tridentinum session. 25. capitul. 13.
1 §. exempti, disponit. Exempti autem omnes tam clerici sæculares, quam regulares quicunque etiam Monachi ad publicas processiones vocati compellantur accedere, ijs tamen exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt, vt sunt Cartusiani, Camaldulenses, & alij. Sacerdotes seruientes in Ecclesiis Equitum Hyerosolimitanorum etiam possunt ad hoc compelli ab Ordinario, declarat S. Congregatio. 360.

2 Et prædicta intelliguntur de omnibus clericis diœcesanis, quantumuis exemptis, etiam beneficia simplicia in diœcesi obtinentibus, vel officia, puta si deseruiant pro Cappellano, etiam in Ecclesiis exemptis, qui omnes possunt compelli accedere ad dd. processiones per Episcopum, prout declarauit Sacra congregatio Concil. Trident. quæ etiam remittit arbitrio Episcopi, quæ sint istæ processiones, & quando sint pro bono publico, & aliis de causis, de quibus per DD. in c. nimis praua il 2. de excess. prælat. & in c. dilectus de offic. ordin. vbi Felin. in fi. num. 7. & sic quod
3 nullus excipiatur à processionibus, nisi reperiatur expressum in iure, tenet Cald. cons. 8. de regul. Cappell. Tholos. decision. 684. Gratian. decis. 234.

4 Quæ sanè regula in confraternitatibus laicorum cessat, quæ non poterunt per Episcopum compelli accedere, sed solum inuitari, fuit resolutum per Sacram Congr. per Quarant. verbo præced. Piaseg. in sua praxi Episc. par. 2. capit. 3. num. 32. cuius tenor est.

Reuerendiss. vti frater. Quamuis Thesaurarii, magistri, & confratres S. M. Annunciatæ magis conscientiæ suæ, ac pietati satisfeciissent si amplitudini tuæ cos ad publicas processiones vocanti morem gessissent, cum tamen ad eas accedere detestauerint, neque ab amplitudine tua compelli, neque vllis propterea censuris distringi, atque innodari debuerunt, quod sæpius alias consulti responderunt Illustrissimi Patres S. Concil. Tridentin. interpretes. Itaque interdictũ hac de causa latum protinus tollas oportet, ac de cætero a similibus compulsionibus abstineas. Deus amplitudinem tuam incolumem seruet. Romæ die 6. Maij 1597.

RESOLVTIO CLIV.

1 *Confraternitates laicorum non possunt per Episcopos visitari.*
2 *Huiusmodi loca non subsunt iurisdictioni Episcopi.*

An confraternitates laicorum possint per Episcopis visitari.

DIcebatur primo quod non, quia qui sunt ex istis confraternitatibus, si sunt laici, non possunt conueniri sub iudice Ecclesiastico tanquam religiosi, vt voluit Bart. in leg. fin. num. 15. ff. de Colleg. illic. quem sequutus est Ias. in cons. 218. col. 2. volum. 1. & idem voluit Cardin. in cons. 13. Paris. in consil. 35.
1 num. 28. volumine 4. & sic quod talia loca non possunt per Episcopum visitari, vt per Dec. in cons. 148. colum. 1. & per Paris. in dict. cons. 35. colum. 2. & seq. volumine 4. Ratio autem est, quia huiusmodi
2 loca non subsunt iurisdictioni Episcopi, vt dicit Abb. in cons. 31. versicul. non est enim communio, & in versicul. quæ quidem ratio volum. primo. Imol. in cap. officij colum. 11. versicul. vnde aduerte, & ibi Barbat. colum. 3. versic. sicut enim Episcopus detestam. Perus. in tract. de Canon. port. in 14. quæst. principali num. 10. & n. 12. Card. in cons. 12. Paris. in cons. 34. col. 3. volum. 4.

Verum resolutio istius articuli patebit ex decisionibus factis per congregationem Illustrissimor. Cardinal. super decisione dubiorum Concilij a S. D. N. deputatam, prout referet Marta de iurisd. cap. 18. num. 4.

Fuit dubitatum an exceptione capitulo 18. sessio. 22. qua excipiuntur hospitalia, quæ sunt sub immediata protectione Regum, & sine eorum licentia non possunt ab Episcopis visitari, comprænduntur omnia hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus, & Regnis? Respondet congregatio non comprehendi nisi hospitalia, quæ expressè reperiuntur esse sub Regum protectione, Marta de iurisd. dict. cap. 18. num. 4.

Item congregatio censuit Episcopos posse visitare omnia hospitalia, & pia loca quomodocunque nuncupentur etiam si sint priuata laicorum, ac etiam corrigere, & reformare in casibus a iure expressis; nempe ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum vtcunque testatoris mens seruetur. Marta d. cap. 18. n. 5.

Item congregatio censuit si Episcopo aliquod hospitale visitare volenti iuxta capitul. 18. sessione 22. opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat, vtique non ad sæcularem iudicẽ, sed ad ipsummet Episcopum talis exceptionis cognitio, vel definitio pertinebit. Marta de iurisd. d. cap. 18. n. 8.

PRAXIS DEROGATIONIS IVRIS Patronatus.

RESOLVTIO CLV.

1 *In derogatione iuris patronatus debet fieri mentio dispositiue, specificè, & determinatè, non autem conditionaliter.*
2 *Dispositio cadit pro institutione.*
3 *Ampliũ idem esse si præsentatio spectaret ad aliquem.*
4 *Tunc dicitur derogatum quando Papa expressè derogat, & num. 5.*

Quænam sit praxis circa derogationem iuris patronatus.

HOdie nouissima praxi cautum est ex regula 41. Cancellariæ Apostolicæ relata a Quaranta in Summa Bullarij in verbo regulæ Cancellariæ Apostolicæ.

1 In derogatione iuris patronatus debet fieri mentio iuris patronatus dispositiue, specificè, determinatè, non autem conditionaliter, & si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & si de hoc in literis prouisionis, vel mandati de prouidendo de dicto beneficio similis mentio facta non fuerit non censeatur quomodolibet derogatum, & si Papa mandet prouideri de beneficio ad cuiuscunque dispositionem pertinente, non includitur beneficium iuris patronatus, cum dispo-
2 sitio cadat pro institutione. Lapus allegat. 8. numero 6. idem est, si Papa rescribat motu proprio pro aliquo beneficiando Abb. in cap. ad aures col. penul. de
3 rescriptis, idem est si dicatur quod prouideatur talis de beneficio, etiam si ad alicuius presentationem spectaret, intelligitur enim de præsentatione competente patrono Ecclesiastico cap. cum illis de præbendis lib. 6. Lapus vbi supra, idem si dicatur de beneficio ad presentationem quorumcunque spectante, quando enim derogatur iuri patronatus laicorum expressè fieri debet derogatio, & quando dictum est censeri derogatum iuri patronatus Clericorum, illud non procedit si Clerici habeant ius patronatus ratione patrimonij, nec iuri patronatus laicorum censetur derogatum, etiam si in literis diceretur nõ obstãte iure patronatus laicorum, & non obstantibus statutis Ecclesiæ, quia tales, non obstantiæ tendent solum ad tollendam subreptionem, non autem ad alia iura, specialiter perimenda, nisi id expressè dicatur, Rota Romana de præbend. in Nouis. decisione 1. neque censetur derogatum iuri patronatus laicorum quando in literis habetur, quod Papa mandat conferri beneficium spectans ad Episcopi institutionem
4 Lambertin. vbi supra articul. 30. nam tunc dicitur derogatum quando Papa expressè derogat, Cardin.
5 Mantic. decis. 292. Rotæ Rom. quod procedit etiam si Papa mandet prouideri de primo vacaturo spectãte ad collationem, prouisionem quorumcunque, tunc enim nec etiam beneficia patronata vacantia in curia comprænduntur Cardin. Tusc. vbi supra conclusione 618.

RESOLVTIO CLVI.

1 *Pontifex non solet cõcedere derogationes iuri patronatus, nisi vrgentissimis causis, & quæ causæ sint vide per discursum vsque ad n. 9.*
10 *Impetratione iuris patronatus non sufficit tacitus patronorum consensus.*
11 *Vt obtineatur derogatio debet is, qui obtinuit probare beneficium esse de iure patronatus.*

Qui-

Quibus ex causis solet Summus Pontifex derogare iuri patronatus.

1 SVmmus Pontifex non solet concedere derogationes iuris patronatus, nisi ex causis vrgentissimis, quæ sunt plures, quarum

2 Prima est quoties beneficium iuris patronatus vacat in Curia, nam tunc Papa consueuit derogare cap. 2. de præbend. lib. 6. tradit. Stasil. de lit. grat. & iustit. fol. 54. col. 1. Mandosius in tractatu de signat. grat. in verbo derogationes iuris patronatus Sarnen. de trien. possession. quæst. 31. num. 19. quod non procedit in iure patronat. Regum, Ducum, Marchionum, siue aliorum Principum, vt dictum est in præcedenti cap. Couarr. practicar. quæst. cap. 36. numer. 4. quamuis Parisius in loco proximè citando dicat illud procedere in praxi quo ad Reges tantum.

3 Secunda causa quoties iuspatronatus est mixtum Clericorum, & Laicorum, quia tunc derogatio conceditur in totum Mandosius vbi sup. col. 2. in fine, & ita communiter est receptum, & in praxi seruatur.

4 Tertia Causa quando ius patronatus competit ex priuilegio præscriptione, aut consuetudine, nam tunc de facili derogatur in totum, cum & absque derogatione receptum sit valere collationem Cassad. decis. 4. & dec. vlt. de iure patronatus, & decis. 4. de probat. & est communis opinio. Teste Lambertino de iure patronat. lib. 2. par. 3. quæst. 9. articul. 25. & q. 8. ar. 3.

5 Quarta Causa quoties beneficium erat apud Curiam Romanam litigiosum Cassad. dec. 3. vt lite pendente Sarnen. in regula de impetrant. benef. per obit. fam. Card. q. 8. n. 7. Couar. vbi sup. num. 7. & 8.

6 Quinta Causa est, ex qua solet derogare iuri patronatus laicorum ex aliquo fauore pro duabus tertijs Mandos. vbi supra col. 3.

7 Sexta Causa est quando quis fuit à medietate patronorum præsentatus, nam tunc derogatur pro alia medietate, & ita communiter, & in praxi seruatur, & hæc est magis frequens derogatio, & per eam multæ lites tolluntur, & celeriter beneficio prouidetur.

8 Septima quando orator est vnus ex patronis, tunc conceditur derogatio Mandos. vbi supra colum. 3. vers. quæro.

9 Octaua Causa est in retentione beneficiorum, in fauorem promoti ad Episcopatum, & fit mentio beneficiorum esse iuris patronatus, & sciêdum est, quod quando beneficium confertur cum clausula, dummodo accedat patronorum consensus requiritur ex-
10 pressus consensus, & non sufficit tacitus inductus ex lapsu quatuor mensium, & in tali derogatione in praxi solet seruari, vt dicatur pro hac vice tantum Cou. d. c. 36. & si dictum sit, & narratum beneficium esse de iure patronatus, vt obtineatur derogatio debet is, qui obtinuit probare dictum beneficium esse iur. patr. alias impetratio est nulla teste Put. dec. 120. lib. 2. Rot. Rom. vide de his omnibus latè Flam. Paris. de resig. benef. lib. 2. q. 4. n. 43. vsque ad finem, & Rebuf. in sua praxi beneficiaria in 3. p. signaturæ in vers. nec non iuris patronatus.

PRAXIS EMPHYTEVSIS ECCLESIÆ.

RESOLVTIO CLVII.

1 *Ecclesiæ fauore non præsumitur pro caducitate in emphyteusi ecclesiastica.*

2 *Pœna caducitatis quæ non venit ex natura contractus, sed ex pacto ab ecclesia non exigitur.*

3 *Pœna caducitatis contra minorem an exigatur ab Eccl.*

An fauore Ecclesiæ in dubio pro caducitate iudicandum sit in emphyteusi Ecclesiastica.

1 AN in dubio quando agitur de caducitate iudicandum sit pro Ecclesia, vt præsumatur caducitas in eius fauorem, dicendum quod Ecclesia debet esse benigna, & non debet esse facilis in pœnis, vel caducitatibus exigendis Soc. consil. 99. vel 66. libro 3. & in dubio contra Ecclesiam circa pœnam commissi esse iudicandum Bursat. cons. 181. nu. 408. lib. 2. tradit post alios Clarus in §. emphyteusis quæst. 8. versicul. sed quis. Notandum est etiam
2 quod pœna caducitatis, quæ non venit ex natura contractus, sed ex pacto, dicitur pœna conuentionalis, quam Ecclesia non potest exigere, nisi quatenus cum interesse concurrat, vt fuit decisum in Rota Roman. Card. Seraph. decis. 794. iuxta notat. per Hostien. & alios Ecclesiam non exigere pœnam conuentionalem vltra interesse fuit etiam decis. in eadem Rot. vt refert Seraph. decis. 313. quod pœna
3 caducitatis contra minorem ab Ecclesia non exigitur, maximè si eius conditio non sit effecta deterior, & idem si bona alienata ante acceptatam ab Ecclesia caducitatem sint recuperata, de quo alibi Deo dante dicemus.

RESOLVT. CLVIII.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica an censeatur perpetua, vel temporalis.*

2 *Emphyteusis si probetur præscriptione, quo pacto præsumatur contracta.*

Emphyteusis Ecclesiastica, an præsumatur perpetua, vel temporalis si nihil est expressum.

1 QVæritur an in dubio emphyteusis Ecclesiastica præsumatur perpetua, vel temporalis. Dicendum primo recurrendum esse ad consuetudinem concedentis: nam si erat solitus concedere in tertiam generationem, vel in perpetuum, sic præsumitur concessio arg. l. vel vniuersorum ff. de pig. action. & l. si tertius §. rectè, & ibi Bar. de aqua pluu. arc. glos. in l. penul. C. de fideiuss.

Secundo si de consuetudine concedentis neque regionis apparet, vel si consuetudo non sit constans, sed varia distinguendum est, aut emphyteusis conceditur à priuato, aut ab Ecclesia, priore casu præsumitur perpetua, quia talis est eius natura, vt in perpetuum porrigatur Bald. & Angel. in l. 1. in principio, si ager vectigal. vel emphy. pet. idem Ang. in §. emphyteusim in authen. de non alien. Rom. in l. etiam filij num. 15. ff. solut. matrim. Alex. in l. qui in aliena in princip. n. 14. de acquir. hæred. qui ad hoc propositum adducit §. adeo instit. de locat. & d. l. 1. in princip. si ager vectig. posteriore autem casu quando emphyteusis conceditur ab Ecclesia non præsumitur perpetua, sed intelligitur vsque ad tertiam generationem, quia hæc est eius propria natura §. emphyteusim in auth. de non alien. & ita intelligit Bal. in l.
2 2. de iure emphyt. vbi quæritur in specie si ex præscriptione probetur emphyteusis, quo pacto præsumatur esse contracta? & respondet, quod emphyteusis Ecclesiæ in dubio præsumitur contracta vsque ad tertiam generationem per d. §. emphyteusim, qui tamen subiungit, nisi aliud probetur; tunc enim præsumitur inquit in perpetuum, sed aliud est, quod probetur, aliud quod præsumatur, quia probatio præsumptionem excludit l. cum de indebito ff. de probat. sed in priuato inquit Bal. semper in perpetuum præsumitur, quia natura emphyteusis est, quod sit perpetua, & supradictam conclusionem alios referens, tra-

dit singulariter Mantic. de tac. & ambig. lib. 12. tit. 15. num. 15.

RESOLVT. CLIX.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica si peruenit ad aliam Ecclesiam, an possit per Ecclesiam directam Dominam reuocari.*
2 *Emphyteusis an transeat in monasterium per ingressum emphyteutæ.*
3 *Intellectus §. 1. in auth. de alien. & emphyt.*
4 *Statutum in fauorem Ecclesiæ particularis non est locale, sed generale omnibus Ecclesijs.*
5 *Emphyteusis Ecclesiastica si transeat ad aliam Ecclesiam per ingressum religionis potest Ecclesia Domina directa illam reuocare infra triennium post professionem, non post mortem.*

De emphyteusi Ecclesiastica, quæ peruenit ad aliam Ecclesiam, an possit per Ecclesiam directariam reuocari.

1 QVæritur si emphyteusis Ecclesiastica perueniat ad aliam Ecclesiam, puta quia emphyteuta ingressus est monasterium, an possit Ecclesia directa Domina illam ad se reuocare.

Ista quæstio est difficilis pro resolutione præmitto, quod quæstio est ardua inter DD. an emphyteusis
2 transeat in monasterium, Ias. in l. 2. num. 200. C. de iur. emph. dicit communem opinionem esse, quod si sit emphyteusis priuati, transit ad Ecclesiam, si verò sit Ecclesiæ, tunc est in eius facultate illam ad se reuocare, alias remanebit penes Ecclesiam, vt est casus in §. 1. in auth. de alien. & emphyt. Alij tenent indistinctè quod emphyteusis, siue priuati, siue Ecclesiæ si non est concessa pro quibuscunque hæredibus ita vt transeat ad extraneos, non transit in monasterium, quia efficeretur deterior conditio Domini, ex quo nunquam esset spes caducitatis ob lineam finitam, & hãc etiam communem opinionem in emphyteusi priuati dicit Clar. post Paris. quem allegat d. c. in præsentia, n. 196. de locat. vel saltem, inquit ipse Clar. dicendum est, quod in omnem casum Ecclesia tenebitur illam vendere infra annum alteri priuato, & ita seruari de consuetudine allegans Specul. in tit. de locato, §. nunc aliqua, q. 117. tradit Clar. in §. emphyteusis, q. 33. sed quomodocunque transeat ad Ecclesiam quæritur an possit Ecclesia directa Domina illã ad se reuocare text. in d. §. 1. de alien. & emphy. videtur Clarus, quod si Ecclesia directaria intra biennium declarauerit nolle aliam Ecclesiam habere pro emphyteuta id poterit, secus si non reuocauerit, quia, tunc remanebit penes secundam Ecclesiam, & ita communiter tenetur, vt dicunt Bal. Salice. Fulgos. Ias. in authen. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. Felin. in c. in præsentia, num. 49. de locationibus post Abb. ibi, & Specul. in d. §. nunc aliqua vers. 120. & ibi Io. Andr. & in specie Bal. in authen. nisi rogati, C. ad
3 Trebell. & est communis, nihilominus contra text. in d. §. 1. vt non simpliciter procedat tenet Iacob. de Beluis, ibi, qui dicit illum textum procedere, quando emphyteusis transit ad Ecclesiam titulo singulari, vt tunc possit reuocari, secus si titul. vniuersali, quando Ecclesia ex testamento succederet laico, quia multa transeunt cum vniuersitate, quæ transire nequeunt titulo singulari, l. quidam, ff. de acquir. rerum domin. l. in modicis, ff. de contr. empt. sequitur Dec. in d. authen. ingressi, sed id non videtur subsistere, quia in d. §. 1. ponitur verbum, quod est adaptabile ad omnes titulos vniuersales, & particulares, & supradicti Doctores ponunt exemplum in ingrediente in monasterium, qui transfert omnia sua, & in specie Bald. in authent. nisi rogati num. 13. C. ad Trebell. inquit quomodo potest esse, quod peruenerit ad aliã Ecclesiam, respondeo per ingressum monasterij, vel quia filius monachus succedit patri in emphyteusi, & hoc tenet Bart. ff. de damno infecto, l. si finita, §. in qua, sed Innocent. tenet contrarium in d. cap. in præsentia scilicet, quod per monasterium possideatur, donec Monachus viuat. Sed non respondent Doctores d. §. 1. de alien. & emphyt. sed responderi potest, quod ille §. loquitur de Ecclesijs Constantinopolitanis, de quibus loquitur tota prima pars illius tit. & sic ille §. est localis.

4 Sed hæc responsio non placet; nam quicquid statuitur in fauorem Eccles. intelligitur esse ius generale, nisi contrarium inueniatur expressum, vt in authen. de non alienan. §. hæc ergo, dictum autem Innoc. non potest habere locum, si Ecclesia domina non recognoscit ab alia, vel vult retractare, vel post biennium. Hactenus Bald. cuius verba volui referre, tanquam notabilia, & magnæ authoritatis alij dicunt quod d. §. procedit, quando emphyteusis peruenit ad Ecclesiam, vel fiscum de facto, non de iure, dum dicit quod Ecclesia potest vendicare, & sic præsupponit, quod non sit translatum dominium, nec competat ius retinendi, ita Corb. de caus. priuat. ob mort. ciuil. num. 8. post Ruin. quem allegat. in consil. 23. nu. 35. vol. 5. & Imol. in c. ex parte 22. de feud. & hunc intellectum dat Corb. ad d. §. sed re vera iste intellectus non subsistit, quia si Ecclesia, vel fiscus rem emphyteuticam occupasset de facto, non de iure, Ecclesia quæ tacuit per biennium non posset excludi, & tamen per illum tex. excluditur, vt aduertit Card. Mantic. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 30. num. 14. in illa quæstione, an possit Ecclesia reuocare à fisco, postquam in d. §. idem statuitur, quando peruenit ad fiscum, vel Ecclesiam, Socin. consil. 266. n. 33. l. 2. dicit magis communem opinionem esse, quod ille textus procedat, quando emphyteusis ecclesiastica publicatis bonis, de iure ad fiscum peruenit veluti, si in concessione conuenerit, vt ad hæredes etiam extraneos transeat, & ita etiam intelligit Ruin. consil. 117. n. 16. & consil. 155. num. 11. 12. lib. 1. quos refert, & sequitur Cardin. Mant. loco cit. nu. 15. & ex his apparet, quod ille text. loquitur, quando de iure ad Ecclesiam peruenerat emphyteusis Ecclesiastica, vt Ecclesia directaria habeat hoc priuilegium reuocandi intra triennium, est verum, vt Bart. in d. authent. ingressi tenet, quod etiam Dominus priuatus posset intra triennium reuocare per d. §. sed vt inquit Iason. ibi malè dixit, quia ille textus loquitur quando directum dominium erat alterius Ecclesiæ, & sic est resoluta quæstio, quia hic est specialis fauor emphyteusis Ecclesiasticæ.

5 Et hanc opinionem, quod Ecclesia directa possit reuocare à monasterio latè defendit Burs. at. consil. 199. & sequitur Peregr. consil. 94. num. 2. lib. 2. sed difficultas est, an istud biennium currat à die, quo emphyteuta profitetur, an verò à die, quo naturaliter moritur, tractat. Felin. in d. c. in præsentia, n. 49. in fine; verius mihi videtur, quod currat post professionem per text. in dict. §. 1. in verbo mox cum peruenerit.

RESOLVT. CLX.

1 *Rusticus si negat rem Ecclesiæ esse emphyteuticam, cui incumbat onus probandi.*
2 *Rusticus si acceptet se esse emphyteutam Ecclesiæ, sed non pro toto territorio quid probandum.*
3 *Ecclesia an possit compellere emphyteutam ad ostendendum instrumentum concessionis.*

Cui

Cui incumbat onus probandi rem esse emphyteuticam Ecclesiæ, vel emphyteutæ neganti.

1 SOlent sæpè rustici nolentes soluere pensionem Ecclesiæ pro re emphyteutica, negare rem esse talem, quare dubitatur quis teneatur probare rem esse emphyteuticam, & contra Ecclesiam facit præsumptio, quod quælibet res præsumitur libera, nisi seruitus probetur l. altius, C. de seruit. est distinguendum, verum agat Dominus, vel emphyteuta, nam si agat Dominus possessorio contra emphyteutam, qui aliquando soluit, ad soluendum pensionem tuendus est Dominus in sua quasi possessione capit. quærelam de elect. Specul. de locato §. nunc aliqua, versic. 63. num. 80. si verò agat petitorio, vt eum expellat propter Canonem non solutum tenetur ostendere bona, pro quibus agitur, & causam quare agat, alioquin reus debet absolui cap. primo, vt Ecclesiast. benefic. l. qui accusare C. de eden. & ita concludit Bal. in cap. 1. num. 2. de vasallo, qui contra constitut. Lothar. Rip. resp. 39. num. 8. vers. ego vero volum. 2. Menoch. consil. 301. num. 9. Mant. de tac. & ambig. lib. 22. tit. 20. num. 9. sed dubium est notabile, pone quod
2 emphyteuta non negat se esse emphyteutam. Sed Dominus dixit pensionem sibi solui pro omnibus bonis, quæ in illo loco emphyteuta possidet, cui credendum? Bal. in cap. 1. §. vasallus, si de feud. fuer. controuersia, inter dom. & agnat. tenet omnia bona præsumi emphyteutica. Idem Socin. consil. 167. num. 2. lib. 2. Afflict. in cap. 1. §. sed illud de prohib. feud. alien. per Federic. nisi secundum Alber. in l. si certis annis C. de pact. haberet iustam causam ignorantiæ, vt in hærede l. qui in alterius ff. de reg. iur. si tamen emphyteuta ostendisset aliqua bona esse emphyteutica, si Dominus dixit alia etiam esse emphyteuta tenetur ipse probare, cum actori incumbat onus probandi Specul. in d. §. nunc aliqua versic. 60. & 62. numero 97. Bald. in cap. 1. num. 2. de vasal. qui contra constit. Lothar.

Verior tamen opinio est quando emphyteuta non potest ostendere pro quibus rebus soluat pensionem vt ad coniecturas recurratur, si instrumenta non apparent, & etiam sint termini noti, & fama, & testes non adsunt, coniectura autem singularis est pretij quantitas, siue pensionis, consuetudo loci Ecclesiæ, concedentis, mox regionis, valor prediorum, ita quod si possessiones magnæ sint æstimationis, & pensio modica soluatur, non præsumitur emphyteuta pro omnibus bonis soluisse, sed eo modo, seu quantitate, pro qua possessione soluat æstimari debet reg. leg. cum hi §. modus ff. de transact. ita specul. Alber. in locis citatis Bald. in dict. cap. 1. de vassall. qui contra constit. Lothar. Afflit. in cap. 1. de concursu inter mascul. & fœm. Bal. facit solemne consil. 109. libro 4. Debet tamen Ecclesiæ saltem certa possessio designari tanquam specialiter obligata pro solutione pensionis, quæ nec sit maior, nec deterior, nam si hæres tantummodo personaliter obligaretur ad soluendum pensionem non est cautum Ecclesiæ in casu non solutionis per biennium, vt acquirat vtile dominium, seu consolidetur vtile cum directo vel si res alienatur sine consensu Ecclesiæ vt notabiliter tradit Fulg. cons. 227. num. 1. in fin. & 2. quem refert, & sequitur Mant. loc. cit.

3 Sed an possit Ecclesia compellere emphyteutam ad edendum instrumentum concessionis, & dicendum est quod sic cum sit commune, ratione communis vtilitatis l. prætor ait §. 1. ff. de eden. §. pecul. dict. §. nunc aliqua vers. 14. num. 168. idem tenet Bald. cons. 225. num. 1. vers. item tenetur lib. 1. quia Ecclesia æquiparat fisco, cui ad fundandam intentionem instrumentum edi debet, nisi de crimine capitali agatur leg. 2. §. Diuus Adrianus ff. de iure fisci, nos egimus q. particularem an Ecclesiæ debeant edere instrumentum, & hæc notata sunt in praxi contra rusticos vexantes iniquè Ecclesiam.

RESOLVTIO CLXI.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica deuoluta propter caducitatem, an virtute pacti præcedentis poterit affrancari.*
2 *Pactum de affrancando, an possit apponi ex interuallo post concessionem rei Ecclesiæ in emphyteusim.*

De emphyteusi Ecclesiastica concessa cum pacto de affrancando, an possit affrancari si fuerit finita propter caducitatem.

1 QVæritur, an emphyteusis Ecclesiastica finita propter caducitatem possit affrancari stante pacto de affrancando.

Breuiter respondendo, quod aut pactum est appositum in eodem instrumento, & pactum expirat, quia est correspectiuum, & pars ipsius contractus, intelligitur enim tale pactum si emphyteuta possessionem soluerit, & obseruauerit contractum l. quæro §. inter locatorem ff. de locat. Salicet, in l. 2. num. 3. C. de iure emphyt. Cepoll. de Simulat. contractus præsumpt. 2. Felin. pulchrè cons. 25. Ias. in l. 2. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 22. tit. 21. num. 55. vbi dicit ita fuisse determinatum in Rot. Rom. Aut. in instrumento separato, & tunc si emphyteuta cadit ab emphyteusi non cadit de pacto de affrancando, hæc est communis distinctio, de qua testatur Manet. de contract. libellario qu. 4. in princip. Thesau. q. 12. lib. 1. vbi tradit ita fuisse decisum in Senatu Pedemontano. Nihilominus, hæc procedunt in emphyteusi vera, secus in venditione, vt si quis venderet domum suam, & postea illam reciperet in emphyteusim ab emptore cum pacto de redimendo vsque ad certum tempus, quia tunc licet admitteret emphyteusim, non tamen admitteret ius redimendi; quia hoc casu ius redimendi est pars venditionis, & refertur ad venditionem totius rei, & videtur ratio quia quando rem meam propriam concedo alicui in emphyteusim cum potestate affrancandi in eodem contractu, dico legem, quam volo rei meæ, qua non adimpleta omnia corruunt, quando verbi gratia ab aliquo emo, & postea eidem concedo in eodem instrumento, vel alio, licet confessio, & potestas affrancandi sint vltimæ in exequutione; sunt tamen primæ in intentione, vnde si vnum omitto, alterum remanet per l. si dominus ff. de seruitut. verb. præd. Cepoll. loco cit. & ita fuit decisum in consilio Neapolitano, vt testatur Vincent. de Franch. decis. 267. Idem tenet Manet. d. q. 4. num. vbi reprehendit Corbul. de causa priuationis ob non solutionem Canonis limit. 38. & Borguin. decision. 16. & 37. idem Cardin. Mantic. loco cit. num. 55. vbi dicit diuersum esse si hoc ius redimendi scriptum esset in instrumento venditionis separato ab instrumento iuris emphyteutici. Sed aduerte dum circa emphyteusim Ecclesiasticam quando actum sit in instrumento separato, & sumus in emphyteusi, non in venditione, quia tunc non videtur, quod tale
2 actum fieri possit in præiudicium Ecclesiæ cui ex primo instrumento fuit ius quæsitum sine tali pacto, quare videntur necessariè solemnitates requisitæ in prima concessione quemadmodum res solita concedi sine solemnitate non potest concedi cum nouis pactis vt per DD. in cap. 2. de feud. & latè tradit Curt. de feudis par. 1. principali quæst. & diximus in quæst. feud.

RESO-

RESOLVTIO CLXII.

1 *Emphyteuta Ecclesiæ, an teneatur ad census si contractus est nullus.*
2 *Fides adhibita bono viro excusat à pena.*

De emphyteuta Ecclesiæ, an teneatur ad census si contractus est nullus ob defectum solemnitatum.

1 QVæritur, an emphyteuta Ecclesiæ teneatur ad census, si contractus est nullus, ex quo sine debitis solemnitatibus, dicendum quod sic text. in §. si vero in auth. de non alien. vbi Angel. in princip. quem sequitur Ias. in l. 2. volum. 3. C. de iur. emphyt. Capic. in inuest. vers. Præl. Ecclesiarum conclus. 24. Vinc. de Franc. decis. 296. qui refert Ceual. decis. 46. declarat Vincent. vt non teneatur ad census emphyteuta, quando fuit ei dictum à concedente, quod habeat facultatem concedendi sine assensu Apostolico, & fuit
2 concedens bonus vir, cui poterat credere; habes glos. in l. à Titio ff. de condit. & demonstrat. quem sequitur Alex. cons. 173. col. 3. volum. 2. Ias. in l. 2. ff. de eo per quem Curt. in tractat. feud. in 7. q. 2. par. princip. in fin.

Neque videbatur obstare, quod contra Ecclesiam hoc non videtur posse opponi, sed tantum contra Episcopum, vel Rectorem quia id procederet, quando prælatus esset soluendo, aliàs Ecclesia tenetur prælato non existente soluendo etiam ex contractu nullo, vt dicunt gl. Cyn. & DD. in auth. qui res C. de sacrosanct. Eccles. sed de hoc infra latius dicemus in qu. quia est valdè dubium.

RESOLVT. CLXIII.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica si sit concessa pro se, & persona nominanda, si non nominetur an hæres possit nominare.*
2 *Declaratio voluntatis defuncti ad hæredem non transmittitur regulariter.*
3 *Decima recepta pro se, & persona nominanda si non nominetur an transeat ad illum quem hæres nominabit.*
4 *Feudum concessum cum potestate nominandi successorem, si non nominetur an transibit ad illum, quem hæres nominabit.*
5 *Declaratio voluntatis defuncti transmittitur ad hæredem quando agitur de damno alicuius.*
6 *Incertitudo de iure Canonico venit certificanda arbitrio boni viri, & quando id procedat.*

An emphyteusis Ecclesiastica concessa pro se, & persona nominanda, si non nominetur; possit hæres nominare.

1 GLos. in l. inter stipulantem §. 1. ff. de verbo obl. in verb. Pomponius tenet quod non, quam multi
2 sequuntur, quia non potest hæres esse certus de mente, & voluntate defuncti, solus Deus secretum animi nouit, & est cordium scrutator, & ita dicunt Canonistæ in cap. nouit ille, qui ignorat de iudicijs Barbat. cons. 53. volum. 3. Felin. in cap. 2. de libelli oblatione, & in cap. qualiter, & quando volum. 2. de accus. Dec. in cap. cum venissent de iudic. & in l. hæredem ff. de reg. iur. Corn. in l. edita. C. de eden. & ibi Cagnol. qui testatur de communi supradicti communiter tenent libellum obscurum non posse ab hærede declarari Socc. Iun. cons. 191. volum. 5. latissimè loquens in
3 decimis receptis pro se, & persona nominanda. Item facit quod concessio cum facultate nominandi cohæret personæ emphyteutæ, & est potestatiua si voluisset nominare successorem, & conditio potestatiua non transmittitur ad hæredem l. qui Romæ §. Augerius ff. de verbor. obligat. Bald. in capit. significauit de rescrip. & in cap. ad nostram de iureiur. & hanc
4 opinionem in feudo concesso cum potestate nominandi successorem latè defendit Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 44. sequitur etiam Cardin. Mantic. in materia ambiguæ stipulationis, vt non transeat declaratio ad hæredem in libro 14. titul. 29. numero 18. de tacit. & ambig. conuent. Contrariam opinionem tenet Ias. in dict. leg. inter stipulantem §. 1. & Dec. in leg. acta num. 50. de transf. & Lancellott. Dec. in l. si quis à filio §. 1. ff. de leg. 1. per text. in dict. l. si quis à filio §. si quis plures, vbi si non apparet de quo testator senserit hæres eligit, & per illum text. not. Dec. in l. gerit ff. de acquirend. hæred. quod de voluntate defuncti standum est declarationi hæredis, qui melius nouit eius voluntatem, quia regulariter hæres est eiusdem potestatis sicut defunctus dict. l. hæredem, & factum hæredis reputatur factum defuncti Ang. consil. 285. & hanc opinionem tenet Berling. in l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquiren. possess. sed Cagnol. in d. l. edita num. 161. dicit non esse recedendum à communi opinione, ac contrarijs respondet, sed pro opinione Ias. videtur facere doctrina Bart. in d.
5 §. si quis plures, vbi dicit quod permittitur hæredi declaratio voluntatis defuncti quando nemo per hoc posset damnificari; secus si aliquis damnificaretur. Et in casu nostro videtur quod Ecclesia nullum damnum sentiret, siue declararet emphyteuta, siue hæres cum iam concesserit etiam pro persona nominanda. Item videtur facere in casu nostro, quod quicquid sit
6 de iure Canonico incertitudo certificanda est ad arbitrium boni viri ex illo solemni dicto Archid. in cap. sunt nonnulli 1. quæst. 1. quem DD. communiter sequuntur vt per Felin. in cap. 1. de pactis: & clarum est quæstiones emphyteusis Ecclesiæ terminandas esse secundum sacros Canones iux. not. in cap. 1. de operis noui nunciat. & in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit.

Verum his non obstantibus non est recedendum à communi opinione, quod talis nominatio non transmittatur ad hæredem. Non obstat doctrina Bartol. in d. §. si quis plures, quia hic non agitur de lucro, sed de damno Ecclesiæ virando, ad quam ipso iure per lineam finitam reuertitur emphyteusis non facta nominatione Bartol. enim ponit exemplum in legato plurium seruorum, quorum nomine declarauit testator, & testator senserat de certo, & dubium erat de quo iux. d. §. si quis plures, vnde dicit ipse declaratio obscuri libelli porrecti per defunctum non trâsit ad hæredem, quia posset reo inferri præiudicium, fortè enim declararet hæres, aliquid quo reus defensiones non fecit, quæ omnia cessant in casu nostro, cum non appareat de aliqua voluntate saltem obscura defuncti, & agitur de damno Ecclesiæ euitando iuris quasi ab ipsa lege; eodem modo respondet ad doctrinam Archid. loquitur enim quando est facta dispositio saltem in genere maximè ad ipsas causas, vt si dicatur lego Titio, & non exprimat quid vel quantum tunc taxabitur arbit. boni viri; sed in casu nostro nulla est facta nominatio, nec in specie nec in genere, quin imo cum magna sit ratio, quæ pro religione facit l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. funer. præsumendum est defunctum noluisse nominare, vt saltem pro refrigerio animę suę emphyteusis reuerteretur ad Ecclesiam.

RESOLVT. CLXIV.

1 *An sit priuilegiata vt in ea succedatur in capila, & non in stirpes.*
2 *Subingressio in locum patris an detur in feudo num. 8.*
3 *Subingressio in locum patris datur in fideicommissis.*

4 Su-

4 *Subingressio in locum patris datur in emphyteusi priuata licet non detur in emphyteusi Ecclesiastica, num. 5.*
6 *Fictio procedit tantum in casibus expressis.*
7 *Subingressio in emphyteusi Ecclesiastica non datur etiam si fuit data potestas nominandi extraneum.*
8 *Subingressio in locum patris datur in feudo paterno.*

An in emphyteusi ecclesiastica succedatur in capita, vel in stirpes.

1 IN facti contingentia dicebam, quod quoties agitur de successione ascendentis, vel priuati ab intestato nepos ex fratre succedit vna cum patruo, §. 1. in authent. de hæred. ab intestato auth. cessante. 2 C. de legitim. hæred. item quia idem seruatur in feudo, cap. 1. de grad. success. & valet argumentum de feudo ad emphyteusim DD. in l. etiam ff. solut. 3 Matrim. Idem seruatur in fideicommissis iuxta glos. communiter receptam in l. cum ita in §. in fideicommisso, ff. de legat. 2. & hanc opinionem in emphyteusi tenet Alex. in l. Gallus, §. quidam rectè, ff. de liber. & Posth. Alciat. d. l. cum ita in d. §. in fideicommisso Card. Mantic. qui alios allegat de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 18. & hæc opinio vera est in 4 emphyteusi priuata, quia intelligitur pro hæredibus concessa iuxta communem, & in hereditate datur ista 5 repræsentatio, sed difficultas est in emphyteusi ecclesiastica, quando est concessa pro filijs, & nepotibus absque qualitate hæreditaria, quia tunc cum non simus in successione hæreditaria, quæ defertur ex dispositione hominis, sed in successione, quæ defertur ex dispositione legis scilicet iure contractus, & ex ordine si prius filius, quam Nepos, prius debet intelligi vocatus filius, quam Nepos. Bald. in d. §. in fideicommisso Cuman. ibi Alexand. cons. 129. numer. 4. lib. 1. Ruin. cons. 162. num. 11. libro primo Ludou. Bolog. cons. 48. lib. 3. facit quod cum emphyteusis ecclesiastica nullam habeat coniunctionem cum successione hæreditaria non debet admitti huiusmodi repræsentatio, quæ inducitur per fictionem legis, si- 6 quidem fictio locum non habet, nisi in casibus specialiter expressis iux. adnot. in l. cum hæredes §. in ijs, & l. rem, quæ nobis, ff. de acquir. possess. & nullibi reperitur expressum, quod detur repræsentatio, nisi quando agitur de hæreditate ascendentis, vel patrui, auunculi, materteræ, vel amitæ dicto §. 1. & seq. in auth. de hæred. ab intestato, item facit text. in l. hæredes mei, §. fin. ff. ad Trebell. vbi habetur, quod quando plures vocantur ordine successiuo, donec extat aliquis ex filijs nepos ex filio præmortuo non admittitur, & hanc opinionem in emphyteusi tenet Cuman. in d. l. cum ita, §. in fideicommisso in vtraque lect. in fin. de leg. 2. & sensit Paul. de Castr. in consil. 146. col. 2. lib. 2. vers. prefatum decretum, & secundum eum etiam copiosè consuluit Alex. in cons. 129. lib. 5. & Ruin. in consil. 48. num. 5. & Gabr. conclus. 1. num. 34. & 35. de success. ab intestato, lib. 2. eandem sententiam tenet Card. Mant. de tacit. & ambig. num. 18. dict. tit. 15. & secundum eam iudicauit Rot. Roman. vt in contractibus inter viuos stipulatio semper intelligatur facta pro se, filijs, & successoribus ordine successiuo, vt testatur Card. Seraph. decis. 89. Idem fuit decisum coram Card. Pamphil. die 6. Mart. 1595. in vna Romana domus non obstantibus allegatis Roland. cons. 68. lib. 1. & Gabr. cons. 76. lib. 1. hanc etiam tenet non obstante, quod in defectum gene- 7 rationis fuerit data facultas nominandi personam extraneam: quia ex hoc non dicitur alterata natura emphyteusis Ecclesiæ, vt habetur in eius decisionibus manuscriptis.

Non obstant adducta in contrarium, & primo quod detur sub ingressio in successione priuati, quia patet responsio, ex quo non agitur de successione hæreditaria, non obstat, cap. 3. de grad. succes. quia loquitur 8 de feudo paterno, in cuius successione filij fratris defuncti admittuntur cum patruo, quia feudum cohæret hæreditati aliter, quam emphyteusis ecclesiastica, quæ filijs vt filijs concessa fuit, vt respondet Alex. cons. 129. lib. 5. ex notatis in cap. 1. an agnati, & per Bart. in l. vt ius iurandi §. si liberi ff. de oper. libert. Bart. loco cit. pulchrè, est igitur verior ista opinio secundum quam latè scripsit omni honore dignus, & virtutibus ornatus D. Ioann. Maria Nouarius, a Patre V. I. D. Eminentissimo D. Ioanne Dominico Nouario non degenerans.

RESOLVTIO CLXV.

1 *In ingressu emphyteusis licitum est aliquid dare pro intratura.*
2 *Intratura appellatur enarratura siue introgium, seu accapitum, num. 4.*
3 *Intratura non est de substantia contractus emphyteusis.*

An pro intratura domino directo licitum sit aliquid accipere.

1 IN contractu emphyteutico licitum est dare domino aliquid pro ingressu in emphyteusi, & vulgus 2 nostrum in Regno Neapolitano appellat pro enarratura, vt voluit Afflict. decis. 72. num. 4. & ex alijs tradit Hieronym. Ceuallos Practicar. opin. commun. contra comm. quæst. 551. Introgium appellat Thesau. in decis. Pedemont. 102. sub num. 1. Non tamen est de 3 substantia contractus emphyteotici vt pro ingressu aliquid detur Bartol. in l. si mihi & Titio, ff. de verb. oblig. quem sequitur Rodoan. in tractat. de rebus Eccles. non alienan. titul. de significat. verb. alienam, cap. 22. num. 3. fol. 23. 24. Claper. in decis. fiscali causa 15. 4 qu. 1. num. 35. vbi hoc plenè discutit vocans illam primam solutionem accapitum, quod dixit non esse de substantia, num. 7.

RESOLVT. CLXVI.

1 *Ecclesia potest retinere pro se emphyteusim reuersam ob lineam finitam, & n. 4.*
2 *Si velit alteri locare agnati admittuntur ad reuocationem.*
3 *In conflictu opinionum est amplectenda ea, quæ fauorabilis est Ecclesiæ.*
5 *Agnati si eis negetur renouatio possunt adire superiorem per viam appellationis.*

An Ecclesia possit pro se retinere emphyteusim ad se reuersam.

ECclesia an pro se retinere possit emphyteusim ad se reuersam propter lineam finitam repulsis agnatis petentibus renouationem, ista quæstio potest latissimè disputari ad partes propter contrarietates Doctorum diuersimodè sentientium ex his, quæ videre potes apud Rip. in leg. cum bona, ff. de priuil. credit. Dec. consil. 131. qui loquitur etiam in feudo Rom. vbi Mand. in apostillis adducit nouem limitationes, consil. 22. Tu autem sequendo communem Doctorum conclusionem dicas, quod quando Eccle- 1 sia non vult alteri concedere, sed pro se retinere, quod possint, si autem vellet alteri locare, quod tunc 2 agnati admittantur ad renouationem, ita dicit Petrus Benint. decisio. 29. & hanc partem ibi tenuisse Imol. in cap. penultim. de locat. Abbas in cap. bonæ de postulat. Prælat. Aret. in l. si mihi, & Titio. ff. de

verb.

verb. obligat. Calcan. consil. 8. num. 18. & 45. Ripa in leg. 1. ff. de priuileg. cred. Staphil. de lit. gratiæ, & iustit. & Gozad. respondet, ad quos sufficiat remis-
3 sio breuitatis gratia, & hæc pars magis amplectenda videtur quæ fauorabilis Ecclesiæ in conflictu opinionum cap. fin. de re iudic. l. si partes iudicantis ff. eodem. Et etiam tuetur, & defendi potest sententia ista. Quia sicuti Ecclesia non posset agnatos non comprehensos in inuestitura cogere ad accipiendum inuestituram, pariter, & ipsa non debet cogi ad renouandum, quando vult pro se retinere, vt æqualitas seruetur, & hanc opinionem, quod Ecclesia possit pro se retinere, tenet Milis, in repert. super verbo Emphyteusi num. 13. vsque ad 14. Patet igitur com-
4 mun. opin. esse quod Ecclesia potest retinere emphyteusim ad se reuersam ob finitam generationem repulsis agnatis, & descendentibus petentibus renouationem, idque minimè procedit si Ecclesia vellet Extraneo conferre, quia tunc si consanguineus emphy-
5 teutæ petat à Prælato vt renouet inuestituram, & non faciat, infert ei iniuriam, & potest adire superiorem per viam appellationis, vt clarè dicit Bart. in l. ait prætor §. permittitur ff. de aqua quotid. Pan. d. cap. bonæ vbi Corf. in addit. in verbo renouationem octo limitationes adducit, secundum quod notat, & refert Villalob. inter comm. opin. lib. 5. vers. emphyteusis si finiatur ibique Emian. Muse. vers. emphyteusi finita allegat. Soc. sen. consil. 99. volum. 4. cum concordat, vt per Ias. in l. 2. vers. ex hac decis. C. de iur. emphyt. Soc. Iun. consil. 79. num. 27. volum. 4. latissimè Petrus Andreas declarando, & limitando inter communes opin. vers. si propter generationem, & hæc sufficiant breuitatis gratia pro communi relata; cæterum disputationis gratia, & studio contrarietatis aliquorum doctorum videas apud præfatos doctor. & Ruin. in consil. relatis per Bennint. d. decis. add. not. consil. Burs. consil. Rol. Rim. & alios.

RESOLVT. CLXVII.

1 *Alienatio rerum Ecclesiæ facta in consanguineos est ipso iure nulla.*
2 *Episcopi solent esse cæci circa eorum consanguineos.*
3 *Infeudatio de nouo facta in consanguineos præsumitur facta in fraudem.*
4 *Enumerantur casus, quibus licitum est dare aliquid consanguineis.*
5 *Sola consanguinitas non inducit præsumptionem fraudis.*

An in impetratione assensus Apostolici debeat exprimi quod ij, in quos fit alienatio, sunt consanguinei.

REspondeo quod sic alienatio facta per Prælatum in consanguineos non præsumitur in vtilitatem Ecclesiæ, sed ipsorum consanguineorum Auth. quibuscumque, & ibi latè Bar. & Bald. C. de sacrosanct. Ecclesijs, & Doct. LXXXIX. dist. c. decenter, facit gl.
2 in cap. peruenit. 1. qu. 3. quæ dicit, quod Episcopi solent esse cæci circa nepotes, & alios consanguineos, & dicit Bal. in l. tutor petitus §. fi. de excus. tut. per illum tex. ibi colligi argumentum, quod Papa conferens beneficium consanguineis præsumitur fecisse ex affectione carnis, non ex reuelatione spiritus, vt dicit Archid. 12. qu. 11. cap. non licet per illum text. quod Prælatus mortaliter peccat si alienat. res Ecclesiæ in consanguineos, vt eos diuites faciat, & dicit Guid. Papæ in tract. suo de præsumpt. quod infeuda-
3 tio de nouo facta consanguineo præsumitur facta in fraudem Ecclesiæ c. quisquis 12. quæst. 2. & eadem ratione idem esset in emphyteusi, quæ daretur pro modico censu, supradicta tamen sunt sanè intelligenda, quia sola præsumptio affinitatis non videtur sufficiens, vt præsumatur fraudata Ecclesia sicut in simili dicimus in l. fin. ff. de his quibus vt indignis, & quod notat Bartol. in l. post contractum ff. de don. Nec obstat quod dict. Authent. quibuscumque modis inducat istam præsumptionem, quia loquitur in œconomo, non in prælato, qui quidem œconomus non habet ita pingue ius sicut prelatus, vt not. 5. quæst. 4. cap. 1. & ita respondet Abb. in cons. 41. in 3. colum. in primo volum. licet iudicio meo ille text. non patiatur hanc interpretationem, sed quicquid sit in hac materia standum est dispositioni canonum, qui non prohibent talem alienationem cum debitis solemnitatibus, & ex legitima causa, & ideò cessante fraude si seruantur debitæ solemnitates tenet alienatio facta
4 per Prælatum, etiam in consanguineos vt sensit Bart. in dict. authent. quibuscumque, & consuluit Abb. in dict. consil. 41. & ante eum idem tenuit Feder. de Senis consil. 52. quidam Prælati imò potest, indistinctè prælatus dare de rebus Ecclesiæ consanguineis dummodo det Ecclesiæ tantumdem de suo. Et satis est quod Ecclesia non deterioretur vt ibi dicit Abb. allegat text. in cap. si Episcopus 12. qu. 2. & potest dare Prælatus consanguineis pro elemosina dummodo sub hoc prætextu non fraudetur Ecclesia cap. non satis 86. distin. & est laudandus, qui in tali casu præferat suos extraneis vt ibi not. per Gemin. in dict. cap. quisquis. & propterea executor testamenti ad distribuendum bona pauperibus potest eligere consanguineos suos pauperes, vt per Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in titul. de Instrument. edit. §. nunc vero aliqua in addit. incipient. continuatur hic alia quæstio in fine, & per Anch. consil. 336. in his dubijs, licet Bald. in dict. leg. tutor petitus innuat contrarium: induco prædicta ad quæstionem, aliquis prælatus habebat fratrem suum, quem constituerat procuratorem ab exigendos redditus beneficiorum suorum, iste frater emit multa bona, an præsumatur emisse de bonis Ecclesiæ? videbatur quod sic, quia si ipse Prælatus emisset præsumebatur de dictis bonis, & acquirebatur Ecclesiæ capitulo primo de pecul. clericor. capitulo inquirendum eodem titul. & facit quod not. Abb. in cap. cum sit generale in 3. colum. supra de for. compet. vbi dicit, quod isti prælati ementes de bonis Ecclesiæ faciunt, vt instrumentum constet in personam alicuius amici, vel consanguinei sui, vnde tali casu cognitio spectat ad Ecclesiam, contrarium in proposito casu
5 est verius, quia sola consanguinitas non inducit præsumptionem fraudis, vt supra dixi, & ratio dicti cap. primi de pecul. cler. non militat in casu nostro, nam ideo præsumitur quod Prælatus emerit de bonis Ecclesiæ quia Prælati licitè non possunt negotiari capitulo primo ne Cleric. vel Monast. & quia ipsi sustentantur de bonis Ecclesiæ licitè, & ea possunt retinere vnde si emunt præsumuntur de illis.

RESOLVT. CLXVIII.

1 *Qui diu rem aliquam possedit, vt emphyteuta, & canonem soluit, vtique emphyteusim præsumitur habuisse.*
2 *Ad præsumendum titulum emphyteuticum requiritur tempus decem annorum vel triginta secundum aliquos.*
3 *In emphyteusi ecclesiastica præsumenda, requiritur tempus quadraginta annorum.*
4 *Cessat dicta præsumptio emphyteusis in ijs rebus, quæ non possunt dari in emphyteusim.*
5 *Qui per longum tempus soluendo recognouit alium, non potest dici præscripsisse Dominium.*
6 *Ex temporis diuturnitate, & diuturna præstatione non probatur titulus allegatus, quando præstatio fuit facta ex certa causa.*

Emphy-

Emphyteusim præsumitur habuisse qui aliquam rem vti emphyteusim possidet, & canonem soluit.

1 SI quis diu rem aliquam possedit vti emphyteuta, & canonem soluit vtique emphyteusim præsumitur habuisse: ita tenent glos. magna in fin. in l. 2. C. de iure emphyteut. Alex. in cons. 79. num. 4. lib. 1. Dec. in cons. 146. Anchar. in cons. 420. in fine Ruinus in cons. 10. num. 3. in cons. 63. num. 3. in cons. 155. n. 4. vol. 1. & in cons. 151. num. 5. vol. 4. Paris. in cons. 23. vol. 4. Cassad. in cons. 11. n. 84. Bald. in tract. de præscription. in 3. par. principali quæst. 10. Berous in quæst. 14. & Iulius Clarus in §. emphyteusis quæst. 1. versicul. sed pone quod.

2 Sed dubitatur, quod tempus requiratur ad præsumendum hunc titulum emphyteusis, in hoc dubio alij dixerunt requiri, & sufficere cursum decem annorum ita Bald. in leg. 1. numero 15. C. de fidecommiss. Salicet. in l. cum de in rem verso quæst. 6. ff. de vsur. & Crauett. in tract. de Antiquitat. tempor. in 1. particula tertię partis principalis numero 33. & num. 40. alij tenuerunt requiri cursum triginta annorum ita Angel. in l. prætor. §. 1. ff. de edend. Alber. in l. 2. num. 10. C. de iure emphyteut. vbi Ias. numero 155. Ruin. cons. 151. num. 5. volum. 4. Berous quæst. 14. Cassan. in cons. 18. colum. 1. Paris. in cons. 23. nu. 5. vol. 4. Bald. in tract. de præscript. in 3. par. principali quæst. 10. n. 35. Mascardus in tract. de prob. par. 1. in cons. 337. & hæc est recepta opinio.

Hęc conclusio non procedit in emphyteusi Eccle-
3 się, in qua necessaria est præsumptio quadraginta annorum Angel. in §. emphyteusim in Authen. de non alienand. aut permutand. rebus Eccles. Anch. in cons. 420. in fine Paris. in cons. 23. numero 5. volum. 4. & Menochius in tract. de præsumption. lib. 3. præsumption. 108. n. 5.

4 Principalis conclusio declaratur primo non procedere in his rebus, quæ in emphyteusim dari non possunt, Ruin. in cons. 151. num. 14. vol. 4.

Secundo declaratur procedere quando quis cępit possidere tanquam emphyteuta, & de concessione non constat, nam tunc si per triginta annos rem possedit, & tanquam emphyteuta soluit præscribere potuit, in hoc casu loquitur Bartol. in l. compeţit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum, ac etiam præsumitur quod res illa vti emphyteuta concessa fuerit vt supra in principio dictum fuit, sed non procedit quando apparet, quo titulo res ipsa ab initio concessa fuit, nam tunc in claris non est opus coniecturis, ita tenent Ruinus, Berous, Iulius Clarus, & Parisius, quos refert, & sequitur Iacobus Menochius in dict. præsumption. 104.

Vides quid sit quando quis rem possedit vti emphyteuta, & quando constat de titulo, sed quando sumus in dubio, vt puta quando quis rem alienam tenuit, & pro ea simpliciter soluit per triginta annos, & ex qua causa soluerit, & ab initio tenuerit non apparet, & tunc resolutio est, quod primo non potest prætendere præscripsisse directum Dominium, quia
5 soluendo recognouit alium dominum, sicut etiam contra creditorem non currit præsumptio quamdiu ab eo recipit vsuras lege cum notissimi de præscript. 30. vel. 40. annorum §. sed, & si quis, non potest prætendere nec dicto casu præscripsisse vtile Dominium tanquam emphyteuta, vel colonus ad longum tempus, quamuis istud allegetur, quia vt quis tanquam talis dicatur præscripsisse, est necesse quod soluerit ex dict. causa, & quod de hoc constet cap. si quis per triginta si de feud. controuers. inter dominum, & agnat. & istud expresè vult ibi Bald. in vers. 10. verb. quod possessio vbi ex illo textu notat, quod possessio debet esse conformis id est tanquam feudalis, & sic ex causa, quia non debet plus operari prestatio quam stipulatio, quæ sine causa non habet effectum l. 2. §. circa ff.
6 de doli except. secundo in hoc casu ex diuturnitate temporis, & ex præstatione diuturna non probatur titulus allegatus iuxta leg. cum de in rem verso ff. de vsur. quia illud etiam procedit quando præstatio facta fuit ex certa causa secundum Baldum in loco prędallegato quod hoc modo loquitur textus in dict. l. cum de in rem verso, sic de verbo ad verbum concludit Ruin. in cons. 75. sub num. 4. in versiculo aliquando, & secundo vol. 1.

RESOLVTIO CLXIX.

1 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

2 *Cum subrogatur aliquid rei dotali, ipsum efficitur dotale.*

3 *Quod subrogatur rei suppositæ fideicommissę, assumit naturam fideicommissi.*

4 *Si res antiqua erat patrimonialis, illud quod subrogatur in locum rei prædictæ erit etiam patrimoniale.*

5 *Res empta ex pecunia feudi, vel emphyteusis, & in eius locum subrogata, efficitur feudalis, &c.*

An si res Ecclesiæ vendatur, & in eius locum alia subrogetur, possit alienari absque solemnitatibus extrauagant.

1 CVM Casus occurrisset respondi quod sic ex sequentibus: primo quia subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur cum omnibus suis qualitatibus, ex tex. in leg. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cautionibus, & ex leg. si donatæ res §. si sponsus ff. de dona. inter virum, & vxor. ex leg. si pater ff. de adimendis legatis, & ex leg. imperator §. fi. ff. de legat. 2. & l. si & rem & pretium ff. de petit. hæreditatis, & in l. 1. §. hæc actio, & ibi Bart. ff. si quis testamento liber esse iuss. fuerit, & l. res quæ ex dotali, & l. ita constante ff. de iure dotium, & l. filię Titia, & ibi Socin. ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & l. si cum dotem §. fin. ff. soluto matrimonio, & l. vltim. §. & vt plenius de rei vxoriæ actione, & de subrogatione latissime agit Euerardus in suis topicis legalibus loco à subrogationibus fol. 650. in paruis, & infinita etiam Gomezius in §. fuerat à numero 7. institution. de actionibus Mol. libro 4. de Hispanorum primogenijs cap. 4. à nume. 24. cum sequentibus Mieres in eodem tractatu, prima par. q. 2. per totam Caldas. Pereyra in tract. de renouatione emphyteusis quæst. 2. num. 13. cum sequentibus Hieronymus de portales in tract. de consortio, & fideicommisso legali cap. 6. à nume. 20. & cap. 1. à num. 30. & isti alios infinitos allegant.

Qui omnes materiam tractant & concludunt, quod subrogatus succedit in locum eius primæuum, & naturalem, in cuius locum subrogatur, & ex dictis iuribus constat, quod res subrogata in locum alterius iudicatur, vt ipsa res, in cuius locum subrogatur, & si
2 erat prima dotalis secunda efficitur dotalis, & si pri-
3 ma erat fideicommissi, aut maioratus secunda efficitur etiã de fideicommisso aut maioratu, & ita probat. Greg. in l. tit. 4. par. 6. Azeued. in l. 6. num. 6. tit. 7. lib. 5. Recopilat. & facit. l. 2. tit. 4. lib. 3. fori, quæ probat, quod si vendatur aliqua res mariti, aut vxoris, & ex pretio alia ematur ista secunda efficitur propria eius, cuius erat prima, quam sic practicari dicit Montal. ibi & Zuarez in tit. de las. ganancias lim. 2. Palac. Rub. in Repeti. Rubr. de donatione inter virum, & vxorem 61. num. 4. Matien. in l. 2. glos. 2. num. 4. tit.
4 9. lib. 7. Recopilation. igitur si res antiqua erat patrimonialis, res empta, & subrogata loco illius erit patri-

patrimonialis, & habebit locum retractus. Secundo facit auctoritas Lucæ de Penna in l.1. col.3. C.de imponen.lucratiu. descript. lib.10. & Matth. de Afflict. in c.1.num. 8. & 9. de vasallo decrepitæ ætatis in vsibus feudorum, & Iaco.de Ardizo. in sua summ. feud. par.5.verb. nouum parag. 1. & Cassanei in consuetudinibus Burgundiæ titul. des droizt. paragr. 2. ver. & aquestum à num. 7. itidem Boer. in consuetud. Bituricensibus tit. des coſtumes concernentes lex Mariages glos.1. column.2. qui omnes vno ore affirmant,
5 quod res siue feudalis, aut emphyteuticaria, aut libera empta de pecunia alterius rei, feudi, vel emphyteusis, vel patrimonij antiqui, & in eius locum subrogata, vel etiam habita ex permutatione rei antiquæ, iudicatur vt antiqua, & patrimonialis, & de trunco, & in ea succedunt omnes, qui in talibus patrimonijs, aut feudis antiquis debent succedere, & non qui solum in bonis acquisitis succedunt, fundantur ex supra adductis, igitur ad propositum etiam res, de qua agimus subrogata in locum patrimonialis, & antiquæ erit patrimonialis, & antiqua & in ea locus erit retractui quemadmodum in vera patrimoniali.

Ex quibus hanc opinionem in propriis terminis tenuit Masuerius in sua praxi tit. de societate item nomina, & Arnaldus Ferronus in consuetudinibus Burdegalensibus tit.de testament. 6.numero 6. & in tit.de retractio. 23. col.1. quos sequitur Tiraquell. in tract. de vtroque retractu lib. 1. §. 32. glos. vltim. à num.2. cum sequ. qui in rebus permutatis affirmat per plures Galliæ consuetudines hanc opinionem esse approbatam, & omnes allegant Bald. consil. 112. lib.1. qui magis generaliter loquitur, & benefaciunt quæ Portoles in materia sui consortij inducti ex foro Aragoniæ, vbi sup. quas in terminis adducit loco supra citato.

RESOLVT. CLXX.

1 *Actio ad rem immobilem non potest cedi ab Ecclesia absque assensu Apostolico.*
2 *Actiones, & obligationes eiusmodi censentur, cuius sunt res, ad quas competunt.*
3 *Actio ad rem mobilem vsucapitur triennio, ad immobilem vero per viginti annos.*
4 *Habens mandatum transigendi, & componendi non potest actionem cedere, etiam si cedendo actionem plus consequeretur, quam transigendo.*
5 *Ecclesia cedere potest actionem ad rem mobilem, quæ seruando seruari non potest.*
6 *Dispositio quæ procedit in immobilibus non alienandis etiam procedit in mobilibus quæ seruando seruari possunt.*
7 *Quando electio competit Ecclesiæ ad fundum, vel pecuniam, & electio est debitoris, Ecclesia potest cedere actionem ad fundum, secus si electio esset Ecclesiæ.*
8 *Prohibitus alienare, non potest facere actum, per quem sequitur alienatio.*

Actio ad rem Ecclesiæ recuperandam an cedi possit absque assensu Apostolico.

AD propositum dubium Respondeo plures posse considerari casus.

1 Primus Casus erit quando actio ad rem immobilem competit, & tunc concludendum est Ecclesiam absque Sedis Apostol. assensu actionem cedere, seu distrahere non posse, quod lege, Ratione, & Authoritatibus quam plurimis comprobatur, ita namque voluit Accurs. in leg. 1. C. si aduers. transact. & in Authent. de non alienand. aut permutan. rebus Eccles. §. 1. in verbo numeranda Speculat. titul. de cess. Act. §. 1. vers. sed nunquid Ecclesia Dyn. Bart. & cæteri in l. potest ff. de auth. tut. Bart. in l. si sic §. vlt. ff. de leg. 1. vbi de communi testatur, & ibi Ang. in l. mouentium ff. de verborum significat. & in l. si conuenerit la seconda in secundo not. ff. de pigno. at Bald. in Authent. hoc ius porrectum C. de Sacrof. Eccles. in l. iubemus la seconda vbi etiam Salic. C. eod. tit. & in l. si ad resoluendum C. de Præd. Ecclesiarum Luc. de Pen. & Ioann. de Plat. in l. vlt. C. de vend. rebus C iu. lib. 11. Io. de Plat. in l. 2. §. ad filiorum C. quando, & quibus 4. par. lib. 10. Petr. à Bellapert. in l. vltim. vers. item potest saluari. C. in quibus caus. integrer. restit. Angel. in §. hoc ergo in authen. de non alienand. au. permutan. rebus Eccles. Cast. in l. quam Tuberonis §. vlt. ff. de pecul. Rom. in l. si constante §. si bona n. 16. ff. de solut. matr. Alex. in l. restituta §. Pupillus ff. ad Trebell. Ias. in l. vlt. n. 122. C. de iure Emphyt. Salic. & alij passim in l. 1. C. si aduers. transact. DD. in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic. & in l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Trebell. in §. neque in fine inst. de Author. tutorum & Plot. in repetit. l. si quando n. 198. C. vnde vi Bart. consil. 50. incip. Filius, & consil. 70. num. 3. incip. Reuerendissime Domine lib. 1. Bald. cons. 247. Præmisso statuto lib. 1. cons. 349. & consil. 450. vol. 2. & consil. 423. Andreas lib. 3. Alex. consil. 116. sub n. 1. vers. modo sic inquiens quod ista est communis opinio ab omnibus approbata consil. 125. Visis, & consideratis vbi pariter de communi testatur lib. 1. consil. 27. Attentis narratis & cons. 53. lib. 3. & cons. 31. num. 12. lib. 1. quod est repetitum cons. 3. lib. 4. Anchar. cons. 338. Visa Copia n. 2. Bertr. cons. 245. ponitur in facto l. 1. Card. Flor. cons. 66. & cons. 72. Corn. cons. 188. circa hanc consultationem in fin. lib. 3. & cons. 236. num. 14. lib. 4. Soc. cons. 101. Viso testamento Antonij lib. 1. & cons. 175. lib. 2. Guid. Pap. cons. 52. Crauetta cons. 98. n. 8. vol. 1. & respons. pro genero n. 198. & 421. & in Rub. de leg. 1. nu. 73. Port. Imolens cons. 198. n. 3. & Suar. alleg. 20. n. 7. inquiens hanc esse communem conclusionem passim à scribentibus approbatam Tiraquel. alios allegans in tract. de vtroque retract. legal. in fin. n. 22. vbi testatur de communi Niol. ff. lib. 18. par. 2. cap. 6. reg. 1. Except. 34. Gomez de contractibus cap. 10. col. 2. dicens hanc esse communem & c. 14. de restit. Ecclesiarum num. 14. vers. 4. extende Afflict. lib. 2. Feudorum de Feud. cognat. num. 49. Redoan. in tract. de alienat. rerum Ecclesiast. fol. 86. n. 15. Pinell. de Bon. mater. in rubr. p. 1. conclus. 12. num. 33. Ferand. Vas. de testam. pot. §. 10. sub num. 72. vers. quod autem diximus lib. 1. & Galeot. in sua Margarita cap. 4. n. 6. vbi id limitat quando Ecclesia cederet actionem fideiussori ex necessitate, clarissimeque id probatur ne videamur solum authoritat. niti in l. sed si pecunia §. si ius ff. de reb. eorum, & in l. si ad resoluendum C. de pred. Ecclesiarum.

Ratione demum probatur quando quidem Actio-
2 nes, & obligationes eiusmodi censentur, cuius sunt tres, ad quas competunt l. 2. §. & harum, & ibi Ias. in 1. not. ff. de verborum oblig. Bart. in l. 4. §. Cato ff. eodem & in l. Græcè §. illud ff. de fideiuss. & probatur inst. de vsucap. in princ. vers. & ideo restitutionem
3 vbi actio realis vsucapitur triennio si competat ad rem mobilem, si verò ad immobilem per 20. annos si ergo res immobiles, ad quas actiones competant absque Sedis Apostolicæ Decreto alienari minime valent l. 1. & tot. tit. ff. de rebus eorum eodem modo, neque actio ad rem immobilem comperens, quod de ipsa re immobili, vt & animaduertit Alex. cons. 27. Attentis narratis n. 6. lib. 3. nec quicquam refragatur communi huic conclusioni arguendo à minori ad Ecclesiam l. potest ff. de Author. tutorum vbi dicitur Ecclesiam posse suum debitorem delegare, & sic actionem cedere absq; Sedis Apost. Decreto, vbi etiam id adn. Accurs. quia licet ibi de minore sit sermo, & à si-

mili

mili dicatur Ecclesiam posse suum Debitorem delegare, non propterea excluditur sedis Apostolicæ Decretum sicut nec in re minoris decretum prætoris, sed necessariò subintelligi debet presupponendo terminos habiles, arg. l. qui testamento ff. de testam. vel si hæc nostra responsio non satisfacit respondeas ex intentione Bar. in d.l. Potest, quod ibi Ecclesia erat debitrix alicuius rei mobilis quæ tunc poterat sine Sedis Apostolicæ Decreto alienari antequam emanasset constitutio l. lex. quæ tutores C. de Administration. tutorum, & sequenti. Casu dicemus ex quibus perfectè remanet absolutus iste primus Casus non licere Ecclesiæ absq; assensu actionem ad rem immobilem competentem cedere, seu alienare: ampliatur id no-
4 tabiliter etiam in habente mandatum transigendi, & componendi, qui non potest actionem cedere, etiam si cedendo actionem plus consequeretur, quam transigendo, ita voluit Feder. cons. 177. relatus per addit. ad Alex. in l. transactionis C. de Transact.

5 Secundus casus est quando Ecclesia cedit, seu distrahit Actionē ad rem mobilem competentem, quo cas. distingui oportet, quod aut huiusmodi actio competit ad rem mobilem, quæ seruando seruari minime possit. & tunc talem valet Actionem distrahere, quemadmodum & ipsam rem posset: ita sensit Bar. d. lege non potest, & d. l. Mouentium, & cons. 70. 10 princ. incip. Reuerendissime Domine libro 1. Guglielm. Redoan. de alienat. rerum fol. 86. num. 15. senseruntque alij scribentes omnes supra in primo Casu relati. Aut verò actio competit ad res mobiles, quæ tamen possint seruando seruari; & tunc (temporis antiqui dispositione omissa) ex noua Constantini Imperatoris constitutione in l. lex quæ tutores C. de administrat. tut. concludendum est, vt in primo casu, non posse talem actionem à minore absque iudicis Sedis Apostolico Decreto distrahi pro quo facit, glos. in l. 3. C. de in lit. iur. Bar. d. l. non potest, & in l. si conuenerit in secundo notab. ff. de Pignor. act. Alex. in l. à Diuo Pio §. in venditione ff. de re iudic. & in l. restituta §. Pupillus ff. ad Trebell. Arius Pinell. in l. 1. par. 2. num. 43. C. de bon. maternis. Fernand. Vasq. & cæteri quam plures supra relati in primo Casu si non expressim, saltem tacitè, & virtualiter.

Cuius decisionis ea est ratio, quia id quod dispositum est in mobilibus per orationem Diui Seueri, quæ Alienationes Ecclesijs prohibet, habet etiam locum in mobilibus, quæ seruando seruari possunt, vt rectè visum est Constantino in d. l. lex quæ tutores, & diximus supra latius in prefat. n. 15.

7 Tertius Casus, & vltimus est quando Ecclesiæ competit Actio ad fundum, vel ad pecuniam alternatiuè, & sic tam ad mobile quam ad immobile, quo casu ex intentione Bar. & aliorum, dicendum est inspiciendum esse finem, nam si Ecclesiæ debitor soluat pecuniam, valet cessio, si vero soluat predium non valet tanquam facta solutio de re immobili, quæ alienari non potest, ita resoluit Bart. quem sequuntur Alberic. & cæteri in leg. si sic legatum §. vlt. per text. illum ibi proinde ff. de leg. 1. Aret. in l. 1. C. si aduers. transact. Bart. in l. si ex legati causa num. 6. ff. de verborum obligat. Alexand. in l. à Diuo Pio §. in venditione in fine primi notab. ff. de re iudic. Doctissimè Cardinalis Alban. in lucubrationibus in Bar. ad d. l. si sic legatum §. vlt. Bar. cons. 70. Reuer. Domine lib. 1. Alex. cons. 126. visis, & consideratis in fine lib. 1. & cons. 53. lib. 5. Turzan. in suis communibus opinionibus opin. 22.

Pro quod est optimus verborum contextus in lege erit ff. de fundo dot. quem allegauit Tiraquel. dict. Tractat. de vtroque Retractu in 1. par. Retract. Conuent. in fine n. 22. qui innumeros adducit firmantes, quod finis inspici debet, qui qualis res sit demonstrat. l. sed & si quid §. 1. ff. de vsufruct. c. fraternitatis §. vlt. extra de frig. & malefic. Speculat. titu. de fructibus, & interesse §. scias igitur vers. sed quid si habeo, quod tamen intelligas quando electio esset debitoris, vt videtur intelligere Bar. & alij præcitari in d. §. vlt. secus verò si electio esset ipsius Ecclesiæ, quia non posset tunc Ecclesia cedere, ac si ipsa Actio ad immobile competeret, nam cum in eius stet Arbitrio electio; non videtur dictæ electioni posse renunciare, aut cedere absque Sedis Apostolicæ Decreto l. sed si pecunia §. si ius ff. de rebus eorum, & ita perfectè absolutam habes totam hanc alienationis seu cessionis Actionis materiam ad huc à nemine tam clarè distinctam.

Ipse verò licet neminem de hoc vltimo Casu dubitantem repererim; cogitaueram tamen an posset in dubium reuocari ex communi Doctorum Regula, quæ habet, quod prohibitus alienare sicut non potest
8 immediate alienare: ita nec etiã potest facere actum, per quem sequi possit alienatio glos. notab. in l. item quia ff. de Pact. in leg. Codicillis §. Matre, vbi Bart. ff. de l. 2. & in l. si ita quis §. ea l. ff. de verb. obligat. de qua in pulchro proposito meminit Bald. in leg. ea lege, quæst. 8. C. de condit. ob causam. Imol. in d. lege si ita quis §. ea lege, & in cap. in præsentia extra de probat. Alex. in l. si finita §. si de vectigalibus ff. de damn. infect. Dec. cons. 445. num. 27. in casu cons. 475. nu. 41. in causa cons. 479. nu. 4. in controuersia, vbi loquitur in proprijs Ecclesiarum terminis, & consilio 502. n. 3. ex duobus. Ferret. cons. 102. n. 15. Natta cons. 110. num. 11. dicens glos. in d. §. ea lege, vbique approbatam esse Ruin. cons. 23. colu. 10. in fine lib. 1. Cephal. cons. 53. n. 14. lib. 1. & Blanch. de comprom. fac. inter coniũct. q. 4. sub nu. 28. & pro hoc videtur facere tex. l. 1. C. de fundo dot. cuius dicti ea potuit esse ratio,

Quia melius est Ecclesiarum iura intacta seruari, quam post causam vulneratam remedium quærere l. vult. C. in quibus caus. rest. integr. non est necesse, quam rationem vultra Dec. in præcitatis locis reddit etiam Blanch. d. quæst. 4. sub n. 28. ex quo sequitur contra omnes scribentes concludendum fore, non licere Ecclesiæ Actionem sibi alternatiuè competentem videlicet ad fundum, vel pecuniam absque iudicis authoritate cedere, aut alienare cum ex tali cessione sequi possit alienatio, quæ dicitur Ecclesiæ prohibita per supradicta, vtilius etenim est a principio occurrere, quam postea sequuta alienatione prouidere arg. d. l. vltim.

RESOLVTIO CLXXI.

1 *In feudalibus clericus subijcitur iurisdictioni domini feudi.*
2 *Laico non competit regulariter ius inuestiendi in beneficio.*
3 *Ex persona quæ inuestit, arguitur natura rei inuestitæ, & collatæ.*
4 *In cognoscendo Patronatu laicali, vel Ecclesiastico inspicitur præsentans, & bona.*

An in Alienatione bonorum Ecclesiasticorum, quorum inuestitura spectat ad principem temporalem requiratur Assensus Apostolicus, & Principis prædicti.

DVbitandi ratio, quod de necessitate requiratur etiam Assensus Principis faciebat primo, nam talia equiparari quodammodo bonis feudalibus, & consequenter in eis requiri Principis Assensum, cum
1 feudalibus Clericus subijciatur Iurisdictioni Domini feudi cap. verum de for. competenti. c. ceterum de iudi-

iudicijs, & in tali casu obligatur ad præstandum iuramentum fidelitatis c. nimis, & quod ibi communiter notatur de iure iurando, item quia ex persona inuestientis, actus solet denominationem recipere argumento text. in leg. 1. ff. de albo scribendo, vnde videndum in beneficijs quæ Ecclesiastica dicantur, necesse est enim quod inuestiens, seu conferens sit Ecclesiastica persona videlicet Episcopus, vel alius Prælatus Ecclesiasticus, ita Selua de beneficiis quæst. 3. Marescot. lib. 2. variarum resolut. cap. 3. cum regula-
2 riter laico non competat ius inuestiendi, & laicus sit incapax spiritualium, cap. causam de præscriptionibus cap. cæterum de iudicijs, & text. in cap. quod si
3 de electione, & proinde vt dixi ex persona quæ inuestit arguitur, & natura rei collatæ seu inuestitæ, ostenditur sicut à simili dicitur de Patronatu laicali, vel
4 Ecclesiastico, ad quorum cognitionem inspicitur persona præsentans, & bona, vt per Achill. de Gras. in decis. 1. & 3. de iure patronatus, Crescent. in decis. 35. & 9. eodem tit. & Mohed. in dec. 5. sæpius cit. tandem pro hac sententia facit, quod voluit Paris. lib. 9. de resignatione beneficij quæst. 9. de quibusdam beneficiis existentibus in Regno Neapolitano. Mihi tamen videtur hanc quæstionem posse decidi, ex resolutione alterius quæstionis, an scilicet in alienatione rei ecclesiasticæ requiratur etiam consensus patroni, de qua alias disputaui.

RESOLVT. CLXXII.

1 *In re clara non potest fieri compromissum ab Ecclesia.*
2 *Qui non potest alienare, non potest compromittere.*
3 *In re dubia potest Ecclesia compromittere præuio superioris decreto.*
4 *Qui non potest alienare, nec potest facere actum, per quem sequatur alienatio.*
5 *Compromissum est species alienationis.*
6 *Qui iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, nec potest compromittere.*

Assensus Apostolicus an requiratur in compromisso super Rebus Ecclesiæ.

PErpulchra est dubitatio, nunquid Ecclesia compromittere valeat: in qua duo sunt principales considerandi casus.

Primus est quando simpliciter fit compromissum ab Ecclesia, in quo distinguendum est, quod aut fit
1 compromissum de re clara, quæ nullum habeat dubium, absque aliqua iusta compromittendi causa, & tunc nullo pacto poterit tale compromissum fieri, Bartol. cons. 39. Quæritur an statutum in fine, & consilio 67. nunquid tutor. in fine, Bald. in lege ancillæ, C. de Furt. & Pet. Duen. reg. 36. Fall. 10. quem refert, & sequitur Ioseph. Ludou. in decisionibus Causarum
2 Perusinarum decis. num. 15. alienare siquidem qui prohibetur, & compromittere prohibitus est, cum compromittere alienationis sit species, vt mox infra subijciam, sed alienatio sine causa per Ecclesiam fieri
3 minimè potest, vt notissimum est: si verò res sit dubia, & iusta aliqua, ac necessaria subsistat causa, & tunc concludas, tale compromissum validum fore, dummodo superioris authoritas interueniat Bal. in lege 1. & in lege præses C. si aduers. transact. Roman. in repet. legis 1. num. 34. ff. de arbitr. Ias. in lege mandata num. 5. ff. de offic. eius Dec. in lege cui iurisdict. num. 38. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in cap. quæ in Ecclesiarum num. 116. de constit. Card. Abb. & alij in cap. cum tempore de Arbitr. Bart. cons. 98. per totum, pupillus sine authoritate lib. 5. Roman. consil. 369. circa primum in tertio dubio, & cons. 175. dictum laudum. Alex. cons. 22. opportunè col. 1. quod autem compromisso lib. 2. Card. cons. 61. ad primum, colum. penul. Dec. consil. 39. 44. 282. viso. num. 3. 300. visa. in princip. 445. in casu. num. 475. num. 71. in causa. 479. in controuersia num. 4. & consil. 502. num. 3. ex duobus Bart. Soccin. consil. 52. num. 2. viso testamento Sindicatus lib. 4. & consil. 18. num. 33. cum sequenti prosequendo ordinem, vbi testatur de communi, licet loquatur in rebus Ecclesiæ lib. 1. Rip. Responsi. 175. num. 13. Duo tantum dubia Ruin. consil. 11. Viso compromisso num. 2. & 3. lib. 4. & cons. 129. Viso compromisso lib. 5. Maranta de ordine Iud. 14. distin. Iudic. num. 5. Afflict. lib. 3. constit. Neapolit. num. 52. & dec. 285. num. 15. Tiraqueil. de legib. connub. glos. 5. num. 303. Gomez de contractibus c. 14. de Restit. Ecclesiarum num. 15. vbi rationem adducit Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. casu 171. num. 43. Valen. Forster. in tractat. de successionibus ab intest. lib. 3. titul. de vsufructu, quem parentes habent in bonis, quæst. prima, 3. declaratione mihi fol. 325. vbi de communi testatur, & Moderni ab Assisio dict. decis. 2. num. 1. qui omnes concludunt, aut Ecclesiam compromittere minimè posse, aut valere sequelam, non potest alienare ergo nec etiam compromittere,
4 quando quidem qui prohibetur alienare, sicut non potest immediatè, ita nec aliquem actum facere, per quem sequi posset alienatio, glos. in leg. in item quia ff. de pact. & in lege codicillis §. Matre vbi Bart. ff. de leg. 2.

5 Compromissum namque alienationis est species, Paris. consil. 134. nulli num. 11. lib. 4. Bologuin. cons. 6. col. 2. Gabriell. in suis communibus opinion. in verbo compromissum num. 3. Moderni ab Assisio in dec. Causarum Perusinarum dec. 47. num. 25. fatenturque omnes supra relati.

6 Et hinc est, quod is qui iurauit non alienare Romano Pontifice in consulto, non poterit compromittere, Speculat. in tit. de arbitrar. §. sed quæritur versic. sed nunquid Vasallus Hostiens. in cap. cum tempore super verbo licentiam de arbitr. in Nouellis Iap. allegat. 102. vbi Mandos. in addit. quam plures congerit Roman. cons. 369. circa primum num. 18. Grat. Responsi. 155. Dubitatur num. 20. lib. 2. & ratio est, quia qui non potest alienare, nequit etiam compromittere, ne per viam arbitrij contingat alienationem fieri, non poterit Ecclesia, nec minor absque Tutoris Authoritate, Iudicisque Sedis Apostolicæ Decreto compromittere.

Declaratur iste casus, vt procedat quando fit compromissum de rebus immobilibus, vel mobilibus quæ tamen possint seruando seruari, secus si fiat de rebus, quæ non possint seruari, quia tunc validum erit compromissum, etiam nullo interueniente Sedis Apostolicæ Decreto l. lex quæ Tutores, & ibi Bart. & alij C. de administrat. tut. glos. Bar. & Bal. in l. 1. C. si aduers. transact. nam cum talium bonorum permittatur alienatio dict. l. lex quæ Tutores. Nec non denegabitur compromissum.

RESOLVT. CLXXIII.

1 *Rescripta debent formaliter adimpleri.*
2 *Delegata potestas strictè est interpretanda.*
3 *Clausula vocatis vocandis inducit conditionem.*
4 *Aduersario incumbit onus probandi, mandati formam fuisse seruatam.*
5 *In alienatione requiritur tractatus, & subscriptio canonicorum.*
6 *Canonici sunt nominatim exprimendi in subscriptione alienationis.*
7 *Quod in rescripto non dicitur iuris dispositione suppletur.*
8 *De solemnitatibus in alienatione requisitis constare debet per instrumentum separatum ab alienatione.*

Rerum

Rerum Ecclesiasticarum alienatio rescripti forma non adimpleta, & canonicorum expresso consensu, & subscriptione non accedentibus corruit.

CONcessionis nullitas fundatur præcipuè in eo quod contenta in rescripto Apostolico adim-
1 pleta non fuerunt, cum tamen rescripta debeant formaliter adimpleri cap. cum delictus 22. ibi ipsi forma mandati Apostolici transponentes de rescript. vbi latè Felyn. num. 36. & sequ. cap. venerabili 37. in fin. ibi, contra mandati nostri tenorem, de offic. delegat. leg. diligenter 5. ff. de mand. Quod enim fit præter formam commissionis ipso iure non valet Bar. in l. item eorum §. sed si ita in princ. per illum tex. ff. quod quisque vniuers. Iaf. in l. si procurator. n. 3. C. de procurat. & in l. si quis mihi bona §. si coram n. 2. ff. de acquir. hæred. Paris. cons. 47. n. 50. vol. 1. Hinc delegata pote-
2 stas est strictè interpretanda vt vltra casum expressum non extendatur. Abb. in c. fin. per illum text. in 3. not. de verb. signif. & latè prosequitur Paris. d. cons. 47. num. 41. cum sequent.

Ex pluribus autem in facto proposito colligitur quod in rescripto contenta non fuerint adimpleta.

3 Primo Pontificis rescripto dicitur vocatis dilectis filijs cap. Ecclesiæ Neapolitanæ, quæ clausula conditionem continet l. à testatore 148. ff. de condit. & demonstr. & not. in rubr. ff. solut. matr. conditio autem formam inducit Bal. in auth. Matr. & Auiæ n. 3. in fin. C. quando mulier. tut. off. Dec. cons. 11. n. 9. & magis ad rem cons. 67. in princip. & Berous q. 24. post princ. cuius omissio vitiat actum Bal. & alij in l. 1. ff. de lib. & posth. Afflict. decis. 355. n. 5. Aduersario itaque pro-
4 bandi onus incumbit mandati formam fuisse seruatam leg. 2. ff. de probat. Dec. cons. 603. n. 8. & Paris. d. cons. 47. n. 46. vol. 1. quod etiam iuris communis dispositioni conformatur, nam prohibetur Episcopo absque capituli consensu Ecclesiæ bona alienare c. fin. in princ. de reb. Eccles. non alienan. lib. 6. c. sine exceptione 52. 12. qu. 2. vbi ne dum totius capituli consen-
5 sus; sed, & præcedens tractatus requiritur, & in c. tua 7. de his quæ fiunt à prælat. debet vocari in figura iudicij Dec. cons. 603. viso puncto num. 13. ibi & hoc confirmatur post Abb. in c. quærente n. 9. vers. & not. aliud de restit. spol. Imo. & Canonicorum subscriptio c. 1. vbi glos. fin. eod. tit. de his quæ fiunt à præl. vbi Innoc. in fin. inquiens in bonis Episcopalibus necessaria est subscriptio Canonicorum maioris Ecclesiæ, ita quod sine ea non valet Abb. in c. nonnulli n. 6. versic. item debet interuenire, de reb. Eccles. Anchar. in d. c. tua post num. 4. & in c. 1. in tertio not. de reb. Eccles. in 6. Bertran. cons. 6. alienatio rerum num. 5. vol. 1. latè Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 17. col. 1. consensus autem expressius requiritur, nec tacitus sufficit, & subscriptio nominatim facta Gemin. in d. c. exceptione in fin. vers. glos. vlt. soluit subdens non sufficere generalem Capituli mentionem habitam, sed om-
6 nium Canonicorum nominationem esse exprimendam. Adeo autem illius cap. solemnitas requiritur, vt consuetudine tolli non possit, vt post Ioan. Andr. tradit Abb. in c. nulli vers. & not. istud vbi specificè loquitur de subscriptione ibiq; Ancharan. num. 3. in fin. idem Anchar. in c. 1. n. 3. de rebus Eccles. non alien. in 6. Bertran. d. cons. 6. n. 4. inquiens esse communem Doct. opin. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 24. n. 19. 21. 22. & 27.

Cum itaque in rescripto dicitur vocatis dilectis filijs cap. Ecclesiæ Neapolitanæ, est iuxta iuris formam interpretandum vt vocentur ij, ad finem vt tractatu præuio ipsorum accedente consensu, & subscriptione contractum alienationis Ecclesiæ expedire iudicent, ipsumque probent & confirment dict. c. exce-
7 ptione, quod enim in rescripto expresse non dicitur, iuris dispositione suppletur l. si extraneus 23. ff. de cõd. causa data l. si cum dotem 23. in princ. ff. sol. mat. tex. opt. in l. quæsitum 13. ff. de testibus ibi verumtamen, quod legibus omissum est non omittetur religione iudicantium, non enim credendum est voluisse Summum Pontificem, qui iura tuetur, quod alias excogitatum est multis vigilijs, & conuentum, vno verbo subuertere voluisse c. Ecclesia vestra 57. ante fin. de elect. l. si quando 35. in princip. c. de inoffi. testam. Hinc data alienandi facultate intelligitur, quod fiat alienatio secundum formam iuris Dec. cons. 403. quamuis in casu.

8 Debet autem de his solemnitatibus constare per illud instrumentum separatum ab illo alienationis, nam vbi partes de aliquo disponere non possunt, ipsorum assertio nihil operatur l. si forte 8. vbi Bart. ff. de Castr. pecul. l. qui testamentum 27. ff. de prob. Speculi in tit. de locato. §. sequitur n. 4. vers. & scias. quod de ipso tractatu Feder. de Sen. cons. 143. in fin. Alex. cons. 17. viso instrumento locationis n. 46. vol. 4. Castrens. cons. 38. super eo, quod quæritur latè Thom. Feder. caut. 60. Decreto Iudicis col. 1. & 2. Io. Battista Ferretus cons. 249. n. 12. vers. sed de tractatu vol. 2. & cons. 294. num. 14. eodem vol.

RESOLVT. CLXXIV.

1 *Per extrauagantem ambitiosæ, prohibetur omnis actus, per quem dominium transfertur.*
2 *Sex sunt contractus, per quos dominium vtile transfertur.*
3 *Contractus in dubio censetur potius emphyteuticus, quam censualis.*
4 *Assensus Apostolicus debet expediri, etiam quando Ecclesiæ permutant.*

An in translatione Canonis è territorio emphyteutico Ecclesiæ requiratur assensus Apostolicus.

ACcidit in facto, quod quidam cum tenuisset in Emphyteusim quoddam territorium, pro quo soluebatur annuus canon. ecclesiæ, & vellet dictum canonem transferre soluendum ex alio territorio, & consequenter primum territorium reddere liberum, francum, & exemptum à dicto censu, fuit dubitatum an istud de Iure fieri potuisset inconsulto Roman. Pontif. & sic non adhibitis solemnitatibus extrauagantis ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis, & respondi minimè fieri potuisse; siquidem per huiusmodi cambium fit traslatio dominij,
1 & consequenter prohibetur, cum per d. extrauagantem prohibeatur omnis actus, per quem dominium transfertur argumento text. in cap. nulli de rebus Ecclesiæ non alienandis l. fi. c. eod. tit. vnde dispositio dictæ extrauagantis obtinet locum etiam in omni contractu vbi transfertur Dominium vtile retento directo, probatur in hac extrauag. & in loc. prælleg. Rebuff. in d. compet. n. 3. & 6. Redoa. q. 2.
2 c. 24. cum sequenti, & sum. ex superficiarius, locationis ad longum tempus, emphyteoticus, libellarius, feudalis, & precario in genere femineo declarant. Aluarot. in pract. feud. Redoa. loc. prælleg. & Benedict. Canophi. in repet. huius extrauag. sub nu. 10. vsque 34. & in dubio præsumitur emphyteoticus
3 potius, quam censualis Iul. Clar. in §. emphyteusis q. 1. Mascard. de probation. conclus. 282. post Afflict. decis. 129. sub n. 4. & consequenter etiam in permutatione c. nulli de rebus Eccles. alien. c. 2. vbi Abb. de rer. permut. c. sine exceptione 12. q. 2. vbi Rebuff. num. 66. tenet procedere etiam quando Ecclesiæ inuicem permutant Redoan. q. 2. c. 20. & q. 12. nu. 28.

4 permutatio enim alienatio est Ias. in l. fi. nu.101. C. de iur. Emphy. Rebuffa. q.2. cap.4. ita vidi practicari, & expediri breuia Apostolica etiam inter Ecclesias permutantes, si in euidentem vtilitatem vtriusque partis cesserint, quamuis ante hanc extrauagantem sufficiebat consensus Episcopi in Ecclesijs sibi subiectis c.1. & c. vt super. §. fin. de rebus Eccles. alien. iste est vnus de casibus à Iure permissus, nempe permutatio requirens solemnitates etiam si fiat permutatio cum Principe secundum Innoc. & Abb. in c.1. de rerum permutation.

RESOLVT. CLXXV.

1 *Emphyteusis Ecclesiastica non transit ad hæredes extraneos regulariter.*
2 *Emphyteusis an possit legari Ecclesiæ.*
3 *Res emphyteutica non potest transire ad manus mortuas.*
4 *Sed an manus mortua possit saltem consequi æstimationem.*
5 *Rotæ Romanæ decisio ad quæstionem.*

Emphiteusis Ecclesiastica, quæ non transit in extraneos hæredes an possit legari præsertim Ecclesiæ.

1 IN hac quæstione Respondi cum Thesauro quæst. 83. vbi emphyteusis Ecclesiastica regulariter non transit in extraneos hæredes, etiam quod esset in perpetuum concessa Alex. in leg. etiam ff. solut. matrim. vt de magis communi testatur Roland. cons. 96. num.18. lib.1. & dixi ego alibi latè Rimi. Iun. cons.460. lib.4. & 461. vbi vide; sed quæritum fuit an legatum factum de illa Emphyteusi in Ecclesiam valeat, & quidam Aduocati in causa mihi commissa
2 defendebant de Iure valere legatum, quia licet illa
3 res puta domus, vel fundus legatus non possit transire in manus mortuas, inter quas numeratur Ecclesia, vt per DD. post. Butrium in cap. potuit de locat. & hoc propter præiudicium quod fieret deuolutioni, vt in feudo dicit Papon. lib.1. arrest. titul.14. arrest. 1. Benedict. in cap. Raynutius. Afflict. decis.324. nu.
4 1. & 2. tamen videtur quod possit Ecclesia petere æstimationem; Ecclesia illam rem Emphyteuticam vendere personæ habili, quæ sit parata recipere inuestituram, & soluere laudemium Domino directo, & hoc iusta Doctri. Specul. in tit. de loca. §. nunc aliqua q.116. & seq. quam videtur sequi Clar. in §. Emphyteu. q.33. in fine dicens Spec. ita de consuetudine seruari, & istam esse communem opinionem multos ad hoc adducens Surd. cons.521. nu.1. & quod videntur habere locum saltem fauore piæ causæ Doct. in l. sunt personæ vbi latè Asin. de Relig. & sumpt. fun. est enim remedium paratum Domino directo si non vult rem peruenire ad manus mortuas vt vel vtatur prælatione, vel cogat ad venditionem vt per Menoch. cons. 26. in fine.

Ego verò contra illos Aduocatos dicebam in causa predicta quod non est verum quod dicit Speculator de illa æstimatione, quia hoc esset subuertere regulam, & omnes caducitates, & esset priuatio iurium Prelati vel Ecclesiæ, nam ille, qui esset vlterior de linea videns non posse alijs talem rem Emphyteoticam relinquere semper faceret legatum Ecclesiæ, quæ semper diceret ego sum parata alijs vendere, & propterea dictum Speculatoris hac in re impugnat Socin. Iun. cons.74. n.20. lib.1. & post eum Riminal. Iun. cons.453. n.25. lib.4. & per totum, volens hoc non procedere quando ius, quod habebat relinquens erat eius morte finiturum, ex traditis per Bar. & alios in l. quod in rerum §.1. D. de leg.1. Rim. sen. cons.422.
5 col.1. & ita vidi etiam Iudicatum in Rota Rom. contra Reu. Fratres S. Francisci Ciuitatis Taurini, & aduerte quod dictum Specul. de æstimatione posset procedere quoad æstimationem, quæ præstatur ab hærede legata re aliena per testatorem, non autem odio Domini directi, vt ille grauetur in re propria vide Bellug. in Specul. Princip. Rubr.14. & ibi Borell. in litera C.

RESOLVT. CLXXVI.

1 *Aliqui dicunt quod quantum ad pœnas extrinsecas sit probandum quod constitutio Ambitiosæ sit vsu recepta.*
2 *Extrauagans ambitiosæ præsumitur vsu recepta.*
3 *Extrauagans prædicta est in corpore iuris.*
4 *Contractus vtilis Ecclesiæ sustinetur, sed contrahens sine solemnitate incurrit pœnas.*

Ignorantia extrauagantis ambitiosæ an excuset contrauenientes.

ET postquam incidit sermo de extrauag. constit. quando liget, non extra rem erit subnectere hic quædam notabilia de extrauag. supra cit. quæ nuncupatur Paulina de rebus Ecclesiæ non alien. plu-
1 res enim tenuerunt non obstare quoad pœnas extrinsecas, nisi probetur vsu esse receptam, quia paucis in locis neque in totum fuit recepta, sic referente Nauar. manual. cap.27. sub num.150. Mohed. decis. 1. alias 6. de constit. & decis.8. alias 249. de locat. vers. & Paulina prædicta de rebus eccles. non alien. q.36. num.21. & seq. & facit Rota diuers. par.3. li.3. decis.896. vbi propter concessionem in emphyteusim factam consulto Papa decisum fuit beneficiarium incidisse in priuationem beneficij, quatenus tamen constet d. extrau. vsu fuisse receptam.

Verum tamen quod d. extrauag. imo præsumatur
2 vsu recepta ita vt contrarium alleganti onus incumbat probandi tenuit Red. eo tract. q.58. sub num.25. & sic recessit ab eius primo dicta opinione, & Rota Rom. similiter cessit ab eadem prima opinione reprobando illam relatam à Mohedan. vt signanter, & ad literam fuit dictum in vna Brix. locationis coram Pegna 5. Decembris 1594. in fin. Quinimo in eadem successiue coram Orano cum altera vellet probare in materia locationis eas passim fieri in hac Ciuitate, & Diec. ad duo distincta triennia diuersis personis vnico contextu ad effectum sustinendi illam pro primo Rota tenuit admitti ad probandam tanquam abusum
3 ex hac ratione, quia d. extrauagans reperitur in corpore iuris inserta nempe inter com. & quod ideo facit ius commune nouum, & recedit à iure communi Antiquo, prout & ita affirmat Cæs. de Grass. decis.4. in fin. de rebus Eccles. non alienandis, & Rot. diuers. p.3. lib.3. decis.262. sub numer.6. atque Mandos. ad reg. de non tollen. iur. quæsi. q.10. num.5. vers. ad primum facit etiam latè Benint. dec.13. num.9. & 10. vbi addit hanc aliam rationem, quia sit præcepti, cum prohibendo disponat, & quod ideo censetur necessaria, & importat pœnam, ex quo sequitur quod etiam in dubio præsumatur vsque ab initio vsu fuisse receptam, quia ob non obseruantiam mandatorum eiusmodi quisq; peccat subiungens etiam quod in dies Rom. Cur. pro illius obseruantia pronunciat quib. addo Nau. in terminis quoad pœnam priuationis propter alienationem factam inconsulto Papa, vt in eius cons.5. nu.2. de rebus Eccles. non alienand. Et ex his tollitur, in contrarium adduci non posse Put. decis.281. lib.1. vbi loquitur de extrauag. Iulij de Annatis, quod illius ignorantia excusauerit Patriarcham Constantinopol. quoad pœnas censurarum, & priuationis beneficiorum, quia non constabat de illius

publi-

publicatione: & sic quia extrauagantis non notæ probabilis est ignorantia, etenim ex præmissis liquet ex illa Iulij non inferri posse ad istam Pauli, quia ista reperitur in corpore Iuris. Inter commun. cuius ignorantia non datur, & ex hoc quoque infertur allegata in addit. 18. non habere locum, nisi quoad illas extrauagantes, quæ non sunt in corpore Iuris.

Et quia pro excusatione alienantis inconsulto Papa videretur adduci posse argumentum in contrarium cur ergo sustineatur Contractus alienationis
4 quamuis careat debitis solemnitatibus dummodo sit vtilis Ecclesiæ, & ipsa Ecclesia parata sit eas adhiberi facere; ad hoc respondetur non tamen tolli, quin alienantes incidant in pœnas dict. extrauag. Ambitiose, & ita fuisse resolutum in vna Romana domus coram Mantica 4. Decembris 1592. vers. & quamuis Eccles. & de hoc latius in consultatione mea in hac materia alienationis edita vbi etiam habetur ista decis. Rotæ.

RESOLVT. CLXXVII.

1 *Emphyteusis ecclesiæ non transit ad hæredes extraneos.*
2 *Emphyteusis concessa pro hæredibus, & successoribus, quibuscunque transit ad extraneos.*
3 *Ex pacto emphyteusis ecclesiastica transit ad extraneos.*
4 *Emphyteusis laicalis potest ad quoscunque peruenire.*
5 *Admittuntur extranei quando ecclesia concessit rem ruinosam, & sterilem.*
6 *Si emphyteusis capta sit pro se, & nominando, si nullus nominetur admittitur quilibet extraneus.*

Emphyteusis ecclesiæ an transeat ad hæredes extraneos.

EMphyteusis ecclesiæ ritè, ac rectè concessæ ad extraneos etiam hæredes transit, vt dicit Aflict. in decis. Neapol. 2. Iulius Clar. in §. emphyteusis q. 28. vers. sed aduertendum. Alex. cons. 189. numer. 12. vol. 2. Ruin. in cons. 117. vol. 1. Rolan. à Valle in cons. 96. num. 29. 30. 45. & sequen. vol. 1. Vinc. de Franch. in decis. 235. num. 2.

Contrariam opinionem quod emphyteusis ecclesiæ non transeat ad extraneos hæredes, sed tantummodo ad descendentes, voluit sibi contrarius Alexād. in cons. 24. col. 2. vol. 1. Dec. in cons. 171. in princip. Anton. de Butr. in cons. 23. num. 1. Cephal. in cons. 400. num. 5. vol. 3. Menoch. in cons. 129. n. 26. vol. 2. Francis. Marcus in decis. Delph. 103. numer. 1. col. 2. Surd. decis. Mantua. 11. n. 8. Magon. in decis. Lucens. 12. nu. 7. & in decis. Florent. 117. num. 12.

Hæc vltima opinio videtur apud nostros communior, & frequentior. Primo limitatur per Doctores vt non procedat vbicunque inuestitura emphyteusis,
2 Ecclesiasticæ esset data puta Titio, & quibuscunque hæredibus, & successoribus, quia eo casu etiam hæredes extranei in illa succederent, vt in specie voluit Gozadin. in consil. 14. sub num. 22. Socin. in consil. 266. col. 14. Aflict. in decis. Neapolit. 386. num. 5. de Franch. in decis. Neapol. 235. num. 2.

Secundo limita, & declara, quod quando cum debitis solemnitatibus fuit facta concessio emphyteusis, quæ solent in alienatione rerum Ecclesiasticarum interuenire, & dictum fuisset hæredibus, & successoribus etiam extraneis, etiam illi admittentur, quia & si de emphyteusis Ecclesiasticæ natura sit, vt ad hæredes
3 extraneos non sit transitoria, ex pacto tamen ad extraneos peruenire posset Bald. in l. 1. sub num. 4. Cephal. in consil. 400. num. 7. vol. 3. Gabriell. in consil. 126. num. 5. 6. vol. 2. vbi dicit, vel solemnitatibus interuenientibus, vel Papæ licentia interueniente, emphyteusim pacto ad extraneos transire posset Felyn. in cap. in præsentia sub num. 44. de locat.

Tertio declara non procedere in emphyteusi laica
4 & sæculari, natura cuius est vt ad quoscunque hæredes etiam extraneos transeat. Chiphleticus in tract. de portionibus cap. 14. col. 13.

5 Quarto declara, quod quando res Ecclesiæ data est in emphyteusim, & est ruinosa, & est data in perpetuum admittuntur hæredes extranei ex Bartolo in l. quicunque C. de omni agro desert. lib. 11. Soccin. in Doctissimo, & elegantissimo cons. 266. col. 14.

6 Quinto declara, quod si emphyteusis capta sit pro se, & aliquo nominando, si neminem nominauerit omnis hæres ab intestato admittetur, vt declarat Alexand. in consil. 232. n. 3. vol. 6. Dec. in cons. 543. n. 3.

Subdeclara quod quando tractaretur de nominatione facienda nō posset nominari Ecclesia, quia esset præiudicium Domini, ad quem nunquam veniret, neque esset spes consolidationis, quia veniret ad manus mortuas, & tacitè emergeret Domini damnum, & præiudicium. Imol. c. in præsentia nu. 24. de locat.

RESOLVT. CLXXVIII.

1 *Ob ingressum emphyteutæ in religionem, non transit emphyteusis Ecclesiastica in monasterium, si Ecclesia directa Domina vult illam ad se reuocare.*
2 *Concessa emphyteusis Ecclesiastica alicui constituto in sacris pro se, & filijs, si ingrederetur monasterium, tunc succedit monasterium.*
3 *Emphyteusis si concessa sit dummodo in Ecclesiam alienari non possit, tunc si emphyteuta ingreditur monasterium, non transit in ipsum monasterium.*
4 *Emphyteusis priuati transit in monasterium, si emphyteuta ingreditur dictum monasterium.*
5 *Concessio emphyteusis facta pro se, filijs, & nepotibus, non transit ad Ecclesiam.*
6 *Quando prohibitio facta est in personam, non prohibetur alienatio legis.*
7 *Quando prohibitio alienandi in Ecclesiam est facta personæ, tunc non intelligitur comprehensa successio ab intestato ex dispositione legis.*

Emphyteusis Ecclesiastica an in monasterium transeat si in illud emphyteuta ingrediatur.

ALiquando emphyteuta ingreditur religionem, ideo solet quæri an emphyteusis transeat in monasterium in hoc quæsito duo per Doctores considerantur casus.

Primus est si emphyteusis sit Ecclesiastica, vt quia sit emphyteusis concessa ab alia Ecclesia, & in hoc
1 casu concludunt doctores, quod ob ingressum emphyteutæ in religionem non transeat emphyteusis in monasterium si illa Ecclesia, quæ est Domina directi dominij vult illam ad se reuocare, alias si hoc non vult facere transit in Ecclesiam. Bal. n. 13. Paul. de Castr. nu. 25. & Dec. num. 26. in Auth. ingressis C. de sacrosanctis Ecclesiæ. Bald. in Auth. nisi rogati num. 12. c. ad Trebell. Abb. n. 70. & Dec. sub n. 67. in cap. in præsentia extr. de probat. Iaf. dicens communem opinionem in l. 2. n. 200. C. de iure emphyteot. Specul. in titulo de emphyt. §. nunc aliqua versic. 120. & ibi Ioannes Andr. Iulius Clarus in lib. 4. sent. in §. emphyteusis quæst. 33. vbi indistinctè tenet non transire in monasterium, & Petr. de Ancharan. in consil. 166. Mouentur dicti Doctores per tex. in §. 1. in Auth. de alienatione, & emphyteusi.

Circa hanc conclusionem notandum est, quod quando Doctores dicunt, quod sit in electione Ecclesiæ proprietariæ an velit dimittere, vel recipere intelligitur soluta æstimatione, alias electio esset deriso-

ria, & hinc est, quod Speculator in dicto §. nunc aliqua, dicit, quod ista Ecclesia, in quam facta est translatio debet habere æstimationem, vel ipsam rem ad ipsam deuolutam vendere infra annum priuato, vt sic in nullo alio Ecclesia proprietaria faciat deteriorem conditionem suam, cum qua opinione, & consideratione pertransit Anchar. in dicto cons. 165. & in consil. 166. & Iulius Clarus in dicta quæstion. 33. in fine.

Declara hanc conclusionem non procedere quando aliter fuerit prouisum in contractu emphyteotico Bald. in dict. auth. ingressi, & mouetur per l. si ita quis §. ea lege ff. de verbor. obligat.

2 Declara secundo non procedere quando emphyteusis concessa fuit alicui in sacris constituto pro se filijs, & nepotibus, nam tunc si iste ingrediatur religionem acquiritur emphyteusis monasterio, & irreuocabiliter, & ratio est, quia cum non poterat filios ex matrimonio suscipere intelligitur recipiendo pro filijs recepisse pro Ecclesia, & monasterio, vt probatur ex notatis per Bald. & Angel. in l. hæredibus §. fin. ff. ad Trebel. sic notabiliter declarat Ruin. in consil. 151. num. 26. vol. 1.

Declara tertio non procedere quando expressè factum est, quod in Ecclesiam alienari non possit, nam
3 tunc vigore istius pacti si emphyteuta ingreditur monasterium, illi non acquiritur vllo modo, & sic monasterium nullam habere poterit vtilitatem Bart. in dict. auth. ingressi n. 20. & idem tenet Imola ibi, & Bald. Aret. & Innoc. in dict. cap. in præsentia; & sic cessat in hoc casu illa conclusio, quod erit in electione Ecclesiæ propriæ recipere, vel dimittere soluta extimatione, vel quod Ecclesia, in quam transfertur teneatur infra annum priuato vendere, ex quo virtute pacti nullo modo transfertur in Ecclesiam: hęc declaratio reprobatur per Doctores, verum de veritate infra in secundo casu videbimus.

4 Secundus casus est si emphyteusis sit priuati, & in hoc casu concludunt Doctores, quod emphyteusis transit in monasterium, & ita tenet Bald. Paul. de Cast. & Dec. in d. auth. ingressi, & ibi Ias. ac etiam in l. 2. n. 200. C. de iur. emphyt. vbi dicit hanc esse communem opinionem Bald. in d. auth. nisi rogati Abb. & Dec. in d. cap. in præsentia, & Anchar. in d. cons. 165. & in cons. 166. & ratio est, quia cum vniuersa bona transeant in monasterium cum dicta vniuersitate transit vtile dominium, quod emphyteuta habet in re emphyteotica in monasterium arg. l. quædam ff. de acq. rerum dom. & l. 1. ff. de fundo dotali, & quod notatur in l. peto §. prædium ff. de leg. 2. facit etiam, quia sicut hæres succedit inutili dominio, vt notatur in §. adeo instit. locat. ita & monasterium debet succedere cum pro filio habeatur, vt in auth. de sanctiss. Episcop. §. sed hoc præsenti.

Et cum hac opinione est pertranseundum non obstante, quod contrarium teneat Iulius Clarus in d. q. 33. nec obstat eius ratio dum dicit, quod efficeretur valde deterior conditio Domini directi, cum non subesset spes vlla caducitatis neque, quod propter finem lineæ res amplius ad ipsum reuerteretur, nam ipse duo præsupponit in hac sua ratione, vnum quod non subsit spes caducitatis vt puta propter canonem non solutum, secundum quod neque propter finem lineæ amplius ad Dominũ directum reuertatur: circa primum non benè dicit, quia cum emphyteusis sic priuati transit in Ecclesiam cum illo iure, & sic poterit reuerti ad Dominum propter canonem non solutum per Ecclesiam, vt probatur in l. fin. C. de exactor. tribut. lib. 10. tradit Bart. in repet. d. authen. ingressi sub num. 36. & non mirum, quia emphyteusis postquam trahit originem à priuato est censenda, vt emphyteusis priuati, licet in Ecclesiam tranfierit, quia origo, & natura contractus initi cum priuato non mutatur persona priuilegiati l. fiscus ff. de iure Fisci l. Æmilius ff. de minor. & l. cum quidam §. fiscus ff. de vsur. & in proprijs terminis tradit Anchar. in dd. cons. 165. & 166. circa secundum neque etiam benedicit, ex quo emphyteusis in monasterium non durat nisi tempore vitæ Monachi, qui Religionem ingressus fuit, vt specificè in dict. Authen. ingressi dicit Paulus de Castro sub num. 25. & ibi etiam Dec. num. 26. idem dicit Bald. in dict. Auth. nisi rogati num. 12. Innocent. in dict. cap. in præsentia, & ibi Dec. sub n. 77. & ratio est, quia debet transire in monasterium illud ius, quod habebat ingressus quousque viueret arg. l. peto §. prædium ff. de leg. 2. l. Statius §. Cornelio ff. de iure fisci.

Hæc principalis conclusio declaratur pluribus modis.

5 Primo declaratur non procedere quando concessio facta fuit pro se, filijs, & nepotibus, nam tunc cum monasterium non sit verus filius, vel verus nepos, & verba in contractibus strictè capiantur l. quicquid astringendæ ff. de verbor. obligat. emphyteusis non transit in monasterium: ita tenent Bald. in dict. Auth. nisi rogati, & in dict. auth. ingressi. Anton. de Butr. Imol. & Aret. in d. capit. in præsentia, subdeclara non procedere quando concessio fit Clerico eo modo nam tunc transit in monasterium Ruin. in consilio 151. num. 26. & 27. vol. 1. item subdeclara non procedere si intra biennium Ecclesia non reuocat, sed dicas hoc procedere in emphyteusi Ecclesiastica, in hoc casu loquitur. Ruin. in dict. consilio 151. num. 27. sed in emphyteusi priuati non procedit, cum tunc transeat in monasterium, ex quo in hoc casu monasterium pro filio habetur §. sed hoc præsenti in auth. de sanctiss. Episc.

Secundo declaratur non procedere quãdo expresse fuit actum, quod non alienaret in Ecclesiam nec in potentiorem, nec in manum mortuam, nam tunc propter ingressum in religionem emphyteusis non transit in monasterium, sic in dict. auth. ingressi tenent Bart. Paul. de Castr. & Imol. Bal. Aret. & Innoc. in dict. cap. in præsentia.

Pro habenda veritate huius declarationis duo sunt considerandi casus.

Primus est quando facta est prohibitio respectu certi monasterij, & in hoc casu concluditur, quod monasterio non acquiritur, & ratio est, quia non impeditur ingressus religionis, nec trahitur emphyteuta à religione cum possit illud monasterium non intrare, faciunt notata per Bal. & Imol. in l. hoc modo per illum text. ff. de condit. & demonst. vbi concludunt, quod si grauetur quis si ingressus fuerit tale monasterium, quod conditio illa non eijcitur, faciunt etiam notata per Bartolum in l. si ita quis §. ea lege ff. de verbor. obligat. dum loquitur de prohibitione facta incertas personas singulares, & vult quod omnis alienatio quoad eos dicatur esse prohibita per l. codicill. §. matre ff. de leg. 2. & in specie per supradicta tenet Ruin. in dict. consilio 151. vol. 1. num. 24. & Ias. in d. §. ea lege sub num. 15. in vers. primus est.

Secundus casus est quando emphyteuta simpliciter prohibitus est alienare in Ecclesiam, & in hoc
6 casu aut prohibitio est in personam, aut in rem, si in personam tunc sub tali prohibitione cõcepta in personam, continetur solum alienatio hominis, & non alienatio legis, quæ fit monasterio per ingressum religionis, ita tenet Petrus de Anchar. in consil. 420. & Ruin. dict. consil. 151. si prohibitio est in rem, & tunc licet supradicti Doctores contrarium teneant tamen idem est dicendum, videlicet, quod non obstante dicta prohibitione transeat in monasterium, & hæc est verior, & communior opinio, vt dicit Ias. in dict. §.

ea lege

ea lege ſub numero 16. verſ. ſed de feudo quam ſequitur Anchar. in dict. conſil. 420. & Ruin. in conſilio 151. & ratio eſt, quia ſub iſta alienatione non comprehenditur alienatio legalis l. conficiuntur in princ. & l. ſi quis cum teſtamentum nullum ff. de iure codicill. Doctores communiter in dict. §. ea lege, ſed quando monachus ingreditur religionem tunc dicitur eſſe quædam ſucceſſio inteſtati ex legis diſpoſitione volentis bona ingreſſi tanquam mortui ciuiliter tranſire in monaſterium, & ex tacita voluntate ingredientis, ſicut etiam ex tacita voluntate defuncti ſucceditur ab inteſtato dict. l. conficiuntur, non obſtante expreſſa alienationis prohibitione.

PRAXIS EXCOMMVNICATIONIS Iniuſtæ, & nullæ.

RESOLVT. CLXXIX.

1 *In pluribus caſibus excommunicatio eſt nulla ipſo iure.*
2 *Excommunicatio eſt nulla, quando quis excommunicatur, quia malum non facit, ſed bonum.*
3 *Excommunicatio eſt nulla quando continet expreſſum errorem.*
4 *Item eſt nulla quando eſt expreſſa falſa cauſa.*
5 *Item eſt nulla quando continet errorem facti.*
6 *Excommunicatio, in qua non eſt expreſſus error, ſed aliunde conſtat an ſit nulla.*

Excommunicationis ſententia quando dicatur nulla.

ET quia multoties dubitari ſolet an excommunicatio lata contra aliquem ſit nulla ad effectum cognoſcendi ſi afficiat excommunicatum, & ab eo timenda ſit iuxta text. in cap. non debet 11. quæſt. 3. ideo opere pretium duxi hic aliqua de ea pertractare: dico igitur, quod excommunicationis ſententia eſt
1 nulla ipſo iure in pluribus caſibus, quos ponit gloſa in cap. præſenti de ſentent. excommunicat. & in cap. reprehenſibilis de appellat. & in cap. ſolet in verbo in officijs de ſententia excommunicat. Franch. in cap. 1. de appellationibus: idem Franch. in cap. 1. §. final. de foro competent. num. 16. Nauarr. in cap. cum contingat de reſcriptis, vbi refert ſexdecim cauſas, quibus ſententia excommunicationis efficitur nulla Sylueſtr. in Summ. in verb. excommunicat. 2. vbi refert quindecim nullitatis cauſas Couarr. in repet. cap. Alma mater par. 1. §. 7. num. 5. in princip. & num. 7. ſub verſ. cæterum vbi ſententia Menoch. dicto caſu 542. n. 17. ex quibus mox in ſequentibus verſiculis nonnullos referam caſus, quibus ſententia excommunicationis dicitur nulla.

Excommunicationis itaque ſententia dicetur nul-
2 la quando continet peccatum, & eſt quando aliquis excommunicatur, quia malum non facit, ſed bonum vt puta, quia aliquem non occidit, vel quia eleemoſynam facit, aut quid ſimile, hoc inquam caſu excommunicationis ſententia eſt nulla ſecundum Marian. Soc. in c. perpendimus n. 189. & 192. de ſententia excommunicat. Imol. in cap. ab excommunicato num. 5. de reſcript. Sylueſtr. in ſumm. in verb. excommunicatio 2. verſ. octauus eſt, probat text. in cap. per tuas de ſententia excommunic. vbi appellatur talis error intolerabilis, & ibi gloſa alia refert exempla, probatur etiam hoc in cap. venerabilibus §. porro de ſent. excommunicationis in 6.

Excommuuicationis ſententia pariter dicitur nul-
3 la quando continet in ea expreſſum errorem Soccin. in d. c. perpendimus n. 194. verſ. aut cum notoria de ſent. excommunic.

4 Idem quando in eadem ſententia eſt expreſſa falſa cauſa, idem Soc. in d. cap. perpendimus num. 193. poſt Zabarell. & Imol. quos allegat.

Idem, & multo magis quando eadem excommunicationis ſententia continet expreſſum errorem facti, vt puta ſi excommunicatur infans, vel Caſtratus quod virginem ſtuprauerit ſecundum eundem Socc. in dicto cap. perpendimus num. 194. de ſententia excommunicat. refert eum, & ſequitur in prædictis tribus caſibus Menoch. de arbitrar. qq. lib. 2. caſu 542. num. 78. & 9.

Excommunicationis ſententia in qua non eſt expreſſus error; ſed aliunde de eo conſtat, vt puta ſi in ea excommnnicatur Titius, quia ſpoliauit Sempronium, & notoriè conſtat, quod non Titius, ſed alius Sempronium ſpoliauit nunquid ſit nulla, vel iniuſta dic quod in foro conſcientiæ erit nulla ſecundum Dominic. Sotum in 4. ſententia. diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 3. col. 2. verſ. 3. ex parte. Sylueſter in ſumma, in verbo excommunicat. 2. num. 12. verſ. ſi verò cauſa ſit poſt Butr. & Abb. quos allegat, in foro autem exteriori non nulla, ſed iniuſta reputanda eſt, & ob id interim quod declaratur iniuſta, timenda, & ſeruanda eſt ſecundum Soccin. in d. cap. perpendimus, num. 182. & num. 194. in fine, refert eum Menoch. dicto caſu 542. num. 10.

RESOLVT. CLXXX.

1 *Sententia nulla non afficit excommunicatum, ſecus in ſententia excommunicationis iniuſta, vide n. 4.*
2 *Tam in foro exteriori, quam animæ non ligat excommunicatio nulla.*
3 *Sententia nulla, non eſt ſententia, neque ſententiæ effectum habet.*
5 *Excommunicatus iniuſtè ſi diuinis ſe immiſcuerit efficitur irregularis, ſecus in ſententia nulla, n. 6.*
7 *Excommunicatus iniuſtè non poteſt petere abſolutionem ſimpliciter, ſed ad cautelam, num. 8.*
9 *An abſolutio ad cautelam poſſit concedi in ſententia excommunicationis lata à Canone, & à iure.*

Excommunicatio nulla, & iniuſta qualiter inter ſe diſcrepant.

1 DIſcrepant primo, quia excommunicationis ſententia ſi nulla fuerit, excommunicatum non afficit, nec ab eo timenda eſt text. in cap. non debet 11. quæſt. 3. gloſ. in Clem. 1. in verb. ſubiacere de ſentent. excommunicat. item gloſ. Archid. Zabarell. & Præpoſ. in cap. 1. diſtinct. 11. quæſt. 3. Marian. Soccin. in cap. per tuas num. 28. de ſentent. excommunicat. Couarr. in repet. cap. Alma mater, par. 1. §. 7. num. 5. vbi ita omnium Doctor. conſenſu receptum teſtatur,
2 tam in foro exteriori, quam in foro animæ interiori. Clar. in pract. §. finali, quæſt. 77. in fine, num. 54. verſ. ſolet dubitari, vbi etiam de communi ex Soccino, quem allegat inter conſilia Curtij Senioris, conſ. vigeſimo, num. 30. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. caſu 542. vbi alios plures allegat, Theologorum authori-
3 tates adducit, eamque reddit rationem, quia ſententia nulla non eſt ſententia, neque ſententiæ effectum habet, l. 4. §. condemnatum, vbi præſertim Ripa n. 24. ff. de re iudicata.

4 Sententia autem excommunicationis iniuſta afficit excommunicatum, donec abſoluatur, & timenda eſt, cum quoad pœnas à Canonibus inflictas aduerſus non ſeruantes excommunicationis cenſuram habeat eandem vim, ac ſi fuiſſet iuſta cap. ſententia paſtoris 11. quæſt. 3. cap. per tuas verſ. in alijs de ſenten. excommunicat. cap. venerabilibus §. porrò, §. ſed & ſi cauſa, cap. ſolet de ſent. excommunicat. in 6. Couar. in repet. cap. Alma mater, p. 1. §. 7. n. 5. in 1. 2. & 3.

concluſ. 1. & num. 1. in 4. concl. quem omnino videas, quia benè declarat quando, & in quibus caſibus excommunicatio iniuſta afficiat, & non afficiat timenda, & non timenda ſit.

5 Diſcrepant ſecundo, quia excommunicatus iniuſtè ſi clericus fuerit, & in diuinis ſe immiſcuerit irregularis efficitur ſecundum gloſ. in cap. poſtulaſti in verb. ſpoliandi, & ibi etiam Abb. de cleric. excommunic. miniſtrante D. Tho. Palud. Sylueſter. Dominic. Sot. & alij relati per Couarr. in repet. cap. Alma mater, p. 1. §. 7. num. 7. verſ. his equidem probatur, & verſ. ſequent. vbi declarat de ſentent. excommunicat. in ſexto.

6 Nulliter verò excommunicatus non efficitur irregularis immiſcendo ſe in diuinis, & celebrando c. ad præſentiam vbi Imol. Franch. Præpoſ. & Dec. extra de appellat. cap. ſolet de ſentent. excommunicat. in 6. cum alijs per Couar. dict. §. 7. num. 7. verſ. cæterum, vbi ſententia, vbi tamen Clericum hunc mortaliter peccare affirmat, ſi cum ſcandalo populi nulliratem excommunicationis ignorantis celebrauerit, & hoc ratione ſcandali, quod, & idem affirmauit Menoch. lib. 2. caſu 542. num. 33.

Diſcrepant tertiò, quia excommunicatus iniuſtè
7 non poteſt petere abſolutionem, nec abſoluitur niſi ſimpliciter conſtito ſcilicet de iniuſtitia ſententiæ, excommunicatus autem nulliter non tenetur petere ſimplicem abſolutionem, ſed poteſt ſi vult requirere
8 abſolutionem ad cautelam non ſolum, quia neceſſaria ſit, ſed vt tutè poſſit excommunicatus ipſe in diuinis ſe immiſcere cap. veniens il ſecondo de teſtibus, cap. Apoſtolicæ, vbi Abb. in fine de except. Ioan. Monach. in cap. 2. in princip. & ibidem Franch. n. 9. de ſententia excommunic. in 6. Soccin. Senior. in cap. ſacro, num. 29. verſ. ſed ſi de nullitate extra de ſentent. excommunicat. Nauar. in cap. cum contingat in 7. remedio, col. 1. de reſcript. cum alijs per Couar. quem benè declarantem omninò videas in repet. cap. Alma mater, p. 1. num. 7. in 4. concluſione de ſent. excommunicat. in 6. & per Menoch. qui etiam bene materiam declarat. de arbitrar. quæſtione, libro ſecundo caſu 542. num. 27. & ſequ. vbi præſertim num. 30. &
9 ſeqq. declarat, an hæc eadem abſolutio ad cautelam poſſit concedi à ſententia excommunicationis lata à Canone, & à iure.

RESOLVT. CLXXXI.

1 *Excommunicatio fieri non poteſt monitione non præcedente, quod amplia vt num. 4. & quomodo tam en præcedat, vide num. 7.*
2 *Solemnitas excommunicationis debet etiam ſeruari, quando excommunicatur perſona incerta.*
3 *Excommunicatio licet non poſſit ferri abſque monitione, ſi tamen lata fuerit valet, ſed eſt iniuſta.*
5 *Qui excommunicatur, debet prius perſonaliter citari.*
6 *Caſus excepti, in quibus ſuſtinetur excommunicatio abſque citatione.*

Excommunicatio lata ſine monitione an ſit nulla, an verò iniuſta.

1 EXcommunicatio fieri non poteſt monitione non præcedente, etiam quod crimen, quod prætenditur, ſit notorium. Adhuc enim requiritur citatio in formando proceſſum ſuper notorietate delicti, conſtitoque quod ſit notorium, ferri poteſt declaratoria incurſæ excommunicationis, abſque alia citatione in formando proceſſum talis declaratoria ſubſequi non poteſt ad gloſam in cap. cum ſit Romana, §. præterea de appellat. quam communiter ſequuntur ibid. Ioan. Andreas, Imola, Dec. & Soccin. ſenior. inter conſilia Curtij Senioris, conſil. 20. num. 11. & num. 16. & ſeqq. Felyn. in cap. Rodulphus num. 41. de reſcript. Peregrin. de iure fiſci lib. 1. tit. vltim. n. 61. quorum dicta bene reaſſumit Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 542. num. 21. & ſeq. & ante eum declarat idem Couarr. in repet. cap. Alma mater par. 1. §. 9. num. 6.

2 Quæ ſolemnitas ſeruanda eſt etiam quando excommunicatur perſona incerta, licet inter doct. ſit controuerſia, verius tamen videtur etiam tunc ſeruandas eſſe ſicuti poſt Innocent. Hoſtienſ. & Ioann. Andr. voluit Soccin. in capite Sacro num. 217. de ſentent. excommun. nec diſſentit Menoch. de arbitr. q. lib. 2. dicto caſu 542. num. 18.

3 Et licet excommunicatio ferri non poſſit trina monitione non præcedente; ſi tamen fuerit lata non præcedente monitione, non tamen erit nulla, ſed iniuſta, & ſic valebit ipſo iure ad text. in cap. Romana, vbi gloſa communiter recepta in verbo iniuſtas de ſentent. excommun. & in c. 6. Sacro, vbi Abb. Felyn. & alij de ſenten. excom. & in cap. 1. in verbo cauſamque ad fin. de ſentent. excom. in 6. & eſt communis Doct. opinio ſicut teſtatur Couar. in repet. cap. Alma mater p. 1. §. 6. num. 7. & 8. vbi etiam ponit, an idem ſit in ſententia excommunicationis lata à iudice delegato, nec diſſentit Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 542. num. 18. & ſeqq. vbi poſt Aretin. in conſil. 163. & alios plures, quos allegat, ſecus eſſe dicit in declaratoria excommunicationis ipſo iure à Canone incurſa, tunc enim defectus citationis, & monitionis præcedentis dict. declaratoriam reddit nullam, vt ibi per eum.

4 Amplia ſuprapoſitam principalem concluſionem, vt licet alias huiuſmodi citatio ſufficiat fieri ad ſolitam domum citandi l. ſcire debemus §. qui autem ff. de excuſ. tutor. l. aut qui aliter §. ſi fortè, & ibi gloſ. ff. quod vi, aut clam notant doct. in cap. cauſam de dolo, & contumacia, & in Clem. cauſa de elect.

5 Vbi tamen quis excommunicatur debet prius perſonaliter citari ſecundum Fel. in c. cum ſit Romana num. 13. & ſeqq. de appellat. cum alijs per Tiraqu. de retract. lib. 1. §. 9. gloſ. 11. n. 4. & per Couarr. in rep. c. Alma mater p. 1. §. 9. n. 4.

6 Quo in loco quatuor excipit caſus in quibus ſuſtinetur excommunicatio, etiam non præcedente perſonali citatione.

Primus eſt quando excommunicatus dolo latitat.

Secundus, quando iam in cauſa fuit ſemel perſonaliter citatus.

Tertius quando citatio domi facta peruenit ad notitiam excommunicandi.

Quartus, & vltimus quando excommunicatus malè abſolutus tractatur de reducendo illum in primam excommunicationem. His inquam quatuor caſibus ſufficere citationem domi executam vt iuribus, & Doctorum authoritatibus plenè probat Couar. in loco prælegato.

Intellige tamen ſupra poſitam principalem concluſionem dupliciter. Et primo præcedere monitionem vt ſupra dixi intellige hoc procedere in excommunicatione ab homine ferenda, ſecus in excommunicatione lata à Canone, vel ſtatuto, hoc enim vltimo caſu quotidie admonet ſubditos, ne prohibitum crimen committant, idcirco alia ſpecialis monitio neceſſaria non eſt ſecundum Henric. Boich. & alios in cap. Sac. de ſentent. excommunicationis per Io. Lupum in repet. cap. per veſtras §. 18. num. 19. de donat. inter vir. & vxor. quos, & alios referendo ſequitur Couarr. in repet. d. c. Alma mater p. 1. §. 9. n. 3. verſ. Trina vero monitio, vbi etiam an ſaltim requiratur vna monitio
7 in declaratione excommunicationis à iure ipſo latæ, & alia ad materiam vide ibi per eum, quem etiam in

propo-

proposito refert Menoch. de arb. quæst. lib. 2. cas. 541. n. 6. & 7.

RESOLVT. CLXXXII.

1 *Antequam feratur excommunicatio debet præcedere trina monitio.*
2 *In fulminanda excommunicatione trina monitio, quæ requiritur potest esse vnica distincta in tres terminos.*
3 *Quot dies continere debeat vnica monitio distincta in tres terminos.*

Trina monitio quæ requiritur in excommunicatione an illam constituant iniustam vel nullam si vnicus tantum dies pro qualibet monitione fuerit assignatus.

IN occurrenti facto, dum de hoc dubitaretur, dicebam regulam de iure esse clarissimam, excom-
1 municationem antequam feratur non solum debere præcedere citationem, & monitionem, verum etiam trinam monitionem, vt probatur expresse per textum in cap. contingit il secundo de sententia excommicat. in cap. illicita 24. quæst. 3. in cap. constitutionem de sententia excommunicationis in 6. & est communis omnium sententia teste Couarr. in repet. cap. Alma mater par. 1. §. 9. n. 5. in princip.
2 Bene verum est quod potest fieri vnica tantum citatio, seu admonitio in tres distincta terminos, quorum tot pro prima monitione, tot alij pro secunda, & reliqui pro tertia admonitione assignantur, vt probat tex. in dict. cap. constitutionem, & ibi glos. communiter recepta teste Couarruuia in loco præcitato numero 5. vbi respondet alteri glosæ in Clement. prima de vita, & honestate clericorum affirmanti non sufficere vnicam monitionem in tria dierum interualla distinctam quoties à iure trina requiritur monitio, consentit Menoch. de arbitrar. qq. lib. 2. casu 541. n. 5.
3 Ista autem vnica monitio in tres distincta terminos quot dies in totum continere debeat tex. in dict. cap. constitutionem de sentent. excommunicat. in 6. non aperit, cum solum dicat aliquorum dierum competentia interualla, ideo aliqui dixerunt sufficere vnum diem pro qualibet monitione, & sic in totum tres dies, prout voluit Ioan. in dict. cap. sacro. Alij dixerunt saltem debere esse duos dies, Io. Andr. in dict. cap. constitutionem, & Abbas, & sic in totum sex, prout sic in practica seruari testatur Marian. Soccin. in capitulo perpendimus numero 10. de sentent. excommunicat. Alij dixerunt de quinque diebus pro qualibet monitione, & sic in totum quindecim, nisi facti necessitas aliud suadeat, vt voluit Couarr. in dict. §. 9. numero 5. Alij demum, & hæc videtur verior opinio iudicis arbitrio, id totum remiserunt, prout voluerunt in dicto capitulo constitutionem Ioan. Monach. numero quarto, & Fran. in §. primo, numero secundo. Soccin. cum relatis per eum in capitulo perpendimus numero 112. de sententia excommunicationis. Sylvest. in summa in verbo excommunicatio il primo. numero secundo, & consentit Menoch. de arbitrar. quæstion. lib. 2. cas. 545. vbi bene declarat, & exemplificat quomodo isto cas. iudex arbitrium suum regulare debeat.

RESOLVT. CLXXXIII.

1 *Refertur pœna Iudicis, qui iniustè aliquem excommunicauit.*
2 *Iudex non iure excommunicans aliquem tenetur ad damna, & interesse passa per excommunicatum, quæ Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.*
damna possunt probari iuramento excommunicati, vt patet n. 3.
4 *Probabilis error quod qui fuerit excommunicatus non iure excusat Iudicem à pœnis.*
5 *Iudex etiam excusatur quando ab excommunicatione excommunicatus non appellat.*
6 *Iudex excommunicans non præcedenti monitione illum, qui ipso facto est excomunicatus non tenetur, & excusatur à prædictis pœnis.*

Quæ sit pœna Iudicis excommunicantis, & quando procedat.

IVdex si aliquem non iure excommonicauit, qua
1 pœna puniatur vide tex. in cap. sacro de sententia excommunicat. vbi particulariter de iudice excõmunicante non præmissa monitione, quod etiamsi excõmunicatio iusta fuerit punitur priuatione ingressus Ecclesiæ per mensem, & amplius aliqua alia pœna iudici arbitraria, vide etiam text. in capitulo primo de sententia excommunicat. in 6. vbi pariter, quod iudex non seruato ordine à iure præscripto, de quo dixi sup. nu. 12. & seq. aliquem excommunicans pariter per mensem ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs suspen-
2 ditur, tenetur ad damna expensas, & interesse passa ab excommunicato, nec non etiam alia pœna iudicis arbitrio plectitur, prout bene has omnes pœnas post Marian. Soccin. & alios, quos allegat bene reassumit, & explicat Menoch. vbi supra de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 541. nu. 1. & 2. & nu. 19. & seq. & casu 543. in princip. & num. 1. & seq. vsque ad num. decimum tertium vbi num. 2. amplius subdit, quod prædicta
3 damna, & interesse probantur iuramento excommunicati, quando fuit sic nulliter excommunicatus dolo iudicis secundum Soccin. in d. cap. Sacro num. 281. de sententia excommunicationis post Hostiens. Ioan. Andr. Monachum in locis per eum relatis Frãc. in c. 1. §. Superior. num. 2. de sent. excommunicat. in 6. post Host. & alios, quos allegat.
4 Non tenetur autem iudex de supradictis, vbicunque in excommunicatione non seruauerit canonum solemnitates, quia excusatur quando probabili errore ad sic excommunicandum motus fuerit secundum Innoc. post glos. in dict. cap. Sacro §. caueat, & ibi etiam Socin. n. 354. & 359. de sententia excommunic. refert illum, & sequitur Menoch. vbi supra casu 543. num. 11. & 12. & sequente vsque ad num. 21. vbi ex Soc. in loco prælegato ponit quinque exempla, in quibus iudex potest se excusare ex prædicto probabiliori.
5 Sic etiam à pœnis prædictis excusatur quando excommunicatus ab excommunicatione non appellat, & sic ab eo excommunicationis reuocationem non petit, quod si excommunicationem reuocari petierit, & iudex illam reuocauerit, tunc videtur excusandus quando præsertim excommunicatus nullum passus fuit damnum, secundum Soc. in dicto cap. Sacro num. 359. in 2. & 3. excusatione, cuius bene dicta reassumit, & declarat Menoch. vbi supra dicto casu 543. n. 21. & seq.
6 Vt etiam dicimus, quod excusatur iudex à pœnis prædictis, quando sine monitione, vel debita forma excommnnicauit illum, qui ipso facto erat excommunicatus à iure, & si excommunicauerit eum, qui clericum percussit iuxta text. in cap. si quis suadente 17. quæst. 4. ita Soccin. in dicto cap. Sacro num. 363. de sententia excommunicationis, licet secundum me sit videndus Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. casu 543. num. 27. & 28. vbi non absque ratione reprehendit Soccin. in loco prælegato inquit enim ipse ad hoc vt quis possit excommunicari pro eo quod clericum percusserit duo requiruntur, primum, quod per-

cusserit, secundum, quod iniustè percusserit ex allegatis ibi per eum, & hoc non habet difficultatem, propterea si excommunicator iudex citari fecit percussorem in iustificatione facti hoc est percussionis rectè iudex absque alia citatione declarauit ipsum incidisse in excommunicationem Canonis cum sufficiat illum citasse in fabricatione processus super percussione, si verò percussorem non citauit in dicto processu, tunc non potest excusari à pœnis prædictis eo quod excommunicatio infligatur à Canone, cum vt dixi canon non infligat excommunicationem nisi constito de percussione, & bene dicit.

RESOLVT. CLXXXIV.

1 *Causa est Regina omnium rerum humanarum.*
2 *Excommunicatio non debet infligi absq; causa, quæ grauis esse debet.*
3 *Causa, pro qua quis excommunicatur exprimenda est in sententia excommunicationis.*
4 *Iudex omittens exprimere causam excommunicationis in sententia non incurrit pœnas, de quibus in cap. 1. de sententia excomm. in 6.*
5 *Excommunicationis sententia debet ferri in scriptis.*

Excommunicationis sententia an reddatur nulla ob defectum causæ.

1 CAusa cum sit Regina omnium rerum humana-
2 rum teste Bal. in l. manumissiones, propterea exigitur etiam in infligenda excommunicatione, vnde excommunicatio non solum sine causa infligi non debet, sed illa quidem debet esse grauis, nec aliquis excommunicationis pœna plecti debet nisi pro crimine mortali, & qui alioquin corrigi non valet cap. nemo, & cap. nullus 11. quæst. 3. Felyn. post alios in rubr. de sentent. excommunic. Io. Lupus in cap. per vestras §. 18. num. 13. de donat. inter vir. & vxor. & hæc est omnium concors sententia, prout testatur Couarr. in repetition. cap. Alma mater §. 9. par. 1. num. 1. vbi dixit hanc esse Theologorum opinionem, & amplius subdit excommunicationem pro leui causa inflictam esse nullam, & neminem afficere refert eum, sequiturque Menoch. de arbitrar. qu. lib. 2. casu 542. num. 14. ex Diuo Thoma, Dominico Soto, & Pasudan. Hadriano, & Sylvestrin. in locis per eos relatis.

3 Immo, & causam, pro qua quis excommunicatur exprimendam esse in sententia excommunicntionis docet Innocentius in cap. 1. de sententia excommunicationis in 6. & ibi Franch. in §. quisquis num. 3. vbi idem dixit in sententia denunciationis, & num. 7. vbi reddit rationem, quare in hac sententia excommunicationis sit exprimenda causa cum in alijs sententijs causæ expressio non requiratur, refert eum, & sequitur Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 541. num. 2. & num. 11. & sequ. tu verò dic causam excommunicationis in proposito fore intelligendam pro delicto, pro quo quis excommunicatur, illud enim in sententia excommunicationis fore exprimendum nemo dubitat, quod & idem in alijs sententijs criminalibus obseruandum esse omnes sciunt, ideo verius credo nullam esse in hoc differentiam inter sententiam excommunicationis, & alias sententias condemnatorias pro crimine.

Bene verum est, prout aduertit Menoch. post
4 Franch. in loco præallegato quod iudex in sententia excommunicationis omittens exprimere causam, pro qua quis excommunicatur non incurrit pœnas, de quibus in dicto cap. primo, de sententia excommunicat. in 6.

5 Vnde excommunicationis sententia adhuc ferri debet in scriptis, text. in dicto cap. 1. de sententia excommunic. in 6. Franch. in §. quisquis, num. 2. in fine dixit, quod hæc sententia debeat in scriptis promulgari, & iudex aliter faciendo puniatur, sententia tamen non redditur nulla, sed valet, & Soccin. in c. Sacro de sent. excommunic. n. 212. post Innoc. dixit quod hæc scriptura posset esse priuata, & num. 272. declarat scripturam non esse necessariam, quando periculum est in mora, vel alia extet causa excusans, & Franch. & Soccin. sic dicentes refert, & sequitur Menoch. de arbitr. qu. lib. 2. casu 541. n. 9. & sequ.

RESOLVT. CLXXXV.

1 *Per clausulam (si quis senserit se grauatum compareat) nemo excommunicatur quod amplia vt n. 3.*
2 *Comminatio per dictam clausulam resolutur in vim simplicis citationis.*

Clausula, si quis senserit se grauatum compareat, an excuset excommunicantem à pœna capituli sacro de sententia excommunicationis.

1 IN facti contingentia respondendo dicebam per hanc clausulam neminem esse excommunicatum particulariter, Summa Sylvestrina in verbo excom-
2 municatio in 1. num. 21. quia hæc comminatio resoluitur in vim simplicis citationis toto titulo, C. commination. vel epistol. & ibi Salycet. in l. 1. n. 6. Bald. in rubrica. C. eodem titulo ante num. 6. dicit iudici sic præcipienti nihil potest imputari, quia fecit præceptum iustificatum, & pro hoc multos allegat Celsus Hugo in tract. de clausulis, c. 1. n. 214. ergo nemini illata est iniuria, & ita cessat dispositio cap. sacro, §. cumque de sententia excommunicat. cap. illud 11. q. 3. & cap. non in perpetuum 24. qu. 3. vbi iniustè excommunicans tenetur actione iniuriarum; prædicta enim iura loquuntur in excommunicante, atque anathematizante particularem hominem, cui fit iniuria, l. 2. §. omnem, ff. de iniurijs propter excommunicationis pœnam, qua nulla est maior, l. hi, qui sanctam, C. de apostat. vnde Bal. vbi supra proximè dicit, aut aliquis comparuit, & resoluitur in simplicem citationem, aut nullus comparuit, & iudici sic præcipienti nihil est imputandum, quia grauatus, & qui prætendebat iniuriam poterat comparere, & appellare.

3 Quod ampliatur procedere etiam si excommunicatio esset inflicta pro defendenda iurisdictione propria, vt in casu decis. Martæ 78. de quodam Vicario, cuius iurisdictio erat offensa.

Non obstat text. in l. vnica c. ne quis in sua causa, quia etiam si dictus Vicarius probaretur possessor tempore dictæ comminationis, vtique potuisset pro tuenda sua possessione etiam excommunicare c. dilecto de sent. excomm. lib. 6. & dicit Innoc. in cap. venerabili, n. 3. de censibus, vers. nihilominus Episcopus pendente lite, si Episcopus pro tuenda possessione sua posset vti armis materialibus, quanto magis armis spiritualibus, & ideo poterit in causa propria excommunicare illos, qui de sua sunt iurisdictione, idest Diœcesi, vt firmauit Io. And. in d. c. dilecto in glos. sua verb. Ecclesiasticum in vers. nisi in homines suæ iurisdict. Abb. in cap. cum sit generale num. 9. vers. hoc multum facit de foro competenti, & ibi apostil. alios congerit, hic Dominus Vicarius fuisset possessor, & fortè metuisset dominium potentissimi aduersarij, atque de facto spoliari ab eo, potuit occurrere pro tuenda eius possessione, nam dicit Bal. in l. 1. n. 42. C. vnde vi melius est aduersus iniurias se preparare, quam in discrimine coarctari, & in l. si quis filio, §. hi, qui, ff. de iniusto test. vers. nota quod ratione, dicit quod metu periculi, vel scandali vitandi permittitur recedere ab or-

dine

dinè iuris, & in l.1. C. quando lic. sine iudic. vindic. & notat Io. Andr. in c. pastoralis super glos. in verb. præterquam de officio ordinar. Butr. in c. olim de restit. spoliator. Ancharan. in cons. 277. num. 17.

RESOLVT. CLXXXVI.

1 *Refertur casus quæstionis.*
2 *Excommunicatio ligat debitorem, si ante finitum tempus designatum à iudice à parte prorogatur, sed quomodo procedat, vide num. 3.*
4 *Excommunicatio lata ad partis petitionem, licet tolli possit antequam incurratur de partis consensu, non tamen potest suspendi, ita vt semel sublata iterum incurratur, quia hoc ad iurisdictionem pertinet.*
5 *Intentio iudicis habet relationem ad primum terminum.*

An liget excommunicatio si ante finitum terminum datum à iudice à parte prorogatur.

1 FActi species talis est iudex præfixit terminum debitori ad soluendum creditori, sub pœna excommunicationis, creditor prorogauit intra præfatum terminum diem solutionis, debitor in hoc casu num sit excommunicatus lapso illo die primi termini pendente prorogatione? in qua quæst. 1. in-
3 tuitu videbatur dicendum debitorem incidisse in excommunicationem ex doctrina Bart. in l. 1. §. & post operis n. 6. & Paul. de Castr. n. 4. ff. de nou. oper. nunc, & in c. præterea, il 2. n. 4. ibi Dec. n. 7. de appell. qui appellat hanc opinionem veriorem, & magis cõmunem, & idem affirmant Ceball. in q. 495. Didacus Perez lib. 8. ti. 5. l. 1. pag. 176. vers. præterea, Card. in Clem. 1. §. nos itaque n. 18. de iureiur. Rebuff. in concord. in rub. de prorog. dilat. pag. 783. in princ. Ludou. Lopez. 2. p. instr. conscien. tit. de excommunicat. c. 13. pag. 882. vers. tertiodecimo. Angel. in sum. in verb. excommunicatio, il 1. n. 20. Tabien. in verb. excomm. il 2. n. 12. Neuiz. in Sylua nupt. l. 3. n. 55. in fine. Felyn. in cap. de causis num. 2. de officio delegat. & ibi Dec. num. 44. Pedraza in explicat. præcept. decalogi §. 15. vers. pero veamos. Alphon. Vega in prima parte sum. cap. 85. cas. 111. in princip. Spin. in specul. testam. in glos. rubr. in 11. par. num. 43.

3 Contrariam tamen sententiam quod inquam præfatus debitor non incidat in excommunicationem si labatur dies, qui sibi fuit per partem prorogatus, nisi in ipsa prorogatione adsit iudicis consensus, sequuntur Nauar. in Man. lat. in cap. 27. nu. 15. Pedraza in summ. in 7. Præcep. decalogi, §. 15. versic. Mas si la dilation. Vega in prima parte capitulo 85. casu 111. Ludouic. Beia de cas. conscient. 47. in princip. Ang. in summ. verb. excommunicatio il primo, num. 20. vers. sed pone. Henriquez, lib. 13. capitulo 20. numero primo, versic. si iudex. Rodrig. in summ. 1. parte, capitulo 84. num. 4. ad fin. versic. Guttierez. de iurament. confirm. 1. parte, capitulo 49. numero 11. in fine, & in allegat. 9. numero 4. Graffius lib. 4. capitulo 2. numero 41. qui rationem assignant, nam
4 licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli possit antequam incurratur de consensu eiusdem, non tamen potest suspendi, atque differri, neque ita mutari, vt semel sublata iterum incurratur, quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere, l. priuatur, C. de iurisdiction. omn. iudic. quod ampliat Syluestr. verb. excommunicatio il secondo, numero 1. versic. decimustertius, etiamsi appositum fuerit pactum ad partes, vt debitor reincidat in excommunicationem, si non soluat ad diem prorogatum, adhuc enim non incurrit ipsam si prorogatio non fiat authoritate iudicis, vnde quando creditor prorogat terminum non videtur illum prorogasse cum pœna excommunicationis, quando quidem non est in sua facultate excommunicationem inducere, vt tradit Angel. addit. in dict. numero 20. in litera F. & ita respectu solutionis, & non excommunicationis censetur facta prorogatio Tabien. in verb. excom-
5 municatio il 2. numero 14. quia excommunicatio iudicis, & eius intentio tantum habet relationem ad primum terminum ab eo præfixum, & ideo eo transacto cessabit Arg. text. in l. Imperator ff. de postul. cum similibus supra allegatis, vnde in termino prorogato per partem sine iudice non potest dari reincidentia excommunicationis, cum iam non adsit iudicis sententia, nec eius intentio, nec vt dictum est excommunicatio ex solo partium consensu possit induci, quo pacto sunt intelligenda, quæ in contrarium fuerunt adducta, vt non censeatur facta prorogatio cum alijs qualitatibus, quàm sibi permissis.

PRAXIS FAMILIARITATIS.

RESOLVT. CLXXXVII.

1 *Ad hoc vt Clericus dicatur familiaris Pontificis, siue Cardinalis duo requiruntur, & vide num. 2. & quæ requirantur insuper videper discursum num. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Traduntur declarationes ad regulam cancellariæ. num. 8. ad constitutionem Regni de illicita portione armorum, num. 9. ad ritum 66. magnæ curiæ Vicariæ. num. 10.*
11 *Priuilegium concessum familiaribus Episcoporum intelligitur de inseruientibus ipsis.*
12 *Priuilegium concessum inquisitoribus vt eius familiares possint deferre arma quomodo sit intelligendum.*
13 *Declaratur regula cancellariæ, & num. 14.*

Familiares Pontificis, seu Cardinalium, qui dicatur.

REspondeo ex Menoch. de arbitr. iudicum libro 2. centur. 7. casu 551. quod adhoc vt clericus, vel
1 religiosus dici possit familiaris Pontificis, vel Cardinalis duo requiri sensit Gem. in cap. vlt. in vlt. not. de verb. signif. in 6. vt dixit illam dici veram clerici familiaritatem, quæ corpore, & dentibus fit hoc est
2 quod voluit dicere Gemin. quæ fit corpore seruiendo, & quæ fit dentibus recipiendo victum, & de duobus his requisitis idem scribunt Anchar. in cons. 398. n. 2. Gomes. in regula cancellariæ de impetrãdo beneficio vacanti per obitum familiaris Cardin. q. 13. col. 2. æstimo rectius dici posse Bonif. VIII. in d. c. vlt. de verb. sign. requirere quatuor, tria expresè, & quartum tacitè, Pontificis verba hæc sunt. Breui respondemus oraculo, quod illos in his, & similibus casibus tres volumus intelligi clericos, qui per te non quæsiti, propterea non recepti sine fraude, & fictione qualibet verè tui clerici familiares existant, & in tuis expensis continuè domestici commensales, etiam si quos ex illis aliquando pro tui gerendis negotijs abesse contingat, hæc Bonifacius, qui vt dixi tria expresè requirit, & quartum tacitè.

3 Primum est, quod clericus ipse sine fraude sit à Cardinali receptus, & ideo si Cardinalis ea sola de causa reciperet aliquem familiarem, vt ei conferret beneficia receptio dicitur facta in fraudem, vt scribit Petr. Andr. Gamba. in tractatu de authoritate legati de Lat. rubr. an legatus possit plura beneficia conferre num. 137.

Secundum est requisitum, quod sit commensalis,
4 hoc est recipiat victum in ædibus suis Cardinalis, quod sanè requisitum locum habet multo magis in odio-

odiosis, vt respondit Bellam. in consil. 20. nu. 1. quem sequutus est Gambar. in d. tract. de authorit. legat. de later. rubr. de potestate legati circa beneficia nu. 147. Porrò victus expensis Cardinalis intelligitur etiam si familiaris alio in loco habitans portionem ex domo ipsius Cardinalis recipiat, vt declarat Gomes. in dicta regul. cancellar. de impetrando beneficio vacanti per obitum familiaris Cardinalis quæst. 13. vers. alterius, accedit nunc Anton. Bardus in tract. de tempore vtili, & continuo c. 17. n. 2. vers. sicut dicimus etiam.

5 Præterea commensalis etiam dicitur is, cui datus est locus in domo, vt aiunt in tinello, vt possit ibi cum alijs familiaribus comedere, & si ea liberalitate vti nolit receptus iste sicuti declarat Gambar. in d. rubr. de potestate legati à latere circa beneficia num. 84.

6 Tertium est requisitum, quod ipsi Cardinali inseruiat, non n. sufficit, quod commensalis sit hoc est viuat in ædibus Cardinalis expensis eiusdem Cardinalis, sed etiam debet ei inseruire, vt dicatur propriè familiaris, ita tradit Gomes. in dict. q. 13. vers. est bene verum & non accidit, Io. de Selua in tract. de benefic. p. 3. quæst. 11. num. 22. quo circa sequitur Cardinalis familiarem dici non posse eum, qui solo priuilegio, & literis familiaritatis nullum præstando seruitium cohonestatus est, sicuti vna cum Gomes. in d. q. 13. in princ. & accedunt Abb. in cap. cum dilectus num. 8. de clericis non residentibus. Felyn. in cap. insinuante num. 5. de officio deleg. Afflict. in commentar. ad constitutio. Neapolitan. rubr. 19. de illicita portatione armorum incipit intentionis nostræ numero 35. Prosper Carauit. in comment. ad ritus magnæ curiæ Neapolit. ritu 46. num. 22. Bero. quæst. 35. Anton. Bard. in tract. de tempore vtili c. 14. num. 2. sic etiam dicimus, familiarem propriè non dici eum, qui familiaris tantummodo nominatur si non seruit, vt respondit Castrens. in consil. 341. præmissis allegationibus num. 3. lib. 1. hinc etiam sequitur, quod cessante seruitij præstatione cessat ipsius familiaritatis priuilegium sicuti contingit quando Dominus est vita functus, vel familiaris ipse è domo fuit licentiatus ita Franc. in dict. cap. vlt. in fine de verborum significa. Carauit. in dicto ritu 46. num. 35.

7 Quartum est requisitum, quod continua sit commensalitas, & seruitij præstatio sicuti sensit Bonifacius illo verbo continuè, & tradunt Hern. Afflict. & Niger, quos refert Prosper. Carauita in commentar. ad ritus magnæ curiæ Neapolitanæ ritu 46. num. 19. in fine, & num. 22. dum scribunt inter familiares regios connumerari non posse eum, qui ob propria negotia abest à curia Regia etiam cum eiusdem Regis licentia, & eo in loco num. 38. subiungit Carauita, sic intelligendum esse dictum cap. vlt. de verb. signif. & eiusdem sententiæ refert Lucam de Penna in rubr. C. de domesticis lib. 12. & his accedit Petrus Andr. Gambar. in tract. de potestate legati à later. rubr. de potestat. legat. circa beneficia num. 148. & 149. post Calderin. in consil. 8. tit. de officio legat. & Felyn. in cap. de regularibus de simon. non enim hic adest continua seruitij præstatio, & commensalitas.

8 Infertur primo ex prædictis declaratio ad regulam prædictam cancellariæ de impetran. benefic. vacant. per obitum familiaris Cardinalis, sicuti Gomes. ipse in dicta quæstione scripsit.

9 Infertur secundo etiam declaratio ad prædictam constit. Neapolitanam de illicita portatione armorum quemadmodum prædicto in loco declarauit Afflict.

10 Infertur tertio declaratio ritus 66. magnæ curiæ Regni Neapolitani, in cuius vltimis verbis ita sancitum est, exceptis duntaxat familiaribus nostris, & commensalibus domesticis, & actu seruientibus, qui in eisdem curijs non valeant citari, cogi, compelli, aut quomodolibet euocari, hæc sanè constitutio prohibens Regios familiares conueniri posse coram iudicibus ordinarijs, intelligitur quando familiares habêt qualitates supra enumeratas sicuti declarant Isern. & Afflict. in comment. ad constit. Neapolit. rubr. 15. de defensis impositis, & quis eas imponere possit incipit iurisgentium num. 19. & si Carauita in d. tit. 46. n. 26. minus rectè sit interpretatus ritum illum, vt non copulatiuè requirantur dictæ qualitates, cum enim ritus ille interpretationem à iure communi recipiat iuxta l. 2. C. de noxa. actio. vbi Sali. sequitur, dicendum illum copulatiuè intelligi debere, de quo est videndus nouissimè solertissimus D. Ioannes Maria Nouarius in sua eloquenti praxi variationis fori sect. 2. quæst. 36. vbi latè.

11 Infertur quarto, quod fori priuilegium concessum familiaribus Episcoporum, ac aliorum clericorum, de quo in cap. 2. 11. quæst. 1. cap. vlt. de officio Archid. & copiosè Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. num. 47. & 57. & 58. lib. 10. vbi plura, intelligi debet concessum familiaribus illis, qui inseruiunt ipsis clericis, à quibus impensam victus accipiunt, sicuti tradunt Luc. de Penna in rubr. C. de domesticis libro 12. & Carauita in dicto ritu 46. num. 36.

12 Infertur quinto priuilegium concessum Inquisitori hæreticæ prauitatis, vt eius familiares deferre possint arma pro sancti officij defensione, vt in Clement. 2. §. vlt. de hæret. & tradit post alios Simanc. in catholicis institutionibus tit. 41. n. 15. intelligi debet de familiaribus, qui mercede accepta victus loco, vel victum ipsum habentes, inseruiunt ipsi Inquisitori, non ignoro tamen aliquibus in prouincijs, & vrbibus nullum, vel salarium, vel victum præstari consueuisse his familiaribus, sed priuilegia quædam sicuti constitutione Regia sancitum est in Hispania, refert Siman. in dict. tit. 41. num. 16. qui num. 17. & 18. subiungit in multis illius Regni ciuitatibus constitutum esse certum familiarium numerum, quem excedere Inquisitor non potest, & numerum illum describi oportere certa in matricula, vt Præfecti vrbibus Decuriones cognoscant ipsos familiares, vt videant, ne numerum excedant, & si fortè seditiosi fuerint officio indigni id significêt Inquisit. generali, & Senatui, quod fieri quoque debet quoties quispiam in alicuius familiaris locum subrogatur, id quod si in hac Mediolanensi ditione obseruaretur multis careremus molestijs, quibus per sæpe afficimus insolentia quorundam, qui omnè adhibent operam, vt ex his inquisitorum familiaribus non alia de causa efficiantur, quam vt pro sua libidine diu, noctuque incedant armati, & multos vexent.

Infertur sexto ad id, quod tradit Ioan. Staphil. in tr. de gratijs, & expecta. in 3. par. regulæ num. 56. & 57.

13 quod regula cancellariæ, qua ordinatum est duodecim familiares Cardinalis præferri intelligit de familiaribus, qui verè sunt commensales, & seruiunt sicuti Staphil. ipse declarat.

14 Infertur septimo ad id quod scribit Æneas de Falconibus in tract. de reseruatione beneficiorum effectu 17. numero secundo, pagin. 175. tom. 15. parte 1. & ibid. effect. 30. num. 1. vbi de familiaribus familiarium, de quibus dixi alibi.

RESOLVT. CLXXXVIII.

1 *Familiares dicuntur deputati ad honestum seruitium Domini, qui dicuntur seruitores, seu paruuli.*

2 *Qui habent in domibus Cardinalium expensas, quauis alia causa quam vt seruitores non dicuntur familiares ad effectum, vt beneficia eorum sint reseruata.*

3 *Quæ excludunt familiaritatem vide num. 4. & 5.*

An

An fratres Nepotes, & Amici Cardinalium, qui sunt eorum commensales sint familiares ad effectum vt eorum beneficia sint reseruata iuxta regulam Cancellariæ 3.

REsponsio fuit negatiua, nam licet verbum familiares variè accipiatur, & domestici dicantur familiares Abb. in d. c. dilectus n. 2. de cleric. nō resident. Felyn. in c. in litteris vbi glos. de testibus, at in proposito familiares dicuntur deputati ad honestum seruitium Domini, qui dicuntur seruitores, seu famuli c. fin. de verborum signific. in 6. & ibi Ioan. Andr. Domin. num. 8. & Franchus 14. Probus ad Monachum in cap. vnico de Schismaticis in 6. num. 8. & 9. Simoneta q. 35. num. 2. Sarnen. in regul. de impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardin. q. 13. & Mandos. ibi q. 10. num. 3. Flamin. Paris. lib. 5. q. vlt. nu. 196. & Azor. lib. 5. cap. 23. q. 8. facit decis. Cassador. vnica de verborum significat.

Et sic, qui in domibus Cardinalium haberent expensas victus, seu partem non vt familiares, & seruitores, sed vt amici, aut consanguinei, vel ex elemosyna, vel alia causa non sunt familiares nec eorum beneficia sunt reseruata Bonifacius in Clem. fin. de celeb. Missar. n. 34. Simoneta nu. 6. & Sarnen. vbi supra, q. 35. n. 3. & 4. Mascard. concl. 755. num. 3.

Etiam in terminis D. Fernan. Messia de Mendoca Nepotis ex sorore Card. D. Ioannis de Mendoca fuit resolutum in vna Salamantina, & Abulens. beneficiorum 9. Iunij 1599. coram D. Penia, vt in sequent. decis.

Rota censuit D. Ferdinandum Messia de Mendoca non fuisse familiarem bonæ memoriæ Cardinalis de Mendoca ad effectum, vt beneficia per eius obitum vacantia remanserint reseruata, nam cum ad istum effectum requiratur mens, & dens. Sarnen. in reg. de impetrant. beneficia per obitum familiarium Cardinal. quæst. 13. & ex qualitate personæ receptæ, & intentione seruiendi colligatur qui sit, vel non sit familiaris in casu proposito, hæc omnia excludunt familiaritatem: primum qualitas personæ Ferdinandi, qui cum esset Nepos Cardinalis ex sorore ex nobilissima progenie licet cum Cardinale conueniret, non tamen morabatur in eius palatio tanquam familiaris, sed tanquam Nepos, & sanguine Cardinali conjunctus, neque Ferdinandus prætendebat dicto Cardinali inseruire tanquam familiaris Sarnen. in dicta quæst. 13. Franchus in cap. finali de verborum significat. num. 14. lib. 6. receptio etiam excludebat familiaritatem, quia Ferdinandus non fuerat receptus in palatio Cardinalis, vt seruiret, & propterea deputatus illi fuerat magister, qui in literis humanioribus eum instrueret, sicut quotidie actu incumbebat, vnde cum intentio Cardinalis recipientis non fuisset vt Ferdinandus deputaretur ad aliquod honestum seruitium Cardinali impendendum cessabat familiaritas, cum ille dicatur familiaris in hac materia, qui deputatur ad aliquod honestum seruitium impendendum Franchus in dicto capitul. finali numero 14. de verbor. signific. in 6. Mandos. in reg. de impetran. beneficia per obitum familiarium. Card. quæst. 10. num. 5. denique intentio recipientis, & recepti familiaritatem penitus excludebant, nam respectu Card. notum erat eum non recepisse Ferdinandum, vt sibi inseruiret, sed vt literis operam daret, & studia virtutum complecteretur, & hanc Cardinalis intentionem probabant tractatus, & reputatio, quia neque Cardinalis tractabat Ferdinandum tanquam familiarem, neque Ferdinandus communiter reputabatur tanquam familiaris, vt testes asserebant, quod sufficit ad excludendam familiaritatem. Simoneta tract. de reser. q. 24. Beliamer. decis. 612. respectu Ferdinandi recepti manifestius erat, cum non accessisse ad Palatium Cardinalis, nec obstat, quod viueret illius expensis, & quædam eius. Card. imperata exequeretur, & coram eodem Cardinali staret nudo capite, & similia, quia respondebatur primo quod cessante animo vtriusque recipientis videlicet, & recepti ista omnia non operantur familiaritatem. Sarnen. in dicta quæst. 13. secundo respondebatur Ferdinandum ista omnia præstitisse non tanquam familiarem, sed tanquam Nepotem, atque ex his respondebatur ad dicta testium pro contraria parte examinatorum, quamquam non admodum vrgerent.

RESOLVT. CLXXXIX.

1 *An dicatur familiaris Vicarius Episcopi Cardinalis ad effectum, vt eius beneficia sint reseruata.*
2 *Officiales non recipiunt expensas tanquam familiares.*
3 *Iudices Ordinarij, seu delegati Episcoporum veniunt appellatione famulorum.*
4 *Vicarius Episcopi Cardinalis, si sit ex familiaribus, seu de continuis commensalibus adhuc dicitur familiaris postquam est effectus Vicarius.*

An Vicarius dicatur familiaris Episcopi Cardinalis.

POtest poni exemplum in Cardinalibus Episcopis si eorum Vicarij dicantur familiares ad effectum, vt eorum beneficia dicantur reseruata iuxta reg. 3. Cancellar.

Et pro resolutione resoluo dicendum negatiuè ex dispositione text. in c. fi. de verbor. significat. de cuius intellectu latè Cassad. in decis. vnic. eodem tit. nam isti re vera non sunt, nec dicuntur familiares, idest seruitores, seu famuli, sed officiales, & tanquam tales, & nō tanquam familiares recipiunt expensas, seu stipendium, ad quod facit, quod ait Sarnen. in reg. de impetrant. benefic. per obit. famil. Cardinal. quæst. 13. ante fin. non esse familiarem continuum commensalem, eum, qui accedebat ad Cardinalem causa docendi eum in literis Græcis, Hæbraicis, & Latinis, ob quam causam Cardinalis portionem panis, & vini non tanquam familiari, sed magistro ministrari iubebat.

Quamuis Segur. de Aualos in directorio iudic. Ecclesiastici fori part. 1. cap. 14. num. 34. dicat iudices ordinarios, vel delegatos Episcoporum venire appellatione famulorum, & ex communi vsu loquendi famulos nuncupari.

Et ita in proposito tenuit Rota Roman. vt per Simonet. de reseruat. benefic. quæst. 35. n. 21. Mandos. in regul. Cancel. de impetrant. benefic. per obit. familiar. Cardin. quæst. 19. qui eam sequuntur, & dicunt cum Rota hoc esse intelligēdum, nisi ille qui fuit constitutus Vicarius esset ex familiaribus continuis commensalibus Cardinalis, nam tunc talis etiam Vicarius effectus manet cum adhuc sit in seruitio Cardinalis, & eius expensis viuat, vt refert etiam Gonzalez in regul. Cancel. glos. 51. num. 66. quamuis si esset constitutus Vicarius sine salario, aut expensis non maneret continuus commensalis, & sic beneficia, quæ tunc obtineret non caderet sub hac reseruatione.

RESOLVT. CXC.

1 *Adducitur decisio Rotæ Romanæ quæstioni consentaneæ in proprijs verbis.*

Cubicularij honoris Pontificis, an dicantur familiares ad effectum, vt sub regula reseruatoria comprehendantur eorum beneficia.

REspondeo cum decis. Rotæ in vna Segurtina Archidiaconatus, & Canonicatus Iun. 19. Martij 1601.

1601. coram Lancelloto, quæ sub his complectitur verbis.

Vacantibus Archidiaconatu, & Canonicatu in Ecclesia Seguntina per obitum q. D. Petri de Silua de Mense Augusti 1599. defuncti D. Episcopus Seguntinus gratia alternatiuæ gaudens alterum ex ijs contulerat D. Ioanni Chachoni, alterum D. Didaco Scalante, eos autem vti reseruatos à sede Apostolica impetrauerat D. Io. Bapt. Rincon. & reseruatio deducebatur ex eo, quod prædictus Petrus fuerat cubicularius honoris sel. recor. Sixti V. recipiendo partem panis, quamuis enim adesset vnus testis deponens, quod habebat partem vini, tamen omisso, quod est vnicus non concludit, nam reddens rationem suæ depositionis dicit, quod aliquando cum D. Petro comedit, & pro vno quoque panis Papalinus apponebatur, quæ ratio nihil facit ad partem vini, & cum ratio non concludat dictum infringitur Aym. cons. 2. numero 4. vltra quod potest esse, quod quandoque aliqua occasione vinum de palatio habuerit, non tamen quod illud quotidie reciperet, quemadmodum panem, & cessat omnis difficultas ex fide computistæ Cameræ, siue Palatij Apostolici attestantis præd. D. Petrum in Rotulis familiarium Sixti Quinti reperiri descriptum sub rubrica cubiculariorum honoris, qui partem panis tantum recipiebant orta desuper lite, fuit prouisum Apostolicum, & prouisos ab ordinario, eaque coram me introducta dubitari contingit, an constaret de reseruatione horum beneficiorum, & Domini resoluerunt non adesse aliquam reseruationem, cum enim reseruatio sit odiosa, glos. in capit. præsenti, in cap. finitur de officio deleg. Bisignet. decis. 1. in fine de præbendis Cassad. decis. 3. de reseru. eaque non inducatur nisi in casibus expressis Cassad. decis. 2. n. 9. de reseru. Simon. de reseruat. quæst. 5. cum alijs ibi relatis non potest dici huiusmodi beneficia esse reseruata cum ibi nullibi cautum reperiatur, non in regula tertia reseruatoria, non in constitutione Pauli III. neque in Bulla Iulij III. non denique in alia regula 6. si enim inspiciamus regulam tertiam reseruatotiam cum illa loquatur de familiaribus continuis commensalibus, non intrat, nisi concurrat vtraque qualitas familiaritatis scilicet, & commensalitatis. Simonet. de reseruat. quæst. 35. in princip. Gamb. de officio, & potest. leg. lib. 3. titulo de officio, quæ qualitates deficiunt in huiusmodi cubicularijs, ex quo continua commensalitas corpore, & dentibus contrahitur: capitulo final. cum ibi notat. de verborum signific. libro sexto, ex quo namque solo, quod quid recipiat panem in Palatio, non est continuus commensalis, quia iste panis datur potius honoris gratia, quam ratione commensalitatis, cum in solo pane non viuat homo. Alph. de Sott. gl. antiq. sup. d. reg. 3. in fine Sarn. de impetr. benef. per obit. familiar. Cardinal. quæst. 13. nu. 11. idem Sarnen. decis. 3. Simonett. decis. 24.

Neque hic applicari possunt deducta ex decis. Peregrin. quod familiaris ex priuilegio comprehendatur sub regula reseruatoria, in quibus terminis procedit etiam decisio. in causa Beneuentana beneficiorum coram Reuerend. Patre D. meo Decano, quia non apparet de aliqua declaratione Papæ, vel priuilegio, quod huiusmodi cubicularij per fictionem sint veri familiares, & continui commensales.

Si verò attendamus constitutionem Pauli III. siue regulam Cancellariæ, de qua Bullarium num. 78. & 79. illa procedit in cubicularijs officialibus, vt patet ex illius inspectione, cum loquatur de scriptoribus, militibus, cubicularijs & alijs officialibus, & semper hæc qualitas officialis sit repetita, ac idem non est extendendum ad cubicularios honoris, qui non sunt officiales, cum enim sit exorbitans, ex quo fecit continuos commensales, qui re vera non sunt, strictè debet intelligi de officialibus Put. decis. 313. lib. 1. & hoc modo hanc regulam intellexerunt Sarn. in proœm. quæst. 6. num. 9. & de impetrat. benefic. vacant. per obit. familiar. quæst. 13. num. 16. Mandos. super reg. 6. quæst. 1. num. 8. & fuisse ita decisum in Rota coram Maresc. to in causa Lucensi Archidiaconatus 23. Maij 1540. refert Put. decis. 33. aliàs 38. de præbend. & in alia Adriensi refert ibidem Put. super allegat. decis. 313. lib. 1. in impres.

Bulla verò Iulij 3. in Bullario 44. declarans Ecclesiarum prælatos, qui solum ratione suæ personæ panem ex palatio habent esse veros, & indubitatos continuos commensales, etiam ad effectum regulæ reseruatoriæ, cum emanauerit ad declarationem regularum Pauli III. quæ comprehendebat tantum illos Prælatos, qui percipiebant panem ratione officij eam extendèdo ad eos Prælatos, qui solo intuitu personarum absque aliqua consideratione officij, panem habent, debet intelligi, & regulari secundum dictas constitutiones, quas declarat l. hæredes palam §. si quid ff. de testibus, vt scilicet comprehendat Prælatos, qui ratione personæ panem accipiunt, quales sunt Archidiaconi, qui non habent panem ratione personę, quod suadetur, quia illos Papa creat suos domesticos, & continuos commensales, vel comprehendat Prælatos maiores, non autem Archidiaconos, aut Rectores Ecclesiarum, qui non sunt propriè prælati Clem. dudum cum ibi not. de sepult. Abb. in c. 2. nu. 16. de iud. & in cap. tua nos n. 2. de Cler. ægr. maximè in hac materia reseruationis, in qua vt dictum est facienda est stricta, & propia interpretatio Bero. dicta quæst. 35. Gem. cons. 136. n. 2.

Idem etiam dicendum est attenta regula 6. per quam reseruantur omnia beneficia cubiculariorum & cursorum, quia illa iuxta opinionem, quam aliàs Rota sequuta est, non potest huiusmodi cubicularios comprehendere, cum enim per constitutionem Leonis super erectione Collegij cubiculariorum Anno 1515. de qua in bullario num. 14. in §. & ne Apostolicorum sit expressè prohibitum, ne vltra numerum Cubiculariorum præscriptum in erectione illius Collegij, & Antiquos familiares, & continuos commensales pro tempore existentium Romanorum Pontificum aliquis alius nomen, aut titulum cubiculariorum vsurpet. Regula non potest habere locum in istis cubiculariis, vnde tempore editionis regulæ non essent amplius cubicularij, & in his terminis habemus supra allegat. decis. Pute. 33. de præbend. Antonius August. in epit. super hac regula Mohed. decis. 90. aliàs 2. de probation. licet non sit admodum clarè relata, lex namque quæ clarè semper loquitur comprehédit solum cubicularios de tempore Regulæ existentes, non autem eos, qui sunt prohibiti nominari cubicularij.

Et ideo quidquid dicendum esset contra Bullam Leonis, de quo tempore procedunt dict. per Alphons. cum glos. antiq. super Reg. in fine eam scilicet intelligendam esse de cubicularijs extra muros post quam dict. Bulla superuenit, non possunt applicari stante huiusmodi prohibitione.

Neque obstat Mandos. super hac reg. quæst. 1. in fine, quia multum se inuoluit & in posteriori editione non animaduertit ad prohibition. de qua in Bulla Leonis, nec suadet contrarium ratio per eundem considerata, quod non possit intelligi de cubicularijs officialibus, cum similis regula extaret tempore Sixti II. & sic Anno 1411. & Innocent. VIII. Anno 1484. & Collegium Cubiculariorum officialium fuerit postea erectum à Leone X. Anno 1515. sicut quod neque possit habere locum in alijs cubicularijs, quia aliàs esset superflua cum isti sint comprehensi in regula tertia reseruatoria beneficiorum familiarium,

&

& continuorum commensalium, nam quantum ad primum, quamuis ab initio regula hæc intelligatur de illis cubicularijs, qui non erant officiales, tamen superueniente Bulla Leonis cum prohibitione quod nullus alius præter expressos in ea possit dici cubicularius, regula non potest loqui de ijs, qui non sunt amplius.

Quantum verò ad secundum non est inconueniens quod ratione maioris dignitatis, quam habent alij cubicularij secreti, vt per Staphil. in titul. de prærog. expect. §. videndum n. 42. sit etiam facta particularis reseruatio beneficiorum vltra quod cum hæc regula declaret explicitè, ac distinctè quod implicitè erat dispositum, & expressum non potest dici superflua, Gem. in c. 1. n. 22. de summ. Trin. Ruin. cons. 59. n. 17. vers. nec obstat vol. 2.

Non obstat quod beneficia vacantia per obitum Cappellani honoris videantur reseruata Rota decis. 221. de præb. in Antiq. & decis. 12. eodem tit. in nou. & gl. Antiq. super hac reg. 6. tum quia nos non versamur in Capellano, tum quia ex dictis decisionibus non colligi potest vnde proueniat hæc reseruatio, quæ potuit forsan occasione familiaritatis cum continua commensalitate ortum habuisse.

Nec potuit fieri fundamentum in literis felic. record. Gregorij. XIV. quia quidquid dicendum sit ad effectum expediendi gratis, cum agatur ad effectum reseruationis quam esse plenè, & concludentur probandam fuit pluries decisum, non probant, tum quia narratiua emanauit ad instantiam partis, tum quia est de facto prædecessoris, tum denique quia non fuit facta motu proprio Vital. in Clem. 1. de prob. num. 28. Put. decis. 338. lib. 3. & ita concluſum.

RESOLVT. CXCI.

1 *Familiaritas plenè, & concludenter debet probari quando agitur ad excludendum prouisum ab ordinario.*
2 *Ad probandam familiaritatem ad alium effectum sufficiunt leuiores probationes.*
3 *Commensalitas non requiritur vt ita exactè probetur sicuti quando agitur ad inducendam reseruationem.*

An familiaritas plene, & concludenter sit probanda quãdo agitur ad excludendum prouisum ab Ordinario.

IN facti contingentia dum hoc eueniret decidendum, dixi familiaritatem plenè, & concludenter esse probandam, quando agitur ad excludendum prouisum ab Ordinario vt habetur per Sarnen. in Regul. de benefic. Vacant. per obit. fam. Cardin. quæst. 13. n. 6. Simonet. de Reseruat. quæst. 36. n. 5. Rota diuers. dec. 832. in fin. par. 3. & fuit dictum in Parmen. Canonicatus 26. Iunij 1585. coram Gypsio, & in Salamantin. & Abbulen. benefic. 9. Iunii 1599. coram Pegna, & in Hispalen. Beneficii de Gribalcon. 7. Maii 1607. coram Gregorio XV. & in Hispalen. Archidiaconatus 20. Febru. 1606. coram Iusto, quidquid ad alium effectum sufficiant leuiores probationes vt distinxit Rota in Salamantina Cappellaniæ del Voto 20. Nouemb. 1592. coram Pamphilio.

1 Quare Familiaritas plenè, & concludenter probanda est, quando agitur ad excludendum prouisum ab ordinario, licet ad alium effectum sufficiant leuiores probationes, vt habetur etiam per Veral. in decis. 147. par. 1. per hæc verba.

3 Commensalitas adhoc vt demonstretur quod legatus poterat illum creare prothonotarium, cum in eius facultatibus dicatur, vt erga familiares suos & continuos commensales reddas te liberalem, &c. non requiritur, quod ita exactè probet sicuti quando agitur ad effectum inducendi reseruationem, prout loquitur Sarnen. in Regul. de impetr. benefic. per obit. famil. Cardin. q. 13. num. 15. ita fuit decisum hic in Causa Aurien sis parochialis de Canedo, coram D. Vestano 9. Martij, & 13. Iunii 1552. vt in eius lib. fol. 80. & fol. 250. & iuxta hanc sententiam refert etiam idem Veral. in decis. 380. p. 2.

RESOLVT. CXCII.

1 *Dispositio regulæ reseruatoriæ extenditur etiam ad familiares ipsorum familiarium, sed vide contrarium num. 2. quo modo tamen procedat patet n. 3.*

An familiaris familiaris Cardinalium dicatur familiaris ad affectum supradictum.

1 PVlchrè dubitari potest an dispositio Regulæ reseruatoriæ reseruans beneficia familiarium Papæ, seu Cardinalium, locum sibi vendicet, ac extendatur ad familiares ipsorum familiarium, & respondeo pro affirmatiua, eo quod seruiendo familiari Papæ, vel Cardinalis dicuntur illis seruire, & facit leg. quæsitum §. sed an instrumenti ff. de fundo instructo, & quæ tradit Oldrad. cons. 11. ita Salicetus in leg. 2. C. de Episcopis, & Clericis ad fin. & Glossator super reg. Iulij 11. de prærogat. expectant. 7. par. & Sarnen. qui multa adducit ad propositum quæst. 14. Æneas de Falcon. qu. 4. principali effectu 30. Simonetta quæst. 35. conclus. 201. num. 170. & pro hac parte fuit dictum in vna Regien. partialium Sancti Chrisancti, & Dariæ coram Reuerend. D. Romano de mense Ianuar. seu Februarij 1551. dato enim dubio, an beneficia familiaris comedentis in tinello Papæ familiaris, & continui Commensalis Papæ dicantur reseruata sicut beneficia veri familiaris Domini de Rota concluserunt pro affirmatiua in fauorem D. Antonij Brauolæ clientis.

Sed hæc communis sententia patitur difficultatem ex multis adductis per Sarnen. ibi in princip. & contrariam sententiam tenet Guid. Papa cons. 30.

2 Pro quorum opinione adducitur decis. 5. Crescent. de præbend. cuius tenor est.

Familiaris Auditoris Rotæ euntis cum Cardinali legato nõ dicitur familiaris Cardinalis, etiã mediatè licet in tinello comedat cũ alijs familiaribus Cardinalis, nam non solum commensalitate fit familiaris, sed animo quod ipse velit inseruire Cardinali familiari, & Cardinalis eũ pro familiari habeat & teneat quod non est in casu nostro, quia nec Auditor est familiaris Cardinalis, vt eius familiaris possit dici mediatus familiaris Cardinalis, nec illi Cardinali, sed Auditori famulatur, & ita Domini tenuerunt vno excepto in vna N. coram Paulo, ad quod vide etiam Gomes. super Regul. de impetr. benef. per obit. famil. Cardin. quæst. 14. Sim. de reser. quæst. 35. n. 11.

3 Verum aduertendum est pro veritate & quæstionis intelligentia cum Garsia par. 5. cap. 1. n. 330. quod si Papa, vel Cardinalis daret suo familiari portionem, seu expensas pro se, & duobus familiaribus, & ille haberet plures, vt tres, vel quatuor, & non nominaret illos duos, qui viuant expensis Papæ, vel Cardinalis, nullius beneficia sunt reseruata ratione incertitudinis argum. l. duo sunt Titii ff. de testamentaria tutela & l. si fuerit ff. de rebus dubijs, & glos. in c. nolite recedere 11. qu. 3. verbum triticum sequitur Sarnen. d. qu. 14. vers. 2. limitatur.

RESOLVT. CXCIII.

1 *Familiaritas non desinit ex discessu à Curia, & maximè cum consensu, vt patet num. 3.*
2 *Familiaritas est species societatis.*

4 Fa-

4 *Familiaritas non seruiens longo tempore absens desinit esse familiaris.*
5 *Refertur decisio Rotæ Rom.*

Familiaritas an amittatur ex discessu à Curia.

1 REspondetur ex decis. Achill. de Grass. 13. de præbendis vbi familiaritatem non desijsse tenuerunt Domini ex eo, quia solum probaretur quem abijsse à Ciuitate Romana in vna Fulginaten. prioratus coram D. Vestano de anno 1549. tum quia ex solo discessu non probatur, quod quandoque non reuersus fuerit,
2 secundo quia cum familiaritas sit species societatis ea non nisi in contrario dissensu debet dissolui, vt per Sarnen. in regul. de impetrant. benef. per obitum familiar. Card. qu. 13. num. 3. & 9. & post Ancharan. cons. 398.
3 Tum etiam quia apparebat de consensu Cardinalis, quo Casu dicebant Domini cessare doctrinam Franchi in cap. sicut de verb. signif. in 6. quia intelligebatur, vel quoniam non apparebat de consensu, vel quia ibi erat quædam species familiaritatis quæ requirebat certum seruitium, quo Casu quando quis
4 stat tanto tempore absens, & non seruit dicitur desinere esse in familiaritate, secus autem in familiaribus sine aliquo seruitio.

Vnde quoad interruptionem commestionis si desinat familiaritas tenuit Rota per hæc verba teste Crescent. in decis. 16. de rescript.

5 Familiaris, qui cæpit esse tempore sacchi licet in tinello nunquam comederit, dicitur tamen esse commensalis si probetur eum potuisse ad sui beneplacitum in tinello comedere, si tinellum fieri contigisset, prout tunc propter impedimentum Sacchi non fiebat. Vnde nec gratia dicitur Surreptitia, si quis illius, cuius erat familiaris commensalem se esse asseruit. Nec obstat reg. de fil. famil. secundum Dominos in vna Compostellana coram Petro, quia licet dicantur commensales à concedendo, & vt comedat est, tamen potius in hoc modus, quam conditio quo casu defectus per casum habetur pro impleto ad leg. si fundum per fideicommissum §. Iulianus. Titio de legat. primo, & Bart. in leg. in testamento de condit. & demonstr. quia continuus dicitur commensalis, quando est aptus comedere continuo, licet continuè non comedat per Glos. & ibi, allegata à Gemin. in cap. fin. versic. continuè de verb. significat.

RESOLVT. CXCIV.

1 *Adducitur decis. Rot. Rom. in proprijs terminis pro resolutione quæstionis.*

In Collatione Beneficiorum familiaris duorum Cardinalium quorum consensus exigatur.

1 REspondi cum decis. Rotæ in vna Sarzanen. Beneficij 29. Aprilis 1594. coram Illustrissimo Seraphino, cuius tenor est videlicet.

Domini steterunt in decisis coram R. P. D. meo Orano, nempe in collatione beneficij, de quo agitur requiri consensum Illustriss. & Reuerendiss. Domini Cardinalis Decani, cuius defunctus erat familiaris tempore obitus, ex quo concurrunt requisita in priori parte regulæ de impetr. per obit. familiar. & in hac quæst. quando beneficia habita fuerunt ab eo per obitum, cuius vacant tempore familiaritatis alterius Cardinalis prædefuncti, an requiratur consensus eius, in cuius familiaritate decessit affirmatiuam partem tenuit glos. super dict. regula versic. tum ex ista, cuius auctoritatem semper Rota plurimi facit, & quamuis Sarnen. quæstion. 18. multum se inuoluat, & Rota aliquando dubitaret tamen re diligenter perpensa, & diligenter discussa amplexa est hanc sententiam, vt refert Put. decis. 227. incip. Bernardinus lib. 3. Faber. dec. 11. lib. 2. Achill. decis. 1. super hac regula, qui mouentur ex eo, quod regula in prima parte simpliciter, & indistinctè loquitur de omnibus Cardinalibus, in quorum familiaritate quis decessit, & concurrit ratio regulæ decis. 15. de præbend. in Antiquis Cassad. 37. super regula.

Non obstat posterior pars regulæ, quæ requirit consensum primi Cardinalis, non autem secundi, quia id procedit vbi vterque Cardinalis vixit ad tollendum dubium, quod inter eos poterat oriri, secus vbi prior est mortuus, quia hoc casu non procedit posterior pars regulæ, sed ad priorem recurrendum est.

Non obstat, quod priori Cardinali mortuo intret statim reseruatio regulæ 3. ad fauorem Papæ antequam is transierit ad familiaritatem secundi, quia ista reseruatio intelligitur ad effectum, vt Ordinarij prouidere, & expectantes capere non possent, non autem ad effectum liberæ Collationis quamdiu adest interesse alicuius Cardinalis, quia in hoc declaratur à regula 30. vt requiratur consensus Cardinalis, & ita nemine discrepante fuit conclusum.

RESOLVT. CXCV.

1 *Familiaritas probatur per assertionem summi Pontificis etiam in præiudicium tertij.*
2 *Summus Pontifex asserendo creat.*
3 *Assertio Summi Pontificis testantis de facto suo facit plenissimam probationem, vide etiam num. 4. 6. & 7.*
5 *Ad contrahendam familiaritatem requiritur consensus mutuus.*

An familiaritas probetur per Assertionem Summi Pontificis.

1 SI Pontifex Maximus assereret aliquem esse familiarem suum, & continuum commensalem illi certè crederetur, etiam in præiudicium tertij per clem. 1. de prob. & ita nuncupatim concludit Rota in vna Scenescen. prioratus coram Commesi de Mense Februarij 1538. dum ibi Bonæ Memoriæ Leon. X. quendam prothonotarium creauerat, & familiarem suum continuum commensalem fuisse asserit Domini voluerunt illud sufficere ad excludendam prouisionem legati Auenion. qui licet poterat de Reseruatis, non tamen de beneficijs familiarium Papæ prouidere, vt refert Gomes. in Regul. de Impetrand. benefic. Vacant. per obit. famil. Cardin. quæst. 13. num. 6. &
2 ratio est quia Summus Pontifex asserendo creat teste Cagnolo in l. si quis maior num. 170. C. de in integr. Restitut.
3 Et pro hac opinione facit, nam assertio Summi Pontificis attestantis de facto suo proprio probat adeo vt plenam faciat fidem, & probationem plenissimam, vsque eo vt nec probatio in contrarium admittatur clem. 1. de probat. & ibi glos. in verbo fecisse narramus Ancharan. col. 1. Imol. col. 4. & reliqui scribentes Felyn. in cap. cum à nobis col. 1. de testam. Marsil. in leg. 1. §. si quis dicetur col. penul. ff. de quæst. Angel. consil. 274. num. 2. quod adeò verum est, vt
4 procedat non solum quando asserit quidpiam super eo quod gessit tempore sui Pontificatus, sed etiam si deponat super eo quod vidit ante sui Pontificatus adeptionem veluti dum erat Cardinalis, Glos. in cap. 1. in verbo statuit de Renunciat. in 6. & in cap. ad Apostolicæ in verbo promisissent de re iudic. in 6. Aretin. in cap. cum à nobis col. 6. de testam. Roman. sing. 172. Ruin. cons. 38. col. 4. vol. 1. Alexand. cons. 65.

col. 3.

col.3. vol.2. Rota in antiquis dec. 197. & procedit in quacunque Papæ dispositione, siue sit penalis, siue sit conditionalis, siue sit modalis, dummodo Papa attestetur de facto suo d.clem.1. & ibi tenet Paul. de Elezar. & Imol. col. 2. ita quod dicunt DD. magis credi Papæ, quam Notario vt per Iserniam in cap. 1. col. penul. vers. sed nunquid stabitur in tit. qui succes. ten. imò magis adhibetur fides assertioni Pontificis, quam multis Notarijs, vt dicit Ruin. cons. 103. col.6. vol.5. & multa circa hæc habes per Lapum in alleg. 67. vbi latè examinat quando narrata per Summum Pontificem faciant fidem.

Sciendum tamen in contrarium respondisse Ancharan. cons. 398. vbi inquit, quod cum ad contrahendam familiaritatem requiratur consensus mutuus, scilicet Domini, & ipsius familiaris ex solo consensu Pontificis Maximi non potest dici contracta familiaritas, nisi consentiente asserto familiari per not. in cap. 1. de concess. præbend. in 6. & ibidem Innocent. sequitur Paris. consil. 50. col. 3. vol. 4. quos etiam sequitur Rebuff. sua prax. benefic. in Regul. de non tollendo Ius quæsit. glos. 5. versic. vnde si Papa declarauit.

Possent tamen hæ opiniones concordari cum distinctione, nam aut Pontifex Maximus voluntatem, & propositum habet faciendi veros familiares, & eorum seruitio vti, & tunc non sufficiunt literæ familiaritatis, nec gaudent priuilegijs familiarium leg. sub prætextu C.de Sacrosanct. Eccles. leg. Scriniarios C.de testam. milit. & tradidit Felyn. in cap. 1. col. 2. de officio Delegat. quia propter officium datur beneficium cap. final. de rescript. in 6. & tunc procedit opinio Ancharan. in cons. 396. & vult Castrens. cons. 340. lib. 1. Card. Florent. in cons. 126.

Aut Summus Pontifex concessit literas ad petitionem alicuius sicuti multi illas affectant, vt prærogatiuis gaudeant, & tunc quia secundum fictionem dicuntur familiares, & continui commensales, vt declarat Castrens. in cons. 340. & isti gaudent priuilegijs veris familiaribus, & continuis commensalibus concessis vt per Abb. in cap. ex parte in fin. de Cleric. non resident. Bal. in l. siue possidetis col. 1. quæst. 2. C. de probat. sufficit probare huiusmodi familiaritatem per dictas literas Papæ.

RESOLVT. CXCVI.

1 *Familiaritas non probatur per assertionem Cardinalis.*
2 *Cardinali non creditur in his, quæ tertio præiudicium afferunt, secus est si non afferunt præiudicium, vide num. 3.*
4 *Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ credendum est, etiam si agatur de præiudicio tertij.*

Familiaritas an probetur per assertionem Cardinalis.

INterrogatus si Cardinalis dicto asserentis aliquem esse suum familiarem probaretur familiaritas. Respondi quod Sarnen. in Regul. de impetr. per obit.
1 Card. qu. 13. negatiuam tenet sententiam asserendo, vt nulla fides adhibeatur dicto Cardinalis asserentis aliquem esse suum familiarem ea de causa, vt de ipsius beneficijs possit disponere, sequitur etiam Mascard. de probat. conclus. 268. num. 23. & ratio est,
2 nam non creditur Cardinali in his, quæ tertij præiudicium concernunt, vt per Cappell. Tholos. in decis. 464. & ibi Addit. & tradunt Paris. cons. 136. colum. 2. num. 31. vol. 4. Crauetta cons. 104. col. 1. num. 5. Abb. in cap. sicut de sententia excommunicat. Ias. in l. cum filius familias §. Stichum ff. de verb. obligat. Abb. consil. 94. Alexand. cons. 112. lib. 7. num. 2. vbi communi mente ab omnibus esse probatum tradit, & consulendo tradit Cur. Iun. cons. 61. col. 5. Corn. cons. 155. vol. 1. Bar. in l. Diuus ff. de Custodia Reorum. Dec. consil. 463. & hic euenit vt non credatur summo Pœnitentiario asserenti se habuisse commissionem viuæ vocis oraculo à Summo Pontifice, ita decisum fuit in Cappell. Tholos. d. quæst. 464. cuius sententiæ subscripsit
3 Gozadin. cons. 4. col. penult. num. 5. secus verò in his, quæ principaliter non inferunt præiudicium, vt notat Ang. in cons. 182. & in l. quæcunque §. fin. ff. de public. Dec. in leg. 2. col. penult. C. de mand. Princip. licet diuersam sententiam videantur tenuisse DD. de Rota, in vna Romana inter Canonicos, & beneficiatos Sancti Petri coram Contareno anno 1540. mensis Octobris, vt annotauit Put. decis. 3. lib. 1. circa 1. de probat.
4 quo in loco scriptum reliquit quod Cardinali asserenti aliquid in præsentia Papæ credendum sit, etiam vbi ageretur de præiudic. tertij citat. Innocent. & Felyn. in cap. super his de fid. instrument. & alios quos videre poteris.

RESOLVT. CXCVII.

1 *Refertur decisio Crescentij in proprijs verbis pro resoluenda quæstione.*

Familiaritatis continuatio an, & quando præsumatur.

REspondi cum decis. Crescentij 18. de probat. vbi
1 familiaritas ad effectum inducendi reseruationem licet deberet plenè probari, & non per præsumptiones, quando allegatur à non possessore primo tanquam obiectum ad not. per Innocent. in cap. super his de accus. & per Ægid. decis. 612. & per consequens verificando quis defunctum ante obtentum beneficium fuisse familiarem licet deberet præsumi continuatio, ita vt tempore obtenti beneficij familiaris præsumeretur ad not. in leg. siue possidetis C. de probat. & per Doct. in cap. fin. de verb. sign. arg. not. per Bart. in leg. ex eo de milit. testam. in fin. leg. 2. C. de Primicer. lib. 12. dum absentiam quinquennalem requirere videntur, vt quis dicatur desinere esse familiaris. Tamen quia negari non potest esse præsumptiuam probationem, videbatur ex supradictis non esse sufficientem, maximè, quia quando non probatur vltimum extremum non est forsan verum continuationem præsumi ad not. in d.l. siue possidetis. Quibus tamen non obstantibus maior pars dominorum, propter plures præsumptiones continuationis fuit pro familiaritate in vna Salamantina della scierpe coram me decisum.

Primo quia in prouisione defuncti super beneficio, de quo agebatur dicebatur familiaris, & erat antiqua de anno quinto Alexandri, vnde ex tali narratiua in antiquis probatio, vel præsumptio oritur ad not. Imol. in clem. 1. de probat.

Secundo quia cum non ostenderetur, quòd alio titulo defunctus obtinuerit beneficium, & possederit, nisi ex supradicto, ex quo sumebatur ad not. in l. quidam de rei vendic. præsumeretur bono titulo sub prætextu falsæ familiaritatis impetrata.

Tertio quia inter tempus probatæ familiaritatis, & gratiæ concurrebat tantum annus, & verificabatur illum fuisse in curia, & ex tam breui tempore mutatio status non præsumitur adnotata per Bald. in prima, const. C. in fin.

Quarto quia in illa causa inter alios testes super familiaritate eiusdem etiam de tempore gratiæ examinati bene probant, vt saltem inter istos præsumptionem inducant ad not. per Bald. in l. admonendi de iure iur. Abb. in c. fin. eod. tit. maximè super statu personæ, in quo etiam sententia inter alios lata præiudicat

cat aliis ad not. in l. ingenuum de statu hom. per Bart. Salyc. & alios in l. 2. C. quibus res iud. & pro decis. ista facit decis. 11. de probat. in antiq. maxime quia non erat in casu nostro proprie obiectus, ex quo stante familiaritate intrabat gratia illius ad decis. 18. de except. in antiq. cum seq. & Felin. in c. cum olim col. pen. de rescript.

NOTABILIA, ET COMMVNIA IN MATERIA FAMILIARITATIS.

NOtandum est secundum D. Ioan. Mariam Nouarium in sua eloquenti praxi electionis, & variationis fori section. 2. quæst. 36. num. 7. quod per Constitutionem 78. & 79. Pauli III. nec non per constitutionem 44. Iulii III. veri familiares, & continui Papæ commensales dicuntur omnes Referendarii, & alii Officiales, & ex palatio Apostolico panem habentes Prothonotarii, Subdiaconi, Auditores Rotæ Acoliti, Scutiferi, Secretarii literarum Apostolicarum, Scriptores, Cubicularii, ac Milites Sancti Petri, reliquique officiales Romano Pontifici pro tempore existenti in palatio deseruientes, aut custodiam facientes, licet in eodem non habitauerint, nec habitent, nec forsan habitabunt, nec in Tinello comederint, nec comedant, nec in futurum forsan comedent, verique familiares, & continui commensales censentur.

Itavt secundum eundem Nouarium vbi supra regulis tam editis, quam edendis de veris familiaribus & continuis commensalibus Papæ quoad omnia subiiciantur, etiam quoad hoc vt soli Romani Pontifices occurrentibus vacationibus, beneficiorum Ecclesiasticorum per eos obtentorum, vel obtinendorum qualitercumque qualificatorum prouidere, & de illis disponere debent in omnibus, & per omnia, ac si Referendarii, & officiales prædicti in palatio Apostolico habitassent, & in tinello verè, & realiter comedissent.

Similiter teste eodem solertissimo D. Nouario ad reseruationis effectum ac ad alios effectus dicuntur veri familiares & continui Commensales Papæ officiales, seu scriptores Archiuii Romanæ curiæ, vt patet ex Bulla Iulii II. super erectione collegii dictorum officialium emanata sub 7. Kalendas Decembris Anni 1550. quæ Bulla est inserta confirmata, declarata in Constitutione Leonis X. quæ est in Bullario 6. in ordine inter constitutiones eiusdem Papæ incipien. lex Ministerii pastoralis, nec non per constitutionem 18. Pauli III. incipientem Romani Pontificis. Per Pium V. in sua constitutione 89. incipienti pridem; per quas constitutiones apparet esse concessa dicto collegio, & officialibus non modica priuilegia, gratias, ac prærogatiuas, & de nonnulis illarum vide Acchil. de Grassis decis. 4. de constitution. Caputaq. decis. 215. par. 3. Mohedanum decis. 2. & 5. de testamen. Pute. decis. 304. lib. 1. & decis. 414. lib. 2.

Item dicuntur tales veri familiares, & cõtinui commensales sancti Petri per cõstitutionem 23. Pauli III. à Iulio III. confirmatam per suam constitutionem 4. vt ait idem Nouarius vbi supra in d. q. 36. vbi dicit, quod de Militib. Sancti Petri vltra supradictas est constitutio 16. Clement. VII. & cõstitutio 3. Pauli III. & constitutio 46. Pij IV.

Item de Cubiculariis, & Scutiferis est Constitutio 14. Leonis X. & est Constitutio Pauli III. de quibus meminit idem Nouar. in sua praxi electionis, & variationis fori d. q. 36. vers. Item de Cubiculariis.

Item Milites Lauretani vt legitur in Constitutione Sisti V. 16. de qua memenit idem Nouar. vbi supra.

Item Commissarium Cameræ vt per constitutionem 44. Sisti V. quam allegat idem Nouar. in loco proxime allegato.

Item Thesaurarius Datariæ, vt in constitutione 45. Sisti V. de qua memenit idem Nouar. vbi supra, qui idem concludit de omnibus officialibus Cancellariæ Apostolicæ, vt ibi videre poteris in facti contingentia, quia benè habes, multa in materia per ipsum congesta.

PRAXIS FIDEI PROFESSIONIS.

RESOLVT. CXCVIII.

1 *Prouisus de beneficio, curam animarum habente, in manibus Episcopi, vel eius generali Vicario, vel si de Canonicatu, vel alia Cathedrali Ecclesia dignitate, etiam in capitulo fidem profiteri tenetur.*

2 *Refertur constit. Greg. 14. & Pij IV. de forma inquisitionis supra promouendis ad Ecclesiæ regimina, Doctoratum, & similia, & quæ ab vsu recesserint.*

3 *Prælati, etiam Regulares fidei professionis iuramentum præstent.*

A quibus sit emittenda fidei professio.

1 PRouisi de quibuscumque beneficiis curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel eo impedito coram generali eius vicario, seu officiali, & prouisi de Canonicatibus, & Dignitatibus ex Ecclesijs Cathedralibus non solum coram Episcopo, seu eius officiali, sed etiam in capitulo professionem fidei facere tenentur intra duos menses ad minus à die adeptæ possessionis, alioquin fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur ex decreto S. Concilij Trident. sess. 24. de refor. c. 12. vers. prouisi etiam, tradunt Fuscus de visit. lib. primo cap. 5. num. 15. & lib. 2. cap. 3. numero 4. Paris. de resig. benef. lib. 8. quæst. 9. à num. 121. & lib. 10. q. 9. Rodriquez in summa prim. tom. cap. 19. n. 7. & nouissime P. Ledesma in sum. 2. par. tract. 1. cap. 4. 10. conclus. Quæ etiam fidei professio facienda est à promouendis ad Episcopatus & dignitates conciliaria iuxta d. Concil. Trident. sess. 24. de refor. c. 12. & constit. Greg.
2 XIV. de forma faciendi processus & inquisitiones super promouendis ad regimina Ecclesiarum, & à promouendis ad Doctoratum vel aliũ gradum, & à professoribus, seu lectoribus alicuius scientiæ, vel artis liberalis iuxta constitut. 112. Pij IV. de doctorum promotione, & forma professionis fidei. Quæ tamen constitutio non videtur recepta in his Regnis quoad professores, seu lectores, nec quoad gradum Baccalaureatus, nec etiam benè quoad gradum licentiæ, nec quoad processum, seu informationem, de qua ibi illo modo. Et prædicta professio fidei fieri debet iuxta formam traditam à Pio IV. in d. constit. & in const. 114. super forma iuramenti professionis fidei, vbi id
3 extendit ad quoscunque prælatos regulares, & tradit Nauar. cons. 10. de iure iur. Paris d. quæst. 9. nu. 3. & Rodriquez supra, & quæst. regularium 2. to. q. 72. art. 1. Quod videtur debere intelligi de prælatis perpetuis, loquitur enim de his, quibus de Monasteriis prouidetur, quamuis de omnibus etiam temporalibus id intelligat Ledes. supra 1. conclus. qui tamen ait in aliquibus religionibus id non seruari, sed esse consuetudinem in contrarium, quam ipse improbat.

RESOLVT. CXCIX.

1 *Admissus, & ordinatus sacris ordinibus præsumitur idoneus ad beneficia simplicia, etiam sine nouo examine.*

2 *Concil. Tri. Sess. 14. c. 3. intelligitur etiam non posse examinare promotos à prædecessore, nisi aliquid denuo superuenerit.*

3 Qui

3 *Qui semel fidei professionem facit circa vnam parochialem, canonicatum & c. ad secundo obtinendum, denuò profiteri tenetur S.Congr.Resp.*

An qui semel emisit professionem fidei, in electione parochialis, vel canonicatus teneatur denuò emittere in adeptione alterius parochialis, vel canonicatus.

AN qui semel emisit professionem fidei in electione parochialis, vel canonicatus teneatur denuo emittere in adeptione alterius parochialis, vel canonicatus & primo intuitu videbatur dicendum, quod non, vt dicimus a simili de examinato, quod eo ipso
1 quod aliquis sit admissus, & ordinatus sacris ordinibus præsumitur habilis, & idoneus ad beneficia simplicia, ita vt nouo examine opus non sit cap. accepimus 13. de ætate, & qualitate ibi quos a te, vel prædecessoribus tuis ordinatos fuisse constaret, & præsertim quoad obtinendum beneficium debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti, & notat ibi Hostiens. num. 12. Io. Andr. num. 13. Ant. de Butr. num. 8. & 12. Abb. num. 3. & 6. Idem Abb. in cap. fin. num. 5. in fine Lambert. de Iurepatr. lib. 2. part. 1. quæst. 10. art. 2. num. 5. Rebuff. in praxi tit. de rescripto in forma communi pauperum num. 12. Boer. decis. 149. num. 16. Caputaquen. decis. 367. par. 2. per totam. Ro-
2 ta decis. 16. n. 1. par. 2. diuers. Neque Concilium Tridentinum sess. 14. cap. 3. de reformatione in contrarium disposuit, vt censuit Sacra Congregatio super illius Canonis declaratione dum dixit Episcopus non potest examinare promotos, a suo prædecessore nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerit, vt in cap. accepimus de ætat. & qualit. & iterum congregatio censuit non comprehendi examinatos, & promotos ad sacros ordines a prædecessoribus Episcopi, nisi noua causa post promotionem superueniat. Hinc est quod semel examinatus, & approbatus ad vnum beneficium simplex, non amplius examinatur ad aliud simile, idem est si semel sit approbatus ad Canonicatum, vel dignitatem in Collegiata non amplius examinatur ad similem Canonicatum, vel dignitatem in alia collegiata; similiter semel approbatus ad Curatum, vel canonicatum, vel dignitatem in cathedrali non vltra examinatur ad simile, vel similē.

Contrarium tamen est verius vt scilicet canonicus teneatur eam denuò emittere in adeptione alterius parochialis, vel canonicatus seu dignitatis, vt patet ex generalitate verborum Cōcilij quamuis intellexerim viros doctos in facti contingentia tenuisse contrariū. Et ita declarauit S. Congregatio vt patet ex declara-
3 ratione sequenti. An teneatur fidei professionem denuo facere is, qui secundam parochialem consequitur si in adeptione præb. quam emisit, vel alia quacunque de causa coram Episcopo, siue aliis etiam publicè fidei professionem semel emisit S. Congregatio respondit teneri.

RESOLVT. CC.

1 *Maior summa minorem continet, & quod pluris est tanti est.*
2 *Iudex ne in periurium incidat quod iurauit seruare tenetur, & ita penam à lege statutam minorare non potest.*
3 *Papa solet condonare amissos fructus ob non factam fidei professionem, & non Ordinarius, & n. 4. refertur forma remittendi Greg. 14.*

An Episcopus possit condonare fructus amissos ob non factam professionem fidei.

VIdebatur posse Ordinarium id facere prima facie, quia hoc modo non tollit decreta Concilij
1 Tridentini, nam summa maior minorem comprehendit l. prima §. si stipulanti mihi ff. de verb. oblig. l. diem proferre §. si plures ff. de recept. arbit. vnde dicitur, si res pluris est vtique tanti est, l. cum furti ff. de in lit. iurand. Constitutiones autem Synodales statuentes maiorem pœnam non cassant pœnam a S. Concil. Trident. statutam, nam cui maius concessum est videtur etiam quod minus est, vt in materia Iurisdict. firmat Bart. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. Grammat. decis. 5. num. 4. & per eum ibi allegata, & sic vnico contextu seruatur lex Sacri Concil. Triden. & Synodalis.

Contrarium tamen censui in facti contingentia ex rationibus infrascriptis videlicet, primo quia verissima hæc est in iure propositio, quod non est licitum alicui iudici pœnam minorare præsertim legalem, l.
2 fin. C. ne fac. Baptis. iteretur; quia iudex tenetur seruare statutum, quod ipse obseruare iurauit ne in periurium incidat l. 2. C. ne indic. viduit. ergo minorare non potest. Si itaque iudex non potest minorare pœnam ex eo quod iurauit seruare legem, ideo pari ratione Ordinarius non poterit minorare pœnam contra residentes a Sac. Conc. Trid. editam quia iurauit, & vouit parere mandatis S. Matris Ecclesiæ. Et ita Nauarr. cons. 3. num. 1. de cler. non resid. & sentit Fuscus d. lib. 2. c. 3. num. 4. in fin. ibi aut a Sede Apostolica indulgentiam obtinuerit de ipsis, & ita censuit S. Congregatio his verbis.

3 Fructus amissos ob fidei professionem non factam iuxta hoc decretum remittere non potest Ordinarius: sed recurrendum est ad Papam, qui solet eos condonare; est etiam alia declaratio in vna Arimin. quæ sic ait.

4 Gregor. XIII. solebat remittere fructus malè perceptos ob non factam fidei professionem, si verè nulla malitia interuenit, dummodo quam primum emittant, statuitque, quod nullus ad possessionem beneficij admittatur ante professionem fidei.

RESOLVT. CCI.

1 *Appellatione beneficij quotidianæ distributiones non veniunt, & cum sint diuersi generis non augent corpus præbendæ.*
2 *Dispositio Concil. Trid. decis. 24. c. 12. vt beneficiatus non faciat fructus suos: nisi personaliter iuramentum fidei, & non per procuratorem præstiterit, distributiones tamen suas facit.*
3 *Contributio facienda pro Seminario quotidianas distributiones non comprehendit.*
4 *Secundum Ius commune non debetur subsidium charitatiuum de distributionibus, nisi contrarium sit sancitum.*
5 *Habens indultum quod lucretur fructus in absentia, distributiones non lucrabitur, & si indultum extendatur etiam ad distributiones, lucrabitur illas tantum, quæ sunt in pecunia, non autem quæ in pane, & vino, num. 6.*
7 *Absens ratione studiorum etiam de licentia Papæ, licet lucretur fructus beneficij, distributiones non num. 8.*
9 *Qui ex sua deuotione celebrat Missam in hora, in qua cantatur in choro etiam si sit in eadem Ecclesia, non lucrifacit distributiones, secus si ei iussum fuerit a superiore, a quo cauere debet.*
10 *Qui iuxta decr. Concil. Trid. abest tribus illis mensibus distributiones non lucrifacit num. 11.*
12 *Si omnes præbendæ fructus consisterent in distributionibus, ob non præstitum professionis fidei iuramentum tales distributiones quis non lucrabitur, & ita Parochus non professus aliquid pro seruitio præstito detrahere minus poterit num. 13.*

An decretum Concilij quo cauetur, quod non facientes, professionem fructus amittant, locum habeat in distributionibus quotidianis.

1 REspondi negatiuè ex eo, quod appellatione beneficij non veniant distributiones quotidianæ Gõzales in §.7.proœmiali num.166. distributiones namque non dicuntur de corpore beneficij, sed sunt de diuerso genere, & diuersa natura, nec augent corpus præbendæ, ex quo dantur ratione opere, & ministerij personalis. Oldrad.cons.118.num.4. Rota decis.8. num. 1. de præb. in nouis. Staphileus de literis gratiæ in §. noua forma expectatiuarum num. 45. & 46. Rota decis.402. num.4. parte 1. diuersor. Cæsar. de Graffis decis.5. num. 4. de præb. Similiter quamuis
2 prouisi de beneficijs non faciant fructus suos, donec iuramentum fidei personaliter, & non per procuratorem præstiterint, vt disponit Concil. Trident.sess.24. cap.12. de reform. vers. prouisi etiam distributiones tamen acquirunt & faciunt suas, quamuis non iurauerint, vt declararunt Illustrissimi DD. Cardinales in hæc verba.

Congregatio censuit distributiones quotidianas non comprehendi sub verbis Concilij hic, quoniam dantur ratione ministerij personalis, & propter operas suas, & illas percipiens facit suas.

Similiter Mandos. consil. 15.num. 2. & ante n.5. & per totum consuluit, quod Concilium Trident. sess.
3 23. cap.18. de contributione facienda pro seminario non comprehendit distributiones quotidianas. Pariter qui possidet beneficium vigore gratiæ nullæ ab ordinario obtentæ; licet in noua prouisione Papæ teneatur narrare fructus, quos percepit & de illis se componere cum Camera Apostolica alias gratia erit nulla. Put. cum aliis decis. 26. lib. 1. Secus tamen est quoad distributiones quotidianas Cassad. decis.6.in princip. & sub num.4.in fin. & ante num.9.& sub eodem num.9. in fine vers. ex quibus de præb. Item ex
4 distributionibus quotidianis non debetur charitatiuum subsidium inspecto iure communi, nisi contrarium fuisset sancitum Bellenzin. in tractat. de charit. subsidio quæst. 76. num. 1. & 2. Lapus allegat. 136. num.7.per totam. Mandos.consil.15.num.4. Mantua cons.1.lib.1. post num.89. vers.non obstat quarto, vbi idem de decimis dicunt. Sicut etiam indultum con-
5 cessum ad lucrandum fructus in absentia non comprehendit distributiones glos. verbo adfuerint in cap. vnico de cler. non resid. in 6. & ibidem. Probus num.50.in fine Cassador.decis.1. eod. tit. Couarr.lib. 3.variar.c.13.num.2. ad med.vers. sed quamuis prin-
6 ceps. Immò si indultum esset ad percipiendas etiam distributiones quotidianas in absentia, priuilegiatus illius vigore haberet tantum illas, quæ sunt in pecunia; non autem panem, & vinum, & alia similia, quæ in denariis non consistunt secundum Archid. in c. sacerdos num.3.1.q.2.& in c.vnico sub num.1.vers.non tamen talis percipiet victualia de cler. non resid. lib. 6. Quibus annecto quod litteris operam dantes, vel magistri docentes in aliqua Accademia ad maiorem vtilitatem Ecclesiarum, licet in absentia possint recipere beneficiorum fructus, non tamen prædictas distributiones cap.licet 32. & ibi glos.verb. distributiones de præb.Couarr.d.lib.3.cap.13.num.2. post principium. Quod etiam procedit quamuis de licentia
7 Papæ sit absens studiorum causa, vt censuit Congregatio S.Concilii declarans c.3.sess.21. de reformatione dicens sic.

Absentia causa studiorum etiam obtenta à sede Apostolica non excusat ab amissione istius tertiæ partis detractæ, sicut nec excusat ab amissione cæterarum distributionum quotidianarum. Idemque erat dicendum de Canonico lectore sacræ Scripturæ in qualibet Ecclesia iuxta formam capituli primi sess.5.Conc. Trid.nisi Papa Greg. XIII.de gratia speciali illas condonasset, vt dixit eadem Sacra Congregatio sub his verbis.

8 Idem censendum est de docentibus in Ecclesijs qui quamuis à seruitio chori absentes essent possunt percipere fructus suorum Canonicatuum, exceptis quotidianis distributionib.sed ex gratia diebus quibus legũt habendi sunt sicut præsentes in choro, & inseruientes non modo pro illis horis, vt si mane legunt pro horis matutinis, & missa solemni, sed etiam pro tota die vt declarauit S. D. N. Gregorius XIII. Fuit etiam de-
9 claratum, quod celebrantes missam priuatam tempore horarum non debeant habere præfatas distributiones, vt sequitur.

Qui tempore quo cantatur vna hora in choro; missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione non dicitur interfuisse ipsi horæ, nec illius distributiones accipere potest, si verò iussus fuerit à superiore, vt celebraret tunc reciperet, superior tamen debet cauere à tali iussione. Eadem & maiori
10 cum ratione qui absunt tribus mensibus à Concilio Triden.concessis, c. 12. sess. 24. de reform. nequeunt pro illo tempore consequi quotidianas distributiones, vt etiam declarauit S. C. 3. Augusti 1586.

11 Quod comprobatur etiã nam distributiones quotidianæ dantur ratione ministrij, & operæ personalis, & laboris: & illas percipiens facit suas, vt tradunt DD. in cap. vnico de cler. non resid. in 6. & non veniunt appellatione fructuum, & prouentuum beneficij capitul. licet de præb. Oldrad. cons. 118. Rota decis. 2. de præb. in nouis, & 35. de re iud. in antiquis, Cassad. decis. 1. in fine de præbend. Probus ad Monachum in d. c. vnico n. 37. & nu. 52. Paris. cons. 32. & 34. lib.4. Gigas cons. 144. alias resp. 35. de pension. Couar. lib.3. variar. c. 13.n.1. Rota in Toletana Pensionis 5. Nouemb. 1565. & in Hispalens. pensionis 8. Nou. 1574. apud Cæsarem de Graffis, decis.116.& 1. par. diuersorum dec.330.& post hæc tradit Gonzalez §. 7.proœm. num. 154. Et ita censuit S. Congregatio Concilij vt in declarationibus sequentibus Concilium grauat non profitentes, vt non faciat fructus suos, quorum fructuum appellatione distributiones quotidianæ non veniunt, ita Congregatio censuit non comprehendi in hoc casu verbis concilij cap. 12. sess.24. Aliæ distributiones quotidianæ non comprehenduntur sub hoc vers. quas seruiens facit suas licet professionem fidei non emiserit. Et facit in simili declaratio 9. adducta per Garziam in tr. de oblig.recit. par. 11. cap. vlt. 6. dub. sub n. 186. Grossa tamen præbendæ, & si residendo, & diuinis interseundo lucrisiat, non venit in proposito appellatione fructuum iuxta dicta per Garziam. vt supra c.2. dubio 19. n. 439.

12 Et similiter si omnes fructus præbendæ in distributionibus quotidianis consisterent, ita quod non esset Grossa, qui non feciisset fidei professionem eas non faceret suas, nam tunc succederent loco fructuum ne dispositio Concilij tunc frustraretur ad trad. per Probum in d. c. 11. num. 64. & alia per Garziam vbi supra num.113.114.& 115. Nec de istis fructibus præ-
13 bendæ, aut parochialis aliquid detrahendum est pro seruitio præstito, sed omnes debent restitui non facta professione, cum Concilium absolutè dicat, quod fructus non faciant suos in pœnam peccati, quamuis contrarium intellexi fuisse consultum à quibusdam Theologis.

RESOLVT. CCII.

1 *Ignorantia Iuris vniuersalis neminem excusat, quoniam quilibet iura scire tenetur, cum peritos consulere debeat, vt n. 3.*

2 *Post*

2 *Post lapsum duorum mensium à die publicationis, statuta etiam ignorantes ligant.*
4 *Vbi requiritur dolus, ignorantia Iuris excusat numero 5. ex quo excusatur etiam à mortali, & à restitutione, num. 6.*
7 *Soluitur appositio, quod benè non peccet, teneri tamen ad restitutionem.*

An qui non fecit professionem fidei ob ignorantiam, vel inaduertentiam excusetur à mortali.

IN quo articulo est distinguendum, quod aut loquimur in foro exteriori, & tunc quia est ignorantia
1 iuris communis, seu vniuersalis neminem excusat. l. error. C. de iuris & facti ignor. & cap. ignorantia de regu. iur. lib. 6. Quoniam scire iura quilibet tenetur l. leges C. de legib.

Imò iuris ignorantia dicitur dubio procul lata culpa, vt per Alexan. cons. 77. col. 2. vol. 3. Bart. in l. quod Nerua colum. 6. ff. depos. Riminal. Iun. consil. 484. Annus numero 20. volu. 5. Betran. consilio 278. etiam num. 2. vol. 8.

2 In tantum, quod statuta ligant etiam ignorantes post duos menses à die publicationis, vt prodidit Abb. Dec. Bero. n. 49. & 52. & alij omnes vniuersaliter in cap. cognoscentes de constit.

3 Et tanto magis ignorantia ipsa iuris non excusat, quanto quod quis potuerit consulere peritiores, idq; aliter non egit, vt per Glo. Alex. Ias. Dec. & alios vniformiter omnes in l. iuris ignorantia C. qui admitti,
4 attamen ignorantia iuris excusat, vbi dolus requiritur, vt per Angelum in l. si quis id quod ff. de iurisdict. omn. iudic. Dec. cons. 604. col. 2. cons. 605. & cons. 667. numero 6. quibus in locis vna simul cum Ruino cons. 23. lib. 1. consuluere pro Duce Grauinæ eum non
5 teneri pœna criminis læsę Maiestatis, vel alia licet sumpserit arma cum inimicis Cesareę Maiestatis contra terras ipsius, ex quo dolus argui non poterat in eo, qui crediderit sibi id licuisse, quoniam licentiam tunc habebat Viceregis Regni componendi se cum inimicis ipsis pro statu suo recuperando, prout in casu simili in causa syndicatorum Ciuitatis Canusij dum tractabatur de pœna incursa per eos in arctando Capitaneo sindicando terminum Regiæ Pragmaticæ, ita extitit ad eorum fauorem iudicatum in sacra Regia Audientia Prouincię Terræ Bari, sub die 20. Ianuarij 1589. me assidente, tunc in ea Auditore, & huiusce causæ commissario; & maxime quando est iuris clari, quæ non excusat, regul. ignorantia lib. 6. Cumel. 12. quæst. 76. articul. 4. disput. 3. Gabr. Vasquez 12. disputat. 123. num. 5. Suarez 5. tom. de censuris disput. quarta sect. 8. n. 18. ita in prop. Nau. d. cons. 7. num. 2. & d. cons. 12. Flam. Parisius supra n. 8. & 9. Eman. Rodriq. supra P. Ledes. infra.

6 Secundo excusari in foro conscientiæ, & quo ad Deum à mortali, & consequenter ab amissione, & restitutione fructuum ad capitul. 2. de constitut. & ibi glos. 1. si ex pura ignorantia, vel inaduertentia dicti præcepti sincerè, & absque malitia, & mala fide facere desijt dictam professionem Fidei iuxta doctrinam Caietani in summ. verb. precepti transgressio in fin. & Armillæ verbor. præceptum n. 8. Nauarr. dict. cap. 23. numero 59. & cons. 9. de renunciat. Card. de legib. lib. 8. disput. 13. vltimo cap. 2. positione Cumes Vazquez d. 1. 2. tom. 2. disp. 158. n. 61. & ita in proposito tenet Nauarr. d. cons. 7. num. 3. & d. consilio 12. Flam. Paris. supra num. 10. F. Eman. Rodriquez supra, & quæst. regul. 2. tom. quæstion. 72. art. 3. & Zecchus de Benef. & pension. c. 9. num. 3. vers. requiritur etiam.

Et ita tenendum est quamuis P. Ledesma dict. con-
7 clus. 10. 2. difficultate, teneat contrarium nempe tenetur restituere in conscientia, & non facere fructus suos, quia ista lex (inquit) non est pœnalis, & sic obligat in conscientia, licet non sit peccatum sicut teneretur restituere fructus Beneficij, qui desineret recitare, licet id faceret ob ignorantiam, seu inaduertentiam, aut negligentiam inuincibilem, si tamen bona fide consumpsit fructus, non teneri restituere, nisi id, in quo factus est locupletior, & hanc esse sententiam omnium Doctorum, & magistrorum. Quæ sententia est falsa, verius enim est istam legem esse penalem, vt diximus, cum priuet fructibus, ad quos alias habebat ius, & titulum, & idem dicimus in non recitante vltra quod ibi erat diuersa ratio iuxta sententiam Theologorum.

RESOLVT. CCIII.

1 *Regula qui per alium facit per se ipsum facere videtur, non procedit in iuramento fidei præstando cum debeat fieri corporaliter, tactis Euangelijs, & iuxta traditam formam Pij 4. vt num. 2.*
3 *In iuramento, necessario requiritur tactus Scripturarum, in quibus contineantur Euangelia de quatuor Euangelistis, & num. 4.*
5 *Reijcitur opinio asserentium posse fieri fidei professionem per procuratorem.*

An fidei professio fieri possit per procuratorem.

ET prima facie videbatur affirmandum ex regula
1 iuris, quod qui per aliud facit per se ipsum facere videtur cap. qui per alium de regulis iuris, & omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur authoritas cap. mulieres, de sententia excommunicationis l. 2. C. de veteri iure enuclean.

Cæterum contrarium consului ex eo, quod istud
2 iuramentum, & professio fidei debeat fieri corporaliter, id est, tactis scripturis, & dicendum est debere fieri corporaliter, & tactis Euangelijs, & aliàs non satisfieri vt patet ex verbis formæ traditæ à Pio IV. in constitutionibus supra citatis, num. 5. in fine, ibi sic Deus me adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia, & notat Ioan. And. Abb. n. 6. & alij in cap. ego N. de iureiurando, & facit etiam, nam vbi iuramentum defertur
3 à iure, requiritur necessario, in actu iurandi corporalis tactus scripturarum, vt per glos. in c. vt circa verbo corporali, & verb. præstito de electione in 6. & in clement. 1. §. porrò verbo tacta de hæreticis, & ibi Doct. Cosmum in pragmatica sanction. tit. de elect. §. ad locum verb. manibus. Monachum in dict. cap. vt circa, num. 12. Abb. in cap. fin. de iuramento calumniæ num. 3. Caputaquen. decision. 123. par. 2. part. 6. ad particulam 9. num. 10. & ita tenuit Rota in causa Carthaginens. fructuum coram D. Plato 19. Februar. & 1. Iul. & 22. Nouembr. 1588. vt in decisionibus statim ponendis, & in Toletana Scolastriæ 22. Innij 1592. coram D. Orano sufficiet tamen, quod scriptu-
4 ra, quæ tangitur sit, vel contineat Euangelica, seu Euangelium aliquod de quatuor Euangelistis, Bonif. in d. Clement. 1. de hæret. num. 94. Vnde Rota in vna Chartagin. coram Plato censuit non potuisse quendam per procuratorem emittere huiusmodi professionem, aut illam in curia facere, & publicum instrumentum ad partes transmittere, quia certum est huiusmodi iuramentum debere corporaliter præstari, vt tradunt DD. in cap. ego N. de iureiurando, vbi Abb. num. 6. quo stante, cum decretum Concilij, velit, vt faciat coram Capitulo, & Episcopo, aut eo impedito coram Vicario, necessarium est eum, qui profitetur præsentem esse, alioquin dici non poterit, quod corporaliter iurauerit, & professionem emiserit coram Capitulo, & Episcopo.

5 Et propterea infertur huiusmodi professionem fidei non posse fieri per procuratorem, quamuis contrarium tenuerint Nauarr. dicto consilio 11. numero 2. & P. Ledesma supra 6. difficultate, sed debere fieri personaliter, vt S. Congreg. Concilij censuit, & aduertit additio Nauari ibi, & refert Zerola 2. parte verb. fidei professio, vt in sequenti declaratione super d. c. 12. ibi, facere professionem per se ipsum, & si professionis & fidei, &c.

PRAXIS HOSPITALIS.

RESOLVT. CCIV.

1 *Hospitale non venit appellatione beneficij.*

2 *Amplia etiam si Episcopi authoritate sit fundatum, & in eo Missæ celebrentur. Et quamuis in titulum beneficij conferantur cum sint ad nutum, amouibilia n. 3.*

4 *Limita quando hospitale confertur in perpetuum ideſt ad vitam titularis, tunc enim dicitur beneficium Ecclesiasticum numero 5. Quod quomodo procedat citat. numero 4.*

Limita vbi hospitale esset accessoriè vnitum beneficio Ecclesiastico.

7 *Limita quando sumus in materia fauorabili, quia tunc appellatione beneficij venit etiam hospitale, quod secus est quando sumus in pœnali dispositione.*

8 *Dispositio loquens de quibusuis beneficijs si cõtinet materiam extendibilem puta obuiatiuam fraudis comprehendit enim hospitalia subiecta Episcopo.*

9 *Constitutio de publicandis resignationibus comprehendit etiam hospitalia: redditur ratio, quia est fauorabilis, & propterea extendenda.*

Hospitale an veniat beneficij appellatione.

1 REspondi quod non; nam Hospitalia non veniunt sub reseruatione extrauagantis ad regimen. Feder. de sen. consilio 280. casus talis est Dec. consilio 165. numero secundo vers. sed supradictis Æneas de Falcon. de reseruat. quæst. tertia princip. ante final. numero 33. Simonet. eodem tract. quæstione septima numero primo, & per totam. Silua de beneficijs parte secunda quæstione 17. numero primo, Gomez. de trien. quæstione septima in fin. Rebuff. de nominat. quæstione 15. numero 12. Put. decisione 261. numero 10. libro primo Mohed. decisione 18. de caus. possess. & proprient. etiam si authoritate Epis-
2 copi sint fundata, & habeant Ecclesiam, & Cempanile, & in eo perpetuo Missæ celebrentur Mohed. dicta decis. 18. addit. ad Simonet. dicta quæstione septima numero quinto, & probat tex. in dict. Clemen. per literas ibi etiam si Ecclesias, vel cappellas, &c.
3 & quamuis conferantur in titulum beneficij, cum sint ad nutum amouibilia, Rota decis. 3. de regul. in Antiq. latè Gom. de except. n. 92. ad fin. & n. 93.

Declara hanc illationem, & etiam principalem
4 conclusionem, vt non procedat si Hospitale in perpetuum conferatur, ideſt ad vitam titularis, quod esse non potest, nisi vbi in fundatione ita cautum sit, vel vbi per electionem prouideatur, vt disponitur in dict.
5 Clemen. quia contingit §. vt autem, tunc enim dicitur beneficium Ecclesiasticum, & cadit sub reseruatione Silua de de benefic. 2. par. q. 11. num. 8. Pauin. de officio, & potest. cap. Sede Vacan. p. 2. q. prima Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 73. & in tract. de nominat. q. 15. num. 13. vers. primo fallit Gomez. in regul. de trien. quæst. septima per totum Mohed. dicta decisione 18.

6 Secundo declara vbicumque hospitale accessoriè est vnitum beneficio Ecclesiastico, quia tunc de illo iudicatur sicut de beneficio Rebuf. post alios in dict. tract. de nominat. quæstione 15. numero 14. Ægid. decis. 387.

Tertio notabiliter declara, vt appellatione benefi-
7 ciorum Ecclesiasticorũ non ueniant Hospitalia, quando sumus in pœnali dispositione, & ita intelligitur tex. in dict. Clem. per literas de præbend. vbi Anchar. post alios numero 1. & 5. Felyn. in capitulo de quarta numero 14. de præscript. Dec. consilio 161. sub n. 2. Sylua de beneficijs parte 3. q. 41. secus vbi sumus in materia fauorabili, quia tunc appellatione beneficij venit etiam Hospitale, vt defendit Lapus relatus per Anchar. qui eum sequitur in Clement. dispendiosam numero secundo in 4. not. de iud., cuius etiam opinionem tutiorem dicit ibidem Cardinal. q. 3. in fin. idem Cardin. in Clement. 1. quæstione septima de sequestr. possess. latissimè Felyn. in d. cap. de quarta numero 15. de præscript. qui putat id defendi posse etiam si in dispositione non adsit dictio vniuersalis, qaæcunque, &c. & in fin. d. numeri decimi quinti su-
8 bijcit, quod si est aliqua dispositio iuris, vel regularum continens materiam extendibilem puta obuiatiuam fraudis, si loquatur de quibusuis beneficijs comprehendit etiam Hospitalia subiecta Episcopo, licet solita gubernari per laicos, & sub numero 16. addit se ita obtinuisse in Causa propria in materia regulæ 24. idem quoque defendit alios citando Paris. consilio 36. numero 15. & 16. libro quarto, & Silua de benefic. parte prima quæstione tertia numero 9. cum alijs per Mandos. in reg. 26. quæstione quinta quibus addo Gambar. de potestat. legat. libro quinto num. 21. & 22. vbi quod in materia fauorabili, vel proportionabili appellatione beneficiorum veniunt Hospitalia. Hinc Rota in Region. Hospital. 13. Nouembris 1587. Coram Bubalo tenuit quod constitu-
9 tio de publicandis resignationibus comprehendat etiam Hospitalia, ea scilicet ratione, quia est fauorabilis, & extendenda Caputaquen. decision. 36. parte tertia in impressis, est enim edita ad obuiandum fraudibus, vt ex eius præfatione colligitur, quo casu constitutio dicitur fauorabilis, vt latè probat. Aym. consil. 118. numero vndecimo, etiam si alias materia ex sui natura esset odiosa. Dec. consilio quinto in fine, & etiam si constitutio esset pœnalis plenè Gozad. consilio quinto numero sexto vnde in ea beneficij appellatione comprehendi debet etiam Hospitale, in quo concurrunt fere omnes rationes dictæ constitutionis, quod fuit in causa, vt alias Rota apud Caputaq; dict. decision. 36. existimauerit illam habere locum etiam in beneficijs iuris patronatus, licet in illis viderentur cessare verba constitutionis sonantia in beneficijs, quæ conferuntur, nam putauit satis esse, quod reliquæ rationes in ea militarent, prout ferè omnes militant in Hospitalibus, nam & in his contrahentes cum Hospitalario post resignationem possent decipi, Hospitalarius in detrimentum animæ suæ partem illam fructuum, quæ ad illum pertinet male perciperet, item ignoraretur vera vacatio Hospitalis, videatur Lap. in tract. de Hospital. quæst. 52. & Villadeg. de legat. quæst. 9. num. 17.

PRAXIS ILLICITÆ NEGOCIATIONIS.

RESOLVT. CCV.

1 *Clericis lucri causæ negociari, & mercaturam facere prohibitum est.*

2 *Bannimenta emanata contra clericos mercaturam exercentes, vel similes species.*

3 *Hodie Illustrissimus Dominus Thesaurarius cognoscit priua-*

priuatiuè de huiusmodi clericis, & etiam videtur processisse Auditor Cameræ.

4 *Clericus illicitè negociatur, cum emit rem, cuius forma non mutata carius venditur.*

5 *Negociationes, quæ licitæ sunt laicis, clericis prohibitæ sunt.*

6 *Qui emit possessionem, vt fructos vendat negociator dicitur, & sic omne quod fit lucri causa negociatio dicitur.*

Clericus quando dicatur negociator.

1 CLericis lucri causa negociari, & mercatura facere prohibitum esse probat text. in cap. 2. ne clerici, vel monachi in cap. clerici, & capitulo finali, de Vita, & honestat. clericorum in capitulo negociatorem, & capitulo fornicari. 88. distin. & in cap. clerici 14. q. 4. & in dictis iuribus communiter notant omnes Canonistæ Diaz. in pract. Criminal. Canon. in verbo negociatores capitulo 55. numero 1. & ibi Ignat. Lopez in additionibus litera A. vbi huius prohibitionis tres affert notabiles rationes Alexandr. de Neuo consilio 60. numero 30. Montemaran. in sua practic. Episcop. capitulo 77. numero primo Redoan. de Spolio quæst. 2. in princip. & numero primo, & seq. vbi huius prohibitionis plures affert rationes, & latius num. 31. & sequentibus. Vbi alia plura iura adducit, & numero 40. in fin. versicul. videtur, & numero 41. & numero 48. versic. subdens, & numero 66. in principio. Et referit idem Redoan. vbi supra

2 dicto numero 44. in fine alias contra clericos negociatores, Aduocatos, Procuratores, Medicos, & Chirurgos fuisse 30. Octobris 1586. emanata bannimenta de ordine Cardinalis de Sabellis tunc Vicarij Papæ, ex quibus apparet eo tempore contra huiusmodi clericos negociatores Vicarium Papæ esse Iudicem competentem. Non sic hodie cum vigore facultatum cõcessarum Illustrissimo Domino Thesaurario

3 ipse solus priuatiuè; quo ad omnes alios sit competens iudex, licet quandoque etiam viderim Auditorem Cameræ, contra eosdem clericos de illicita negociatione inquisitos processisse.

Clericus autem quando dicatur exercere negociationem illicitam, & prohibitam vide textum in capitulo eijciens, & in capitulo quid est aliud 88. distinctionem, & in capitulo quicumque 14. quæstion. Quibus iuribus probatur, quod illicita, & prohibita

4 negociatio clericis dicitur, quando emunt rem aliquam, vt eam postea eiusdem rei forma non mutata carius vendant, per quæ Iura hoc idem tradiderunt Antonius de Butr. & alij omnes Canonistæ in capitul. fin. de vita, & honestate Clericorum. Romanus in lege si publicanus §. 1. ff. de publ. Alexandr. de Neuo consilio 60. num. 5. Ignat. Lopez in additionibus ad Diaz in pract. crim. canon. capitulo 55. litera A. post versiculum, & huius capitis Montemaran. in sua pract. Episcopal. capitulo 77. num. 2. Redoanus de Spolio quæst. 2. num. 38. & num. 39. versiculo Negociari vero, & num. 40. & num. 44. versiculo quia negociatio.

Verum, & magis generaliter quando dicatur illicita, & prohibita clericis negociatio vide Alexandrum de Neuo, dicto consilio 60. numero quarto in fine versiculo tunc tamen, vbi remissiuè, post alios, quos allegat Canonistas, & vide rursus text. in capitulo forus de verborum significatione, vbi quod negociare propriè quis dicitur in commercijs, Ioann. de Anan. in capitulo primo columna secunda de rap.

5 Vbi dicit quod illæ negociationes sunt prohibitæ clericis, quæ sunt conuenientes Laicis tantum Barba. in addit. ad Prax. in lege legatis digest. de lege tertio.

6 Vbi dixit, quod qui emit possessiones vt fructus vendat, dicitur negociator summa Angelica in verbo negocium vbi dicit magis generaliter, quod mercantia, seu negociatio dicitur omne illud quod fit lucrandi causa, & vide etiam eundem Redoan. dict. quæst. 2. num. trigesimoquinto, & n. quadragesimosecundo ante fin. & num. quadragesimoquarto versiculo, & dicit, & num. 50. quinquagesimoprimo, & quinquagesimosecundo, & num. quinquagesimooctauo, versiculo nec Prælatus.

RESOLVT. CCVI.

1 *Prohibitum est Clericis sæcularibus negocijs se immiscere, & quæ pœna huiusmodi clericis sit infligenda refertur tex. num. 2.*

3 *Causa charitatis licitum est clericis, vel monachis sæcularibus se immiscere.*

4 *Clericus Beneficiatus miles sæcularis effectus beneficium amittit num. 4.*

5 *Clericus in Sacris constitutus, vel beneficiatus, Laico in domo seruire, vel eius negocia peragere non potest, & quid si agat vnum negocium tantum.*

7 *Item prohibetur quamuis sit officium maioris in domo Principis.*

An sub illicita negociatione veniat lucrum ex officijs sæcularibus quæsitum.

CLericus sicut fordidas artes negociatorum & mercaturam exercere nequit vt dixi supra, ita nec etiam in sæcularibus negocijs vllo pacto se immi-

1 scere potest text. est in capitulo clerici, officia, & in capitulo finali de vita, & honestate clericorum. Vbi Abbas, & cęteri canonistæ in capitulo primo, & in capitulo secundo ne clerici, vel monaci. Vbi pariter Canonistæ in capitulo secundo in nauiganti colum. finali eodem titulo Lodouic. de Rodulphis in

2 tract. de vsur. quæstione 33. Deficit enim isto casu à principio animus lucrandi, qui reddit negociationem illicitam secundum præallegatos Doctores, & per Nauarr. in Manuali confes. capitulo 25. numero 10. Redoan. in tract. de spolio, quæstione 2. numero 49. in finali, & numero 55. versiculo & ille. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. capitulo 55. in verbo negociatores litera A. post versiculo, & quibus Montemaran. in sua pract. in Episcopo cap.

3 77. numero 14. Sic, & clericus licitè potest emere victualia, vt abundet tempore famis, non solum pro vsu suo, sed etiam vt dicto tempore alijs quoque vendere possit pro currenti pretio, quando id faciat non lucri causa, sed charitatis, vt alijs indigentibus subueniat secundum Innocent. & Abbat. in capitul. primo ne clerici vel Monaci, quos sic dicentes, refert, & sequitur Redoan. de Spolio dicta quæstione 2. numero 48. 49. & 50. Vbi etiam facio generalem conclusionem non esse illicitum clerico aliqua superueniente necessitate vendere victualia, pro currenti pretio, quæ prius pro vsu suo, seu alias non animo lucrandi emerat, & numero 56. 57. & 58. ponit quatuor requisita ad hoc vt præmissa conclusio locum habeat.

4 Hic est quod clericus beneficiatus effectus miles sæcularis beneficium amittit secũdum glos. in capitulo finali in verbo redierint de cleric. non resid. & est communis opinio, prout attestatur Imol. in cap. fin. numero sexto de vita, & honestate clericorum. Barbat. consilio vndecimo, colum. final. versic. Præterea facit libro primo. Gigas de Pension. quæstione quinquagesima quinta, numero secundo, quod sic referendo sequitur Clarus in pract. §. final. quæstione 73. numero 6. sub vers. item clericus reddens rationem, quia scilicet eo ipso, quod sæcularem militiam assu-

mit videtur clericali militiæ renunciasse, vide quæ de clerico arma portante suo loco dixi. Hinc etiam est,
5 quod clericus beneficiatus, aut in sacris constitutus non potest deseruire alicui laico, in domo, vel extra pro suis negocijs peragendis text. est in capitulo credo 21. quæstione tertia, & in capit. Sacerdotibus, ne clerici, vel Monaci, vbi Abb. & alij Canonistæ, vltra quos ad illius text. declarationem vide omnino Diaz in pract. crimin. canon. cap. 57. in verbo ministri laicorum per totum in discursu. Vbi præsertim
6 quid de clerico non beneficiato, & in sacris non constituto, & quid si agat vnum tantum negocium laici, est etiam tex. in §. alium autem in auth. de sacrosanct. Episcop. per quem tex. Montemaranus in sua
7 pract. Episcop. cap. 77. num. 18. dixit, clericos non posse exercere officium maioris domus alicuius Principis, quod etiam in synodo Prouinciali Toletan. diœcesis celebrato de anno 1565. statutum fuisse sub certa pœna testatur Ignat. Lopez in Additionibus ad Diaz dicto cap. 57. littera B. Nunquid autem clericus admissus ad aliquod officium sæculare possit à sæculari iudice puniri dixi alibi in titulo de inquisitione, quæst. 8. num. 98.

RESOLVT. CCVII.

1 *Non solum clerici beneficiati, vel in sacris constituti pœnas incurrunt, sed etiam constituti tantum in minoribus, & non beneficiati vigore Bullæ Pij IV.*

2 *Clericus non incurrit pœnas illicitæ negociationis, nisi trina monitione monitus.*

Clericus negotiator non nisi in sacris, vel beneficiatus tantum punitur.

CLericus negociator, & mercator, tunc demum pœnas prædictas incurrit, quando est, aut beneficiatus, aut in sacris ordinibus constitutus secundum Innoc. Hostien. Abb. & alios, quos in proposito refert, & sequitur Redoan. in tract. de spolio. quæst. 2. num. 59. 60. 61. & 62. vbi bonam reddit rationem, & num. 71. 72. & 73. vbi etiam quid de clericis coniugatis, & num. 107. & seqq. vsque ad num.
1 110. vbi tamen quod vigore Bullæ Pij quarti, de qua alias supra mentionem feci compræhenduntur in ea etiam clerici sæculares in minoribus tantum constituti, & non beneficiati. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. in Verbo negotiatores, capitulo 55. littera A. vers. ex pœna idem Diaz vbi supra, cap. 57. nu. 1. vers. quod intelligi, vbi de clerico se immiscente in sæcularibus negocijs Montemaran. in pract. Episcopal. cap. 77. nu. 9. quidquid secus post alios, quos allegat sensisse videatur, Alexand. de Neuo, consil. 6. num. 4.

2 Animaduertendum tamen est, clericum propter negociationem, vel mercaturam non incurrere pœnas supra positas, nisi tertio monitus non desiterit ab illicitè negotiando: sic enim trinam monitionem requirit tex. in cap. final. & ibi notant post glos. omnes canonistæ de vita, & honest. clericorum. Aduertit etiam Redoan. de spolio, quæst. 2. num. 71. & num. 73. in principio. & sub vers. & dicit Innocentius, & num. 74. Vbi quid si clericus pœnitens à negotiationibus desistat, & dixi alibi de clerico exercente macellum, seu tabernam.

RESOLVT. CCVIII.

1 *Verbum exercere actuum multiplicitatem requirit.*

2 *Opinio Bald. & aliorum quod mercator dicatur etiam, qui vnam exercet mercaturam procedit in laico, & de iure ciuili, non autem in Clerico, & de iure Canonico.*

3 *Bulla Pij Quarti loquens de illicitè acquisitis, an compræhendat acquisita à clerico vna mercatura.*

An ex vnica negociatione Clericus possit puniri.

NEc Clericus dicitur mercator, aut negociator, nec propterea pœnas prædictas incurrit ex vnica tantum negociatione, seu mercatura, sed requiruntur plures, ita quod propriè dicatur mercaturam, & negociationem exercere cum hoc Verbum
1 exercere actuum multiplicitatem requirat ad tex. in l. 1. §. licet, & ibi glos. in verbo omne, ff. de tribut. & in proœmio inst. §. cumq; hoc Deo, & in l. semper, §. Diuus Adrianus, & in l. seq. ff. de iur. immunit. Bart. in rubrica de nauic. lib. 11. idem Bart. in l. legatis seruis, ff. de leg. 3. & in proœmio, ff. numer. 10. & in l. maritum. §. qui quæstum, ff. de adult. Felyn. in proœm. Gregor. columna fin. in 4. limit. Rebuff. in tract. de mercatur. minu. art. 1. glos. 1. num. 10. Redoan. in tract. de spolio, quæst. 2. numer. 66. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. canon. in verbo negociatores, cap. 55. littera A. vers. & vt huius capitis Montemarian. in pract. Episcop. cap.
2 77. num. 8. Et licet Baldus in rubric. de constit. pecun. in fin. & in proœm. digestorum, versic. item fallit in mercatore. Alexand. in d. l. Legatis in princip. ff. de legat. 3. & in addit. ad Bart. in rub. C. de nauic. lib. 11. Corset. in suo repertorio, in verb. mercator; affirmare videantur mercatorem nuncupari eum, qui solam vnam negociationem, seu mercaturam facit, pro responsione tamen aduerte, prout aduertit Redoan. in loco prælegato, quod hæc vltima opinio poterit procedere in Laico, & de iure Ciuili, non autem in clericis, & de iure canonico, & subdit ibidem
3 Redoan. d. num. 66. ad finem quod vigore Bullæ Pij Quinti, quæ generaliter loquitur de illicitè acquisitis, veniunt etiam acquisita ex vnica negociatione, & mercatura in clerico illicita, & prohibita.

RESOLVT. CCIX.

1 *Cum deficit animus lucrandi à principio, quamuis sequatur lucrum negociatio illicita non dicetur.*

2 *Clericus si ratione charitatis, emeret frumentum tempore famis, vt postea vendat alijs pro currenti pretio quamuis lucretur licitè negociabitur.*

Clericus an dicatur negociator vendens frumentum emptum pro vsu proprio.

NEque dicitur negociator, nec mercator, qui vendit frumentum, vinum, aut quid simile emptum pro vsu suæ domus, & postea illud vendat eo quia eo non indigeat, sed supersit, vltra id quo indiget, secundum Paul. de Castro in l. 2. in princip. ff. si certum pet. Anton. de Butrio, & alios in capitul. in Ciuitate de Vsur. Ioan. de Lignan. in cap. final. eodem titul. Abb. in cap. nauiganti col. final. eodem titul. Ludouic. de Rodulphis in tract. de vsur. quæst.
1 33. Deficit enim isto casu à principio animus lucrandi, qui reddit negociationem illicitam secundum prælegatos Doctores, & per Nauarr. in Manuali confessor. capitulo 25. numero decim. Redoan. in tractat. de spolio, quæstion. secunda num. 49. in fin. & numero 55. versicul. & ille. Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. capit. 55. in verbo negociatores litera A. post versicul. & quibus Montemaran. in sua pract. in Episcopo cap.
2 77. numero 14. Sic & clericus licitè potest emere victualia, vt abundet tempore famis, non solum pro vsu suo, sed etiam vt dicto tempore alijs quoque vendere possit pro currenti pretio, quando id faciat

non

non lucri cauſa, ſed charitatis, vt alijs indigentibus ſubueniat ſecundum Innocent. & Abbat. in capitulo 1. ne clerici vel monachi, quos ſic dicentes refert, & ſequitur Redoan. de Spolio dicta quæſtione 2. nu.48. 49. & 50. Vbi etiam facit generalem concluſionem, non eſſe illicitum clerico aliqua ſuperueniente neceſſitate vendere victualia, pro currenti pretio, quę prius pro vſu ſuo, ſeu alias non animo lucrandi emerat, & num.56. 57. & 58. ponit quatuor requiſita ad hoc vt præmiſſa concluſio locum habeat.

RESOLVT. CCX.

1 *Quod clerico ex peccato peruenit reſtituere tenetur, & in ſtatu damnationis non eſt ſi totum non reddiderit. num.2.*

4 *Omnia quæ peruenerint clerico turpiter, & iniuſtè Cameræ applicantur, prout ex Bulla Pij Quarti, & ita corruit quod opponebatur num.3. quæ deberet erogare pauperibus, vel ad alios pios vſus.*

De pœna Clerici negociantis.

1 CLericus negociator ſi, vt mox dixi committit negociando peccatum mortale, ſequitur quod acquiſita ex tali negociatione reſtituere tenetur, & pauperibus erogare ſecundum Cardinalem, Zenſer. & Imol. in Clementina prima de vita, & honeſtate clericorum provt illos refert Diaz. in pract. crimin. canon. cap. 55. in verbo negociatorum num. 2. vbi tamen

2 ſubdit, quod ſi totum non reddiderit non eſt in ſtatu damnationis ſecundum præallegatos Doctores. Summa Ang. in verbo clericus 7. circa fin. Vbi dixit quod clericus indubitanter obligatus eſt reſtituere id, quod percepit ex peccato mortali, ſi peccatum ſit notorium. Hoſtienſ. Abbas, & alij in capitulo quia plerique de immunitat. Eccleſiarum dicentes in ſpecie quod exercens illicitas negociationes, vel alias

3 iniuſtè acquirens tenetur in foro animæ quicquid fuerit inde lucratus in pauperes, vel alios pios vſus erogare. Contrarium quod talis reſtitutio, ſeu potius in pauperes erogatio ſit de conſilio, & non de neceſſitate, & quod propterea poſſit clericus acquiſita ex illicita negociatione hæredibus relinquere ſi velit, voluit Innocentius ſi eius verba bene ponderentur licet pro prima opinione à Doctoribus allegetur in dict. capit. quia plerique de immun. Eccleſiaſt. & ibi etiam hoc idem dixit Cardinalis Archidia. in capit. qui habetis 14. quæſ. 5. idem Abb. in cap. cum ſit, extra de iudæis, & eſt de mente gloſæ in cap. fin. de ſimonia, & in cap. in ſum. 14. quæſt. 15. & in cap. non eſt putanda 1. quæſt. 1. & in cap. ex traſmiſſa de decim. eas ponderando prout bene ponderauit Redoan. de ſpolio quæſt. 2. num. 74. & ſequentib. vſque ad num. 81. vbi in hac reſidet ſententia, proponit contraria, & illis reſpondet. Nec diſſentit Diaz vbi ſupra d. cap. 55. num. 7. & ibi Ignat. Lopez in addit. litera C. hodie

4 ceſſat hæc difficultas, quia vigore Bullæ Pij Quarti 23. acquiſita ex illicita negociatione; immo vigore dictæ Bullæ non ſolum applicantur Cameræ acquiſita, ex illicita negociatione, ſed etiam omnia alia turpiter iniuſtè, & male à clerico acquiſita contra ſacros Canones, prout bene ponderauit idem Redoan. dict. quæſt. 2. num. 81. & ſeqq. vſque ad num. 107. & n. 112. vbi etiam bene explicat, & exemplificat, quæ, & quot modis dicantur acquiſita, à clericis contra ſacros Canones, & dictam Bullam declarat.

RESOLVT. CCXI.

1 *Differt artificium à Negotiatione, quia artificium manibus operando, vel aliter de vna forma reducitur ad aliam, non ita negociatio vt in præced.*

2 *Eſt opinio aliquorum, quod liceat clerico emere poſſeſſionem ad finem vendendi fructus, in quo habetur negociatio, & artificium.*

Artificium qualitèr à negociatione differat.

ARtificium autem quando dicatur, & in quo differat à negociatione, dic vt ſupra dixi, quod negociatio propriè dicitur, quando quis emit vnam rem, vt illam non mutata forma, carius vendat; artifi-

1 cium verò quando quis emit aliquam rem, ſeu materiam, & manibus operando, & per artificium illam reducit in aliquam formam, vt puta emendo vimina, & faciendo caniſtra, emendo cartam, & conficiendo libros, emendo trabes, vt conficiat domum, emendo filum, vt faciat retia, aut his ſimilia iuxta text. in cap. nunquam de conſecrat. diſtinct. 5. & in dicto capit. clericus 91. diſtinct. & in cap. 1. 21. quæſt. 1. gloſ. in cap. canonum 14. quæſt. 4. & notatur per Butr. Abb. Imol. & alios canoniſtas in cap. fin. de vita, & honeſt. clericor. & plenè per Redoan. de ſpolio dict. quæſt. 2. num. 6. & 7. & num. 16. & poſt numer. vigeſimum tertium, & num. 36. in fi. 37. & 38. pract. Montemaran. dict. cap. 77. num. 2. & num. 4. 5. & num. 15. in fi. vbi etiam quid ſi artificium ſit mixtum cum aliqua

2 negociatione, vt puta, quando clericus emit poſſeſſionem ad fin. vendendi fructus percipiendos ponit Doctores hinc inde contrarios, reſidetque in ea, quod ſit licitum hoc clericis facere.

RESOLVT. CCXII.

1 *Non ſolum per ſe, ſed etiam per alium mercaturam exercere quis prohibetur.*

2 *Clericus mercator Deo placere non poteſt imò delinquit.*

3 *Bona clerici etiam ex honeſta negociatione quæſita, tanquam turpi veniunt reſtituenda.*

4 *Omnia noſtra facimus, quibus noſtra impartitur authoritas.*

An Clericus poſſit negociari per interpoſitam perſonam.

SAcri Canones prohibuerunt clericis negociari, ne à diuinis officijs ceſſarent, vt dicit text. in cap. fin. de vita, & honeſt. probatur etiam in c. 1. & c. prædicator 16. quæſt. 1. vbi nemo militans Deo, immiſcet ſe negotijs ſæcularibus, quæ ratio videbatur ceſſare quoties negociatur per ſubſtitutum ab eo, vt videmus in nobilibus, quibus prohibetur mercatura, quam per alium exercere permittitur, vt per Guid. Pap. in dec. 391. & Myſing. cent. 6. obſer. 15.

Cæterum ſupradictis minimè ſuffragantibus contrarium in facto conſului motus ex infra dicendis.

1 Tum primo, quia hoc prohibitum eſt clericis tam per ſe, quam per alium, vt probatur in c. 1. ne clerici

2 vel monachi vbi ex Diuo Chryſoſtomo clericus mercator Deo placere non poteſt imo eſt delictum Frāc. March. in deciſ. 162. n. 4. l. 1. tale enim exercitium vix exerceri poteſt abſque peccato, & mendacio vt in c. in ſumma 14. q. 4. & text. in c. 1. de emptione, & venditione, quod procederet etiam ſi negociatio eſſet honeſta Spec. in tit. de vita, & honeſtate clericorum n. 9. Roſell. in verb. clericus il 2. in princ. & contractus facti per clericum circa negociationem ſunt nulli vt

4 latè defendit Imolenſ. conſil. 16. n. 4. imo acquiſita ex negociatione veniunt tanquam ex turpi cauſa quęſita reſtituenda, Redoan. de Spolijs q. 2. num. 87.

Tum ſecundo, quia clericus exercendo negociationem per alium, cenſetur ipſe quoque exercere ex regula illa, qui per alium facit per ſeipſum facere vi-

detur, cap. qui per alium de regulis iuris, & omnia
4 nostra facimus quibus nostra impartitur authoritas cap. mulieres de sententia excommunic. & text. in l. 2. C. de veteri iure enucleando.

RESOLVT. CCXIII.

1 *Clericus habens tutelam legitimam licitè negociabitur, si id faciat sine habitus dedecore, & ad pupillorum vtilitatem.*
2 *Clericus neque tutelam testamentariam, neque datiuam per curiam exercere potest, & qui eam dat peccat.*
3 *Clericus neque volens potest exercere tutelam testamentariam, vel datiuam, etiam si ei aliquid legatum sit.*
4 *Clerici non solum excusantur à tutela, quæ eis defertur tempore clericatus, sed etiam cum volunt monachari, vel clericari.*
5 *Clericari quis non potest, nisi deposita tutela, & reddita administrationis ratione.*
6 *Ratione pietatis Christianæ, & vt opem ferat suis sanguine coniunctis potest clericus legitimæ tutelæ administrationem suscipere.*

Clericus tutor, an possit nomine pupillorum suorum negociationem exercere.

MAxima fuit controuersia apud me ventilata, si clericus tutor possit negociationem exercere nomine pupillorum suorum, in quo articulo fuit oblata declaratio Sacræ Congreg. Illustrissimorum Cardinalium tenoris sequen.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit, oratorem si tutelam legiti-
1 mam, non autem testamentariam, vel datiuam susceperit, posse ex bonis pupillorum iustè negociari absque reatu illicitæ negotiationis, dummodò id agat absque ordinis dedecore, & non sordidè; & lucrum, quòd ex iusta negociatione peruenerit; non in suam, sed in pupillorum cedat vtilitatem.

Cuius sanctissimæ declarationis ratio est, quia licet
2 clericus non possit dari tutor in testamento, neque per curiam, & dans peccaret, cap. Cyprianus, & ibi glos. 21. qu. 3. cap. peruenit, vbi etiam glos. 86. dist. lege generaliter iuncta authentica sed hodie C. de Episcopis, & clericis vbi Doctores; quod in tantum est
3 verum, vt clericus agens vti tutor datiuus, vel testamentarius potest opponere de nullitate tutelæ Caualcan. decis. 19. num. 15. lib. 3. post Ioann. de Deo in doctrina aduoc. lib. 3. c. 10. num. 11. ita quod, nec etiam volens potest suscipere tutelam testamentariam, & datiuam, authent. presbyteros, & ibi Doctores C. de Episcopis, & clericis cap. fin. dist. 86. cap. Cyprianus 21. qu. 3. & procedit, & si clerico sit aliquid legatum cum ista conditione, vt suscipiat tutelam filiorum testatoris, quia eo non obstante poterit legatum consequi, & à tutela se excusare, Alberic. in authen. presbyteros C. de Episcopis, & clericis num. 2. Carocc. in decis. 17. num. 17. & 19. & clerici non solum excusan-
4 tur à tutela, quæ eis defertur tempore clericatus: verum etiam ab illa, quam iam inceperunt, administrare; nam si volunt Clericari, vel Monachari, possunt ab ea se excusare cap. 1. iuncta glos. de obligatis ad ratiocinia Manc. de tutelis quæst. 7. num. 28. Montanus de tutelis cap. 35. num. 199. & non solum clericus non potest esse tutor, vt supra fuit dictum, verum
5 etiam si reperitur esse de præsenti, vel fuisse de præterito tutor, non potest admitti ad clericatum, nisi deposita tutela, & reddita ratione præteritæ administrationis, c. vnico de obligat. ad ratiocin. vbi omnes scribentes Montan. de tutel. c. 31. reg. 1. n. 199.

Tamen si vult poterit legitimam tutelam subire ad text. in leg. generaliter, & authen. presbyteros C. de Episcopis, & clericis, & ibidem glos. Aret. consil. 76. num. 3. Viuius decis. 151. n. 7. Graff. in decis. aur. p. 2. lib. 3. c. 2. num. 13. Carocc. decis. 17. n. 20. Tomat. de munerib. in §. seu in sectione incipien. si quispiam nu.
6 10. vbi dicit, quod ad hoc suadetur ratione charitatis; & quod ad Christianum, & religiosum spectet suis sanguine coniunctis opem ferre.

PRAXIS IMMVNITATIS ECCLESIÆ.

RESOLVT. CCXIV.

1 *Statuta contra libertatem Ecclesiæ, sunt quæ indirectè, vel directè contrariantur priuilegijs, vel prærogatiuis Ecclesiæ, vel Ecclesiasticarum personarum.*
2 *Statutum est contra libertatem Ecclesiæ quando laici fiunt audaciores, & clerici timidiores.*
3 *Item cum intuitu clericorum aliæ personæ opprimuntur.*
4 *Statutum quod vnus pro alio puniatur est nullum.*
5 *Quando per statutum clerici fiunt deterioris conditionis quam laici, statutum est contra libertatem Ecclesiæ.*
6 *Faciens iniuriam vni Ecclesiæ, vniuersam Dei Ecclesiam offendit.*
7 *Impedire Ecclesiarum ædificationem, est contra libertatem Ecclesiasticam.*
8 *Dicitur statutum contra libertatem Ecclesiæ, quando non permittitur quod Ecclesiæ, & personæ Ecclesiasticæ vtantur suis priuilegijs.*
9 *Statuta auferentia ea quæ competunt clericis vigore legis generalis, non afficiunt clericos.*
10 *Quando læsio inducit contemptum, modica læsio consideratur, ac si esset magna.*
11 *Statuta contra libertatem Ecclesiasticam sunt cassanda, nec sufficit corrigi in apostilla.*
12 *Episcopus potest esse iudex in causa suæ Ecclesiæ.*

Quæ sint statuta contra Ecclesiasticam libertatem.

1 STatuta contra libertatem Ecclesiasticam dicuntur, quando directè, siue indirectè sunt contra priuilegia, aut prærogatiuas concessas Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis, & piæ causæ à Papa, vel a Principe sæculari. Innoc. in c. nouerit, num. 1. & 2. & ibi Abb. num. 2. & Butr. num. 9. de sent. excomm. Imol. in cap. nouit, num. 2. vbi Abb. num. 2. de iudic. Dec. in dict. c. Ecclesia S. Mariæ, num. 6. Bart. in dict. l. cunctos, vers. quinto quæro, & in authen. Cassa. n. 3. & 5. vbi etiam Salycet. de Sacros. Ecclesijs, idem Bar. cons. 187. Alexand. cons. 209. num. 3. & 14. vol. 2. Barbat. cons. 3. num. 1. & 2. vol. 4. Abb. cons. 63. in princ. p. 1. Socin. cons. 55. volum. 1. Lap. alleg. 92. num. 1. & seq. Anchar. dicto consil. 12. num. 3. & 4. Tolet. in instruct. Sacerdot. libro primo, cap. 37. vers. libertas autem Thusc. tom. 5. pract. conclus. iur. verb. libertas Ecclesiastica, conclus. 342. num. 12.

2 Item quando clerici efficiuntur timidiores, & laici audaciores propter talia statuta l. 1. §. quæ onerand. & ibi Bart. & Angel. ff. quar. rer. act. glos. in authen. de non alienand. §. vltim. Abbas in dict. cap. nouerit, n. 2. & consil. 83. num. 1. & cons. 88. in princip. par. 1. Bald. in rubr. de constit. num. 3. & Dec. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 11. Cardin. in cap. perpendimus de sentent. excomm. Marian. Socin. in cap. si clericus, num. 11. vers. 4. quæro de foro comp. Bart. in d. l. cunctos, & in d. authen. cassa, vbi etiam Bal. n. 4. Barbat. cons. 23. col. pen. & cons. 34. n. 9. & 11. vol. 3. & d. cons. 31. vol. 1. num. 1. vers. subdit postea; Matth. de Afflict. in tract. de iure prothomis. §. 9. num. 16. Alba cons. 8. num. 3.

3 Itidem quando propinqui clericorum, siue aliæ personæ eorundem clericorum intuitu opprimuntur.

Bart.

Bart. in leg. 1. in fin. & ibi addit. ff. de his, quæ pœnæ nom. & in leg. si pœnæ, C. de agricol. & censit. lib. 11. Angel. in l. 1. vbi etiam Bald. ff. in ius vocat. vt eant. Gozad. in l. omnes num. 91. vbi etiam Crot. num. 94. ff. de iustit. & iur. Bal. in l. fin. in fin. C. de indict. viduit. tol. Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 179. Federic. consil. 111. num. 10. Ruin. cons. 8. vol. 5. Thesau. decis. 116. num. 9. Decian. in tract. crim. lib. 2. cap. 34. num. 9. Alderan. de gen. stat. interpetret. conclus. 1. num. 7. 141. & seqq.

Huiusmodi autem directè, vel indirectè carcerantes, vel molestantes Archiepiscoporum, Episcoporum superiorum, & inferiorum Prælatorum, & omnium aliorum quorumcumque iudicum Ecclesiasticorum ordinariorum consanguineos, & affines in contemptum libertatis Ecclesiasticæ sunt ipso facto excommunicati cap. sciant, & ibi glos. verb. consanguineos de elect. in 6. cap. quicunque de sent. excomm. in 6. & Bulla Cœnæ Domini Pauli Quinti num. 16. vt dictum fuit in tit. de fauor. clericorum Canon. in §. 2. quia paria sunt committere aliquid in aliquem, vel in illos de domo sua. Lap. allegat. 29. num. 7. Barbat. consil. 29. in princip. vol. 4. Curt. sen. consil. 27. num. 30. Sayr. thes. cas. consc. lib. 3. cap. 34. nu. 7. & 8. estq; ab omni ratione alienum, vt innocentes consanguinei, & affines puniantur etiam quod clerici essent rei, & nocentes cum pœna suos authores tenere debeat, leg. sancimus C. de pœnis, & nemo habeat alterius odio prægrauari cap. non debet, & ibi Dyn. & Doctores de reg. iur. in 6. neque alteri per alterum iniqua conditio debeat afferri leg. non debet ff. de reg. iur. leg. si quis in suo in fin. C. de inoff. testam. tot. tit. C. ne fil. pro patr. toto tit. C. ne vxor. pro mat. §. quoniam verò, vers. aut damna eorum inferri vicinis, & ibi glos. aut. vt nulli iud. neque statuto, aut pacto id fieri potest, cum statu-
4 tum, siue pactum permittens alium pro alio corporaliter puniri, sit nullum inualidum, & iniquum, Bald. in d. l. sancimus in rub. C. res inter alios act. n. 4. & in c. 2. vbi etiam Dec. dicens communem n. 26. de constitut. Calcan. consil. 1. n. 4. Alber. de statutis, par. 1. quæst. 51. atque contra ius diuinum, Deut. cap. 24. Paralip. 2. cap. 25. quia anima, quæ peccauerit ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij Ezechiel. cap. 8.

Sunt etiam statuta contra libertatem Ecclesiasti-
5 cam, quando clerici fiunt deterioris conditionis, quam sint laici. cap. quanto de priuileg. cap. fin. de immun. Eccles. in 6. Card. in dict. cap. perpendimus, num. 13. Anchar. cons. 155. num. 2. cum non debeant clerici minus benè tractari, quam laici, cap. non minus de immun. Eccles.

Nec non quando sunt contra libertatem vnius Ec-
6 clesiæ particularis, quia faciens iniuriam vni Ecclesiæ vniuersam Dei Ecclesiam offendit Cardinal. in d. cap. perpendimus in quæst. 4. & 5. Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 12. vers. 4. contra libertatem. Bal. in repet. d. leg. 1. C. de summ. Trin. & fid. cathol. Salycet. in d. auth. Cassa. Caiet. in sum. verb. excommunicatio, cap. 31. vers. 5. ad fin. quia vna est Ecclesia vniuersalis, & vnus thalamus Christi, ita vt dum offenditur vnum membrum, & tota offendatur Ecclesia, cap. quamuis, & ibi Turrecrem. 21. distinct. cap. loquitur, & cap. Rogamus 24. quæst. 1. cap. significasti de election. quemadmodum lædere Episcopum est facere contra libertatem Ecclesiæ, licet non lædantur omnes Episcopi, dicto cap. significasti de election. cap. olim de iniur. Lapus allegation. 29. num. 6. Felyn. in dict. capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num. 69. versic. sed quod.

Multo magis esset contra libertatem Ecclesiasti-
7 cam, quando huiusmodi statutis impediretur Ecclesiarum ædificatio, quæ libera esse debet, eo etenim casu imminueretur cultus diuinus, cum per Sanctissimas Ecclesias sustineatur Imperium, & communes res Clementissimi Dei gratia muniuntur, & omnium animæ saluantur cap. futuram 12. quæst. 1. cap. præcipimus 16. quæst. 1. cap. Ecclesias eadem quæst. 7. leg. quoniam, C. de sacrosanct. Eccles. & l. omnem, l. sanctissimarum, & leg. sancimus, C. de Episc. & cleric. Thusc. pract. conclus. tom. 5. dic. conclus. 342. num. 75. & seq. etiam si non impediretur absolutè, sed cum conditione, puta si statuerent, ne Ecclesiæ construerentur absque licentia sæcularium, cum non ad sæculares, sed ad Episcopos spectet huiusmodi licentiæ concessio, cap. ad audientiam de Eccles. ædif. cap. de locorum cap. præcepta, cap. Basilicas, cap. Eccles. & cap. nemo de consecrat. d. 1. auth. de Eccles. tit. per totam, & authen. vt null. fabric. orator dom. & licet à Valente, & Theodosio Arcadio Imperatoribus fuerit prohibitum Ecclesias ædificari sine Pontificis licentia, l. nemo C. de relig. & sumpt. fun. hoc tamen fuit de facto, & propterea fuit reuocatum per Iustinianum in dict. l. sancimus §. siquidem, & in dict. auth. vt null. fabric. orator. dom. & ibi Cuiac. nam ad Imperatorem Palatia pertinent, Ecclesiæ verò ad Sacerdotem D. Ambros. in epist. 13. ad Marcellianam sororem cap. conuen. §. ad Imperatorem 23. q. 8.

Postremo dicuntur quoque illa statuta contra li-
8 bertatem Ecclesiasticam, quando Ecclesijs, vel Ecclesiasticis personis tollitur siue prohibetur vti rebus, & facultatibus, & alijs rebus sibi concessis de iure communi canonico, vel ciuili, cap. quanto de priuileg. cap. cum terra de elect. dict. cap. quæ in Ecclesiarum, & dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. & cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, vt lit. penden. cap. fin. de immunit. Ecclesiarum in 6. But. in cap. nouerit col. pen. de sentent. excommunicat. & in dict. cap. cum terra, & ibi Abb. de elect. Dec. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 7. 8. & 9. Felyn. num. 68. & seq. Vbi etiam Butr. de constit. Card. in dict. cap. perpendimus num. 13. in fin. Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ num. 3. ff. quar. rer. act. & in dict. authen. cassa. in quæst. de statut. imponen. pœnam pro homicidio, vbi etiam Salycet. num. 9. & Fulgos. & Bald. vers. sed quæritur Bal. in leg. cunctos vers. nunc de tertio membro Crot. in leg. filius familias §. Diui num. 84. & sequen. Alexand. num. 12. Ripa num. 82. & Opizo. num. 94. ff. de leg. 1. Couarr. in reg. possessor. p. 2. §. 5. num. 8. de regul. iur. in 6. Alexand. consil. 121. vol. 1. consil. 209. num. 14. consil. 210. num. 11. & consil. 211. num. 3. vol. 2. Card. consil. 194. Dec. consil. 114. col. final. versic. 3. principaliter tenet Calcan. consil. 7. num. 14. & seq. Barbat. consil. 31. vol. 4. Anchar. dict. consil. 12. n. 3. Alber. dict. consil. 8. num. 3. Abb. consil. 83. Lap. alleg. 92. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 9. §. 10. Gram. decis. 100. n. 13. Thusc. pract. conclus. iuris verb. libertas ecclesiastica dicta conclus. 342. num. 8. 13. 19. & 137. Caiet. in sum. verb. excommunicatio cap. 31. vers. 5. ad fin. quia difficilius tollitur ius commune quam priuilegium, leg. eius §. militiæ ff. de testament. milit. Opizo. in d. §. Diui num. 93.

Et proinde huiusmodi statuta auferentia ea, quæ
9 competunt clericis de iure communi vigore legis generalis, non afficiunt clericos, Alexand. in dict. §. Diui num. 12. vers. tamen veritas, vbi etiam Ias. in 1. lect. num. 74. & in 2. lect. num. 108. Rip. num. 81. & sequen. Socin. iun. num. 167. & omnes ff. de leg. 1. Felyn. & alij, quos refert, & sequitur Couarr. in dict. reg. possess. in 2. par. §. 4. num. 47. versic. ex qua Ruin. cons. 23. num. 16. vol. 2. Hond. d. consil. 3. n. 15.

Prædicta autem procedunt siue decretè, siue indecretè, siue sub inuolucro verborum clericis auferatur, quod illis de iure communi reperitur concessum Cardinal. in dict. cap. perpendimus num. 13. Marant. in disput.

in disput. 8. num. 3. Alb. dict. cons. 8. num. 3. Hond. dict. cons. 3. num. 15. volum. 1. nam neque decretè, neque indecretè lædi potest libertas Ecclesiastica à statutis laicorum dict. cap. fin. de immunit. Ecclesiast. dict. cap. quanto de priuileg. cap. statutum de hæretic. in 6. Bal. cons. 31. vol. 1. Anchar. cons. 12. nu. 3. & cons. 13. Alexand. dict. consil. 211. num. 7. & 10. vol. 2. Gemin. cons. 74. col. 1. versic. sicut ergo decretè Iason. cons. 161. col. fin. versic. circa illam dubitationem. vol. 2. Bellon. cons. 44. num. 1. Alba. cons. 8. n. 18. & latè Surd. dict. cons. 361. fere per totum, & præcipuè num. 75. & 77. cum sequenti volum. 3. & maximè vbi secundario, & in consequentiam inde redundat aliquod Ecclesiarum, siue clericorum detrimentum DD. in dict. §. Diui, vbi præsertim Ruin. col. 20. Socin. iun. num. 167. cum seq. & Rip. n. 8. Anch. d. cons. 12. & 13. & post alios Surd. d. cons. 301. n. 75. & 77. Menoch. cons. 136. num. 24. vol. 2.

Neque est curandum quomodo, & cum quo quis loquatur, sed in quem voluntas, & loquentis intentio, & effectus dirigatur l. peto, & l. miles ff. de leg. 2. l. cum patet §. donationi ff. de leg. 3. glos. in cap. fin. verb. libertatis de immunit. Eccles. in 6. Alexan. consil. 211. num. 10. vol. 2. Anchar. cons. 155. nu. 7. & 8. nam multoties vnum in dispositione exprimitur, ad alium verò effectus dirigitur per obliquum, & hoc debet attendi non persona interposita, vel expressa l. 4. §. nunc de effectu l. si quis §. 1. ff. de liberat. leg. l. cum dote ff. ad leg. Falcid. cap. quanto de priuileg. glos. in dict. cap. fin. de immunitat. Eccles. Abb. in repet. dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 31. Ancha. dict. cons. 155. n. 8. non enim intentio statuentium attenditur cum satis sit, quod lædant in effectu libertatem Ecclesiasticam, Alb. dict. cons. 8. num. 6. Caiet. in sum. verb. excommun. cap. 30. §. 6. notat Nauar. in Manual. præl. 7. num. 12. & 13. siue læsio Ecclesiasticæ libertatis fiat in toto, siue in parte, cum eadem sit ratio totius quoad partem, & è contra l. quæ de toto ff. de rei vendic. & plus, & minus non differunt specie l. fin. ff. de fund. instruct. Bal. in l. 2. C. de rescin. vendit. etiam si in modico fieret læsio libertatis Ecclesiasticæ, quia non potest dici quod modica fiat læsio quando læditur Ecclesia in sua iu-
10 risdictione, & libertate, nam quando læsio inducit contemptum, modica læsio consideratur, ac si esset magna, cap. maioribus, vbi glos. verb. quod in minimis de præbend. Lup. de libert. Eccles. p. 1. q. 8. nu. 2. vers. nam ita læditur libertas. Surdus d. cons. 301. n. 90. in fin. & cons. 338. nu. 27. volum. 3. Sayr. Thes. cas. consc. lib. 3. c. 44. n. 9.

Et ideo si ex generalitate statuti laicorum posset aliqua ratione dubitari, quod intelligerentur comprænsi clerici, tunc posset Episcopus compellere eos, ad quos spectat, vt declarent ipsum statutum non extendi ad clericos, nec clerici de facto inquietarentur, licet de iure molestari non possent. Felyn. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 107. de constit. Anch. in repet. cap. ea quæ vers. 26. quæro de reg. iur. in 6. & cons. 255. nu. 8. in fin. Butr. in cap. 1. de consuetud. & cons. 49. num. 2. Capra concl. 15. num. 38. post eos dicit Alderan. de general. stat. interpret. concl. 1. n. 79.

Imo, & multo magis sicut certum esset, & notorium quod statutum laicorum disponeret in præiudicium Ecclesiasticorum, siue libertatis Ecclesiasticæ, potest non solum Papa, sed etiam Episcopus illud tollere, & mandare, vt tollant, & ex se ipso illius obseruantiam prohibere etiam nemine citato, seu audito dict. cap. nouerit, & cap. grauem de sentent. excommunicat. Felyn. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ num. 108. & 145. Bald. in l. præsbyteri 1. num. 11. C. de Episc. & clerici. Victor. in 1. relect. de potestat. Eccles. sect. 6. n. 19. & 14. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 38. n. 15. Archid. in cap. quæ Lotharius 2. quæst. 1. Gemin. in cap. fin. de sentent. excommunic. in 6. Alderan. dict. concl. 1. n. 80.

Hi autem, qui statuta ordinationes constitutiones, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam pretextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet, fecerint, ordinauerint, publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quoquis modo restringitur, seu Summi Pontificis, & Sedis Apostolicæ ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, vel expressè, præiudicatur sunt eo ipso excommunicati, dict. cap. grauem, & dict. cap. nouerit, vbi Abb. n. 1. cap. eos, vbi DD. de immunitat. Eccles. in 6. Nauar. in Manual. cap. 27. n. 118. & sequente, & incidunt in sententiam excommunicationis Bullæ Cœnæ Domini sub n. 15. à qua non possunt absolui, nisi prius statuta huiusmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuijs, aut libris, in quibus notata fuerint deleta, & cassata fuerint, ac Summum Pontificem de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, vt in dict. Bulla Cœnæ Domini sub n. 20. vers. declarantes facit d. cap. grauem.

11 Neque sufficit corrigi per signaturam, siue apostillam statutum, siue decretum contra libertatem Ecclesiæ, sed requiritur cassatio, quinimo, & totalis abolitio in odium crim. & ne detur occasio quod huiusmodi statutum de facto obseruaretur, vel posteris relinquatur eius memoria. Abb. in dict. cap. in princ. Felyn. in dict. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 109. Barth. in dict. auth. cassa. circa finem. Lap. allegat. 21. Tolet. d. cap. 38. n. 13.

Minus sufficit protestatio, quod statuentes non intelligunt aliquid statuisse contra libertatem Ecclesiasticam, nisi de iure, neque quod in fine statutorum ponunt statutum, quod si quæ sint statuta contra libertatem Ecclesiasticam habeantur nulla, & pro non scriptis, quia per hoc non satisfit constitutioni dict. cap. nouerit, sed debent omnino huiusmodi statuta de libris deleri. Bar. in d. auth. cassa. Lap. alleg. 92. n. 9. & post eum, & alios, quos refert, & sequitur dicit Felyn. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n. 109. Abb. cons. 83. in fin. Card. in d. cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Tolet. d. c. 38. n. 13. Sayr. Thes. cas. consc. lib. 3. cap. 34. n. 5. ante fin.

Neque sufficit, quod posset dici Episcopum, siue Papã in supra dictis casibus esse iudices in causa propria contra l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. omn. iud. l. vnic. C. ne quis in sua caus. quia hæc non est causa, quæ respiciat personã, sed dignitatem Pontificiam, & iura Ecclesiæ, de quibus Papa, seu Episcopus potest cognoscere glos. in cap. si quis erga. verb. priuetur 2. q. 7. Innoc. in cap. ex parte de verborum sign. Ias. in d. l. qui iurisdictioni num. 10. Bal. in d. leg. vnic. n. 2. vbi etiam Bar.

Nam, & Episcopus potest esse iudex competens in
12 causa suæ Ecclesiæ, neque propterea potest allegari suspectus c. si quis, & ibi glos. 4. q. 7. cap. qui prædia 12. q. 2. cap. dilecto de sentent. excommunicat. in 6. Host. in cap. ex par. 2. de verb. sign. & in cap. præsentium de testibus in 6. Felyn. in cap. cum venissent n. 7. de iudic. Gemin. cons. 114. n. 3. Capic. decis. 12. n. 11. & decis. 137. Put. decis. 210. n. 3. p. 2. Cæsar. de Grass. decis. 4. num. 1. de except. Cassad. decis. 6. num. 1. de priuileg. Rota diuers. par. prim. decis. 361. nu. 1. maximè vbi commodum non venit sibi applicandum. Abb. in cap. venerabili num. 4. de censibus quicquid aliter sentiant alij.

Neque pro delendis huiusmodi statutis, siue decre-

tis

tis contra libertatem Ecclesiasticam est assignatum aliquod tempus ad effugiendam dictam excommunicationem, sed statutarij, & supradicti omnes, de quibus in dict. cap. nouerit §. item excommunicamus sunt ipso iure excommunicati, statim post ipsam editionem glos. in dict. cap. grauem verb. promulgare, quam ibi DD. sequuntur, & in dict. cap. nouerit, vbi Innoc.num.3. Abb. num.3. Cardin. num.3. Hostiens. Boyech.de sent. excommunic.

Notandum tamen est in huiusmodi excommunicationem non incidere Consiliarios, quorum voto non fuerunt condita huiusmodi statuta, nisi in eorum fuerit potestate illa reuocandi, Innoc.Butr. & alij in d. c. nouerit, neque successores statuentium sunt ipso iure excommunicati, quia iustam ignorantiæ causam videantur habere, nam qui in ius succedit alterius iustam ignorantiæ causam censetur habere l. qui in ius ff.de reg.iur.nisi illã executioni demandarent, neque sunt excommunicati Consiliarii alicuius populi, qui deputauerunt aliquos commissarios ad facienda statuta, & si illi commissarii fecerint aliqua contra libertatem Ecclesiasticam d.c. grauem,quia in generali commissione non venit potestas faciendi illicita, c.1. de iureiur. in 6. Abb. in d.c. grauem num.5. & Felyn. num.1. nisi quando huiusmodi Consiliarii fuerint negligentes in illis delendis, vt si quam cito sciuerunt statuta esse contra libertatem Ecclesiasticam non deleuerint, vel officium dimiserint Innoc.in d. c. nouerit num. 3.

RESOLVT. CCXV.

1 *In fauorabilibus,appellatione Ciuitatis veniunt Casalia.*
2 *Qui de vico sunt,censentur membra ciuitatis.*
3 *Ciuis est ille, qui de ciuitate est,vel comitatu.*
4 *Consuetudo ciuitatis debet seruari in vicis.*
5 *Priuilegium concessum habitanti ciuitatem intelligitur concessum habitanti in comitatu.*
6 *Habitantes in vicis, finguntur habitare in ciuitate.*
7 *Officia quæ debentur ciuibus, censentur concessa etiam comitatensibus.*

Immunitas concessa clericis Ciuitatis Neapol. an extendatur ad clericos Casalium eiusdem ciuitatis.

1 REspondi affirmatiuè ex quo in fauorabilibus appellatione Ciuitatis compræhenduntur etiam Casalia de Franch. decis. 128. & ita vici seu aldeæ, quæ de iure non habent territorium proprium vtuntur terminis, & territorijs non tanquam suis, sed vt ciuitatis, sicut habitantes in ipsa ciuitate, leg. pupillos §. territorium ff. de verborum signif. leg. cum pater §. vico ff. de legat.2.leg.nulli, §. quod si in Vico C. de Episc. & cleric. Bald. cons. 183. incip. statuto ciuitatis Veronæ num.1.par.2. Alciat.in leg.2. num.3.de verborum signif. Lancellott. tractat. de statutis in præfat.8.num. 62. Bellug. in specul. Princip. rubr.46. vers. restat. num.6. & est text. expressus in leg. qui ex Vico ff. ad municipalem, & de incolis, vbi glos. ait, quod verba hæc vicinus alicuius loci compræhendunt omnes, qui habitant in eius vicis, seu aldeis, & quod hac de causa vocamus Virgilium Mantuanum, & si non esset naturalis, sed ortus in vno ex illius vicis; Neapol.ad consuetud.Neapol. si rusticus num.11. de testament. rustic. quem Vicum glos. & Boer. decis. 13.num.50.vocant Pictolæ,& Ioan.Corras. lib.3. Miscellaneor.iur.ciu.cap.4. num.7.& Roy.dec.3. canonicæ num.179.nominat.Andes, & num.180,ait, quod quamuis Catullus nominetur Veronensis erat natus in Peninsula lacus Benaci Veronæ subiecta, quam appellat Sirmionem Catobell. lib. 2. decad. 3. Histor. Venetę, vnde Cato Romanus dictus est licet ortu Tusculanus fuerit. Marc. Tull. lib.2. de legibus. Ioan. Corras. vbi proximè num.6.

Quare Petr.Royz,vbi proximè num.178. ait, quod ex vico ortis est patria illa ciuitas,vel Respublica, cui vicus ille respondet dict. l. qui ex vico Aluar. Valasc. consult.179. num.23. tom.2. dicens quod qui ex vico sunt, seu ex pago aldea nuncupato, non censentur per
2 se, sed vt membra capitis principalis hoc est Villæ municipij,seu ciuitatis l.vtrum C. de incolis lib.10. & idem habet interpretatum communis vsus loquendi, qui est multum considerabilis in iure l. cum delanionis 18.versic. optimum ff. de fund. instruct. instrum. l. Labeo vers.non enim ff.de suppell.legat. glos. verb. non continebantur in l. librorum ff. de legat.3. Bald. in auth.quod sine num.5.de test. Couar. in cap. alma mater par.1. §.8. num.5. de sentent. excommunicat. lib.6. & in nostris terminis Bald. consi.183. numer.2. lib.2. cum regulariter vicinus alicuius vici soleat vocari vicinus ciuitatis habitator in vico,quod sufficit, cum sermo verificetur secundum quid argum. l. Titię textoris ff. de legat.1.

Et generaliter quod vicinus vici dicatur vicinus ciuitatis, cui subijcitur, tradit Bart. in l. vt bis appellatio, col.2. vers. sed quæro ff. de verborum signific. facit l. ciuibus C. de muner. & honor. lib.10. Menoc. consil.584. nu.4. cum seq. Io.de Plat.in l. si diuina domus. C.de exact.tribut. lib.10. in fin. vbi dicit, quod ille qui est ex vico ciuitatis dicitur de ciuitate Imol.in rubr. ff.solut. matrim. dicentes quod appellatione ci-
3 uium venit ille, qui est de ciuitate, aut comitatu, & facit l.sed & reprobari §.amplius ff. de excusat. tutor. & in l.1. vbi Bart. ff. ad municip. idem Bart. in l. 3. C. de naturalibus liber. Alex. in addit. ad eum in d.l.vrbis appellatio Auiles cap.6. Prætorum glos. sutierra num.6.Neuizan. lib.4. Siluæ nuptialis num.88. pag. mihi 335. Abb.consil.52.nu.7. par.2. Paul.Cast. in l.nulli 28.num.7.C.de Episcop.& cler.

Et eodem modo quo iudicatur de ciuitate iudicatur etiam de toto illius termino, & territorio, vel comitatu, ita enim Doctores appellant l.1.§. cum vrbẽ ff.de offic.Præfect.vrb. cap. si ciuitas vbi Domin. notab.2.de sentent.excommun.lib.6.Archid.in cap.statutum super verbo ciuitatibus col.2.de rescript.lib.6. Abb.in cap. Rodulphus num.6. de rescript. per l. qui in continentibus ff. de verb. signif. & in l. non dubito ff.de capt.& post lim.reuers.glos. in cap.1.de vsur. in 6. Auiles d. num.6. in fine.

Et quia locus, qui alteri subijcitur gaudet eisdem statutis, & legibus, quibus ille, cui subijcitur Bart. in tract.Tiberiadis rubr. de insula col.2. quem sequitur Dec.cons.538.nu.13.& probat.dict.l.3.§.cum vrbem ibi sed, & si quid intra centesimũ lapidem admissum sit ad Præfectum vrbis pertinet vbi Bal. notat, quod omne quod conceditur alicui ciuitati, aut villæ concedi intelligitur omnibus habitantibus in termino, & territorio illarum Paul. de Castr.in l.maritum nu. 6. ff. solut. Matrim. & in l.1. num.1.ff.de vsu,& habitatione vbi ait,quod concessum capiti membris quoque videtur concessum ex l.2. eodem tit. nam de iure ciuitas,& eius territorium, & vici iudicantur pro vna ciuitate,& declarat Abb. cons. 52. dubio 2.num. 6.p. 2.Rebuff.ad const.Gallicas tit. de consuetudin.artic. 1.gl.1.num.11.Alciat.in cap.quod ad sedem n. 88.de offic.ordin.Bald. in l. vt inter diuinum nu.8.C.de sacros.Eccles. dicens Castrum, & ciuitas non differunt nisi sicut parua ciuitas à magna ciuitate, & Castrum est membrum ciuitatis vt ff. ad municip. l.qui ex vico de Franch. decis. 604. n. 1. Gratian. decis. Marchiæ 96. num.2. ex quo dixit Bart. in d. l.3. C.de naturalibus liber. numer.1. quod qui nascitur in aliquo vico dicitur ciuis originarius ciuitatis, cui talis vicus

subij-

subijcitur l. nulli. §. quod si in vico vbi glos. C. de episcop. & cler. Bart. in l. Imperium num. 7. ff. de iurisd. omn. iud. Siluan. cons. 1. q. 6. dub. 2. & 3. l. 5. tit. 14. par. 4. vbi Lopez glos. 4. post glos. in auth. quibus mod. nat. effic. sui §. si quis igitur verbo persoluit. collat. 7. Grat. vbi proximè num. 5.

Et ita Bart. in l. Imperatores §. ijdem rescripserunt ff. ad municipal. dixit quod ciues ciuitatis, & vicorum omnes habent eundem domicilium, & probat. Ang. in tract. de maleficijs, verbo, & ad querelam num. 41. l. eius §. 1. ff. ad municip. Gratus respon. 30. num. 49. tom. 1. dicens quod natus in loco subdito alicui ciuitati dicitur originarius dictæ ciuitatis.

Nam vniuersitas vici est legitima, alioquin non posset vicis legari l. hæreditatis C. de hæred. inst. l. cum Senatus ff. de rebus dub. quod autem legari possit est l. si hæres §. vicis vbi Florian. n. 1. ff. de legat. 1. Rosfred. q. Sabbatina 10. num. 3. & 4. l. fin. C. de fund. reipubl. lib. 10. Paul. Montanar. in prag. 2. Regni Neapol. de administrat. vniuers. num. 316.

Propter quæ Doctores communiter dixerunt, quod licet alias consuetudo sit strictè interprætanda cap. quod transactionem vbi Abb. notab. vlt. de offic. deleg. Dec. cons. 8. num. 4. ver. sed talis Curt. Iun. tract. de feud. 6. q. prin. num. 5. Cephal. consil. 26. num. 25. tom. 1. Crauett. consil. 30. num. 5. Rolan. a Valle consil. 69. numer. 30. vol. 3. consuetudo introducta
4 in ciuitate debet obseruari æqualiter in omnibus eius vicis iuxta glos. fin. in l. ex ea par. ff. de postulando, quam sequitur And. in addit. ad Speculat. tit. de tregua, & pace quæst. penul. Io. de Plat. in l. si diuina domus in fin. C. de exact. tribut. lib. 10. Ias. in §. rursus num. 42. instit. de actionibus Alber. in l. 1. C. quæ sit long. consuetud. Eugen. consil. 26. num. 28. & 29. tom. 1. Achill. de Graffis decis. Rotæ 308. aliàs 3. de decimis num. 7. & 8. dicens attendendam esse consuetudinem loci dominantis Io. Andr. in cap. super eo de cognat. spirit. Alciat. resp. 688. nu. 5. dicens, quod consuetudo loci principalis fundat intentionem agentis etiam quoad loca annexa, vt per Roman. in l. si aliena §. 1. ff. de vsur. facit l. eos in princip. C. de vsur. & quod notat Bald. in cap. profuit in fin. de appellat. Aymon. Crauett. de antiq. temp. par. 4. num. 54. & 55. Dec. consil. 389. vers. & ad hoc facit Emanuel. singul. 235. num. 1.

Et pari ratione statutum, quod seruatur in ciuitate debet seruari in vicis subditis eidem Bar. in dict. l. 1. §. cum vrbem num. 8. ff. de offic. Præfect. Vrb. & in l. 2. nu. 41. C. quæ sit longa consuet. Paul. Cast. cons. 368. nu. 2. par. 2. Abb. cons. 52. num. 1. par. 2. Menoch. cons. 80. num. 18. tom. 1. Franc. de Ponte consil. 51. n. 31. vol. 1. Alciat. in cap. quod sedem num. 92. de offic. ordin. facit in conformationem, quod si Princeps concedit alicui officium tabellionatus in ciuitate censetur concedere in toto territorio, & comitatu, vt post Guillelm. & Angel. in l. fin. ff. de const. Princip. tradit Rolan. à Valle consil. 50. num. 42. lib. 3. & consil. 1. num. 38. vol. 4.

Et magis indiuidualiter in nostris terminis quod habitantes in vicis possint gaudere, & gaudeant eisdem priuilegijs concessis ciuitati, cui subijciuntur vti gaudent habitantes in ipsa ciuitate tenet Bald. d. l. vt inter diuinum num. 8. C. de Sacros. Eccles. dicens, secundo quæro vtrum priuilegium quod datur ciuitati detur Castro, vel villæ cohærenti Guillel. tenet quod sic, quia Castrum, vel villa intelligitur pro ciuitate ad hoc de legat. 1. l. si hæres §. vicis.

Et dicit, quod hoc est verum non obstante, quod sentit glos. in l. si finita §. si de vectigalibus ff. de damno infect. Alexand. in rubr. ff. solut. matrim. num. 14.
5 vbi dicit hæc verba, quod si concessum est priuilegium habitanti ciuitatem comprænduntur habitantes comitatum, & fuit doctr. Bart. in l. 2. num. 4. ff. de verborum signif. & consil. 196. incip. ciuitati Camerin. num. 6. part. 1. & in dict. l. si finita §. ex hoc edicto in fin. quem in dictis locis refert, & sequitur Alexan. cons. 27. viso themate nu. 10. vol. 6. Anchar. in c. canonum statuta de constitution. & in c. fin. de pœnis in 6. & consil. 437. Socin. in l. 2. in princip. ff. de reb. dub. Franc. de Aret. cons. 77. incip. & ratio nu. 2. circa fin. vbi allegat. l. Titius §. Romæ ff. de excus. tutor. Abb. d. cons. 52. n. 6. par. 2. Matth. de Afflict. de iure prothomis vers. nota hæc Paul. Castr. in d. l. hæres §. vicis nu. 2. Boer. decis. 121. num. 26. Ioan. Orosi. in l. nam, & Demosthenes num. 10. ff. de leg. Socin. consil. 110. lib. 1. vnde loquendo de ijs, qui degunt in vicis subditis ciuitati profert hæc verba, quia cum fin-
6 gantur habitare in ciuitate consequi debent omnes effectus, quos consequerētur si in ciuitate habitarent, sequitur Felyn. in cap. Rodulphus num. 9. de rescript. Guid. Papa decis. 265. & consil. 134. num. 1. dicens quod oppidani continentur ciuium appellatione in fauorabilibus, vt sunt Principis concessiones l. fin. vbi omnes Doctores ff. de constitut. Princip. l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loco publico Cephal. consil. 58. numer. 28. volumin. 1. quæ latissimè veniunt interpretandæ Rota Romana decision. 197. num. 1. par. 1. Paul. Cast. consil. 21. incip. primum du-
7 bium num. 3. par. 1. probans officia, quæ debentur ciuibus deberi etiam comitatensibus, & in alijs honoribus Aloysius de Leo in l. conuenticula, num. 33. & seqq. C. de Epis. & Cler. Gambar. tract. de extensionibus, num. 160. & Felyn. in cap. causam, quæ de rescript. vbi tenent concessionem Principis factam ciuibus extendi ad comitatenses Carol. Tapia in dict. lege fin. ff. de constit. Princip. p. 1. cap. 3. num. 32. & cap. 5. num. 2. Bartholom. Socin. consil. 86. numer. 2. vol. 4. & post hæc scripta Iacob. Anton. de Mauro, alleg. 36. num. 1. probans priuilegium ciuitati concessum extendi ad villas, & casalia Io. Vicen. de Anna, alleg. 27. num. 27.

PRAXIS INSORDESCENTIÆ
Per annum in excommunicatione.

RESOLVT. CCXVI.

1 *Ex annuali perseuerātia redditur excommunicatus suspectus de hæresi, & num. 2.*

3 *Perseuerans per annum in excommunicatione dicitur perperam de articulis fidei, & de potestate clauium sentire.*

4 *Contra sic excommunicatum potest procedi, vt saltem purgationem inducat.*

5 *Sola suspicio insordescentiæ leuis est ad hoc, vt accusetur de hæresi.*

6 *Pro causa merè ciuili, si per mille annos in excommunicatione permanserit non censetur conuictus, secus in criminali.*

7 *Excommunicatus per annum non pro causa ciuili, sed pro crimine potest beneficijs priuari tanquam suspectus de hæresi.*

Notabilia circa insordescentiam per annum in excommunicatione iuxta mentem Sacri Concilij Tridentini.

SI diligenter, & fixa mente intueamur verba finalia Sacri Concilij Tridentini in sess. 25. de reformat.
1 capitulo tertio, statutum reperitur ex annuali perseuerantia in excommunicatione reddi excommunicatum de hæresis crimine suspectum, quod etiam affirmat nouissimè eruditus D. Nouar. de elect. fori, quæst.

quæst.33. sect.2. Abb. in capitulo grauamen, numer. 3. de pœn. Didac. Perez lib.8. tit.19. l.9. in gl. estuuiere descomulgando, pagina 367. Azebe. lib. 8. tit. 5. leg. 1. num.213. Rojas singul.60. num.2. Lud. Lop. instr. conscient. 2. par. tit. de excomm. cap. 12. pag. 876. vers. quod si talis excommunicatus Bartol. Vgolin. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 14. §. 3. num. 3. Iacob. de Graff. lib. 2. capitulo 76. numero 8. Maiol. de irregularit. lib. 3. cap. 21. num. 12. versic. præterea Rebuff. in prax. titul. forma, & declaratio nouæ prouis. in §. teque absoluentes, num. 10. Grauat. ad Vestr. lib. 8. capitulo final. numero 42. Paul. Fusc. de visit. lib. 1. capitulo 29. numero secundo, nouissimè Gregorius Sayrus de censur. libro 2. cap. 10. numero 10. vbi ait quacunque de causa criminali, vel ciuili quis sit ex-
2 communic. si per annum perseuerauerit, nec absolutionem procurauerit est suspectus de hæresi; probatur, quia dictio, quacunque, de qua in Concilio comprædendit excommunicatum, vel ex causa criminali, vel ciuili, cum paulò supra statuerit concilium ob vtramque posse excommunicari, vt ponderat Menoch. de arbitrar. casu 416. numero 54. Diaz in praxi, capitulo 116. numero 9. & 12. & pertinacia hæc vniformis est, nam semper, & in omni casu perseue-
rando per tantum temporis spatium animo indurato
3 dicitur perperam de articulis fidei, & de potestate clauium Ecclesiæ sentire, ita quod potest fidei Inquisitor procedere contra eum, & inquirere qualiter sentiat de fide, eiusque articulis, & Sacramentis. Abb. in cap. postulasti, num. 4. de hom. vt pulchrè exornando hanc conclusionem tradunt Salzed. in addit. & Bern. Diaz in praxi, capitulo 116. num. 12. Couar. in capitulo Alma Mater 1. parte, §. primo, num. 10. versiculo quarto est considerandum. Guttierez in libro primo, canon. quæstion. cap. 12. numero 20. & Simancas de Cathol. institut. titulo 27. num. 4. Aufrer. ad Cappel. Tholosan. decis. 365. pulchrè, & latissimè volum. 1. commun. opin. fol. 133. in cap. 3. incip. excommunicatus si per annum Vgolin. vbi supra num. 4. qui omnes aiunt, suspicionem hanc non esse vsque adeo violentam, vt ob eam solam damnari quispiam debeat, vt hæreticus iuxta glos. in cap. vlt. de pœn. dicentes posse contra sic excommunicatum
4 procedi vt saltem inducat purgationem Palat. rubr. in repet. cap. per vestras in princip. §. 18. num. 24. de donat. int. vir. & vxor. Vgolin. supra num. 3. Sayrus vbi supra dicens hanc suspicionem probabilem esse, & licet non sit sufficiens, vt de hæresi condemnetur, sufficit tamen, vt ei purgatio indicatur, quam si subire noluerit, sed adhuc in excommunicatione permanserit tunc veluti impœnitens pertinax, & hæreticus damnari potest, vt in cap. excommunicamus il 1. §. qui autem de hæretic. in 6. Thom. Zerola in praxi Episcopali in verbo cas. in quibus ordini vers. excommunicati ibi, quarto qui; Bern. Diaz in dict. n.
5 12. vers. 4. quod licet aliàs sola suspicio prædicta leuis est, vt dicunt Abb. in d. cap. grauem, num. 7. Eymeric. in director. inquisit. 2. par. quæst. 47. num. 37. quem referunt, & sequuntur Couarr. & Guttier. vbi supra, imo multi constituunt differentiam, quando excommunicatio est extra causam fidei ex causa criminali, vel ciuili per glos. in verbo, non potest, & in capitul. contingit, de dolo, & contum. asserentes excommu-
6 nicatum pro causa merè ciuili, etiam si per mille annos in excommunicatione perduret non ex hoc censeri conuictum, secus in criminali, in qua habetur pro confesso, & conuicto de crimine, cuius causa fuit excommunicatus pulchrè Sazed. capit. 116. numer. 4. Maranta de ordin. iudic. 6. part. titulo de contumac. numero 35. versi. verum, Diaz cap. 150. num. 2. Guiliel. Benedict. in repet. cap. Raynutius in verbo Mortuo itaque testatore, il 1. numero 291. Roman. & eius additionatores in singul. 317. Ripa in capitulo primo, numero 77. versicul. declara modo de iudic. vnde Tyber. Decian. in libro 5. cap. 17. vers. trigesimoquarto limitat, & intelligit veram esse superiorem conclusionem, quando excommunicatus esset contumax, pro hæresi, vel alia causa criminali, secus si ciuili, quod etiam affirmat Grauat. ad Vestr. dict. capit. fin. num. 43. Farinac. lib. 1. quæst. 18. num. 39. versic. & si contumax subdens, quod contumax excommunicatus per annum, non pro causa ciuili,
7 sed pro crimine tanquam suspectus de hæresi potest beneficijs priuari, quod mihi dubium videtur si pro crimine illo non erat ea priuationis pœna a iure statuta per ea, quæ tradit Salzed. cap. 116. ex num. 4. in fine, & in numero 5. Couar. cap. Alma Mater, prima parte, §. 7. num. 10. dicit tamen Palat. Rubr. in dicto numero 24. quod licet excommunicatus in causa ciuili non dicatur conuictus, post annum tamen habetur pro suspecto de hæresi, vt possit contra eum procedi ex decis. Concil. Trident. in dicto cap. tertio, de qua decis. Concilij meminit D. Nouar. de elect. fori, quæst. 33. num. 11. sect. 2.

RESOLVT. CCXVII.

1 *Clericus per annum excommunicatus, contumax, & non curans se facere absolui habetur pro confesso, & conuicto de delicto, pro quo est excommunicatus.*
2 *Prædicta conclusio quomodo procedat, & num. 3.*
4 *Confessio ex contumacia resultans licet non sufficiat ad condemnationem, sufficit tamen sequuta perseuerantia per annum in excommunicatione.*

Insordescentia annualis in excommunicatione an faciat quem conuictum, & confessum.

1 CLericus per annum excommunicatus contumax, & non curans facere se absolui habetur pro confesso, & conuicto de delicto, pro quo est excommunicatus tex. in capitul. decernimus in versic. manifestum est 3. quæst. 9. item est tex. in capitul. rursus, & in capitul. quique 11. quæst. 3. Anton. de Butr. in capitul. 1. col. fin. post principium versic. glos. in dicto capit. rursus de iudic. & iterum infra in vers. & sic posset glos. intelligi, & ibi etiam Abb. numero 24. ad medium post Specul. in loco per eum relato, num. 25. ad finem vers. ad prædicta vide, & num. 26. Ripa numero 77. vbi relatis hinc inde contrarium tenentium authoritatibus, & rationibus, in hac residere videtur sententia, & testatur de communi Alexand. de Neuo num. 60. in principio, & in vers. ista opinio, & vers. sed Butrius, & versic. Dominus Abb. Bosch. Codeca in repet. num. 165. vbi reprobato Barba. ibi per eum relato, & contrarium tenente pluribus hanc probat sententiam Anton. Burgos. num. 68. Couarr. in repet. cap. Alma mater parte 1. §. 7. num. 10. de sententia excommunicat. in 6. vbi etiam de communi Menoch. de arbitrar. quæst. casu 416. numer. 5. & num. 11. vbi alijs relatis testatur de communi, & numero 16. & seq. vbi reprobat contrarium tenentes, eorum argumentis respondet Ignat. Lopez cum allegatis per eum ad Diaz in practic. crim. canon. c. 116. num. 4. versic. 1.

Quamuis contrarium voluerint collect. Innoc. & Archid. in locis relatis per Abb. in cap. primo, numero 24. ante finem de iudic. & vbi etiam per Ripam numero 77. versicul. contrariam opinionem, quos vidi allegatos in facti contingentia per eruditissimum D. Ioannem Mariam Nouarium, qui latè scripsit in hoc articulo.

Procedit autem præmissa conclusio dummodo
2 excommunicatus infra annum potuerit facere se absolui

absolui ab excommunicatione, & non fecit, secus si non potuerit, quia tunc non habetur pro confesso secundum glosam in cap. pastoralis §. præterea de officio ordinar. in glos. penult. in fin. Cepol. cautel. sua 96. incip. volo dare tibi quatuor cautelas cum alijs allegatis per Bosch. Codec. in repet. cap. 1. numero 166. versicul. limita conclusionem extra de iudic. &
3 propterea si excommunicatus non potuit comparere impeditus aliquo legitimo impedimento, tunc contumacia, & annualis perseuerantia in excommunicatione ipsum non afficit, secundum Gundis. in tractat. de hæret. quæst. 12. post numer. 4. Ignat. Lopez in addition. ad Diaz in practic. criminal. canon. capitul. 116. num. 12. sub versic. immo, & quod æstimo perpetua memoria dignum ante med. Couar. in repet. cap. Alma mater par. 1. §. 7. nu. 11. vers. deinde apparet.

4 Et hæc ficta confessio ex contumacia resultans licet de se sola non sufficiat ad condemnationem, sufficit tamen sequuta postmodum excommunicatione, & in ea per annum perseuerantia ex allegat. per Abb. in cap. 1. numer. 27. de iudic. & ibi etiam Ripa num. 77. versicul. retenta igitur communi, & n. 78. versic. tu vero concludas, vbi reprobat Dec. contrarium tenentem Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. num. 13. 14. & 15. vbi reprobat Dec. & alios contrarium tenentes.

RESOLVT. CCXVIII.

1 *Clericus excommunicatus intra annum datum ad se expurgandum non potest deponi neque beneficijs priuari, & clarius num. 2.*

3 *Clericus excommunicatus, & contumax potest priuari fructibus beneficij.*

4 *Clericus pro crimine notorio potest priuari beneficijs etiam infra annum.*

5 *Item priuatur quando in excommunicatione celebrare præsumpserit.*

6 *Clericus insordescens potest priuari, & deponi.*

7 *Item priuatur quando crimen pro quo excommunicatur inducit priuationem.*

8 *Clericus vltra annum excommunicatus potest etiam pro causa ciuili beneficijs priuari.*

Insordescentia Annualis an faciat clericum priuari beneficijs.

CLericus excommunicatus pro aliquo delicto, & contumax habet annum ad comparendum, &
1 se expurgandum, & intra hunc annum non potest deponi, neque beneficijs priuari tex. est in cap. rursus, & in cap. quicunque 11. q. 3. glos. in cap. primo, in verbo Episcopatum de iudicijs, & ibi Holtien. num. 7. in verbo absolutus. Ioan. Andr. num. 9. Ancharan. num. 6. in 7. notab. & numer. 12. in 6. oppositione in verbo nam adimi sibi Episcopatum Butr. numer. 42. in princip. & dicto numero 42. ante fin. versic. de delicto tamen; & numero 43. versic. omnia prædicta Imol. numero 13. Abb. numero 8. & num. 24. & numer. 25. ante finem versic. non enim sufficiebat. Dec. in 2. elect. numero 44. Ripa numero 27. Alexand. de Neuo numero 59. & numero 60. in fine versic. non enim sufficiebat vbi de communi, Bero. num. 83. in fine Bosch. Codeca in repet. num. 80. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. num. 19. & pluribus sequent. vbi de communi nam latè defendit & respondit omnibus argumentis Alciati contrarium tenentis in loco infra allegato.

Quamuis contrarium, quod imo clericus propter solam excommunicationem sic beneficijs priuandus voluerit glos. in cap. pastoralis in verbo retinere de clerico excommunicat. ministr. quam sex fundamentis defendere conatur Alciat. in cap. 1. numero 11. extra de iudic. & ibi etiam Bero. num. 89. versic. quando vero excommunicatus, vbi tamen, quod isto casu clericus excommunicatus non est priuatus ipso iure, sed venit priuandus.

2 Prima opinio, & uerior, & communior est non tamen ex ea sequitur quin persistens in excommunicatione etiam intra annum possit aliqua arbitraria, & pecuniaria pœna puniri ex deductis per Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 116. num. 5. & seq.

Limita supra positam principalem conclusionem multipliciter.

3 Et primo limita ut possit priuari fructibus beneficij cap. pastoralis in fine extra de appell. Innoc. in cap. 5. in uerbo Episcopatum. Ioan. Andreas numero 9. Imol. numero 13. Dec. in 2. lectur. numero 44. Ripa numero 27. ubi testatur de communi, & amplius quod priuatur ipso facto. Anna num. 14. Bero. num. 84. uersic. si tamen contumax, & numero 85. ubi declarat, & numero 88. uersic. concordari possunt, ubi tamen quod isto casu clericus excommunicatus non priuatur fructibus beneficij ipso iure Hippol. Rimin. numero 43. ubi amplius quod huiusmodi clerico excommunicato nec etiam est prouidendum de victu, nisi sit in extrema necessitate constitutus, & idem dixit Clarus in praxi §. fin. quæst. 73. num. 7. uel pariter etiam contrarium seruari testatur Syluester Aldobrandin. in addit. ad Dec. in dicto cap. 1. in 2. lectura num. 44. littera B. de iudic. ubi propterea reprobat Ripam, ut supra citatum testantem de communi in contrarium, & hanc contrariam opinionem pluribus defendit Bosch. Codeca in repet. dict. c. 1. num. 80. & seq. Anton. Burgos. num. 13. ubi affert duas rationes, & respondet contrarijs.

Limita secundo, quod clericus excommunicatus
4 pro crimine notorio potest beneficijs priuari etiam intra annum cap. euidentia extra de accusat. Io. Andr. in cap. 1. num. 17. in fine uersic. in glos. ultima de iudic. & ibi etiam Bellamer. col. fin. in fin. in uerb. adimatur. Butr. numero 42. post princip. in uersicul. nisi crimen sit notorium, & iterum infra in uersic. & tunc si delictum est notorium. Abb. post numerum 24. ubi quod ita dicunt Doctores Alexand. de Neuo post numer. 54. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. num. 43.

5 Limita tertio, ut infra annum priuetur beneficijs quando in excommunicatione celebrare præsumpserit tex. est in cap. ueritatis §. nos igitur de dolo, & contumac. & in cap. si quis præsbyter. & cap. sequent. 6. quæst. 3. glos. in cap. cum bonæ in uerb. spoliare de ætate, & qualit. Anton. Butr. in cap. 1. numer. 43. uers. omnia prædicta de iudic. Foller. in pract. crimin. Canon. cap. 33. nu. 45. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. numero 44. & sequent. ubi declarat hoc procedere in excommunicatione maiori secus in minori, clericus in excommunicatus excommunicatione minori celebrando, licet mortaliter peccet, non tamen efficitur irregularis, & propterea licet uti excommunicatus non possit eligi ad Ecclesiasticum beneficium, non tamen propterea iam obtento priuatur ex latè traditis per Couarr. in comment. cap. Alma mater, parte 1. §. 8. numer. 1. & seqq. de sentent. excommunic. in 6. & quid si excommunicatio est iusta, uel iniusta uide in fragmentis uersic. excommunicatus rubr. de excommunicatione nulla, aut iniusta.

6 Limita quarto, ut clericus per annum in excommunicatione insordescens, & contumax potest beneficijs priuari, & deponi secundum glos. in capit. decernimus in uerbo decernimus uersicul. uidetur tamé

3. quæst.

3.quæst.9. glos. in capitul. primo, in verbo Episcopatum de iudic. & ibi Innocent. in fine in verbo exitum Hostiensis numero 7. in fine in verbo iure Ancharan. col. final. in 9. oppositione Bellamer. col. penultim. versic. quarto dicit Butr. numero 42. col. final. ante medium versicul. adeo quod postea, & iterum infra versicul. & tunc si non veniat intra annum Felyn. nu. 8. vbi secundum Modernos suo tempore testatur de communi opinione Ripa numer. 78. versicul. tu vero concludas vbi reprobat. Decium contrarium tenentem Bero. num. 86. versicul. Innocen. verò Roman. singul. 307. incip. De hoc heri fui interrogatus: Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. numero 13. & seq. vbi reprobat Dec. contrarium tenentem in loco infra allegando Clar. in pract. §. final. quæst. 73. num. 6. versicul. item Clericus Ignat. Lop. cum allegatis per eum in addit. ad Diaz in practic. criminal. can. cap. 116. num. 13. vbi de commu.

7 Limita quinto, vt clericus per annum in excommunicatione persistens priuatur beneficijs quando crimen, pro quo est excommunicatus priuationem inducebat, aut per sententiam, aut ipso iure secundum Anton. de Butr. in c. 1. num. 42. ad fin. versic. Puto pro concordia, & numer. 43. de iud. & ibi etiam Imol. sub. num. 13. Abb. num. 25. Rip. n. 78. vbi omnes moderni transeunt cum Abb. in loco præallegato, & reprobat. Dec. contrarium tenentem in loco infra allegando Neu. n. 60. ad med. versic. vnde Bald. Anton. Burg. in repet. n. 68. vers. 2. conclusio Couarr. in repet. cap. Alma mater part. 1. §. 7. n. 10. versic. 1. in c. apparet de sentent. excommunicat. in 6. vbi de commun. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. n. 5. versic. quo circa, & nu. 11. Abb. doctrina, & num. 16. & seq. Lopez in addition. ad Diaz. in pract. crim. canon. ca. 116. num. 4. versicul. ex qua assertione.

8 Limita sexto, vt clericus vltra annum excommunicatus etiam pro causa ciuili potest beneficijs priuari glos. in cap. contingit de dolo, & contumac, Ripa num. 78. ad medi. vers. & tenendo istam fallentiam, vbi loquitur de excommunicato in causa ciuili perseuerante per triennium in excommunicatione Bero. sub num. 87. Burg. in repet. num. 76. ante finem versic. sed dubitatur vbi quod glos. in dicto cap. contingit est communiter approbata, & pro ea allegat. tex. in cap. quoniam frequenter §. finali in finalibus verbis, vt lit. non contestat. Franch. in cap. cum contumacia in fine de hæret. in 6. Aufrer. ad Cappel. Tholos. quæst. 366. in fine. Didac. in cap. Alma mater, parte 1. §. 7. num. 10. versic. 3. si quis vltra annum de sententia excommunic. in 6. prout hos sic refert dicentes, & sequitur Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. casu 416. num. 34. versic. verum facilè respondetur, & numer. 52. & plurib. seq. vbi reprobat contrarium tenentes, & dicit hanc controuersiam hodie esse finitam ex Concilio Trident. sess. 25. cap. 3. de refor. nec dissentit Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. Canon. cap. 116. num. 13. versic. quæ quidem assertio.

RESOLVT. CCXIX.

1 *Contemptus clauium tunc dicitur quando voluntas in eo dirigitur, vt quis nolit obedire, eo quia spernit potestatem iudicis, aut legis.*

2 *In sola petitione absolutionis cessat contemptus.*

3 *Paria sunt quem pœnitere, & habere signa contritionis.*

Insordescentia, vt puniatur exigitur, vt fiat animo pertinaci indurato, & in contemptum Clauium.

REspondi cum decision. Rotæ in vna Oscensi Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Lancellotto cuius tenor est.

Domini ex ijs, quæ nouiter deducta fuerunt pro parte Lezani censuerunt gratiam Ioannis quoad insordescentiam narratam non esse iustificatam, admissa enim notitia excommunicationis in facto constabat fuisse nomine ipsius Lezani porrectam Sanctissimo Domino Nostro supplicationem absolutionis à censuris, eamque signatam, sed retentam in officio componendarum, ac deinde postquam Io. obtinuerat suam prouisionem fuisse ad eius instantiam laceratam de anno 1599. Rursus apparebat prædictum Lezanum petijsse à Nuncio Hispaniarum absolutionem, eamque obtinuisse per certum tempus cum reincidentia, hæc namque probata erant tam ex dictis testium, quam ex responsione eiusdem Ioannis ad positiones.

Et ex his duo resultabant, ex quibus narrata insordescentia excludebatur, alterum quod Lezanus non poterat dici perseuerasse in excommunicatione animo pertinaci, ac indurato, & in contemptum Clauium, prout requiritur ad effectum, vt insorduerit, vt fuerat in alia decisione admissum cap. cum bene de ætat. & qualitat. cap. cum contumacia cum ibi not. de hæret. in 6. Card. in cap. excommunicamus §. qui autem in fine de hæret. Sign. consi. 33. numero 10. vers. præterea Soc. in cap. perpetua numero 23. & 24. & in capit. sacris numero 491. de sentent. excommunicat. & est de mente Concil. capit. 3. in fine sess. 25. & tradit Decian. consil. 14. numer. 9. & seq. lib. 3. vnde cum Lezanus obtinuerit à Nuncio absolutionem, licet ad tempus, & fecerit diligentias pro ea à Sanctiss. Domino nostro obtinenda, non potest ei imputari, quod perseuerauerit in excommunicatione cum con-
1 temptu Clauium, nam contemptus tunc datur quando voluntas in hoc dirigitur, vt quis nolit obedire, eo quia spernit potestatem iudicis, aut legis, quod si ex alia causa motus etiam iniusta non obtemperat non dicitur contemnere glos. in cap. Metropolitanum 2. quæst. 7. Cald. consi. 4. de sent. excommunicat. & consil. 11. de verb. sign. Felyn. in cap. 2. n. 11. vers. & qui facit ex aliqua causa de maiorit. & obedient. Couar. in cap. Alma mater in 1. par. relect. §. 7. num. 6. vbi id probat authoritate S. Thom. & aliorum Decian. dicto consil. 14. qui alios allegat, & quamuis supplicatio absolutionis obtentæ à Sanctissimo non fuerit ab officio componendarum recuperata, tamen omisso quod allegatur paupertas Lezani, de qua etiam deponunt testes, per quam non poterat soluere compositionem, vel condemnationem, stante quod Ioannes fatetur in dicta supplicatione fuisse appositum clausulam parito iudicato, ex qua impotentia veniret ab huiusmodi culpa excusandus iuxta consi. Oldrad. 277. Sig. dict. consi. 33. n. 11. & sentit. Card. in dict. cap. excommunicamus §. qui autem in fine, quatenus fuisset
2 necessaria, nihilominus ex sola petitione absolutionis, & instantia ab eo facta de ea consequenda cessat ipsius contemptus, ac pertinacia Ioan. Andr. in cap. cum contumacia in versic. pertinacia de hæret. lib. 6. & ibi etiam Franch. num. 2. in fine vers. ideo si infra annum Gemin. n. 11. ille enim dicitur excommunicationem contemnere, qui longo tempore ab ea non petit absolutionem, vt post Host. in cap. grauem de pœnis tradunt ibi. Anchar. num. 1. Abb. num. 3. in fine Card. num. 1. Butr. num. 5.

Alterum, quod ex facto supra firmato ad fauorem Lezani resultabat, est quod cum obtinuerit à Nuncio absolutionem, non aderat insordescentia per triennium, quod per dictam absolutionem fuit interruptum, ad hûc namque effectum tempora non coniungûtur, sed triennium debet esse continuû, vt fuit resolutum in S. Congregatione Concil. in vna Bononiensi insordescêtiæ, quam decisionem Rota postea sequuta fuit in causa Segobricensi insordescentię 5. Iunij 1598. coram R. P. D. meo Alexandrino, & facit Ioan. Andr.

in dicto

in dicto cum contumacia in vers. per annum de hæret. lib. 6. & ibi Fran. n. 2. Gemin. num. 10. Nauar. cons. 7. num. 3. de hæret.

Non obstat, quod isti actus petitionis absolutionis facti à Lezano fuerint simulati, & facti ad effectum, ne à Capitularibus alijs vti excommunicatus, pro consequendis distributionibus quotidianis vitaretur, & non ad fructum animæ suæ, & ex contritione cordis, cum lapso tempore absolutionis nihilominus se diuinis immiscuerit, & plures alios recursus illicitos habuerit, imo palam protestatus fuerit, quod non erat excommunicatus, nec non quod recursus erant liciti damnando opinionem illorum, qui contrarium existimabant, quia licet ex his constet de reincidentia, & resultet maius peccatum, non tamen probatur necessario, quod petitio absolutionis fuerit simulata id enim pendet ex eius corde, cuius solus Deus est perscrutator, ac ideo ad effectum, de quo agitur sufficiunt illi actus exteriores vna cum facto petitionis absolutionis ab habente potestatem illam concedendi, & signa contritionis ita vt non sit admittenda sola
3 præsumptio in contrarium, nam paria sunt quem pœnitere, vel habere signa contritionis, vt notat Gemin. cap. supremo num. 20. de hæret. libro sexto, & ex petitione absolutionis cessat proteruia, & contumacia, nec non contemptus, sine quibus non datur inscordescentia ex supradictis.

Ex quibus fuit decisum pro Lezano omisso alio fundamento desumpto ex absolutione obtenta à Confessario in vim Bullæ Cruciatæ, quod Dominis non placuit.

RESOLVT. CCXX.

1 *His, qui per annum pertinaces in excommunicatione permanserunt non prodest absolutio generalis concessa à Papa in impetrationibus gratiarum, & in collationibus beneficiorum, & limita num. 2. 4. & 5.*
3 *Quis non obligatur ad id, quod non potest.*

Absolutio generalis, quæ à Papa conceditur in impetrationibus gratiarum, & in collationibus beneficiorum non prodest illis, qui per annum continuum pertinaces in censuris extiterunt.

DIxi in facti contingentia, quod is qui per annum in excommunicatione contumax perseuerat
1 huic deinceps absolutio non prodest, quæ à Romano Pontifice in impetrationibus gratiarum, & in collationibus beneficiorum tribuitur, illa igitur absolutio, quæ generaliter, simpliciterque etiam non petenti condonatur excommunicatis, interdictis, suspensisque non prodest eis, qui per annum continuum contumaces in censura perseuerarunt, vt asserunt Rebuff. in praxi 3. parte tit. forma nouæ prouis. in vers. teque absoluentes ex numero 10. Felyn. in cap. Apostol. in princip. de exception. Boer. decis. 290. numero 3. Puteus decis. 128. libro 6. Mandos. in tract. de liter. grat. cap. 5. Rolan. consil. 46. volum. 1. numero 37. quæ decis. & si vera sit patitur tamen
2 aliquas limitationes, ni fallor: vt puta quando nulla culpa in censura quis permansit, vel quia quantum potuit, vt absolueretur elaborauit, & tamen iudicis facultatem non habuit, vel quia satisfacere creditori non potuit, cuius gratia excommunicatus erat namque ad id quis non obligatur, quod non
3 potest argum. l. impossibilium ff. de reg. iur. ac propterea culpa vacat, vnde ob eam rem pœna plecti non debet argum. capitulo 2. de constit. capitul. 2. de ijs, quæ fiunt à mai. par. capit. & c. Romana in fine de sentent. excommunicat. in 6. vel quia peccaret si id faceret, quod per excõmunicationem ei præceptum est, vt in cap. inquisitioni de sentent. excommunicat. tunc enim excommunicatio potius tollenda est: item
4 locum non habet vbi per annum continuum in censura non permansit; non enim lex hoc dicit, ergo, neque id dicere debemus argument. l. de prætio ff. de public. & cui verba legis nõ conueniunt, nec dispositio eidem cõuenire debet argum. l. 4. §. toties ff. de damn. infect. ita Rebuff. vbi supra num. 12. ibi in illis per annum
5 continuum insorduerit; & postremo vbi speciatim derogatum est vt pote, quia Romanus Pontifex, & huic absolutionem tribuere voluit, in his. n. omnibus casibus absolutio huic impetranti proderit.

RESOLVT. CCXXI.

1 *Impeditus impedimento legitimo remanet illæsus, & excusatur à contumacia.*
2 *Impedito legitimè non currunt tempora ab homine vel à iure statuta.*
3 *Impedimentum iustum æquiparatur impossibili.*
4 *Impeditus comparere non dicitur contumax.*
5 *Excommunicatus in causa fidei comparens lapso anno auditur, si causam legitimam insordescentiæ inotescet.*
6 *Quod procedit etiam si compareat postquam esset declaratus hæreticus.*
7 *Expleto anno non auditur contumax quo ad hoc, vt bona recuperet, nisi de innocentia, vel legitimo impedimento constiterit.*

Impedimentum legitimum an excuset à pœna insordescentiæ.

COnsultus respondi, impedimentum excusare à pœna insordescentiæ, etenim de iure iustum impedimentum, seu legitima causa à qualibet pœna excusat c. inter quatuor de maioritate, & obedientia,
1 & impeditus impedimento facti, remanet illæsus c. significante de pignoribus Rota in decis. 21. de præbendis in antiquis, & excusatur à pœna contemptus vt tradit Bal. in l. si cum dies §. si quis num. 1. ff. de arbitris, & à negligentia Alexand. cons. 21. volu. 1. nam impeditus non dicitur negligens Paris. de resignatione benefic. lib. 11. q. 13. n. 4. sicut excusatur pariter à pena contumaciæ Boer. in decis. 40. post Socin. cons. 120. n. 2. vol. 3. excusatur etiam à pœna, & mora c. sicut in fin. de iure iurando Ioseph. Lud. in decis. Perus. 150. de Grass. in decis. 3. de constit. nec
2 impedito legitimè currunt tempora ab homine, vel à iure statuta c. quia diuersitatem de concessione præbendæ Rot. in decis. 2. de dilationibus in nouis Boer. in decis. 64. Nauar. cons. 8. de renunciatione, hinc
3 prouenit iustum impedimentum æquiparari impossibili Bero. cons. 88. n. 35. vol. 1. & propterea excusatur non comparendo Alex. in l. 2. §. si quis ff. si quis cautionibus, & ratio est quoniam citatio non arctat citatum ad comparendum si defensionem impedimenti secum afferat Oldrad. cons. 44. num. 2. Calder. cons. 5. de dilat. vnde Affl. in decis. 28. asserit fuisse
4 decisum quod impeditus comparere, nõ dicatur contumax & propterea processus contra ipsum factus sit ipso iure nullus secundum communem opinionem, quam refert Ias. in l. 2. ff. si quis cautionibus.

Ex quibus omnibus infertur ad casum proposito
5 quod excommunicatus in causa fidei, qui comparet lapso anno, auditur, si causam legitimi impedimenti suæ insordescentiæ verificet, ita Pegna in 3. part. coment. 174. Salzed. ad Diaz cap. 116. num. 12. quod adeo verum est, vt procedat etiam si compareat
6 postquam esset declaratus hæreticus, vel etiam si eius Statua esset combusta, adhuc autem esset audien-

diendus Pegna in d. consilio 49. vers. aduenient autem pag. 132. & in versiculo postremo illud pag. 534. Flam. Cart. in d. cap. 1. ex num. 278. & 281. Salzed. vbi supra Simanc. de Cath. Instit. tit. 2. & num. 20. asserentes, quod expleto anno, non auditur contu-
7 max, quo ad hoc vt bona recuperet, nisi vel de innocentia eius, vel de legitimo impedimento constiterit iuxta ea, quæ tradit Farinac. quæst. 18. ex num. 40. qui in quæst. 12. ex num. 42. pulchrè recensет causas iustas impedimenti, quibus quis à contumacia excusatur; auditur tamen quantum attinet ad excusandum crimen, & ad probandam innocentiam quocunque tempore, non obstante, quod quiuis terminus sibi assignatus fuerit elapsus, vt vere docet glos. communiter recepta in verb. condemnentur in cap. excommunicamus il 1. §. qui autem de hæret. & trad. Decianus lib. 5. cap. 33. n. 13. videndus est etiam Sayrus vbi supra n. 13.

RESOLVT. CCXXII.

1 *Insordescens in excommunicatione pro quauis causa lata de hæresi suspectus reputatur.*
2 *Plus anno insordescens in excommunicationem hæreticus reputatur, & vt hæreticus debet condemnari.*
3 *Excommunicatus per annum pro aliquo crimine habetur pro conuicto de illo crimine.*
4 *Ex consuetudine non solet procedi contra excommunicatos per annum nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis.*

Insordescentia in excommunicatione lata ex causa ciuili, vel criminali an faciat quem suspectum de hæresi.

1 EXcommunicatus non ex causa hæresis, sed pro alio crimine, qui etiam quod per annum in excommunicatione insorduerit, non tamen per hoc reputatur hæreticus, nec vt hæreticus condemnatur, sed reputatur tantum de hæresi suspectus, & propterea contra eum tanquam suspectum proceditur, prout extat decretum Concilij Tridentini sess. 25. cap. 3. de reformatione in fine, vbi ad literam habetur, & nouissimè scribit ingeniosus D. Nouar. in praxi elect. & variat. fori quæst. 33. numero 11. sect. secunda. Excommunicatus verò quicunque si post legitimas monitiones non recipuerit, non solum ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur, sed si obdurato animo censuris annexus in illis insorduerit etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit; quod si sic citatus ad respondendum de fide, & ad se purgandum se non purget à suspicione iterum ex causa hæresis
2 excommunicatur, & si in excommunicatione per annum amplius insorduerit hæreticus reputatur, & vt hæreticus condemnatur; colligitur hæc conclusio ex glos. in cap. excommunicamus il 1. §. quæ autem in verbo condemnetur in versiculo, Nec intelligas extra de hæreticis, & ibi hoc præsertim annotarunt Hostiens. videndus numero tertio Boich. num. 1. & 2. vbi bene reassumit dicta per Hostiensem eo loci, & amplius subdit, quod ante annum excommunicatus iste, nec etiam de hæresi suspectus est, Butrius num. 13. Abb. numero septimo, vbi quod in aljs criminibus excommunicatus per annum habetur pro conuicto de illo crimine, pro quo fuit excommunicatus non autem hæreticus Soc. nu. 72. vbi idem dicit Anania num. 8. Felyn. col. 2. ante medium vers. sed quærit Ancharanus ex Cardin. Zabarell. in d. §. qui autem colu. 2. ver. quæro, quod si ob aliam causam etiam §. adijcimus num. 2. vers. oppone, quod non se purgans, ad quæ adde etiam Albertin. in rubr. de hæreticis in 6. in princ. quæst. post num. 9. vbi pariter, quod stans per annum excommunicatus non debet reputari hæreticus, sed bene aliqualiter suspectus, & quæst. 13. num. 33. & seq. vbi de excommunicato tam ex causa ciuili, quam ex criminali, & de modo contra ipsum procedendi. Addo glos. in capitulo cum contumacia in verbo Hæreticus, & ibi addentes de hæreticis in 6.
3 vbi dixit quod excommunicatus per annum, non ex causa fidei, sed pro alio crimine habetur pro conuicto illo crimine, pro quo fuit excommunicatus, non tamen probatur pro hæretico, & ibi Geminian. num. 12. in final. & Franch. numero 14. versiculo in Glos. final. vbi dixit quod nihilominus est suspectus de hæresi potest de hæresi inquiri, ac etiam indici purgatio; Addo ad præmissa Hostien. in summa de hæreticis §. qualiter deprehendantur numero 4. versic. sed nunquid de alio crimine, & versiculo quid si quis criminaliter, vel ciuiliter accusatus Summa Armilla in verbo hæresis n. 3. versic. si autem pro alia causa Tabien. summa in verbo hæreticus numero secundo versicul. aut fuit excommunicatus pro contumacia Vmbert. Locat. in iudicial. inquisitorum in verbo Contumax nu. quarto vbi ponit duos modos procedendi contra absentem pro alio crimine, quam hæresi, & in verbo excommunicati num. 2. vbi quod excommunicatus non ex causa fidei, sed pro alia causa etiam ciuili suspectus est de hæresi, leuiter tamen, & sic contra eum vti leuiter suspectum procedi potest Repertor. inquisitorum in verbo contumacia vers. nota quod si quis accusatus, vbi quod isto casu excommunicatus per annum habetur pro conuicto Simanch. Catholicarum institutionum titulo 27. rubric. de excommunicatione numero 4. Arelat. notabil. 41. vbi generaliter loquitur de excommunicato pro quacunque causa etiã ciuili Corset. tract. de hereticis numero 21. versiculo aut pro contumacia in alia causa Ghirland. in eodem tract. de hæreticis quæst. 8. num. 4. vbi quod excommunicatus ex alio crimine, quam hæresis si excommunicatus per annum in excommunicatione insorduerit non condemnatur vt hereticus, sed de illo crimine, de quo erat excommunicatus, quia illa excommunicatio retenta per annum indurato corde, facit ipsum haberi pro confesso. Addo etiam ad præmissa Ignat. Lopez in addit. ad Diaz in practic. crimin. Canonic. capitulo 116. num. 12. vbi plura ad interpretationem dicti Concilij Tridentini. Menoch. de arbitrar. quæst. lib. 2. cas. 416. num. 34. Rojas singular. 2. num. 1. & singular. 60. num. 1. & 2. vbi latius Scaccia in tractatu de iudicijs causarum ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. post num. 35. vers. aut fuit excommunicatus ob aliam causam Eymeric. in director. inquisitorum par. 2. q. 47. num. 6. & 7. vbi quod isto casu suspicio; quæ oritur contra excommunicatum persistentem in excommunicatione non ex causa fidei dicitur leuis suspicio, & ibi ponit modum procedendi contra hunc excommunicatum, & persistentem in excommunicatione non ex causa fidei, & ibi Pegna in additionibus commentar. 27. litera C. versic. quidam verò sunt excommunicati fol. mihi 386. col. 1. in fine Decian. in tractatu Criminali libro 5. cap. 17. versic. 129. & cap. 8. versiculo 33. Adde pro hac 5. Ampliatione Nauar. consil. 21. num. 1. tit. de hæreticis lib. 5.

Vide tamen in proposito Pegn. in additionibus ad Eymeric. in director. Inquisitorum parte 2. q. 47. commentar. 32. versic. ex recepta fol. mihi 386. col. 2. vbi testatur, ex recepta sanctæ Romanæ, & generalis inquisitionis consuetudine non solere procedi contra excommunicatos per annum, aut amplius nisi fuerint excommunicati ex causa hæresis, & ita etiam non aliter seruatum vidisse testatur Scaccia in tractat. de iudic. causar. Ciuilium crimin. & hære-

ticalium cap.98. num.36. in fine. Et vide etiam Montemaran.in pract.Archiepiscop.cap.84. num.8. vers. quando requiritur, vbi dixit quod suspicio oriens ex insordescentia per annum in excommunicatione lata non ex causa fidei sufficit ad indicendam purgationem de leui, non autem ad torturam. Zecch. in summa par.1.tit.de fide rubr. de hæresi cap. 11. num. 23. vers. ex aliis vers.causis,vbi pariter dixit isto casu non oriri ex persistentia in excommunicatione nisi leuem suspicionem, & quod contra istos excommunicatos per annum procedi non soleat in supremo vrbis, totiusque Christianæ Reipublicæ fonte, & generali Inquisitionis Tribunali dubitandum non est.

RESOLVT. CCXXIII.

1 *Annus persistentiæ in excommunicatione currere incipit non à die incursus excommunicationis,sed à die declarationis.*
2 *Annus persistentiæ in excommunicatione notoria incipit currere à notorietate excommunicationis.*
3 *In pœnalibus tempora nunquam coniunguntur, secus in fauorabilibus.*

Insordescentia annalis an incurratur à die incursus excommunicationis an verò à die declarationis.

NOtandum tunc demum excommunicatum in excommunicationem persistentem posse, vt hæreticum condemnari, vel pro condemnato haberi, dummodo fuerit excommunicatus, vel declaratus excommunicatus ab homine in casu quo excommunicatio ipso iure incurritur: non præcedente autem sententia excommunicationis, vel excommunicationis declaratione in casu prædicto non potest, vt
1 hæreticus condemnari,& sic annus persistentiæ in excommunicatione currere incipit non à die incursus excommunicationis, sed à die declarationis, seu a die, in quo nominatim fuit excommunicatus cum ex illo tempore incipiat timor contumaciæ, seu contemptus clauium ex plenè deductis per Alber. in rubr. de hæret.in 6.quæst.13. num. 35. & seqq. vbi hanc limitationem declarat non procedere quando quis esset
2 notoriè excommunicatus, quia tunc annus incipit currere à notorietate excommunicationis absque alia declaratoria, quando de tali notorietate verè, & euidenter omnibus constat. Quod procedit, dummodo annus, in quo quis in excommunicatione ex causa fidei inflicta persistit fuerit continuus, aliter secus secundum Archid.in cap. cum contumacia num.2. in verbo per annum de hæret. in 6. & ibi etiam Ioann. Andr. ante num. primum, in eod. verbo per annum. Geminian. num.9. vers. Quæro an intelligatur de anno continuo, & num.10. & Franch. num.2.vers. Item annus debet esse continuatus, ponderantes dictionem Per, in textu positam, quæ de sui natura temporis continuationem demonstrat; Rojas, cum allegatis per eum sing. 60. num.3. & 4. Simanch. Cathol. instit.tit.14.rubr. de contumacibus, num.3. in pœna-
3 libus enim tempora nunquam coniunguntur licet secus in fauorabilibus. Socin. cons.118. num.6. & sequ. lib.4.Nauarr.cons.34.num.2. & cons.36. num.1. de Regularibus lib. 3. & tit. de hæretic. lib. 5. consil. 7. vbi propterea dixit excommunicatum per annum non esse suspectum de fide, si interim fuerit absolutus nec lapsus annus post absolutionem, & in terminis voluit Seraphin.decis.1285.num.4.& seq.vbi amplius subdit ita fuisse decisum in Congregatione Concilij reprobato Decio contrarium tenente in consil. 145. per eum allegato.

RESOLVT. CCXXIV.

1 *Excommunicato purgationem indici, & terminum assignari ante excommunicationem oportet ad effectum, vt possit condemnari, vt hæreticus.*
2 *Excommunicatus per annum insordescens non potest vt hæreticus condemnari, nisi specificè fuerit citatus ad respondendum de fide.*

Insordescentia non est punibilis si non detur terminus ad se purgandum.

1 EXcommunicatus etiam quod per annum in excommunicatione perstiterit non potest vt hæreticus condemnari, nisi ante excommunicationem ipsi fuerit in dicta purgatio, & terminus ad purgandum assignatus antequam excommunicaretur, in tantum quod non sufficit sola indictio purgationis, sine assignatione termini, nec sola assignatio termini sine indictione purgationis secundum Hostiens. in c. excommunicamus il 1. num. 9. & 10. extra de hæret. vbi propterea subdit secus esse,quando iudex, & purgationem indixerit,& terminum ad purgandum præfixerit, tunc enim si excommunicatus, quia non se purgauit per annum excommunicatus steterit,vt hæreticus condemnatur; nisi ex iusta causa, & ea quidem expressa à tali mandato, & præcepto appellauerit, vt ibi per eum, quem referendo sequuti sunt ibidem Io. Andr. num.5. & Boich. num.3. vers. aut iterum censendus est hæreticus, & num.4. vbi benè reassumit dicta per Host. vbi supra. Butr. num.15. Zabarell. in §. quia autem col. 2. vers. quæro quid si suspecto de hæresi,& vers. Nisi dicat Iudex.

Dicunt autem Ant.de Butr. & Card. Zabarell. in locis præcit.post Io.Andr.quem allegant, hodie hanc controuersiam non esse dubiam, sed claram, & expeditam per c.cum contumacia de hæret.in 6. & nihilominus ad hanc materiam vide multa dicentem Scacciam in tract. de iudicis causarum ciuil. criminal. & hæretical. cap.98. num. 4. vers. si est sola suspicione notatus in fine vers. & seqq. vsque ad n.5.

2 Vnde prouenit quod excommunicatus si per annum in excommunicatione insorduerit non potest vt hæreticus condemnari, nisi fuerit citatus specificè ad respondendum de fide, & ad se purgandum de suspicione ex insordescentia exorta, Summa Angel. in verbo Hæreticus,num.1.in fine. Tabien. in summa,in eod.verbo Hæreticus num.2. Repert.inquisitorum,in verbo contumacia vers.Nota quod ex contumacia. Zanchin.in tract.de hæret.cap.9. num.3. Eymeric. in direct. inquisit. par.2.quæst.47.num.4. vers.suspectus autem de hæresi, vbi tamen videtur tenere quod sufficiat in citatione apponere, verbum Responsurus de fide,& ibid. Pegna in addit. commentar.52. litera G. fol.mihi 386. col.2. vbi declarat hoc verbum Responsurus de fide esse apponendum in citatione, quando reus est contumax, & facilè capi non potest, secus si non sit contumax, & facilè capi potest, cum tunc sufficiat eum generaliter citare, vt coram Inquisitoribus compareat, faciunt quæ in simili de citatione contumaci facienda dixit Farinacc. in pract.crim.qu. 15. num.112. & seqq.

RESOLVT. CCXXV.

1 *Regulariter contumax non potest condemnari nisi personaliter fuerit citatus.*
2 *Ad condemnandum excommunicatum de insordescentia an plures citationes requirantur, vide etiam num. 4. & 5.*
3 *In crimine hæresis proceditur summariè.*

An

An requiratur vna, vel plures citationes ad hoc vt possit puniri insordescentia.

1 REgulariter contumax & absens condemnari non potest, nisi fuerit personaliter citatus: si enim absque personali citatione quis excommunicari non potest, multo minus absque eadem citatione potest, vt hæreticus condemnari, & hæc conclusio indubitanter procedit, quando absens inueniri potest, quod si latitet, & non inueniatur, tunc eum posse per edicta vocari ex plurimorum sententia testatur Simanch. cum allegatis per eum in Enchiridiõ violat. Religion. tit. 45. rubr. de absentibus num. 7. & 8. vbi quod ista edicta Præconis vocis diuulganda sunt nomen absentis inclamandum in ea ciuitate, in qua reus Domicilium habet, atque etiam affigenda ad Ianuas Ecclesiæ Maioris, & Catholicar. instit. tit. 14. rubr. de contumacibus numer. 5. & 6. quam tamen sententiam ipse seueram, ne dicat iniquam, aut crudelem existimat, & propterea ipse tutius, & æquius esse credit, hunc de hæresi suspectum, & latitantem etiam personaliter citandum esse, nisi forte de absentis hæresi plenè in processu constaret; tunc enim ipsum per edicta citari, & condemnari posse, admittit, & ita etiam censuit, & admittit in eodem Enchiridion titul. 46. rubr. de contumacibus numer. 3. & 4. & Simanch. sic dicentem refert Scaccia in tract. de iudicio causar. ciuil. criminal. & hæretical. cap. 98. numer. 35. vbi tamen concludit, quod si reus fugit, seu latitat, tunc potest etiam per edictum citari. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. Canonic. cap. 116. numer. 12. versic. 5. quod si causa excommunicationis in fine.

Vnde orta fuit dubitatio vtrum sufficiat vnica an
2 bina citatio ad excommunicationem in crimine insordescentiæ, & Respondi quod, quando contra contumacem absentem proceditur, non vnica, sed plures requiruntur citationes, quod an verum sit, & quando dic quod licet vnica tantum citatio sufficere videatur
3 cum in crimine hæresis procedatur summariè quo casu vnica citatio habet vim peremptorij, & licet etiam Alphonsus de Castro in tract. de Iuda hæret. punit. lib. 2. cap. 1. dixerit duas requiri debere, & sufficere monitiones, verius tamen est, quod in hoc crimine sicut in alijs criminibus tres citationes, seu monitiones præcedere debent ad text. in l. consentaneum C. quomodo, & quando Iudex, & in l. contumacia §. 1. ff. de re iudicat. cum alijs per Rojas singul. 29. vbi amplius, quod ita de consuetudine seruatur, & ampliat etiam, quod quis fuerit semel personaliter citatus, & ãpliationem hanc dicit cõmunem ex allegatis ibi per eum reprobato Innocẽtio contrarium tenente in c. ad petitionem n. 3. de accusationibus, nec dissensit Simanch. Catholicar. institution. tit. 14. rubr. de contumacibus sub num. 6. & in Enchiridion violat. Religion. tit. 45. rubr. de absentibus, nu. 3. & 4. Vbi quod asserit citandos esse tribus edictis. Quod & idem voluit. Param. de origine S. Inquisitionis, lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudicario S. Officij num. 65.

4 Verùm quod vnica tantùm sufficiat citatio, seu monitio contra contumacem voluit Innoc. supra allegatus in c. ad petitionem, num. 3. de accusationibus Locat. in iudicial. Inquisit. in verbo citatio post n. 14. versiculo si autem vltra contumaciam, vbi tamen loquitur, quando proceditur contra contumacem conuictum de hæresi. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 32. nu. 4. Vbi dixit regulariter pro tribus edictis, aut denunciationibus, vel vno peremptorio pro omnibus citandus est reus Scaccia in tract. de iudic. caus. ciuil. criminal. & hæretical. c. 43. n. 10. Vbi idem dixit, quod, & in isto casu in vnica citatione facta per edictum peremptorium, debet prefigi dilatio triginta dierum ad hoc vt citatus in d. termino possit ostendere suam innocentiam, quorum decem pro primo, decem pro secundo, & decem pro tertio, & vltimo peremptorio termino, & canonica monitione assignantur.

5 Sed quod duæ ad minus requirantur citationes videas per eundem Locat. in iudicial. Inquisitor. in verbo sententia, num. 25. Carer. in tract. de hæret. nu. 128. Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 38. num. 9. vbi declarat, & num. 27. Quando enim proceditur contra absentem prætensum hæreticum, & non comparentem fisci procurator debet illius contumaciam accusare, & hanc accusandi contumaciam formam ponit Locat. post Iudicial. Inquisitor. fol. mihi 479. & sequ. Simanch. in Enchiridion Violat. Relig. tit. 45. rubr. de absentibus, num. 4.

PRAXIS IVRAMENTI.

RESOLVT. CCXXVI.

1 *Iuramentum ex parte iurantis est personale, & personam non egreditur, nec transit ad hæredes iurantis.*
2 *Hæres defuncti non indiget absolutione ad effectum agendi.*
3 *Iuramentum transit ad hæredes quoad contractus obseruantiam.*
4 *Iuramentum quantum ad spiritualitatem, non transit ad successorem iurantis.*

Hæres non obseruans iuramentum defuncti an incidat in periurium.

QVæsitum an hæres incidat in periurium, si iuramentum à defuncto præstitum non seruet, sed contra recipientem actione iniuriarum, vel damni dati agere velit. Conclusum quod non, quia iura-
1 mentum ex parte iurantis est personale, & personam non egreditur, nec transit ad hæredes iurantis, licet ex parte recipientis sit reale, & ad eius hæredes transeat tex. in c. veritate ext. de iur. iuran. Canonist. communiter ibidem, & in d. cap. fin. de foro compet. lib. 6. Guid. decis. 375. in fin. per allegata ibi, vnde hæres de-
2 functi non opus habet absolutione ad effectum agendi, quia ipse non iurauit, sed potest recta via agere contra eum, qui indebitè iuramentum à defuncto exegit, ita in terminis tenet Angel. in l. generaliter, n. 4. C. de rebus cred. per illum text. Guid. decis. 140. num. 5. Philipp. Port. lib. 1. commun. opin. conclus. 3. num. 1. Alex. cons. 129. num. 21. cum seq. vol. 6. incip. videretur prima consideratione, idem cons. 151. n. 10. vol. 7. incip. viso Themate. Socin. sen. cons. 115. n. 11. vol. 1. incip. circa primam Hippol. in repet. l. de vno quoque, num. 200. ff. de re iudic. vbi dicit, quod iuramentum tanquam vinculum spirituale morte iurantis finiatur, & Felynus singulariter tradit in cap. cum sit de foro competent. num. 9. quod propter iuramentum defuncti hæres non sortiatur forum Ecclesiasticum etiam si iurasset pro se, & suis hæredibus, quia iuramentum tanquam personale morte iurantis finitur quoad vinculum periurij, secus quoad efficaciam obligationis per allegata ibidem, idem tenet Panormitan. in dict. cap. Veritatis, num. 3. & Guid. d. decis. 375. quando iuramentum ad hæredes transeat vide omninò Castrens. cons. 195. num. 7. vol. 2. incip. visis his Bald. in lege emptione, C. plus valere quod agitur, & cap. circa medium.

Regulariter tamen reatus periurij non transit ad hæredes, quia iuramentum est obligatio animę, anima autem alterius non potest obligari, nisi propria voluntate, cum ius spirituale non transeat de anima in animam Panorm. in dict. cap. veritatis, & ibidem DD. &

in authen. sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. sed bene alij effectus iuramenti puta robur contractus, vel litis decisio ad hæredes transeunt, vt not. DD. in cap. 2. de pact. lib. 6. & in cap. cum contingat de iure iuran. Bald. in dict. lege generaliter num. 2. idem in l. non dubium num. 26. C. de legibus. Quid vbi sup. nam efficacia inducta à iuramento transit in quemcumque, & quoad hoc iuramentum non est personale per text. in l. cum quis decedens, §. codicillis ff. de legat. 3. Bartolus ibidem num. 10. Alexand. consil. 26. num. 4. volum. 7. incipit cumulatissimè, & cons. 146. num. 5. eodem volum. incip. viso themate. Curt. iun. cons. 192. num. 12. volum. 3. incip. diligenter per text. in l. ex contractibus ff. de obligat. & action. Portius dict. conclus. 3. num. 1. Castrens. in leg. si grege num. 5. ff. de legat. 1. Bald. in dict. authent. sacramenta puberum numero 17. vbi dicit quod quantum ad robur contractus, iuramentum sequitur naturam contractus transmissibilis, Castr. ibidem num. 9. dicit quod vires contractus iuramenti transeant ad hæredes, quoad obseruantiam contractus, & quod hæres virtute
3 iuramenti compelli possit, vt contractum seruet, si tamen nolit seruare non incidit in periurium, quia vires Iuramenti quoad inducendum peccatum non transeunt ad hæredes per rationem prædictam, licet transeant quoad vires contractus. Ad idem Paris. cons. 54. num. 13. incip. in præsenti causa vol. 1. idem cons. 16. num. 128. vol. 2. incip. Circa præsentem Guid.
4 sing. 343. idem sing. 376. vbi dicit quod iuramentum quantum ad spiritualitatem, quæ sibi inest non transit ad successorem iurantis, secus quantum ad robur contractus, quia vires, & robur assumpsit de præterito non à principio, & ex persona hæredis robur non metimur per text. not. in dict. l. cum quis decedens, §. codicillis, & in l. nam, & postea §. fin. ff. de iure iuran. Alex. cons. 7. num. 8. vol. 6. incip. viso Instrumento vide omnino Paris. d. cons. 54. num. 93. cum sequenti quod hæres non teneatur petere absolutionem à Iuramento per defunctum præstito, & nihilominus posset allegare exceptiones omnes, quas ipse defunctus petita absolutione opponere potuisset, & agere potest ad rescissionem contractus nulla petita absolutione à Iuramento. Alexand. d. cons. 129. Ruin. cons. 107. num. 18. volum. 1. Doct. in d. cap. veritatis de Iureiurand. Paris. vbi sup. plures ad hoc allegans. Illud quoque obseruandum, quod iuramentum ad hæredem transeat quantum ad probationem text. in d. l. cum quis decedens §. codicillis. Bart. ibidem, num. 10. text. in authent. de iureiur. à Morient. præstit. §. fin. Guid. d. sing. 376.

RESOLVT. CCXXVII.

1 *Pars in cuius fauorem iuratum est, potest remittere iuramentum.*
2 *Contradicens relaxationi iuramenti, si succumbit, condemnatur in expensis.*
3 *Quando producitur instrumentum nouum ex quo constat de iure producentis, si aduersarius condemnatur in expensis.*
4 *Lata sententia super relaxatione opus est noua citatione in causa principali.*

Relaxatione à Iuramento obtenta an victus in expensis condemnandus.

QVæritur an citatus ad videndum fieri relaxationem à Iuramento ad effectum agendi, si per sententiam fiat relaxatio, vel absolutio, in expensis condemnari debeat: & pro resolutione distinguendum: aut enim citatus in termino comparet, & consentit relaxationi, & tunc ei parcendum est, quia tali casu nec absolutione quidem opus est, text. in cap. 2. de renunc. & in cap. 2. de Sponsalibus. Panorm. in cap. 1. num. 4. de iureiur. Felin. ibidem num. 2. potest
1 enim pars in cuius fauorem iuratum est, iuramentum remittere, licet illud principaliter Deo, & non parti obliget, text. in cap. debitores de iureiur. & in l. iureiurandi, C. de reb. credit. Pan. & Felin. vbi supra hoc plenius explicantes, omnis enim res per qualcumque causas nascitur per easdem dissoluitur text. in cap. 1. de reg. iur. in Decretalibus, & in l. ferè, l. 2. ff. eodem titul. aut comparet, & expressè quidem relaxationi consentit, sed eam Iudicis arbitrio relinquit, & tunc similiter ei parcendum, quia elogium siue obligationem iuratoriam pro se habet, & quia periurij euitandi religione recederet text. in d. c. si verò, & in l. 1. C. si aduersus vend. text. in l. non erit §. diuus ff. de iur. & in l. quę sub cond. ff. de cond. inst. aut comparet in termino, & relaxationi excipiendo contradicit, & tunc
2 si succumbat meritò in expensis condemnari debet ex regula victum victori, text. in c. finem litibus de dolo, & contumac. & in l. properandum, §. fin autem alterutra, C. de iudic. facit tex. in l. Papinian. §. exercuisse ff. de inoff. testa. Ita hactenus in Camera obseruatũ.
3 Quemadmodum in simili, quando instrumentum in causa appellationis producitur nouum, ex quo constet de iure producentis, si is contra quem productum est viso instrumento renunciet liti, & causæ non debet condemnari in expensis argum. in l. si quis inficiatus ff. depositi Bartol. in dict. l. properandum, §. fin autem alterutra num. 2. C. de iudic. idem in l. destitisse num. 1. ff. eodem, & in l. qui in alterius num. 2. ff. de reg. iur. quia viso instrumento intelligit se non habere iustam causam litigandi, Lanfran. in cap. quoniam contra de probat. in verb. expensæ num. 4. & 5. Felyn. in cap. pastoralis num. 8. de iudic. Matthesil. sing. 82. per totum incip. Nota practicam iuncta apostilla ibidem, secus si malitiosè differt proferre instrumentum litis deciforium vsque ad finem litis, ad hoc, vt aduersarium fatiget inutilibus expensis, nam tunc merito condemnandus erit in expensis, text. in cap. fin. de rescript. & in cap. vt debitus de appellat. Cin. in l. 1. C. de his quæ desunt aduocat. Bald. in cap. exceptione circa princip. de exception. Felyn. in cap. ad audientiam 2. num. 14. in fin. de rescript. Apostill. ad Matthesil. dict. singul. 82. num. 4. facit quod is dicatur esse in mora qui maluit litigare, quam rem restituere, Iason. in l. nemo rem suam num. 4. ff. de verbor. obligat. per illum text. Bartolus in l. si seruum, §. nunc videamus num. 4. & in l. qui Romæ §. Seia num. 4.
4 ff. eodem tit. lata autem sententia super relaxatione opus est noua citatione in causa principali, puta ratione iniuriæ, vel damni dati, & ratio est quia causa principalis separata est à causa relaxationis, & plenè diuersa, & noua causa nouo opus habet remedio per vulgaria, & regulam leg. de vnoquoque ff. de re iud. cum similibus.

RESOLVT. CCXXVIII.

1 *Papa ex causa potest se ipsum absoluere.*
2 *Papa potest esse iudex in causa propria.*
3 *Qui iurauit in materia dispensabili, & non habet superiorem, potest ipsemet secum dispensare.*
4 *Papa non est solitus se ipsum sine causa absoluere à iuramento.*
5 *Episcopus non potest se ipsum à iuramento absoluere.*

Vtrum absoluere quis possit se ipsum à iuramento.

QVæro an qui potestatem habet absoluendi alium à iuramento, possit absoluere se ipsum: & quia hi non vnius, & eiusdem gradus sunt.

Primo

Primo videbimus de Papa, deinde de Episcopo, & inferioribus.

Et quo ad primum circa personam Domini Papæ Doctores discutiunt hunc articulum in c.1. vbi Abb. præsertim, & Dec. in 2. lect. de constitut. idem Abbas in c. proposuit de concess. præb. & per Felin. in cap. præterea il 1. num.20. de sponsal.

Et videbatur negatiuè concludendum, non enim potest quis in facto proprio disponere authorizando Clem.2.de reb.Eccles.alien.ad hoc c.ne quis in sua causa in rubr. & nigro. Secundo pro hac parte facit cap. fin. de inst. & quod Abb. ibi num.4. notabiliter dicit quod debet esse distinctio inter agentem, & patientem vbi etiam alia adducit, & non est dubium quin Papa obligetur suo iuramento, notat Abb. in d. c.1.vbi etiam Dec.post eam in secunda lect.num.23. de constit.

Et consequenter videtur, quod nec alteri committere valeat vt ipsum absoluat, per ea quæ tradit Abb. in dict. cap.fin.num.6. de institit. nempe quia ille videtur repræsentare personam eiusdem Papæ vt in reg. qui per alium lib.6. & si vis alias citationes pro hac parte videre potes penes Dominum Fla. Paris. in suo tr.de resign.benefic.lib.3.q.18.num.93.

Contraria opinio affirmatiua verior est secundum
1 Doctores, videlicet quod Papa ex causa se ipsum absoluere possit, quam tenet Abb. in dicto cap. proposuit num.13. de concess. præb. dum negat hoc posse facere sine causa,expressè tradit Dec. in d.c.1. & 2. lect. num.24. de const. ita expendendo sententiam ipsius Abb.& etiam ex eo,quia cum causa potest alios absoluere ergo, & seipsum negant enim solum sine causa non posse alios absoluere, & sic stante causa illa ratio cessat, & non resistit quin & se ipsum cum causa absoluere possit,ita Dec.in d. loco post modernos ibi per eum citatos, & hanc partem tenuit Petrus Anch. in cap. venerabilem in fine de electione sequitur Felyn.supra citatus in c. præterea il 1.num.20. de sponsal.& in cap.constit.num.18.ver.potentiam de rescr. idem in cap.1.num.35.post Abb. ibi de constit.

Non obstant dict.cap.fin.de instit. & alia supra adducta quia regula, & dispositio illorum, & similium est de iure positiuo, patet quia non habent locum in iurisdictione voluntaria vt patet in l. si consul. ff. de adopt. & ideo nec etiam in contentiosa habet locum
2 in Papa, qui & in Causa propria potest iudicare vt notat in cap. cum venissent de Iudic. ita dicit Dec. in precitato loco, ex quo infert,quod si potest Papa in causa propria iudicare, ergo pariter videtur quod in casu prædicto possit se ipsum absoluere vel alteri hoc committere quod declarat Abb.in d.c.fin.de inst.maximè num.6.

Et corroboratur hæc opinio, ex notabili dicto Archid. cap. venerabilem de elect. vbi vult,quod si ille
3 qui iurauit in materia dispensabili, non habet superiorem potest ipsemet secum dispensare, quod dictum refert post alios à se citatos Dominus Flamin. Paris. dict. tractat. dicta quæstione 18. sub num.110. addens quod hoc casu posset alteri committere absolutionem, & per glos. in cap. sane il 2. de offic. delegat. & in cap. nemo 9. quæst.3. nam deficiente superiore quis potest sibimet ius dicere Innoc.in c.olim il 1. de rest. spol.

4 Porro sine causa D. Papa sicut non est solitus alios absoluere, sic neque se ipsum solet sine causa absoluere prout tradit Dec.in dict.cap.1.2. lect.num.24.post alios quos allegat. de constit. & sup. ego adnotaui in 1.par. quæst.2.

5 Quantum verò ad Episcopum, & inferiores breuiter est concludendum eos semetipsos absoluere minimè posse, neque alteri suam huiusmodi ipsorum absolutionem committere; tum quia permissa Summo Pontifici contra regulam, & dispositionem iuris positiui iuxta prædicta non sunt permissa Episcopo, tum quia illa alia ratio, in qua fundatur dictum Archid.in dict.cap.venerabilem, & Innoc. in cap. olim, quia Papa non habet superiorem,non habet locum in Episcopo, & multo minus in inferioribus, quia Episcopus habet superiorem,ne dum D. Papam, sed etiã Archiepiscopum, vnde Episcopi, & alij inferiores à votis per eos emissis se absoluere nequeunt vt notat. Abb. in cap. Magnæ de vot. quem refert idem Paris. d.qu.18.num.95.

RESOLVT. CCXXIX.

1 *Iuramentum dicitur temerarium, quod propter eius obseruantiam incurreretur periculũ animæ, & corporis.*
2 *Iuramentum dicitur temerarium, quando quis per illud obligatur ad peccatum veniale.*
3 *Iuramentum quod vergit in peiorem exitum dicitur temerarium.*

Iuramentum quando dicatur temerarium, vt non obliget.

1 IVramentum vt non obliget multifariam dici potest,temerarium namque iuramentum vbicunque ob eius obseruantiam periclitatur salus animæ, seu corporis scilicet, quia in eius obseruantia inest peccatum mortale, vel periculum amittendi vitam temporalem iuxta ea, quæ explicat Abb.in d. cap. si verò numero 2. per totum de Iureiuran. caret enim prudentia, ac animi iudicio huiusmodi Iuramentum, & est temerarium, vt declarat idem Abb. ibid. ver.nam ex his.

Et hoc Iuramentum non est obligatorium, & non est necessaria absolutio, quia Iurans potest, immò debet propria authoritate contrauenire, vt tradit Abbat. in loco citat.

2 Secundò modo est temerarium iuramentum quod vergit in dispendium salutis animæ scilicet per quod quis obligatur ad peccatum veniale, fit enim temerè tale iuramentum, quia licet eius obseruantia non ducat ad interitum vitæ æternæ, prout facit obseruantia eius, quod continet peccatum mortale, tamen affert dispendium vitæ æternæ, idest diminutionem, quia retardat, ne ibi ad eam perueniatur, nam decedens in peccato veniali detinendus est in Purgatorio, iuxta Concil. Trident. & declarat Abb. in dict. cap. si verò num.3. verfic. dicitur autem, & hoc iuramen. similiter non est obligatorium, cap. si aliquid il primo 22.quæst.4.

Tertio modo Iuramentum dicitur temerarium, &
3 non est obligatorium vbicunque vergit in peiorem exitum, videlicet quia peius esset illum obseruare, quam infringere, vt dicitur in d.cap. si aliquid.

RESOLVT. CCXXX.

1 *Iuramentum factum calore iracundiæ, non est obligatorium, quando calor iracundiæ aufert libertatem, & iudicium.*
2 *Confessio emanata calore iracundiæ non obest, nisi adsit perseuerantia.*
3 *Iuramentum factum calore iracundiæ, quæ non aufert iudicium, valet fauore piæ causæ.*
4 *De facili dari debet absolutio à iuramento facto calore iracundiæ.*

Iuramentum calore Iracundię an obliget ad pias causas.

1 IVramentum quoq; temerarium dici potest quando calore iracundiæ esset factũ,quo casu non est obli-

gatorium, & non est necessaria absolutio, licet non vergat in interitum salutis animæ, vel corporis, neque in dispendium salutis æternæ, neque in peiorem exitum iuxta tradita, est enim temerarium, & non obligatorium illa ratione, nempe quia ex calore iracundiæ quis iurauit, vt in c. sicut ex literis vbi Abb. & alij de iure iur. & sic est nullum ex defectu iudicij prædicti comitis Iuramenti, vt in cap. iurabunt 22. quæst. 1. ca. animaduertendum ead. quæst. 2.

Quod est intelligendum verum esse, vbi calor iracundiæ tolleret libertatem, & iudicium prout intelligit D. Anton. in dicto cap. sicut ex literis, quem refert, & sequitur Abb. in dict. cap. si verò numer. 7. nam in tali casu licet iuramentum alias sit licitum, tamen non valet, ex quo tantus fuit calor iracundiæ, qui habuit inducere mentis alienationem, & auferre consensum, ita concludit Abb. in dict. c. sicut ex literis, & est iuris regula, quod quicquid fit, vel dicitur calore iracundiæ non prius ratum est, quam si perseuerantia apparuerit animi iudicium affuisse, vt in l. quicquid calore ff. de reg. iur. vnde glos. notab. secundum Abb. in cap. ex literis de diuor. dicit quod confessio
2 emanata, calore iracundiæ, non præiudicat nisi detur perseuerantia ad idem quod de voto tradit S. Thom. 2. 2. quæstione 87. art. 1. relatus à Ioanne And. in dict. cap. literarum de vot. vbi D. Thom. dicit quod tria sunt necessaria in voto scilicet deliberatio, propositum, voluntatis promissio, & facit dict. cap. literarum, & cap. nuptiarum in princip. 27. quæst. 1. idem ergo in iuramento quod principaliter dirigitur in Deum, vt alias est dictum, Deus enim respicit cor c. si quid inueniſti 14. quæst. 5. & hilarem datorem diligit, & vult militem voluntarium c. non est 15. q. 1. & per hæc Abb. pertransit cum ista conclusione, quod iuramentum non obliget ex abrupto factum, quia non habet in se consensum ac sub inde quod absolutio non sit necessaria, subdit tamen, quod posset peti absolutio ad Cautelam.

Secus ergo esset dicendum, si calor iracundiæ non fuisset tantus, quod abstulisset consensum; nam etsi dictum iuramentum dici posset aliquo modo temerarium vtpote non consulto, & sine recta animi deliberatione, atque iudicio præstitum, tamen obligatorium esset, vt est de mente D. Antonin. & Pan. in locis citatis, & per ea quæ infra dicentur.

3 Item limitari potest vt dictum iuramentum valeat, & teneat fauore piæ causæ, scilicet vbi esset præstitum in fauorem Ecclesiæ, vel piæ causæ prout singulariter vltra duas alias limitationes limitat. Ias. regul. dict. l. quicquid calore, quod scilicet dictum, & factum calore iracundiæ non debet imputari l. si filiam tuam num. 6. c. de inoffic. testam. & ibi ponit alia notabilia in hac materia an scilicet, & quatenus habeat operari iracundiæ calor.

4 Adde tamen, quod de facili esset danda absolutio ab isto iuramento, etiam in casu huius limitationis ob calorem iracundiæ, per ea quæ dicunt Antonius, & Abb. in d. c. sicut ex literis.

RESOLVT. CCXXXI.

1 *Iuramentum promissorium est cum aliquid de futuro promittitur.*
2 *Iuramentum imperatoris multa includit.*
3 *Rex etiam præstat iuramentum: similiter Episcopi præstant iuramentum Summo Pontifici.*
4 *Episcopi non exempti præstant iuramentum Archiepiscopo, & Abbates etiam in eorum benedictionibus.*
5 *Archiepiscopus præstat iuramentum in receptione pallij, & eligentes in electione Prælati.*
6 *Vassallus tenetur præstare iuramentum fidelitatis domino feudi.*

Iuramentum promissorium quid sit, & à quibus præstetur.

1 PRomissorium iuramentum est quando aliquid de futuro promittitur, vel aliquis se dicturum, vel facturum promittit, & dicitur illud obligationis introductiuum, cuiusplures sunt casus, & afferri possunt exempla.

Primum in iuramento, quod præstat Imperator in sua coronatione, & approbatione, de quo loquitur text. in c. tibi Domino 63. dist. in Clem. vnica de iure iur. quod propriè fidelitatis iuramentum dicitur, vt inquit ibi Summus Pontifex, & continet istud iuramentum quatuor, primum quod scilicet promittit laborem suum, videlicet se protectorem, & defensorem, secundo cui, scilicet Summo Pontifici. Tertium pro quo, scilicet pro vtilitate Ecclesiæ, & membrorum eius; quarto quantum, scilicet secundum suum posse c. de forma, & quod ibi notatur 22. quæst. 5.

3 Secundum in iuramento, quod præstat Rex in sua coronatione cap. intellecto de iure iuran.

Tertium in iuramento, quod Episcopi præstant Summo Pontifici cap. ego de iure iur.

Quartum in iuramento, quod exhibent Episcopi
4 non exempti Archiepiscopo cap. delicti de maior. & obed. de quo iuramento, & ipsius forma latè tradiderunt Mandosius in gl. quod autem §. ac etiam ver. iuramentum consuetum. Corset. in templo omn. iud. lib. 2. n. 8. Redoanus in suo tract. de reb. Eccles. non alien. q. 3. de alienat. non obstante iuram. Lælius Zanchius priuileg. Eccles. priuil. 67. in princ.

Quintum in iuramento, quod præstant Abbates in eorum benedictionibus, Abb. in d. c. ego de iure iur.

Sextum exemplum in iuramento, quod præstant Curati, & alii beneficiati, de quo in c. quãquam 23. d.

Septimum quod præstant Canonici de statutis eorum seruandis, de quo in c. 1. de iure iur.

Octauum exemplum in iuramento, quod præstant
5 Archiepiscopi, quando accipiunt pallium à Summo Pontifice, de quo in c. significasti de elect.

Nonum in iuramento, quod præstant Cardinales in electione de Summo Pontifice facienda gl. in c. 1. de elect.

Decimum in iuramento, quod dant eligentes in electione Prælati, de quo glo. in loco proximè citato.

Vltimum denique in iuramento fidelitatis, quod
6 præstat Vassallus Domino suo, & hæc est propriè materia nostra in qua aduertendum puto, quod illud iuramentum præstatur in duobus temporibus. Primo quando erigitur feudum, & traditur inuestito possessio; Secundo verò tempore quando moritur, vel Dominus, vel feudatarius, & hæres feudatarii Domino, vel ipsemet feudatarius hæredi Domini haberet præstare iuramentum, de primo agitur in cap. 1. cum duobus titulis sequentibus, qualiter Vassallus iurare debeat de fidelitat. de secundo est materia in cap. 1. §. omnes filij de feudo defuncti militis cum aliis concordant.

RESOLVT. CCXXXII.

1 *Causa iuramenti dicitur mixti fori.*
2 *Iuramentum quoad periurum est merè personale.*
3 *Quando agitur de pœna periurij, iudex sæcularis est competens.*
4 *Item cum agitur de compellendo recipientem turpe iuramentum, vt scilicet illud relaxet: similiter cum agitur de obseruantia iuramenti.*
5 *In iuramentis hæreticorum, excommunicatorum, & Iudæorum se intromittit Ecclesia, & non iudex laicus.*

An

An ratione iuramenti causa sit Ecclesiastico Iudici remittenda.

AD propositum dubium Respondi, quod causa
1 iuramenti dicitur mixti fori, & sic poterit vterque iudex de ea cognoscere text. est iuncta glos. & DD. in c. vlt. de foro compet. in 6. Couar. lib. 1. variar. res. c. 4. num. 5. vers. nec quicquam, & in c. quamuis 1. p. 5. num. 6. Gomez. lib. 2. variar. resol. in tit. de restit. minor. c. 14. Guttierez in Auth. Sacramenta puber. num. 16. & 20. C. si aduersus vend. & in tract. de iuram. confir. p. 3. c. 12. num. 2. Alex. in cons. 63. vol. 3. Bellug. in Specul. princ. rubr. 12. §. quædam in princ. Fuscus de visit. lib. 2. c. 21. n. 48. Seraph. de priuilegiis iuramenti, priuil. 67. n. 1. Didac. Perez lib. 8. tit. 6. l. 1. pag. 183. vers. infertur secundo Marant. 4. p. num. 14. Cag. in l. si quis maior n. 19. C. de transat. Rom. in cons. 512. Guid. Papæ in decis. 178. Cappel. Tholos. in decis. 26. & Petr. Cened. in collect. ad ius can. par. 3. Collect. 2. vbi alios cumulat.

Limita primo in hærede iurantis, quia vinculum
2 iuramenti quoad periurium est merè personale, & non transit ad hæredes, & per consequens hæres ipsius iurantis non potest conueniri coram iudice Ecclesiastico, ita tenent, & declarant cum DD. in d. cap. fin. de foro compet. in 6. Abb. in cap. cum sit venerabile col. 8. n. 21. & 22. de foro compet. & ibidem Fel. num. 9. Hipp. sing. 219. tu habes Salzed. ad Diaz. in reg. 386. post Abb. in cap. Parochianos n. 4. de decimis Rol. cons. 17. num. 16. volum. 1. Guid. Pap. in decis. 414. Asinius in leg. prima n. 21. ff. de relig. & sumpt. funer. Seraf. loco cit. num. 22. Guttierez loco cit. n. 7. quæ ad diuers. iuris cap. 32. num. 15. Aufrer. in reper. Clement. primæ regul. 4. Fall. 4. de officio ordinarij, & in addit. ad Cappel. Tholosan. in decis. 416. Medic. in tract. mors omn. soluit 2. part. conclus. 58. num. 164. post Bart. in leg. qui superstitis in fin. ff. de acquirenda hæredit. & DD. in cap. veritatis per illum text. de iure iurando.

3 Multis tamen in casibus iudex sæcularis habet cognitionem super iuramento; primo quando agitur ad pœnam periurij, quia vterque iudex competens est cap. nouit de iudicijs, & cap. Rex. 33. quæst. Ludou. Rom. consil. 512. col. 3. Bald. cons. 17. num. 13. Loffred. consil. 41. num. 3. post Felyn. in dict. cap. cum sit venerabile.

4 Secundo quando agitur de compellendo recipientem turpe iuramentum, vt illud relaxet iuxta capitulum primum de iure iurando. Feder. de Sen. cons. 166. Old. in cons. 153. num. 3. Roman. sing. 561. & ratio est, quia sicut potest cogere, vt licitum seruet, ita vt turpe relaxetur.

Tertio vbi solum agitur de obseruando iuramento, quia pro eius obseruantia potest sæcularis Iudex suas partes interponere cap. licet de iure iurando in 6. Abbas in cap. ex literis il secondo in 4. not. de sponsal. Imol. in cap. contingat in cap. speciale iuramen. de iure iurando. Bald. in leg. prima C. de rebus creditis.

Limita secundo conclusionem principalem in iu-
5 ramentis Iudæorum, hæreticorum, & excommunicatorum, quia isti subsunt Ecclesiæ, nec licet sæculari in aliquo se intromittere. Bald. in cap. 1. §. item sacramenta de pace iuram. firman. Lud. Rom. in l. qui superstitis ff. de acquir. hæred.

RESOLVT. CCXXXIII.

1 *Gratia de beneficio vacaturo non extenditur ad beneficium de nouo creatum.*

2 *Rescripta, & commissiones non extenduntur ad futura, nec sententia arbitraria, nec transactio, vel liberatio legata.*

3 *Facultas conferendi beneficia non extenditur ad beneficia nouiter creata.*

4 *Exemptio concessa cappellis non extenditur ad futuras.*

5 *Prorogatio regulæ de triennali non extenditur ad gratiam post prorogationem quæsitam, & sic de alijs, prout in corpore resolutionis.*

Iuramentum an extendatur ad futura.

IN casu proposito respondi, quod non ex sequentibus, ex textu, in clement. final. de rescriptis vbi
1 gratia, & reseruatio facta ad fauorem alicuius de beneficio vacaturo non se extendit ad beneficium de nouo creatum. Cuius verba sunt hæc, literas nostras super conferendo tibi beneficio vacaturo directas ad beneficium post datam ipsorum creatum statuimus non extendi, & ibi plenissimè notant glos. & omnes,
2 nec rescriptum, seu commissio extenditur ad lites de nouo ortas cap. fin. & ibi glos. verb. ad futuras literas de rescriptis. Rota decis. 18. de rescriptis in nouis, nec ad ius ortum post litem contestatam, l. non potest videri 23. ff. de Iudicijs Antonius Gomezius lib. 2. variar. cap. 11. commun. opin. tit. de iudicijs conclus. 3. per totam, nec sententia arbitraria extenditur ad futura, l. de his 46. ff. de receptis arbitris, nec decretum l. item eorum §. si decuriones ff. quod cuiusque vniuersit. nomine, nec transactio trahitur ad futura l. cum Aquiliana ff. de transactionibus, leg. qui cum tutoribus §. 1. ff. eodem titul. l. si de certa C. de transactionibus. Antonius Gabr. in tit. de fideicommissis conclus. 1. per totam. Ioannes Guttierez de iuram. confirm. par. 1. cap. 40. à num. 10. nec pactum l. tres fratres 35. ff. de pactis l. 30. tit. 11. partita 1. nec liberationis legatum extenditur ad debitum futurum post testamentum leg. Aurelius 28. §. testamentum & §. Titius Seio, & §. Mæuia ff. de liberatione legata Couarruu. lib. 2. variar. cap. 14. per totum. Menochius de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 127. num. 8. nec verba contractus l. non modus C. de seruitutibus Romanus cons. 136. num. 1. & cons. 503. à nu. 12. Aluarus Valaschus consultatione 58. num. tertio vbi plenè, nec mandatum amplissimum concessum ab Episcopo Vicario suo ad dispensandum in omnibus casibus, in quibus ipse Episcopus authoritate ordinaria, vel delegata etiam Apostolica commissa, vel committenda se extendit ad casus nouiter de iure speciali competituros, nec causas in futurum delegandas. Rot. decis. 9. num. 1. & per totam de officio Vicarii, & decis. 3. eodem tit. in antiquioribus Bisi-
3 gneti, item facultas conferendi beneficia, de qua in cap. si cui nulla 36. de præbend. lib. 6. non extenditur ad beneficia postmodum creata, quæ in rerum natura non erant, ne fundatores retrahantur à fundatione Bonifacius Vitalinus in Cl. fin. num. 23. iuncto nu. 15. de rescript. & bene tradit Ferretus cons. 2. num. 5. vol. 1. de hoc tamen vide Rotam decis. 17. num. 2. & 9. parte 2. diuersorum cum ibidem citatis, dicit etiam Rebuffus in praxi tit. de forma vicariatus num. 124. quod vicarius Episcopi habens potestatem conferendi beneficia non potest conferre beneficium de nouo creatum, sicut etiam venditio non se extendit ad futura l. Rutilia Polla 69. l. in leg. 77. ff. de contrah. empt. Flam. Paris. de resignat. lib. 12. qu. fin. num. 32. vbi ampliat vt non solum non extendatur ad futura, sed neque ad præsentia, non tamen cognita, nec apparentia, nec stipulatio trahitur ad futura, l. ita stipulatus §. Chrisogonus, l. cum stipulamur, l. si à Colono ff. de verb. obligationibus. Puteus decis. 154. fuit dubitatum num. 5. lib. 1. prout etiam nec valor monetæ legatæ, vt plenè per Antonium Gabrielem lib. 3. tit. de solutionibus concl. 3. per totam, neque testamentum, l. si ita legatum, l. modico in principio ff.

de auro, & argento legato Abbas in cap. cum Cappella sub numero 5. ff. de priuileg. Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 4. in præfatione à numero 488. in noua impressione, neque renuncians ferijs intelligitur renunciasse futuris, sed solum præsentibus, nisi aliud exprimatur. Bart. in leg. 2. num. 3. §. de ferijs, neque priuilegium extenditur ad futura capit. ex ore de priuilegijs. Abbas in dict. cap. cum Cappella numero quinto eodem titulo. Puteus decis. 254. num. 3. lib. primo, declara tamen per Abbatem, in cap. quia circa numero quinto de priuilegijs, & vide Petrum Duenas in reg. 13. Ferrettum consil. 36. numero sexto, neque legatum se extendit ad loca postea quæsita leg. si filiabus 17. ff. de legatis primo leg. Iulianus §. finali ff. de legat. 3. Puteus dict. decis. 154. numero tertio, de quo tamen vide Antonium Gomesium libro secundo variarum cap. 12. de legatis numero 49. & de legato librorum consuluit Bald. dict. consil. 284. incipit, pater disponenti libro secundo. Roman. singulari 503. incipit tertius. Curtius Iunior consil. 223. numero septimo. Menoch. de præsumptionibus libro quarto præsumption. 127. numero 15. 16. & 17. vbi idem dicit de legato vestium post Rom. & alios, & per totam illam præsumptionem hanc plenissimè detractat materiam, & in consil. 97. ex num. 64. & 74. libri primi item in exemptione concessa Cappellis, quia talis exemptio non extenditur ad futuras Cappellas glos. in cap. cum Cappella de priuilegiis glos. 1. Felyn. in cap. fin. sub numero 16. de constitutionibus, similiter quando fit mentio de lite, vel literis intelligitur de lite pendente, vel literis expeditis de illo tempore, non de futuris, quæ tunc in rerum natura non erant. Lancellott. de attentatis secunda parte cap. quarto, in præfatione numero 488. versiculo quarto, quia Papa dum permittit in noua impressione, & fuit resolutum in vna Vallisoletana Scholastriæ 5. Iulij 1596. coram R. P. D. Lancellotto, item prorogatio regulæ de triennali non suffragatur quoad gratiam post prorogationem quæsitam. Puteus decisione 334. die 29. Octobris libro tertio sicut etiam clausula sine vitio spolij posita in breui respicit dumtaxat antiquos possessores, non autem eos, qui postea possidere cœperunt Rota decis. 396. numero secundo libro tertio, parte tertia diuersorum, pariter præscriptio non attenditur ad futura, capitulo cum contingat de decimis, & ibi notat Abbas numero quinto, quod procedit etiam in præscriptione immemorabili; Puteus post alios decis. 154. numero tertio libro primo, neque iuramentum extenditur ad futura, & incogitata cap. Clericus 35. cap. quintauallis 24. cap. quemadmodum 25. de iureiurando l. 27. post medium tit. vndecimo partita 3. Couarr. in capitul. quamuis pactum in princip. à numero quinto, & sexto de pactis libro sexto, Guttierez de iuramento confirmatorio parte prima cap. 71. per totam: hinc si quis se obligauit ad seruandam pacem pro se, & suis filiis intelligitur de filiis iam natis, non autem de nascituris Ias. in l. si stipulatus fuerit, num. octauo ff. de verbor. obligat. Menoch. consil. 97. numero decimoquarto libro primo: nec res recipit denominationem ab eo, quod fuerit in futurum, sed ab eo, quod est. Bald. in lege si nondum numero secundo C. de furtis, Iason. in leg. 1. §. qui mandatam numero primo ff. de officio eius cui est mandat. iurisdict. vbi propterea inferunt quod si testator mandat in ædibus suis fieri Ecclesiam nondum est Ecclesia, & quod si ciuitas interficiat electum in Episcopum non dicitur interficere Episcopum; nec renunciatio extenditur ad futura cap. cum inter de renunciatione cum his, quæ congerit Paulus Parisius consilio septimo, numero 30. libro secundo, & consil. 95. numero 29. & 34. libro tertio. Caputaquen. decis. 215. numero decimoquarto, parte quarta. Mascard. latè de probationibus conclus. 128. numero trigesimo quinto cum sequentibus, nec clausula non obstantibus, &c. extenditur ad futura. Baldus consil. 495. quædam Domina numero secundo volum. quinto. Socin. consil. 52. sub hac colum. secunda, versic. ex his libro tertio Paris. consil. 91. numero quarto libro primo, & in terminis reseruationis, quod clausula non obstantibus, &c. non extenditur ad futuras reseruationes tradit Simonett. de reseruationibus quæst. 76. per totam, nec clausula sine præiudicio intelligitur de futuro præiudicio, sed de præsenti. Hieron. Gab. consil. 151. siue 181. numero vigesimo tertio libro secundo, nec derogationes extenduntur ad futura Flaminius Parisius, Romanum, & Iasonem allegans de resignat. beneficiorum lib. duodecimo, quæst. fin. numero vigesimo nono, & trigesimo. Gomezius in regula de infirmis resignat. quæstione 27. numero 29. & 30. nec bonorum publicatio, seu confiscatio extenditur ad bona in posterum acquirenda lege si tibi mandauero §. is, cui ff. mandati cap. fœlicis post medium ibi de postmodum acquisitis, repetitio non negetur cum glossa verbo acquisitis de pœnis lib. 6. Abbas in cap. quia circa num. 5. de priuilegijs. Decius cons. 438. accuratè, & eleganter num. 10. Simancas de Catholicis institutionibus tit. 9. de bonis hæreticorum num. 61. & sequentibus, nec mandatum procuratorium extenditur ad futuras lites, nisi aliter exprimatur, vt per textum in cap. finali de rescriptis, & alia Iura, quæ ibi allegat, tenuit Rota decisione 30. de procuratoribus in antiquis, & decis. 3. de procuratoribus in antiquioribus Bisigneti, & decis. 32. per totam eodem titulo in nouis, de quo etiam vide Rotam decis. 1. de procurator. in nouis, & decis. 13. eodem titulo in antiquis Puteum decis. 37. par. 3. Achillem de Grassis decis. 9. & 11. sub titulo de procuratoribus, idem est in Curatore ad lites, quia dumtaxat intelligitur de litib. quæ tunc existunt, l. qui habet §. fin. & l. sequenti ff. de tutelis, nec seruitutis impositio extenditur ad futurum ædificium, seu prædium l. 1. ff. communi prædium, l. non modus C. de seruitutibus, nec obligatio de soluendo cuilibet canonico Sancti Laurentij decem quolibet anno, si tunc non erant, nisi sex Canonici, & postea auctus est num. extenditur ad augmentum, vt post Cyn. Albericum, Paulum, Bald. Salicet. & alios tradit Padilla in d. l. non modus num. 3. c. quarto de Censibus, & Abbas ibi à num. 10. latè. Boer. decis. 213. per totam. Menoch. de arbitrarijs casu 223. per totum. Gironda de Gabellis par. 12. ex n. 27. Staphileus de liter. iustitiæ §. est notandum num. 1. qui Doctores alios, & infinitos similes casus cumulant; item pignus pro minorib. vsuris obligatum retineri non potest pro maiorib. ex posteriori contractu nascentibus l. per retentionem C. de vsuris, ratio nempe generalis est, quod id, de quo agendum est primo in rerum natura debet esse l. quidam referunt 14. post principium ff. de Iure codicillorum glo. verb. ad futuras in cap. fin. de rescriptis cap. ad dissoluendum iuncta glossa verbo accusari de desponsat. impub. vbi dicit quod accusatio locum non habet cum non esset quod possit legitimè accusari.

Tandem facit quod reseruatio non capiat beneficia creata, & erecta post datam reseruationis tenuit Rota decis. 32. n. 27. de prebendis in antiquis, & Simonet. in d. tract. de reseruationibus q. 12. quinimo quānis beneficium fuisset fundatum ante reseruationem, si tamen post illam accessit Episcopi consensus, & approbatio non compræhenderetur Rota decis. 2. à nu. 3. de iure patronatus in antiquis, & decis. 17. de prebendis in antiquioribus Bisigneti. Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus quæst. 3. principali

num.

num.26.de quo etiam vide Lambertinum de iure patronatus, lib.2. p.3. quæst.9. artic.36. quod similiter procedet si beneficium esset prius creatum de approbatione Episcopi, & post reseruationem dotatum quia adhuc non caderet sub reseruatione, vt post Paulum de Leazar. in d. Clementina finali scriptum reliquit Gaspar, de Perusio in tract. de reseruationibus c. 2. quæ autem beneficia comprehendantur Æneas de Falconibus vbi supra num.9. idem etiam esset si tempore reseruationis beneficium esset prorsus extinctum, & suppressum, & post suppressionem suppressio dissolueretur, & reuocaretur, quoniam tunc diceretur de nouo creatum tale beneficium; Cardinalis Zabarella in d. Clem. fi. nu.6. post alios, quos allegat de rescriptis, sequitur etiam Felyn. in c. cum accessissent sub numer.13. post princip. vers. adde glossam, & post medium vers. ad idem quod notat Cardinalis de constitutionibus Æneas de Falconibus in d. quæst.4. principal. num.27.

RESOLVT. CCXXXIV.

1 *Iuramentum cumulat forum foro.*
2 *Ratione iuramenti, iudex alias incompetens fit competens.*
3 *Iuramentum cumulat forum foro electiuè, non autem cumulatiuè.*
4 *Non debet fieri interpretatio, vt ex iuramento absurdum aliquod sequatur.*
5 *De eadem re non possunt fieri sententiæ contrariæ.*
6 *Trahi super eadem re coram diuersis iudicibus est vexari.*
7 *Litis pendentia debet opponi, alias valet processus.*

Iuramentum quomodo cumulat forum foro.

1 CErtum est, quod iuramentum cumulat forum foro; & sic facit, vt laicus cuius alias iudex Ecclesiasticus erat incompetens, sit competens ratione
2 iuramenti, vt habetur in capitul. fin. de foro compet. in 6. cap. nouit ext. de iudic. tradit Abb. in cap. cum venissent numer.26. de institution. Roma. sign.119. & 426. Afflict. decis.263. post nu.3. Anton. de Gam. decis.247. num.2. Brunor. a Sole in suis qq. lega. q.22. num.29. & est communis opinio Can. & Legis. vt tradit Ias. cons.6. circa 1. col.1. vol.1. Verum in controuersiam in facti contingentia deductum vidi, an dicta conclusio intelligeretur alternatiuè, & seu electiuè, vt pars cui iuratum est posset adire quem vellet Ordinarium iudicem sæcularem, vel Ecclesiasticum illius, qui iurauit, an vero cumulatiuè, vt vno eodemque tempore pendente lite super vna, & eadem re coram iudice laico possit non obstante dicta litis pendentia adiri Iudex Ecclesiasticus. Et licet istam conclusionem isto posteriori modo intelligat Ias. in l. pendente numer.3. C. de bonor. possess. secundum tab. & in l. nulli num.6. & 7. C. de iudi. & cons.9. num.3. vol.1. & nouè post aliquos per eum relatos Vincent. Caro. in tract. de seq. par.3. q. 17. num.12. Tamen vera, & communis opinio est,
3 quod iuramentum intelligatur cumulare forum foro electiuè, non tamen cumulatiuè. Quinimo si lis super dicto facto iurato pendeat coram iudice sæculari, nō potest super eodem recursus haberi ad Ecclesiasticum pendente dicta lite coram iudice laico, nec è contrario, vt not. aliquibus relatis Seraph. de iur. priu. 67. num. 34. & 35. quibus & ipse subscribo. Quia
4 non debet fieri interpretatio, vt ex iuramento absurdum aliquod sequatur: argum. l. nam absurdum ff. de bono. liber. l. scire oportet §. aliud ff. de excus. tuto. lege 2. & ibi gl. C. de con. inser. sequeretur autem, si fieret dicta interpretatio, sequeretur siquidē quod quis super eadem re posset coram diuersis tribunalibus vexari, & sic quod de eadem re diuersæ, seu
5 contrariæ sententiæ ferri possent, quod lex valde absurdum reputat l. singulis cum simil. ff. de excep. re iudica. Conducit ad prædicta, quia exceptio litis pen-
6 dentiæ fundata est in æquitate: quia trahi corā diuersis iudicibus simul, & semel de eadem re est vexari c. fin. de rescript. Rob. Maran. de ordi. iudi. par.6. titul. de excep. oppo. numero 42. & alij passim, quod adeo verum est, vt & talia attentantem lex puniat lege prima §. fin. C. de asser. tollen. & licet non amissione causæ, nisi in casu illius legis, vt ibi volunt Bald. & Salic. saltim pro arbitrio, vt tradunt gl. & Canon. in cap. ex tenore ver. careat de rescript. & sic nulla ratione dici potest, vt iuramentum causet istam iniquitatem, seu vexationem contra propriam eius naturam. Vnum tamen est, quod pars debet opponere de dicta litis pendentia, alias valeret vtrobique processus, vt not. Cano. in cap. fin. de rescript. & legistæ in l. nulli C. de iudi. vt in simili dicimus de exceptione rei iudic. quæ si non opponatur cum quid opponitur aduersus sententiam, quæ transiuit in iudicatum de eo iudicium est tractandum, vt scribunt commemorati a Felyn. in cap. inter monasterium, numero 23. de senten. & re iudicata Ruin. consil.3. numero decimo libro tertio Marsil. consil.19. numero nono, & Bart. in lege prima C. de or. iudi. Circa quem aduerte quod exceptio litis pendentiæ, & exceptio rei iudicatæ æquiparantur, ita vt cui obstat exceptio rei iudicatæ, obstet & exceptio litis pendentiæ l. fundum, & l. fundi, ff. de except. & l. si mater ff. de except. rei iud.

RESOLVT. CCXXXV.

1 *Iuramentum habet vim expressi vbi in actu in quo interponitur non deest consensus saltem in genere.*
2 *Legitimæ specialiter renunciari debet.*
3 *Primum testamentum non habens clausulam derogatoriam, non reuocatur per secundum.*
4 *In generali dispositione, etiam sine iuramento, veniunt ea, de quibus est cogitatum in genere, licet nō in specie.*

Iuramentum quando dicatur habere vim expressi.

OPportune hic quæri potest quando dicatur iuramentum habere vim expressi, hoc est specialis expressionis: innumeri siquidem sunt, qui tenent partem affirmatiuam, & totidem qui negatiuam, quos longa serie recenset Anton. Gabr. de iure iur. concluſ.4. numer.1. & 2. Vera autem & communis resolutio est iuramentum habere vim expressi, vbi
1 ex actu, in quo interponitur, non deest consensus saltem in genere, vt quia de eo quod erat exprimendum fuit saltem in genere cogitatum, sed si deest consensus in specie, & in genere, vtpote quia nec in specie, nec in genere; de eo in generali conuentione fuit cogitatum, tunc iuramentum non habet vim expressi v.g. renunciat filius hæreditati paternæ, num censebitur renunciasse legitimæ? Clarum est
2 quod non, quia vt legitimæ censeatur renunciatum, oportet vt specialiter ei renuncietur l. si quando §. generaliter, vbi doct. C. de inoff. testa. & tamen quia in tali renunciatione generali, non potest non dici cogitatum de legitima saltem in genere, cum in hæreditate comprehendatur etiam legitima, & eam sibi competere non posset ignorare, si in tali renunciatione adsit iuramentum continebitur etiam legitima, cum tunc iuramentum habeat vim specialis expressionis, vt tradidi supra lib.1. cap.3. de legi. ad fin. similiter certum est, quod primum testamentum
3 habens clausulam derogatoriam non reuocatur per secun-

secundum, nisi de ille clausula expresse mentio fiat l. si quis in princip. ff. de leg. 3. si tamen quis cum fecisset prius testamentum cum clausula derogatoria, fecisset postea alterum reuocans omne aliud testamentum, & in eo apposuisset iuramentum; illud secundum testamentum tolleret prius ratione iuramenti, quod vim habet expressi, & specifici consensus, cum tunc in genere consentire videatur, vt illud prius testamentum censeatur reuocatum, etenim cum generaliter omnia testamenta reuocaret, censetur in genere de omnibus cogitasse, maxime cum eorum ignorantia cum ea ipse fecerit allegari non possit, vt in simili notat Bart. in l. sub prætextu circa prin. Cod. de transact. Dec. cons. 108. n. 20. Secus si faceret secundum testamentum cum iuramentum nulla facta reuocatione alterius testamenti in genere nec in specie, quia tunc illud prius per posterius non censeretur reuocatum: ita Ias. istam conclus. pulchrè declarans in l. si mihi & tibi & tali §. in legatis num. 16. cum 3. sequent. de leg. 1. & in l. Sancimus num. 14. C. de testam. idem notat Imola in c. cum contingat de iur. iurand. Bart. in leg. 2. num. 10. C. de rescin. vend. Rip. in tractatu de peste titu. de priui. contract. post num. 84. Natt. cons. 480. num. 23. Roland. a Valle cons. 6. num. 57. vol. 1. Ber. cons. 28. num. 12. volum. primo, & fusè Seraphin. de priui. iura. priui. 70. circa prin. & Io. Guttier. in auth. Sacramenta puberum a num. 113. vsque ad num. 117. & Cotta in mem. in verb. religio iuramenti cir. med. Et licet videatur dicta
4 distinctio insipida, eo quod in generali dispositione etiam sine iuramento veniant ea, de quibus est cogitatum in genere, licet non in specie leg. qui iuri militari ff. testament. militar. leg. sub prætextu la 2. Cod. de transaction. cum simil. dico multos esse casus, vt sunt prædicti, & alij, qui requirunt expressionem specialem, & tunc iuramentum habet vim illius specialis expressionis, verba autem generalia tunc nihil operarentur, vt præter iura allegata notat glos. in clement. prima in verbic. specialiter de iudi. & in cap. inquisitores ver. expresse de hæretic. in 6. & notat. Bart. in leg. fin. §. omnem per illum text. C. de admin. tut. Ias. in leg. prima numero 14. & 15. ff. si quis in ius vocatus non ierit, vbi posuit multos casus, in quibus requiritur aliquod specialiter exprimi, ita vt non sat esset exprimi verbis generalib. & quando de aliqua re in genere cogitatum præsumatur, explicuit Bart. in leg. si de certa num. 4. Cod. de transact. & eum sequutus Abb. in cap. primo num. 6. de transaction. & noue Anton. Padil. in leg. sub prætextu n. 1. C. illo titul.

RESOLVT. CCXXXVI.

1 *Iuramentum non extenditur ad id, in quo deficit consensus.*
2 *Voluntas non fertur ad incognita.*
3 *Quoad ea, quæ iuris sunt, iuramentum impedit ne ignorantia allegari possit.*
4 *Si mulier renunciat Velleiano cum iuramento, licet non sit certiorata de importantia Senatus consulti Velleiani, potest se defendere.*

An Iuramentum impedit ne ignorantia allegari possit.

VIdetur dicendum, quod non, quia iuramentum
1 non extenditur ad id, in quo deficit consensus leg. fin. Cod. de non numerat. pecun. vbi DD. & sic non potest extendi ad ignorata cum certum sit circa
2 illa consensum deficere cum voluntas ad incognita non feratur leg. mater decedens ff. de inoff. testament. leg. si is ad quem, & leg. hæres institutus ff. de acquirend. hæred. Veritas tamen est quoad ea, quæ in facto consistunt, si ignorentur ad ea iuramentum non extenditur: ita Bauer. de virt. iur. vers. decimus septimus effectus numero 29. Imol. in capit. cum contingat de iure iurand. Dec. consilio 350. Visis allegationibus numero 6. & consilio sequent. num. octauo, & post Paul. de Castr. declarat pulchrè Brunor. à Sole in suis qq. legal. q. vigesima secunda num.
3 49. Quoad ea verò quæ Iuris sunt iuramentum impedit ne ignorantia allegari possit, ita DD. in locis præalleg. & tradunt Bart. & Roman. in leg. sciendum ff. de verb. oblig. vbi etiam Alex. & Ias. qui de communi attestatur Abb. in cap. cum causam num. 11. de empt. & vendit. Cappell. Tholos. decision. 49.
4 vbi Aufre. Et sic si mulier renunciat Velleiano cum iuramento, licet non sit certio rata de importantia Senat. Consulti Velleiani, non potest se defendere, quod non censeatur renunciasse quod ipsum ignorauerit, vt multis hinc inde relatis, tradit Anton. Gabriel de iur. iur. concl. 4. dicens istam esse communem, quam multis relatis sequitur de priuileg. iur. priuil. 119. vbi eam limitat, & declarat.

PRAXIS IVRISDICTIONIS.

RESOLVT. CCXXXVII.

1 *Quando iurisdictio est concessa inferiori, non censetur adempta maiori, & superiori.*
2 *Si Episcopus concedat facultatem conferendi suo vicario, nihilominus Episcopus potest etiam conferre.*
3 *Licet procurator patroni laici præsentauerit, nihilominus dominus principalis potest accumulare.*
4 *Princeps non potest à se abdicare supremam potestatem.*
5 *Nullo tempore etiam immemorabili potest aliquid præscribi de suprema Papæ auctoritate.*
6 *Per concessionem factam à Papa iudici laico contra Assassinos, in concilio Lugd. non abdicauit à se potestatem.*
7 *Inferior censetur præscribere cumulatiuè, non autem priuatiuè ad superiorem, vnde in casu negligentiæ Episcopus exercere potest.*
8 *Dictio taxatiua in concessione iurisdictionis excludit pares.*
9 *Quando fundator beneficij nominat extraneum, non intelligitur priuatiuè ad hæredes.*

Regula illa, quod in dubio iurisdictio censeatur concessa cumulatiuè, non autem priuatiuè an procedat quando in concessione apponitur dictio taxatiua, tantum.

PRO Regula generali proposita facit text. in leg. fin. Cod. de Iurisd. omnium Iudicum, vbi licet Rectori militum in causis illos concernentibus conce-
1 datur Iurisdictio, non tamen intelligitur adempta maiori, & generaliori Iudici cumulat plura Felyn. in cap. Pastoralis num. 1. de officio ordinarij, facit etiam tex. in l. 1. Cod. de officio Præfecti Vrbis, vbi dicitur quod licet specialis officialis constituatur super Annona, non propterea auferetur Iurisdictio, quam alius superior super dicta Annona obtinebat, Romanus plura adducit consil. 393. presens consultario ex numero secundo cum sequentibus. Sicut etiam per potestatem datam ab Episcopo suo Vicario, non abdicatur eadem potestas ab Episcopo, sed tanta, & maior apud illum remanet, & ideo concessa facul-
2 tate conferendi ab Episcopo suo Vicario, poterit nihilominus idem conferre, & potestatem conferendi

di certum beneficium Vicario datam adimere, Rebuff. in praxi tit. de forma Vicariatus n. 89. Similiter concessa à domino facultate suo procuratori, eadem & maior remanet penes ipsum Dominum, Anchar. consil. 28. rationes n. 4. & cons. 164. de iuribus ante n.6. vers. nec ex eo quod populus, & propterea dicit Geminian. in d.c.dum per tex.ibi n.5.quod licet procurator patroni laici presentauerit vnum, per hoc
3 non excluditur patronus à potestate accumulandi alium, cum penes eum remanserit potestas eadem; & maior. Consuluit etiam Bald. in consil. 326. incipit Rex Romanorum n. fin. in fin. per d.c. dubium quod si Princeps committit Iurisdictionem alicui videtur eandem sibi reseruare, nisi pro bono pacis permittat expresse contrarium, facit bonus text. in c.intellecto de iure iurando Auileius in capitulis Præt. cap.1.glos. 1. n. 3. idem etiam Bald. in l. qui se patris sub nu. 15. vers. Item in confessis,dicit quod in confessione Iurisdictionis semper Authoritas superioris concedentis præseruatur illesa, cum citra eius authoritatem nequeat exerceri, in eo semper resideat suprema potestas inseparabilis Menoch. de præsumptionibus lib. 2. præsumpt. 18. n. 1. & sequentib. Adeo quidem, vt
4 quamuis Princeps velit dictam supremam potestatem a se abdicare non possit,vt in d.c.intellecto de iureiur. vbi latè Abb. & omnes Fel. in d.c. dilecti sub n. 1. de maioritate,& obedient. Ioan. Lupus in c.per Vestras 2. notabili §. 1.num.4.Couarr. in c. quamuis pactum 2. par. §. 2. nu. 4.de pactis lib. 6.Menchaca de successione. Creatione §. 26. nu. 39. & 82.

Item eadem ratione nullo tempore etiam Immemorabili potest prescribi aliquid de suprema Iurisdi-
5 ctione Papæ Innoc. in c. bonę il 2. ante num. 2. vers. quid nam etiam de postulatione Prælatorum communiter approbatus secundum Francis. Verg. in tract. de iurisdictione Episcopi, & Pontific. Max. Authoritate axiomate 1. pag. 2. & latius in confirmatione 6. Acebedam in l.1. tit.15.n. 39. lib.4. Recopilationis licet quoad alios. Principes sæculares sit de iure communi quæst. difficilis, vt latissimè per Felyn. in c.cum non liceat à num.10.vsque ad finem de præscriptionibus, ista tamen difficultas cessat in Hispania, quia per d.l. 1. tit. 5.lib. 4. recopil. dicitur nullo tempore etiam immemorabili posse prescribi aliquid de suprema Iurisdictione. Quibus consonat quod per concessionem factam per summum Pontificem in concilio Lugdunensi Iudici laico contra assassinos, vt in captulo 1. homicidio lib. 6. non præsumitur voluisse
6 Papam a se abdicare iurisdictionem, & sibi præiudicare Tomas cons. 2. sub num. 10. Nam nunquam censetur Papa velle sibi præiudicium aliquid inferre, argumento c. super eo §. 1.de offic. deleg. Alex.cons. 86.in causa num.3.Grāmaticus vbi supra n.11.nec Papa per gratiam alteri factam ligat sibi manum cap. 1. de concess.præben. in 6. Lapus alleg.84. num.4.Rota decis.16. num.2. de præben.in antiquis Cassad. decis. 8. num. 2. in fine de præbendis. Nec quod Ecclesia Romana velit priuilegiare aliquem contra se glos. in c. cum instantia de censibus Gemin. cons. 44. num.6. Supradictis affine est, quod iurisdictio semper censetur regulariter data, & concessa cumulatiuè, non autem priuatiuè Aret. cons. 102. spectabilis Domine n. 1. Bald. in l. vnica §. vbi autem n. 6. de Caducis tollendis Ias. in l. quod in rerum 24. §. si quis post num. 8.ff. de legat. 1. Put. decis. 239. nu. 3. lib. 3. idem Puteus 1. decis. 345. num.1.lib.2.Grammaticus dec.39. num.1. cum sequent. Auendas in cap. 1. Prætor.num. 29.vers. & hęc iurisdictio. Acebedus in l. 1. tit. 13. ex num.10. lib.3. & in l. 10. à num. 15. tit. 3. lib 8. recopilatio,de qua materia vide latè Menoch. 1. tom. de præsumpt. præsum. 18. per totum, & Decianum lib. 4. de delictis tom. 1. cap. 55. Accedit resolutio Rotæ tamen de mense Ianuarij 1538. coram Aragonia, vbi fuit tentum Imperatorem Vincislaum, qui primus omnium Ducatum Mediolanens. erexit, & omnimodam infeudandi iurisdictionem Duci tradidit, maiorem apud se sicut Papa iurisdictionem, & potestatem retinuisse.Gomezius de expectatiuis num.10. versicu. per quam rationem. His congruit quod iurisdictio præscripta ab inferiore contra superiorem pari cum
7 ratione in dubio censeatur prescribere accumulatiuè, non verò priuatiuè Abbas post glos. ibi in cap. Pastoralis num. 7. de officio Ordinarij, & ibi latissimè Felyn. num. 2. vbi pluribus modis declarat,& limitat numeris sequentibus Balbus de prescription. 2. par. 5. partis quæst. 3. numero 11. versi. 4. dubitatur. Imo nullus inferior potest ita priuatiuè præscribere iurisdictionem cōtra superiorem, veluti inferior episcopo contra episcopum, quod saltem apud eundem episcopum non remaneat iurisdictio in habitu, vt data negligentia inferioris superior iurisdictionem exerceat Oldrad.cons.172. quia omnes nu.13.Abbas in capit. irrefragabili numero 1. de officio Ordinarij Felyn. ibi num. 1. Abbas, in cap. cęterum numero 5. & Decius sub num. 3. notabil. 4. idem Abbas in cap. cum contingat num. 18. in fine de foro competenti Rota dec. 534. num. 2. par. 1. diuersorum, & decis. 259. num. 2. par. 4. diuersorum, vbi omnes dicunt hoc etiam procedere quamuis inferior iurisdictionē priuatiuè ex concessione habeat, quod probatur per text.in cap.licet ex suscepto,& cap. ex tenore de foro competenti, vbi data negligentia Iudicis sæcularis dicitur,quod Iudex Ecclesiasticus possit procedere contra laicos in casibus, in quibus alias non posset. His consonat decisio Putei 95. incipit de mense Martij li. 1. vbi fuit resolutum, quod potestas absoluendi concessa in mari magno fratribus Prædicatoribus intelligitur accumulatiuè non concedendo illis ampliorem potestatem, quam Parochis, & Curatis Sacerdotibus est à iure concessa, de quo est tex. expressus in extrauagant. 1. §. vt autem vers. per hoc autem de priuilegijs inter communes. Amplius quamuis in concessione iurisdictionis facta inferiori apponatur dictio taxatiua, vt ille solus, vel ille tantum procedere, & prouidere possit, & prouideat, & procedat adhuc iurisdictio & potestas concedentis non remanet restricta, nec limitata l. viros spectabiles Cod. de diuersis officijs lib. 12. vbi disponitur quod concessio, vt duces tantummodo conueniantur coram magistro officiorum, non excludit iurisdictionem magistri militum, qui alias cognoscere poterat. Et Bartolus ibi numero 1. notat,quod si statuto caueatur,scholares debere conueniri tantum sub episcopo, & de consuetudine est quod Rector etiam cognoscat de illis per dictum statutum non derogatur dictæ consuetudini Romana consil. 393. Bald. consil. 233. num.2. lib. 3.præsens consultatio num. 11. in princip. Decius consil. 3. num. 1. volum. 1. hinc dicit Tomas Grammaticus in dicto cons. 2. num. 9. post Bald. quod di-
8 ctio taxatiua, quæ apponitur in concessione iurisdictionis facta alicui intelligitur excludere alios iudices pares illi, cui tribuitur iurisdictio, non autem maiorem, generalem, & ordinariam: Accedat quod dicit Rebuffus tractat. de nominationibus parte 16. num. 21. vbi tenet, quod licet in Regno Galliæ secundum tenorem concordatorum Parochiales Ecclesiæ sint graduatis conferendæ,tamen quod Papa iure præuentionis potest conferre non graduato, nec qualificato, licet postea cogitandum relinquat, & in concor. titul. de mandatis Apostolicis §. declarantes in glos. verbo qualificata, sicut nec concordata Germaniæ tollunt de iurisdictione legati de latere, vt dicit in glos. 25. numero 15. cum sequentibus: Ad hoc si patronus donat ius præsentandi intelligitur donasse

accu-

accumulatiuè, & non priuatiuè Dec. consil.452. num. 5. in fin. & consil.609. num.4. cum sequentibus Federicus de Senis consil.147. versi. quæritur Ruin. consil. 50. numer.9. cum sequent. lib.5. pro hoc, quia in dubio quando lex mortua, aut viua concedit aliquod ius, vel exercitium ipsius, vel aliquis priuatus se immiscet alicui iuri alteri competenti, intelligitur concedere, & se immiscere accumulatiuè, & non priuatiuè cum illo, qui iam habet idem ius, Decius post alios consil.3.num.3. Rota decis.385.num.8. par.1. diuersorum: prout etiam si fundator beneficij, vel Ecclesię nominat extraneum in patronum talis nominatio intelligitur accumulatiuè cum se ipso, & hæredibus proprijs, & non priuatiuè, ne censeatur se ipsum & proprios hæredes excludere cum prima Caritas incipiat a se ipso Ancharan. consil.81.

9

RESOLVT. CCXXXVIII.

1 *Iurisdictionem licet defendere pœnali Iudicio.*
2 *Episcopus potest excommunicare statim turbantes suam iurisdictionem.*
3 *C. Dilecto de sentent. excommunicat. lib.6. habet locum etiam in turbante iurisdictionem prælatorum.*
4 *Monitiones non requiruntur in ferenda excommunicatione contra turbantem iurisdictionem secundum Couarru.*
5 *Monitio Episcopi non requiritur quando quis est monitus per legem.*
6 *Excommunicationis declaratio potest fieri etiam in non citatos.*
7 *Episcopus potest excommunicare solum subditos suæ Diœcesis.*
8 *Episcopo potest esse non subditus ex priuilegio.*
9 *Subditi quomodo fiant, qui non sunt delinquentes intra Diœcesim.*
10 *Acceptatio personarum nulla est apud Deum.*
11 *Acceptatio personarum habet respectum solum ad debitum iustitiæ non gratiæ.*
12 *Excommunicatio fertur in pœnitentiam sine personarum acceptione.*
13 *Pœna maior datur in dignitate constituto, quam cæteris.*
14 *Reges confiteri debent peccata parocho proprio.*
15 *Principes exempti debent reuerentiam Episcopo.*
16 *Episcopus est maior Imperatore in sua Diœcesi.*
17 *Iurisdictio delegati conturbata per quem defendenda est.*
18 *Sententia in exemptum lata non tenet.*
19 *Exemptio si non constat notoriè tenetur comparere, & allegare.*
20 *Priuilegium vt quis non possit excommunicari ab Episcopo de qua excommunicatione intelligitur.*

Episcopus posse quoslibet suam iurisdictionem turbantes excommunicatione afficere.

1 OMnibus magistratibus secundum ius suę potestatis concessum est iurisdictionem suam defendere pœnali iudicio l.1.ff. si quis ius dic. non obtemper. Episcopus autem aduersus nimiam potentiam sufficientem temporalem defensionem fortè non habet, propterea in Concilio Lugdunensi disposítum est, vt possit spiritualiter etiam gladio vtendo Ecclesiastico se defendere, & ad arma spiritualia recurrere, quæ
2 sunt propria ipsius Ecclesiæ atque excommunicationis sententiam in suam iurisdictionem turbantes ferre, prout est casus in cap. dilecto de sentent. excomm. lib.6. & hanc opinionem firmarunt ibi Geminian. in c. perpendimus n.122. de sentent. excommunicat. & in consil.237.col.2.vol.2.Lap. allegat.37. Capic. decis. 124.n.11. Dec. in c. reprehensibilis col.2. de appellat. Anton. de Butr. in cap. venerabilis col.2. de censibus.

3 Et quamuis dict. cap. dilecto loqueretur de defensione personæ Prælati, & bonorum Ecclesiæ, quos offendentes sunt excommunicati ipso iure c. si quis suadente Diabolo 17. quæst.4. & cap.2. de rebus Eccles. non alienand. & in extrauag. communibus de rebus Eccles. non alienand. nihilominus multo magis procedit in defensione iurisdictionis Ecclesiæ, cuius vsurpatio æqualiter considerata est cum vsurpatione bonorum ab Innocentio 111. in Concilio Generali in cap. final. de rebus Eccles. non alienand. imo magis conturbatur Ecclesia vsurpatione suæ iurisdictionis, & habet locum ratio auth. multo magis, quo casu posse eumdem iudicem, qui turbatus fuit in turbatorem excommunicationem ferre, dixit Innocent. in cap. dilectus versic. nisi turbares iurisdictionem de pœnis.

4 Quo casu monitiones non requiruntur, vt dixit Couar. in cap. Alma mater par.1.§.9. n.6. de sentent. excommunicationis lib.6. quoniam cum iurisdictionem Ecclesiasticam conturbantes singulis annis in
5 Bulla Cœnę Domini excommunicentur, ipsa lex quæ maturè, & prudenter excommunicationem indixit quotidie admonet subditos, ne Ecclesiasticam iurisdictionem conturbent propterea nulla alia monitio requiritur, ita probat. text. in cap.2. de constitut. lib. 6. & cap.a nobis de sentent. excommunicat. & in dict. cap. si quis suadente 17. quæst.4. & firmarunt Doctor. in d.c. sacro de sentent. excommunic. de quo vberius in sequentibus tractabo, & debet statim Episcopus
6 excommunicatos declarare ad euitandum scandalum, aliorumque medicinam, vt timore pœnæ caueant similia perpetrari, & ita facit D. Paulus Apostolus, qui excommunicauit Corinthum absentem, & irrequisitum, de quo habetur in cap. cum sit Romana §. fin. de appellationibus, & D. Ambrosius prohibuit ingressum Ecclesiæ Theodosio Imperatori, eo quod non pœnituisset tanti sanguinis innocentum hominum effusionis, cap. duo sunt distinct.96. cap. apud Thessalonicum 11. q.3. D. Anton. in summa historiali par.2. tit.9. cap.8. §.3.

7 Hæc excommunicatio non in omnes personas fieri permittitur per dict. cap. dilecto, nisi in suæ Diœcesis subditos, vt per Ioan. Andr. ibid. in sua glos. Ecclesiasticum versic. nisi homines suæ iurisdictionis Innocent. in cap. venerabili num.3. versic. nihilominus pendente lite de censibus, in non subditos censuræ relaxatæ non ligant Abbas in cap. cum sit generale n. 9. versic. sed fateor de foro competenti, item Episco-
8 po potest esse non subditus non solum si non est intra Diœcesim, sed etiam ex Papæ priuilegio cap. si Papa de priuileg. lib.6. sed qui sunt intra Diœcesim, &
9 in ipsa delinquunt vt per literas efficiuntur subditi l. 1. C. vbi de crim. agi oport. ergo si per literas Episcopi iurisdictionem conturbauerint possunt excommunicatione damnari.

Subditorum autem nulla debet esse personarum
10 acceptatio, quæ apud Deum non datur Deuter. cap. 1. & cap.16. Matth. cap.22. Luc. cap.20. ca. nec quemquam de consecratione dist.4. cap. nouit. de iudic. ca. venerabilis de præbend. vbi non generis nobilitas, sed virtutum vitæque honestas gratum Deo faciunt, item Actuum cap.10. & Iacobi cap.2. & ad Rom. cap.2. §. illud in auth. de Monach. cum glos. & licet gratiam suam non det reprobis, non tamen dicitur personarum acceptor, si quidem hæc acceptatio opponitur iustitiæ, ideo in nonnullis dumtaxat locum habet quæ dantur ex debito, quod attendit iustitia, Deus autem
11 non ex debito, sed ex gratia vocat. D. Paul. ad Titum cap.3. non ex operibus iustitiæ &c. & ad Rom. cap.11. si ex operibus iam non ex gratia ergo &c. c. venerabilis de præbend. & cap. fin. distinction. 49. & cap. sacrorum distinct. 63.

Item,

Item, quia excommunicatio est sententia in cuius prolatione personarum acceptio prohibetur cap.
12 necesse 3. quæst. 9. item excommunicatio datur in pœnitentiam in cuius impositione eadem acceptatio prohibetur cap. Sacerdos 27. quæst. 7. & quando esset habenda dignitatis personæ consideratio id in
13 eius damnum debet extendi, quia plus punitur in dignitate constitutus, & peccans; quam cæteri propter scandalum, atque malum, quod alijs præstant exemplum cap. cum quidam vbi Bald. de iure iur. l. præsbyteri C. de Episcopis, & cler. Bart. in leg. prædium §. diuus ff. de incend. ruin. & naufrag. glos. in cap. cum non cogantur.

12 Omnes Reges debent confiteri peccata sua Paroco eorum residentiæ capitulo omnes, & ibi glos. 1. de maior. & obedient. ex priuileg. habent, vt possint eligere Confessorem Host. in capitulo conquerente de offic. ordinar. Corset. in tractat. de potestat. Regia parte 3. quæst. 35. consuetudo hoc non posset inducere capitulo secundo de pœnitent. & remiss. lib. 6. quia neruus Ecclesiasticæ disciplinæ ex hac consuetudine frangeretur cap. cum venerabilis de consuetudine, & propter quas causas huiusmodi exemptiones conceduntur ponit Baldus de Perigl. in tractat. de exem-
15 ptione, sed quantumuis Principes sint exempti semper debent reuerentiam proprio Episcopo, ita dicit Bald. consuluisse Oldradum in l. fin. n. 5. C. de bonis libert. & latè congerit Felyn. in d. cap. conquerente de officio ordinar. quia in propria diœcesi Episcopus
16 est maior Imperatore dicto cap. omnes de maior. & obedient. ergo subditi Episcopali reuerentiæ de eius diœcesi dicuntur esse.

Quare contra turbantes Ecclesiæ iurisdictionem ac censuras Ecclesiasticas contemnentes in Cœnam Domini fulminatas ab Episcopo excommunicationem feri posse nulla distinctione personarum habita, siue potius censuris affectos declarari non est
17 dubitandum; si delegati iurisdictio conturbata fuerit est per ordinarios hoc faciendum Innocent. in dicto cap. dilectus V. delegati per ordinarios de pœnis Bartol. in l. penult. in fin. ff. de falsis, nisi in literis id fuisset specialiter concessum, si adeo exempti
18 fuerint ab ordinario, de quo per Canonistas in cap. cum personæ de priuileg. libro 6. Papa, vel Legatus de latere animaduertit, vt notatur in cap. quod translationi de officio delegat. quod cæteris legatis non permittitur, ergo neque sententia, neque citatio coram ordinario facta valebit, quia à non suo iudice neque vti contumaces poterunt censuris affici clem. Pastoralis §. notorium versic. Pisana, & ibi glos. de re iudic. glos. in cap. veniens de accusat. cap. si Episcopus 2. q. 4. & ibi glos. in vers. conuocari, & in versic. propter contumaciam Innoc. in cap. secundo de dilationibus l. non videtur in 1. ff. de iud. sed hoc procedit si notoriè sit exemptus, & diu toleratus in priuilegio exemptionis, sicut sunt religiosi mendicantes; si verò
19 non constat tunc tenentur comparere, & allegare priuilegium dicto capit. personæ de priuileg. in 6. & propterea ratione debitæ reuerentiæ etiã in supradicto casu censuris affici possunt, nisi speciale à Papa habuerint priuilegium, quod à nullo valeant excommunicari Riccard. in lib. 4. sentent. dist. 18. Siluestrina in verb. exemptio §. 8. num. 6. sed ego hoc pri-
20 uilegium intelligo in excommunicatione ex causa noua incurrenda, non autem de censuris, in quas incidunt in Bullam Cœnæ Domini contrauenientes, quæ singulis annis ab ipso eodem Summo Pontifice consulente concilio renouatur, atque publicatur, & Episcoporum est declarare, vt vberrimè pertractabo.

PRAXIS LITERARVM DIMISSORIALIVM.

RESOLVT. CCXXXIX.

1 *Vicarius generalis Episcopi non potest concedere literas dimissoriales, & ideo tales ordinati incidunt in pœnam extrauag. cum ex sacrorum, & limita n. 2.*
2 *Quando Vicarius habet speciale mandatum ab Episcopo etiam ad Sacros ordines potest literas dimissoriales concedere, & limita n. 3.*
4 *Vicarius Regis comitis, vel Archiepiscopi absentis potest pro illo assensum præstare.*
5 *Vicarij potestas est ordinaria, & fauorabilis.*
6 *Etiam Episcopo præsente potest Vicarius literas dimissoriales suis subditis concedere, & eo magis de mandato Episcopi.*

An literæ dimissoriales possint dari à Vicario.

1 FVit dubitatum, si Vicarius generalis Episcopi potuisset concedere literas dimissoriales ordinãdis, & consequenter si taliter ordinati inciderent in pœnam extrauagant. cum ex sacrorum, & respondi negatiuè per tex. expressum in c. cum nullus §. inferiores de temporibus ordinan. tenet in specie Rebuff. in prax. benef. par. 1. tit. de forma vicar. n. 47. Sbroz. de vicar. Episc. lib. 2. q. 41. & latè comprobat Mandos. contraria diluendo in comment. in regul. cancell. Apost. tom. 2. reg. 24. q. 2. quæ conclusio limitatur infrascriptis modis, &

2 Primo limitatur quando Vicarius haberet speciale mandatum ab Episcopo, vt huiusmodi literas dimissoriales ad ordines etiam sacros concedere posset glos. in d. cap. cum nullus §. inferiores in vers. non extendat, fatentur præd. doct. quibus adde quod tale mandatum præsumitur præcedere, quando Vicarius publicè pro habente hanc authotitatem reputaretur, veluti quia talem licentiam ad ordines recipiendos tribueret præsente, & sciente Episcopo Crescent. decis. 1. n. 4. sub tit. de off. vicar. imo cum per curantes huiusmodi licentias impetrare, non soleat deueniri ad illam iniquisitionem, an vicarius ad id sufficiens habeat mandatum, vel ne, ista bona fides, vniuersalis credulitas, ac reputatio debet sufficere saltem ab excusando à pœnis huius constitutionis, & in alijs iuribus contentis, ita Mandos. d. q. 6. num. 7. qui etiam inferius num. 15. arbitratur, vt ad hanc excusationem non sufficiat simplex credulitas, sed tunc demum quando veniret iustificanda ex eo, quod talis promotus vidisset innumeros antea similiter ordinari cum literis aliorum vicariorum generalium, quibus eam facultatem habentibus, hasq; licentias concedere solitis successisset præsens vicarius, qui ei hanc tribuit licentiam.

3 Secundò limitatur in casibus, in quibus conceditur facultas vicario dictas literas concedendi, videlicet, vel de speciali mandato Episcopi Rebuff. de vicar. Episcop. num. 87. vel Episcopo agente in remotis cap. cum nullus de temp. ordin. in 6. Enriquez in summa lib. 10. de ordin. sacram. c. 22. in fin. versic.
4 literas reuerendas; prout dicimus de vicario Regis, comitis, vel Archiepiscopi absentis, pro quibus poterit ille consensum præstare Archid. in cap. Reatina dist. 63. quem communiter approbari dicit Gomes. in regula de impetr. benef. vacan. per obit. familiar. q. 22. reprobato Romano contrarium sentiente singul. 693. incip. ex longeua. Quæ quidem habent locum, vt valeant dimissoriæ concessa à vicario, etiam mortuo Episcopo agente in remotis, si non constabat
5 de eius obitu, cum vicarij potestas sit ordinaria, & fauorabilis. Enriquez d. cap. 22. in litera P. vbi etiam sub-

subdit illas non expirare per mortem, aut finitam potestatem concedentis etiam re integra Cardin. in Clem. fin. de elect. q.1. Rebuff. de form.dimiss.num. 39.Nauar.consil.1.de tempor. ordin.& in apologia de redditibus q.3.monit.8.nu.2.ita vt dicta concessio dimissorialium possit fieri tam ex causa ægritudinis Concil. Trident. c.3. sess.23. de reform.quam ex alio impedimẽto, etiam quod causa non exprimatur cum de consuetudine illius expressio non sit necessaria Rebuff. in praxi de liter.dimissor.num.28.

Et ad huius limitationis coronidem vide Molfes. de sacramento ordinis c.3.num.22. cuius verba sunt.

Et licet vicarius Episcopi non possit concedere has dimissorias nisi Episcopus esset absens in partibus longinquis, vt habetur in d.c.cum nullus, & post alios notat Menoch. lib.2. de arbitrar. iud. casu 222. num.9.nihilominus Io. Andr. in d. c.cum nullus, notat, hoc non seruari in praxi, quia etiam Episcopo
6 præsente has literas dimissoriales suis subditis concedit Vicarius ex tacito consensu Episcopi.Et eo magis hoc facere potest Vicarius de expressa licentia, & mandato Episcopi, vt post Rebuff. & alios notat. Quaranta in d. verbo ordo §. vertitur tamen in dubium fol. mihi 374. & satis est praxis notoria, & quãdo est absens Episcopus dispensat vicarius, etiam in interstitijs, vt censuit Sacra Congregatio die 5. Martij 1597.

RESOLVT. CCXL.

1 *An Episcopus existens extra diœcesim possit concedere literas dimissoriales suis subditis, vide num.5.*
2 *Episcopus non potest conferre ordines etiam proprijs subditis in aliena diœcesi.*
3 *Voluntaria iurisdictio competens iure speciali non potest exerceri extra territorium.*
4 *Ius commune permittit Episcopis collationem beneficij extra diœcesim.*
6 *Voluntaria iurisdictio potest exerceri in alieno territorio per Episcopum.*
7 *Quam non potest exercere si contentiosè vellet procedere.*
8 *Episcopus in alieno territorio potest causas delegare.*

Literæ dimissoriales an possint concedi per Episcopum extra diœcesim.

1 DVbitatum fuit in hac materia si Episcopus existens extra diœcesim possit concedere literas dimissoriales suis subditis pro ordinibus recipiendis, & primo intuitu videbatur negandum, ex quo Episcopus egrediens prouinciam suam habeatur pro priuato l. 3. de offic. præfid. Gemin,in c.fi Abbatem nu. 4. de elect. in 6. & ideo prohibetur iurisdictionem exercere extra suam diœcesim c. Episcopi 9. quæst.1. cap.2.de constit.in 6.l. fin. de iurisd. omn.iudic.

2 Hinc prouenit Episcopum non posse conferre ordines etiam proprijs subditis in aliena diœcesi Alber. in l.vltima de iurisdict.omni. iudi. ex quo in ministerio sacrorum ordinum fit collatio ab Episcopis celebrantibus diuina officia indutis vestibus Pontificalibus,vnde requiritur consensus diœcesani gl. in Clem. vltim.de priuileg.Abbas in cap. ex tuarum nu.11. de author. & vsu pall. Couar.d.c.20. num.9. vbi etiam subdit, secus esse in prima tonsura Rebuff. de nomin. q.14. num.29. eò maximè cum voluntaria iurisdictio competens iure speciali, vel priuilegio non possit
3 exerceri extra territorium Roman.singul.49. per tex. in c.statutum de præbend. in 6. Curt. Iun. in l. vltima col.1. de iurisd. omn. iudic. vt per multa concludit Couar.lib.3.variar.resolut.cap.20.num.9. versic. cæterum,vt quæstionem propositam.

Neque obstat d. c. statutum quia ibi est speciale in beneficijs vacantibus in curia Bisig. decis.5. in fin. de offic. Vic. Boer. decis.30. numer.6. vnde in alijs ca-
4 sibus ius commune permittit Episcopis collationem beneficiorum intra aliam diœcesim Couar.d.cap.20. num.9. in fin. vers. quarto idem.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus con-
5 trarium resoluendum censeo cum literarum dimissorialium concessio sit voluntariæ iurisdictionis, cum possit expediri per Episcopum non sedentem pro tribunali absque strepitu iudiciali, & causæ cognitione, & parte non opponente, quæ omnia denotant voluntariam iurisdictionem, & faciunt differre à contentiosa, vt per Syluestr. & alios in summa in verb. iurisdictio l. emancipari vbi Doctor. de adoption. & quod dare licentiam pro ordinibus sit voluntariæ iurisdictionis in specie dicit Felyn. in cap. ex parte col. 3. in fin. versic. non obstat quod ea de constit. post Domin. in cap. fin. de offic. vicar. in 6. vnde Episcopus poterit concedere literas dimissorias subditis suis, etiam extra suam diœcesim cum ea, quæ sunt
6 voluntariæ iurisdictionis possint per Episcopum exerceri in alieno territorio, & in quolibet loco præsertim in actu, qui est singularis aliquibus cap. nouit, & ibi Abb. num.3. de offic. legat.l.2. ff. de offic. proconsul. Vital.in Clem. vnic. in princip. num.24. & ibi Card.de for. compet. Gemin. in cap.fi Abbatem nu.
7 3. in fin. de elect. in 6. secus verò si contentiosè vellet procedere,quia tunc nõ posset Bald. in l. si ex consensu nu.10. C. de Episcop. audien. Abb. in d. c. nouit. numer.3. in fin. immo non solum Episcopus sed etiam eius vicarius poterit facere ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis extra territorium Gemin.in cap. vlt.in fin.de offic.vicar. in 6. vbi exemplificat in vicario habente speciale mandatum ad conferenda beneficia, qui poterit illa conferre extra diœcesim, sicut posset Episcopus,tum quia est ordinarius c.penult.de offic. vicar. in 6. tum quia conferre est voluntariæ iurisdictionis,ergo extra territorium poterit fieri l.2.ff. de offic. proconsul. quam l. ita esse intelligendam dicit Gemin.in d. c. vlt. in fin. quæ autem dicta sunt, de collatione beneficiorum extra diœcesim intellige procedere præterquam in curia præsente Papa,& hoc de stylo, licet secus sit de iure Gomes. de non iudic. iux.for. supplicat. q.3. Falcon. de reseruat.q.4.princ. q.20.Paul.in pract.Cancellariæ quæst.82.Paum. de potest.cap.sed.vac.quæst.1. par.2. col.3.

8 Eo magis, quia Episcopus in alieno territorio potest causas delegare Vital.in Clem.vnica in princ.nu. 24. vers. idem in delegatione, & ibi Card. numer.1. Archid. in d.cap.fi Abbas de elect. in 6. glos. in fin.in d.cap.nouit vbi Abb. num.3. & Innoc. num.2. de offic. legat. Bart. & Bald. in l. fin.ff. de offic. præt. vrb. vnde,& dictas literas concedere.

RESOLVT. CCXLI.

1 *Episcopus non potest ordinare subditos suos in aliena diœcesi absque licentia diœcesani, & illa obtenta non solum illius Episcopi, sed etiam suos subditos, & alios cuiuscunque loci ordinare potest.*
2 *Episcopis est imposita pœna suspensionis non conferendi ordines si absq; literis dimissorialibus alienos ordinant subditos.*
3 *Episcopus etiam accersitus à superiore loci exempti non potest exercere pontificalia, nisi de licentia Episcopi eiusdem loci, extra cuius fines manet locus exemptus.*
4 *Pœna suspensionis Episcoporum, limitatur nu.4. & 5.*
6 *Potest Episcopus sine licentia diœcesani conferre suo subdito primam tonsuram.*
7 *Prima tonsura non est ordo.*
8 *Episcopus vt possit sine licentia ordinare subditum suum prima tonsura non debet esse tantum Episcopus titularis.*

Epi-

Episcopus non potest ordinare suos subditos in aliena diœcesi absque licentia Episcopi diœcesani.

AD materiam literarum dimissorialium etiam pertinet inquirere hoc pertractare propterea
1 dicas Episcopum non posse ordinare subditos suos in aliena diœcesi sine licentia Episcopi diœcesani exercendi pontificalia in dicta diœcesi, quo casu si licentiam obtinuerit non solum subditos illius Episcopi, sed etiam suos proprios diœcesanos, & omnes alios cuiuscumque loci possit ordinare dummodo habeant dimissoriales literas, vel in particulari quod ordinentur ab illo Episcopo, vel in generali, quod ordinari possint à quocunque Catholico Antistite, vt colligitur ex Trident. sess.7. de reform. cap.11. & sess.23. de reformat. cap.8. & seqq. & ita die 6. Iulij 1595. & die 25. Iunij 1599. declarauit Congregatio Concilij, & die 25. Augusti 1592. & hoc ex quauis causa proprius Episcopus impeditus subditos suos non ordinet, & post alios notat Fornar. in d. tract. de ordine cap.5. §.4. in 2. notabilis sic etiam Lud. Mirand. parte 1. Manual. prælat. q.38. art.3. & est praxis notoria sine literis dimissorialibus proprij
2 Episcopi ordinans alienos subditos incurrit suspensionem, non conferendi ordines, vel ordinem, quem illi contulit sine literis dimissorialibus proprij Episcopi etiam si conferret primam tonsuram, vt post Nauar. consil.31. & 39. de temp. ord. Sayr. decis.23. & 32. eodem tit. Graffium consil.2. de temp. ordin. & hoc procedit etiam in loco exempto intra fines certæ diœcesis existente, vt Episcopus etiam accersi-
3 tus à superiore loci exempti non possit ibidem exercere pontificalia, nisi de licentia Episcopi eiusdem loci, extra cuius fines manet locus exemptus, vt censuit sacra Congregatio Concilij die 1. Iulij 1597. secus si locus ille esset subiectus eidem ordinario, qui illum vocat.

4 Limitatur primo, quando Episcopus probabiliter ignorasset illos esse subditos alterius Episcopi, vt quia ordinatus habebatur pro subdito eiusdem ordinantis, quia, vt incurratur suspensio requiritur, vt dolosè se gereret Episcopus, & ideo probabilis ignorantia facti illum excusabit, vt post Nauar. consil.4. de temp. ordin. Vgolin. de potest. Episcopi §.11. n.26. quod patet ex terminis, quia talis probabilis ignorantia excusat ab omni delicto, & etiam à culpa, vt in tr. de peccato dicetur.

5 Limitatur secundo quoties Episcopus ordinasset subditos alterius Episcopi sub probabili ratihabitione proprij Episcopi, & ita egit S. Epiphanius, qui in diœcesi S. Ioannis Chrysostomi ordinauit sine licentia exercendi pontificalia in aliena diœcesi, & ordinauit etiam subditos dicti S. Ioan. Chrysostomi sine illius literis dimissorialibus, vt habetur in c. vlt. 9. quæst.2. quod nullo modo vir sanctius fecisset sine probabili ratihabitione, & consensu de præsenti eiusdem S. Ioannis, vt post alios notant Azor. par.2. instit. moral. lib.3. cap.48. quæst.4. §. dubia quæst. est Vasq. d. tom.5. disp.31. sec.1. n.16. & 17. Fornarius dicto cap.5. §.4. sub 3. notab. & alij, qui docent hoc non esse passim faciendum, & etiam quod si proprius ordinarius post factum non habuerit ratam ordinationem, quamuis ordinatus tutus sit in foro conscientiæ, in foro tamen exteriori tenetur seruare suspensionem ad euitandum scandalum, donec proprius Episcopus expresse ratam habeat ordinationem factam.

6 Bene tamen verum est posse Episcopum sine licentia Diœcesani conferre suo subdito primam tonsuram in aliena diœcesi, nec esset suspensus; quia Concilium loquitur de Episcopo conferrente ordines; sed
7 prima tonsura non est ordo, sed initium ad ordines, vt dicetur in seq. resolut. & potest, & solet concedi sine exercitio Pontificalium, vt bene post alios probat Tolet. lib.1. suæ summ. cap.49. num.4. Azor. d.cap. 48. q.5. §. quæ res. Rebuff. & alij quos sequitur Fornar. d. cap.5. §.4. in 3. notab. sed Episcopus non de-
8 bet esse solum titularis; quia hic nec etiam primam tonsuram potest alijs concedere suo familiari sine licentia diœcesani, & si contrafecerit suspenditur per annum ab exercitio Pontificalium, & ordinatus est suspensus ab executione ordinum arbitrio sui ordinarij, vt habetur in Trident. sess.14. de reformat. cap.2. vbi variæ recensentur rationes, cur hoc fuerit introductum post alios Vasquez d.tom.3. in 3.part. disp.243. num.47. & seqq.

RESOLVT. CCXLII.

1 *Papa potest alicui concedere priuilegium, vt possit ordinari à quocunque Catholico Episcopo.*
2 *Ordinandus debet habere literas testimoniales proprij Episcopi de vita, & moribus ad obtinendum Pontificis priuilegium, & si non habuerit per annum est suspensus.*
3 *Afferuntur casus in quibus si non possint haberi literæ testimoniales possit Papa concedere priuilegium ordinandis.*
4 *Episcopus originis Episcopus beneficij, siue domicilij potest literas concedere.*
5 *In concedendis literis semper est præferendus Episcopus loci, in quo quis habet beneficium.*
6 *Episcopus potest ordinare familiarem suum non subditum & dare illi literas dimissoriales.*
7 *Prælati siue superiores Regulares possunt concedere literas dimissorias subditis suis ad suscipiendum ordines.*
8 *Sacra Congregatio statuit literas dimissoriales superiorum regularium debere fieri Episcopis Diœcesanis loci, in quo situm est monasterium, & de pœna contrauenientium num.9.*
10 *Capitulum Canonicorum sede vacante transacto anno potest concedere dimissorias ad ordines.*
11 *Capitulum infra annum concedit illis qui sunt coacti ad ordines suscipiendos propter beneficia.*
12 *Potest capitulum infra annum per alium Episcopum exercere pontificalia.*
13 *Potest etiam Capitulum concedere literas testimoniales de vita, & moribus.*

Quibus personis indulgetur ius concedendi literas dimissoriales.

1 RESpondetur multis primo est Papa qui potest alicui concedere priuilegium, vt possit ordinari a quocunque Catholico Antistite, quo casu solum requiruntur literæ testimoniales proprij Episcopi de vita, & moribus, vt declarauit congregatio Concilij in anno 1575. die 28. Aprilis, & si secus
2 factum fuerit, Ordinans est suspensus ab exercitio Pontificalium per annum, & ordinatus suspensus est ab executione Ordinum arbitrio sui Ordinarij, vt habetur in Trid. sess.23. de reformat. cap.8. post alios notat Azor. dict. cap. 48. quæst.6. §. quod si quis, & alij infra citandi, quod tamen non habet locum in prima tonsura, quia non est propriè Ordo, vt superius dictum est numero 7. & ita declarauit Sacra Congregatio, vt probant Tolet. dicto libro 1. cap.49. num.4. in fin. Suar. dict. tom.5. de censur. dispos.3. sec.1. num.20. Fornar. dict. cap.3. §.4. qui subdit hanc primam tonsuram validam non esse ad obtinenda beneficia, quod etiam post alios probat Azor. dict. libro 3. cap. 49. quæst.4. subdens hanc esse

esse praxim Rotæ Romanæ, & Congregatio sic respondit Episcopo Placentino, nempe ob eminentem doctrinam, vel bonum testimonium, & de consensu Ordinarij videlicet quoad approbationem de-
3 vita, & moribus Summus Pontifex concedit, vt quis omnes ordines etiam præsbiteratus breuiori tempore sumere possit etiam extra tempora, si verò obtinens tale priuilegium fuerit absens per plures annos, adeo vt Episcopus proprius non possit illum approbare de vita, & moribus, declarauit dicta Congregatio dicto die 28. Aprilis 1575. sufficere literas dimissorias Ordinarij, quæ continebunt quod Ordinandus non sit excommunicatus, vel contumax sed de-
4 legitimis parentibus, informatio verò de vita, & moribus habenda est ex loco, in quo fuerit versatus, quod est notandum.

Secundo Episcopus originis nempè, in quo aliquis natus est, sic etiam Episcopus beneficij, & Episcopus domicilij possunt concedere literas dimissoriales subditis suis, vt habetur in capitul. cum nullus de tempor.ord. in 6. vt omnes notant, & Sacra Congregatio censuit, vt semper in hoc præferatur Episcopus
5 loci in quo quis habet beneficium, in alijs verò casibus datur electio, quod intelligitur iuxta superius explicata, videlicet nisi ceperit ordinari ab vno Episcopo, quia tunc ab illo solum obtineret literas dimissoriales, ex quo illius tantum factus est subditus per electionem, & si subditum examinauit, & literis dimissorialibus hoc Episcopus affirmauerit non tenetur Episcopus, ad quem ordinandus mittitur illum examinare, nec inquirere super idoneitate, & literatura, & ita Sixtus Quintus audita sententia Congregationis declarauit.

Congregatio eiusdem Concilij censuit, quod Epi-
6 scopus possit ordinare familiarem suum triennalem non subditum, & dare illi dimissorias ad ordinandum à quocunque, dispensare tamen non potest super illis interstitijs, de quibus sess. 23. ca. 12. & 14. nisi pro Ecclesiæ suæ vtilitate.

7 Tertio Prælati siue superiores Regulares possunt concedere literas dimissorias subditis suis ad suscipiendum ordines, quod est per se notum, quia superiores sunt veri Ordinarij eorundem Religiosorum, attamen Sacra Congregatio in anno 1596. die 15. Martij, vt referunt Sorbus in verb. ordines Sacri circa fin. Quaranta in dict. verb. Ordo §. quantum verò ad regulares fol. 392. & idem etiam de ordine Sanct. mem. Clem. Octaui die tertia Iunij 1599. declarauit,
8 quod superiores faciant huiusmodi dimissorias ad Episcopum Diœcesanum loci, in quo situm est Monasterium, & si Episcopus ille fuerit absens, vel infirmus, vel ordinationem tunc temporis non habuerit, possunt superiores Regulares facere dimissorias directas illis Episcopis pro ordinatione suorum subditorum, dummodo ex industria non distulissent ad tale tempus, & ad tollendam omnem fraudem fieri debet mentio in huiusmodi literis videlicet, quod Diœcesanus sit absens, vel infirmus, vel tunc temporis non habeat ordinationem, quod si supe-
9 riores aliter fecerint incurrunt priuationem officij, ac dignitatis, seu administrationis officij, ac vocis activæ, & passiuæ, & in alias pœnas reseruatas arbitrio summi Pontificis, vt habetur in dicta declaratione post alios Mirand. dicta parte prima quæst. 58. art. 2. possunt etiam alijs, qui in eorum Monasterium seruiunt concedere tales literas dimissoriales sicut subditis, & ita declarauit eadem Sacra Congregatio.

10 Quarto Capitulum Canonicorum sede vacante transacto anno Vacationis potest concedere dimissorias ad Ordines, etiam si ordinandi non sint coacti suscipere ordines propter beneficia obtinenda, vt docet Nauarr. cons. 44. de tempor. ordinan. & post eum, Tolet. Forn. d. cap. 5. §. quarto, in 4. notab. Sayr. lib. 7. de censur. cap. 10. num. 35. quia satis est expectare per annum Episcopum successorem, & sic non debent subditi amplius detineri, quin ab aliis Episcopis cum dimissorijs eius Capituli, seu Vicarij Capitularis ordinari possint.

11 Dixi transacto anno, quia infra annum solum concedit dimissorias illis, qui coarctantur ad ordines propter beneficia, & si contrarium fecerit Capitulum subiacet interdicto Ecclesiastico, & ordinati Maioribus Ordinibus sunt suspensi ab ordinum executione ad beneplacitum futuri Prælati, in minoribus verò non suspenduntur, sed priuantur priuilegio Clericali præsertim in criminalibus, vt habetur in Concil. Trident. sess. 7. de reform. c. 10. & notat post alios Suar. de censur. disp... sect. 1. nu. 20.

12 Bene verum est quod potest Capitulum infra annum per alium Episcopum exercere Pontificalia, & ordines conferre seruata dispositione Concilij Tridentini, vt declarauit Sacra Congregatio eiusdem Concilij, vt post Nauarr. refert Fornar. in d. 4. notab. ex text. in cap. si Episcopus de supplend. neglig. Præl. in 6. & de huiusmodi capitulo, siue de eius Vicario sede Vacante dicemus aliqua inferius.

13 Sic etiam potest concedere literas testimoniales de vita, & moribus, & ratio est secundum omnes quoniam istæ dici non possunt dimissoriæ, vt post Nauar. cons. 27. de temporibus ordinat. notat Forn. loco iam cit. Quarant. verb. ordo.

RESOLVT. CCXLIII.

1 *De iure antiquo ordinatus maioribus extra tempora à iure statuta, aut ante legitimam ætatem, aut ab alieno Episcopo sine literis dimissorijs, suspensus est ab ordinibus ipso iure.*

2 *Si in tali suspensione ministrauerit in irregularitatem incidit, in qua solus Roman. Pontifex dispensare potest.*

3 *Per constitutionem Sixti Quinti prædicta pœna extenditur etiam in minoribus.*

4 *Per Concilium Tridentinum statuta est pœna, vt ordinans per annum à collatione, & ordinatus ab exercitio ordinum quandiù Ordinario videbitur sit suspensus.*

An Bulla Pij Quinti contra promotos ab alienis Episcopis absque literis dimissorialibus locum sibi vendicet in ordinatis ordinibus minoribus.

QVæstio ista satis frequens, & quotidiana est & vtilis certè ipsius indagatio propter graues pe-
nas, quibus à iure punitur ordinatus sine literis dimissorijs proprij Episcopi, & ex dicendis satis appa-
1 rebit. Inspecto namque iure antiquo ordinatus maioribus ordinibus extra tempora à iure statuta, aut ante legitimam ætatem, aut ab alieno Episcopo, absque literis dimissoriis, quas reuerendas vocamus, suspensus est ab ordinibus ipso iure, ac si in illo ordi-
2 ne ministrare præsumpserit irregularitatem contrahit, in qua solus Romanus Pontifex dispensare poterat, & habetur in extrauag. Pij Secundi, cuius initium est: cum ad sacrorum ordinum, quam referunt Rebuff. in praxi benef. 2. part. titul. de cleric. ad sacr. ord. malè promot. in glos. 4. pagina 439. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 36. Petrus Bollo in œcumenica canonica 1. classe cap. 2. §. 7. pagina 49. Bernard. Diaz in praxi canonica cap. 26. ex num. 2. & ibi Salzed. in addit. in litera E. pagina 97. asserunt prædictam extrauagantem pluries fuisse renouatam per diuersos Pontifices, & præsertim per Pium Quintum, & Gregorium decimum tertium, & Sixtum Quintum, & idem attestatur Franciscus Viuius in lib. 2.

lib.2. comm. opin. 202. ad finem Villadiego de irreg. cap.3. de suspens. nu.13. & ibi addit. Sylvest. in summ. ver. irregularitas q.10. Viuald. in Candelab. Eccl. 1. part. titul. de sacrament. ord. num.37. Nauar. in Manual. cap.25. num.70. Cordu. in quæst. 144. vers. Mas porque el Papa fol.426. Iacob. de Grassis lib.4. cap.27. num.20. vers. nonus, Couar. in Clem.1. par.1. §.1. num.4. Quod omnino notandum est aduersus ea quæ scribit Hieronymus Lamas in 1. parte methodi cap.11. §.12. ex pag.176. existimans huiusmodi extrauagantes minimè reperiri.

Animaduersione tamen dignum est hodie per con-
3 stitutionem Sixti Quinti contra clericos malè promotos, prædictas pœnas olim statutas aduersus promotos ad ordines maiores extendi etiam ad minores ordines, vt in vtroque casu maneant ipso iure suspensi, qui eos susceperint sine dimissorijs ante legitimam ætatem, vel extra tempora quantum ad ordinatum sine literis dimissorijs sui ordinarij, rigor illæ extrauagantis Pij Secundi vt scilicet remaneret ordinatus ipso iure perpetuò suspensus temperatur per Concil. Trident. in sess.23. de refor. cap.8. vbi habe-
4 tur vt ordinans à collatione ordinum per annum, ordinatus verò à susceptorum ordinum exequutione quamdiù proprio ordinario videbitur expedire sit suspensus; & notant etiam Thom. Zerola in praxi prima parte §. dimissoriæ in principio Ledesma in summa tit. de sacram. ordin. c.8. vers. septima conclusion. Guttierez lib.1. can.9. cap.26.num.24. poterit igitur proprius Episcopus, quando sibi visum fuerit tollere hanc suspensionem interim verò quod non tollitur si sic suspensus Sacerdos celebrat, & Diaconus, vel Subdiaconus, tamquam talis in Ecclesia ministrauerit irregularis erit per supradicta, & tradunt Guttierez in dicto c.26. ex num.32. Rodriq. in sum.2. par.c.14. num.12. Viuald. in Candelab. Eccl.1. par. tit. de sacram. ord. num.14. vers. vndecima, & in num. 37. Nauar. lib.1. tit. de temp. ordinat. consil.24. num. 4. & cons.29. in fin. verb. Graffius lib.4. cap.25. num. 18. Lop. inst. const.2. part. cap.29. de irregularitate circa ordines part.1001. vers. denique, & in vers. præterea, quia Petrus in ea pag.49. in addit. Margin. in litera D. Salced. in praxi cap.26. in litera C. vers.4. nec pag. 98. Lud. Beia cas. 34. Lel. Zech. de cas. reser.1. num.19. vers.4. clericus. Cord. in d. cas.144.

RESOLVT. CCXLIV.

1 *Promoti à nõ suo Episcopo ad sacros ordines varijs pœnis debent affici.*
2 *Transferens domicilium potest ordinari ab Episcopo illius loci absque literis ordinarij originarij, idem est in obtinente beneficium in aliena diœcesi vid. num.3.*
4 *Triennio commorans cum Episcopo sortitur forum illius diœcesis, & potest ab illo Episcopo ordinari non solum in minoribus, sed etiam in maioribus vide num.5.*
6 *Episcopus ordinans familiarem suum, cui contulit beneficium non potest cum eo dispensare in interstitijs.*
7 *Subditus Episcopi longo tempore suspensi potest ordinari ab alio Episcopo viciniori absque dimissorialibus.*
8 *Monacus exemptus à iurisdictione ordinarij ab Episcopo eiusdem diœcesis promoueri potest ad maiores ordines absque literis proprij Abbatis.*
9 *Abbates exempti possunt concedere literas dimißoriales ad ordines suscipiendos suis regularibus.*
10 *Clericus promoueri potest ad sacerdotium cum literis legati de latere absque literis sui ordinarij.*
11 *Episcopus alienus potest conferre ordines clerico non subdito cum spe ratihabitionis Episcopi ordinarij, sed vide contrarium num.12.*

Quibus in casibus subditis alienis potest Episcopus sacros ordines conferre absque literis dimissorialibus proprij Episcopi.

1 QVia varijs pœnis afficiuntur promoti ad sacros ordines à non suo Episcopo sine literis dimissorijs, vt supra dictum est, ideo vt eas quisque pertimescens effugere conetur opere pretium duxi pro coronide istius quæstionis recensere casus, in quibus potest quis ordinibus insigniri ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs, & primus est si quis mutare
2 contingeret domicilium tunc enim Episcopus eius loci, quò ipse transtulit domicilium poterit illum ordinare absque ordinarij originarij literis, idem etiam dicendum est in eo casu, si quis inquam bene-
3 ficium obtineat in aliena Diœcesi, sortitur namque domicilium illius Diœcesis, & rectè poterit promoueri ab eo Episcopo, sicut ab Episcopo originis, qui duo casus expresè deducuntur in cap. cum nullus de tempor. ordin. in 6. & tradunt Cuchus lib.1. inst. tit. 4. §.1. in fin. Graff. lib.3. cap. 2. numer.13. versicul. sextum. Nauar. lib.1. tit. de tempor. ordin. consil. 10. numer.3. & consil.11. per totum. Maiol. de irregularitat. lib.4. cap.2. numer.4. Optime Henriquez lib.10. de Sacr. Ord. cap.27. numer.1. subdens, quod quilibet ex ipsis Episcopis, siue originis, Domicilij, vel Beneficij potest literas dimissorias concedere, vt sibi subditus valeat à quocunque Episcopo ordinibus insigniri, & idem sequitur Salzed. in addit. ad Bern. Diaz in cap.26. in litera C. vers. has autem dimissorias pagina 39.

4 Tertius casus est quando quis triennio commoratus fuerit cum aliquo Episcopo sortitur nanque forum, & domicilium illius Diœcesis quo ad hoc, vt ab illo ordinari possit etiam non habita licentia Episcopi originis si statim cum ordinibus conferatur illi beneficium ex Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap.9. & tradit decis. Rotæ 731. ex num.2. in 1. par. Ledesm. in sum. tit. de Sacr. ordin. cap.8. pagin. 868. vers. el tercer caso. Nauar. lib.1. tit. de tempor. ordin. consil.23. numer.1. & inhærendo verbis Concilij ibi familiarem, innuitur, hoc tantum procedere in illis familiaribus, qui cum Episcopo commorantur, ideſt qui sunt præsentes, & assistunt obsequijs Episcopi. Alioqui si absẽtes sint in regione remota, etiam si illius sumptibus viuant quasi procuratores, vel quomodolibet mercenarij, videtur eos per hoc nõ acquirere domicilium, vel facultatem promouendi quoniam in tam longa absentia non rectè potest Episcopus nosse illius mores quandoquidem hoc crimen à concilio præfixum, posset ad hoc principaliter suffragari, quod mores, & vita ab Episcopo cognoscantur Argum. cap. si quis incognitus 17. quæst.2. & ita interpretantur dictum textum Concilij Maiol. in eo lib.4. cap.2. num.5. Rodriq. in sum.2. part. cap.14. num.10. vers. el tertio. Salzed. ad Diaz in cap.26. in lit. C. pag.95. vers. tertius casus est.

5 Quod decretum Concilii haberet locum tam in minoribus, quam in maioribus ordinibus, & vtroque casu opus esse collatione beneficii congregatio dominorum Cardinalium Concilii Tridentini censuit 6. Septembris ann. 1581. vt refert Rota decis. 231. n.3. in 1. par. in nouis, & Zerola in 2. par. §. ordo vers.5. dubitatur post med. Nauarr. consil.23. num.1. de tempor. ordin. & quando dicitur quis familiaris vide decis. Rotæ 619. 3. par. in nouis.

Circa quem tex. Concilii dubium elegans est, quare requirit in familiari triennium, & beneficium si enim sufficit beneficium, cur est opus triennio? respondet plura cumulando Thom. Zerola in praxi Episc.1. par. §. dimissoriæ ad ordines num.1. fol.68. & in 2. par. §. ordo. vers.5. dubitatur fol.51. quem vi-

deat lector, si placet qui etiam ibidem in vers.6. sub-
6 dit, quod Episcopus, qui ordinauit suum familiarem triennalem, cui contulit beneficium, non potest cum eo dispensare in interstitijs videlicet, vt non elapso anno ab accolito fiat subdiaconus, & similiter à subdiacono diaconus, & ab hoc ascendat ad presbiteratum, ad quod allegat Nau. cons.26. numer.1. de tempor. ordination. quem optimè interpretatur, & declarat idem Tho. Zerola in dict. §. ordo vers.7. Led. in sum. de sacram. ordin. cap.8. ex pag.867. versic. Digo lo segundo.

7 Quarto Episcopus non subdito ordines potest conferre absque literis dimissorijs, quando proprius Episcopus esset longo tempore suspensus, ob eam scilicet causam quod alienos ordinauit, tunc enim iure fit proprius, vt tradunt Maiol. lib.4. c.2. num.6. & in cap.5. ex num.2. in fin. optimè Henriq. lib.10. tit. de sacram. Ordinis cap.21.n.4. Rodriq. 2. p.c.14. n.10. Salzed. vbi sup. pag.94. vers. tribus tamen casibus Viuald. in Candelabr.3.p.c.8. n.9. Ledes. in sum. tit. de sacram. ordin. c.8. vers.5. concl. pa.68. Rebuff. in praxi 1. part. tit. formula dimissorialium liter. n.19. dicens quod ipsi ordinati probare tenentur Episcopi suspensionem, per declarationem metropolitani alioqui enim non crederetur ordinanti.

Nec supradictæ resolutioni videtur obstare cap.3. sess.23. Concil. Trident. vbi habetur vnumquenque à suo Episcopo ordinari debere, quia intelligi potest, vt ait Zerola in locis supradictis habilibus stantibus terminis, secus vero quando est suspensus.

8 Quinto Monachus exemptus à iurisdictione ordinarij ab Episcopo eiusdem diœcesis promoueri potest ad maiores ordines sine literis dimissorijs proprij Abbatis, seu superioris: vt innuere videtur Con. Trid. sess.23. de Reform. c.10. & Tiraq. de retr. lign. §.1. gl. 8. n.23. in fin. Henriq. lib.10. titul. de sacram. ordin. c. 23. n.4. quod quamuis regularibus ad minores Abbas, ad maiores tamen ordines eos conferre nequit etiam si sit prouincialis vel generalis: sed solum Episcopus in cuius diœcesi habent domicilium proprium, excepta religione Societatis Iesu, in qua ex priuilegio Gregor. XIII. concesso anno 1584. potest suus superior dictas reuerendas concedere.

Contraria tamen opinio mihi verior videtur, ex ijs præsertim, quæ tradit Nauarrus lib.1. titul. de tempor. ordin. in consil.21. vbi quærens quis sit ordinarius religiosi ad dandas literas dimissorias ad ordines. Respondit, quod prælatus superior huiusmodi regularis est quo ad hoc eius ordinarius; quia cum sit exemptus a iurisdictione Episcopali dicitur ipse habere iurisdictionem quasi Episcopalem iuxt. glos. solemnem, & communiter receptam in verb. proprij in Clement.1. de rebus Eccles. non alien. Quam etiam opinionem sequitur idem Nauar. in eodem titul. de tempor. ordin. consil.22. numer.1. & idem sentire videtur Silvest. in sum. ver. ordo il 3. numer.1. in fin. in illis verbis (vel sui prælati si sunt religiosi exempti) & Graff. libro 3. capitul.2. numero 14. in fin. ibi (nisi sint exempti) quia sufficit licentia sui Prælati. Henriquez libro 7. titul. de indulgent. capitul.22. in princ. pagin.559. quod satis probari videtur in Concil. Trident. sess.14. de Reformat. pagin.10. ibi (contra ipsius prælati) idque expresse defendit Rodriq. in sum.2. par. cap.14. num.
9 9. asserentes eam opinionem consuetudine vniuersali receptam esse, eamque per Bullam Sanctiss. Clement. VIII. concessam in fauorem religiosorum Diui Bernardi approbari, vbi Sanctissimus Dominus noster dicit, hanc opinionem non esse contra decisionem Concil. Trident. in eo cap. 10. optimè probatur à contrario sensu quod Abbates exempti possint concedere huiusmodi literas dimissorias ad ordines suscipiendos regularibus suis. Nam solum Abbatibus ibi prohibetur eas literas Clericus sæcularibus concedere, vt annotauit Rodriq. in eo numero 9. & in num.11. vbi Viual. in Candel.3. part. capitul.8. num.13. & Nauar. in eo consilio 21. num.1. & per consequens non videntur prohibiti eas concedere regularibus.

10 Sexto Clericus promoueri potest ad sacerdotium cum literis dimissorijs Legati de latere absque sui Episcopi facultate Graff. lib.4. cap.27. num.27.

11 Septimo vt dicunt Doctores alienus Episcopus sibi non subdito ordines canonicè conferre potest sine literis dimissorijs cum spe ratihabitionis proprij Episcopi, tunc siquidem nullæ dimissoriæ literæ necessariæ sunt, & absque pœnæ metu id fieri potest, vt tradunt text. & glos. in verb. quod sanctus vir in capitul. Lugdunensis 9. quæstion.2. per quæ iura, & per alias rationes hanc opinionem defendit Maiol. lib.4. capitulo secundo numero 7. & in capitulo 20. numero primo, & eam sequitur Rodriq. in summa 2. part. capitulo 24. numero 40. versicul. il secondo caso. Ledesma in summa titul. de sacrament. ordin. capitulo octauo pagina 868. versicul. el secundo caso es, & Nauarr. libr. primo titul. de tempor. ordin. consil.5. versiculo tertio.

12 Contrarium tamen innuit glos. in verb. figmento in capitulo eos de tempor. ordin. in 6. & hanc opinionem sequuntur Rebuff. in prax. capitulo primo titulo de formula liter. dimissor. num.11. & Salzed. in addit. ad Diaz in dict. capitulo 26. pagina 95. versiculo secundus quando; secundum quos ista opinio ea ratione fulcitur, quia proprius Episcopus eam ordinum collationem ratam habere non potest, quæ suo nomine celebrata non fuit, vt in regul. ratum de reg. iur. in 6. & cum huiusmodi ordinatio sacris Canonum decretis irrita sit, rata haberi minimè potest ex l. quod ab initio ff. de reg. iur. & tradunt Salzed. & Rebuff. vbi supra numero 12. & quod talis ordinatus deponi debeat probatur ex capitulo quod translationem de tempor. ordin. & Concil. Calcedon. capitul.19. de quo in capitulo Clericos distin. 71. & tradit. Alberic. in verb. ordinator. in princip. post sum. confes. tit. de ætate ordinan. quæst.58. & quamuis his, & aliis rationibus, quæ adduci possunt in huius opinionis confirmationem intendat satisfacere Nauarr. in libr. primo titul. de tempor. ordin. cons.42.

Mihi tamen hæc sententia verior videtur aduersus Nau. & alios supra relatos, ipsorum namque sententia ansam præstaret Episcopis, vt hoc quæsito colore alienos ad ordines promouerent, & inde innumerabilia damna orirentur, tolliturque etiam hoc pacto discordia, quæ nasceretur inter Episcopos ipsos ex ordinatione alterius subditi, tam circa ipsius ordinati alimoniam, casu quo sine titulo sufficienti esset promotus, quam in aliis casibus, & pro hac opinione optimè etiam facit, quia vbi in aliquo actu licentia alicuius desideratur ea præcedere omnino debet Auth. licentia C. de Episcopis, & Cler. l. si quis mihi bona §. iussum, vbi Doct. ff. de acqu. hæred. nec sufficit licentia tacita, & præsumpta, sed omnino expressa requiritur, vt tradit Corset. sing.159. incipiente licentia Lap. allegat.86. num.3. Tiraq. in l. Connub. in glo.7. num.8. Molin. de prim. lib.2. c.1. num.2. Did. Perez lib.1. tit.2. l.8. in gl. sin consentimiento ad fin. pag.49. Caballin. Milleloq. 528. n.1. dicens, quod vbi requiritur licentia alicuius in actu perficiendo non potest postmodum per confirmationem, vel ratificationem suppleri, quemadmodum in simili dicimus, quod excommunicatio non potest fieri nisi in subditum, circa quem quis habet iurisdictionem, vt habetur in cap. à nobis 1. de sent. excommun. & lata

in non

in non ſubditum nulla eſt c.P. & G. de offic. & poteſt iud.deleg.neque conualeſcit,quamuis poſtea rata habeatur a proprio Iudice ex gloſ.in c.1. in verb.rata 9. quæſt.2.Innoc.nu.6.& Pan.nu.19.in cap. prudentiam de offic.& poteſt. iud. del. quia quod nomine meo geſtum non eſt ratum habere non poſſum, vt habetur in reg.ratum de reg.iur. in 6.& quia cum talis ſententia ab initio nulla fuerit ex defectu iuriſdictionis, non poteſt rata haberi,quia quod nullum eſt ratificari non poteſt l. quod ab initio ff. de reg. iur. Sayrus de Cenſuris lib.1. cap.15. num.20. & 21. & ſimiliter in pulchro caſu id annotarunt Menoch. conſ.188.num.7.& 8. & de arb. caſu 474. numer.14. Salzed. in addit. ad Bern.Diaz in prax. capit.73. verſ. duodecimo, & in verſ. decimotertio pag.243. videlicet quod ad hoc vt matrimonium coram alieno Sacerdote celebratum firmitatem obtineat,& is Sacerdos à pena ſit immunis;licentia expreſſa proprij Sacerdotis procedere debet, nec tacita ſufficit, nec quod poſtea fuerit ſubſecuta: vnde in noſtro caſu, cum quis promoueri non poſſit ad ſacros ordines abſque proprij Epiſcopi licentia, neceſſario fatendum videtur illā non ſufficere tacitam,nec præſumptam, ſed expreſſam deſiderari, eamque omnino præcedere debere promotionem.

Ad argumenta autem in contrarium adducta patet ſolutio ex Rebuff.& Salzed. vbi ſupra,nec aliorum dicta, niſi magna ex cauſa repetere, aut tranſcribere ſoleo.

PRAXIS OBLIGATIONIS IN FORMA Cameræ.

RESOLVT. CCXLV.

1 *Omnes fideiuſſores habent beneficium excuſſionis.*
2 *Obligatus in forma cameræ non habet beneficium excuſſionis.*
3 *Obligatus medio iuramento, non poteſt opponere beneficium excuſſionis.*
4 *Obligatus in forma cameræ, licet non gaudeat beneficio excuſſionis,tamen petere poteſt quod fiat excuſſio periculo ſuo contra correos,ſed contra ſentit Rota, num.6.*
5 *Generalis ademptio beneficiorum, non extenditur ad ea, quæ quis poſtea habiturus eſt.*
6 *Quando duo ſunt inſolidum obligati pro eodem debito, etiam quod contra vnum poſſit deueniri ad executionem realem, & perſonalem, contra alterum tamen, aduerſus quem non poteſt fieri executio realis, & perſonalis,non poſſunt relaxari cenſuræ.*

An fideiuſſor obligatus in forma cameræ habeat beneficium excuſſionis.

CVM textus in auth. præſenti C. de fideiuſſoribus generaliter loquatur, & omnibus ſpecie-
1 bus fideiuſſorum tribuat beneficium excuſſionis, videbatur propterea dicendum quod prædicto obligato in forma cameræ pariter competeret, nihilominus contrarium reſpondendo cenſui, ad
2 quam opinionem firmandam allegabam Carroc. poſt alios de excuſſione bonorum q.5. num.1. par.2. Carol. de Graſs. de except.10. except. num.46. Pacific. de ſalu. interd. inſpect.2. cap.2. num.16. poſt alios quos allegat, & inſpect.3. c.3. num.46. in fine Card. Mantic.de tacit.& ambig.conuent. lib.16. tit.16. nu. 8.circa finem verſic.quod tamen eſt intelligendum,& tit.17.num.9.Moreſ. variarum reſolut.lib.2.cap.130. num.7.& 8. Rota Romana trium millium 18. Aprilis 1588.coram bon.me. Cardin.Blanchetto,quæ eſt deciſ.143.num.2.& ſeqq.Mediolanen.affictus 29.Mart. 1596. coram bo.me. Orano, quæ eſt deciſ.118. nu.7. Rota Romana mutui 16.Nouembris coram Illuſtriſſimo Lancelloto, quæ eſt deciſ.22. num.3. Romana fideiuſſionis 18. Aprilis 1608. coram eodem, & in Romana cenſus 18. Iunij 1601. coram Illuſtriſſimo Mellino, quæ eſt deciſ.55. num.4. ſicut etiam obligatus medio iuramento non poteſt opponere hoc excuſſionis beneficium, vt per plurimos, quos refert Mancin. de iuram. part.4. effect. 32. num.1. vbi pro contraria parte plures refert ibi num.2. quæ videtur ſequenda quando iuramentum fuit ſimpliciter præſtitum, vt latè ibi per eum, ſed licet non poſſit fideiuſſor aſtrictus vinculo huius obligationis iuuari beneficio excuſſionis, nihilominus petere poteſt quod fiat excuſſio, periculo ſuo contra correos, non obſtante renunciatione, quæ fit in noſtra obligatione, quoniam illa continet renunciationem omnium exceptionum competentium obligato de tempore factæ obligationis, ſed hæc exceptio non competebat obligato de tempore obligationis,ſed poſtea quando fuit decreta executio contra omnes correos inſolidum obligatos, & generalis ademptio beneficiorum non extenditur ad ea, quæ poſtea habiturus eſt, vt latè per Boccac. de ſocietat. offic.num.56. & 57.& tradit Caſtrac. eodem tractat. cap.64. numero 10. ſed contrarium ſcilicet quod hac forma obligatus non poſſit petere quod excutiantur alij fideiuſſores,tenuit Rota in cauſa Mediolanen.affictus 29. Martij 1596. coram bo.me.Orano, quæ eſt deciſio 118. num.7. quod non habet difficultatem, vbi ſunt duo rei debendi æqualiter obligati, atque coniuncti,Veral.deciſ.275. par.2. verum tamen eſt, quod quando duo ſunt inſolidum ſub hac forma obligati pro eodem debito etiam quod contra vnum tantum poſſit deueniri ad executionem realem, & perſonalem, contra alterum, contra quem non poteſt fieri executio realis, nec perſonalis, non poſſunt ad inſtantiam creditoris in ſubſidium relaxari cenſuræ, vt reſoluit Sacra Congregatio Concil. Trident. interpr. quam reſolutionem ſequuta eſt Rota in dict.Mediolanen.affictus 29.Martij 1596. coram Orano.

3 4 5 6

RESOLVT. CCXLVI.

1 *Obligatus in forma cameræ, non poteſt opponere exceptionem declinatoriam fori,nec incompetentiã iudicis.*
2 *Epiſcopus ſtante obligatione camerali poteſt procedere etiam contra laicos.*
3 *Vbi ſolutio tacitè, vel expreſsè eſt certo loco deſtinata, ibi debet reus conueniri.*
4 *Qui promiſit certo loco, & tempore ſoluere,ſi ibi non inuenitur,præſumitur abeſſe per dolum, & poteſt conueniri, ac ſi ibidem inueniretur.*
5 *Adminiſtrator tenetur reddere rationem adminiſtrationis in loco, in quo adminiſtrauit.*

Obligatus in forma cameræ an poſſit opponere exceptionem iudicis incompetentiæ.

REſpondetur ſecundum Zaz. in tractatu de obligat. cameral. cuius tenor eſt videlicet, con-
1 uentus non poteſt opponere exceptionem fori declinatoriam, nec iudicis incompetentiam. Mandoſ. de inhibit. quæſt.93. numer.5. Marc. Anton. de Amatis, dict. deciſ.81. dict. numer.2. Surd. dict. conſil.280. numer.13. volum.2. Carolus de Graſs. de except.18. except. numer.4. nec ille, qui executiuè tenetur, poteſt opponere exceptionem litis pendentiæ, quod idem eſt, vt poſt Galleſ. quem allegat, tradit Ceual. opinion. comm. contra commun. quæſt.815. num.26. par.2. vnde reſpondi dubitan-
2 dum non eſſe, quod Epiſcopus ſtante obligatione camerali poſſit vigore illius procedere inter laicos

suæ iurisdictioni non subiectos, quia cum obligatus sub hac forma possit vbique conueniri, vt hic, non obstabit, quod forus sit Ecclesiasticus, nam in hac obligatione expressè cauetur, quod obligatus se supponit iurisdictioni omnium singularum aliarum curiarum tam sæcularium, quam Ecclesiasticarum vbilibet constitutarum; sed hic quæritur cum obligatus in forma cameræ possit vbique conueniri, an cogi possit vbique soluere, & pro parte affirmatiua tenet Cæsar. Ottinel. in dicto suo consil. de retinen. indemnit. num. 74. allegat. not. in l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iud. vbi dicit, Doctores asserere, quod quando debitor vbique respondere debet, sicut obligatus in forma cameræ, vbique etiam soluere, ac satisfacere debet, sed ego respondeo, quod vbi solutio
3 tacitè, vel expressè est certo loco destinata ibi debet conueniri, vt fuit decisum in Rota Romana, sed Cesenat. fructuum dotis 13. Iunij 1603. coram bon. mem. Litta, quæ est decis. 78. numer. 3. & 6. sed est aduertendum, quod si aliquis promisisset soluere in feria, vel in nundinis, aut in alio loco certo, si dicto
4 tempore, quo promisit soluere ibi non inuenitur, præsumitur per dolum abesse, & habetur pro præsente, & tanquam si ibi inueniatur potest conueniri, vt post Ias. in l. si conuenerit, ff. de iud. tradit Petr. Nun. vbi supra tit. de las exceptiones, num. 9. versic. quod limita, solet etiam dubitari, an ista conclusio, quod obligatus in forma cameræ potest vbique conueniri, habeat locum in administratore, qui se obligauit ad reddendas rationes sub hac forma, & sic an per istam obligationem derogetur dispositioni, l. 1. & 2. C. vbi de ratiocin. agi oportet propter clausulam in nostra obligatione contentam, quod obligatus vult posse conueniri vbique locorum, sed nihilominus per istam obligationem non censeri derogatum dispositioni dd. legum, suadetur ex eo, quod semper militat ratio, in qua est fundata earum dispositio, quia in loco administrationis potest facilius, & plenius veritas inueniri, tam per testes, quam per instrumenta, & propterea firmam remanere dispositionem dd. legum scilicet quod administrator teneatur reddere rationem administrationis in loco, vbi administrauit: optimè defendit Gratian. decis. Marchiæ 180. per totam, & præsertim num. 12.

RESOLVT. CCXLVII.

1 *Auditor cameræ est iudex, & exequutor obligationis cameralis etiam priuatiuè quoad omnes alios.*
2 *Auditor cameræ potest procedere ad executionem guarentigiæ priuatiuè quoad omnes.*
3 *Causa comissa in Rota, etiam cum toto negotio principali, nihilominus Auditor cameræ procedit in causa obligationis cameralis.*
4 *Commissa causa nullitatis in Rota, & obtenta inhibitione non impeditur Auditor cameræ procedere ad executionem cameralem.*
5 *Obligatus in forma cameræ non potest opponere declinatoria fori.*
6 *Quando allegatur aliquid quod offuscat hanc obligationem, non est locus illius executioni, sed potest appellari.*
7 *Inter forum capitolinum, & Auditorem cameræ datur præuentio in causis obligationis cameralis inter ciues.*
8 *Inter vicarium Domini Papæ, & Auditorem cameræ datur præuentio in dictis causis, quando agitur inter personas Romanas Ecclesiasticas.*

Auditor Cameræ an sit executor obligationis in forma Cameræ priuatiuè quoad alios.

1 AVditor Cameræ est iudex, & executor obligationis cameralis etiam priuatiuè quoad omnes alios, vt hic per Galles, & tradunt Vestr. in praxi, lib. 2. c. 40. Marches. de commiss. appell. à camerali obligatione, c. 16. n. 8. & 9. par. 1. in 2. editione Thesaur. decis. 26. num. 11. Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepiscopali Neapolitana, c. 118. num. 1. & 2. Burs. cons. 392. n. 17. & sequente, lib. 4. Rota diuers. decis. 30. l. 3. parte 3. Vant. de nullitat. ex defect. iurisd. deleg. n. 13. versic. est etiam verus executor, & fuit dictum in Romana fructuum dotis 31. Ianuarij 1600. coram bon. mem. Litta, quæ est decis. 75. num. 1. & in Parm. datij 4. Iunij 1612. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, quæ est decis. 1. num. 19. inhibetque A. C. omnibus alijs iudicibus ne in talibus causis se intromittant, vigore suorum priuilegiorum, vt in constitutione sel. recor. Gregorij XIV. prima in ordine in Bullario num. 6. & in constitutione Pauli Quinti super reformatione edita, titul. de A. C. & tradit Marc. Anton. Genuen. in sua praxi, & hoc procedit etiam
2 in guarentigia, nam A. C. potest procedere ad executionem guarentigiæ, priuatiuè quoad omnes, inhibendo vigore suarum facultatum, Rota in causa Romana attentatorum 4. Iunij 1601. coram bon. mem. Penia adeo, vt nec iudex delegatus etiam si sit Rotæ Auditor possit procedere executiuè vigore huius obligationis, nisi ei data sit facultas in rescripto, vt fuit decisum in Romana fructuum dotis 24. Maij 1599. coram bon. mem. Litta, quæ est decis. 73. in princ. & in eadem coram eodem 13. Ianuarij 1600. quæ est decis. 75. in princip. & disponitur in d. const. Gregorij XIV. impressa apud Tiber. fol. 516.

Idemque iudicium executiuum factum coram A. C. pendente causa ordinaria in Rota non est attentatum, Lancellot. de Attent. inhibit. pendent. limit. 5. numero 3. cap. 20. & de attent. lite pendente, cap. 4. limit. 15. num. 8. Rota in Taruisin. Simoniæ 2. Martij 1596. coram bon. mem. Corduba quæ est decis. 43. num. 5. & procedit etiam non obstante quod causa
3 esset commissa in Rota cum clausula, vna cum toto negotio principali, vt fuit decisum in Bononien. census, siue attentatorum 10. Decembris 1607. coram Reuerendissimo D. Archiepiscopo Bononien. quæ est decis. 122. num. 5. ista enim obligatio non venit sub clausulis generalibus, vt dixit Rota in dicta Romana census, secus vero vbi data est facultas in commissione, immo sufficit, quod in prima commissione directa vni ex Auditoribus adsit clausula cum facultatibus A. C. quia censetur repetita in alia directa alteri Auditori, vt fuit decisum in Romana Pecuniaria de Crescentijs quarta Iulij 1612. coram R. P. D. Pamphilio, & licet contrarium, scilicet, quod tale iudicium sit attentandum decisum fuerit in causa Cæsaraugustana de Maella. 15. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio que est decis. 33. numer. 1. & seqq. ista decis. non videtur, quod possit subsistere, & cum fuisset allegata in eadem causa 31. Ianuarij 1603. coram Reuerendiss. D. Decano, & in dict. Bononien. census, seu attentatorum 10. Decembris 1607. coram Reuerendiss. Archiepisc. Bononien. quæ est decis. 122. nu. 8. Rota de illa dubitauit, & ordinauit quod videretur de bono iure, & prædicta procedunt etiam non obstante inhibitione vigore commissionis emanatæ non facientis mentionem huius obligationis Mandos. de inhibit. quæst. 93. num. 1. & 2. Marchesan. de commiss. appellat. cap. 5. sub nu. 18. circa finem versic. licet A. C. p. 2. in 1. edit. Scacc. de appell. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. limit. 9. numero 59. in Rota Perusina attentatorum 25. Maij 1609. coram R. P. D. Manzanedo, quæ est decis. 87. numero 3. Rota diuers. decis. 641. numero 11. versicul. quod autem prima parte inde-
4 que commissa causa nullitatis in Rota, & obtenta inhibitione non propterea impeditur. A. C. quo minus

nus possit procedere ad executionem huius obligationis, vt post Gallesi. infra de vi instrumenti obligationis camer. numero 26. Mandos. de inhibition. q. 49. num. 1. & procedunt hæ facultates A. C. non obstante absolutione à iuramento, quia per illam non impediuntur eius facultates procedendi ad executionem Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. tit. 4. sub nu. 7. & 8. Mohed. decis. 3. de except. Scacc. de iudicijs caus. ciuil. lib. 2. ca. 2. q. 4. casu primo, num. 130. versiculo tempera istam exceptionem. Anton. Corn. de absolut. à iuramento parte tertia, quæstione 10. intelligẽda sunt tamen omnia prædicta procedere non facta mentione huius obligationis, secus vero si fuit facta mentio etiam incidenter, vt fuit decisum in dict. Perusina attentatorum 25. Maij 1609. coram Reuerendissimo P. D. Manzanedo, quæ est decision. 87. numero 4. quibus priuilegijs, & facultatibus A. C. stantibus, vt possit procedere ad excutionem huius obligationis priuatiuè quo ad omnes alios, non
5 obstantibus quibusuis priuilegijs non poterit opponi ad declinandum eius forum de Priuilegio leg. vnica C. quando Imperat. inter Pupil. & vide Marc. Anton. Genuen. in prax. Archiepiscop. Neapolitan. capitul. 117. numero 3. & in hoc est decisio, seu potius discursus in vna Bononien. obligationis camer. de Campegijs 12. Maij 1594. coram bonæ memor. Robusterio ab eo facta tanquam referendario, quæ est decision. 93. numero secundo, & hoc locum habebit etiam in clericis, quia nequè ipsi valent declinare forum A. C. stante hac obligatione Marc. Anton. Genuen. in dicto capitulo 117. numero primo, & 2. & in dict. Bononien. obligationis cameralis, intellige tamen istas facultates A. C. procedere quando obligatio cameralis est clara, secus quando adest probabilis dubitatio an ei locus sit, vt fuit decisum in dict. Cæsaraugustan. de Maella 15. Iunij 1601. coram bon. mem. Cardin. Pamphilio, quæ est decisio 33. numero 4. est enim vulgatum, quod quan-
6 do allegatur aliquid quod offuscaret aliquo modo hanc obligationem, non esset locus illius executionis, sed posset appellari. Ruginell. de appellation. §. 2. capitulo 3. verbo cameralis obligatio numero 156. & seq. & alios allegat Tiber. in prax. libro primo, capitulo 39. numero 3. vers. secus quando, est tamen aduertendum quod si illud quod allegaretur, respiceret tantum, esset suspendenda executio Ruginell. post alios vbi proximè num. 138. versic. quæ etiam, & hæc multo facilius procedunt stante inhibitione Rotali, tunc enim A. C. non debet se intromittere in tali causa, etiamsi adesset dubium, an sit facta mentio, vel non obligationis cameralis, ne aperiatur via disputandi de validitate, vel de inualiditate inhibitionis, & ideò iusta, vel iniusta sit inhibitio debet timeri, quia in curia facilis est aditus ad Principem, vt latius fuit decisum in dict. Perusina attentatorum 25. Maij 1609. coram R. P. D. Manzanedo quæ est decisio 87. numero 6. secundo intellige dictas facul-
7 tates non procedere, & non præiudicare foro Capitolino, quia inter forum Capitolinum, & A. C. datur præuentio in causis obligationis Cameralis inter ciues, & incolas ex dispositione statutor. capitulo 41. libro primo, & disponitur in constitutione Gregorij XIV. in ordine prima in Bullario, & nouissima Pauli V. nuper super reformatione edit. à titul. de A. C. Vestr. in prax. libro secundo, capitulo 4. de A. C. numero 3. & de Stylo testatur Tiber. in praxi libro secundo, capitulo 12. numero 8. Tertiò intellige non procedere quando ageretur coram Vicario
8 Papæ, quia inter ipsum, & A. C. datur præuentio inter personas Ecclesiasticas Romanas, quando agitur vigore huius obligationis ita disponente constitutione Pij Quinti incipien. confidentes 21. in ordine Tiber. in prax. libro primo, capitulo quinto, numero primo, quarto intellige non procedere in Prouincia Marchiæ, in qua adsunt particulares constitutiones dantes executionem paratam huic nostræ obligationi M. Anton. de Amatis decision. 91. numero 25. Marius Anton. variarum resolution. lib. 2. resolut. 32. n. 19. seruato tamen modo tradito per dict. in constitutionem, vt per prædictos, vbi proximè, & inde oriretur, quod cum constitutiones Marchiæ fuerint extensæ vt habeant locum in toto statu Ecclesiastico per constitutionem Pauli Tertij. Scacc. post alios de appellat. libro tertio, cap. 2. quæst. 17. limit. 6. num. 9. Rota in Perusina fideiussionis de Alexijs 26. Nouem. 1611. coram R. P. D. Pamphilio vigore huius obligationis possit procedi executiuè ad omnibus in toto Senato Ecclesiastico, sed hoc non credo verum stantibus derogatoriis ampliss imis in præditis facultatibus, quibus videtur fuisse omnibus in contrarium facientibus derogatum.

RESOLVT. CCXLVIII.

1 *Per obligationem in forma cameræ censetur renunciatũ omnibus exceptionibus extrinsecis à contractu.*
2 *Exceptio solutionis potest opponi contra obligationem cameralem.*
3 *Exceptio solutionis contra obligationẽ cameralem debet esse clara, & non turbida, & opponi ante sententiam.*
4 *Solutio præsumitur facta in causam duriorem, ideſt obligationem cameralem.*
5 *Si plures adsunt obligationes camerales, durior dicitur illa, in qua præter obligationem cameralem currunt fructus.*
6 *Contra obligationem cameralem admittitur exceptio falsitatis.*
7 *Admittitur etiam exceptio nouæ conuentionis, quæ debet probari in continenti.*

Exceptio rei non traditæ an impediat executionem obligationis Cameralis.

1 PEr obligationem in forma Cameræ censetur renunciatum omnibus exceptionibus Turret. consil. 90. numero 11. versiculo secundo respondetur vol. primo. Put. decision. 244. num. 6. lib. 3. in nou. impress. Cæs. de Grass. decis. 148. alias 3. de resolut. num. 14. præsertim reijcit hæc obligatio omnes exceptiones extrinsecas à contractu. Rota in Terracinen. executionis 18. Aprilis 1611. coram Reuerendiss. D. Decano Coccino, & in Parmen. Datij 4. Iunij 1612. coram eodem, ideoque regulariter contra illam non admittuntur nisi istæ tres exceptiones, de quibus hic per Gallesi. & tradunt Boccac. de Censibus par. 2. nu. 128. Puteus decis. 382. libro 3. in nouis impressionibus. Maresc. variarum resolut. libro 2. cap. 121. num. 33. & sepissimè dixit Rota, vt in Romana Census 3. Octobris 1599. coram Illustriss. Cardin. Lancellotto Romana Census 27. Ianuarii 1603. coram Reuerendissimo Damascено, & in Bononien. Apocarum 27. Maii 1611. coram Reuerendissimo P. D. Valdo. quæ est decis. 82. numero 2. iste autem tres exceptiones, quæ regulariter admittuntur contra hanc obli-
2 gationem sunt exceptio solutionis post Turret. Card. de Grass. de exceptio 27. except. numero secundo Menoch. de præsumpt. libro secundo præsumpt. 48. num. 33. vers. quo circa Seraph. decis. 814. num. 1. debet tamen ista exceptio solutionis opponi ante sententiam Seraph. decis. 84. numero 2. & debet esse
3 clara, & non turbida ad hunc effectum Rota in Romana Vineæ. 1. Februarii 1602. coram Illustriss. Mellino, quæ est decis. 51. numero 8. & est aduertendum, quod quando adesset dubium inquam causam sit

4 facta solutio præsumeretur facta in causam duriorem, & causa durior dicitur, quæ habet obligationem cameralem: Seraph. decis. 1454. num. 2. Paris. consil. 122. num. 12. lib. 4. & fuit dictum in causa Anconitana Pecuniaria 27. Iunij 1590. coram bonæ mem. Cardin. Pamphilio, & in Sutrina Census 21. Aprilis 1606. coram R. P. D. Pamphilio. Rota diuersorum decis. 82. sub num. 1. par. 1. etenim in tantum dura est causa, in qua adest obligatio Cameral. quod contra beneficiatum agentem condictione indebiti contra pensionarium pensione nulla declarata, apponi nō potest quod sponte soluit, stante obligat. camer. cum susceptione censurarum Rota in causa Claramonten. Pensionis 9. Maij 1575. coram fel. rec. Clement. VIII.
5 quæ est decis. 15. n. 6. & si plures adessent obligationes cam. durior diceretur illa, in qua præter obligationem cameralem currunt fructus Seraphin. dict. decis.
6 1454. n. 2. item admittitur falsitatis exceptio Verrall. decis. 256. par. 2. requiritur tamen quod ista falsitatis exceptio ad hoc, vt impediat sit euidens, vt dixit Rota in Romana Census de Pirouanis 8. Aprilis 1598. coram bon. mem. Orano, quæ est decis. 110. n. 3. &
7 quod exceptio nouæ conuentionis admittatur contra hanc obligationem, dixit Rota in Romana Palatij 12. Nouemb. 1610. coram Reuerendiss. D. Sacrato, quæ est decis. 89. nu. 3. istę autem exceptiones debent incontinenti probari, alias nec istæ admittuntur ad retardandam hanc executionem Scacc. de appellat. lib. 3. cap. 2. q. 12. limit. 9. num. 52. & de except. solutionis fuit decisum in Romana trium Millium 27. Febr. 1577. coram bon. mem. Cardin. Blanchetto, quæ est decis. 92. nu. 2. & tradit Mar. Anton. variar. resolut. lib. 2. resolut. 96. n. 11.

RESOLVT. CCXLIX.

1 *Depositum per cedulam Bancariam in manibus iudicis, habet vim solutionis.*
2 *Depositum debet esse integrum, & purum.*
3 *Administrator quando est creditor illius, cuius bona administrauit præsumitur sibi fatisfeciſſe.*
4 *Exceptio præsumptæ satisfactionis est admittenda, quando non constat tot pecunias peruenisse ad manus administratoris, vt ex illis posset præsumi satisfactio.*
5 *Liberatio legata non potest opponi contra dictam obligationem quando requirit altiorem indaginem.*

An exceptio non integri depositi impediat executionem obligationis in forma cameræ.

QVod alias dictum est non posse opponi exceptionem solutionis cōtra obligationem came-
1 ralem, limitatur vbi depositum esset factum per cedulam Bancham in manibus Iudicis, quod vim solutionis habet Put. decis. 163. lib. 1. & fuit dictum in Romana Saluiani interdicti 20. Nouembis 1598. coram bon. mem. Gypsio, & de stylo tribunalis A. C. à Rot. approbato non habet difficultatem Mohed. dec. 6. in princip. versic. sed fuit dictum de exceptione, & propterea illud esse admittendum ad retardandam executionē obligationis Cam. dixit Rota diuers. dec. 821. num. 1. & 2. par. 3. lib. 3. quæ est ead. cum decis. Mohed. 6. de except. aduertendum tamen est, quod in casu prædictarum decisionum vltra qualitates personarum, & absolutionem à iuramento, quo concurrebant scilicet quod depositum erat actuale, & exceptiones fuerunt probatæ incotinenti, & propterea prędictis non concurrentibus non esse admittendam, fuit decisum in Bononien. executionis instrumēti 27. Iunij 1603. coram Reueren. D. Attrebaten. quæ est decis. 32. num. 14. & etiam in casu, in quo admittitur de-
2 positum debet esse integrum, & purum, vt fuit decisum in Romana Pecuniaria 5. Maii 1610. coram Reuerend. P. D. Pirouano, sed dicendum in exceptione
3 præsumptæ satisfactionis, vt pura administrator quādo est creditor illius, cuius bona administrauit, præsumitur sibi satis fecisse Afflict. decis. 13. n. 16. & 18. Surdus consil. 290. num. 33. lib. 2. Pedroc. cons. 3. n. 82. & sequenti. Rota in vna Perusina executionis 27. Maij 1596. coram bonæ mem. Penia, an inquam hæc exceptio præsumptæ satisfactionis sit admittenda, contra hanc obligationem, & pro parte affirmatiua tenet Gratian. decis. Marchiæ 19. per totam, & præsertim num. 9. & 10. & discept. Forens. cap. 129. nu. 37. par. 1. Rota in Romana Vineæ 14. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio, quæ est decis. 13. numero 7. sed pro contraria parte Marescot. variarum resolut. lib. 2. cap. 121. num. 69. & fuit resolutum in causa Romana Tutelæ 17. Februarij 1603. coram bon. mem. Cardin. Seraphin. quæ est decis. 26. num.
4 1. & ista est vera quādo non constat tot pecunias peruenisse ad manus administratoris, vt ex illis possit præsumi satisfactio, vt declarat Rota in dicta Romana Tutelę, & in istis terminis loquitur Gratian. dicta decis. 179. & discept. Forens. dicto cap. 124. num. 41. sed cessat exceptio, & propter illam executio huius obligationis non retardatur, quando ex relatione periti de consensu partium electi constat administratorem remanere debitorem in aliqua certa summa, quam ipse offert soluere, in reliquis non retardatur executio Rota in dicta Romana Vineæ 14. Iunij 1613. coram R. P. D. Pamphilio, quæ est decis. 13. num. 8. liberatio legata quoque videtur vim solutionis ha-
5 bere; sed an illa retardet executionem obligationis nostræ, & pro parte negatiua, quando requirit altiorem indaginem fuit decisum in Romana censuum 30. Ianuarij 1606. coram Reuerendissimo D. Archiepiscop. Bononien. quæ est decision. 108. num. secundo, sed quid dicendum si creditor acceptaret legatum sibi factum, in quo testator disposuit compræhendi etiam suum creditum, an ex tali exceptione sibi præiudicauerit, adeo vt illi agenti ex hac obligatione obstet ista exceptio, & pro parte affirmatiua ex eo, quod ex ista exceptione legati non solum resultat exceptio solutionis, verum etiam quietationis ad effectum impediendi hanc executionem, fuit resolutum in Romana census, seu donationis proper nuptias 16. Nouembris 1594. coram bon. mem. Litta, quæ est decis. 71. num. 5. sed quid si debitor opponeret alias soluisse indebitum an hoc impediat executionem obligationis Cam. & pro parte negatiua, quod tali casu debeat prius soluere, & postea repetere fuit decisum in Romana Vsurariæ prauitatis 4. Iunij 1597. coram Peregrino, versic. 10. conuentio in fine, quæ est decis. 126.

RESOLVT. CCL.

1 *Exceptio non adimplementi admittitur ad retardandam executionem huius obligationis.*
2 *Opponens exceptionem non adimplementi nihil tenetur probare, sed ad hoc obligatur aduersarius.*
3 *Agens ex instrumento guarentigiato exempto, non obtinet, nisi doceat soluisse.*
4 *Actio non implementi potest opponi, etiam in executione sententiæ.*
5 *Sufficit quod aliquid sit semel impletum, licet impletum non duret.*

An exceptio non adimplementi impediat executionem obligationis in forma Cameræ.

1 ISta exceptio non implementi admittitur ad retardandam executionē huius obligationis. Turr. cons.

74. n.

74. num.38. Gratian. discept. Forens. cap.273.n.19. par.2.Castracan.de societ.offic.cap.69.num.3.Pacif. de Saluian.interd.in spect.2. cap.2. n.269. vers.quod procedit, & inspect.3. cap.1. num.100. vbi vsque ad finem ampliat, & limitat. Maresc ot. variarum resolut.lib.2.cap.121.num.92. Rota in Roman.executionis 2.Aprilis 1593. coram bon.mem. Orano. Asculana pecuniaria 13. Martij 1606. coram Reuerendissimo D.Coccino Decano, quæ est Dec.14. num.2. Romana pretij Vineæ 27.Iunij 1600. coram Reuerēdiss. D.Lugdun.quæ est decis.81. num.4. & 5. Romana de Gabriellis 19. Iunij 1595. coram bon. mem. Orano, quæ est dec. 116. in princip. & in Recanat. Prędij 29. Maij 1600.coram bon.mem.Episcopo Pacen. quæ est decis.107. num.1. & in Parmen. Datij 27.Iunij 1612. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, quæ est decis.113.num.15.in fine, & tali casu inhibendum est creditori,ne molestet debitorem, vt post Rot. & alios tradit Gratian.discept.forens.cap.273. num.20. Rot.
2 in dicta causa Parmen. Datij, & opponens istam exceptionem in terminis,de quibus loquimur,nihil probare tenetur,sed aduersarius probare debet adimple-
3 uisse,Turrec.cons.74.n.30.ideo agens ex instrumento guarentigiato exempto non obtinebit, nisi doceat soluisse precium Petr.Nunn.de Auend.ad l.4.& 5.lib. 3.Ordin.regal.tit. de las exceptiones num.28. versic.
4 ideoque agens,& potest opponi etiam in executione, & sic post sententiam,vel mandatum relaxatum,licet ex aduerso posset offerri implementum; Rota in Romana precij fundaci 1. Iunij 1607. coram R. P. D. Manzanedo,quæ est decis.145. num.6. & si talis exceptio reijciatur admittitur appellatio Ruginell. de appell. §.2. cap.3. verb. Cam. obligat. num.143. ista autem exceptio ad hoc vt impediat executionem requiritur quod aut sit clara, aut de illa constet per tres sententias conformes,Rota in Romana affictus, seu damnorum 2. Aprilis 1593. coram bon. mem. Card.Mantica,quæ est decis.146. num.8. secundo requiritur,quod de illa opponatur,aliàs tenet Iudicium, vt fuit dictum in dicta Romana pretij fundaci 1. Iun. 1607. coram R.P.D. Manzanedo, quæ est decis. 145. num.4.potest tamen per Iudicem suppleri, vt in dict. Romana pretij; fundaci considerare autem oportet cui nam partium onus fuerit iniunctum primo pro parte sua adimplendi, nam iste ordo est seruandus Rota in Maceraten. Grani 9. Iunij 1593. coram bon. mem.Orano, quæ est decis.139.num.3. & sufficit in
5 terminis, de quibus loquimur quod semel fuerit impletum, licet impletum non duret, vt fuit decisum in Romana pecuniaria 18. Iun.1607. coram bon. mem. Penia, quæ est decis.64. num.3. ad quæ omnia vide latissimè Maresc ott.variarum resolut. lib.2. cap.121. a num.92. & sequenti, vbi habes multa circa hanc exceptionem.

RESOLVT. CCLI.

1 *Obligatus in forma cameræ non admittitur ad cessionem bonorum, nisi, ex gratia speciali, constito de paupertate.*
2 *Clericus, qui se obligauit in forma Cameræ ad solutionem pensionis,non admittitur ad capitulum Odoardus, sed potius debet dimittere beneficium.*
3 *Obligatio in forma cameræ continet promissionem de non impetrando,moratoriam,saluum conductum,inhibitionem, priuilegium, vel gratiam.*

Obligatus in forma cameræ non admittitur ad beneficium, cap. Odoardus.

1 OBligatus in forma cameræ non admittitur ad cessionem bonorum,Io.Franc.Leo in Thes.fori Ecclesiast.par.1.tit.de priuileg.cler. cap.11.sub n.16. sicut etiam vinculo huius obligationis astricto non competit beneficium,c.Odoardus de solut. Io.Franc. Leo vbi proxim. vbi tali casu dicit non admitti, nisi ex gratia speciali,quæ per signaturam gratiæ expeditur constito summariè de paupertate Marches. de commiss.sequ. cap.3.sub n.22. vers. & eo maximè, & n.15. sequent. parte 1. in prima editione, quod non
2 videtur habere difficultatem in clerico,qui se obligauit sub hac forma ad solutionem pensionis Marches. vbi mox num.22.versic.& eo max. vbi quod tunc debet potius dimittere beneficium, quod accepit post Gomez.in compendio vtriusque signat. col. fin. vers. est tamen.Maresc ott.variarum resolutionum lib.primo,capitul.19. numer.18. Couarr. variarum resolut. lib.3. cap.1. num.9. sub vers. quoties vero vers. vnde si quis consenserit, & ob id tali casu additur clausula sine retardatione Marches. vbi supra, qua clausula non obstante, vbi pensio esset, vel nulla, vel excessiua nihilominus admittitur clericus ad beneficium, cap. Odoardus Couarr. dict. cap.1. num.9. vers. ex his vbi firmat, quod non obstante nostra obligatione admittatur, quem refert, & sequitur Anton. Genuen.in prax. Archiepiscop. Neapol. cap.3. n.13. & videtur de mente Ferret. consil.254. num.14. lib.2. sed prima opinio videtur verior, adeo vt stante hac obligatione non concedatur dilatio Marches. vbi supra cap.2. numer.18. vbi etiam ponit, quod stante consensu creditorum, & quid si non habentes camer. obligationem consentiunt, & illam habentes nolunt
3 consentire; hæc enim obligatio continet promissionem de non impetrando aliquam Moratoriam, saluum conductum,inhibitionem, significationem, Priuilegium,vel gratiam quamcunque, seu illis, aut illorum aliquo etiam motu proprio Principis concesso, vti,Marc. Anton. de Amatis. decis.81. num.80. Mandos.de inhibit.quæst.49. sub numer.2. versic. promisitque, tamen nullum fundamentum potest fieri in ista promissione, quia fuit addita per Gallesi. in sua formula, vt dicit Mandos. in dict. quæst.49. & in dict. num.2. vers. quam clausulam inuenit practicus prædictus Anton. Mas. Gallesi. & sic in forma, qua vtimur non adest,nec ista noua Gallesij fuit vsu recepta, vt supra notaui: habemus tamen in hoc constitutionem Greg.XIV. num.26. disponentem, quod quæuis constit.quæ Odoardus, & peruenit incipiunt, & quæuis alternatiua, seu moratoriæ, & dilationes per quoscunque decretæ obligatis in forma camer. nullatenus prosint quinimo obligatio hæc debitę executioni demandetur.

RESOLVT. CCLII.

1 *Exceptio compensationis non admittitur, vbi agitur vigore huius obligationis.*
2 *Si exceptio remissionis sit probata ante petitionem executionis, potest oppont.*
3 *Admittitur exceptio compensationis, quando debitum, cuius causa petitur, est priuilegiatum.*
4 *Admittitur etiam dicta exceptio quando suadet æquitas.*
5 *Potest opponi exceptio compensationis, quando debitum cuius opponeretur compensatio esset contractum post huiusmodi obligationem.*

Exceptio compensationis, an impediat executionem huius obligationis.

1 REgulariter compensationis exceptio non admittitur, vbi agitur vigore huius obligationis, vt tradunt post Gallesi.hic Marches. de commiss.appell. à camerali obligatione par.1. cap.16. num.106. &

sequent. Lancellot. de attent. 3. par. cap. 24. quæst. 28. n. 3. tit. de reo, & except. contra attentata vbi de communi Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. n. 36. Mar. Ant. variarum resolut. lib. 2. resolut. 36. n. 6. Gratian. disceptation. Forens. cap. 129. num. 18. Sarm. select. sent. lib. 2. cap. 121. n. 13. ista enim exceptio requirit altiorem indaginem Rot. diuers. decis. 627. n. 3. part. 1. & res difficultate caret vbi compensatio apponeretur à fideiussore astricto vinculo huius obligationis de eo quod creditor debet principali debitori, quia quo ad hoc est tertius, fuit decisum in causa Pistorien. depositi 10. Octobr. 1561. coram Rubeo, eademque ratione qua non admittitur compensatio remissionis, afflictus fuit pluries decisum, & signanter in causa Romana responsionis Casalis 15. Ianuarij 1595. coram bon. memor. Corduba quæ est decis. 42. num. 2. & in Romana afflictus 30. Martij 1612. coram R.P.D. Pirouano, quæ est decis. 11. num. 25. Mancin. de Iurament. p. 4. effectus 228. num. 16. & hoc maxime procedit vbi illi fuisset renũciatum cum hac obligatione in Rot. Romana afflictus 8. Februarij 1593. coram bon. mem. Gypsio quæ est decis. 151. num. 12. hæc tamen regula de non admittenda exceptione remissionis stante hac obligatione procedit regulariter scilicet quando ante petitam executionem non fuisset probata causa remissionis, vt puta incursus Bannito-
2 rum, & damna per eos illata; secus vero quando est probata, tunc enim cum non requirat altiorem indaginem nullo iure cauetur, quin faciat cessare omnem virtutem obligationis cameralis, vt fuit dictum in Romana remissionis afflictus 19. Octobris 1589. coram bon. mem. Robusterio, quæ est decis. 105. n. 7. sed redeundo ad ipsam compensationis exceptionem non mirum est si non admittatur stante hac obligatione, quia nec admittitur stante Iuramento Seraph. de priuileg. Iuramenti priuil. 14. sub. n. 36. & pluribus sequent. vsque ad num. 100. disputat, & licet pro contraria parte plures referat sub dict. num. 100. tamen in hac residet num. 129. Cacher. decis. Pedemon. 92. per totam Mancin. de Iur. p. 4. effectus 36. n. 1. Carol. de Grass. de except. 16. excep. num. 19. vers. supradictas tamen vbi de veriori, & communiori Cesar. de Grass. decis. 148. alias 3. de solut. num. 16. Maresc. variarum resolut. lib. 2. cap. 121. sub num. 53. vers. & hanc opinionem.

Sed contrarium; quod exceptio compensationis admittatur contra obligationem Cameralem post alios, quos allegat tradit Carol. de Grass. dict. except. 16. n. 1. vbi quoque dicit quod admittitur non obstante statuto reijciente omnes exceptiones.

Verum opinio negatiua limitatur, vt non proce-
3 dat quando debitum, cuius opponeretur compensatio esset pariter priuilegiatum, quia tunc debet admitti, & propterea si hæres creditor legatarii contra illum agat vigore huius obligationis, legatarius potest excipere de legato, pro quo competit etiam via executiua, vt fuit decisum in Romana Palatij 12. Nouembris 1610. coram Reuerendissimo Domino Damasceno, quæ est decis. 89. num. 4. vbi fuit etiam decisum, quod admittitur etiam exceptio rei iudicatæ, cum habeat idem priuilegium, limita, & intel-
4 lige secundo dictam opinionem negatiuam, vt non procedat stante æquitate, vt si debitor esset pauper, vel grauatus onere filiorum, vt hic per Gallesc. & post eum tradunt Anton. Corn. de absolut. à Iurament. part. 3. quæst. 5. num. 282. & par. 4. casu 16. num. 13. Gratian. discept. Forens. cap. 129. num. 19. & decis. Marchiæ 179. num. 11. Marches. de commiss. appell. à camer. oblig. cap. 16. num. 167. in 2. editione Mancin. de Iurament. p. 4. effect. 30. numer. 3. quam equitatem amplexi fuerunt in suis terminis Cacher. decis. Pedemontan. 92. num. 35. vers. non omitt. Seraphin. d. priuileg. 74. num. 142. & plurimos allegat. Carol. de Grass. de except. dict. exception. 16. num. 24. idque reliquendum esse Iudicis arbitrio qui pensatis circumstantiis, & statu personarum compensationem admittendam esse iudicare posset post Gallesc. Anton. Corn. de absolut. à iurament. dict. par. 4. casu 26. numero 13. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 36. Limita tertio, vt non procedat
5 quando debitum cuius opponeretur compensatio esset contractum post huiusmodi obligationem, vt post Gallesc. Gratian. dict. decis. 179. numer. 11. & discept. forens. cap. 129. num. 19. Pacific. de Saluian. interdict. inspect. 2. cap. 2. num. 248. Anton. Corn. dict. cap. 16. num. 24. Carol. de Grass. dict. except. 16. num. 22. Mancin. de Iuram. par. 4. effect. 30. numer. 2. Maresc. variarum resolut. lib. 2. cap. 121. num. 54. & rationem assignat Seraph. vbi supra dict. priuileg. 74. num. 130. & in his casibus intellige procedere contrariam opinionem, de qua supra.

RESOLVT. CCLIII.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ admittitur contra obligationem in forma Cameræ.*

2 *Non potest opponi dicta exceptio, etiam obtenta absolutione à iuramento.*

3 *Opponens exceptionem non numeratæ pecuniæ, si ad illam admissus probauit, tunc potest opponi.*

Exceptio non numeratæ pecuniæ, an admittatur contra obligatum in forma Cameræ.

1 REspondetur quod non, vt per plures decisiones comprobat Mancin. de Iuramen. par. 4. effect. 155. numer. 6. Cæs. de Grass. decis. 3. numer. 1. de fideiussor. & licet hæc except. sit omnino probanda per illam allegantem, stante hac obligatione, quicquid secus esset alias Mohed. decis. 1. de except. Anton. August. in epitome verbo obligatio camer. vers. excipiens Cæsar. de Grass. dec. 2. numer. 2. de fideiuss. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 18. tit. 4. sub num. 4. in fin. vbi etiam firmat, & pluribus, quod hæc exceptio stante obligatione camer. non admittitur, vnde commissio præfixionis termini ad probandum numerationem habenti obligationem camer. dicitur tollere Ius quæsitum Ant. Augusti. in Epitome verbo obligatio camer. vers. commissio. Non tamen admittuntur articuli ad illam probandam Tiber. in Prax. lib. 1. capitul. 14. sub num. 3. sicut non defertur iuramentum super tali exceptione, prout, nec super illis non competentibus contra hanc obligationẽ. Crescent. decis. 66. lib. 2. in manuscriptis inter impressas 4. de Iur. iur. Prædictaque regula de non admittenda hac exceptione non numeratæ pecuniæ stãte obligatione camer. procedit etiam
2 obtenta absolutione a Iuramento Mohed. decis. 3. num. 2. de except. & plures decisiones allegat ad hoc Tiber. in prax. lib. 1. cap. 14. numer. 3. Mancin. de Iurament. par. 4. effect. 55. num. 8. Bocacci. de Soc. offic. numer. 142. Rota diuers. decis. 787. per totam, & decis. 800. numer. 2. par. 3. lib. 3. Cæsar. de Grass. decis. 3. num. 1. de fideiuss. quod intellige procedere vigore facultatum A. C. secus de iure communi Mohed. decis. 3. dict. num. 3. de except. limita verò dictam regulam de non admittenda exceptione non numeratæ pecuniæ contra hanc obligationem, vt non
3 procedat quando opponens fuisset admissus, ad illam probandam, & probauit Rota diuersor. decis. 821. numer. tertio par. 3. quæst. 23. numero 75. post Gallesc. quem allegat Tiber. in prax. d. c. 14. sub num. 3. vers. Immo & in executiuis difficultatem non habet quando incontinenti probatur facto depositio, sic

suadet

suadet qualitas personarum Anton. August. in Epitom. verb. obligat. versic. excipiens.

PRAXIS PERIVRII.

RESOLVT. CCLIV.

1 *Periurium principalis in extraiudicialibus punitur si de tertij præiudicio agitur.*
2 *Periurium commissum in iuramento litis decisiuo oblato à parte parti, non punitur.*
3 *Si constat de periurio prædicto litis decisiuo, potest puniri periurus, & sententia rueret.*
4 *Post iuramentum litis decisorium nihil aliud quæritur.*
5 *Non punitur periurium in iuramento calumniæ, nisi constet de calumnia per confessiones iurantis, vel rei euidentiam.*
5 *Periurans in respondendo positionibus, non punitur, nisi constet de periurio, vt supra.*

Periurium principalis an in extra iudicialibus puniatur, si de tertij præiudicio agitur.

1 REspondetur affirmatiuè, quod tamen limitatur multis modis.
2 Primo in periurio commisso in iuramento litis decisiuo à parte parti oblato, nam nullatenus punitur, sed solum Deum habet vltorem, imputare enim pars sibi debet, postquam aduersarium fecit iudicem, l. 1. ff. quarum rerum actio non datur, & iste est casus. Boer. in d. decis. 305. Phanucc. de in lit. iur. 5. membr. num. 2. quamuis de Boer. non meminerit. Clarus ex communi in eodem §. periurium in fine, Suarez in Thesauro recept. sent. litera P. num. 98. post Cagnol. in d. l. si quis maior. num. 126. C. de transact. Riminal. & ibi additio in litera D. cons. 556. n. 10. lib. 3.
3 Si verò de periurio tali per partis confessionem constaret, non solum sententia super eo fundata rueret, ac annullaretur, sed extra ordinem etiam iam periurans puniretur, vt ibi per Boerium in fine, & in qu. 306. Aymon. consil. 73. num. 37. iunctis per eum dictis supra num. 6. versic. postremo vbi etiam ampliat si de periurio constaret ex actis. Marant. in Specul. versicul. defertur aliquando iuramentum in 6. actu num. 23. ex mente Afflicti, vbi per eum quod nota, nam regulariter dici solet, quod aduersus tale iura-
4 mentum, nihil aliud quæritur, l. non erit §. dato ff. de iureiur. Cephal. cons. 65. num. 66. nec quod admittitur probatio, neque aliud propter quod retractari possit. Senatus Pedemontan. decis. 60. Actor. iuramentum num. 2. Vide tamen Villalob. in lib. commun. opin. versicul. iuramentum numero 153. vbi ex Couarr. mente hoc esse iudici arbitrarium asseuerat, & Bursatt. consil. 123. num. 6. & limitationes per Enchir. conclus. verbo iuramentum, ibi præstito iuramento, licet contrarium sit verum quo ad iuramentum in litem, vt per Roland. à Vall. consil. 87. lib. 4. in quo admittitur quis ad probandum contrarium eius, quod fuit iuratum, vt ibi, & dixi supra num. 6. vbi habes 20. limitationes ad l. non erit §. dato ff. de iureiur. vt non procedat quando contrarium constaret per partis confessionem, vel ex actis, aut alias vt supra.

Fallit 2. in periurio ex iuramento calumniæ incursæ. Couarr. in 1. parte relect. cap. quamuis §. 7. num. 7. de pact. in sexto, vbi sublimitatur, nisi per ipsiusmet iurantis confessionem, aut per euidentem probationem de calumnia constaret, qua de re vide Phanucc. in fine dicti eius tractatus de in lit. iur. num. 3. vbi distinguere conatur, & pro Couarruu. faciunt, quæ dixi de periurio circa iuramentum in litem delecto; Fal-
5 lit tertio principalis cõclusio in Periurante in respondendo positionibus, & articulis. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 319. num. 16. quod similiter sub limita, nisi de eiusmodi periurio euidenter vt supra constaret, vt ibi per eum; subdens etiam quid iuris sit, quando de credulitate responsum fuit, post Felyn. in cap. 1. num. 21. de lit. conte. Aym. cons. 203. num. 8. & pro istis sublimitationibus, quando scilicet de Periurijs præfatis per confessionem constare vltra Boer. dict. quæst. 405. in fine, & Guid. Papæ dict. consil. 29. in calce.

Contrarium tamen circa istam tertiam limitationem, quod scilicet periurus respondendo positionibus, & articulis extra ordinem puniatur, tenet Carauita in tit. 79. num. 7. & 8. & vide Riminal. cons. 591. & seq. lib. 3. vbi ampliat procedere etiam si respondeat verbo credit, vel non credit.

RESOLVT. CCLV.

1 *Periurus est, qui promisit soluere in termino, & non soluit.*
2 *Stante pœna ab homine statuta, cessat pœna legis.*
3 *Impeditus soluere in termino, non est periurus, maximè si præcepto superioris impeditur.*
4 *Impeditus soluere ex mandato, siue prouisione legis non incurrit periurium.*
5 *Creditori excommunicato debitor non tenetur soluere.*

An sit periurus, qui iurauit soluere in termino, & non soluit.

1 PEriurus est, qui soluere promittit in quodam termino, & non soluit, vt ex Federico de Senis in consil. 300. Ioann. de Imol. & Panormit. in cap. 1. de iureiuran. voluit Matth. de Afflict. in decis. Neapolit. 30. num. 5. in decis. 36. n. 2. Cappell. Thol. in decis. 402. incip. Item fuit quæsitum an sit periurus, notant Doctores in l. si quis maior C. de transact.
2 Primo intellige, quod si est facta promissio soluendi in tempore, & quod deficiens cadat à tali iure, tunc cessabit pœna legis, stante pœna ab homine statuta, post Augustin. Beroum in consil. 57. num. 5. vol. 3. voluit Hieronym. Magon. in decis. Florent. 96. num. 5. & 6.

Secundo intellige excusari debitorem à periurio, si
3 non soluerit in termino, impeditus ex præcepto, & mandato iudicis, siue superioris, quod non solueret, argum. l. non videntur data, §. quod iussu, ff. de regul. iur. Iason. l. fin. ff. qui satisdar. cogant, & voluit Thomas Parpalia in l. si quis maior. num. 33. vers. sexto facit, C. de transact. Anton. Gamma in decis. Lusitan. 285. num. 2. Ratione communi, quia in iuramento superioris excepta authoritas intelligitur cap. quemadmodum, vbi Panormit. de iureiuran. Anton. Fab. in Codic. Fabrian. lib. 4. tit. 19. definition. 2. num. 9. volum. 1.

Amplia etiam si mandatum, & præceptum iudicis fuerit iniustum, vt arg. notatorum per Bartolum in l. creditor, ff. de solut. voluit idem Parpal. in dict. l. si quis maior, num. 34. quos sequitur Gamma in d. decis. 285. num. 2.

Limitatur tamen, & subintelligitur non procedere si inhibitio, siue præceptum factum fuisset à iudice temporali, quia hoc non obstante debitor non soluens periurus efficeretur, argum. cap. significauit, vbi Doct. de censibus, & voluit Cappella Tholos. decis. 402. incip. idem fuit quæsitum, an sit periurus.

Quod dictum procedit, quando iudex temporalis id fine causa fecisset, secus autem, si causa iusta, vt ibidem post Bartol. in l. fin. ff. qui satisdat. cog. voluit Aufer. ad d. Cappell. Tholos. in d. decis. 402.

Tertio

Tertio intelligendum est idem procedere, si debi-
4 tor in tempore non solueret mandato, & prouisione legis, quia non incurreret periurium, vt exempli causa est in creditore, qui postquam fuerat iuratum à debitore, fuit excommunicatus, cui antequam absoluatur, debitor soluere non tenetur cap. veritatis de dol. & contum. Panor. in cap. quemadmodum de iureiurand. & post Angelum de Clauas. in summa §. iuramentum 5.num.27.& §.excommunicatio 8.num. 12. voluit Steph. Aufrer. in dicta Cappell. Tholosan. in decis. 402.

RESOLVT. CCLVI.

1 *Qui iurauit non reuocare testamentum, nihilominus validè illud reuocat.*
2 *Periurus est, qui post iuramentum de non reuocando testamentum illud reuocat.*
3 *Pro periurio potest quis puniri, quando commisit dolum in aduersarium.*
4 *Periurium committens, solum Deum habet vltorem.*
5 *Iudex temporalis potest punire periurum.*
6 *Periurium est mixti fori.*

An qui iurauit non reuocare testamentum, postea reuocando sit periurus.

QVi iurauit non reuocare testamentum, licet eo casu habeat iuramentum vim clausulæ derogato-
1 riæ, tamen non impeditur illud reuocare, Oldrad. in cons.127. & in cons.100. Panorm.in consil.48. n.4. vol.2. Iason.in cons.122.num.3.vol.4. Cardinal.Parisius in cons.24.num.66.vol.2. & in cons.69. num.111. vol.3. Marian.Socin. Nepos in cons.44. num.25. vol. 1.Nicol.Boer.in decis.Burdegal.204.num.19.20.licet autem mutare possit testamentum cum ambulatoria sit testatoris voluntas vsque ad vltimum vitæ exitum,
2 erit tamen periurus Ioan.Andr. in C.quod semel de regul.iur.in 6.& Nicol. Boer.in d.decis.204. num.17. Valet enim actus licet sit periurus, vt dicit Francisc. Viu. in decis.120.num.8.& 9.Marcell.Cardinal.Crescent.in decis.3. titul.de iure iurand. de quibus Guid. Pap.in decis.Grationop.127.in decision.128.& vtrobique addentes Ioan. Dilect. Durant de arte testand. tit.10.cautel.2. num.7.

Contrarium tamen, quod citra periurium possit fieri reuocatio post Didac.Couarr.de testam. part.2. num.15.Anton. Gamma in decis. Lusitaniæ 258. n.3. & sibi contrarius Ioan.Dilect. Durant de arte testan. tit.10.cautel.1. n.5. Hæc opinio substentabilis est, sed prima tutior.

3 Pro periurio potest ex officio quis inquiri, quando deierando commisit dolum in aduersarium argum. glos. in l. de periurio, ff. de crimine stellionat. voluit Cappell. Tholosan. in decis. 17. item fuit quæsitum si aliquis.

4 Periurium committens solum DEVM habet vltorem,l.2.C.de reb.credit. Ægid.Bos.in tit. de periurio in princ.Iul.Clar. in §. periurium num.12.de quo plenè Iacob.Menoch.de arbitr.iudic.quæst.lib.2. centur. 4.casu 319.num.13. & per totum. Guid.Pap.in decis. Grationop.178.sub num.8.Cyn.in l.si quis maior n.2. vbi Cagnol. num.27.Bartol. Bertazzol.in cons. crim. 201. num.3.4.vol.1. Nicolaus Boer. in decis.Burdeg. 305.per totam. Iacob. Concenn. quæst. iuris l.1. c.2. num.8.Iacob. Cuiac.obseruat.lib.2. cap.19. Francisc. Duarenus,disputat.anniuers.lib.2.cap.37. Petrus Foller.in pract.censuali, verb. Nicolaus Episcopus, n.75. cum pluribus sequ.Paul.Granut. Theor.3. n.num.20. Decian.in tract.crimin.li.6.c.13.n.2.vbi amplè vol.2. Matth. de Afflict. in constitutionibus Regni. Ruber. de periurijs ante vers. eos qui scienter.

Quamuis supranotati Doctores admodum laborent super intellectu dictæ l.2.C.rebus creditis, tamen dubium non est imminere pœnas etiam temporales
5 coram iudicibus etiam temporalibus, coram quibus de periurio agi potest, etiam per viam iurisdictionis primitiuæ, vt de pœna fustigationis annotatur in l. si duo patroni §. fin. ff. de iure iur. & in l. si quis maior C.de transact.est enim delictũ mixti fori,in quo quoad pœnam peccati punit Ecclesiasticus iudex, & quoad pœnam legis ciuilis, vel statuti punire potest laicus iudex, Ludouic.Roman.in cons.512.num.11. Guido Papæ in decis. Grationop.178. in princip.Petr.Foler. in pract.censual.in verb.Nicolaus Episcopus num.83. cum pluribus sequ. Petrus Belluga in Specul. Principum rubr. 12. quædam sub num. 3. vers. si verò agatur de iuramento, vbi allegat Anton. de Butr. in cap. cum sit generale de foro competent. dicentem iudicem temporalem posse punire periurium etiam pœna à canone,vel synodali constitutione indicta,(quod ego intelligerem de pœna temporali mera, à canone imposita,) & ad primam supradictam conclusionem posse punire iudicem temporalem plenè docet Nicol.Boer.in decis.Burd.305. per totam. Augustin. Berous in consil.8. num. 23. & in cons. 207. sub num. 6. vol. 3. Diuisæ enim sunt pœnæ spirituales à temporalibus iuxta illud Ciceronis de legib. lib. 2. dum ait periurij pœna diuina exitium, humana dedecus, quo dicto vtitur Claudius Cantiuncula in cons. 25. num.11.Tiberius Decian. in tract.crimin. lib.6. c.12. num.9.vol.2.

RESOLVT. CCLVII.

1 *Periurus de iure Canonico incurrit infamiam.*
2 *Periurus nequit esse testis.*
3 *Periurus nequit esse testis,etiam si fuerit emendatus per pœnitentiam.*
4 *Periurus in vno articulo, repellitur in omnibus.*
5 *Periurus in vna causa, nec probat in alia.*
6 *Nec per torturam purgatur periurium.*

An per periurium contrahatur infamia.

1 INfamiam incurrit periurus de iure canonico, cap. querelam de iureiurand.c.infamis,cap.qui cunque 6.qu.1.glos. in cap.quanto in fin.de iureiur. Lucas de Penna,in dicta l.quoties,C.de dignitatibus lib.12. De iure verò ciuili non semper, sed in aliquibus casibus, de quibus Accursius, Bartolus, Lucas de Penna, & Ioan. de Platea in dicta l. quoties. Matth. in constit. Regni blasphemantes n.4.Francis. Marc. in dec. Delphin.707.n.1.2. vol.1.

2 Qua stante infamia,periurus testis esse nequit, cap. si quis coniunctus 22.q.4. Tyndarus in tract. de testibus par.1. c.12. & num.4. 12. Steph.in tract. de testibus n.81. Nepos de Monte Albano in tract. excep. artic.19.& n.10. Cornel. in cons.324. n.5. vol. 3. & in cons.152.vol.3. Carol. Ruin. in cons.158.num.4. vol. 5. Raphael Fulgos.in cons.107. in cons. 173. Dec.in cons.189.num.8. Iason. in d.leg. si duo patroni §. fin. num.2.de iureiur. Crauett. in cons. 6. num. 14. Ioan. Cephal.in cons.233.num.4. vol.2. Barth. Bertaz. in cons.451.n.3.vol.2. Octauian. Cacher.in decis. Pedemont.79.num.7.

3 Amplia primo etiam si fuerit emendatus per pœnitentiam glos.in c.fin.in verbo periurio de iureiur. in 6.Felyn.c.tertio num.17.vers.3.conclusio de testibus. Francisc.Marc.in decis.Delp.708. sub n.4. vol.1.

Amplia secundo, quod quamuis aliquis sit periu-
4 rus in vno ex capitulis, siue articulis nihilominus repellitur in omnibus. Alexand. in cons.41. num.7. vol. 2. in cons.183. n.3.vol.7. Marian. Senior in cons.156. num.9.

n.9. vol.1. Bart. Socin. in conſ.255.num.9.vol.2. Philipp.Probus ad Ioan.Monac.in cap. accuſatur num.1. de hæretic.

5 Amplia tertiò, quod etiam ſi ſit periurus in vna cauſa, quod nec in altera probat, eſto quod dicat in alijs veritatem in eodem iudicio cap.ex parte vbi Panorm.de teſt. Alex.in conſ.93.col.3.vol.5.Iacob.Philipp.Portius in conſ.204.n.10.Pet. Ant. Ang. in conſ. 3. num.4. lib.1.

6 Amplia quarto, nec per torturam purgari periurum, vt fidem facere poſſit, quia iuramentum eſt indiuiduum vt inquit Franc.Bec.in conſ.45.n.10. vol.1. Franciſc.Barſæ in conſ.79.num.vndecimo vol.1.Ioan. Cephal. conſ.234. n.34. vol.2. Ioan. Botta in conſ.2. n.63. vol.1. Hyppolitus Riminal. in conſil.113. num. 34. volum.1. Menoch. de Arbitr. iudi. quæſt. lib.2. Centur.2. caſu 128. & numer.16. Crauett. in conſ.6. num.16. & multos allegans Tiber. Decian. in tract. crimin.lib.6. c.13. ſub n.15. in fine vol.2. ſed vide infra hoc eod. lit. num.61.

RESOLVT. CCLVIII.

1 *Exceptio periurij oppoſita, impedit proceſſum ad vlteriora.*
2 *Propoſita exceptione periurij, ſi iudex proceßerit ad vlteriora erit appellandum.*
3 *Oppoſita exceptione, ſi iudex procedit ad vlteriora videtur reieciſſe exceptionem.*

Propoſita exceptione periurij, vt iudex procedendo ad vlteriora non cenſeatur illam reijcere, an ſit neceſſaria opponentis appellatio.

1 EXceptio periurij oppoſita impedit proceſſum ad vlteriora, & oppoſita operatur, quod periurus non audiatur, quia eſt litis finitæ, & ad vlteriora procedi non poteſt, quia eſt proceſſus annullatiua, repellitque ab agendo, arg. l. ſi quis maior vbi Doctores Cod. de tranſact. Speçul. in tit. de actore verſ. item quia eſt periurus, Ioann. And. in capitul. delatores de iureiuran. Federic. de Senis in conſil. 301. Alexand. in conſil.17. vol.2. Marian. Senior in conſil.30. numer.21. vol.1. Corne. in conſil.6. vol. 1. Bartol. Socin. in conſil.59. numer.14. vol.3. Cardin. Pariſ. in conſil.26. numer.5. volum.3. in conſil. 5. num.160. volum.4. Bald. in conſil.118. çolum.2. volum.4. Franc. Aretin. in conſ.71. colum.1. Aym. Crauett. in conſil.6. num.14. & in conſil.191. numer. 7. antea in conſil.149. numero 13. & in conſilio pro genero num.6. Iaſon in l. ait prætor la ſeconda num. 12. ff. de iureiur. Franciſc. Marc. in deciſ. Delphin. 708. num.5. volum.1. Hyppolit. de Marſil. in conſil. 107. num.9. volum.2. Roland. à Valle in conſil.26. num.28. volum.3. Octauian. Cacheran. in deciſio Pedemontan. 142. num.13. Marian. Iunior in conſil. 125. num.2. 5. volum.3. Iacob. Menoch. in conſ.24. num.2. 8. 29. vol.1. quem refert, & ſequitur Achil. Pedrocca in conſil.35. num.101. volum.1. Vendelin. Schellin. actionum, & exception. Forenſium tit. de exception.iuris iurandi c.238. verſ. Nota primo Io. Bapt. Afin. in pract. ciuil. iudic. cap.9. num.8. 13. dixi ego in conſ.11. nu.10. Centur.1. Petr. Termineus in proceſſu iuris ſcripti cap.27. verſ.4. exceptio, Thom. Gram. in dec. Neap.66. n.2. & Marant. in Spe. Aur. par.6. in verb. exceptio num.36. 37. Io. Tho. Minad. in deciſ. Neap.2. num.3.

2 Qua exceptione oppoſita ſi iudex proceſſerit ad vlteriora neceſſaria erit opponentis appellatio, alias per conſenſum tacitum tranſeundo ſine appellatione videtur, quod pars remittat oppoſitam exceptionem, Abb. Panormit. in cap. ex parte num.2.de appell.Corn. in conſ.85.colum.3. verſ. & ideo proceſſu volum.4.Carol.Ruin. in conſ.61.num.96. vol.5. Sebaſtian. Vant. de nullitatib. tit. quib. mod. ſent. null. repar.num.61.Aym. in conſ.248. num.9. in conſ.302. num.6.Anton.Maſſa Galleſ.de oblig.in forma camer. p.2.q.4.num.8.Iacob.Menoch.de recup.poſſ.remed. 1.n.167.168. facit quod ſcribit Card. Puteus in deciſ. 202. lib.2.

Declara ſi iudex oppoſita periurii exceptione de cauſa cognouerit, vt tunc demum appellatio ſit neceſſaria. Lud.Rom. in conſ.220. n.8. poſt Bart. in l.ã procedente C. de dilat. & voluit Iacob. Menoch. in 3 conſ.24. nu.24. vol.1. ſub intellige quod ſi iudex procederet ad vlteriora videtur exceptionem propoſitam reieciſſe ex Rota in antiqu.in deciſ.13. tit.de except.Corn.in d.conſ.85. colum.3. vol.4. Riminal.iun. in conſ.84.n 18.in conſ.105. n.8. vol.1. Menoch. in d. conſ.24.num.9. vol.1.

RESOLVT. CCLIX.

1 *Iudex Eccleſiaſticus cognoſcit de crimine periurij.*
2 *Iudex ſæcularis poteſt punire laicos periuros.*
3 *Poteſt iudex ſæcularis cogere laicum, cui turpiter eſt iuratum, vt remittat iuramentum.*
4 *Iudex laicus poteſt cogere ſæcularem ad obſeruantiam iuramenti liciti.*
5 *Quando relaxatio iuramenti ad effectum agendi petitur tunc non citatur pars aduerſa.*
6 *Qui iurauit non petere relaxationem à iuramento, tenetur hoc exprimere quando petit relaxationem.*
7 *Præſtita relaxatione iuramenti à iudice Eccleſiaſtico, tunc ipſe iudex annullat contractum, propter vitium vſuræ, ſimoniæ, vel aliud ſimile.*

An de crimine periurij cognoſcat iudex Eccleſiaſticus.

1 COgnoſcit iudex Eccleſiaſticus de crimine periurij etiam inter laicos ſecundum gloſ.3.dict.cap. cum ſit generale, quod intellige verum quando agitur ad pœnitentiam in foro conſcientiæ, & etiam in foro contentioſo, vbi agitur de relaxatione iuramenti, aut de viribus, & de validitate illius. Nam tunc laici ratione iuramenti efficiuntur de foro competenti Eccleſiæ iuxta cap.fin. de foro competent. in 6. & firmant. Pau.Marianus, & Felyn.num.7.d.cap.Aufrerius de poteſtate ſæculari reg.4. Fallent.4. Selua in tract.de iureiur.2. par.q.5. Fortunius de vltimo fine 2 num.325. Ceterum ſæcularis iudex punire poteſt Laicos periuros iuxta text.in cap. Rex debet 23. qu.5. & probat Romanus in ſingulari 420. Couar.in c.quamuis pactum 1.par. §.3. num. 11. in 6. & l.1. cum ſeqq. 3 tit. 17. lib.8. recopillat. poteſtq; ſæcularis cogere laicum, cui turpiter eſt iuratum, vt remittat iuramentum, vt cum alijs reſoluit Couar. lib. 1. variarum cap. 4 4. n. 5. verſic. verum. Poteſt etiam ſæcularis cogere laicum iurantem ad obſeruantiam iuramenti liciti, vt cap. licet mulieres de iureiur. in 6. num verò poſſit ſæcularis iudex cognoſcere, ſi relaxatio iuramenti ſit nulla, quando id opponitur contra abſolutum, vide Ancharan. in conſ.382. n.6. & circa praxim, quæ verſatur in petenda relaxatione iuramenti vltra ea, quæ tradit Couarr. lib.1. variar. cap. 4. num.5. & Roland. 5 in conſ. 34. num. 7. lib. 1. aduerte quod quando relaxatio iuramenti petitur ſolummodo ad effectum agendi ab Epiſcopo, tunc pars aduerſa non citatur ad videndam illam relaxationem, & in hac ſpecie poteſt procedere reſolutio tradita à Couarr. in d.c.4.num.6. aſſerente neceſſariam non eſſe citationem partis aduerſæ, & ita in praxi ſeruari, tamen quando prædicta relaxatio ad effectum agendi petitur coram Epiſcopo, vel

po, vel eius Vicario pars aduersa erit citanda, vt resoluit Felyn. cons.300. & Dominicus in cons. 16. & plures alijs, quos refert Couar. in d.c.4.num.6. & ita praxis obseruat quicquid in oppositum dicat Couarr. & Iacob. Menoch. in cons.24.n.11.& 12. indistincte asserat aduersarium semper citandum esse. Et est aduertendum, quod petens hanc relaxationem iuramenti tenetur in ipsa petitione facere mentionem de iura-
6 mento, & sic iurauit se non petiturum relaxationem, & si sibi concessa fuerit etiam motu proprio, se non vsurum, de his omnibus tenetur mentionem facere in sua petitione, vt resoluit Felynus in cap. constitutus num.13.& 14. de rescript. & in prædicto art. quando relaxatio iuramenti petitur ad effectum agendi, aduertendum est, quod in petitione relaxationis simul, & in eodem libello erit concludendum, quod præstita relaxatione à iudice Ecclesiastico ipse iudex annullet, & rescindat ipsum contractum; Nam ad hoc etiã erit competens inter laicos ratione iuramenti secundum Bald. in l. ordinarij not. 2. C. de rei vendic. & est communis opinio, à qua in praxi difficile esset recedendum secundum Dec. in Rubr. extra de iudic. n. 2. Quamuis in puncto iuris ipse Dec. contrariam dicat veriorem esse, quem in hoc sequitur Couar. in dict. c.
4. n.7. & 8. dicens opinionem Baldi veram esse quo-
7 ties præstita relaxatione iuramenti contractus veniret rescindendus propter vitium vsuræ, simoniæ, vel propter aliud simile; cuius cognitio pertinet ad Ecclesiasticum iudicem, secus tamen esset, si alio iure contractus rescinderetur.

PRAXIS PERMVTATIONIS Beneficiorum.

RESOLVT. CCLX.

1 *Permutantes an possint ad sua beneficia redire sine noua collatione, & num. 2. 3. & 4.*
2 *Requiritur declaratio superioris, qui declaret licere permutantibus redire ad beneficia.*
3 *Sed contrafacientes non incurrunt pœnas.*

An beneficium permutatum reuertatur sine noua collatione ad permutantem.

IN hac quæst. sunt plures diuersæ opin. quarum prima fuit opinio Dominorum de Rota in Nouis, & de rer. permut. dec. 1. & 3. alias secundum numerum meum 23. vers. in tertio dubio dec. 64. volentium,
1 permutantes non posse ad sua redire beneficia sine noua collatione, & idem tenuit Petr. de Peruf. in tract. de rerum perm. in 6. q. vers. nunc videamus de sexto principali, qui respondet ad c. si benef. de præb. lib. 6, & ijdem Domini de Rota de rerum perm. in antiqu. dec. 9. alias 202. & idem in recollectis per Bern. de Bisigneto cod. tit. dec. 3. incip. vtrum permutantes, & Ant. de But. in c. cum venerabilis de except. & in hanc inclinat partem Abb. sic ibi, & Fely. col. 4. vers. vtrum permutantes inualidè, & c. quamuis non figat pedem, & idem Dom. in c. vno col. 5. vers. sed circa præmissa est dubium eod. lib. 6. & Petr. de Anch. in c. pen. de rerum perm. & Fed. de Senis cons. 107. & Soc. in conc. 168. lib. 2. incip. in primis determinata est, dicens hanc opin. magis esse communem, & And. Barb. in d. cap. pen. q. vlt. & dic. Capp. Thol. dec. 261. in vlt. quæst.

Secunda opinio huic contraria est posse permutantes ad priora redire beneficia sine noua collatione ab ordinario obtinenda, & hæc fuit opinio Dom. Ioan. Andr. in d. cap. vno, & etiam dominorum de Rota in antiq. de rerum permut. decis. vlt. saltem opus esse secundum ipsos licentia sine executione, aut alia collatione, & in hanc sententiam inclinat Fed. de Senis in tract. de rerum permut. qu. 8. & 10. in fin. & idem Lap. in d.c. vno, & ibi Felyn. Fran. col. 5. cum seq. per text. in d.c. si benef. & ibi Domin. circa fin. dicit istam esse communem, & in cle. vna, & ibi Bonif. de Vital. num. 91. & latius num. 96. de rerum permut. & idem Feder. de Senis sibi contrarius in cons. 156. incip. punctus talis est Pet. Rector. & Imol. in d.c. pen. vbi plenè examinat dicês pariter hanc opinionẽ magis æquam, vt euitetur circuitus, & idem tenet Card. Zab. & Inn. in c. fin. eod. tit., & istam sequitur Phil. Decius in d. c. cum venerabilis col. 9. post princ. vers. sed dubium est, vbi dicit opin. Io. And. fundatam in æquitate, & substentabilem esse, & idem ibi collecta in princ.

2 Tertia fuit opin. requirens declarationem superioris, declarantis ipsos permutantes posse ad sua beneficia redire, propter quam superioris authoritatem præsumitur fraus non interuenisse, vt tenet Albert. Lampagnano in rep. d. cap. vni. de rerum permutat. q. 7. & in hanc etiam voluerunt inclinare sententiam Domini de Rota in d. dec. vlt. & etiam in d. dec. 3. recollect. per Bern. de Bisigneto, tamẽn secundum eos
3 ibi contra facientes de facto non incurrunt pœnam cap. de multa de præb. nec cap. eum qui eod. lib. quid dicendum, secundum opinionem Io. Andr. fuisse in Curia conclusum, quam videntur tenere Domin. de Sancto Gem. cons. 21. col. 7. vers. non obstat, nec potest de iure Io. de Selua in tract. de benef. in 3. par. qu. 32. p. 3. circa med. & Guido Pap. sing. 838. in fin. & latum fuit arrestum die 3. April. Ann. Domini...

RESOLVT. CCLXI.

1 *Dolus putatiuus excusat à fructibus perceptis non extantibus.*
2 *Possessor tenetur restituere fructus si ei ius non assistit, sed potius resistit.*
3 *Iustè excommunicatus, si postea absoluatur, non potest recuperare fructus medij temporis perceptos.*
4 *Donatarius non tenetur restituere fructus perceptos, resoluta donatione ob natiuitatem filij.*

An permutantes ad eorum beneficia redeuntes teneantur restituere fructus interim perceptos.

PRo resolutione dubij prædicti videbatur dicendum quod non, cum sint bonæ fidei possessores,
1 & dolus putatiuus excusat a fructibus perceptis non extantibus, vt in simili not. & in l. ex diuers. ff. de rei vend. & in cap. grauis de rest. spol. & per hæc iura tenet Petr. de Anchar. in d.c. si beneficia col. 2. vers. sed circa hoc occurrit dubium de tribus, & eum ibi sequitur Phil. Fran. col. 2. vers. in glo. in verb. culpa quamuis vt inquit de Anc. Pau. Peruf. de Perusio in rep. illius c. velit contrarium quod teneantur restituere, qui tamen non respondet ad bonam fidem, & miratur de Doct. sc. in preced. q. allegatis, qui non posuerunt hanc quæstionem, & hanc secundam p. quod non teneantur ad fructus restituendos tenere videntur Host. in c. dilecti de præb. vult omnia fore restituenda, & sic non solum beneficium, sed etiam fructus; sed primam tenuit Ægyd. quem refert Abb. Sicul. in c. dilecto col. 2. in vers. vnde dictum scilicet bonæ fidei possessores non teneri ad rest. fructuum, & intelligi illum text. quod conpellatur restituere possessiones tantum pertinentes ad beneficium, vel præb. Abb. Sicul. in d.c. dilecto, cõcordat istas opin. quia aut possidenti ius assistit, & nõ resistit, & prima tunc procedit opinio quod
2 non teneatur fructus restituere, si verò ius resistit, tenetur tunc ad restitutionem fructuum arg. l. quemadmodũ C. de agr. & cens. lib. 11. & pro hoc facit regula, qui contra iura mereantur, bonam fidem non præsu-

mun-

mutatur habere, vnde cum possideat iure sibi resistente, tenetur ad restitutionem fructuum quantuncunq; fuerit bonæ fidei possessor, vt patet in c. maioribus de præb. & pro hac Abb. dec. facit l. Prædonis ff. de petitio. hær. & not. per Bal. ibi dicentem quod si fortè Prælatus faciat cõmitti homicidia, vel alia propter eaque fiat indignus, quod licet interim sit Prælatus, & habeat administrationem iuris, & facti, nihilominus censetur Prædo, & si post multos annos deponatur à prælatura tenetur ad restitutionem fructuum medij temporis perceptorum. Et idem latius ibi Ang. quem ibi sequitur Paul. de Cast. sed in hoc tenet contrarium Felyn. in cap. de quarta, col. 11. in princ. ver. faciunt. Postremò prædict. ad q. de præscript. scilicet vtrum clericus dignus priuatione beneficij faciat fructus suos donec in beneficio toleratur. Et arguit pro, & contra, & finaliter concludit clericum non teneri ad restitutionem fructuum. Quod septem probat rationibus respondens ad l. prædonis, & adnot. ibi per Bal. Ang. & Paul. de petitio. hæred. vt ibi latius per eum causa breuitatis, & pro communi dec. quæstionis nostræ facit, quod
3 dicitur de clerico, dicendum est etiam de iustè excõmunicato, quod eo absoluto ab excommunicatione non possit recuperare fructus medij temporis sibi subtractos vt tenet glos. vlt. in fin. quam ibi sequuntur Gaufr. Host. Henr. Bohic. & Abbat. Sicul. colum. vltim. versic. in eadem causa, & c. pastoralis cap. verum de appell. per text. quem allegat. glos. in leg. cum allegatis Codic. de re milit. lib. 12. & ibi Iac. Rebuff. in addit. ad Bart. & idem de Sanct. Geor. olim Car. Alex. Philip. Franc. & Decius in d. c. verum, & idem videtur sentire glos. in l. inter quos damni, & ibi Bart. ff. de damn. infect. vbi gl. assumit argum. pro sacerdotibus nostris vltramontanis excommunicatis vt nihil recipiant de fructibus, & sic post absolutionem non recuperent fructus, pro hoc etiam facit, quod donatarius non tenetur restituere fructus perceptos resoluta
4 donatione, natiuitate filij iuxta l. si vnquam, & tenet ibi de Ripa q. 40. C. de reuoc. don. & idem in alia donatione in ipsa reuocata quod non teneatur restituere fructus, voluit gl. in l. neque vllam omnibus in vers. vxor. & ibi Bald. Lud. Bolog. in secundis interpret. qui allegat Franc. de Aret. ita tenere.

RESOLVT. CCLXII.

1 *Beneficium vnitum, perdit nomen beneficij.*
2 *Beneficium vnitum est de mensa eius, cui est vnitum.*
3 *Vnio perpetua est extinctiua tituli.*
4 *Quando resignatio fit in fauorem, Papa solet suspendere vnionem secus si fiat mentio vnionis.*

Permutatio an fieri possit de beneficio vnito.

REspondi minimè de iure potuisse fieri permutationem præfatam, ex quo beneficium secundum Rotam decis. 11. de rebus Eccl. non alienandis perdit
1 nomen beneficij, nec potest appellari aliud, quod erat ante vnionem, sequitur Felyn. in cap. in nostra. Corollar. 38. de rescriptis, idem Ferret. consil. 125. num. 1. tom. 1. consil. 155. num. 7. Rota decis. 11, num. 1. de rebus Eccles. non alienand. in antiquis. Oldrad. consil. 257. incip. factum tale est num. 15. vers. per vnionem tamen, & num. 18. vers. nec dubitandum. Caccialup. tract. de Vnionibus art. 8. num. 8. Federic. de Senis tract. de rerum permutation. qu. 33. Gonzalez vbi proximè num. 1. Seraphin. decis. Rotæ 10. 11. num. 1. & 5.

Facit idem Federic. de Senis cons. 200. incip. quod permutatio circa medium versic. præterea vbi ait, quod quando beneficium est vnitum durante Vnione non est vacaturum nec potest concedi, quia censetur
2 de mensa illius, cui est vnitum Ferret. dict. cons. 142. num. 8. Gomez post Feder. & alios in regula de triennali quæst. 8. nu. 2. vers. quod autem Paris. cons. 31. n. 10. vol. 4. Caccialup. de Vnionibus art. 8. n. 7. Mandos. Regula de infirmis quæst. 10. num. 2. Gonzalez super regul. 8. Cancellariæ §. 7. glos. 5. num. 7. clement. 1. de supplem. neglig. Prælat. Clementin. frequens de excessibus Prælat. Gregor. de benefic. Eccles. cap. 20. num. 15.

Et ita est resolutio certa, quod beneficium semel vnitum non potest impetrari. Felyn. in cap. in nostra num. 23. Corollar. 27. de rescriptis. Rota decis. 46. eodem titul. in antiquis. Rebuff. in praxi beneficiali titulo de Vnionibus num. 14. Puteus lib. 1. decis. 247. à num. 7. Selua in tract. de benefic. par. 3. qu. 15. n. 76. Gonzalez dict. glos. 5. num. 22. Rota decis. 13. vt lite pendente in nouis num. 2. nec resignatur, vt post Oldrad. cons. 257. à num. 20. vers. 3. & Petr. Gregor. Syntagmat. Iuris lib. 17. cap. 17. n. 18. tradit Paris. lib. 2. de resign. beneficiorum qu. 9. n. 1. & 2. idem probans in permutatione, quæ nequit fieri de beneficio Vnito. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de præben. in princ. Feder. de Senis tract. permut. benefic. qu. 33. Rota decis. 3. de rerum permut. in antiquis, & in decis. 1. eod. titul. in antiquioribus. Gambar. in cap. licet num. 38.
3 eod. tit. 6. est enim Vnio perpetua extinctiua tituli, tollens omnia vincula secundum Cassador. decis. 2. de Vnionibus num. 2. & ipsa fuit nulla ipso iure prouisio quæ prætenditur facta fuisse dicti præstimonij in personam D. Francisci de Pareia, in fauorem cuius resignasse dicitur dictum Didacum de Vlloa, & euidentius est nulla prouisio facta dicto Dionysio de Rojas,
4 nam licet Papa soleat suspendere vnionem virtute resignationis in fauorem factæ, vt per Mandosium de signatura gratiæ tit. renunciationis col. 4. in fine, & fuit resolutũ in vna Conchensi Præstimonij 23. Octob. 1542. testibus Puteo lib. 1. decis. 357. & Paris. d. quæst. 9. num. 8. & sequente, si tamen Pontifex, non facit expressam mentionem Vnionis suspendendo illius effectum pro ipsa vice est ipso iure nulla prouisio, nec prouiso titulum præstat Felyn. in dicto cap. in nostra num. 23. vers. 27. Corollarium de rescriptis. Selua de beneficijs dicta par. 3. qu. 11. n. 76. Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 201. num. 133. quia ex actu nullo nihil sequitur, l. si vt proponis, 1. C. quomodo, & quando Iudex, l. quoties ff. qui satisd. cog. Reb. respons. 59. vers. 3. qui in respons. 20. vers. non obstat ait quod vnione facta nulla est facienda alteri collatio beneficij, & si de facto fiat non procedit præscriptio ex mala fide argum. cap. Vigilanti de rescriptis. Lopez in l. 54. tit. 5. par. 5. glos. 2.

RESOLVT. CCLXIII.

1 *Beneficiorum permutatio præsumitur in fraudem, quando adest magna beneficiorum inæqualitas, senium, infirmitas ex qua infra octo dies quis moriatur.*
2 *Prædicta debent copulatiuè concurrere ad præsumendum fraudem.*
3 *Erectio beneficij simplicis pinguis in loco, in quo est aeris intemperies præsumitur fraudulenta.*

In permutatione beneficiorum, quando fraus præsumatur.

1 PErmutationem factam fuisse in fraudem præsumitur ex magna beneficiorum inæqualitate, senio, infirmitate ex qua infra octos dies quis moriatur, quæ simul concurrant. Rota in antiquis in decis. 361, incipit nota præsumitur Bell. in decis. 344. n. 1. Franc. Marc. in dec. Delph. 510. num. 5. & in decis. 1126. numer. 3. vol. 1.

Licet

Licet in permutatione beneficiorum ad fraudem præsumendam non inspicitur quod vnum beneficium sit minoris valoris, quam aliud Rota in antiqu. in decis.129.incip. nota quod non vitiatur Cardinal. Bisig. in decis.2.& in decis.4.titul. de rerum permutat.

Contrarium videtur, tenere eadem Rota in antiq. in dec.361.incip.nota præsumitur in fin. vbi inquit ex sola inæqualitate valoris beneficiorum præsumi commissam fraudem permutatione in præiudicium expectantium,arg.l.dolus C. de rescin. vend. Ioan. in c. fin.de rerum permut.in 6. nouell.

Declara tamen fœdere distinctionis fraudem in
5 permutatione præsumi, si hæc omnia simul interueniant. Primo magna beneficiorum inæqualitas. Secundo inter permutantes magna coniunctio sanguinis. Tertio si ex senio,vel infirmitate magna, & morte inde sequuta infra dies octo,vt dicit Rota in antiq.
3 in d. dec. 361. aut quia fortè permutans, pingue beneficium fecit ob acris intemperiem, vel ob non tutum ibidem accessum optime. Pet.de Anchar.in consil.279.incip. qu.proponitur in cons.389.incip. in casu præmisso,vbi plenè quem sequitur Franc.Marc.in decis.Delphin,1127. per totam vol.primo. Boer.in dec. Burdegal.2.n.55.plenè Faber in Codic.Fabrian. lib.1. tit.2.de fin.88. vol.1. idem Francisc.in decis.510.n.1. lib.1.Bellamer,in decis.348.n.1.

PRAXIS POLLVTIONIS Ecclesiæ, eiusque reconciliationis.

RESOLVT. CCLXIV.

1 *Pollutio Ecclesiæ variis ex causis contingit.*
2 *Quibus modis Ecclesia polluitur.*
3 *Sanguinis effusio facit Ecclesiam pollutam.*
4 *Qualis debeat esse sanguinis effusio, vt per eam Ecclesia dicatur polluta.*
5 *Sanguis in vase receptus etiam polluit Ecclesiam.*
6 *Qualis debeat esse pollutio seminis, vt polluatur Eccles.*
7 *Quid faciat scienter celebrans in Ecclesia polluta.*
8 *Quæ sancta sunt coinquinari non possunt.*

Quæ concurrere debent, vt Ecclesia dicatur polluta.

TRactaturi qualiter Ecclesia dicatur polluta prius discutiendum erit, quibus modis polluatur, & quæ concurrere debeant, vt polluta censeatur, quoad
1 primum dico Ecclesiæ pollutionem variis ex causis contingere.
2 Primo sanguinis effusione cap. proposuisti de consecrat.Ecclesiæ, vel Altaris. Secundo seminis effusione. Tertio cum excommunicatus in ea sepellitur capitulo consuluisti de consecrat. Eccl.vel Altar. Quarto cum sepellitur aliquis infidelis cap. Ecclesiam 1.de consecrat.Eccles.vel Altar. Quinto cum consecratur Ecclesia ab Episcopo excommunicato d.c. consuluisti. Nos verò intendimus de duobus primis modis.
3 Secundo vt Ecclesia per sanguinis effusionem dicatur
4 polluta, & primo vt sit iniuriosa, & voluntaria sanguinis effusio, hinc si ioco, aut correctione sequeretur sanguinis effusio, vel ob sui tuitionem,nisi modum excedat,vel si facta esset puero, vel ebrio, aut insano, non diceretur Ecclesia polluta. Sotus 4. sentent.dist. 13.qu.2.tit.1.Vict.in summ.Sacr.n.90. secundo aut si magna effusio sanguinis,& non ex more, vt solet multum sanguinis exire. Tertio vt effusio sanguinis, vel seminis sit publica, vel ex confessione eorum, qui hoc fecerunt, vel ex euidentia facti cap. per vestram,cap. fin. de cohab. cleric. vel mulier. Quarto vt fiat intra
5 Ecclesiam quamuis sanguis in vase recipiatur,vel percussus, ita cito extraheretur vt sanguinis in Eccle-
6 siam non caderet, sic pollutio seminis humani, vt polluat Ecclesiam oportet vt sit voluntaria, vnde per nocturnas pollutiones, quæ fiunt in somnis, vel quæ ex impetu accidunt ob visam formosam mulierem, vel si esset quædam humectatio, aut esset secreta, non pollnitur Ecclesia. Et polluitur Ecclesia siue fiat pollutio voluntaria illicita, siue licita, vt viri cum vxore.

Effectus autem pollutionis Ecclesiæ est, quia impediuntur diuina sacrificia;quare qui scienter celebra-
7 ret, peccaret mortaliter, non tamen esset irregularis c.is qui, de senten. excommun. in 6. Verum secundum Sylu. efficeretur suspensus, & si post suspensionē celebraret,efficeretur irregularis per c. Episcoporum de priuileg. in 6. Sylu. in verbo consecratio 2. in fine. Et dicitur polluta Ecclesia non in se, nam quæ sancta
8 sunt coinquinari non possunt c. fin. 15. q.vlt. sed quoad opinionem hominum, qui eam polluunt quantum in ipsis est.

RESOLVT. CCLXV.

1 *Ecclesia non polluitur per percussionem factam intus si emissio sanguinis fuit facta extra Ecclesiam.*
2 *Modici sanguinis effusionē Ecclesia non dicitur polluta.*
3 *Opinio in contrarium firmiter tenenda.*
4 *Quot sunt necessaria ad hoc vt Ecclesia dicatur polluta.*
5 *Homicidium in Ecclesia absque sanguinis effusione polluit Ecclesiam propter iniuriam,& debet reconciliari.*
6 *Ad pollutionem Ecclesiæ non requiritur sanguinis effusio, sed sufficit percussio.*

An Ecclesia dicatur polluta si percussio fiat in Ecclesia, & sanguinis effusio extra.

1 DVbitabatur si Ecclesia censeretur polluta si percussio fuisset facta in Ecclesia,& sanguinis emissio extra eam, & prima consideratione videbatur negandum ex eo, quod vt communiter tradunt omnes in cap. vnico de consecratione Ecclesię lib. 6. Ecclesia polluitur emissione sanguinis, igitur si sanguis ibi non fuit emissus nō polluitur, facit etiam ad hoc commu-
2 nis Canonistarū opinio, quæ videtur esse, vt per modici sanguinis effusionem Ecclesia minime dicatur violata, & nec vlla egeat reconciliatione Syluestr. in verb. consecrat. Sotus in 4. sent. dist. 13. q. 2. arti. 2. Nau. in Manuali cap. 27. num. 251. Sum. Victor. de Euchar. q. 99. Grattius in prima parte lib. 2. cap. 48. num. 25. per text. etiam in Clem. ne Romani verbo
3 effundendo de elect.

Cęterum contrarium firmiter tenendum est; pro
4 cuius opinionis confirmatione facit; quia hic concurrunt omnia, quæ sunt necessaria, vt Ecclesia dicatur polluta quæ sunt quinque, de quibus ait Graff. in resolutione 1. libro 3. vt sanguinis effusio sit publica. Non enim sufficit vt sciatur a duobus, vel tribus Abb.in c. significasti num. 2. de adulter. Secundo vt sit illicita. Tertio vt sit magna effusio sanguinis secundum communem. Quarto vt fiat intra Ecclesiam. Quinto vt sit voluntaria Sotus in 4. sent. distin. 13. q. 2. artic. 3. Victor. quæst. 99. de sacrament. Sylvest. in verbo consecratio §. 5. Nauarr. in Nanua. cap.27. num. 251.

5 Secundo patet per doctrinam Ioann.a Turrecrem. in capit. si motum num.secundo de consec. distin. 1. vbi dicit Ecclesiam esse reconciliandam, quando aliquis occideretur in Ecclesia, ita quod totus sanguis eius reciperetur in suis vestibus, vt nulla gutta sanguinis remaneret in Ecclesia,& hoc proprer iniuriam factam Ecclesiæ,quia esset in ea homicidium patratum, facit etiam tex. in c.proposuisti ti.nostro vbi propter homicidium, & vulnera reconciliatur Ecclesia, &

tamen

tamen ibi non dicitur. An fuerit sanguinis effusio necne. Hoc idem in cap. vnico eodem titul. in 6. imò dixit Afflict. in const. si quis aliquem rubr. 12. num. 3. versicul. secundo quæro quod si quis percusserit aliquem in Ecclesia causando tumorem, qui postea opus sit, vt aperiatur ferro, Ecclesia dicitur polluta, quia percussio fuit iniuriosa; & ratio est, quia non est de essentia pollutionis Ecclesiæ, quod sanguis exeat
6 tũc, sufficit enim quod percussio sit iniuriosa, & quod sanguis postea exeat in quantitate, secus verò si aliquis verberaret aliquem in Ecclesia causando liuorẽ, quia tunc non est polluta Ecclesia.

RESOLVT. CCLXVI.

1 *Reconciliatio Eccl. pollutæ ad solum Episcopum pertinet.*
2 *Reconciliatio Eccl. pollutæ est ordinis Episcopalis.*
3 *Reconciliatio Eccl. est de reseruatis Episcopo, quæ per inferiorem fieri non potest.*
4 *Ecclesiam reconciliat etiam simplex sacerdos ex priuilegio, sed eo cessante solus Episcopus.*
5 *Sacerdos authoritate Apostolica poterit conferre, & confirmare minores ordines.*
6 *Priuilegium Eugenij IV. concessum congregationi Cassin.*
7 *Plus est consecrare, quam reconciliare.*
8 *Priuilegia principis sunt latissimè interpretanda.*

An habens Iura Episcopalia possit reconciliare Ecclesiam pollutam.

REspondetur negatiuè reconciliatio enim Ecclesiæ
1 pollutæ ad solum Episcopum pertinet. c. aqua, & ibi com. omnes de consecr. Ecclesiæ c. Pontifices
2 7. quæst 1. & ratio est, quia hæc sunt ordinis Episcopalis c. quamuis cum duobus sequẽtibus de præscrip. Abb. in c. veniens n. 4. eodem tit. But. cons. 19. & ex his dixi non potuisse habentes iurisdictionem quasi Episcopalem reconciliare Eccl. pollutam, quod ampliatur etiam si extaret consuetudo, quod Abbates de aqua benedicta, reconciliarent Ecclesias, quæ fortè secundum Zabarellam in dicto cap. aqua, potuit introduci ex desidia, & nobilitate Episcoporum, qui timebant laborem, vel putabant per id vilescere, cum talis consuetudo sit contra Ius, quia irrationabilis c. quanto extr. de consuet. cum in his quæ sunt ordinis Episcopalis, consuetudo non possit; vnde communis est sententia Doctorum, quod quando Ecclesia est consecrata cessante priuilegio solus Episcopus eam reconciliare potest, vel alius Episcopus, cui ipse commiserit vices suas iuxta ea, quæ tradit. Couarru. libro 3. variar. resolution. cap. 20. numero 3. Graff. in prima parte decision. lib. 2. capitul. 48. numero 10. per text. in dicto capitulo aqua, & ratio est, quia
3 reconciliatio Ecclesiæ est de reseruatis Episcopo, quæ per inferiorem fieri non potest Anton. in dicto capitulo aqua num. 2. dixi cessante priuilegio, quia etiam hoc simplici sacerdoti potest committi a sum. Pontifice. Innocen. in dicto capitul. aqua, qui vidit plurimis non episcopis hoc committi a Papa, aqua tamen prius per proprium episcopum benedicta, quod idem dicendum est in omnibus, quæ sunt iuris episcopalis ex dispensatione humana, quia in his Papa habet plenitudinem potestatis cap. proposuit de consec. præbend. modo illa non habeant immediatam relationem ad verum Corpus Christi: ideo secũdum D. Tho.
5 in 4. sentent. dist. 25. art. 1. poterit sacerdos Apostolica authoritate conferre ordines minores, & confirmare non autem ordines maiores, qui habent immediatam relationem ad Corpus Christi verum: hinc fit quod Vicarius episcopi generalis, nisi episcopus sit, & habeat speciale mandatum non poterit reconciliare cum hæc sint ordinis episcopalis, Glos. Abb. & alij in dicto capitul. aqua ex priuile-
6 gio tamen Eugenij IV. concesso congregationi Cassinensi 1436. pridie Kalen. Iulij Pontificatus anno 6. qui induxit, vt possint monachi in suis locis Ecclesias, altaria, & vasa consecrare, crederem dictum indultum etiam extendendum ad reconciliationem
7 ecclesiæ, tum quia plus est consecrare, quam reconciliare, & plus semper in se continet minus quando ponitur affirmatiuè, vt habetur in regula iuris in
8 6. tum etiam quia priuilegia principis sunt latissimè interpretanda arg. text. in capitul. olim cap. abbate de priuileg. tum etiam argumento text. in cap. consuluit extr. de Iudæis, vbi minus est reficere, quam constituere, ergo multo magis in casu nostro, vbi possunt consecrare, & ita fuit in facto seruatum Mediolani in ecclesia Sancti Simpliciani, quę est parochia, & morantur monachi Cassinenses, quæ dum fuisset violata, fuit postea per Reuerend. admodum bonæ mem. per Dominum Cyrilum tunc temporis ibi Abbatem reconciliata, & ita Reuerendo P. D. Alexandro à Castrouillare Priore sancti Seuerini a Neap. qui tunc temporis interfuit ministrando, cuius dicto standum est, cum de nullius præiudicio agatur argum. 8. quæst. 1. cap. primo. glos. in cap. nobilissimus d. quæst. 7. & ita credimus Abbates posse suas ecclesias reconciliare, de quibus omnib. habes per Graff. in consil. 2. de cons. ecclesiæ.

RESOLVT. CCLXVII.

1 *Ecclesia non dicitur polluta ad effectum vt indigeat reconciliatione, si emissio sanguinis, vel seminis sciatur à tribus, vel quatuor.*
2 *Crimina omnia occulta præter homicidium, & Symoniam excusant authorem ipsum ab irregularitate, & pœna.*
3 *Ecclesia reconcilianda ob crimen publicum.*
4 *Publicum non dicitur omne quod solet fieri per iudicem.*
5 *Crimen an fiat publicum confessione delinquentis.*

Vt Ecclesia dicatur polluta necesse est, vt emissio sanguinis, vel seminis sit publica.

1 FVit dubitatum si Ecclesia dicatur polluta ad effectum, vt indigeat reconciliatione, si pollutio cõtingit scientibus tribus, vel quatuor personis, & respondi quod talis Ecclesia polluta sanguinis effusione scientibus tribus, vel quatuor personis non indigeat reconciliatione, ita quod possit celebrari diuina, etiam si sacerdos fuerit ipse delinquens, qui celebrauerit, ita videtur colligi ex tex. cum glos. & doctoribus in capitul. vnic. de consilio Eccl. vel altaris libro 6. quæ glos. licet loquatur de occulto crimine, quo casu ecclesia non iudicat de occultis capit. nobis el secondo de sentent. excommunicationis, tamen idem arbitror de crimine penè occulto, ita vt pauci scirent crimen esse commissum, & quod probari potest, sed cum difficultate, puta si sciretur ab aliquibus, hoc est a tribus, vel quatuor personis iuxta glos. singularem in capitul. manifesta 2. quæst. 1. quæ allegat tex. in cap. quis aliquando §. hæc ergo secreta de pœnit. dist. 1. Turrecremata in d. cap. manifesta modo author illius criminis non esset accusatus, &
2 ratio est, quia si crimina omnia præter homicidium, & Symoniam secundum aliquos, cum sint non omnino, sed penè occulta excusant illos authores ab omni suspensione, & irregularitate, quia crimen occultum non inducit suspensionis, aut irregularitatis pœnam in ipso criminis authore, ne propter hanc causam infametur peccator, qui erat occultus, multo magis excusabit templum materiale quod nullum commisit peccatum, nec est capax illius ab excommunicatio-

nis

nis obligatione, quod potest probari per text. in cap.
3 significasti de adulter. vbi Ecclesia præcipitur reconciliari ob hoc, quod mulier adultera publicè coram Iudice crimen suum detexit, quare sequitur à contrario sensu, quod crimen non publicum haud indigeat
4 reconciliatione, publicum verò quid sit, vide glossam in l.1.ff.de post.in clem.1. vers. publicè de sepult. vbi non omne quod publicè consueuit fieri per Iudicem in loco, quo iudicare solitum fuit, dicitur publicum, sed ex qualitate fori, multitudine scilicet, vel officialium paucitate, & astantium dicitur aliquod publicum, vel non publicum, vnde dicit ibi glos. quod potest esse occultum, licet per Iudicium in bancho coram duobus, vel tribus fuerit aliquid promulgatum, facit in auth.de litig. §. omnem verò coll. 8. Marian. Socin.in cap.quæsitum n.6.de pœn.& remiss.Alfons.à Castro in lib.4.de l.pœna c.15.pag.30. sed an crimen fiat publicum ex cõfessione delinquentis? Respondeo quod si delinquens secreto reuelauerit sacerdoti se violasse Ecclesiam si crimen est aliis occultum, tunc crimen non efficitur publicum ex tali secreta reuelatione, vnde idem sacerdos poterit licitè celebrare, & ratio est, quia illud dicitur, vt Deo glos. in c. sacerdos de pœn.d.6.glos.in c. dilectus de excessib.prælatorum, at si confessio eorum, qui crimen commiserunt fuerit talis, vt possit ex ea vinci delinquens in Iudicio, & tũc crimen cum effici possit publicum debet sacerdos abstinere à celebratione: ita Vict.q.99. de Euch. infir.

RESOLVT. CCLXVIII.

1 *Ecclesia non dicitur polluta modica sanguinis iniuriosa effusione, numero sequen.*
3 *Effusio non demonstrat abundantiam.*
4 *Effundere quid propriè significet.*
5 *Fundere, & effundere differunt inter se.*
6 *Semper sunt vitandæ perplexæ dubietates.*
7 *Sanguinis vna, vel altera gutta Ecclesiam non polluit.*

An per modicam sanguinis effusionem polluatur Ecclesiam.

1 PRo parte negatiua quod non, facit quod verbum effusionis notat abundantiam, ita Abb. in c. proposuisti de consecrat.Eccles. vel Altar. num.3. vbi dicit quod propter extractionem modici sanguinis non polluitur Ecclesia, quod denotat verbum effusio, nam illud verbum abundantiam significat pro hoc bonus tex.cum glos.in c.cum illorum §.quid si clausurales de sent.excom.in verbo illi, vbi glos.allegat text. in c.reuertimi 16.q.1. vbi Hieron. hæc ait verbum effusionis nomen largitatis significat idem tenet glos. in c. vnic. de consecr.Eccles.vel Alt.lib.6.facit etiam communis Canonistarum, quę videtur esse, vt per modici sanguinis effusionem Ecclesia minimè dicatur violata, & nec ulla egeat reconciliatione Sylu. in verbo consecr. Sot. in 4.sent.d.13.q.2.art.2.Nau.in Manuali c.27. n.251. Sum.Victor.de Euchar.q.99.& nos in 1.p.lib.2. c.48. n.25.per text.etiam in clem. ne Romani verbo effundendo de elect. & pro parte affirmatiua quod Eccles. per modicum sanguinem sit polluta facit 1.tex.in c.si Eccles. de consecr.Eccl. uel Alt.ubi Ecclesia polluitur
2 per sanguinis humani effusionem, idem habetur in c. Ecclesijs de consec.d.1.ubi cum dicta iura non distinguant, sed generaliter loquantur, nec nos distinguere debemus, l.de pretio ff.de publ. in rem act. etiam si sit ad benigniorem partem facienda, & interprætatio quamuis Abbas dicat prædicta iura esse intelligenda de abundanti sanguinis effusione per text. in d.cum illorum ubi effusio abundantiam significat tamen. Alf. de Cast.satis abundè lib.1.de potestate pœna l.c.7.fol. mihi 67. demonstrat tã ex profanis scriptorib. quam
3 ex literis effusionem non demonstrare abundantiam, ut habetur 2. Paral. 21. multum sanguinem effudisti, unde si uerbum effusionis ex se solo abundantiam significaret non fuisset opus dicere multum sanguinem, sed satis fuisset dicere sanguinem effudisti: sic Paulus ad Titum dicit, quem effudit in nos abundè, ecce post uerbum effusionis additum est uerbum abundè, quod esset superfluum si uerbum effusionis ex propria significatione denotaret abundantiam, vnde dicit quod
4 uerbum effundere significat spargere, aut emittere quod tam uerificatur in abundantia sanguinis, quam in modicitate sic enim emitti potest ex corpore sanguinis abundantia, quam modicitas, vnde verbũ effundo compositum ex verbo fundo, & propositione ex cuius vlt.litera X. in cõpositione transit in F. & scribitur per duplex F. sicut igitur fundere non super notat abundantiam, ita nec effundere, quod ex illo componitur, nam effundere est extra fundere v.g. Petrus si in terram demitteret tres, aut quatuor guttas sanguinis certè dicitur Petrum effudisse sanguinem, nã sicut
5 fundit, ita etiã effudit, non.n.hæcinter se differunt, vnde Gen.7. Deus ait quicumq; effuderit humanum sanguinem fundetur sanguis illius, quibus verbis clarè constat verbum effusionis non semper denotare abũdantiam ex suo significatu, quare conuincitur etiam per effusionem sanguinis humani modicam iniuriosam, pollui Ecclesiam, & indigere reconciliatione hinc infertur c. cum illorum de senten.excommunicat. intelligi etiam de modica sanguinis effusione, vt dixit Alfons. vbi sup. facit etiam quia semper sunt vitandæ perplexæ dubietates, sed si modo iura quæ loquuntur de effusione sanguinis essent intelligenda de abundãtia, & non de modica quantitate, vtiq; quid esset hoc modicum iudex deberet arbitrari, sed in hoc posset esse discors sentẽtia iudicum, vt modicum diuersimodè acciperetur, & arbitraretur à iudicibus, & ita sequeretur absurdum, quod vna Ecclesia reconciliaretur, & altera non ob diuersas sententias, vnde ad euitandas has perplexitates iura, quæ generaliter loquũtur, & generaliter sunt intelligenda, nec etiam obstat tex.in cap.reuertimini, vbi per Hieronymum verbum effusionis nomine largitatis accipitur Malach.8.nã ibi D. Hieronymus, sic interpretatur illud verbum propter verbum sequens abundantiam, quare ex his omnibus concludendum arbitror, quod nisi esset quid modicum quod pro nihilo reputandum esset, vt vna
7 aut altera gutta, quod propter modicitatem sanguinis humani iniuriosi Ecclesia est reconcilianda.

RESOLVT. CCLXIX.

1 *In crimine quod ante missæ celebrationem erat occultum an requiratur reconciliatio si post fiat notorium, & num.2. & 4.*
3 *Si ante reconciliationem fuerit celebrata missa etiam Ecclesia indiget reconciliatione.*
5 *An contrahat irregularitatem, qui celebrat ante reconciliationem in Ecclesia polluta.*
6 *Celebrans in loco interdicto fit irregularis.*
7 *Ecclesia violata non est à iure interdicta, & quomodo hoc intelligatur, num.8.*
9 *Et an qui celebrat in loco in quo superior expressè interdixit ne sacra fierent.*

Si post celebrationem publicè factam publicaretur in Iudicio crimen, & fieret notorium quod ante Missæ celebrationem fuerat occultum, an sit necessaria reconciliatio?

1 REspondetur quod sic, & videtur dictum Victoriæ in d. quæstione, vbi dicit quod si Episcopus ægrotat, & noluit committere, quod alius reconciliaret

liaret eam potest dare licentiam, quod celebrentur ibi diuina, quousque posset eam ipse reconciliare; sed pro parte negatiua, quod possint ibi celebrari diuina, & non sit necessaria reconciliatio; facit quia celebratio missę, quę post secretam violationem successit pro suf-
2 ficienti reconciliatione tunc erit habenda, cum per missæ celebrationem Deus ipse corporaliter assistat, talis assistentia sufficere videtur ad omnẽ purgationẽ, & reconciliationem perficiendam, ita Alph. à Cast. de leg. pœnali lib. 2. c. vltimo vers. sed nunquid. Quare pro reconciliatione eorum DD. posset dici, quod Victoria loquitur de pollutione notoria, quia si ante re-
3 cõciliationẽ fuerit celebrata missa etiã Eccles. indiget reconciliatione, non propter se, cum templum materiale non sit capax peccati, sed solum propter peccatores erudiendos, vt inde discant se propter peccatum effectos esse Dei Hospitio indignos, sed Alphonsus loquitur de pollutione Ecclesiæ occulta, in qua Ecclesia fuit celebratum, & post celebrationem fuit iudicatum crimen in iudicio. Etenim cum per celebrationem
4 fuerit reconciliata Ecclesia, quando postea crimen fuit effectum publicum, tunc cum Ecclesia non esset
5 polluta non indigebat reconciliatione. An verò contrahatur irregularitas, si aliquis celebrauerit in Ecclesia polluta ante reconciliationem, dico quod ibi celebrari non debet c. tuarum extr. de priuileg. si tamen quis facit contra, non propter hoc contrahit irregularitatem c. is qui de sentent. excom. in 6.

Quod si obijciatur, quod cum Ecclesia violata sit à iure interdicta, vt dicit Calder. in tract. de Ecclesia interd. in 2. membro vers. alio modo si quis celebret contra tex. in c. si motum de consecr. dist. 1. c. fin. de consec. Eccles. fit quod sit irregularis iuxta tex. in c. is qui de sentent. excom. in 6.

Quia respondetur, quod interdictum dupliciter sumitur propriè, & impropriè probat. hoc tex. in d. c. is, qui, in 2. par. vult quod celebrans in loco interdi-
6 cto incurrat irregularitatem, & in 1. par. celebrans in Ecclesia polluta non illam incurrit.

7 Quare fit quod Ecclesia violata non est à iure interdicta, sumendo interdictum propriè, sed sic impropriè quatenus sumitur pro suspensione, quia per Ecclesiã violatam suspenduntur organa diuinæ laudis in Ecclesia, vt notat glos. in verbo cessare de officio ordin.
8 lib. 6. c. si canonici. Igitur dictum Calder. intelligi debet de interdicto late sumendo pro prohibitione quadam, & huiusmodi interdictum non inducit irregularitatem. Sed solum quando sumitur interdictum propriè, & ita intelligitur text. in d. c. is, qui in 2. parte
9 An verò esset irregularis si aliquis celebraret contra prohibitionem superioris, qui expresè interdiceret celebrationem diuinorum in loco violato. Respondetur, quod sic, de hoc extr. de priuileg. c. tuorum Gemin. in d. c. is, qui in fine.

PRAXIS POTESTATIS EPISCOPI in absoluendo ab irregularitatibus.

RESOLVT. CCLXX.

1 *Episcopus dispensare non potest circa irregularitatem propter delictum deductum ad forum contentiosum, quomodo hoc intelligatur n. 2.*

3 *Papa solus potest dispensare, vt pendente accusatione promoueri possit.*

4 *Transacto tempore dato ad litem terminandam potest Episcopus ordinare quod in promouendis intelligitur, secus est in promotis qui pendente accusatione, & inquisitione possunt officium exercere n. 5. si illis inhibitum non fuerit n. 6.*

7 *Episcopus in crimine occulto dispensat.*

Aloys. Ricc. Praxis. Pars III.

A qua irregularitate Episcopus dispensare non potest.

1 REspondeo quod Episcopus dispensare non potest circa irregularitates propter delictum deductũ ad forum contentiosum ex Concil. Tridentino sess.
2 24. de reform. cap. 6. quod intelligitur lite durante, vnde si quis vel denunciatus fuerit iudici de aliquo delicto graui, quod irregularitatem inducit, vel de eodem inquisitus sit, vel etiam de tali delicto accusetur dispensare non potest Episcopus, sed solus Papa,
3 vt pendente denuntiatione, inquisitione, aut accusatione promoueri possit argumen. capitulo omnipotens, & ibi glos. de accusatione & argumento cap. tantis dis. 81. & Spec. tit. dispens. §. iuxta vers. item denunciatus, & versiculo item accusatus Maiol. libro 3. capitulo 17. numero 8. & Henriq. lib. 14. cap. 17. §. 3. in tex. in annotatione litera H. & c. 18. §. 1. in fi. & cap. 20. §. quod intelligitur ex Maiolo de delicto post baptismum commisso, de quo non penituerit, tunc n. dictum delictum non debet impedire, quominus promoueri possit ex glos. in princip. distinct. 49. in verbo si alios, sed & ille qui neque inquiritur neq; accusatur, sed ei in modum exceptionis tale crimen obijcitur promoueri non debet, nec cum eo dispensare potest Episcopus donec super exceptione fuerit plenè discussum, quod intelligo de graui crimine, quod inducit irregularitatem, de quibus criminibus infra dicitur, vt docet Maiolo vbi supra cap. 17. num. 9. argumen. cap. si fortè de elect. lib. 6. & tempus datum ad litem terminandam in ordinibus suscipiendis per Episcopum est trimestre, pro alijs ordinibus Epi-
4 scopo inferioribus, annus expectatur, infra quod tempus si denunciatio, inquisitio, accusatio, vel exceptio non expediatur poterit Episcopus talem ordinare, vt not. glos. in capitul. tantis in verbo correpsit. distinctione 81. & citat. Authent. de sanct. Episcop. §. 3. collat. 9. & glos. in cap. omnipotens, in verbo nun-
5 tiantur de accusat. & idem docet Maiolo vbi supra nume. 9. Hæc autem procedunt in promouendis, in promotis secus est; nam sacerdos, aut alius etiam accusatione, vel exceptione pẽdente, ordines suos exercere potest; non enim illis oberit, donec per iudicem ante vel post sententiam interdicatur, cum hoc iure non sit prohibitum. Et ideo Episcopus suspectus inquisitus, vel accusatus potest ordines conferre, & alia pontificalia exercere, & sacerdos munera sacerdotalia peragere si illis inhibitum non fuerit, quod tamen
6 Maiolus libro 2. capitul. 17. numero 10. & Henriquez lib. 14. cap. 15. §. 3. in annotatione litera G. pene limitant, nisi accusatio esset de delicto enormi, & cum scandalo, tunc enim Iudex prohibere potest sic infamatum, ne in ordinibus susceptis ministret argumen. capit. ex tuarum, de purgat. canon. Iudiciali Inquisitorum, in verbo purgatio §. 1. Quod si reus medijs etiam deprauatis causã vicit, & absolutus sit, ita vt cesset ratio deducti criminis, ad forum contentiosum,
7 tunc delictum censetur occultum, in quo dispensare potest Episcopus virtute Concil. Trident. session. 24. de reformat. cap. 6. vt tradunt Alfonsus Vialdus tract. de excommunicatione, numero 42. vbi ait grauissimos Doctores Salmaticenses ita censuisse, & Henriquez libro 14. cap. 20. §. 4. citans ad hoc Nauar. in Manual. cap. 27. num. 241. vers. 1. in fin. vbi fauere videtur huic sententiæ, addunt autem Maiol. libro 3. cap. decimo septimo num. 10. & Henriquez libro 14. cap. 175. §. 3. in annot. litera H. quod si delictum, de quo accusatur, aut denunciatur tale sit, in quo Episcopus præueniendo potest dispensare, tunc quidem etiam causa pendente poterit Episcopus in regularitate illa dispensare. Papa verò in quocunque delicto etiam ad forum contentiosum deducto quantumuis enormi dispensare potest, vt quis non obstante

ac cusatione delicti pendente initietur sacris, aut beneficium obtineat, & vt sic dispensato nihil noceat exceptio per accusatorem opposita, vt specul. in tit. de accusat. §. 1. Zabar. in c. vlt. de schismat. Borgas. de irregularit. tit. de dispensatione parte 3. conclus. 4. n. 13. Maiol. lib. 3. cap. 17. n. 10. & Henriquez lib. 4. c. 17. §. 3. in annot. litera H. & c. 18. §. 1. in fine, & alij relati per D. Ioannem Mariam Nouarium in allegat. in hac causa facta vbi optimè disputat.

RESOLVT. CCLXXI.

1 *Episcopus post concilium dispensare non potest in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, nec ad minores ordines dispensare, nec vt in susceptis ministrare possit n. 2.*

Dispensare an possit Episcopus ad ordines, aut ad beneficium simplex obtinendum cum homicida voluntario occulto, aut manifesto.

1 EPiscopus post Concil. Tridentin. dispensare non potest in irregularitatibus prouenientibus ex homicidio voluntario occulto, aut manifesto, neque ad ordines minores, neque ad simplex beneficium obtinendum, vt intelligetur ex Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 6. & sess. 24. lib. 6. Nauar. in Manual. cap. 27. num. 194. art. 7. & 240. vers. 4. & tom. 2. cons. 17. lib. 2. de homicidio Maior. in libro 5. cap. 48. in princip. num. 11. in fin. §. 3. numero 18. Lopez 2. parte instruct. cap. 93. circa medium. Henriquez lib. 14. cap. 19. §. 1. in annotat. litera D. Viuald. tract. de irregularitate num 327. summa Corona titu. eo. num. 22. Cosmus Filiarcus lib. 4. cap. 11. §. 8. Gregorius de Valentia to. 4. disput. 7. quæst. 19. puncto 3. §. 5. Petrus de Arag. 2. quæst. 64. artic. 8. in fin. Toletus lib. 1. instruct. sacerd. cap. 31. & expresse habetur in dict. sess. 24. cap. 7. vbi dicitur nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia etiam si curam non habeant animarum conferri liceat, sed omni ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuo careat; ergo carebit vsu, etiam ordinum minorum, vnde sequitur falli Marrin. Ledesm. 4. quæst. 26. art. 2. de irreg. pag. 366. volum. 2. dum vult Episcopum, dispensare posse cum isto ad beneficium simplex, & citat capitul. 2. de cleric. pugn. in duello, nam vt notant Nauar. in Manual. cap. 27. num. 140. verfic. 4. & Henriquez lib. 14. c. 19. §. 1. in annot. litera F. in fin. cap. illud 2. de clecic. pugnant. in duello, solum agit de homicida casuali, & facit Angelica verbo homicidium 5. num. quarto, etiam quicquid de hac re senserint DD. antiqui iam post Concil. Trident. res est certa, & paritatione deceptus est Bart. Medina, lib. 2. cap. 11. §. 12. vt Henriquez vbi supra notat, dum dicit, Episcopum dispensare posse ad minores non obstante Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. eo quod Trident. ibi solum agit. Nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit; quis velit posse ad minores ab Episcopo dispensari. Si quidem concilium paulo post subdit omni ordine careat, ergo, & ordinibus minoribus carere debet, cum hi vere ordines sint, & Sacramentum; Vnde Panor. in cap. 2. num. 7. de cleric. pugnant. in duello, dubius est an iure antiquo Episcopus dispensare poterat ad minores, & potius in partem negatiuam inclinat, & expresse negat Innoc. vt ibi notat Panor. Couar. in Clem. si furiosus p. 2. §. 3. n. 5. de homicid. ait nullibi probari, quod Episcopus in homicid. voluntario ad minores dispensare possit, non solum, vt non initietur minoribus de nouo, sed etiam vt nec in susceptis ministret.

RESOLVT. CCLXXII.

1 *Capitulum sede vacante habet potestatem absoluendi ab irregularitate Episcopis concessam vigore Conc. Trident. sess. 24. cap. 6. de reform.*

2 *Capitulum sede vacante dispensat cum illegitimis ad ordines minores, & beneficium simplex, subsistente legitima causa num. 3. quod non procedit in Vicario à capitulo dato num. 4.*

5 *Capitulum succedit in generali, & speciali Iurisditione, licet contrarium sit verum in his, quæ competunt iure speciali gratioso num. 6.*

An potestas absoluendi ab irregularitate iuxta formam Concilij Tridentini transeat in capitulum sede vacante.

1 MAxima fuit dubitatio an capitulum succedat in potestate Episcopis concessa dispensandi in irregularitatibus iuxta decretum Concilij Tridentini sessione 24. de reform. cap. 6. & fuit responsum affirmatiuè.

Tum primo quia ita communiter tradunt omnes loquendo in materia dispensationis in cap. at si clerici §. de Adulterijs de Iudicijs, vnde Feder. de Sen. cons. 30. post multa hinc inde adducta concludit tandem affirmatiue, cuius dicta ad verbum recitat Pauin. p. 1. q. 5. quam partem amplectitur Abb. in d. c. cum olim, & in cap. at si clerici §. dè adulterijs sub numer. 16. de iudic. Zab. in cap. cum omnes quæst. 10. in fine de constit. cui etiam accedit Gemin. in cap. cum ex eo num. 7. de elect. in 6. eamque expresse sequitur Nauar. consilio 31. de tempor. ordinat. in antiquitat. no-
2 lens posse Sede vacante dispensare cum illegitimis ad ordines minores, & beneficium simplex iuxt. text. in cap. 1. de fil. presbyt. in 6. quam conclusionem decla-
3 ra procedere in casu, in quo subsistente legitima causa dispensatio esset debita iuxta glos. in cap. vt constitueretur, & c. Domino 50. dist. tum quia cum fiat causa cognita dicitur esse iurisdictionis Zab. in cap. 2. quæst. 3. ne sede vac. tum quia cum tunc exequatur iustitia, vt per Abb. in d. §. de adulterijs sub n. 20. esset ius non omnino voluntarium, sed coactum,
4 Felyn. in d. c. cum olim q. 8. secundo declara non procedere in Vicario a capitulo simpliciter dato argum. tex. in cap. 3. de offic. Vicar. in 6. secus verò si post aliquos casus specificatos esset appositæ clausula generalis Feder. de Sen. consil. 40. in fine.

Tum secundo, quia per ea, quæ tradit Abb. in dict. cap. cum olim num. 2. in quæst. 8. quandoquidem ca-
5 pitulum sede vacante non solum succedit in iurisdictione ordinaria iure communi, generali ad Episcopum spectante ex d. cap. cum olim, & cap. ad abolendam vbi glos. verb. sede vacante de hæretic. cap. 1. & ibi glos. verb. Episcopum pertinente ex Abbat. in d. §. de adulterijs num. 17. & Dec. numer. 150. & cum à Concil. Trident. in d. cap. 6. sed etiam iure speciali, & hoc Episcopis ratione iurisdictionis concedatur, meritò capitulum in d. iurisdictione succedit, & in hoc casu dispensat.

Tum tertio, quia in proprijs terminis eandem opinionem secuti sunt Cened. in collectanea ad. 6. cap. 4. Henriquez d. cap. 16. §. 1. Eman. d. q. 61. art. 9. Suar. tom. 4. de Pœnit. disp. 30. sect. 2. num. 4. Beia. respon. casuum conscientiæ par. 4. casu 37. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 66. num. 22. Sanch. d. disp. 2. num. 10. Garz. de Benef. p. 5. c. 7. n. 41. & c. 11. nu. 2. Reginal. d. num. 29. verfic. Quartum Sayr. decis. 31. de tempor. ordin. quem dicimus in Collect. decis. 3. collect. 721. vers. 3. dubitatur Guttierez lib. 1. Canonicarum qq. capit. 3. num. 10. Quaranta in summa Bullarij verb. capitulum, licet Suarez oppositum senserit

senserit scilicet capitulum non succedere in vsu huius facultatis in casibus specialiter concessis Episcopis in iure, nisi ipsummet ius, vel consuetudo ita declaret talem Episcopi facultatem. mouetur tum ex eodemmet concilij decreto adiuncta Illustrissimorum Cardinalium interpretatione dicente illam esse facultatē solius Episcopi priuatiuè quoad omnes alios ergo secundum eum excludit etiam capitulum sede vacante, tum etiam quia hæc facultas non conuenit Episcopo iure ordinario, sed extraordinario, & capitulum per se loquendo solum in ordinaria Episcopi iurisdictioue succedit.

Tandem non obstat his quod capitulum non succedit in ijs, quæ competunt Episcopo iure speciali ex Innoc. in cap. cum in cunctis numero 7. de elect. Abb. in cap. verum numero 9. in princip. de for. competenti Azeued. ad curiam Pisan. libro primo cap. 8: 6 ex numero 10. nam hoc est verum in his quæ competunt, iure speciali gratioso videlicet priuilegio, vel commissione Pontificis, non verò in his, quæ spectant iure communi speciali vt in hac specie Concilij, ita docet Abb. in d. cap. verum numero 9. Felyn. in cap. eam te num. 17. de rescript.

RESOLVT. CCLXXIII.

1 *Voluntarium homicidium quando dicatur ad hoc vt contrahatur irregularitas indispensabilis, & n. 4.*
2 *Homicidium casuale quotuplex.*
3 *Moderamen inculpatæ tutelæ quid operatur in casu nostro.*
5 *In dubio præsumitur animus percutiendi.*

Quando in percussione commiserit homicidium voluntarium, & consequenter in eo inducta fuerit irregularitas indispensabilis.

ET quo ad hoc censeo indubitanter dict. Fratrem etiam omnino absoluendum à prædicta inquisitione, cum voluntarium homicidium non commise- 1 rit, voluntarium enim dicitur illud, quod est cognitum, & intentum, vel per industriam, vel per insidias, vel voluntate, & ex proposito factum, vel in causa propinqua, & ordinata ex se ad mortem quale est verbi gratia porrigere alicui venenum letiferum; aut ferire ense punctim circa præcordia, vel circa caput, etiam cæsim, & hoc modo intelligitur concil. Triden. sess. 14. de reform. capitul. 7. in prima parte, vbi statuitur, vt nunquam dispensetur cum homicida voluntario, & sess. 24. de reformat. capitul. 6. vbi prohibetur Episcopo, ne dispensare possit in homicidio voluntario.

2 Casuale verò est duplex, vno modo, quando omnino sequitur præter aliquam culpam, & præter omnem intentionem, & de hoc non agitur in præsentiarum. Alio modo dicitur casuale, quod tamen est voluntarium in causa, & solum est volitum indirectè, & dicitur casuale, prout distinguitur contra voluntarium prout est directè volitum. Et in hoc casuali homicidio alia est ratio quod culpam, alia verò quantum ad facultatem dispensandi in eo; nam quantum ad culpam satis est, si sit intentum in sua causa ordinata ad illud, vel ex natura rei, vel saltem, vt plurimum hoc est homicidium casu factum, tunc culpæ imputatur, quando sequitur ex aliqua causa, ex quo, vel semper, vel vt plurimum solet accidere, at verò quantum ad facultatem dispensandi in omicidio casuali diuersa est ratio: satis enim est, vt homicidiū sit casuale quomodocunque, ad hoc, vt Episcopus in eo dispensare possit, ideo enim casuale dicitur, quia opponitur voluntariò directè, & de hoc intelligitur concil. Trident. sessione 14. de reformat. cap. 7. in parte vltima, vbi postquam dixit, non dispensetur ad ordines in homicidio voluntario; subdit si vero homicidium non ex proposito, sed casu &c. intelligit enim Concil. homicidium casuale, quod est voluntarium solum indirectè, & in causa; sicut etiam 24. de reformat. cap. 6. vbi datur facultas Episcopis, vt dispensare possint in irregularitate proueniente, & delicto occulto, etiam ex homicidio casuali nondum deducto ad forum contentiosum. Ex quibus sequitur, quod si aliquis occidit hominem non intendens occidere: item si quis mandat alicui, vt verberet, vel percutiat itaut non occidat illum, si mandatarius occidat, est homicidium casuale dispensabile ab Episcopo. Nauar. in Manual. ca. 27. de homicid. Henriq. lib. 14. capit. 19. §. 3. in annotat. litera E. Item si quis facit aliquid vnde sequuta sit mors, non tamen fecit animo inferendi mortem, incurrit irregularitatem ex homicidio casuali prouenientem, 3 sic etiam si quis defendat se, & se defendendo alium occidat excedendo moderamen inculpatæ tutelæ solum homicidium dispensabile, & irregularitatem inde prouenientem incurrit ex Nauar. in Man. ca. 27. num. 240. & consilio 8. de homicidio. Quare cum, vt supra diximus per Concil. inducitur irregularitas per homicidium voluntarium sit, vt excludatur homicidium ad sui defensionem, quare is, qui in vitæ discrimine constitutus aggressorem, vel alium, qui insultum fecit, occiderit non tenetur, vt homicida, & si ad defendendum fiat, & non ad vindicandum non peccat, & consequenter non contrahit irregularitatem, quia defensor propriæ salutis in nullo peccasse videtur l. is, qui, & l. seq. & l. si vt allegas C. de Sicar. vnde Graffius in sua praxi quinque casuum reseruatorum cap. 14. num. 5. voluit sub irregularitate contrahenda ex homicidio voluntario non comprehendi homicidium, quod euenit ad necessariam sui defensionem, etiam si modum excederet in defendendo, nam talis defensio videtur esse culpabilis, & non dolosa, quare huic non debetur pœna illa ordinaria, quæ debetur voluntariè occidenti Abb. in capit. significauit de pœnit. & remiss. & nec ea irregularitas incurritur, quæ descendit ex homicidio voluntario, facit id, quod dixit Abb. in cap. olim el 1. num. 15. & seq. extra de rest. spol. sic nec includitur homicidium casuale, siue det operam rei licitæ, vel illicitæ, quia non est per se intentum, ideò similiter voluntarium, & in proprijs terminis nostri articuli facit, quod 4 non censetur homicida voluntarius is, qui percussus, & vulneratus in rixa insequebatur fugientem, quem vulnerauit, & occidit, licet mortaliter peccet; quia hic potius in culpa est, quam in dolo, & inconsultus calor facilitatis veniam meretur l. 1. ff. ad Senatum Consultum Turp. l. respiciendum §. delinquunt ff. de pœnis D. Anton. & Abb. in cap. olim 1. de rest. spoliat. Aretinus in suo consilio 34. incip. visis diligenter testibus Hipp. de Marsil. in l. lex Cornelia num. 91. de Sicar.

Quod autem in casu nostro non affuit voluntas, & animus occidendi, & consequenter cessat diffinitio homicidij voluntarij patet, tum quia in dubio non præsumitur percutientem habuisse animum occidendi. Bertazolus consil. 85. vol. 1. cum alijs apud Farinacium quæst. 126. part. 3. tum quia, nec præsumitur quoties euenit cum aliquo ligno, vt in casu nostro Hercul. qe negatiua num. 166. Mascard. consilio 97. num. 29. Felyn. cap. significasti il 2. versus finem à contrario sensu de homicidio Farin. loc. cit. numer. 130. tum etiam ex qualitate personæ percutientis, quæ erat bonæ conditionis, & famæ Gramat. voto 23. Cephal. consil. 206. tum denique ex vnico vulnere, quo casu arguitur defecisse animum occidendi Alber. de tortur. par. 3. q. 64. in reiteratis ex pluribus vulne-

vulneribus in pura rixa, quod idem tenuit Mascar. dict. conclusione 98. numero 19. Menoch. de arbitr. Iudic. libr. 1. cas. 361. à num. 33. tum etiam quia inter dictos Fratres Religiosos nulla aderat inimicitia, & proinde non dolo, aut culpa, sed potius casu præsumitur commissum homicidium? Angel. num. 3. gl. in d. l. 1. verb. non occidendi C. de Sicar. Cepoll. nu. 3. & 4. cons. 31. & n. 6. Plaza. in epitome delict. cap. 43. sub n. 7.

Non obstat dictum fratrem Hieremiam dum fuit interemptus non esse in actu repercutiendi, & consequenter fratrem Petrum Paulum teneri, vt voluit Ioannes de Amicis in cons. 23. numero 17. Berous consil. 173. Boerius decis. 168. quia respondetur dictum Fratrem Petrum Paulum legitimam habuisse
5 excusationem, tunc quia in dubio præsumitur animus iterum percutiendi Pasett. d. cons. 101. numero 21. & 39. Hondedeus cons. 99. n. 16. Magon. d. decis. 56. num. 5. tum etiam quia semel percussus non debet expectare, vt iterum percutiatur, quia tunc repercutiens dicitur facere ad necessariam defensionem in d. l. vt vim Salam. n. 3. Claud. n. 56. Bar. & Bal. in d. §. Tabernarius.

Nec similiter obstat dictum Fratrem Petrum Paulum potuisse aliter suam defendere salutem, quam occidendo Fratrem Hieremiam puta fugiendo, & proinde non excusatur d. tex. in Clementina vnica de homicidio, quia respondetur, quod non tenebatur fugere cum fugiendo poneret se in periculo Soc. in d. cap. ad audientiam n. 164. de homicidio Cepol. dicto cons. 28. numero 3. & 16. & cons. 41. numer. 7. Hippol. cons. 4. num. 18. & 19. item quia non fugiendo fuit in culpa, non autem in dolo, & consequenter commisit homicidium culposum, in quo licet contrahatur irregularitas, non tamen indispensabilis, vt ex homicidio voluntario doloso.

RESOLVT. CCLXXIV.

1 *Priuilegia non possunt concedere, nisi qui legem possunt condere.*
2 *Duces, & comites, & c. possunt condere legem particularem: non tamen quæ iuri communi deroget.*
3 *Episcopus in synodo non potest aliquid statuere contra formam Sacrorum Canonum.*
4 *Inferiores Principe non possunt tollere consuetudines vniuersitatum.*

An Episcopus possit concedere priuilegium.

INferiores autem Principe an possint concedere priuilegia suis subditis non satis inter DD. conuenit: Pro vna parte enim videtur asserendum, quod non,
1 quia priuilegia concedere non possunt nisi qui cõdere legẽ possunt, vt not. Sebastian. Medic. in tract. de legib. & statut. par. 4. q. 33. n. 4. legem autem neminem præter Principem condere posse disponit tex in l. fin. C. de legibus.

Pro alia parte videtur contrarium dicendum, quo-
2 niam Duces comites, & Barones, licet non possint condere legem generalem, possunt tamen particularem, in suis terris inter subditos, vt per Bart. in leg. omnes pupilli, num. 8. de iust. & iur. allegat tex. in cap. 2. de maiorit. & obedien. & in cap. 2. de const. lib. 6. veritas est quod isti inferiores a Principe, neque inter subditos legem condere possunt, quæ iuri communi deroget, in eorum præiudicium, ipsis reluctantibus cum non sit in potestate inferioris legem superioris tollere l. minori magistratus, ff. de minoribus cap. cum inferior, de maio. & obedien. l. forma, C. de offic. præfec. præto. l. hæc quæ necessario de nouo Codice, componen. clemen. ne Romani, de electio. not. Innoc. in cap. venientes de iure iurando Gregor. Lopez multis relatis, par. 2. tit. 13. l. 22. gl. 7. & nostre Mier. in const. item pertollere Colla. 10. de commiss. inhibend. num. 8. circa med.

Hinc dixit Monal. cons. 73. num. 80. & 10. lib. 1,
3 non posse statui ab Episcopo in Synodo diœcesana contra formam canonum, vbi multa allegat, & cons. 150. libro 2. vbi id ex causa limitat Feder. de Senis, cons. 17. per tot. Cranet. consilio 314. circa prin. & nostre Mieres dixit tit. de nouis officia. non crean. Colla. 10. num. 19. Barones non posse concedere priuilegia, aut condere statuta contra constitutiones Ca-
4 thaloniæ inferens ex eo inferiores a Principe consuetudinem, quam suæ vniuersitates habent tollere non posse, eo quod consuetudo dicatur ius ciuile a Principe approbatum, quam multis comprobat Gaill. lib. 1. obser. 30. num. 31. & Gregor. Lopez d. l. 22. glos. 7. tit. 13. par. 2. & sic dicit statuta, quæ faciunt super solutione salariorum sententiarum statuendo maiora salaria, quam sint per constitutiones statuta nulla esse, quod indubitanter credo verum, & dicto modo specialiter esse cautum per curias anni 1599. cap. 2. item per Ilenar.

RESOLVT. CCLXXV.

1 *Potest Episcopus ex officio, cessante pacto mandare, quod recipiens beneficium pinguius soluat pensionem.*
2 *Spirituale cum spirituali, potest permutari.*
3 *Episcopus sine causa non potest imponere pensionem.*
4 *Pensio ab Episcopo non potest imponi per viam quotæ.*
5 *Episcopus non potest imponere pensiones perpetuas.*
6 *Causa pensionis imponendæ debet esse probata.*
7 *Superfluum est precibus postulare, quod à lege est permissum.*

Num Episcopus imponere possit pensionem super beneficio.

1 POtest Episcopus ex officio, cessante pacto mandare, quod recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pensionem suo tempore duraturam ad cœquandos fructus vtriusque beneficij permutati, cum enim possit de beneficijs prouidere, conferre, & disponere, quod est totum, multo magis de pensione, & fructibus tanquam partibus beneficij. Nam passim quod conceditur de toto, videtur etiam concessum de parte c. pastoralis, §. quod si in totum de officio delegat. & ita in specie concludit Anchar. cons. 279. quæstio proponitur in themate ad med. vers. ex qua causa numero primo quem sequitur Felyn. in c. quia verisimile 10. post princ. versic. & subdit signanter, numero primo post med. de præsumptionibus, & in cap. ad audientiam il 2. quod est 31. col. secunda ad med. vers. exemplifica conclusionem de rescript. Dec. consil. 436. visa instructione numero 12. col. 3. post princ. vers. & ne dum auctoritate Papæ Gig. de pensionibus, quæst. 6. n. 3. tomo 15. p. 1. fol. 332. Cacciallup. in eod. tract. q. 4. n. 4. & 6. tom. 15. p. 1. fol. 321. Nauar. cons. 43. numero 4. de Simon. lib. 2. fol. 235. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 5. num. 27. in fin. vers. nec non ex causa, & glos. 14. n. 38. Paris. de confident. q. 28. num. 120. in princ. & in fin. vers. ad cœquandum fructus, fol. 124. Redoan. de Simon. p. 2. cap. 21. n. 34. cum seq. to. 15. p. 2. fol. 72. Rebuff. de pacific. possess. numero 103. & 110. & in prax. tit. de reseru. n. 23. in fi. fol. 89. qui omnes sequuntur Anchar. d. cons. 279. arg. tex. in c. ad quæstiones soluendas 6. de rer. permutat. vbi permittit summus Pontifex refundi certam pecuniæ quantitatem de possessionibus ad beneficiatos spectantibus, vt sic permutationes beneficiorum ad æqualitatem perueniant, quando alterum

terum illorum respectu prouentuum meliorum plus
2 abundat, tanquam spirituale cum spirituali possit permutari, sicut temporale cum temporali, & sit licita ista commutatio, & reductio ad qualitatem præuia auctoritate superioris, vt notat glos. in d. cap. ad quæstionem in verb. queat de rer. permutat. & in c. super eo de transact.

3 Quamuis enim regulariter ordinarius non possit reseruare pensiones, tamen hoc intelligitur sine iusta causa, nam illa existente passim ei permittitur talis reseruatio, videlicet pro bono pacis, vel pro studio alicuius scolaris pauperis, vel in vtilitatem Ecclesiæ, pro concordia litis, pro pauperibus, & egenis, pro benemeritis, pro vsu pio, pro renunciationibus ex causa renunciationis loco alimentorum, in quantitate moderata, & non ex pactione partium, & præcedentibus similibus legitimis, & rationabilibus causis, de quibus latè Paris. de confident. cap. 28. num. 120. fol. 123. Rebuff. de pacif. possessor. n. 106. cum seq. post Felyn. in c. ad audientiam il 2. col. 1. vers. 2. conclusio de rescript. Innoc. in c. de cætero, de transact. Butr. in c. audiuimus de colluf. deteg. Abb. in c. veniens nu. 9. de restit. spoliator. & in c. 1. vt ecclesiast. benefic. Dec. cons. 141. ad plura dubia nu. 3. & cons. 436. visa instructione num. 12. Oldrad. cons. 226. quidam Episcopus, col. 1. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. Glos. 5. §. 5. nu. 27. vbi refert multas decisiones Rotæ Gambar. de auctorit. legat. de Later. lib. 6. n. 184. cum seq. to. 13. p. 2. fol. 196. Redoan. de Simon. cap. 2. n. 33. vsque ad 38. to. 15. p. 2. fol. 72. Gomez. de annal. quæst. 2. col. 2. in fin. fol. 238. Mandos. reg. 33. de signatur. per fiat q. 14. n. 11. fol. 145. Gig. de pensionibus q. 6. n. 2. cum seq. Caccialup. eod tit. q. 4. Nauar. cons. 15. num. 3. ad med. de rebus Eccles. non alien. & cons. 4. num. 2. de Simon. & cons. 22. num. 4. eod. tit.

4 In quibus tamen erit obseruandum, vt talis pensio reseruetur per viam quantitatis pecuniæ, bladi, vel vini, non autem per viam quotæ, videlicet quod detur tertia, vel quarta pars redditus, quia hoc esset diuidere beneficium, quod de iure prohibetur cam maioribus de prebend. cap. de cætero de transactionibus, prout notat in specie Dec. consil. 141. ad plura nu. 3. q. 3. & ibi addit. in verb. quotæ post Io. de Ana. in ca. audiuimus col. 2. n. 3. de colluf. detegend. Felyn. in ca. ad audientiam il 2. quod est 31. col. 2. in fin. vers. & dicit de rescript. Rebuff. de pacific. possessor. num. 104. fol. 320. vbi etiam allegat Petrucc. in l. 1. in remedio sexto finiendarum litium ff. de iureiuran. Redoan. de Simon. p. 2. c. 21. n. 37. to. 15. p. 2. fol. 72. Gig. de pensionibus q. 8. n. 1. to. 15. p. 1. fol. 334. Caccialup. eod. tit. q. 6. Quidquid aliud sit in Papa qui potest reseruare pensiones in quota, & prout sibi magis placet Gig. ibid. n. 8.

Prout etiam obseruandū est, quod in casu quo Episcopus potest reseruare pensionem, istud intelligeretur, vt reseruatio solum fiat vsque ad vitam onerati, itaut tantum teneatur ad talem pensionē primus oneratus, non autem, successor in illo beneficio, prout cōcludit Redoan. de Sim. p. 2. c. 21. n. 36. to. 15. p. 2. fol. 72. Nau. cons. 43. num. 4. eod. tit. de Sim. vbi quod talis pensio debet durare tantum dum permutans teneret beneficium sibi quæsitum per illam permutationē ad coæquandos fructus Paris. de cōfident. q. 28. n. 120. ad fin. Non enim Ordinarius, vel alius inferior posset
5 imponere huiusmodi pensiones perpetuas, & ad successores transmissibiles, & alias, prout facit Summus Pontifex, nec fructus beneficiorum diuidere Doctor. in c. extirpandæ §. final. de præbend. Gomes. in compend. signatur quod est positum post regul. de non iudicand. iuxta formam supplication. col. antepenult. vers. & est aduertendum fol. 170. Caccialup. de pens. quæst. 4. Mandos. regul. 33. de signatur. per fiat quæstion. 14. nu. 11. fol. 145. vbi tamen intelligit, nisi pro bono pacis ex causa concordiæ, & ad lites tollendas tales pēsiones reseruaret, quia tunc habet facultatem illas imponendi perpetuò duraturas, & ad successores transitorias prout Papa solet reseruare Innoc. in c. nisi in fin. & ibi Abb. de præbend. Anan. in cap. audiuimus col. 2. colluf. detegend. Caccialup. de pensionibus q. 4. n. 4. Gig. eod tract. q. 85. n. 11. Redoan. de simon. p. 2. q. 21. num. 36. Gomes. in regul. de annal. q. 2. col. 2. in fi. vers. & eodem modo videmus fol. 238. vbi etiam multa ponit in execrationem litium, quæ dicitur cōtinere honestam causam, ita vt recedens ab eis magnū commodum consequatur l. Lucius §. fin. ff. ad Trebell. Dec. cons. 216. col. 2. Alex. cons. 42. col. 4. lib. 1.

Quibus etiam addendum est, quod non sufficeret assertio Episcopi dicentis causam interuenisse in similib. pensionibus per eum reseruatis, ideo aliunde debet constare de causa: Rebuff. de pacific. possessionib. num. 207. post Abb. in cap. diuersis fallacijs col. 2. post Glos. ibi de cleric. coniug. Oldrad. cons. 226. quidam Episcopus col. 1. Ista enim impositio pensionis dicitur alienatio, in qua requiritur causa, ideo ea non
6 probata est inualidum etiam si solemnitas interuenerit Reb. de pacif. possess. n. 106. & in c. exceptione 12. q. 2. Soc. cons. 29. viso quodam instrumento col. 1. lib. 1. Abb. in c. 1. de integr. rest.

Ideo in istis pensionibus impositis per inferiores à Papa non ponitur illa clausula sine retardatione solutionis pensionis, prout in eis, quæ reseruatur à summo Pontifice, nam in istis non requiritur causa, non. n. potest esse aliquod dubium super illarum validitate, quare statim habent executionem, cum in alijs requiratur causa iusta, & legitima, tanquam non possit imponi, nisi in casibus permissis, vnde non est honestum, vt fiat executio sine discussione, & cognitione causæ Gomes. in compend. signatur. posito post regul. de non iudic. iuxta form. supplic. col. antepen. vers. & est aduertendum fol. 170. Gig. de pensionibus q. 85. num. 2. to. 15. p. 1. fol. 360. vbi n. 11. ampliat etiam ad pensionem, quæ imponeretur per Episcopum ex causa concordiæ. Nisi forte pensionarius esset in quasi possessione exigendi, quia tunc nihilominus esset apponenda dicta clausula sine retardatione solutionis pensionis ex alio capite, quia alias pensionarius priuaretur sua possessione contra iuris debitum, & posset agere spolio Vestr. in prax. lib. 3. c. vlt. num. 1. fol. 77. Gig. de pension. q. 47.

Cum igitur Episcopus habeat facultatem imponēdi pensionem ad coæquandos fructus in permutatione beneficiorum ex supra allegatis, non est necessaria alia confirmatio summi Pontificis, aut expeditio Bullarum in vrbe super tali reseruatione, cùm enim valeat collatio, & reseruatio facta per ordinarium, non est opus Apostolica confirmatione, quasi super-
7 fluum sit hoc præcibus postulare, quod iam lege permissum est l. vnica ante med. vbi Glos. in verbo lege C. de thesaur. lib. 10. l. 1. in princ. C. de episc. aud. l. cum interdicto 6. & ibi Glos. in verb. à nobis C. arbitr. tutel. l. 1. in fi. ff. ad municip. l. in causæ la 2. quæ est 17. in princ. ff. de minorib. l. quæ sub cōditione ff. de conditionibus inst. & ita in proposito nostro, quod non requiratur alia expeditio, seu confirmatio apostolica notat Gonz. ad reg. 8. cancell. glos. 5. §. 5. n. 30. vbi attestatur de istilo curiæ, secundum quem nunquam Papa concedit confirmationem prouisionis cōcessę ab ordinario, nec reseruationis pensionis per eum facta, nam si est valida, & reseruata præuia iusta causa, non indiget apostolica confirmatione, si non est valida, non confirmatur, sed datur noua prouisio beneficiorum, vel noua reseruatio pensionum Rebuff. in prax. tit. de noua prouision. numero 14. fol. 147. & in tit. de reseruat. num. 17. in fin. vers. &

confirmatio pensionis fol.88.Mandos.de signar. grat. titul. de confirmationibus ad med. vers. pensions ab Ordinario impositæ,iuxta cap. quia, & cap. post electionem de concess. præbend.

PRAXIS POTESTATIS EPISCOPI in Regulares.

RESOLVT. CCLXXVI.

1 *Hic referuntur omnes casus, in quibus regulares subsunt iurisdictioni Episcopi, tam ex iure communi, quam Concil. Triden. Bullis, & constitutionibus Summorum Pontificum: quæ omnia vide per discursum, per omnes numeros, nam tediosum esset repetere, cum non indigeant summario.*

Quinam sunt casus ex Concilio Tridentino, in quibus regulares subijciantur Iurisdictioni Episcoporum.

PRimo quidem Regulares libros de rebus fidei, seu sacris imprimere, seu imprimi facere, non possunt,nisi prius examinatos, & probatos ab Episcopo, Conc.Trident.sess.4.de edit. libror.

Secundo vt lectionem Sacræ Scripturæ in Monasterijs suis habeant compelli possunt ab Episcopo, idem Concil. Trident. sess.5. cap.1. de ref. nouissimè autem Paulus V. ordinauit, vt in omnibus Regularium domibus, seu Monasterijs lectio linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur: & a regularibus diligenter addiscatur. Constitut. sua incip. Apostolicæ seruitutis anno 1610. Kalend. August.

Tertio prædicator Regularis prædicare non debet in sua Ecclesia, nisi fuerit approbatus a suis superioribus, & se præsentauerit Episcopo, pro benedictione ab ipso obtinenda, in Ecclesia verò non sui ordinis, si prædicare voluerit, non tanto benedictionem, sed etiam licentiam ad sic prædicandum obtinere, prius debet ab ordinario,idem Concil. loco cit.cap.2. & fidem de sua doctrina, moribus idoneitate per literas authenticas suorum superiorum,eidem ordinario facere obligatur ex ordinatione constitutionis Leonis X. incip. supernæ.

Prædicans tamen absque huiusmodi Episcopi licentia non ab Episcopo, sed à suo Superiore puniri debet ex voto Sac.Congr.Concil. relato à Quar. vers. priuilegia regularium in hæc verba.

Congr.Concil.censuit,Regulares qui absque licentia Episcopi prædicauerint in Ecclesijs, quæ suorum ordinum non sunt, tametsi decreto eiusdem Concilij cap. 2. sess. 5. contra fecerint non posse tamen puniri ab Episcopo, sed tantum à suis superioribus regularibus.

Quarto,si prædicet errores Regularis, Prædicationem ipsi interdicere potest Episcopus. Concil. loco cit. Imò quocumque alio modo etiam non reddita causa potest Episcopus interdicere Regulari, ne prædicet virtute decreti, citat. Concil. Trident. sess. 24. cap.4.de reform.illo loco (contradicente Episcopo,) & declaratũ fuisse idem à Sac. Congr.testatur Franc. Leo in sua praxi part. prima cap. 8. numer. 9. & licet Pius V. constitutione sua incip. Ad hoc nos Deus de Anno 1571. die 27. Septembr. Regularibus concesserit, vt irrequisito, & contradicente Episcopo prædicare possint; in multisque alijs contra dict. Concil. decreta tum illa constitutione, tum alia quæ incip. Et si mendicantium de Anno 1567. 17. Kalend. Iun. etiam alia incip.ex supernæ eiusdem Anni 7.Kal. Septemb.itemque alia incip. Ad exequendum eodem Anno Kal. Novembr. Cum ipsis regularibus dispensauerit, pariterque inter omnes regulares, tam mendicantes, quam non mendicantes eadem priuilegia, & declarationes communicauerit, illa tamen omnia per Greg. XIII. reuocata ad terminos iuris, & Conc. Trident. reducta fuerunt, quam constitutionem,ponit Piasecg. in sua praxi Episcop. parte 2. capitulo 3. quæ incip. In tanta rerum de Anno 1572. Kalend. Martij.

Et licet idem Gregorius post modum priuilegia mendicãtium confirmauerit, cum clausula (nulli contrarijs etiam suis obstantibus) in ipsis tamen confirmationis literis apposita est alia clausula (in quantum decretis Concil. Tridentin. non sunt contraria.) Ita quod nec posteriores recõfirmationes reualidẽt dicta decreta Pij Quinti in quantum aduersantur concilio prædicto, quam clausulam etiam alii Pontifices in similibus suis confirmationibus semper apponi voluerunt, vt ex ipsarum confirmationum tenore cognoscere licet.

Quinto Regularem prædicantem hæresim Episcopus ipsemet punire potest Concil. loco cit. sess. 5. & quocunque alio modo de hæresi, si fecerit se suspectum regularis ab Episcopo, & Inquisitore iudicari debet capit. ad abolendam de hæret. in 6. Nauarr. consilio primo numero quinto de hæret. Similiter, & de omni crimine depositione digno non superior regularis,sed Episcopus cognoscere debet idem Nauar. de foro compet.consilio 6.Zerol. parte secunda verb. Regulares.

Sexto in causis mercedum, & miserabilium personarum contra Regulares extra claustra degentes, exemptione non obstante, & quamuis habeat conseruatorem, seu iudicem suum deputatum procedere potest Episcopus Concil. citat. sess. 7. captul. 14. de reform.

Septimo eosdem regulares degentes extra Claustrum, si delinquant punire potest idem Episcopus idem Conc.Trid. sess. 6.cap.7.de refor.Idque etiam si in studiis morentur, seu alias de superioris licentia in ciuitate extra monasterium sui ordinis habitent idem Conc. sess. 25. cap. 4. Concilii refert Genuen. in prax.cap. 59. in hæc verba.

Regularis manens extra claustrum de licentia superioris, etiam in domo deputata ad erectionem Monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltem viuat sub superiore conuentualiter, potest puniri ab ordinario.

Octauo vagabundi, & absque literis obedientiæ per ciuitates, seu diœcesim transeuntes ab Episcopo detineri carcerari, & tanquam instituti sui desertores puniri possunt Concil.loco cit.

Intra claustra autem degentes Regulares in causis mercedum, & miserabilium personarum, tunc demum ab Episcopo iudicari possunt, si conseruatores sibi non elegerint, idem Conc. sess. 7. capitulo decimoquarto de refor. super quorum electione editum decretum a dicta Sacr. Congreg. refert Confect. in compilat. priuileg. titulo quarto, capitulo nono, & Quaran. verbo priuilegia Regul. verbis, quæ sequuntur.

Iussu Gregorij XIII. per Sac. Congregat. declaratum fuit, quod Regulares omnes in ciuitatibus existentes, sibi conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur: ac semel electos non nisi in capitulis prouincialibus mutarent, eorum denique nomina intra mensem à die electionis Episcopi locorum ordinarijs indicerent, alioquin coram ipsis ordinarijs conueniri possent.

Nono intra claustra degens Regularis, sed extra ea ita notoriè delinquens, vt populo scandalo sit ad requisitionem Episcopi à suo superiore puniri debet intra tempus ab Episcopo prefigendum, & si superior requisitus non puniret, Episcopus ipse

punire posset, idem Concil. Tridentin. cit. sess. 25. de Reg. cap. 14. Et hoc casu posset Regularis deprehensus in delicto deduci ad carcerem Episcopi, & sumpta informatione super delicto, dummodo sine mora sumatur, remitti cum copia processus ad suum superiorem puniendus, cum præfixione termini ad puniendum, quod seruatur in praxi Curiæ Neapol. Et emanauit Constit. Clem. 8. incip. Suscepti de anno 1595. 7. Kal. Mart.

Decimo visitari possunt ab Episcopo Monasteria Regularium commendata, in quibus non viget regularis obseruantia nulla præscriptione, priuilegio, conseruatorum deputatione obstante. Et si in eis viget obseruantia regularis, monere debet Episcopus eorum superiores, vt ipsi visitent, & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare neglexerint Episcopus ipse visitare posset, & corrigere nullo priuilegio, aut appellatione obstante, idem Concil. sess. 21. cap. 8. de reform.

Vndecimo Monasteria, quæ generalibus capitulis non subsunt, nec suos habent visitatores Regulares, si monita in Congregatione se se nō redegerint in omnibus Episcopi iurisdictioni subiecta sunt, idem Concil. sess. 25. citat. cap. 8. de regular.

Duodecimo monasteria quæuis, seu Ecclesiæ, locave regularium, curam animarum annexam habentia, quoad ipsam curam visitari debent ab Episcopo; itemque, & personæ curam huiusmodi habentes, siue sint sæculares, siue Regulares in omnibus curam ipsam concernentibus nulla exemptione se tueri possunt, quo minus visitentur, & corrigantur per Episcopum, idem Concil. cap. 7. sess. 7. de reform. & cap. 11. sess. 25. cit.

Particulariter autem Militum S. Ioannis Hierosolimitani, quos merito inter huiusmodi exemptorum seriem recensere possumus Ecclesias, quibus cura animarum incumbit in concernentibus ipsam curam Ordinario subiectas esse, & ab eisdem visitari posse clarè patet ex rescripto Pij V. quod incipit expoſcit, & infra die 22. Septembr. 1571.

Qui etiam dictam curam exerceant, siue sæculares, siue Regulares esse debeant, poni debent ad arbitriū superiorum ipsorum Regularium, non autem ad arbitrium Episcopi, nisi quod examinari, & approbari prius debent ab Episcopo antequam ponantur, quod declaratum fuisse à Sacra Congregat. Concil. refert Gonz. super 8. Cancel. glos. 5. n. 34. his verbis.

Petentibus Iesuitis, an Parochia Toletana in Monasterium erecta, & vnita eorum collegio gubernari possit à deputato, ab ipsis modo sit approbatus ab Ordinario, Censuerunt posse.

Decimotertio ijdem deputati ad curam animarum in Ecclesijs Regularium ad Synodum Episcopi venire tenentur cit. Concil. sess. 24. capitulo secundo de reform.

Decimoquarto Beneficia, in quibus habent ius præsentandi, vel restituendi regulares, si intra debitum tempus beneficijs huiusmodi non prouiderint, collatio ipsorum deuoluitur ad episcopum clem. vn. de supplend. negl. Prælat. Rebuff. de deuolut. n. 37.

Decimoquinto Regulares ijdem subditi sunt Episcopo quoad confessiones personarum sæcularium audiendas, ita quod illas audire non possunt, nisi prius fuerint approbati ab Episcopo, ad quod facit Constitio Leon. Decimi supra citat. Et si habuerint approbationem huiusmodi adhuc non possunt absoluere pœnitentes ab excommunicatione lata ab homine, alioquin incurrunt ipso facto excommunicationem Papæ reseruatam, eandem excommunicationem incurrunt, si administrent infirmo Eucharistiæ, vel extremæ vnctionis Sacramentum, vel benedicunt sponsos sine parochi licentia ex dispositi. Clem. 1. de priuileg. vltra quod illis hæc etiam sunt prohibita dicta const. Leonina.

Decimosexto incurrunt Regulares excommunicationis sententiam si aliquid in concionibus, vel sermonibus alijs prædicent, quo populus à decimarum solutione abstrahatur Clement. cupientes de pœnis.

Decimooctauo Regulares non debent suscipere ordines nisi ab Ordinario, ad quod videnda declaratio Clem. VIII. relata per Piaseg. in praxi episc. part. 2. tit. de Ordin.

Decimonono positionem primarij lapidis, consecrationem Ecclesiæ, Altaris, cœmeterij petere non debent, nisi ab ordinario. Nouum etiam Monasterium ædificare, seu fundare non possunt, nisi obtenta licentia ab Episcopo cit. Conc. sess. 25. cap. 5. de Regular. Quem autem modum tenere debeat Episcopus in concedenda huiusmodi licentia ordinauit Clemen. VIII. in constit. sua, quæ incip. Quoniam ad institutam die 23. Iulij 1603.

PRAXIS PRÆCEDENTIARVM.

RESOLVT. CCLXXVII.

1 *In materia præcedentiæ, tempris antiquitas multum prodest.*
2 *Si posterior in data, prius suas literas præsentauerit nihilominus prior in data præfertur.*
3 *Gratia in beneficialibus titulum præstat.*
4 *Qui prius adeptus fuit possessionem Canonicatus debet præferri in procedendo, & ferendo suffragium.*
5 *In dignitatibus, & honoribus præfertur antiquior, nisi iunior excedat in aliquibus.*
6 *Senior non tam dicitur ætate, quam sapientia.*

In materia præcedentiæ, temporis antiquitas multum prodest.

1 QVod in materia præcedentiæ, temporis prioritas multum prosit, patet ex notatis in cap. duobus, & cap. tibi qui gratiam de rescriptis in 6. Feder. de Senis cons. 158. incip. viso punct. num. 5. latè Vinc. de Franch. decis. 62. num. 1. & sequent.

Facit l. 1. de consulibus vbi glos. verb. anteire allegat. l. 1. c. de offic. Præf. Præt. lib. 12. l. 2. l. vnicuique C. de proxim. sac. scrin. l. vlt. C. de Primicerio lib. 12. leg. 1. §. inter ff. de albo, scribendo Nouell. const. 26. de consultat. l. sancimus 4. C. de consulibus ibi, & in adoranda nostra purpura, vel in consequendis cunctis consulum honoribus, & priuilegijs ex anteriori tempore prouectionis ordinem sibimet nouerint vindicandum, l. 2. C. de Præfect. Prætor. ibi, sit igitur sedes prior ante prouectis, locus conspectior decernendi, loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti Magistratus vetustior, l. 1. C. de præposit. Sacri cubiculi, Fabius de Anna dict. cons. 42. num. 9. & sequente, & per totum ferè consilium. Vt meritò prior in data posteriori præferatur, vt in dictis iuribus, & cap. si à sede de præbendis, lib. 6. & pro regula tradit in beneficialibus. Imola in cap. in nostra de rescriptis. Rebuff. in practica beneficiali in concordata, in forma mandati Apostolici verbo datum, & in repet. cap. nulla de concess. præb. vers. decimosexto, quæritur in fine, quod in tantum est verum, vt etiamsi po-
2 sterior in data prius suas præsentauerit literas, nihilominus prior in data præfertur, dict. cap. tibi, qui gratiam de rescriptis in 6. cap. eum, cui de præbendis, eodem lib. & DD. ibi Rebuff. glos. verb. datum. Dyn. in regula qui prior, n. 1. de reg. iur. lib. 6. allegans cap. si pro te de rescriptis in 6. & plures in idem allegat Nauarr. consil. 10. de maiorit. & obed. num. 1.

Et huic casui quadrat regula dicta, quod prior in
3 tempore sit potior in iure, cum gratia sit, quæ in beneficialibus titulum præstat, qui autem est prior titulatus est præferendus in possessione beneficij, vt tradunt Dec. cons. 220. num. 1. Ioan. Baptist. Ferret. cons. 27. nu. 4. Menoch. de adipiscen. possess. remed. 6. num. 42.

Nec obstabit Doctrina Ioan. Ignei in leg. 1. §. si cum omnes ff. de Senatusc. Syluan. qui per dictum capitul. duobus de rescriptis libro sexto tenet, quod dato concursu duorum habentium titulum eiusdem diei, & temporis, & conuenientibus simul in adeptione possessionis, locus est electioni, siue gratificationi Canonicorum, quibus rescriptum, seu mandatum dirigitur, quem text. in simili ponderauit Greg. Lopez in l. 2. tit. 15. p. 2. glos. 18. quæstione quinta, & in l. 9. titulo nono, parte 6. glos. 3. ad fin. Paul. de Castr. in l. si quis seruum 8. §. inter numero secundo, ff. de legat. 2. nam text. ille, & determinatio prædicta intelliguntur, quando essent pares in omnibus ipsi impetrantes, & ipsorum gratiæ eandem datam haberent, vt constat ex Greg. & Paul. vbi proximè, quod in dict. casu diuersum est, quia datæ gratiæ Doctoris Christophori Valenzuelæ est 3. Kalend. Maij, id est 29. Mensis Aprilis, & Doct. Petri Idibus Iunij hoc est 13. eius mensis die, ex diuersis autem non benè infertur iuxta notissimas iuris, & dialecticæ regulas, l. vltima, ff. de calumn. leg. naturaliter, §. nihil, commune leg. permiscri in princ. ff. de acquir. possess. leg. Papinianus exuli, ff. de minor. leg. scribit Quintus Mutius 36. in princip. leg. Quintus 29. §. 1. ff. de aur. & arg. legat. Cicero in topicis in argum. à differentia, vbi Boetius, & reliqui interpretes Hotoman. libro 1. dialecticæ institutionis, c. 24. & lib. 3. c. 23.

4 Sicuti qui prius possessionem Canonicatus fuit adeptus debet præferri in sedendo, & procedendo, ferendo suffragium, & similibus tradit Dominicus de S. Geminiano in cap. Isidorus 16. distin. Felyn. in rubr. de maiorit. & obedient. numero 3. Abbas in cap. 2. nu. 2. de his quæ fiunt a maiori parte capituli. Io. Montanus dict. tract. de Author. magn. consilij num. 80. Cassan. d. par. 4. cons. 48. nam vt dixit Abb. d. num. 2. Canonici aut collegiati dicuntur inter alia maiores, aut minores respectu scientiæ. Fabius de Anna cons. 122. n. 5.

5 Similiter licet in dignitatibus, & honoribus præferatur antiquior l. fin. C. de Tyronibus lib. 12. l. semper ff. de iure immunit. cap. 1. de maioritate, & obedient. cap. statuimus 6. dicto capitulo Episcopi dist. 24. Boer. titul. de custod. clauium num. 63. nisi iunior excedat in aliquibus Antiquiorem, Bartol. in Auth. de monachis §. ordinationem num. 4. vbi glos. verbo tempus, colligit argumentum pro Doctoribus iuuenibus, vt præferantur antiquioribus quando iuuenes sunt excellentiores sequitur Angel. ibi Roman. allegans glos. in l. 1. C. de annon. ciuilibus libro 11. Alex. numero 4. & 5. in l. cum quid ff. si cert. pet. vbi Ias. Cassan. vbi supra par. 10. cons. 30. quia senior dicitur non tam ætate, quam sapientia auth. de Monachis §. fin. & alios allegans. Fabius de Anna cons. 40. n. 3. & sequenti.

RESOLVT. CCLXXVIII.

1 *Doctoratus est dignitas multum considerabilis.*
2 *Doctores, sunt quasi radij solis.*
3 *Doctores debent præferri militibus.*
4 *Doctor in iure Pontificio, præfertur Doctori iuris ciuilis, & artium.*
5 *Graduatus præfertur non graduato.*
6 *Canonicus doctor præcedit alios canonicos non doctores.*
7 *Episcopus Doctor præcedit eum, qui non est Doctor.*

In præcedendo habetur ratio Doctoratus.

NVm in præcedendo habenda sit ratio Doctoratus, videtur affirmatiuè respondendum. Nam
1 Doctoratus est dignitas multum considerabilis, Abbas, & Ioan. de Anan. in cap. quanto num. 1. de magistris, idem Abb. num. 15. in cap. proposuisti de probationibus. Ludou. Gomez in cap. statutum, num. 67. de rescriptis, lib. 6. Dec. cons. 161. num. 2. Bonus de Curtili, tit. de nobilit. 3. p. num. 99. Azeuedo in l. 2. titul. decimo, lib. 8. recopil. num. 108. Angel. de Sanct. Ioanne, consil. 10. num. 10. & sequ. & est honor. Felyn. in cap. 2. de magistris. Io. Vinc. de Anna, allegat. 122. num. 3.

2 Sunt enim Doctores quasi radij Solis, cap. multi de pœnitentia, distinctione secunda, & velut luminaria in Ecclesia Dei splendere dicuntur cap. 1. de reliquijs. Gabriel Saray in annotat. ad Matthesil. singul. 59. n. 4. cap. multi, distinctio secunda, §. si quis omnem prima, quæst. 7. Ludou. Roman. in sermone habito, in consil. Basilien. num. vigesimoquinto, & sequente.

Vnde Ioan. de Anan. in dict. cap. quanto, num. 5. de
3 magistris, ait quod Doctores debent militibus præferri in sessionibus, processionibus, & alijs similibus actibus. Ioan. Montanus, vbi supra num. 93. maximè si sint Decretorum, siue Pontificij Iuris Doctores,
4 quia Doctori artium, vel in iure ciuili præferuntur, vt tradit Anan. in rubr. de magistris, num. 22. Roman. cons. 333. num. 11.

Et quod in beneficialibus etiam si in data, & præsentatione sint æquales, qui concurrunt, debeat gra-
5 duatus non graduato præferri, sunt regulæ Cancellariæ 16. Iunij 3. de concurrentibus super beneficio iuxta qualitatem, vbi Mandos. quæst. 12. à numero 1. Selua de benefic. 3. parte quæst. 15. num. 1. Rebuff. de priuileg. Scholasticorum, priuileg. 82. & latissimè in concordata rubrica de collat. §. præfatique ordinarij.

6 Hinc est, quod Canonicus Doctor præcedat in sedendo alios Canonicos determinat. Franc. de Aret. cons. 23. incip. in præsenti consultatione, num. decimo, versic. ad tertium, latè Mastril. decis. Sicil. 130. pro quo facit, quod Episcopus, Doctor præfertur Episcopo non Doctori, licet Doctor sit posterior in tempore. Ioan. Andr. Georg. allegat. 35. num. tertio. Ioan. Francisc. de Ponte, consil. 14. num. 47. vt tradunt Dominicus de Sanct. Geminiano, & Cardin. Alexand. in dicto cap. Isidorus 16. distinct. Andr. Barbat. cons. 57. incip. excussis, num. 30. col. 2. Cassan. dicto cons. 48. qui post Cosmam Cumier, ait dictas considerationes præcedentiæ, sine dubio habere locum in pluribus promotis eodem die, quo casu merita personarum debent attendi, per leg. primam, vbi Bartol. & Alexand. ff. de obsequiis præstandis, in prima quæstione de duobus Doctoribus eodem tempore factis, & confirmat cap. placuit 18. distinct. & Ioan. Montanus allegat. tractat. de author. magn. cons. 55. & 62. Petr. Lesnaudier. in opusculo de Doctoribus, tertia parte, quæst. quarta, idem Ioann. Mantuan. num. 64. in terminis eorum, qui fuere eodem die promoti. Nauar. cons. 5. de maiorit. & obed. de Franchis, decis. 365. num. 5. de Ducibus eodem tempore creatis, quod attendantur, aliæ qualitates illorum, & latè idem decis. 144. per totam, & sic Episcopum Doctorem præcedere illum, qui non sit Doctor, etiam prius
7 promotum ex Geminian. in cap. Isidorus 16. distinctione tradit Fabius de Anna cons. 122. num. sexto, & idem tenuerat cons. 40. num. 15.

RESO-

RESOLVT. CCLXXIX.

1 *Consuetudo assignat loca sedendi, & standi.*
2 *Barones penes regem debent sedere ordine consueto.*
3 *Consuetudo præcedendi inducitur decennio.*
4 *De iure canonico ad consuetudinem contra ius, requiritur spatium 40. annorum.*
5 *Consuetudo facti quæ idem est ac obseruantia, non requirit longum tempus.*
6 *Quando agitur possessorio vnus actus sufficit.*
7 *Vbi non est datus ordo in sedendo, attenditur quasi possessio.*

In præcedentijs attenditur consuetudo.

BAldus in capitulo cum olim in 1. not. de consuetudine pro regula tradit quod consuetudo assi-
1 gnat loca sedendi, & standi, & non debet præposterari, de quo Ang. consil.111. ordo consuetudinis vbi multa Iura ad id allegat Innoc. in cap.1. de maior. & obed. Menoch. latè cons.51. num.49. & seq. lib.1. & consil.126. num.3. lib.2. & nouissimè Elbertus Leoninus Germanus consil.1. numer.20. qui in casu præcedentiæ inter ducem Florentiæ, & ducem Ferrariæ consuluit.

Et idem Bald. in cap.1. §. Marchio numer.5. de his
2 qui feu. dar. possunt dixit quod Barones penes Regem debent sedere ordine consueto, sequitur hæc omnia Felyn. in cap. statuimus de maior. & obed.

3 Hæc autem consuetudo siue sit præter Ius, siue contra Ius de Iure Ciuili decennio inducitur Doct. in l. de quibus ff. de leg. & Surdus cons.58. numer.8. lib.
4 1. vbi multos allegat. De iure autem Canonico præter ius requiritur decennium contra ius, autem requiritur spatium quatuor annorum Felyn. in d.ca. statuimus col.1. & 2. Abb. & alij in cap. fin. extra de consuet. vbi Rochus Curtius latissimè.

In casu nostro cum consuetudo sit præter ius vt infra dicetur, decennalis sufficiet, & quod in hac materia præcedentię sufficiat consuetudo decennij, etiam de Iure Canonico tradunt Aret. cons.23. nu.11. in 3. dub. Gramm. dec.64. num.34. & Franc. Marzar. consil.26. num.34. Qui consuluit etiam in casu præcedentiæ inter Duces Ferrariæ, & Florentiæ; maximè quando q. est inter singulares personas de collegio, & non agitur contra totum collegium, siue vniuersitatem, quæ omnia clarius in casu nostro procedunt, in quo adest consuetudo, ne dum decennalis, sed etiam tricennalis ex libris probata; Imo verius est, non esse necessariam consuetudinem iuris, sed tantum
5 facti qualis est obseruantia quæ non requirit longum tempus, sed tantum sic fuisse aliquando obseruatum in certis actibus, quod Iudicis arbitrio committitur, ita declarat Ant. de Butrio in cap. fin. col. mihi 22. vers. ex his dixit Nicolaus de Mattarellis n.46. extra de consuetud. Aretin. consil.11. colu. fin. vers. sed tamen ex super abbundanti Alex. cons.36. in fine, & 107. col. vlt. lib.2. & Rochus Curtius in repet. d. cap. fin. & consuet. in rubr. num.24. in 4. quæst. folio mihi 395. in paruis, & in glosa fin. in 3. Sectione num.5. pag.501. Dec. cons.48. col.1. vers. & in tali consuetudine; Quibus accedunt alij, quos recenset Rim. Iun. consil.257. num.107. lib.3. Pereira de renouat. emphyt. quæstio. 9. num.17. fol.68. Marcus Solon. de pace post multos in leg. Tauri l.1. num.101. 184. 211. 215. & ex antiquioribus latè Alber. in rubr. C. quæ sit longa consuet. num.82. & seq.

Hæc autem locum sibi vendicarent, quando petitorio ageretur, quo casu consuetudo decennij requisita esset, vel obseruātia facti vt supra declaratum est,
6 quando autem possessorio, tunc vnus actus possessionis attenditur, præsertim in iudicio summarijssimo capit. cum Ecclesia Sutrina de causa possess. & propriet. vbi Pan. & alij. Andr. in cap.1. §. similiter in ostenditijs de cap. Corradi in cap.1. §. ille tamen col. 2. de controu. feud. apud par. term. in cap.1. versic. duobus quid sit inuest. cumulat infinitos de præcedentia loquens Menoch. cons.126. num.6. vol.2. & D. Genitor sing.96. & alleg.131. num.1. vol.2. quibus accedit Bursattus cons.343. num.74. lib.4.

Et vltimus actus inspicitur d. c. cum Ecclesia tex. insignis in l. Item Mela §. sed si alimenta ff. de alim. & cib. legat. quem allegat Andr. in cap.1. col.2. de his qui feud. dar. poss.

Et secundum hanc quasi possessionem in materia præcedentiæ est iudicandum, Cardin. Zabarella cons. 62. col.2. Corneus cons.193. num.11. vol.2. Portius de Imola cons.164. numer.48. Menoch. consil.51. num.40. lib.1. consil.126. num.6. lib.2. & Bursattus consilio 344. num.76. lib.4.

Et adeo vera sunt suprascripta, quod in ipsis quasi
7 possessio attenditur, quod vbi non est datus ordo in sedendo, melior est conditio possidentis: Auendanus in specie in tract. de exeq. mand. par.1. cap.19. n.1.6. vers. & vbi, qui allegat Bald. in l. per agrum C. de seruit. & acqua, & ibidem Auendanus dicit, quod primus occupator loci, vel sessionis est tuendus.

RESOLVT. CCLXXX.

1 *Canonicus si est maior alio nobilitate vitæ, vel scientia, præcedit alium prius promotum.*
2 *In dignitatibus duplex ordo reperitur vnus prioritatis, alter maioritatis honoris.*
3 *Doctor iunior, qui habet aliquam dignitatem annexam, præfertur antiquiori.*
4 *Iunior habens maiorem dignitatem, debet votare prius quam senior.*
5 *Consiliarius qui interuenit vt Aduocatus non sedet in nouissimo loco, sed in illo, in quo sederet si non esset aduocatus, quia est dignitas inseparabilis.*

In præcedentijs maior in dignitate precedit antiquiorem in tempore.

IS, qui maiorem habet dignitatem, præfertur ei, qui illam dignitatem non habet, etiam quod ille
1 sit prius promotus; hinc si vnus Canonicus est maior altero nobilitate vitæ, vel scientia, præcedit alium etiam prius promotum, Geminianus in cap. Episcopus col.1. 17. dist. per glossam in c. Isidorus in vers. præponimus 16. Dicit quod non attenditur prioritas temporis, sed maioritas authoritatis, ad idem Archid. in cap. quoniam 17. dist. Dicens quod maior præponitur, licet tempore sit posterior, hinc idem Geminianus in dict. cap. Isidorus dicit quod Episcopus, qui est Doctor præcedit Episcopum non Doctorem, etiam prius promotum per glos. ibi refert hæc omnia Felyn. in rub. de maior. & obed. col.1. num.3. Ad idem Bald. in l. sed & milites ff. de excus. tutorum, quem sequitur Alex. in l. Centurio num.14. ff. vulg. & pupill. vbi tradunt quod Comes, & Baro præfertur Comiti tantum. Pro qua opinione expendo text. insignem in l. vnicuique in princ. C. de proximis sacrorum scrin. lib.12. vbi qui posteriori tempore in militiam sacrorum scriniorum admissus est posteriori loco sedere debet, nisi ex alijs suis meritis, & laboribus dignior eo, à quo tempore vincitur, iudicetur, etenim vt Ioannes de Platea inquit in l.1. C. de consul. lib.12. num.1. in dignitatibus duplex
2 ordo reperitur, vnus scilicet prioritatis temporis, alius verò maioritatis honoris.

Et licet senior preferatur alijs in electionibus, testimonijs, & alijs glos. & DD. in l. cum quid ff. si certum

peta-

petatur per tex.in c.de quibus 20.dist.l.semper ff.de iure immun.cum mille alijs similibus.Tamen erit aduertendum, quod seniores intelliguntur non tam ætate, quam sapientia, & ceteris paribus, ista declarat Card.Alex.in d.c. de quibus Alex. & Dec. in d.l. cum quid idem Dec.cons.161. & Cagnol. in eadem l. cum quid n.40.qui allegat text.in §.fin. in auth. de Monachis vbi habetur præferri iuniorē in electione si constat ipsum meliorem esse, & concludit Cagnol. senectutem esse præferendam ceteris paribus, sed quid si iunior maiorem dignitatē haberet, esset senibus præferendus,allegat Alex.Socin.& Moder. Taurienses ibi.

Hinc egregiè Alex.in ead. l. cum quid n.70. inquit
3 quod Doctor iunior, qui habet aliquam dignitatem annexam,præfertur antiquiori,vt per eum ibi,& Purpur.n.65.& generaliter,quod ordo,& antiquitas temporis præferatur cæteris paribus,secus si in posteriore adsit alia qualitas excedens. Gem. in d. c. Isidorus & in d.c.Episcopus.Natta cons.62. n.55. qui n.56. dicit quod non valet argumentum ab antiquitate propter accidentia quæ sunt maioris ponderis, istis addo in specie Menoch. d. cons.126. n.31.vol.2. Bursat. cons. 615.num.144.& 145.volum.1.

Hinc solemniter Card.a Turrecr.in d.c. Episcopus 17. dist. omnes casus distinguendo pro regula tradit, quod primo loco præfertur, qui maior est ordine, & dignitate,sequitur Bursat.qui ipsum refert in d. cons. 343. n. 8. l.4. Ex quibus tollitur id quod aduersarij allegāt,quod seniores,prius votare debēt,quia hoc non
4 procedit quando iunior maiorem dignitatem haberet. Tollitur etiam secundo hoc argumentum, quod illud intelligitur, nisi consuetudo vel statutum aliter disponat, ita in specie declarat Auend. in d.c.19. fol. 118.col.4. vers. & nisi statutum, imo quod votū prius dare debet qui dignior est,tradūt optimè Card. Alex. in d.c.Episcopus 17.dist.Auēd.d.c.19. vers. votū autē dabit prius. Marzar.qui omnes allegat d.cons.26.n.9.

Et si dignior præcedit prius promotum,multo magis hoc erit,quando vno, eodemq; tempore dignior, & minus dignus assumpti sunt ad officium, siquidem præfertur,qui maiorem habet dignitatē: ita Loffred. in parafrasi ad And.in c.1.§.omnes filijs si de feu. defu.milit. fol.34. col.4. in princ. vbi allegat Alber.in l. fin.C.de off.præfect.vrbis, idem in duobus Episcopis vna die Creatis tenet Boer. in tract. de auth. magni consilij num.64. & in add. vers. dare prioritatem fol. mihi 905.in paruis,allegat inter alia tex.in l. generaliter §. spurios ff. de decur.

Et propterea D. Præses dignis. de Franchis in dec. 138.par.1.refert seruatum fuisse,quod quando Consi-
5 liarius interuenit in consilio vt Aduocatus non sedet in nouissimo loco,sed in eo loco, pro vt sederet si non esset Aduocatus, & ratio non est alia, nisi quia illa dignitas consiliariatus est inseparabilis,& in d. decis.allegat omnia quæ aduersariis videbantur desumpta ex c.a collatione de appell.in 6. de quibus inferius dicetur,& nihilominus dicit bis fuisse sic obseruatum.

Item in decis.365. par.2. decidit, quod creatis ducibus eadem die Duce Magdaloni, & Duce Bouiani fuit Prælatus Dux Magdaloni, quia tempore creationis erat Comes,allegat text.in l.1.& 2.ff.de albo scrib. & in l.1. C. de consult. lib.12. & inter duos officiales vno die creatos fuit prælatus, qui aliud officiū exercebat,item ille,qui prius fuerat doctoratus, item ille, qui actu exercebat aliud officium eo tempore, licet alius iam illud exercuisset, quod tamen tunc temporis non gerebat,hos omnes casus decidit idem D. de Franchis decis.144. prima parte.

RESOLVT. CCLXXXI.

1 *Episcopus Canonicus, quando sedet in capitulo sedet in eo loco, qui ad se spectat vt Canonicus.*
2 *In actibus scholasticis, rector studij præcedit Episcopum in gymnasio existentem causa studiorum.*
3 *Consiliarius in collegio Doctorū,non precedit antiquiores.*
4 *Episcopus consiliarius Principis in consilio tenebit locum, vt simplex consiliarius & an præcedet antiquiores de consilio.*

In præcedentijs non habetur ratio personæ quæ sustinet vicem duorum.

AD decisionem dicti puncti facit id, quod dicit gl. Francus,& Gemin.in c.a collatione de appell.in
1 6.vbi quod Episcopus sedens, vt Canonicus in capitulo sedet in eo loco, qui ad se spectat inter canonicos,non in loco suo,vt Episcopus.

2 Hinc in actibus scholasticis rector studij præcedit Episcopum in Gymnasio causa studiorum existētem Gem.& Franchus ibidem Bolognin.in authen.habita n.363.alias n.190.& seq. ff.de off.eius & in l. & si prætor num.5. eod. tit.

3 Hinc etiam Consiliarius in collegio doctorum non præcedit antiquiores collegiatos Purpur. dict. n.190.& in d.l. & si prætor n.8.& Menoch.de Arbitr.
4 in d.casu 68. nu.23. & 24. Sic Episcopus consiliarius Principis in consilio tenebit locum vt simplex consiliarius, & non præcedet antiquiores de consilio D.de Franchis d.decis.138. colum.2. & Frecc. de subfeud. fol.95. num.58.

5 Et ratio decisionis est,quia dignitas est inseparabilis a persona,& propterea,qui in dignitate est cōstitutus si adeptus est aliā dignitatem non relinquit priorem, & ob id alteri habenti æqualem dignitatem præferri debet,cum prior erat maior, quā secum habet annexam,licet in consilio interueniat ratione secundæ, ad quod in specie facit tex.in d.l.1. C.de consul. lib.12.

Idem clarè scribit Purpuratus in d. l.1. n.192.dum concludit, quod subscribit post Archidiaconum vel alium Præsidentem c. & iterum n.197. dicens quod Episcopus consiliarius tenet locum vt alius similis consiliarius, & non præfertur illi, qui est plus eo in consilio,& sic præfecto Prætorio,sic clarè sentit,quod Episcopus sedet vt Canonicus ad finem vt præferatur Præsidi,qui est plus eo, non autem dicit Purpuratus, quod sedet in suo loco inter consiliarios,& nouissimè hanc eandem opinionem probauit eruditissimus D. Ioannes Franc.de Ponte in consil.14. n.50. & 65. vol. 1.post hæc scripta edito,qui etiam cons.41. plura de obseruantia facti collegit:imo idem Purpuratus num. 194.præsupponit adesse aliquos D. Consiliarios, qui sedent ante alios collegiatos in Collegio studij, & in sacro consilio, dum Episcopus Bisignani fuisset creatus Regius consiliarius, non sedit in suo loco vt consiliarius, sed immediate post Præsidem, siue Decanum secundum Abbatis opinionem.

RESOLVT. CCLXXXII.

1 *Oriundus est præferendus non oriundo.*
2 *Minus nobilis si est ciuis, & de terra, præfertur magis nobili.*
3 *In Episcopatibus Burgensi Palentino, & Calaguritano, beneficia conferuntur Originarijs.*
4 *Consultissimum esset,vt authoritate Papæ, beneficia omnia efficerentur patrimonialia.*

In præcedentijs habetur ratio ciuilitatis, seu originis.

1 ORiundus non oriundo est præferendus, vt passim probant regulæ Cancellariæ summorum Pontificum,& Quintilan. Mandos. ad regulam 16. de concurs.

curs. super Benef. q. 39. n. 2. vers. contrarium, & seqq. glos. in c. neminem verbo Ciuitatis 40. dist. tenens potius esse præferendum clericum de ciuitate, quam extraneum Rocchus de Curte 40. dist. in verbo honorificum q. 18. num. 45. & sequen. Lambert. eod. tract. art. 4. q. 5. princ. 3. par. lib. 2. Io. Guttierez cons. 2. nu. 23. Selua de Beneficijs 3. par. q. 26. Guillielm. Benedict. in c. Raynutius verbo & vxorem num. 482.

Si quidem, & ciuilia iura originarios præferunt exteris l. Diuus ff. de tutor. & Curat. datis ab his, vbi hoc procedit in tutela, & in prætura vrbana l. fi. C. de off. prætoris, & in publicis negotijs administrandis l. vnica C. si curialis relicta Ciuitate lib. 10. & in subuentionibus, & eleemosynis l. 2. vbi Bart. C. de annot. ciuilibus lib. 11. & in possessione a qua extranei remouentur probat l. vnica C. non licere habitat. metroc. lib. 11. latè Lucas de Penna in l. quisquis C. de omn. agr. defer. eod. lib. Mandos. vbi proximè n. 8. & 9. id iuris diuini maximis testimonijs probat Azeuedo in l. 14. tit. 3. lib. 1. recopil. num. 7. Sic Doctor ciuis præfertur forensi secundum Romanum in l. si verò fallentia 14. ff. solut. matr. Felyn. in c. sicut tuis vers. in glos. 1. num. 1. de Simonia, Pro quibus facit glos. in l. apud eum in verbo potest. ff. de manumissionibus. Boer. in addit. incipit, & etiam in tract. de author. magni consilij. num. 93. & num. 54. verbo in Territorio vbi post Bart. in l. 1. C. de Alex. Primat. lib. 11. ait quod minus nobilis si est ciuis, & de terra præfertur magis
2 Nobili, & idem procedit etiam si esset minus idoneus & forensis esset magis idoneus, quia adhuc oriundus venit præferendus, per text. in l. in Ecclesijs C. de Episc. & cler. glos. in d. c. neminem 40. dist. Rebuff. tract. nominat. q. 9. num. 57. Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsump. 37. num. 1. Ludou. Gomez in regula de idiomate q. 1. idem Rebuff. vbi proxime q. 21. numero 55. Ioan. Guttierez dicto cons. 2. num. 24. Azeuedo vbi proximè n. 9. & 10. vnde non immerito (de Romanis sentiens) Cicero de Amicitia dixit Potiores sunt Nobis ciues, quam Peregrini, quem referunt addit. ad Abbat. in c. si proponente 42. de rescriptis, Mandos. d. num. 8. Menoch. de præsump. 2. tom. part. 2. præsumptione 12. num. 5. libr. 5. apud eos solis ciuibus honores patuere, neque alius decora atque insignia dignitatis assequi potuit vsque adeo vt quibus furtim hoc essent adepti recomperta horum gradum cum toto ciuitatis honore Papia lege amiserint, quæ lex Papia de ciuitate appellatur, lataque fuit a Caio Papirio Tribuno plebis Cotta, & Manlio Consulibus anno DCXXCIIX. vt peregrini Vrbe Roma expellerentur, de qua post Ciceronem 3. offic. & in oratione pro Balbo, & Archia. Dio. lib. 37. tractat. Hoctomanus Prateius, & Paulus Manutius, & Antonius Augustinus in libr. de legibus Romanis, cuius legis vim Marcum Perpennam expertum fuisse, Valerius Maximus testatur libr. 3. cap. 4. §. 5. his verbis.

Non paruus consulatus rubor M. Perpenna vtpote qui Consil. antequam Ciuis, cum interim cuius vita triumphauit, mors Papia lege damnata est, namque patrem eius nihil ad se pertinentia Ciuis Romani iura complexum Sabelli iudicio petitum redire in pristinas sedes coegerunt, ita M. Perpennæ nomen adumbratum falsus consulatus caliginis simile imperium aliena in Vrbe improbè peregrinatus est. Quibus verbis liquido constat Romæ honores, nisi ciuibus Romanis non patuisse, & eos, qui ciuitate priuati erant honorum etiam insignia perdidisse, vt bene Notauit Carolus Sigonius de antiquo iure Ciuium Romanorum capite 18. de iure honorum confirmat illud Suetonij in Claudio cap. 25. Ciuitatem Romanam vsurpantem in campo Exquilino securi percussit, & quando in pretio fuerit habitum ius ciuilitatis Romanæ ostendit idem Sueton. in Augusto cap. 40. Liuiæ pro quodam tributario Galliæ roganti ciuitatem, negauit, immunitatem obtulit, affirmans se facilius passurum fisco detrahi aliquid, quam ciuitatis Romanæ vulgare honorem. Tribunusque ille, de quo actuum Apostol. cap. 22. B. Paulo interrogauit. Dic mihi si tu Romanus es, at ille dixit, etiam, respondit Tribunus: Ego multa summa ciuitatem hanc consequutus sum optimè: Diuus Augustinus lib. 5. de Ciuitate Dei cap. 17. Bernard. Alderet. in lib. 1. originis linguæ Castellanæ cap. 4. pagina 29. Sueton. in Galba cap. 14. Vnde meritò Aristotel. 3. politicorum c. 1. dixit quod ciuis nulla magis alia re diffinitur, quam participatione potestatis publicè iudicandi, atque gerendi magistratus; sequitur Simancas lib. 1. de Repub. cap. 13. num. 1.

Imò in beneficialibus maxima in consideratione habetur, vt tradit Mandos. d. reg. Cancel. 16. q. 41. n. 3. Pro quo facit text. in c. nullus iuncta glosa in verbo ciuitatis, in princ. dist. 61. c. Sacrorum post principium 63. dist. capit. hortamur. 61. dist. c. fraternitatis de cler. non residen. Firman. in tract. de Episcopo lib. 2. q. 48. Rocchus de Curte d. verbo honorificum num. 11. Selua de benef. 3. par. q. 26. Bernard. Diaz in pract. cap. 54. vbi Salzedo in eodem cap. a se nouiter edito.

Quæ ratio est vna ex alijs, quibus iustificatur laudabilis, & antiquissima consuetudo Episcopatus Calaguritani Burgensis, & Palentini, vt beneficia Ecclesiastica solum Diœcesanis, & originarijs conferantur, nec contra hoc prouisiones Apostolicæ admittantur
3 l. 21. cum duobus sequentibus tit. 3. libr. 1. recopilat. de quibus post Azeuedum vbi tractat Couar. in pract. quæst. cap. 36. numero 3. in medio, vers. Olim in remedio, & num. 4. vers. similiter, & num. 19. vers. eadem ratione, Nauar. in Manuali cap. 25. numero 116. & melius, latiusque ipsis Cassadorus decis. 18. de præbend. Auend. in cap. prætorum par. 1. c. 1. numer. 32. vers. Item ex eadem Quintilian. Mandos. in regula Cancellariæ de infirmis resignantibus q. 15. num. 14. & seq. Ludou. Gomez in regula de non tollendo iure quæsit. q. 1. num. 10. Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 12. q. 3. num. 12. & lib. 2. q. 12. num. 3. & lib. 4. q. 7. nu. 4. Bernard. Diaz vbi proximè num. 11. & consultissi-
4 mum esset Reipublicæ vt authoritate Papæ, beneficia cuiuscumque Ecclesiæ patrimonialia efficerentur, vt ait Couar. in pract. quæst. cap. 35. numer. 5. Ludou. Gomez in regula de Idiomate q. 1. Selua de Benef. 2. part. q. vlt. & 3. par. q. 26. Flamin. Paris. d. q. 3. nu. 13. & Villar. de patronatu Calatimbij 3. par. in prin. n. 5. & 6. pro quibus faciunt, quæ tradit Guill. Duran. in tract. de modo generalis concilij celebrandi 3. part. rubrica de beneficijs Ecclesiasticis vers. posset Abb. in cap. ad Decorem de institut.

Vnde in sacro Concil. Trid. fuit merito consultatum, vt omnia beneficia efficerentur patrimonialia, vt attestatur Dominicus de Soto libr. 3. de iust. & iure q. 7. art. 2. Flamin. Paris. vbi proximè num. 14. Couarr. d. num. 5. Rodriquez in summa part. 1. capit. 106. numer. 8. Villar. d. num. 6. Salzedo ad Bernard. Diaz d. c. 54. num. 7.

RESOLVT. CCLXXXIII.

1 *Prior tempore potior est in iure.*

2 *Qui primo dignitatem, vel officium est assecutus reputatur dignior licet iunior sit ætate.*

3 *Doctor qui primo accepit Doctoratum alijs præfertur.*

4 *Consiliarius qui primo adeptus est possessionem officij præfertur ei, qui primo habuit priuilegium.*

5 *Temporis prioritas facit gratiam meliorem.*

6 Prior

6 *Prior in data præfertur posteriori etiam si posterior in data prius suas præsentauerit literas.*
7 *Gratia in beneficialibus titulum præstat.*
8 *Dato concursu duorum habentium titulum eiusdem diei, & temporis eis conuenientibus simul in adeptione possessionis, locus est electioni, seu gratificationi Canonicorum, quibus dirigitur rescriptum.*

In præcedentijs habetur ratio prioris possessionis.

VVlgare est iuris axioma, quod qui prior est tempore sit potior in iure, l. 1. l. potior ff. qui potiores in pignore habeantur Hugo Donnellus eodem tit. inserto in suo tractatu de pignoribus, cap. qui prior. 54. de reg. iur. in 6. capit. si pro te cap. tibi qui gratiam de rescript. eod. lib. Paul. Castr. cons. 37. num. 29. & cons. 40. num. 6. lib. 3. Dec. consil. 224. num. 1. & cons. 689. num. 1. & 2. Surdus tractat. de alimentis titul. 1. quæst. 94. num. 15. Afflict. decis. 305. num. 3. Gregor. Lopez glos. 4. in l. 9. & glos. 3. in l. 12. tit. 15. par. 1. Nauar. consilio 5. num. 2. de maiorit. & obedient. 1

Rursus, qui primo dignitatem, vel officium assequutus est, reputatur dignior. Licet iunior sit ætate c. fin. 17. distinct. cap. statuimus cum concordantibus notatis per glos. ibi verb. primum locum de maior. & obed. cap. vltim. 75. distinct. cap. Episcoporum 74. dict. l. 1. ff. de albo scribendo Cæsar Vrsillus in additionibus ad Afflict. decis. Neapolit. 1. num. 13. Portius instit. de bonorum possess. num. 12. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 21. num. 4. & 5. 2

Ideo Doctor qui primo accepit Doctoratum alijs præfertur. vt tradunt Hieronym. Gratus cons. 116. num. 5. volu. 2. Marin. Frecc. in suo tractat. de feud. tit. quis sit Dux num. 41. Cæsar. Vrsill. vbi proximè num. 18. Ioa. Andr. in cap. si gratioſe 5. de rescriptis libr. 6. Io. de Ligna. in cap. capitulum Sanctæ Crucis de rescriptis Franc. Marzarius cons. 26. num. 13. 3

Similiter, quia Gratus vbi proximè num. 6. dicit esse firmam iuris regulam quod dignitatem prius adeptus præferatur alteri, qui posteriori loco eandem dignitatem fuit consequutus l. 1. ff. de albo. scribendo l. 3. C. de Tyronibus lib. 12. l. fin. ff. de fid. instru. Bald. Bart. Alex. Iason. Soccin. & Dec. in l. cum quid ff. si certum petat. Curia Pisana lib. 2. num. 3. & 6. Ioan. Monta. de authorit. Magni consilij num. 8. & in Canonicis quod prius recepti præcedant postea receptos post Inno. in c. statuimus vers. item nota de maioritate, & obedientia vbi Felyn. num. 5. Cephal. cons. 644. num. 5.

Et in consiliarijs, aut officiarijs Regijs, quod ille qui primo fuit adeptus possessionem officii præferatur ei, qui primo habuit priuilegium, Marin. Frecc. libr. 2. de subfeudis vers. quis dicatur Dux num. 44. Marchio Anton. Surgen. lib. 1. de Neapol. Illustr. cap. 27. num. 40. Franc. Becc. cons. 192. num. 3. tom. 2. cap. 1. vbi DD. de maiorit. & obedient. Bald. in cap. cum olim notab. 2. de consuetudine Ruyn. consil. 19. numer. 9. colum. 1. Castan. in cathal. glor. mundi par. 4. consider. 17. vers. & non solum Boer. in addit. tractat. de authoritat. magni consil. nu. 81. & 123. Rebuff. in tractat. nominat. quæst. 21. num. 4. Rota decis. 2. de consuet. & in nouis vbi additio Paul. Æmil. decis. 357. numer. 2. par. 2. Hyeronim. Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ de alternatiua mensium in proemio §. 3. num. 23. & sequent. Vincen. de Franch. dec. 144. num. 1. pragmat. 3. de offic. Sac. Cons. Regni Neapol. Platea in l. 1. C. de proposit. sacri cubiculi Io. Andr. Georg. allegat. 35. num. 18. & 20. l. 1. ff. de albo scribendo l. 1. C. de silentiar. tex. in l. vnicuique C. de proxim. Sacror. in l. comperimus 13. eod. tit. li. 12. l. ex agentibus 4. C. de princip. agenti in rebus l. 4. C. de priuileg. eorum qui in sacr. palat. milit. libr. 12. 4

Et ita temporis prioritas facit gratiam meliorem, non priorem, vt patet ex notatis in cap. Duob. & cap. tibi, qui gratiam de rescript. in sexto. Federicus de Senis cons. 158. incip. viso puncto num. 5. latè Vincentius de Franch. decis. 62. num. 1. & seqq. facit l. 1. C. de consulibus vbi glos. verbo Ante ire, allegat. l. 1. C. de offic. præf. Præt. lib. 12. l. 2. l. vnicuique C. de proxim. sac. Scrin. l. vlt. C. de Primicerio lib. 12. l. 1. §. inter. ff. de albo scrib. Nouell. Const. 62. consult. l. Sancimus 4. C. de consulib. ibi, & in adoranda nostra purpura, vel in consequendis cunctis consulum honoribus, & priuilegiis, ex anteriori tempore prouectionis ordinem sibimet nouerint vindicandum l. 2. C. de præfect. præt. ibi: sit igitur sedes prior ante prouectis, locus conspectior, decernendi, loquendique facultas antiquior, cui est splendor adepti magistratus vetustior l. 1. Cod. de Præposit. sacri cubiculi, Fabius de Anna dicto cons. 47. num. 9. & seqq. & per totum ferè consilium. 5

Vt merito prior in data, posteriori præferatur, vt in dictis iuribus, & c. si à sede de præb. lib. 6. & pro Regula tradit in beneficialibus Imola in c. in nostra de rescriptis, Rebuff. in practica beneficiali in Concordata in forma mandati Apostolici, verbo datum, & in repet. cap. nulla de Concess. Præb. verſic. 16. Quæritur in fine, Quod intantum est verum, vt etiam si posterior in data prius suas præsentauerit literas, nihilominus prior in data præfertur d. cap. tibi Qui gratiam de rescript. in 6. capit. eum, cui de præb. eod. lib. & Doctores ibi. 6

Rebuff. dicta glos. verbo datum, Dynus in Regula, qui prior num. 1. de reg. iur. lib. 6. Allegans capit. si pro te de rescripit. in 6. & plures in idem allegat addit. ad Dyn. vbi proxime. Nauarr. cons. 10. de Maior. & obed. numer. 1. Et huic Casui quadrat Regula supradicta. Quod prior in tempore sit potior in iure, cum gratia sit, quæ in beneficialibus titulum præstat qui autem est potior titulatus est præferendus in possess. beneficij, vt tradunt Dec. consil. 220. numer. 1. Io. Bapt. Ferrett. cons. 27. num. 4. Menoc. de Adipiscen. possess. remed. 6. num. 42. 7

Nec obstabit Doctrina Ioan. Ignei in l. 1. §. Si cum omnes ff. de Senatusc. Syllan. qui per d. cap. duobus de rescriptis lib. 6. tenet. Quod dato concursu duorum habentium titulum eiusdem diei, & temporis, & conuenientibus simul in adeptione possessionis, locus est electioni, seu gratificationi Canonicorum. Quibus rescriptum, seu mandatum dirigitur, quem tex. in simili ponderauit Greg. Lopez in l. 2. tit. 15. par. 2. glosa 18. q. 5. & in l. 9. tit. 9. part. 6. glosa 3. ad finem, Paul. de Castr. in l. si quis seruum 8. §. si inter num. 2. ff. de legat. 2. nam tex. ille, & determinatio prædicta intelliguntur quando essent impetrantes pares in omnibus, & ipsorum gratiæ eandem datam haberent, vt constat ex Greg. & Paul. 8

PRAXIS PRÆSTANDI Alimenta à Beneficiato Patronis.

RESOLVT. CCLXXXIV.

1 *Ecclesia tenetur præstare alimenta patrono egenti, & amplia procedere num. 2.*
3 *Benefacienti debemus benefacere.*
4 *Ecclesia dicitur mater pauperum.*
5 *Ecclesia sciens patronum fame perire, si eum non subuenit tenetur de homicidio.*
6 *Nihil interest, an occidat quis, vel mortis causam præbeat.*

Patrono

Patrono Inopi debentur Alimenta.

INter alias vtilitates prouenientes ex fundatione iuris patronatus est illa etiam, qua patrono
1 ad inopiam redacto debentur Alimenta; clarum enim est in iure quod Ecclesia alit patronum suum si pauper sit, & egestate laboret, & idem in filijs ipsius patroni, est textus in cap. quicumque 16. quæst. 7. est text. cap. nobis, vbi notant omnes de iure patronat. & in vtroque loco ponit glos. est etiam text. in c. finali, 10. q. 2. & in dictis locis ponunt etiam Doctores, hanc sententiam probauit Alb. in rub. C. de alen. liber. Pau. de Citad. in tractatu de iure patronatu in 4. art. 6. parte num. 157. Lamberteng. in eodem tract. lib. 3. in 3. princip. quæst. in fin. Felyn. in cap. cum omnes num. 32. de constit. Cassad. de iure patron. dec. 7. num. 2. Plat. in rub. C. de decurion. in fi. lib. 10. Ripa in lege cum filio num. 15. ff. de leg. 1. Bero. in cons. 5. num. 63. volum. 1. Duen. in reg. 187. num. 14. Cordub. in d. l. si quis à liberis §. fin. num. 20. & 28. ff. de liberis agnos. & procedit etiam si vni-
2 cus sit rector, vel beneficiatus illius Ecclesiæ, vt probat Bart. in dict. l. si quis à liberis §. sed alimentis post Dyn. ibi, & sequitur Paul. de Citad. loco prædicto num. 161. in fin. Oritur autem hæc obligatio a natu-
3 rali ratione, secundum quam benefacienti debemus benefacere cap. cum in officijs de testam. l. sed si lege §. consuluit ff. de petit. hæred. it. Quæ ratio & si generaliter valeat apud omnes, tamen debet multo ma-
4 gis valere apud Ecclesiam, quæ dicitur mater pauperum c. ad Romanam Ecclesiam 2. quæst. 6. & nemini claudit gremium suum, sed omnes amplectitur tanquam filios l. liquet §. hoc igitur. Cod. de summa Trinit. & fide Cathol. & facultatum partem per ministros distribuit in pauperes cap. nobis, & cap. quarta 12. quæst. 2. c. decimæ 16. quæst. 1. lib. 2. C. de Episcopis, & clericis, & dicit glos. in cap. fin. 12. q. 1. quod res Ecclesiæ, & clericorum dicuntur esse pauperum, ex quo necessitatis tempore sunt eis communicandæ secundum tex. in cap. conuenior 23. q. 8. in c. sicut hi 67. dist.
5 Quæ omnia adeo vera sunt vt si sciens patroni indigentiam permittat eum fame perire teneatur de homicidio l. necare ff. de liberis agnoscend. & nihil in-
6 terest an occidat quis, vel mortis causam præbeat l. si quis necandi C. ad leg. Cornel. de sicar. & dicitur malum committere, qui illi non occurrit, cum potest c. posse in distinct. 86. c. quantæ de sentent. excomm.

RESOLVT. CCLXXXV.

1 *Alimenta habent respectum ad dotem.*
2 *Dote perempta an debeantur alimenta vide n. 3. & 4.*
5 *Donatarius tenetur alere donatorem, si dues sit etiam vltra quam ferant redditus rei donatæ.*
6 *Obligatio antidotalis causatur, & contrahitur eo ipso quod patronus dotat Ecclesiam.*
7 *Cessante causam non cessat effectus consumatus.*

Alimenta patronis an sint præstanda dote perempta.

VIdebatur primo intuitu concludendum negati-
1 uè, cum alimenta habeant respectum ad dotem arg. text. in cap. nobis de iurepat. & consequen-
2 ter dote perempta non deberi alimenta, quemadmodum dicimus, quod extincta re non debetur census, Bald. cons. 23. volum. 1. Couar. lib. 1. c. 12. Rodriquez de annuis redditibus q. 13. Felician. de censibus q. 17. n. 28. & seq. vbi refert hanc esse communem omnium sententiam.
Cæterum præfatis minimè suffragantibus contra-
3 rium resoluendum censui, vt conclusio supra firmata, vt patronis agentibus debeantur alimenda iuxta terminos, c, nobis de iurepatr, procedat etiam si fides
4 data Ecclesiæ à patrono sit perempta, quia nihilominus Ecclesia subuenire tenetur patrono per d. c, quod voluis Bald. in l. 1. C. de iure Emphyt. vbi si donaui domum Ecclesiæ, vt me alat tenebitur Ecclesia, etiam si domus fuerit combusta, vel perierit, sequitur Crem. sing. 1. nam tradendo rem impleui contractum ex parte mea, & translato semel Dominio res perit Domino, non mihi. Hoc voluit in nostris terminis Cittad. in d. art. 4. num. 165. Ergo arbitror, hanc decisionem veram, sed non per supradictam rationem: sed quia ratio recepti beneficij durat etiam re perépta, ideo remanet semper antidotalis obligatio,
5 vt videmus in donatario, qui tenetur alere donatorem, si dues sit, etiam vltra quam ferant redditus rei donatæ, vt tradit Ripa in l. fin. numero 165. C. de reuoc. donat. vbi declarat Salyceti dictum ibi, cau-
6 satur autem antidotalis obligatio, & contrahitur eo ipso, quod patronus dotat Ecclesiam: proinde si cessat dos, vt quia res pereant non cessat effectus obligationis, qui erat consumatus. Cessante enim
7 causa non cessat effectus consumatus l. fin. in princip. ff. vnde liberi l. inter stipulantem §. sacram. ff. de verb. oblig. Tiraq. in tract. cess. caus. lim. 12. cum ergo non res ipsæ sint in causa, quod Ecclesia alat patronum, sed obligatio oriatur ex donatione, licet cesset res: quia tamen non cessat ipsa datio, præstanda sunt alimenta. Et hanc ampliationem sequuntur Cyn. Ang. & Albert. in d. l. 1. C. de iure emphyt. Ias. in l. quominus num. 178. ff. de flum.

RESOLVT. CCLXXXVI.

1 *Ecclesia an teneatur præstare alimenta patronis antequam probetur summa illorum egestas, & n. 2. & 4.*
3 *Quis dicatur pauper: quis inops.*
5 *Non dicitur pauper is, qui ex aliquo honesto exercitio vna cum patrimonio honeste viuere potest.*
6 *Non est indecorum alicui exercere artem, quam sui maiores exercuerunt.*
7 *Ecclesia ex quodam gratitudinis iure patronum indigentem alere tenetur.*

Patroni vt alimenta consequi valeant summam egestatem probare debent.

IN præsenti quæstione respondi cum decisione Rotæ in vna Regiensi prioratus prima Iulij 1596. coram Penia, cuius tenor est videlicet.
Iusserat Reu. Pater D. meus Mellinus, coram quo ista causa pendebat strictè discuti, an probaretur paupertas ob quam Domini de Taccolis prætendebant sibi de redditibus istius prioratus alimenta præstari, & vtraque parte informante die 5. Iul. Rota
1 resoluit. Ecclesiam non teneri ad alimenta præstanda ex eo, quod debuerit probari summa patronorum egestas, quæ necessaria quibusdam visa est, ad effectum, vt patronis alimenta sint præstanda c. quæcunque vbi glos. in verbo ad inopiam vers. istud autem intelligas 16. q. 7. & c. nobis de iure patron. Bald. in l. fin. C. de reuoc. donat. Corn. in l. si quis à liberis §. solent. nu. 20. & 25. ff. de lib. agnosc. Lind. tract. tit. 1. q. 54. num. 5. & 15.
Neque ex eo quod fundator in fundatione istius iuris patronatus de anno 1570. dixerat, quod si aliquis ex parentibus suis veniret ad inopiam ab Ecclesia à se fundata reciperetur, & substentaretur, quasi pro-
2 pterea voluisset, quod patroni successores non aliter alimenta consequerentur, quam probata inopia, quæ multo maiorem indigentiam, quam paupertatem vi-
3 detur significare, cum pauper dicatur, qui parum habet

habet in bonis, inops verò, qui nihil possidet Archid. in c. quo iure 8. dist. Paul. de Cast. in l. quod de pauperibus num. 4. C. de Epis. & cler. maior pars Dominorum omissa ista scrupulosa, & minus secura dis-
4 ferentia sentiebat sufficere probare talem paupertatem, quæ consideratis circumstantijs bonorum, personarum, & rerum postulare videatur esse locum præstationi alimentorum.

Sed ex eo, quod in hac facti specie non videbatur probata talis paupertas, nam respectu Cæsaris Patris Antonij Mariæ, & Achillis testes probant illum possidere bona valoris Scut. 2000. istos vero de Tacculis qui modo agebant ad alimenta possidere etiam bona valoris Scut. 1000. & habere redditum vltra domum Regij 30. Scut.

In specie autem Achillem habuisse d. simplicia beneficia Scut. anno. 40. & insuper illum inseruiendo in Hospitali S. Iacobi Incurabilium de vrbe præter menstruum salarium alimenta inibi consequutum, probāt testes, ex quibus apparebat cum nec inopem, nec pauperem ad hunc effectum dici potuisse.

Propterea respondendo Ant. & Gaspar. non videbatur probata paupertas, quia testes super 7. & 12.
5 interrog. fatebātur illos ex aliquo honesto exercitio, vnà cum patrimonio competenter viuere potuisse, & tertius testis super 10. interr. dicebat che le famiglie quali haueßero li sopradetti beni, e con l'industria loro acquistassero qualche cosa potriano viuere in Reggio honestamente. Vnde cum Cæsar. pater exercuerit artem, honestè quoque eandem ipsi poterant exercere, & de Io. Maria dicebatur, potuisse illum incumbere arti notariatus, quam auus eius, & proauus exercuisse dicebantur, istę enim artes, & exercitia honesta reputantur, & honoratis ciuibus digna, ars verò Notariatus, quod sit honesta, & viris ciuilibus apta, deponebant testes pro Tacculis super 2. interrog. Vn-
6 de non erat eis indecorum exercere artem, quam sui maiores exercuissent Cordub. in d. l. si quis à liberis §. sed si filius num. 129. Rol. consil. 54. n. 78. lib. 2. Ex quibus inferebatur, quod licet Domini de Tacculis esset nobiles (quod non negatur) imò facilè concludi videbatur, ex dictis testium, & præsertim ex tam antiqua iurispatronatus fundatione, & ratione nobilitatis aliquod ex eis foret indulgendum cum maioribus alimentis nobiles, quam ignobiles indigeant, in hac tamen facti specie ex supradictis fuit conclusum, non fuisse locum præstationi alimētorum: satis enim erat, vt si non possunt nobiliter viuere, congruè tamen vi-
7 uerent, præsertim cum Ecclesia ex quodam gratitudinis iure patronum indigētem alere teneatur Cassad. dec. 3. de iure patr. Abb. in d.c. nobis num. 6. Card. in d. l. si quis à liberis §. solent. num. 20. Port. de aliment. c. 11. num. 5. Boer. tract. de inop. debit. c. 17. num. 7.

An autem ex eo quod redditus istius essent pingues, & isti de Tacculis habebant sorores nubiles aliquid ex eis foret pro dotibus assignandum, ex quo bona illorum propria non erant sufficientia pro dotibus, sed solum pro victu ordinario quotidiano, non erat præsentis speculationis.

RESOLVT. CCLXXXVII.

1 *Causa præstandi alimenta patronis, est egestas, & quando dicatur egestas, & quæ requirantur. n. 2.*
3 *Tunc alendus est patronus quando tendit ad magnam paupertatem.*
4 *Extrema inopia etiam dicitur quando quis non habet alium sibi de iure obligatum ad alimenta præstanda.*
5 *Ecclesia non solum patronum, sed filios, & familiam egentes tenetur alere.*
6 *Ecclesia tenetur de homicidio si patronum egentem permittat fame perire.*
7 *Ecclesia non tenetur vniuersitatem alere quæ sit patrona, sed solos rectores.*

An si vniuersitas sit patrona sit alenda, an verò sufficiat alere Sindicos vniuersitatis.

1 CAusa præstandi alimenta patronis est egestas, & proinde restringitur dispositio cap. nobis de iure patronat. vt procedat quando patronus summa laborat egestate, ita voluit glos. fin. in cap. quicunque 16. quæst. 7. quem sequitur Bal. in l. fin. C. de reuoc. donat. Summa autem egestas est quando is non habet de proprio, nec potest viuere ex industria, & non extat persona, quæ de iure compelli possit ad præstandum alimenta quemadmodum declarat Bar. in l. si quis à liberis §. item rescriptum ff. de lib. agnosc. vbi inquit appellari summam necessitatem quando nullus extat, qui teneatur alere per l. qui duos ff. de reb. dub. Sed Cittadin. in tract. de iure patr. in 4. artic. 6. part. numer. 158. dicit etiam tunc alendum esse patronum, quando tendit ad ma-
2 gnam paupertatem, quia dicitur ad inopiam redactus, qui non potest viuere secundum statum suum. Affert simile de marito vergente ad inopiam, allegat etiam patrem teneri ad alendum, etiam qui posset ex industria seipsum alere exercendo artem infamem, vel indecentem, cum tamen non sit in extrema necessitate. Ego tamen intelligo extremam inopiam, non quia aliter ali non possit honestè, sed quia etiam non
4 habeat alium sibi ad alimenta obligatum, quo casu si habeat patronus vxorem patrem, vel alium non petit alimenta ab Ecclesia.

5 Quod amplia vt non solum patronum, sed etiam filios, & familiam teneatur Ecclesia alere c. filijs, & c. quicunque 16. q. 7. Lambert. in tract. iur. patron. lib. 3. q. 3. princ. art. 6. num. 2. & 3.

6 Amplia etiam vt Ecclesia in tantum teneatur, quod si sciens patroni indigentiam permittat eum fame perire, teneatur de homicidio Io. necare ff. de lib. agnosc. & nihil interest an occidat quis, vel mortis causam præbeat l. si quis necandi C. ad leg. Corn. de Sicar. & dicitur malum committere, qui illi non occurrit cum potest cap. pasce distin. 86. cap. quantæ de sent. excom. ponit in proposito Cittadin. loco supra allegato num. 164.

Et propterea censeo, ex Surdo de alimentis libro primo, titulo primo, quæst. 58. quod Ecclesia non
7 teneatur vniuersitatem alere, quæ sit patrona, sed solos Rectores vniuersitatis secundum Archidiac. in capitul. si plures 16. quæstione septima, & quia ibi perfectè loquitur, non prosequar.

RESOLVT. CCLXXXVIII.

1 *Excommunicatus non priuatur beneficio, sed fructibus.*
2 *An fructibus etiam perfruatur excommunicatus quando non habet vnde aliunde viuat, & amplia num. 3.*
4 *In causa egentiæ non obstat contemptus clauium, qui tali subsidio indignum reddit excommunicatum, & quando procedat num. 5.*
6 *Etiam familiam excommunicati est alenda de fructibus beneficij.*

Patrono excommunicato inopi, an debeantur alimenta.

1 EXcommunicatum non priuari beneficio, sed quidem illius fructibus tradit glosa ad cap. pastoralis §. verum de appell. Ripa, & alij ad capitul. primum de iudic. Sed contingit dubitari, nunquid in subsidium fructibus beneficij perfruatur excom-
2 municatus, quando aliunde viuere nequit, & alias fame periturus esset Cardin. ad Clem. vt hi qui de

ætat.

ætat. & qualit. Præpoſit. ad cap. præter hæc num.9. quæſt.3. diſt. atque alij relati per Franc. Marc. deciſ. 881. par.2. & per Surd. tract. de aliment. tit.1. q.82. concludunt affirmatiuè etiam ſi ea propria culpa in excommunicationem incidiſſet; intellige ſi ſit in extrema neceſſitate: inſtar ſuſpenſi; vel etiam depoſiti, ne is excommunicatus cogatur in cleri vilipendium, & opprobrium mendicare, & quia ſemper haberi debet ratio ne egeat l. inter eos ad fin. ff. de re iud. & arg. l. ſtipendia C. de execut. rei iudicat. Idem Franc. Marc. quoad ſuſpenſos, vel depoſitos dec. 881. par.2. Rodriquez tract. de quæſtion. regul. numer.1. quæſt.23. artic.4. vbi refert duas ſpecies degradationis 5. verbalem, vt depoſitio ipſa, & actualem, vt in pontificali fol.188. & 190.

3

4 Nec obſtat præſumptus contemptus clauium, qui eum tali ſubſidio indignum reddit gloſ. vlt. ad d.§. verum poſtea quam non curat pœnitere cum poſſit: nec abſolutionem petere. Quoniam is obiectus procedit in contumace per annum pro crimine, & in excommunicatione inſordeſcente vltra tempus ei præfixum ad redeundum ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ à quo remotus fuerat: vel militat in anathematizato, aut aliter de hæreſi ſuſpecto capitulo cum contumacia de hæret. in ſexto, & Franc. Marc. dicta deciſ. 881. numero decimo tertio Fel. ad cap. Apoſtolicæ col. quinta de except. & Couarru. variar. reſol. libro tertio capitulo decimo tertio. Quia amplius beneficiati

5

6 familiam poſt eius depoſitionem ſuſpenſionem, vel excommunicationem de beneficij fructibus alendam eſſe ſcribit gloſ. & Præpoſ. ad capitul. ſtudeat diſtinctione 50. & Archid. ad capitulum penultimum de cler. non reſident.

RESOLVT. CCLXXXIX.

1 *Patrono debentur alimenta ex iuris diſpoſitione, & eſt obligatio naturalis.*

2 *Si dos perempta ſit etiam Rector tenetur patronum alere de alijs bonis acquiſitis, & num.3. & amplia procedere num.4.*

5 *Ius patronatus non poteſt illicitè donari ſine conſenſu Papæ.*

6 *In donatione Iuris patronatus an ſufficiat conſenſus Epiſcopi.*

7 *Ius alimentandi numquam cenſetur donatum, quia coheret perſonæ.*

8 *Donanti, & non donatario debentur alimenta à Rectore.*

9 *Subuentio debetur domino ratione dominii.*

10 *Patronus pro conſeruatione iuris patronatus non tenetur ad nulla onera de ſuo proprio, ſed expenſis ipſius eccleſiæ.*

Patrono debentur alimenta à Rectore etiam ſi illud alteri donauerit.

1 PAtrono debentur alimenta ex iuris diſpoſitione, vt patet in cap. nobis vbi Abbas, & cæteri de Iure patronat. cap. quicumque 16. quæſt. 5. iſta obligatio eſt naturalis, vt benefacienti cum egerit benefaciamus l. ſed ſi lege §. conſuluit, & ibi notat ff. de petit. hæredit. quæ adeo eſt efficax, vt etiam

2 ſi dos donata perempta ſit adhuc Eccleſia, vel Rector, qui poſt donationem, & præſentationem alia bona acquiſiuerit teneantur de alijs bonis acquiſitis Patronum alere Paul. de Cittadin. In tractatu de Iurepatronat. articulo quarto quæſtione nona numero 17. allegat Bald. in l.1. numer.9. C. de Iure

3 Emphyteot. ergo in prelatione alimentorum ab Abbate, vel Rectore non ſolum reddituum Eccleſiæ ratio habenda eſt, ſed etiam reddituum propriorum poſtea acquiſitorum, & qui ſuper eo ad quod eſt naturaliter obligatus controuerſiam mouet dicitur propriè ingratus. Item de præſtatione alimentorum Patrono pauperi latè ſcribit Lambertin. de Iurepatronat. lib.3. in 3. quæſtione principali articul.6.

4 Quę concluſio precedit deueniendo ad caſum prępoſitum etiam, quod Patronus inops donauerat Iuſpatronatus, nam poſſunt conſequi hæc alimenta à primo Rectore, & ratio eſt, quia Iuſpatronat. licitè

5 donari non poteſt ſine conſenſu Papæ dicto capitulo nobis §. ceterum, & ibi gloſ. In ver. vel de ſua Iuriſdict. verſicul. vel tempore, & ibi Hoſtienſ. columna ſecunda ſuper dicta Gloſ. de ſua Iuriſdictione, & ibi Ancharan. numero decimo ſexto verſic. ſi vero quæratur de Prelato Abb. numero nono. Ancharan. in c. Sacro ſancta numero tertio verſic. item oppone de electione Paul. de Cittadin. in dicto tractatu parte tertia caut.1. numero 71. verſic. laicus autem & caut. 29. numero decimo tertio verſiculo ſed ex reſeruatione ſpeciali, & magis clarè parte dicta numer. 17. verſic. decimo quæro Rocch. de Curte in tractatu de Iure patronatus verſiculo in Eccleſia numer. 3. verſiculo limita tamen, licet ipſe putet ſufficere conſenſum Epiſcopi quod alij non ſequuntur Lam-

6 bertin. de Iure patronatus libro ſecundo parte prima quæſtione quinta principal. articul. primo numero 10. & ſequen. vbi quod non ſufficit conſenſus Epiſcopi, & laicus iuſpatronatus competere poſſit ergo donatio nulla eſt ipſo iure. Ideo non eſt exceptio excludens ius donantis propterea allegari non poteſt Paul. de Caſtro in leg. cum ſeruum num.2. verſic. ſolue ius tertij. Cod. de ſeru. fugitiuis.

Sed quatenus donatio ſubſiſteret ius alimentandi

7 nunquam cenſetur donatum, quia cohæret perſonæ Patroni præſentantis inſeparabiliter: Abb. in capitulo præterea de iure patronatus, & donatio ſemper præſumitur facta deducto ne egeat, & in his terminis,

8 quod donanti, & non donatario debeantur alimenta à Rectore, dicit gloſſa notabilis in dicto capitulo conſiderandum 16. quæſtion. ſeptima, & Lambertin. dicit quod ſi donatarius eſt Diues tunc primo Patrono donanti, & Pauperi alimenta debentur in tractat. de iure patronatus in 13. artic.3. quæſt. principal. lib. 3. fol.14.

Neque valet argumentum de ſubuentione, quæ debetur à Vaſallis Domino immediato, & non Regi ex allegatis per Annam in ſuo ſingul. 11. & per Scrader. In tractatu de feudis parte 10. ſect. 2. num. 48. adhoc ſuffragium quæ præbetur Patrono à Recto-

9 re, quia ſubuentio debetur Domino ratione dominij Freccia in lib.2. de ſub feudis in ſecunda authoritate & Patronus nullum Ius proprietatis habet ſuper iure patronatus Paulus de Cittadin. In d. art.4. num.23. & debentur alimenta tantum Patrono Pauperi capit. quicunque, & dicto capitul. nobis. Nec hoc ſuffragium debetur, ex quo Patronus teneatur ad aliqua onera pro conſeruatione Iuris patronatus, quia ad

10 nulla onera tenetur de ſuo proprio, ſed expenſis ipſius Eccleſiæ, vt dicto art.4. proximè citato, ſed tantum debetur in recompenſam obligationis naturalis, vt dixi, quæ ratio remanet, & concludit etiam ſi alteri donauerit.

RESOLVT. CCXC.

1 *Patrono agenti pro alimentis, & penſionarius pro penſione quis eſt præferendus, vide num.4.*

2 *Penſionario competit perſonalis, & Hypotecharia actio.*

3 *Beneficiatus acceptans beneficium videtur ſe obligare ad omnia onera poſita in illo beneficio.*

5 *Eccleſia dicitur mater pauperum, & bona clericorum ſunt pauperum num.6.*

An

An patronus pro consequutione alimentorum præferatur Pensionario.

1 GRauis fuit controuersia in quadam causa apud me ventilata an Pensionarius pro consequutione suæ pensionis possit agere, & veniat præferendus Patrono agenti pro alimentis contra Rectorem beneficiatum, & pro parte pensionarij adducebatur dicto
2 pensionario competere duplicem actionem scilicet personalem, & hypotecariam, vt tradit Bellamera decision. 168. Caputaquens. in decis. 13. parte 1. vbi beneficiatus acceptans beneficium pensione grauatum videtur quasi contrahere, & obligare se ad onera posita in illo beneficio, & obligatio personalis oritur ex quasi contractu §. omnium in Institut. de action. Guido Papa quæstione 576. Ripa quæst. 51. in tractatu de pension. vbi alios refert.

Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium resoluendum censui, ex eo quod ista obligatio est naturalis, vt benefacienti cum egerit benefaciamus leg. sed si lege §. consuluit, ibi not. ff. de petit. hæredit. quæ ratio, & si generaliter valeat apud omnes, tamen debet multo magis valere apud Eccle-
5 siam, quæ dicitur mater pauperum cap. ad Romanam Ecclesiam secunda quæstione sexta, & nemini claudit gremium suum, sed omnes amplectitur tanquam filios l. liquet §. hoc igitur. Cod. de summ. Trinit. & fide catholic. & facultatum partem per ministros distribuit. In pauperes capitul. nobis, & capitulo quarta 12. quæstione secunda, capitul. decimo. 16. quæstion. prima lege secunda Codic. de Episcopis, & clericis, & dicit glossa in capitulo final. 12. quæstione
6 prima quod res Ecclesiæ, & clericorum dicuntur esse pauperum, ex quo necessitatis tempore sunt eis communicandę secundum textum in cap. conuenior vigesimatertia, quæstione octaua in capitulo sicut hi 67. distinct. qua ratione videtur superfluam esse quæstionem, si enim Ecclesia cuicunque egeno tenetur subuenire, ad quid quærere an teneatur erga Patronum, quam erga alium, a quo nihil recepit gloss. in capitulo penultimo de Iure patronatus, & ordinata charitas magis dirigitur in eos, a quibus recepimus beneficium, quam in alios. Ideo glossa in capitulo nobis de iure patronatus dicit, quod pinguiora alimenta dabantur Patrono quàm soleat Ecclesia alijs dare, sequitur Cittadin. dict. numer. 157. Abbas in dict. cap. nobis numer. 6. vbi addit, quod patrono datur actio contra Ecclesiam.

Et in proprijs terminis adducitur text. in capit. piæmentis decimasexta, quæstione prima, quem ad hoc allegat Gamb. de authoritate legati a latere nu. 69. vbi quando eueniat casus alimentorum pensio non nocebit.

RESOLVT. CCXC.

1 *Debentur alimenta patrono pendente lite super iure patronatus.*
2 *Filio etiam pendente lite super hæreditate facienda est prouisio de alimentis.*
3 *Idem procedit in nepote, pronepote, & aliis descendentibus à testatore, & procedit etiam si lis pendeat de alimentis præstandis.*
4 *Soror litigans cum fratre, & petens legitimam paternam, debet habere alimenta sicut fratres, & alii successores num. 5.*
6 *Mercatori extero si ei capiantur bona, fit prouisio alimentorum pendente lite, & quando non habeat locum num. 7.*
8 *Pupillus vbi contra patruum patris hæredem agit debet habere alimenta.*
9 *Vxor accusata de adulterio lite contestata debet habere alimenta. Idem si alter ex coniugibus litiget super matrimonio dirimendo num. 10. & quando agit remedio l. si constante num. 12.*
11 *Executio sententiæ alimentorum non retardatur per appellationem.*
13 *Carceratus non habens vnde se alat, debet ali à creditore lite pendente.*
14 *Monachus litigans cum Abbate debet habere alimenta.*

An alimenta debeantur patrono pendente lite super Iure patronatus.

1 DIxi consultus affirmatiuè, & sic quod debeantur alimenta in tali casu motus, quia de iure clarum est, quod pendente lite super hæreditate
2 paterna facienda sit filio, vel filiæ petenti hæreditatem patris prouisio de alimentis ex tex. in l. qui de inofficioso, ibi, vt interim possideat ff. de inofficioso testamento, & l. si instituta ff. eodem titul. Afflict. in decis. 11. vbi etiam firmat ex decis. Rotæ in Nouis 2. de iudicijs, & secundum Couarr. in lib. practicar. quæstionum capitulo sext. versic. quantum, idem dicendum est in potestate, & alio quouis descendente à testatore, & prædicta conclusio pro-
3 cedit etiam, quod lis versetur, & pendeat de alimentis præstandis Ludouic. in decis. 46. numero secundo, & tertio Gabriel. consil. 25. numero decimotertio, & decimo quarto: hinc soror, litigans cum fra-
4 tre, & petens legitimam paternam debet habere alimenta Cephal. consil. 117. numero septimo Ludouic. in decis. 46. numero tertio: hinc fratribus, & alijs
5 successoribus ex testamento non raso, nec cancellato, vel ab intestato, quoties ex aduerso negatur bona illa quæ petuntur ad mortem vsque fuisse à defuncto possessa, vel eorum dominium illum habuisse, donec mortem obierit eis alimenta debent præstari pendente lite: Couarru. pract. quæstionum capitulo sexto numero sexto versic. nec tamen negauerim, & prædicta conclusio quod alimenta debeant præstari filio, & filiæ inopi petentibus hæreditatem patris pendente lite, procedit etiam in prima instantia, etiam nulla sententia adhuc lata, prout firmant Afflict. in decisione decima, & decisione vndecima, Cephal. consil. 117. numero quinto Couarru. pract. quæstionum capitulo nono numero nono Ludouic. in decisione quadragesimasexta, numero septimo, vbi quod bona confiscantur, & interim iudices capiunt bona ipsius, tunc eis debet fieri prouisio, vt ex illis bonis saltem pendente processu alatur, & iudex aliquam pecuniam pro alimentis eius capi in singulo annos iubebit, argum. leg. ait prætor in fin. & l. filius ff. de iure deliberan. Rebuff. de sentent. prouision. in præfation. num. 113. & 114. hinc clerico suspenso à beneficio debet interim fieri prouisio cum fructibus ipsius ad vitę subsidium, si nihil aliud possideat cap. prætexit, & ibi Præpos. colum. 2. d. 32. Rebuff. de sentent. prouision. numero 110. hinc collegiatus si de facto à Collegio fuerit expulsus debet pendente processu ali, & prouisio illi fieri si sit pauper. Bologn. in auth. habita C. ne filius pro patre
6 Rebuff. vbi supra num. 115. hinc Mercatori extero si ei capiuntur bona pendente lite fiet prouisio, vt ex his bonis alatur, si aliunde facile non posset ali,
7 nisi mercator illa bona surripuisset, vel deliquisset Couarr. practicar. quæst. cap. 6. num. 4. versic. vnde apparet, vbi dicit quod alimenta litiganti pauperi ex bonis, quæ ei ablata fuerunt, & quæ præsumebantur ipsius etiam propria, quæ ipse possideat, quibus priuata authoritate fuerat spoliatus, & denique ipsi restituuntur, si fideiussores dedisset, & tamen non datis fideiussoribus non restituuntur, hinc

pupillus

3 pupillus vbi contra patruum patris hæredem agit querela inofficiosi testamenti si pauper sit debet habere alimenta l. qui de inofficio & l. si instituta §. de inofficio ff. de inofficioso testamento Cephal. consilio 714. numero primo volum. quinto, Couarru. pract. quæstione capitulo sexto, numero nono, & quando de alimentis agitur, etiam pendente lite, & processu alimentorum alimenta interim debentur Rebuff. ad constitut. Galliæ tomo primo de sent. prouis. articulo primo glos. 2. numero 29. Ludouic. in decision. 48. numero secundo, & sequent. Cephal. consilio 127. numero decimo volum. primo Gabriel consilio 25. numero 13. & 14. Couarr. pract. quæstionum capitulo 6. numero octauo hinc videmus in
9 vxore, quæ si contingat accusari ex capite adulterij commissi, & lis contestatur, lite pendente alimenta debentur capitulo ex parte in fine de accusat. Afflict. decis. 10. vbi sic bis decisum in Sacro Concilio refert Triuisan. in decis. 16. libro secundo numero 6. Valas. decis. prima numero 4. vbi sic seruari in illa Curia testatur, & pari quoque modo dicit si alter ex coniugibus litiget super matrimonio dirimendo poterit lite pendente petere alimenta sibi, & litis sumptus decerni ex sententia Abb. in dicto cap. ex parte num. 10. de accusat. cuius alimentorum sententiæ executio
11 per appellationem interpositam non retardatur Bal. in l. mala numero fin ff. de aliment. & cibar. legat. Aretin. cons. 97. numero fin. Gramat. cons. Ciuil. 146.
12 num. 14. & quoque mulier agens remedio l. si constante ff. solut. matrim. interim dum lis pendet rectè postulat alimenta, & litis sumptus ex bonis sibi dari quemadmodum voluit Cyn. in leg. vbi adhuc numero 14. Codic. de iur. dot. Bero. in capitulo neganti num. quadragesimoquarto, & quadragesimoquinto, de vsur. & deducitur ex l. fin. de ordin. cognit. vt etiam videmus cum creditor ex causa Ciuili facit aliquem
13 pro debito carcerari, & carceratus non habet vnde se alat, nam actor subministrat reo alimenta lite pendente iuxta glos. in leg. fin. in verbo agnoscere C. de erogat. milit. annon. Alex. in leg. sanctam numero 3. ff. de rerum diuis. Angel. in leg. minimè Cod. de
14 appellat. & in Monacho litigante cum Abbate, quod Abbas teneatur præstare alimenta etiam si Abbas inquirat contra monachum dixit Abbas in capitulo; cum contingat columna decimaquarta versicul. quod ergo formam de foro competenti Cephal. cons. 714. num. 431. vol. 5. Socin. Iun. consilio 8. numero 2. vol. 3.

RESOLVT. CCXCII.

1 *Patrono inopi sunt præstanda alimenta, quod amplia vt num. 2.*
3 *Emptor agens redhibitoria tenetur omnino restituere actori ne dum fructus, sed etiam id quod habuit à venditore.*
4 *Alimenta quæsita mulieri pro eius ventre non repetuntur nisi per calumniam.*

Alimenta lite pendente præstita patrono inopi an si succubuit restituenda sint.

1 CLarum est vt pluries dixi, patrono inopi esse præstanda alimenta, vt probat tex. expressus in c. nobis de iure patronatus, quare fuit dubitatum an si succumbat teneatur illa restituere, in quo articulo dicas, quod alimenta lite pendente præstita, si author succubuit restitui non debent secũdum vnam opinionem, quam tenuerunt Afflict. dec. 152. n. 4. Massuer in pract. tit. de posses. n. 19. fol. 35. col. 3. Molina lib. 2. c. 16. n. 42. & 43. Surd. de alimentis tit. 1. q. 124. n. 5. fol. 94. & Aluarus Valascus consult. 1. n. 7.

2 Sed verior videtur alia opinio contraria, pro qua sunt Couar. pract. quæst. cap. 6. num. 7. vers. 4. ex his Carduba de liberis agnoscendis l. si quis a liberis §. si vel parens n. 54. & non. Alex. Raudensis in cons. 60. n. 102. vers. quæ cum ita sint.

Et hanc opinionẽ dicit Couar. esse receptissimam & veriorem, & quod nunquam cõtrariũ vidit seruari.

Pro qua ponderatur primo text. in l. cum autem §. cum redhibetur mancipium ff. de ædil. edict. vbi em-
3 ptor si redhibitoria egerit tenetur omnino restituere actori nedum fructus, sed etiam id quod fortè habuit à venditore, ex quo mancipium venditum tardius consequutus fuit.

Secundo facit quod aliàs pauper semper litigat, vt saltem expensas consequatur, quod restituere non tenetur.

Et licet pro contraria opinione afferatur text. in l. 1. §. interesse. ff. si mul. ventris nom. vbi alimenta
4 præstita mulieri pro eius ventre non repetuntur, nisi per calumniam alia sit, tamen respondetur, quod ibi est casus specialia in ventre mulieris alitæ, & ita in specie respondet Couar. d. c. 6. numero 7. vers. quinimo, & textus.

RESOLVT. CCXCIII.

1 *Alimenta debentur patrono deductis oneribus appositis in beneficio, sed vide contrarium n. 2.*
3 *Generaliter in omni materia sunt onera deducenda.*
4 *De Ecclesiasticis beneficiis pensio debetur deductis oneribus.*
5 *Nemo tenetur propriis stipendiis militare.*

Alimenta an debeantur patrono deductis oneribus appositis in beneficio.

FVit commissa mihi causa à quodam Illustriss. ordinario, in cuius causæ discussione inter cætera
1 dubitabatur si patrono deberẽtur alimenta à Rectore deductis oneribus in ipso beneficio appositis, & prima consideratione videbatur affirmatiuè concludendum, si quidem ius petendi alimenta patronis generaliter, & indistinctè fuit concessum, vt dicit text. in cap. nobis de iure patronat. igitur absque aliqua distinctione esse eis impartienda.

Cæterum in casu proposito censui contrarium,
2 esse scilicet deducenda onera in dicto beneficio apposita, si quidem generale est in omni materia onera esse deducenda, vt voluit Bald. in consil. 23. volum. primo. Alexand. in consil. 333. volumine secundo, & Dec. in consil. 15. volum. primo, prout in simili traditur de Rectore, qui & si de iure obligetur ad refectionem capitulo primo, & text. in capitul. de his de Eccles. ædificandis latè Valasq. libro secundo iuris consultationum consult. 1005. tamen id intelligitur deductis oneribus, vt decisum refert Cappell. Tolos. in decision. 500. referens supra dictam conclusionem procedere deductis necessarijs, quibus non tenetur se priuare vt conuertat ad Ecclesiæ reparationem, ex quo ordinata Charitas incipit à se ipso leg. præses Cod. de seruitutibus, & aqua cap. non satis 88. distinction. & ad comprobationem etiam supradictæ conclusionis adducitur illud, quod pariter traditur communiter perscribentes in capitulo vnico, vt de Ecclesiasticis beneficijs pẽsio debeatur deductis oneribus, prout decisum refert Verall. in decisione 333. par. 3. sicut dicimus in soluenda congrua Rectori, quo casu habetur ratio onerum Cassador. qui pariter in Rota decisum refert decisione decimanona de præbendis, & dignitatibus, quorum omnium decisionum. Ratio illa iudicio meo assignari potest, quoniam ne-
5 mo tenetur proprijs stipendijs militare l. si quando

Codic. de testibus cap. cum in officijs de præscriptionibus latè Cacher. in decis. quadragesimaquinta.

RESOLVT. CCXCIV.

1 *Alius debet esse cibus pauperum, & rusticorum, quam diuitum, & nobilium.*
2 *Quod dicitur de cibo, hoc de vestitu, & apparatu domus.*
3 *Intellectus Concilij Tridentini.*
4 *Quæ dicatur suppellex honesta.*

An sit habenda ratio Nobilitatis in præstatione alimentorum patronis.

CVM nulla lege sit hoc determinatum relinquitur Iudicis arbitrio, vt in specie scripsit Molina in d. disput. 45. colum. 4. vers. his ita constitutis, qui subiungit habendam esse rationem qualitatis beneficij, & quantitatis reddituum, ob quæ permissum est beneficiato habere maiorem, splendidiorem que familiam, atque ita plus in suam congruam sustentationem insumere: quis enim (inquit Mol.) dicat tantum fas esse insumere de fructibus sui beneficij in suam congruam sustentationem Canonico quantum Episcopo eiusdem Ecclesiæ, aut quantum decano si longo interuallo redditus decanatus illius Ecclesiæ superant redditus simplicis canonicatus: ita Menoch. in casu 169. num. 2. quod & si iudicis arbitrio relinquitur qualitas, & quantitas alimentorum præstandorum pupillo, & infanti, habendam tamen esse rationem qualitatis pupilli, & quantitatis reddituum bonorum ipsius pupilli, & num. 14. dixit, quod quando Episcopus promouet aliquē ad sacros ordines, & ei tāquam pauperi prouideri debet, vt habeat vnde se alat alimēta taxanda cum habita ratione qualitatis promoti, reddituum Ecclesiæ idem sensit præpositus in cap. clericos in fin. 1. q. 2. & verè eiusdem sententiæ fuit D. Thomas in 2. 2. q. 32. art. 10. ad 3.

Et Diuus Augustinus in sermon. 41. de sanctis admonuit; alias esse debere escas diuitum, & alias pauperum, & ex nostris Accurs. in l. idemque §. Labeo ff. mand. & in l. seruis vrbanis de legat. 3. scripsit
1 rusticos non vti cibis delicatis, sed caseo, cepis, fabis, & similibus, nobiles verò diuitesque delicatis vesci, & traditionem hanc ad rem Menoch. M. Antonius Marsilius in tract. de Eccl. redditibus cap. 29. numero septimo, & alijs ego ipse comprobaui in commentarijs de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 157. numero 16.

2 Quæ de cibis dicta sunt intelligi etiam debent de vestimentis, ac de apparatu domus, quæ omnia ad hominum sustentationem necessaria sunt, & quæ alimentorum nomine contineri scripsit in dicta præsumptione 157. num. 13. hæc enim sunt pariter pro conditione, & qualitate beneficiarij æstimanda Iudicis arbitrio sicuti scripsit in dicta præsumptione 157.
3 num. 18. & ex his declaratur Sac. Concil. Trid. sess. 25. capitulo primo de refor. quo constitutum est, vt Episcopi, & cæteri beneficiarij non solum honesta suppellectili, & mensa, ac frugali victu contenti sint; verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota eius domo caueant, ne quid appareat quod à sancto instituto sit alienum, quodque non simplicitatem, Dei Zelum, ac vanitatum contemptum præseferat. Hactenus Sacrum Concilium declaratur, vt non tollat quo minus pro diuersitate beneficiorum reddituum, & aliarum circunstantiarum beneficiarius vnus ampliorem splendidioremque possit habere familiam, & lautiorem mensam, prætiosioremque, ac splendidiorem suppellectilem. Quæ autem dicatur modesta suppellex, & frugalis victus, & mediocris familia
4 iudicis arbitrio relinquitur, vt in specie tradit Mol. in dicta disput. 145. col. 5. vers. secundum est. Non enim hoc Iur. definitum est, nec etiam definiri potuit, cum à personarum, & reddituum varietate totum pendeat, iudex autem prudens, & circumspectus iudicabit aliam esse mensam, & suppellectilem Cardinalis, aliam Episcopi, aliam Canonici, sicut doctè, & accuratè explicat in præcipato loco Mol. qui alia plura de hac sustentatione, & alimentis beneficiariorum scribit, quæ non prosequor, cùm apud eum facile legi possint.

PRAXIS PRÆSTANDI CONSENSVM Episcopalem in Donatione iuris patronatus.

RESOLVT. CCXCV.

1 *Ius patronatus non pertinet ad laicos iure communi, sed ex mera gratia, & dispensatione.*
2 *Donatio iuris patronatus facta laico sine Episcopi consensu nulla est.*
3 *Consensus Episcopi ideo requiritur in iuris patronatus concessione, vt videat loci idonei erectionem, & alia quæ pertinent ad modum regendę, & gubernandæ Ecclesiæ.*
4 *Spiritualia à laicis tractari non possunt propria authoritate.*

Donatio Iuris patronatus facta laico absque consensu Episcopi dicitur nulla.

PRobatur hæc conclusio communiter in c. illud, & in cap. cum sæculum de iuris patronatus, cuius
1 rei ratio est, quia Ius patronatus ad laicos de iure communi non spectat, nisi ex mera gratia, & dispensatione Rota in antiquis in decis. 556. incip. Vtrum præsentatus, & in Nouis in decis. 404. incip. fuit dubitatum in fin. Bellamer. in decis. 751. sub n. 3. Franc. Marc. in decisio. Delphin. 275. n. 2. 135. n. 3. vol. 1. Veral. in decis. 230. n. 2. lib. 1. Guid. in decis. Venet. Triuisan. 51. nu. 9. lib. 2. Blanchetto in decis. nouissima Roman. 421. in fin. par. 1. vol. 2.

2 Vnde donatio iuris patronatus facta laico sine Episcopi consensu nulla est Rot. in antiquis in decis. 857. incip. quidam laicus Veral. in decis. 144. n. 4. lib. 2. Rota nouis. in decis. 404. incip. fuit dubitatum Francis. Mon. in decis. 473. n. 2. in decis. 1138. vol. primo Verall. in decis. 282. n. 1. in decis. 287. vol. 1. & in decis. 144. n. 2. lib. 1. Cotta in decis. nouissima Romana 265. n. 3. par. 2. vol. 2.

3 Item consensus Episcopi, siue ordinarij ideo in iuris patronatus cōcessione requiritur, vt videat loci idonei erectionem, ac Ecclesię erigendæ, inspiciat quantitatem dotis, & disponat modum regendæ, & gubernandæ Ecclesiæ, vt ex Calder. in consilio vltimo versiculo, & ratio titulo de iure patronat. fauore etiam Ecclesiæ ne contingat inchoari, & non finiri, ac consumari videat postmodum non sufficiēter dotari, vt per Abb. in cons. 89. num. 2. vol. 2. vel potius, quia
4 ista spiritualia à laicis propria authoritate tractari nequeant, vt per Panor. in cons. 59. sub num. 3. vol. 2. Curt. de iure pat. in verb. pro eo, quod de Diœcesan. consensu q. 3. num. 7. quas rationes refert. Cantuccius in decisione Nouis. Roman. 99. numero 5. 6. 7. vol. 2.

RESOLVT. CCXCVI.

1 *An in donatione iuris patronatus consensus Episcopi possit subsequi.*
2 *Assensus potest præcedere contractum, interuenire in contractu, subsequi contractum.*

3 Si

3 *Si consensus superuenit post donationem Laico factam, vel post donatoris mortem, donatio validatur, & præsentatus à donatore præfertur præsentato ab hæredibus, & limita hanc conclusionem num. 5. & 6.*
4 *Assensus præstitus retrotrahitur ad tempus contractus.*

An consensus possit subsequi donationem iuris patronatus.

1 GRauis fuit controuersia in quadam causa mihi delegata in quæstio. illa, si in donatione Iuris patronatus consensus Episcopi possit subsequi, ita quod reddatur valida donatio iuris patronatus ab initio absque consensus Episcopi facta, in qua quæstione resolui affirmatiuè ex reg. generali assensū posse præ-
2 cedere contractum, interuenire in contractu, & subsequi post contractum Natta in cons. 126. n. 6. vol. 1. Viui. in decis. 530. n. 1. cum pluribus seq. Claudius Cantiunc. in cons. 1. n. 88. Leoninus in cons. 78. n. 11. cum alijs allegatis per Cost. de retrotract. cap. 8. casu 10. num. 8. Vrsill. in decis. 355. ante num. 9. Anna in allegat. 69. num. 62. Afflict. in const. Constitutionum diuæ memoriæ numero 80. Puteus de redintegr. feud. cap. 271. incip. an consensus per totum, & in proprijs terminis facit ad hoc, quod scribit Borrelus in summa rerum iudicatarum titul. 32. num. 4. quod
3 si consensus superuenit post donationem laico factam, vel post donatoris mortem, donatio validatur, & præsentatus à donatore præfertur præsentato ab hæredibus donatoris eadem Rota in decis. 873. incip. quidam laicus Verall. in decis. 144. num. 4. lib. 2. Vn-
4 de assensus præstitus retrotrahitur ad tempus contractus, vt post Afflict. in constit. Regni constitutionem diuæ memoriæ num. 79. voluit Capic. in decis. Neapol. 182. n. 16. idem Afflict. in decis. Neapol. 286. num. 2. in fin.
5 Limita supradictam conclusionem, & declara illam procedere quando non ageretur de præiudicio alterius, vt dicit Capic. in inuestitur. feud. §. feudorum assensus colum. 1. in princip. Put. de redintegr. feudo. cap. 261. incip. an consensus num. 3. fol. 146.
6 Limita secundo conclusione procedere in præiudicium consentientis, non autem in præiudicium alterius tertij, ita Afflict. in const. constitutionem nu. 79. & in decis. Neapol. 286. sub n. 2. Capic. in inuestitura feudi in vers. feudorum Assensus in prin. plene Costa de retrotract. c. 8. casu 10. n. 5. 9. Franc. in dec. Neap. 86. n. 2. Bursat. in cons. 76. n. 51. vol. 1.

RESOLVT. CCXCVII.

1 *Assensus tunc censetur requiri ad solemnitatem, quando requiritur propter fauorem publicum.*
2 *In donatione iuris patronatus assensus requiritur propter fauorem publicum.*
3 *Assensus cum sit formalis, si non concurrit in actu superuenientia illius non valet.*

An huiusmodi consensus sit formalis, ita quod ipso deficiente donatio iuris patronatus corruat.

IN hac quæst. post alia plura signa tradita per doct. ea est fermè omnium sententia, tunc demum as-
1 sensum censeri ad solemnitatem requisitum quando assensus requiritur propter fauorem publicum, & non propter fauorem illius personæ, quæ debet assentire: si verò requiritur propter fauorem priuatum eius personæ qui debet assensum præstare, tunc minime dicitur assensus formalis, siue authorizabilis, ita docuit Bart. in l. 1. §. sed filius n. 2. & 3. ff. de leg. 3. quem ibi omnes communiter sequuntur Rom. cons. 54. incipit visis circa id n. 3. & per totum, vbi eius additionator But. in ca. cum consuetudinis numer. 24. & 25. de consuetud. & ibi Im. n. 6. Fel. in c. edoceri n. 7. in fi. de rescript. Abb. in c. causam matrimonij 16. nu. 6. de off. deleg. Tiraq. in l. connubialibus glos. 6. num. 5. 6. 7. cum sequentibus, apud quos alia plura huius farinæ videas, vnde cum in casu, de quo verba facimus assensus Episcopi exigitur in donatione iuris pa-
2 tronatus propter fauorem publicum, igitur esse formalem omnino fatendum est.

Et valde interest hoc scire, quia si formalis est vt
3 diximus si non concurrit in ipso actu, est actus a principio nullus, & quamuis postea assensus sequatur, actus non conualescit But. in c. cum consuetudinis nu. 10. & Im. ibid. n. 5. de consuetud. Ias. post alios plures in d. l. si quis mihi bona §. iussum n. 44. & 45. ff. de acq. hæred. Rebuff. in compendio de reb. Eccl. n. 17. Rod. in eod. tr. c. 25. de his qui consentiunt, & de consensu §. & iste consensus capituli per totum, vbi multa congerit. Mohed. decis. 12. de renunciat. num. 5. per totam, & omnes fere Doctores superius citati in principio huius quæstionis præsertim Tiraq. n. 3. & 4. in d. glos. 6. Lamb. lib. 1. parte 2. q. 1. art. 16. n. 2. Caputaq. decis. 52. n. 3. & 4. par. 2. & dec. 115. n. 6. & decis. 211. par. 1. But. dec. 153. sub n. 1. l. 2. vbi etiam dicit, quod assensus requisitus pro validitate collationis est præstandus de tempore vacationis, & non antea Roland. à Valle d. cons. 97. n. 2. cum seq. lib. 1. Decisio pedemontana 165. n. 4. & seq. Hieron. Gabriel. cons. 2. n. 2. & 4. lib. 1. ex quibus omnibus habetur limitatio ad præcedentem quæstionem.

RESOLVT. CCXCVIII.

1 *An sufficiat sola præsentia Episcopi tempore, quo fit donatio iuris patronatus vide n. 6.*
2 *Quando assensus ex dispositione legis requiritur expressus non sufficit tacitus, & quando non facta est mentio de expresso, vide vt distinguitur n. 3. & 5.*
4 *Assensus quando est formalis requiritur.*
7 *In materia feudali non requiritur tacitus, sed expressus interuenire debet assensus.*

An sola præsentia Episcopi tempore donationis Iurispatronatus inducat assensum.

1 FVit quæsitum si sola præsentia Episcopi tempore quo fit donatio Iurispatron. sufficeret pro assensu, & consequenter reddatur valida donatio ipsa, in qua quæstione distinguendæ sunt duæ Iuris conclusiones.

Prima conclusio quod aut lex, seu dispositio declarat quod assensus debeat esse expressus & tunc nō suf-
2 ficit tacitus glos. vers. expressus per tex. ibi in capitul. statutum §. in nullo quam ibi sequuntur Ioan. And. & Gimin. n. 3. Francus num. 5. de rescriptis lib. 6. Rota decis. 15. de off. de leg. n. 2. vbi plura allegat Tiraq. in leg. connubialibus glos. 7. n. 7.

Aut non fit mentio de expresso assensu, & tunc di-
3 stingue, aut assensus requiritur pro forma, & similiter requiritur expressus assensus, nec sufficit tacitus c. cum ab vno iuncta glos. ver. mandantibus, & ibi Gemin. num. 2. de re iudic. lib. 6. Abb. in cap. dilecti numero 10. de arbit. Gomez. in regula de impetrantibus beneficia per obitum famil. Card. q. 11. num. 2. in fine num. 3. & ibidem Mandosius quæst. 26. num. 5. cum sequentibus, vbi propterea concludunt requi-
4 ri in casu dictæ regulæ expressus assensus, quia est formalis Decius cons. 409. numero 3. & 4. Paris. de resignatione beneficiorum lib. 8. q. 8. n. 25. cum seq. lib. 9. q. 17. num. 67. & 73. Caputaq. decis. 82. n. 6. par. 3. Put. decis. 282. eadem die num. 3. lib. 3. Tiraquel. de leg. Connub. glos. 7. ex num. 5. vsque ad num. 15. vbi

in proposito plura notanda cumulat, & a num.16. vsque ad num.48.octo modis limitat, & alijs multis declarat Granut.Theorem.25.num.10. lib.1.

Aut assensus non requiritur pro forma, & tunc
5 quamuis nonnulli teneant, quod sit de natura consensus,quod debeat esse expressus,vt in l.1.C.de filio fam. minori per Decium consil.38.circa primum sub num. 4. ad medium vers.præterea, & secundo consil.418. num.9. verius tamen est, quod in hoc casu regulariter sufficiat tacitus consensus, vt per tex. in l.2. §. voluntatem tradunt ibidem Bart. num.1.& 2.Ias.num.5.& 6. ff.sol.mat.& in l.quæ dotis num.87. ff.eod.tit. glos. & Doctores per tex. ibi in c. ea noscitur de his, quæ fiunt à prælat. sine consens. cap. Rocchus de Curt. de Iurepat. in verb. pro eo quod de diœcesani consensu q.8. num.20. cum alijs per Gamb. de Iurepat. lib.1. par.1. quæst.2. art.6. num.1.& 2. pars eiusdem lib.1. q.1. art.7. in principio facit Put. decis. 100. num.2. lib.7. & decis.181. sub num.2. ac decis.190. numer.4. lib.3. Rot. decis.16. num.4. de renunc. in antiquis Tiraq.vbi supra dicta glo.7.n.6. ad finem Rota decis. 788.num.10.& decis.811.num.19. par.1. diuers.

Secunda conclusio, & sic veniendo ad casum nostrum in donatione Iurispatronatus etiam tacitus as-
6 sensus sufficit, puta si fieret donatio præsente Episcopo,& tacente; argum.eorum,quę dixit glos. in c.1. in princip.de prohib. feud.alien. per Fed. Cap. decis. 156. num.23. de S.Georgio in ver. & cum pacto de non alienando num.20. quicquid dicat Capreolus, quem refert Boer. in decis.181. nu.5. & alij innumeri relati à Tiraq.de retractu consanguinitatis glos.9.nu. 115.Scrader.de feud.par.8.c.4.n.2.

Licet in hoc Regno Neapolitano in materia feu-
7 dali non sufficit assensus tacitus, sed expressus esse debet,vt disposuit Feder.Imperator. in constit.Regni incip.Constitutionem diuæ memorię, voluit Capy.in d.decis.Neap.156.num.23. & scribit Lanar. in consil. 60.num.130.131.& in cons.79.num.23. volum.1.Capicius in inuest.feud.§.feudorum assensus col.6.Intrigliol.de feud.q.43.nu.169. cent.1. de Put. de reinteg. feudi c.41.incip.& iuxta prædicta n.22. fol.26.

RESOLVT. CCXCIX.

1 *Assensus expressus dicitur, qui verbis exprimitur.*
2 *Quibus modis dicatur assensus expressus per Bart.& quibus modis indicatur tacitus vide num.3.*
4 *Paria sunt consentire,& obedire.*
5 *Assensus potest præstari per æquipollens.*
6 *Modus præstandi assensum.*

Quando dicatur assensus expressus, quando verò tacitus in donatione Iuris patronatus.

QVæro quando dicatur assensus expressus, quando assensus tacitus?dic quod expressus assensus
1 dicitur, qui verbis exprimitur, tacitus verò assensus est,qui ex factis resultat glos. in Clem. sæpe §. fin. in verb. non contradicentibus vers. secundo nota casum de verb. sig. Paulus Castrensis in l. si conuenerit post nu.6.vers.ego limito hoc verum ff.de Iurisd. omnium Iudic. Mand.in reg.de impet.benef.per obitum familiar. Cardin. quæstione 26.n.fin. Decius in c. dilecti il 2.post num.2.versic.nota tamen de appellat.

2 Et assensus expressus dicitur multis modis, de quibus per Bart. in l.1.n.7. vers. ad quod sciendum, ff.de vulg. & Pup. Paris. cons.33. in Ecclesia,num.21. vol.4. Mandos. vbi supra quæst.27. numero secundo, & tertio, ac latius Tiraq. de leg. Connub. gl.7. ex num.86. vsque ad num.205. vbi tredecim modos assensus expressi constituit Parisius de resig. benef.l.§. q.10. num.20. cum seq.

3 Quibus autem modis inducatur assensus tacitus vide per glos. verb.facto pronocare in c. dilecti 52. de app.vbi omnes tradunt Tiraq. de iur. const.3.p.limit. 3.n.12.Mascardus de probat.conclus.416. & 417. per totas, & Caputaq. decis.212. & decis.216.n.1. & per totam partem 1.vbi fuit cõclusum quod eo ipso,quod capitulum recipit literas prouisionis factæ ab Episcopo, & prouisum admisit præstitit consensum dictæ prouisioni, tradit etiam idem Caputaq. decis.811.n. 19.cum seq.p.1.diuersorum Mascard.de probat.conclus.417. num.28.cum sequentib.

Et eo ipso, quod quis patitur, & non contradicit
4 consentit, quia paria sunt consentire, & obedire Caputaq. d. decis.216. num.6. par.1. Put. decis.181. sub num.2. & decis.190. num.4. lib.3. Rot. decis.16. nu. 4. de renunt.in antiquis, regula, qui tacet 43. de reg. iuris in 6. Bart. & Doctores in l. quæ dotis, ff. solut. mat. Diaz in reg.757. Mascard. de pro. concl.1356. vers. taciturnitas. Boer. decis.241. n.1. Acebed. in l. 7. num.25.tit.8.lib.8. recopilat.

5 Sic etiam assensus potest præstari per æquipollens, nam sufficit, quod quocunque modo de illo constet Caputaq. d. decis.216. num.5. par.1. Put. decis.100. num.6. & 7. lib.2.

6 Neque est necesse, quod ille, qui assensum præstat dicat authoritatem, & assensum nostrum impartimur, dummodo aliter appareat de consensu Abb. in c.2. num.1.de pactis.

RESOLVT. CCC.

1 *Consensus potest præstari per literas, epistolam, nuntium aut procuratorem,*

An assensus Episcopi in donatione iurispatronatus possit præstari per Epistolam.

QVæro an consensus possit præstari per literas, epistolam, nuntium, aut procuratorem? con-
1 clude, quod sic glos. ver. oportet in l.si cum dotem, §. si patri. ff. solut. matr. vbi omnes notant l. consensu, ff. de action. & oblig. l.1. in fin. ff. de contrahenda emp.l.si quis mihi bona §.iussum,ff.de acq.hæred. Clem.1. §. verum de hæret. & probatur quoque in regula Cancellariæ 44. de consensu in resignatione præstando, & latè Parisius in tract. de resign. lib.8. q.8. num.1.& per totam Tiraq. de leg. Connub.glos. 6. num.20. cum seqq. vbi nonnullis modis limitat, & declarat, ad quem lectorem dilectum reijcio, Rodericus Suarez in l. ftili, tit. de las deundas, num.32. Granut. Theoremat.25. num.24.

RESOLVT. CCCI.

1 *An si Episcopus, qui debet præstare assensum, consentire recusset,possit compelli, & vide num.2.*
3 *Maritus compellitur dare licentiam vxori ad faciendum omne illud, quod facere non potest sine illius licentia.*
4 *Si primus assensus fuit nullus, tenetur iterum præstare, qui tenetur illum præstare.*
5 *Paria sunt non præstare, & inutiliter præstare.*
6 *Quando primus assensus fuit validus,secundum non habet locum.*
7 *Si adest aliqua iusta causa denegandi consensum non potest quis per superiorem compelli.*

Episcopo renitente præstare assensum in donatione iuris patronatus quid agendum.

QVæro,quid si Episcopus, qui debet præstare as-
1 sensum consentire recusat an possit compelli? con-

conclude, quod tunc potest adiri superior, vt mandet consentire debenti, quod consentiat, aut in eius contumacia ipse superior loco eiusdem consensum præstabit: & tali casu si absque aliqua causa iusta consentire recuset superior consentiet, & eius consensus sufficiet l. cum non solum, §. necessitatem, C. de bonis quæ liberis c. nullus 17. in fine, & ibi glos. fin. & omnes de iur. pat. Abb. cons. 65. quidam Rainerius in 5. dubio lib. 2. Fel. in cap. cum venerabilis, num.
2 33. vers. & si Episcopus iniustè recuset consentire, de excep. latissimè Lambertin. de iur. pat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 20. per totum, vbi num. 3. 4. & 5. adducit in proposito 24. doctrinas similes, & a num. 6. vsque ad finem ponit. 9. declarationes, seu limitationes, & articulo sequenti materiam reassumit Gomez. de impet. benef. per obitum familiar. Cardinal. vacant. quæst. 30. Mandos. ibid. quæst. 32. numero 1. & 2. Suarez in tit. de las deudas a num. 21. & sequentibus. Roland. a Valle. cons. 80. num. 17. lib. 4. Menoch. de arbitrarijs cas. 182. num. 12. & vide quæ dicam in glos. 48. ex n. 34.

Sic etiam per legem 57. Tauri, quæ est l. 4. tit. 3. lib. 5. recopil. disponitur, quod iudex potest compellere
3 maritum ad dandum assensum, seu licentiam vxori ad faciendum omne illud, quod sine illius licentia facere non poterat, alias ipse solus iudex eam præstare potest, vbi omnes scribentes copiosè tradunt, & Acebed. ponit ex n. 29. vsque ad 98. 21. ampliationes, & decem limitationes.

4 Similiter si actus super quo fuit primò præstitus assensus fuit nullus, tenetur de nouo præstare assensum ille, qui ad præstandum fuit obligatus, vt actus validè fiat. Put. decis. 258. n. 1. & 2. ac per totam lib. 3.

5 Paria enim sunt non præstare assensum, vel inutiliter præstare Alex. in l. quoties sub n. 5. ante med. vers. paria enim sunt C. de hæredib. instituend. Put. decis. 360. n. 9. lib. 2.

Quando autem primus assensus fuit validè præsti-
6 tus, tunc secundus nihil valet, nec est locus variationi Caputaq. post alios decis. 54. num. 3. & 4. ac per totam parte 2.

Si vero adest aliqua iusta causa denegandi consen-
7 sum, tunc minimè potest quis per superiorem compelli ad consentiendum Abb. in c. licet n. 9. de regular. Gamb. de iur. patr. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 20. n. 13. vbi etiam addit, quod si superior compelleret ad consentiendum in hoc casu, quod esset locus appellationi ad superiorem superioris sui.

RESOLVT. CCCII.

1 *Assensus differt à licentia, & in quibus differant, n. 2. & 4. & num. 6. & 11.*
3 *De lege Hispana facultas, ad constituendum maioricatum debet præcedere ipsius institutionem.*
5 *Est nullum testamentum Cardinalis ante licentiam conditum.*
7 *Non sufficit tacitus assensus vbi requiritur licentia.*
8 *Non sufficit tacita licentia parochi, vt eius loco alius interueniat, & quando sufficiat. n. 9.*
10 *Regularis volens transire ad religionē strictiorem debet petere licentiam sui superioris, quæ si fuerit denegata potest sine illa procedere.*
12 *Licentia dicitur de regulata ratione, non de nuda voluntate.*

An assensus, & licentia differant in donatione iuris patronatus.

1 QVæro vtrum assensus differat à licentia: Respondeo quod sic, videlicet in duobus primò, quia de natura assensus est, quod regulariter possit sequi, vt supra dixi in q. 41. quod secus est in licentia cum semper præcedere debeat, & non sufficiat sequi authentica C. de Episc. & cleric. licet de regularibus Bart. in l. si autem plures n. 1. ff. de aqua pluuia arcend. idem Bart. in l. si qui mihi bona §. iussum n. 5. Paulus n. 8. Alex. nu. 9. Ias. n. 21. & num. 38. ff. de acq. hær. Roland. de reb. Eccl. c. 33. de alienat. non obst. iuram. §. videtur n. 9. & §. facit n. 6. & n. 33.

Sic lege Hispana 42. Tauri, quæ hodie est in noua recopilatione l. 3. tit. 7. lib. 5. disponitur facultatem
3 ad maioricatum constituendum debere præcedere ipsius maioricatus institutionem, nec maioricatus iam factus confirmetur latè declarat Mol. de Hispanor. primogenijs cap. 7. n. 2. cum sequentibus & ex n. 50. & 52. cum sequentibus.

4 Similiter licentia, ac facultas testandi de rebus, de quibus alias testari non licet, debet præcedere, nisi aliud in ipsa exprimatur, alias testamentum prius factum non tenet Alexandr. cons. 17. num. 4. & 5. vol. 4. Caputaquen. decis. 258. num. 1. par. 3. de quo vide plura cumulata per Ias. in l. quo minus ff. de fluminibus num. 127. cum quatuor numeris sequentibus de Marsilis in rubr. de fideiussoribus num. 82. & 83. cum adductis per Fel. in c. dilectus 20. de accusat. num. 3. cum sequentibus Acebed. in l. 3. titul. 7. lib. 5. recop. n. 7. Parisium de resignat. lib. 11. q. 7. n. 90. & 91. apud quos plura in contrarium reperies, sed decisio Caputaq. vti decisio Rotæ est potissimè attendenda, per
5 quam fuit resolutum esse nullum testamentum vnius Cardinalis ante licentiam conditum, nec validatum fuisse per licentiam subsequutam, & eò magis, quia consonat cum dicta l. 42. Tauri, vide etiam in proposito Rotam decis. 47. n. 1. & per totam p. 1. diuers.

Secundo differt assensus à licentia, quia assensus suf-
6 ficit tacitus quando non requiritur pro forma, vt superius in 1. quæst. dixi, licentia verò regulariter debet esse expressa, & ex propria natura vocabuli glos. ver. obtenta in clem. 1. de test. vbi omnes notant Corsetus in suis singularibus ver. licentia Decius cons. 38. sub n. 4. vers. præterea, & secundo Tiraq. de leg. Connub. glos. 7. num. 8. cum sequent. Auendanus de exequend. mand. lib. 1. c. 12. n. 27. Rota decis. 788. n. 1. par. 1. diuers.

7 Ac propterea nō sufficit tacitus assensus vbi licentia requiritur Lapus allegat. 86. in causa, & quæstione n. 3. Rom. in l. 2. §. 1. n. 11. verisimile est de licentia ff. solut. matrim. Alexand. in dicta l. 2. §. voluntatem n. 4. eod. tit. ff. solut. mat. Franchus in c. 1. vbi verò n. 6. vers. sexto adde ne sede vacante in 6. Barbatia cons. 12. scribitur n. 19. vers. & facit quod voluit Io. And. Afflict. in cap. Imperiali. n. 45. & sequentibus de prohibita feudi alien. per Gamb. de iur. patron. lib. 1. par. 2. q. 1. art. 16. n. 8.

Sic in terminis Concilij Trid. sess. 24. de ref. mat. c. 1. declarauit sacra Congregatio, quod non sufficit
8 tacita licentia parochi, vt alius Sacerdos eius loco interueniat, quæ declaratio dicit sic.

Non sufficit tacita licentia, quæ resultat ex tolerantia, requiritur verò vel commissio generalis ad administrandum sacramenta, vel si hæc absit expressa, vel specialis licentia.

9 Aliquando tamen ad diuersos effectus, & ratione materiæ subiectæ sufficeret tacita licentia, vt per Acebed. in d. l. 3. num. 1. tit. 7. lib. 5. recopilat. Palat. Rub. in repetit. rubricæ de donationibus inter vir. & vxor. §. 68. n. 77. Tiraq. in leg. Connub. glos. 7. à n. 20. & 23. cum plurib. seq.

Rursus, quia assensus regulariter est sequendus vt sup. n. 8. in licentia verò secus est in pluribus casibus,
10 vt in cap. licet de regular. vbi regularis volens transire ad religionem strictiorem tenetur petere licen-
11 tiam à suo superiore, si tamen fuerit denegata potest

transire sine illa, & concordat l. 9. & 10. tit. 7. partita
1. Item in casu clem. 1. §. volumus de for. compet.
Et adde, quod licentia intelligitur de regulata ra-
12 tione, & non de nuda voluntate Abb. in cap. cum ad monasterium num. fin. de stat. Monach. & alia plura de licentia, vide per Bald. in l. fin. C. ad Macedon. n. 1. per totam.

RESOLVT. CCCIII.

1 *Ex temporis diuturnitate præsumitur interuenisse assensum superioris in ædificatione iuris patronatus ad exemplum assensus requisiti in contractu mulierum, & vide num. 4.*
2 *Lapsu temporis expressum quod requiritur habetur pro expresso, & quanto tempore vide n. 3.*
5 *Decisio Curiæ Archiepiscopalis, quod præsumatur ex diuturnitate interuenisse assensum.*

Assensus Episcopi in donatione iuris patronatus, an ex diuturnitate temporis præsumatur.

1 EX temporis diuturnitate præsumitur assensum interuenisse, vt de consensu consanguineorum requisito per statutum in contractu mulierum scribit Gamma in decis. 290. numero 2. plene tamen scripsere Tiraq. de leg. Connub. glos. 7. numero 38. cum pluribus sequentibus, & ipsum ac alios referens Lamberteng. in ver. consensus glos. 7. numero 51. cum pluribus sequentibus, vide infr. hoc eod. tit. num. 42. Vnde spatio, & lapsu triginta annorum præsumitur
2 assensus, etiam quod exigeretur expressus habetur pro expresso per lapsum dicti temporis Gamma in decis. Lusit. 144. in decis. 149. num. 4. in decis. 168. num. 1. vbi allegat Rubeum in rub. de donationibus inter vir. & vxor. Suarez in tit. de Artif. fol. 36. vbi
3 dicit assensum vxoris lapso biennio ad validitatem rei dotalis alienatæ sufficere præsumptum ex lapsu temporis, licet expressum lex requirat, quoniam perinde est ac si expressus esset, vt per Decium cons. 409. num. 3. & hanc esse communem opinionem testatur Alex. in l. 2. §. voluntatem num. 3. ff. sol. mat. vbi solummodo exigit spatium decem annorum, & quod omnino ex diuturnitate temporis videndus est Mandos. cons. 32. num. 5. & 6. Masc. de prob. concl. 416. n. 4. & Menoch. d. lib. 3. præs. 90. n. 18. & lib. 6. præs. 79. n. 4.

Et in vna Romana iuris patron. 10. Mar. 1595. coram Illustrissimo Mellino fuit resolutum assensum
4 superioris in ædificatione Capellæ ad effectum iuris patronatus probari ex diuturnitate temporis in ædificatione Capellæ cum insignijs, & armis superioris Capellæ vti de iurepat. & prouis. Papæ Cald. cons. 12. de iurepatr. Rochus ver. pro eo, quod numer. 19. Gamb. lib. 3. q. 5. art. 4. Ripa in c. cum Ecclesia Sutrina, nu. 97. de causa pos. Caputaq. decis. 158. par. 2. &c. & in vna Lucana Cappellæ 20. Iunij 1567. coram Domino Seraphino fuit etiam resolutum consensum interuenisse in fundatione, vel dotatione ad acquirendum ius pat. ex cursu temporis præsumi, & c. Zerola in d. praxi, p. 2. vers. Ecclesia §. 5. & iuxta hanc sententiam in assensu Apostolico,
5 quod præsumatur in alienatione rei Ecclesiæ ex diuturnitate temporis refero decisum in Curia Archiepiscopali Neap. in decis. 116. p. 2. vbi latè in materia poteris videre eruditissimum D. Ioannem Mariam Nouarium ibi in sua allegatione illic inserta circa hunc Articulo principali, quod ex diuturnitate temporis præsumatur interuenisse assensum Episcopi latè scribit idem D. Nouar. in libro practicarum obseruat. vot. 41.

RESOLVT. CCCIV.

1 *An facta donatione, & reuocata assensus præstitus extendatur ad aliam donationem, vide numero 3. & est stricti iuris assensus, limita n. 6. & 7.*
2 *Assensus est mera gratia.*
4 *Assensus regulariter non extenditur de vno casu ad aliū, nec à persona ad personam.*
5 *Assensus impetratus super alienatione feudi facienda non prodest alienationi factæ alteri quam nominato.*

An assensus Episcopi in donatione iuris patronatus extendatur.

EXempli gratia in donatione iuris patronatus facta a Martino Titio fuit interpositus assensus
1 Episcopi, nunc vult reuocare donationem factam Titio, & donare Antonio, quæritur, an primæus assensus extendatur ad istam secundam donationem, & videbatur prima consideratione, quod sic, ex quo
2 assensus est mera gratia Ann. alleg. 39. Surd. decis. 220. n. 57. Affl. decis. 398. de Franchis, decis. 695. Lanar. cons. 15. & gratiæ sunt ampliandæ l. beneficium, ff. de const. princ. c. odia de reg. iur. in 6.

Cæterum contrarium consului in quadam facti
3 contingentia motus præsertim, quia licentia, & assensus sunt stricti iuris, & non debent extendi, vt post de Iser. dicit Camerar. in c. Imperialem, fol. 44. litera E. Freccia de subfeud. Baron. lib. 2. q. 11. de Franchis in decis. Neap. 71. nu. 16. in decis. 153. n. 23. Surd. in decis. Mant. 303. num. 5. & in decis. 304. n. 20. Lanar. in cons. 60. n. 122. & alios allegans a Costa in tract. de retrotract. cap. 8. cas. 10. num. 7. Ann. in cons. 84. num. 12. Minad. in cons. 18. numero 7. vnde
4 assensus regulariter non extenditur de vno casu ad alium, nec de persona ad personam. Frecc. de subfeud. Baron. lib. 2. quæst. 20. numero 70. Anna in alleg. 41. num. 26. de Franc. in decis. Neap. 71. num. 16. in decision. 153. num. 24. & propterea assensus concessus
5 pro alienatione facienda Titio non operatur, vt possit vendere, & alienare alteri, quam nominato, glos. in c. primo in princip. de prohibita feudi alienat. per Feder. de Put. de redintegr. feud. cap. 86. inc. quando conceduntur, n. 3. f. 55. &c. 258. incip. vasallus tenens Goff. in cons. 9. n. 19. Cap. in inuestitura feud. in verb. feudor. effectus, col. pen. vers. & assensus, f. 83. Mol. de Hispanorum primogenijs lib. 4. c. 5. num. 31. Surd. in decis. Mant. 325. numero 9. hinc est, quod si assensus impetratur super alienatione facienda non prodesset alienationi factæ, nec impetratio pro alienatione facta prodesset pro faciēda. Afflict. in decision. Neap. 355. nu. 2. de Franch. in decis. 105. n. 1. Anna in allegat. 36. n. 5.

Limitatur tamen prædicta conclusio, quod licet as-
6 sensus, & licentia sint strictissimi iuris, nihilominus ad consequutiua eiusdem contractus, super quo fuit concessus extenditur Afflict. in decis. 335. n. 19. comprobat Vrsillus ibidem sub n. 14.

Limitatur secundo assensum dici, & extendi, ac
7 intelligi secundum formam contractus, super quo interponitur argumento, l. si vno, ff. locat, & voluit de Puteo de redintegrat. feudorum. cap. 235. incip. & circa num. 2. fol. 129. Surd. in decision. Mant. 220. num. 29. & ideo extenditur ad pœnam interesse, & alia accessoria, quæ veniunt de natura contractus, & sunt vnum, & idem cum ipso contractu illius assumens naturam, vt optimè dicit Camer. in d. c. Imperialem, fol. 58. l. 8. quem sequitur idem Surd. in decis. Mantuæ 182. n. 7. plura dici possent in materia extensionis assensus, de quibus in discursu huius tit. quatenus per decisionantes tanguntur dicam, quia alias optimè tractatas fuisse à Camerario in d. c. Imperialem qui-

quilibet inspicere potest; ad connexa tamen extenditur post Frec. de subfeud. Baron. lib.2.q. 11. num.15. Bursat. in cons. 29. n. 18. vol. 1.

RESOLVT. CCCV.

1 *Assensus Episcopi in donatione iuris patronatus an possit probari per testes, vide n. 2.*
3 *Assensus de necessitate non requirit scripturam.*
4 *In regno Neapolitano assensus requirit scripturam.*

Assensus Episcopi an possit probari per testes.

1 FVit etiam dubitatum, si assensus Episcopi in donatione iuris patronatus potuisset testibus probari, & videbatur primo, quod non, ex eo, quod scriptura regulariter requiritur glos. in cap. fin. de censibus.

2 Cæterum contrarium respondi, quod immo as-
3 sensus potest probari per testes, quia de necessitate non requirit scripturam Andr. de Isern. in cap. 1. §. hac edictali, n. 4. de prohib. feud. alien. per Lotharium, Matth. de Afflict. in decis. Neapoli. 398. n. 9. vbi Vrsil. & voluit Paris de Puteo de redintegrat. feudorum, cap. 303. incip. quia communiter, n. 1. & per totum, fol. 189. Anton. Capic. in inuestitur. feudal. in verb. feudor. assensus col. 5. vers. probari potest in Regno Neapolitano assensus super alienationibus
4 permutationibus hypothecis quibuscunque requirit scripturam sigillum Regium, & alias solemnitates per plures pragmaticas in tit. de feudis, meminerunt Paris, & Capycius in locis allegatis Vrsillus in decis. 398. n. 1. 2. 3. Frec. de subfeud. Baron. lib. 2. q. 28. sub n. 4. Anna in const. constitutionem diuæ memoriæ, n. 67. cum sequente Viu. in decis. 240. n. 2. Georgius in alleg. 14. n. 13.

RESOLVT. CCCVI.

1 *In donatione iuris patronatus facta Episcopo vbi est erectus ius patronatus, non requiritur assensus ipsius Episcopi.*
2 *Contrahens cum Rege, vel Principe, qui debet præstare assensus tuto contrahit.*
3 *Vbi interuenit persona Regis censetur tacitè consensisse.*
4 *In contrahentibus cum Papa non requiruntur solemnitates extrauag. ambitiosæ, de reb. Eccles. non alien.*

An vbi donatio iuris patronatus fit Episcopo requiratur assensus.

1 PONe fuisse factam donationem cuiusdam iuris patronatus Episcopo loci vbi est erectus ius patronatus, fuit dubitatum si in tali donatione esset necesse adhiberi assensum eiusdem Episcopi, & respondi negatiuè ex infra dicendis.

Tum primo quoniam regula iuris strictissima re-
2 peritur quòd contrahens cum Rege, vel Principe, qui debet præstare consensum illo non eget, sed tuto contrahit absque illo, vt optimè exornat Camer. in repet. cap. Imperialem folio 38. lit. P. de prohibita feudi alienatione per Federic. quem refert, & sequitur de Franch. in decisione 483. vbi faciens contractum cum Domino, qui debet consentire est tutus absque assensu, vt annotauit etiam Capic. in decisio. 156. & Frecc. de subfeud. quæst. 31. qui infert ad alienationes, quæ continuè fiunt per nostros proreges, & ad prædicta etiam faciunt, quæ voluit Bal. in l. consensu C. de repudijs, assensum non esse necessarium vbi in alienatione feudi interuenit persona Regis ex quo censetur tacitè præstitisse assensum, quod quidè sufficit, vt per Puteum decis. 190. lib. 2. decis. 181. num. 2. in decis. 190. lib. 3. Rota in decis. 16. de renunciatione in antiquis Rota diuers. in decisio. 788. & 811. par. 1. imo sola Principis præsentia sufficeret, & vim assensus obtineret argumento glos. in c. 1. vers. capituli de excessibus prælatorum iuncto text. quem allegat in c. Episcopus nullius 15. q. 7. Puteus in decis. 92. lib. 3.

Tum secundo, quia iuxta varias Rotæ Decisiones
4 iam stabilitum est in contrahente cum Papa non requiri solemnitates extrauagant. Ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienandis, vt latè per Rotam diuers. 27. parte 2. & latissimè per Capic. in decis. 16. vbi multa ad hoc ponderat.

RESOLVT. CCCVII.

1 *Consensus alterius quando in collatione requiritur non dicitur libera collatio. num. 4. 5.*
2 *Collatio quæ fit cum alterius consensu libera dici non potest.*
3 *Consensus, & voluntas idem sunt.*
4 *Consensus est maioris effectus, & ponderis, quam consilium.*
5 *Quilibet consensus habet in se inclusum consilium.*
6 *Maius præiudicium inest in consensu, quam in consilio.*
7 *Consensus quando requiritur semper præsumitur de substantia actus.*
8 *Vbi requiritur consensus si sine illo celebretur actus est nullus.*
9 *Qui actui consentit actum illum gerere videtur.*
10 *Collationes Abb. non facta in eis mentione de consensu necessario præstando sunt nullæ.*

An donatio iuris patronatus desinat dici libera ex eo quòd exigatur Episcopi consensus.

1 REspondeo à simili de collatione, quod quando collatio fieri debet cum consensu alterius, tunc non dicitur libera collatio, vt regula nostra declarat, & ratio patet, nam consensus est simul sensus dicitur enim à con, quod est simul, & sensus quod quasi sit simul sensus, quia si habeo aliquid agere cum consensu tuo ego debeo sentire tecum, aliàs non esset consensus, sed dissensus, & deficiente consensu actus non valeret cap. 1. §. consensus 29. q. 1. Host. in cap. cum olim num. 4. de arbit. & ibidem Ioan. And. num. 10. Imm. num. 7. But. num. 14. Abb. num. 4. Bart. in l. 1. §. si plures n. 7. ff. de exercitor. act. vbi omnes communiter Alberic. in l. quidam decedens §. Papinianus ff. de adminis. tutorum num. 7. Bald. in l. fin. num. 3. C. ad Macedonianum Gomez in reg. de imp. benef. per obit. famil. Card. q. 11. sub num. 2. vers. nam ex quo consensus nihil aliud est.

Ideo dixit Cassad. decis. 3. num. 3. & 4. de priuile-
2 gijs post glos. in clem. dudum §. si vero in ver. liberè de sepulturis, quod collatio quæ fit cum alterius consensu libera dici non potest Abb. in cap. de multa num. 3. de præbend. Roland. à Valle cons. 42. nu. 19. vol. 1. Curtius Iunior cons. 1. num. 3. vol. 1. Caputaq. decis. 297. n. 6. p. 1.

3 Item; quia consensus & voluntas idem sunt l. 2. §. voluntatem vbi Ias. numero 6. in fin. ff. solut. matr. l. fin. §. necessitatem C. de bonis quæ liberis, & clarum est, quod non dicitur actus liber quando pendet à voluntate alterius l. cum quidam 24. ff. de leg. 2. cum adductis per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 7. num. 2. cum seq.

4 Hinc consensus est maioris effectus, & ponderis, quam consilium, & magis Iuris habet habens consentire, quam habens consilium præstare, quia consilium sufficit petere, & sequi necesse non est, vt dixi in glos. præced. at verò consensus non solum est habendus, sed etiam sequendus, aliàs actus erit nullus cap.

cum in veteri, & ibi glos. verb. expectatum ad mediũ de elect. glos. ver. assensus per tex. ibi in c. 1. §. cum verò ne sede vacant. in 6. Abb. in c. quanto num. 4. de his, quæ fiunt à Prælat. Lambert. de iure patr. lib. 2. par. 1. q. 2. ar. 12. n. 6. vbi n. 8. addit quòd maius præiudicium versatur circa actum, qui debet fieri cum consensu, quam cum consilio Card. in clem. exiui §. rursus n. 17. de verb. signif.

Quapropter si actus debet fieri de consilio, & consensu alterius, sufficeret solus cõsensus illius, cum qui-
5 libet consensus habeat in se inclusum consilium eodem consensu Oldrad. cons. 44. incip. quæritur si Episcopus sub num. 5. Franch. in c. 1. §. verum num. 3. de clerico ægrotante in 6. & in c. vnic. §. vbi verò n. 6. ne sede vacant. lib. 6. vbi etiam resoluit, quod si actus debet geri de consensu alicuius, sufficeret eius consilium cum satis dicatur consentire, qui consuluit per glos. quam allegat in leg. ob hæc verb. 20. in ver. exhortatur ibi, qui consulit vel permittit non mandat ff. de his qui notantur infamia, pro quo videtur bonus tex. in l. fin. in princ. ff. testam.

Sic etiam propter maximam differentiam consilij, & consensus, & quia maius præiudicium inest in con-
6 sensu, quam in cons. fuit orta illa anceps quæstio. An de iure comun. possit Episcopus corrigere capitulares cum solo consilio capituli, vel sit necessarius cõsensus, de quo plenè per Put. decis. 92. n. 3. & per totam lib. 3. & per de Crassis decis. 2. per totam de offic. ordin. Mohed. decis. 2. de for. compet. vbi fuit firmata conclusio, quod esset necessarius consensus capitul. licet dicta decisio Putei contrarium insinuet.

Prout etiam consensus, quando requiritur semper
7 præsumitur esse de substantia actus. Baldus in leg. fin. §. necessitate num. 16. C. de bonis, quæ liberis, & in l. 1. num. 45. C. qui admitti cum alijs pluribus adductis per Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 34. n. 12. & 13.

Ac propterea si contractus, aut alius quilibet actus mulieris, aut filij, aut minoris, vel alterius simlis
8 personæ debet celebrari cum consensu mariti, patris, aut consanguinei, & si fuit celebratus sine illo erit ipso iure nullus, vt per Tiraquellum cum alijs de leg. connubialibus glos. 4. n. 2. & per totam, ac per totas glos. 6. & 7. Menoch. vbi supra n. 14. & 15. & tradunt omnes glossographi ad l. 55. tauri; quæ est lex 2. tit. 3. lib. 5. recopilationis.

9 Qui enim actui consensit actum ipsum gerere videtur l. sicuti 18. ff. de arbit. l. si fundus §. nesciente ff. de pignor. l. 1. §. omnia. n. C. de veteri Iur. enucleando c. apostolicæ c. si eum de præb. in 6. l. si liqueat, & ibi Bald. in 2. notabili C. de inoff. donat. & plenè per Tiraq. de leg. connu. glos. 5. ex n. 145. cum multis sequentibus.

10 Et ideo literæ expectatiuæ ad collationẽ Abb. non facta mentione consensus per alterum collationi præstandum non tenent, sed ipso iure sunt nullæ, & subreptitiæ Puteus decis. 102. lib. 2. vbi reprobat decisiones decem de præben. & 2. de concess. præb. in antiquioribus Bisigneti contrarium dicentes.

Benè tamen verum est, quod Archid. Gemin. & Fel. relati per Ripam, quos & ipse sequitur, dicunt, quod isto casu cesset subreptio.

PRAXIS PRIVATIONIS BENEFICIORVM.

RESOLVT. CCCVIII.

1 *Clericus falsificans bullas apostolicas priuatur beneficijs, etiam si addat vnam literam, vel vnum punctum.*

2 *Si clericus testes subornauerit, potest priuari beneficio, sed debet hoc probari per alios testes, quam eos qui dicunt se fuisse corruptos.*

3 *Præsumitur subornatio, quando testes post primum examen allocuti sunt partem, & postea dixerunt contrarium eius quod primo deposuerunt.*

4 *Adhibetur fides vnico testi dicenti se fuisse subornatum si inducatur per eum, contra quem fuit subornatus.*

Testium subornator, an possit beneficijs priuari si fuerit clericus.

1 CErtum est clericum priuari beneficijs quoties in Bullis, seu literis Apostolicis, & supplicationibus falsitatem commisit c. falsariorum de crim. falsi Rebuff. in l. praxi benefic. p. 3. de modo amitt. benef. n. 43. & quamuis addiderit vnam tantum literam, vel vnum punctum aut literas correxerit, tamen priuatur, & excommunicatur in Bulla Cenæ Domini, nec potest absolui ab alio, quam à Papa. Hostiens. in sum. de crim. fals. §. qualiter committantur ver. sed hodie ideò clausula generali, & cum absolutione à censuris ad effectum præsentium tali falsario non prodest, vt tradit idem Rebuff. in dicta praxi de forma, & declarat. nouæ prouisionis num. 11.

2 Similiter si clericus testes subornauerit ideò, & beneficio priuari poterit c. satis peruersum 56. dist. & c. inuentum 16. q. 7. Abb. in c. ex tuæ de pen. doct. in c. at si clerici §. de adulter. & in ca. cum non ab homine de iudic. subornatio tamen hoc casu probari debet plenè, & concludenter, & per alios testes, quam eos, qui dicunt se fuisse corruptos cap. sunt nobis vbi doct. de testibus Felyn. in cap. cum in tua num. 7. eod. tit. Ruin. consil. 146. num. 34 lib. 5. latè Cephal. consilio 233. lib. 2. nam ex eo, quod dicunt se corruptos dixisse falsum, ostendunt se esse periuros, & falsarios, ideoque eis non creditur cap. testimonium de testibus Ruin. cons. 147. num. 5. lib. 5. Rolan. consilio 19. num. 7. lib. 1. Verall. decis. 73. lib. 1. in manuscriptis, vbi dicit, hoc procedere etiam si testes afferant excusationes, & ita affirmat fuisse tentum in causa Parmen. Status 12. Iunij 1551. coram Puteo, similiter
3 procedit, quamuis probaretur testes post primum examen alloquutos fuisse partem, contra quam deposuerunt, & deinde contrarium deponerent eius, quod deposuerunt, quia hoc casu præsumeretur subordinatio tantum ad effectum, vt testibus non esset credendum id, quod deponunt in secundo dicto, vt per Cæsar de Grass. decis. 11. de rest. in integr. non autem ad effectum, vt subornatio censeretur probata contra partem aduersam, alias sequeretur absurdum manifestissimum, nempe, quod ex tacita præsumptione subornationis, maior oriretur probatio, quam ab explicata, & formali depositione subornationis, de qua testes deponerent, cum tamen eis non credatur ex supra allegatis, ex quibus tenet Bertazol. cons. 71. num. 13 criminal. post Marsil. cons. 78. num. 10. & licet idem Marsil. sing. 172. velit in hac materia credi vnico etiam testi dicenti, se fuisse subornatum. Nihilominus eius dictum non est verum, neque probatur ex authoritatibus per eum allegatis. Nam Bald. ab eo citatus in c. 1. num. 7. si de inuestitur. inter. Dom. & Vass. non agit de fide adhibenda vnico testi dicenti se subornatum, sed de adhibenda fide testi
4 subornato, si inducatur per eum, contra quem fuit subornatus, quod est singulare, ex eo quod in l. 3. §. lex Iulia de testibus, arcetur à testimonio dicendo ille, qui accepit pecuniam, vt diceret, vel non diceret testimonium, & in l. 1. C. ad l. Corn. de falsis, talis punitur pœna falsi, & ita melius interpretatus est doctrinam Bald. Roman. singul. 330. incip. tu scis sextum, & ita etiam loquitur Felyn. in c. licet canon. num. 7. in fin. de probat. & clarius per Bero. q. 59. num. 5. & 6.

qui

qui expreſsè vult debere prius conſtare de corruptione, vt teſtis, qui dicitur corruptus admittatur contra corrumpentem, quod eſſet fruſtratorium, ſi ei ſoli dicenti ſe corruptum fides eſſet adhibenda: ad idem videatur Grammat. voto 11. num. 10. & 11. vbi optimè concludit contra Aretinum.

RESOLVT. CCCIX.

1 *Priuatio inducitur ex decreto de dimittendo primum beneficium, dummodo poſſeſſio ſecundi ſit vacua, & non adſit intruſus.*
2 *Moleſtia extra iudiciales excuſant à pœna dicti decreti.*
3 *Requiritur ſcientia clara ipſius priuandi in caſu propoſito, & non ſufficit ſcire per coniecturas.*
4 *Per adeptionem ſecundi incompatibilis non vacat primum, niſi quis pacificè ſit aſſecutus ſecundum.*

Clericus habens beneficium, ſi aliud incompatibile obtineat cum decreto de dimittendo primum intra menſem ſub pœna priuationis ſi illud non dimiſerit, an cenſeatur priuatus.

1 PRiuatio etiam inducitur ex decreto Domini Papæ de dimittendo beneficium, quod quis obtinet intra certum tempus ſtante prouiſione facta de ſecundo beneficio incompatibili, ſub pœna vacationis vtriuſque, quia regulariter intrat ipſum decretum, vbi infra tempus præfixum non dimittatur primum.

Declara dummodo vacua exiſtat poſſeſſio ſecundi beneficij, quod confertur cum tali decreto, & non adſit intruſus, quia ſi poſſeſſio ſit plena, & detur intruſus decretum non operatur, cum impedito de iure non currat tempus l. ſi in diem, & ibi Soccin. num. 4. de condit. & demonſtrat. & ita tenuit Rota in vna Aſtoricen. Archidiaconatus 15. Februarij 1574. coram Cardinale Seraphino.

Rurſus declara, niſi durante tempore ad dimittendum ſibi fuerit mota lis, vel facta controuerſia etiam extra iudicialiter ſuper ſecundo impetrato, nam durantibus dictis moleſtijs, ſeu lite excuſatur, ſi non dimittit; & ratio eſt, ne quandoque dimiſſo primo, contingat, quod ſimul careat, & ſecundo: capitulo licet Epiſcopus, vbi Gemin. in ſecundo not. Franc. in 1. not. de præben. in 6. Adden. ad Rotam deciſ. 3. nu. 2. verſ. non tamen, quia teſtantur ita Rotam obſeruare de præben. in nouis, Sarnen. de trien. quæſt. 53. in 2. verſ. ſed quoad capitulum, & quod ſolæ moleſtiæ
2 extraiudiciales, & de facto excuſent impetrantem à pœna dicti decreti tenent etiam Paulus de Eleazar. in clement. gratiæ, & ibidem Card. quæſt. 13. Imol. nu. 131. Vitalin. num. 30. de præſcript. Gemin. conſ. 78. num. 3. & fuit dictum in vna Taraconen. Canonicatus octauo Nouembris 1599. coram Orano quę fuit confirmata coram Cardinale Seraphino 9. Ianuarij & in vtraque deciſione fuit dictũ hoc procedere etiam ſi moleſtiæ non reſpiciant vſum poſſeſſionis, & perceptionem fructuum.

Tertio declara, nam ad hoc vt habeat locum pœna priuationis appoſita in dicto decreto, neceſſaria eſt ſcientia illius, qui priuandus eſt, quia ignorans non punitur l. cum ancillis C. de inceſt. nupt. cap. ſi beneficia de præben. in 6. Gomez. in tract. Mãdoſ. de prouiden. n. 28. latiſſimè Gabr. de clauſ. concluſ. 3. num. 8. nec ſufficit ſcientia per coniecturas, & præſumptio-
3 nes, ſed requiritur clara & concludens probatio Rota dec. 21. de dolo, & cõtum. in Antiq. Fely. in cap. cum contingat colum. 6. verſ. dixit etiam Rota de reſcrip. & in cap. quoniam frequenter §. porro colum. antepenul. verſ. bene facit vt lite non conteſt. Ruin. conſ. 66. n. 18. lib. 3. Caſſad. dec. 2. n. 4. de penſion. Put. dec. 6. de probat. & dec. 147. fuit dubitatum lib. 1. Mohed. dec. 160. & ita fuit reſolutum in vna Leodien. Canonicatus 22. Iunij 1565. coram Cotta, & de anno 1586. coram Cantucio in vna Burgen. Abbatiæ, & in allegat. Tarraconen. Canonicatus coram Orano, item nec ſufficit ſcientia procuratoris Creſcen. deciſ. 194. Ant. Auguſt. in tit. commun. de præſump. nu. 15. Sarnen. in regula de annali quæſt. 48. in fine Afflict. deciſ. 129. num. 10. & ſcientia non eſt probanda in genere, ſed in ſpecie cum omnibus ſuis circunſtantijs, & qualitatibus, vt per Doct. in locis ſupra cit.

Circumſcripto autem iſto decreto, beneficium incompatibile non amittitur ex impetratione ſecundi,
4 niſi impetrans ſit plene conſequutus ſecundum, c. ſi quis iam translatus 21. q. 2. per quem tex. ita tenuit Abb. in c. cum in cunctis §. cum verò in vltimo not. in fin. de elect. Rom. conſ. 335. num. 1. & tenuit Rota in vna Panormitana beneficium coram Accorambono inter Iulium Galetum, & Andream Vella ſub die 9. Ian. 1548. teſte Hoieda de beneficior. incompatibil. par. 1. c. 4. num. 15. Hinc congregatio Sacri Concilij Tridentini cenſuit in requirentibus reſidentiam, aut aliter quomodocumque incompatibilibus etiamſi Canonicatus ſint, vel portiones induci vacationem ipſo iure per adeptionem ſecundi pacificè poſſeſſi per decretum dicti concilij ſeſſion. 7. cap. 4. iuxta diſpoſitionem c. de multa de præb. quod procedit etiam in ſimplicibus reſidentiam requirentibus, nam licet nonnulli teneant, quod in his per adeptionem ſecundi non vacet primum, ſed potius detur obtinenti optio dimittendi, quod voluerit, prout poſt Ioan. Andr. & alios in cap. 1. de conſuetudin. in 6. voluit Oldr. conſilio 165. & Lap. alleg. 116. fuit alias tentum in cauſa Maceraten. parochialis de anno 1575. coram Cardinale Lancellotto, & in alia Foroſempronien. Canonicatus de anno 1582. coram Ioanne Baptiſta de Rubeis, nihilominus Rota poſtmodum receſſit à dict. opinione in cauſa Salamantina dimidiæ portionis coram Orano 11. Decembris 1585. & in Toletana Cappellæ de Varagios 15. Septembris 1591. coram Cardinale Pamphilio, & in illa Tarraconen. Archidiaconatus 22. Martij 1592. coram Litta.

RESOLVT. CCCX.

1 *Ob non reſidentiam poteſt quis beneficio priuari, debet tamen ter ſucceſſiuè citari.*
2 *Si præceſſit citatio perſonalis, poteſt canonicus non reſidens priuari etiam non expectatis ſex menſibus.*
3 *Citatio non requiritur, quando adeſt ſtatutum Epiſcopi, quod abſentes per certum tempus ſint priuati abſque citatione.*
4 *In beneficialibus non requiritur plena, & exacta probatio, ſed ſufficit ordinaria.*

Ad priuandum canonicum non reſidentem, num requiratur citatio perſonalis.

1 OB non reſidentiam poteſt quis beneficio licitè priuari, dummodo tamen prius in dict. Eccleſia ter ſucceſſiuè citetur, nec vnica peremptoria citato hoc caſu ſufficit: Abb. in conſ. 67. num. 2. par. 1. & tenuit Rota in vna Salamantina del Pedroſo 10. Decembris 1567. coram Cardinale Seraphino eſt deciſ. 35. in primo volumine ſuarum deciſionum, debetque expectari antequam priuetur, per ſex menſes iuxta text. in cap. ex ſuæ de cler. non reſident. & ita cenſuit ſacra Congregatio Concilij Tridentini ſeſſ. 23. de reformat. cap. 1. in vna Vmbraticen.

Eſt tamen aduertendum, quod ſi præceſſit citatio
2 perſonalis, poterit etiam non expectatis ſex menſibus procedi ad priuationem, ſic tenuit Rota in vna Zamoren. Cappellanię 12. Iunij 1589. coram Cardinale

nale Mantica, quæ distinctio citationis personalis, per edictum fuit etiam facta in vna Terdonens. Præposituræ 17. Martij 1600. coram Cardinale Seraphino, in qua fuit etiam dictum quod prædicta de priuatione procedunt tam respectu eius, qui abest cum licentia, quam eius qui abest sine licentia.

Item, est aduertendum, quod monitio non requiri-
3 tur, si Episcopus statuit, quod absentes per certum tempus sine licentia eius sint priuati etiam sine monitione, nam huiusmodi statutum valet Abb. in c. quoniam §. porro col. 4. vers. aduertendum tamen, vt licet non constat Feder. de Sen. cons. 109. Oldr. cons. 181. Card. cons. 132. col. 3. & cons. 130. Henric. Bo. in tr. de Synod. Episc. in 3. par. art. 1. nu. 148. plus addens statutum ligare omnes, qui habent in illa Diœcesi beneficia etiamsi resideant alibi idem tradit Rebuff. in pract. benef. in 2. parte in titul. de dispens. de non residen. num. 12.

Debet tamen scientia huiusmodi statuti clarè, & concludenter probari, quia quando agitur ad effectum priuationis non sufficit scientia præsumpta Mohed. dec. 160. alias quarta de probation. Put. dec. 6. eod. tit. nisi adessent vrgentes præsumptiones, vt fuit resolutum in causa Mediolanen. matrimonij die 22. Martij 1574. coram Cotta non nihil repugnat quod requiritur plena probatio, & sufficiant coniecturæ & præsumptiones, quia etiam ex his potest oriri probatio, concludens, prout latè deducit, & plures allegat Aym. consil. 73. numero 19. & consil. 178. numero primo, tenuit Rota in allegata Oscen. Archidiaconatus 10. Iunij 1622. coram Horatio Card. Lancellotto, vbi decisiones Putei, & Mohedani supra allegatæ fuerunt intellectæ, & præsumptiones, ex quibus possit oriri plena probatio, maximè in hac materia
4 beneficiali, quæ non requirit exactissimas probationes, sed contentatur probatione ordinaria, dummodo sit plena, & concludens secundum subiectam materiam, vt in causa Casalen. Præposituræ 21. Aprilis 1597. coram Gypsio vbi etiam fuit allegata decisio Accorambon. 25.

RESOLVT. CCCXI.

1 *In priuatione beneficiorum ob concubinatum requiritur trina monitio, & quod quis perseueret in concubinatu.*
2 *Quando agitur ad priuationem requiritur concludens probatio.*
3 *Concubinatus non probatur per testes de publica voce, & fama.*
4 *Quando agitur de crimine etiam ciuiliter, fama non facit semiplenam probationem, sed solum indicium.*
5 *Testes deponentes de publica voce, & fama concubinatus debent dicere, à quibus audierunt.*
6 *Fama succedit loco accusatoris.*
7 *Concubinatus probatur ex continua cohabitatione cum communi lecto, & mensa; sed Rota non sequitur hanc doctrinam. num. 8.*
9 *Ex procreatione liberorum non probatur concubinatus concludenter.*

Quę forma seruanda sit per Episcopum in priuando clericum concubinarium beneficijs.

1 AD priuandum beneficijs aliquem ob concubinatum, etiam si sit publicus, requiritur trina monitio, & quod postea constet de perseuerantia in concubinatu, iuxta formam Concilij Tridentini sess. 25. cap. 14. de reformat. & tenuit Rota in allegata Tullen. Monasterij S. Mansueti 27. Ianuarij 1597. coram Penia, quam monitionem, & perseuerantiam esse necessariam etiam de iure, vt possit quis puniri, tenet Bernardin. Diaz in pract. crimin. canon. cap. 73.

Sed aduertendum est, quod ad probandum concubinatum ad effectum priuationis, necessaria est ple-
2 na, & concludens probatio, etiam si ciuiliter agatur, quod regulariter verum est in omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationem, vt per glos. in cap. veniens il 1. vbi Abb. num. 4. & Dec. num. 8. de testibus Alciat. cons. 2. num. 41. tom. 1. lib. 1. Natta consil. 299. num. 1. in fine vers. quia respondetur lib. 2. & hanc sententiam Rota amplexa est in multis causis, & præsertim in vna Calaguritana confidentiæ 25. Iun. 1593. coram Cardinale Camphilio, & in allegata Tullen. Monasterij.

Ex quibus infertur ex testibus deponentibus de publica voce, & fama non oriri legitimam probationem Mohed. decis. 160. aliàs quarta num. 2. de probat. Cæsar. de Gras. decis. 184. alias 2. de accusat. Verall. decis. 8. par. 2. Gabr. de probat. c onc. 1. num. 13. & in terminis publici concubinatus, quod non probe-
3 tur per testes de publica voce, & fama, extat decis. Rotæ 60. diuers. in manuscriptis incipiens die 15. Nouembris in vna Perusina per Doctrinam Felini in cap. super his de accusat. & ratio est, quia quando
4 agitur de crimine etiam ciuiliter intentato, fama nec etiam semiplenam probationem facit Bald. in c. tam literis num. 1. de testibus Butr. in dict. c. veniens num. 30. & ibi Abb. num. 9. de testibus Natta cons. 18. num. 13. l. 1. Verall. decis. 8. num. 2. par. 2. sed delicti solum operatur indicium Marsil. in l. de minore §. plurimum num. 30. ff. de quæst. Aret. in dict. cap. veniens num. 36. de testibus. Paris cons. 157. incip. in ista causa num. 12. lib. 4. idem Marsil. consil. 3. incip. sæpe ac sæpius de re iudic. num. 5.

Verum tamen testes de publica voce, & fama eo casu, quo alijs concurrentibus ad probandum hoc de-
5 lictum admittuntur, debent dicere, & explicare, à quibus personis huiusmodi fama habuerit originem, hoc est, quod audierunt à viris bonis, & honestis, nam cum ab inimicis, & maleuolis etiam oriri ea fama potuerit tanquam vana populi vox, habenda esset c. in cunctis 11. q. 3. cap. qualiter, & quando il 2. vers. non quidem à maleuolis de accusat. Maranta actu 6. num. 18. vers. vltra prædictas rationes, & hanc opinionem passim Rota tenet, vt per Achil. dec. 321. alias 8. num. 4. de iure patronat. & fuit decisum in vna Calaguritana confidentię coram Penia die 14. Decembr. 1592. quod optima ratione comprobatur, quia cum fama
6 succedat loco accusatoris dict. c. qualiter, & quando de accusat. & c. licet. Heli de Simon. & notat gl. in c. 1. in verbo inquirere de offic. iud. sicut non adhiberetur fides accusatori, vel denunciatori maleuolo, ita nec ei famæ credendum est, quæ vel à maleuolis fuit orta, aut incertum est an à talibus originem traxerit.

Præterea cum ob cœubinatum non inducatur ipso iure beneficiorum priuatio, vt supra dictum fuit testes habent etiam deponere de perseuerantia in concubinatu post legitimas monitiones.

Item probare debent concubinatum cum qualitatibus de iure ciuili requisitis, videlicet cum continua
7 cohabitatione, & communi lecto, & mensa Aym. consil. 468. num. 1. Natta cons. 474. n. 42. & 43. lib. 2. Præpos. in rub. de Sponsal. num. 5. glos. in l. concubinam vbi Din. ff. de concubinis.

Sed Rota non seruat hanc opinionem, secundum quam facile esset clericis concubinas domi non retinendo eludere pœnas à Sacris canonibus latas contra
8 concubinarios, sed aliam amplectitur, quam tenet Bernard. Diaz in practic. criminal. Canonic. capitulo 79. in principio, versiculo concubinarium insuper, vbi illum clericum concubinarium rectè dici, & esse putat, qui etiam in aliena domo notam fœminam habet, cui solet carnaliter commiscerì, si de consuetudine constet, & diffamatus est in sua, vel ipsius fœminæ vici-

9 næ vicinia. Vnde sequitur, quod quamuis constet de liberorum procreatione, non tamen concludenter probetur concubinatus, tum, quia ex simplici fornicatione, & ex bino, tertiove accessu ad mulierem filij procreari possunt, cum non curetur hoc esse, quod potest non esse c. in præsentia de probat. l. non hoc C. vnde cognati. Tum etiam, quia ex liberorũ existentia non infertur concubinatus de tempore præsenti, quia licet clericus ex concubina olim filios procreauerit, nihilominus potest esse, quod deinde impudicam fœminam à suo consortio abdicauerit.

RESOLVT. CCCXII.

1 *Priuatur clericus beneficijs ob insordescentiam in excommunicatione.*
2 *Suspectus est de hæresi persistens per annum in excommunicatione, sed lapso anno, iterum debet citari ad diluendam suspicionem.*
3 *Ad effectum priuationis ab insordescentiam, non requiritur alia citatio post annum.*
4 *Excommunicatus propter debitum ciuile, propter insordescentiam non priuatur beneficijs.*

Insordescens in excommunicatione quo casu possit beneficijs priuari.

1 INter casus, quibus clericus venit beneficijs priuandus est etiam propter insordescentiam in excommunicatione, ideſt si clericus per annum in excommunicatione permanserit, qua in re vt intelligatur quomodo sit procedendum, duo casus sunt distinguendi, primus est quando agitur contra insordescentem vti suspectum de hæresi, & tunc vt priuari possit, debet iterum transacto anno citari ad diluendam hanc suspicionem, quia licet hæc persistentia in excommunicatione operetur effectum suspicionis
2 hæresis, & vt pro confesso, quis habeatur vt per Couar. in cap. Alma mater part. 1. §. 7. de sententia excommunicat. lib. 6. Salzed. apud Bern. Diaz in praxi canon. cap. 116. n. 9. tamen non præcludit viam excommunicato, quin elapso anno possit innocentiam suam ostendere, & legitimum impedimentum allegare, Ant. de Butr. in c. 1. de iudic. vbi Ripa n. 77. glos. 1. in cap. rursus 11. quæst. 3. quod si post citationem clericus non compareat poterit priuari cap. cum contumacia, & ibi glos. & doctor. de hæret. lib. 6. dummodo processus fiat coram inquisitoribus ex constitutione Pij Papæ Quinti, & dummodo post declarationem ratione insordescentiæ steterit per alium annum in pertinaci contumacia, licet aliqui etiam ad hunc effectum requirant triennium Ripa in dict. cap. 1. de iudic. n. 78. Couar. in dict. cap. Alma mater. §. 6. num. 10. de sentent. excommunicat. in 6.

Secundus casus est quando agitur contra clericum
3 ad effectum solum priuationis ob insordescentiam in excommunicatione, & tunc non est necessaria citatio post annum ad se expurgandum, sed satis est, quod in excommunicatione insorduerit, sic tenuit Rota in vna Oscen. Archidiaconus 10. Iunij 1602. coram Horatio Card. Lancellotto ex not. per Abb. in d. c. 1. de iudic. & per Aufrer. ad Cappell. Tolos. decis. 265. & licet decisio Card. Seraphini in illa Segobricen. insordescentiæ 5. Iunij 1598. requirat citationem post annum, tamen per Rotam ibidem intellecta procedere solum, quando agitur contra suspectum de hæresi vt in 1. casu dictum est.

Admonendi tamen sumus, quod ad hoc vt clericus priuari possit beneficio propter insordescentiam, requiritur, quod excommunicatio lata fuerit propter crimen, quod ipso iure priuet clericum beneficio, vel saltem propter quod veniat per sentẽtiam priuandus iuxta distinctionem, quam faciunt Doctores in dict. cap. 1. de iudic. vbi Abb. in n. 24. & 27. & in cap. cum contingat n. 7. de dolo, & contumac. glos. & Franc. in c. cum contumacia de hæret. in 6. Roman. singul. 307. vbi additio, secus si crimen sit tale, propter quod nullo pacto imponi possit pœna priuationis, veluti si ex-
4 communicatio lata esset ob debitum ciuile, quia tunc nunquam propter solam insordescentiam pœna priuationis imponitur, sed alia arbitraria, vt dicit Aufrer. ad dict. decis. Tolos. 265. satis est, quod ex tali insordescentia oriatur confessio delicti absque eo, quod alia pœna pro eo imponatur cap. quia diuersitatem de concess. præben. & vltra allegatos idem censuit Felyn. in cap. postulasti de homicid. Couar. in d. c. Alma mater parte 1. §. 7. & sic seruatur in practica quicquid dicat Menoch. de Arbitr. casu 416. & iuxta hanc distinctionem intelligendum esse decretum Sacr. Concil. Trident. c. 3. sess. 25. tenuit Rota in supra alleg. Segobien. insordescentiæ, in qua fuit reuocata sententia Auditor. Camer. priuatoria beneficiorum prætextu insordescentiæ.

RESOLVT. CCCXIII.

1 *Clericus priuatur beneficijs ipso iure propter Simoniam.*
2 *Simoniacus non potest promoueri, etiam post pœnitentiam peractam.*
3 *Simonia ad effectum priuationis debet concludenter probari.*
4 *Testes de fama non sufficiunt ad probandum Simoniam ad effectum priuationis.*
5 *Confessio asserentis se resignasse, ob pecuniam, non nocet post resignationem ipsi resignatario.*
6 *Simonia realis requiritur ad hoc vt quis priuetur beneficio.*
7 *In Simonia requiritur, quod executio sit conformis tractatui.*
8 *Ad excludendam Simoniam plurimum facit præsumptio Amicitiæ.*
9 *Ex correspectiuitate, & simultaneitate actuum, oritur præsumptio Simoniæ, si non possunt subsistere absque præsumptione mali.*
10 *Actus correspectiui habentes causam expressam licitam, & proportionatam excludunt Simoniam.*

Propter Simoniam quo casu veniat quis priuandus beneficio.

1 CLericus beneficijs priuatur ipso iure propter Simoniam, Felyn. & alij in cap. insinuante de Simon. Rebuff. in praxi de Simonia in resignat. num. 7. & 8. & probatur in extrauagant. cum detestabile de Simon. si quidem istud crimen æquiparatur crimini hæresis, & læsæ maiestatis cap. 1. vbi glos. vlt. de testibus lib. 6. & quoad hanc priuationem non fit differentia inter notorium Simoniacum, & occultum Rebuff. vbi supra num. 12. Silua de beneficijs in 3. part. quæst. 2. numer. 58. circa finem vbi inquit,
2 quod Simoniacus etiam post peractam pœnitentiam, licet crimen non sit notorium, non potest promoueri, & quod electio de ipso facta est nulla, & quod hodie beneficia Simoniacorum ipso iure vacent, & possint impetrari etiam absque alia declaratione, quæ post impetrationem fieri poterit, tradit idem Rebuff. in loco proximè allegato n. 11. per c. cum secundum leges de hæret. in 6. qui tamen sub n. 13. hoc declarat procedere quoad beneficia, in quibus Simonia fuit commissa, non autem in alijs, quia in his opus est priuatione, & ideo priuatio de illis facta non valet antequam sit lata sententia, imo clericus ea poterit valide resignare, & Papa interim cum eo dispensare, vt illa retineat.

Rursus

Rursus declara, nam ad effectum huiusmodi priua-
3 tionis Simonia plene, & concludenter est proban-
da, glos. in cap. veniens il primo, in verbo illorum
de testibus, & ibi Abb. nu.4. quam esse communiter
approbatam testatur Alciat.consil.2.n.4. & 41. lib.1.
tom.1. & tenuit Rota in vna Firmana Cappellaniæ
11. Maij 1580. coram fel. record. Clemente Papa
Octauo tunc Auditore, licet vbi agitur tantum ad re-
pellendum aliquem ab executione beneficij nondum
obtenti, sufficiant probationes leuiores, vt per Fab.
decis.47.lib.2. & fuit tentum in causa Caurien. Cano-
nicatus coram Cardinale Seraphino 10. Maij 1581.&
in vna Calaguritana de Naro 20. Maij 1590. coram
Comitulo.

Et quamuis in odium huius criminis multa specia-
lia inducta sint,& præsertim, vt ex coniecturis, & præ-
sumptionibus probari possit, cap. per tuas cap. sicut
vbi Innocen. & Abb. de Simon. in cap.1. de test.in 6.
Corn.consil.342.n.18. lib.1. Aym. consil.122. nihilo-
minus quando agitur de priuatione beneficiorum
huiusmodi inditia, & coniecturæ debent esse euiden-
tes,& claræ,ac Simoniam necessario concludentes,ita
vt nihil aliud importare possint cap. euidentia de
accusat.Alexand.de Neuo consil.64. num.2. Felyn.in
cap.super his num.17.de accusat.Natta consilio 299.
nu.13.Caputaquen.decis.202.per tot. par.1. & tenuit
Rota in vna Bertinorien. commendæ 17. Decembris
1588. coram Gypsio, & in vna Cusentina confidentiæ
4.Februar.1591.coram Orano sic quoque tenet Clar.
in praxi crimin.in verb.Simonia, nu.12.& Foller. in
pract.crimin. cap.18. n.2. & cauetur in constitutione
felic. record. Pij Papæ Quinti num.5. in Bullario §. &
vt Simonia,vbi requiritur,quod reus sit conuictus.

Ex quo infertur, quod ad probandam Simoniam
4 quæ inducit priuationem, testes de fama non admit-
tantur,etiam si ciuiliter agatur glos.in d.c. veniens, &
ibi Abb.num.8.& Dec.num.12.de testibus idem Dec.
consil.210.propè finem Clar.in dict.§.Simonia in fine
Gabr.conclus.1.de probat.n.12.Put. decis.171.in fine
lib.2. & fuit dictum in causa Imolen. confidentiæ 24.
Februarij 1596. coram Cardinali Seraphino.

Rursus infertur, quod neque admittitur confessio
5 cedentis post resignationem, si dicat se resignasse be-
neficium sub promissione cuiusdam summæ pecunia-
rum,quia talis confessio facta post resignationem non
nocet cessionario Castren.in l.facta §.si hæres ad Tre-
bellian.Afflict.decisione 165.num.5.Rimin.cons.151.
numero decimo secundo, lib.1. & 381.num.12.& 13.
lib.2.Caputaquen. dec.185. par.1. & fuit tentum in
allegata Firmana Cappellaniæ.

Propterea ad effectum, vt ex Simonia oriatur pri-
uatio beneficiorum oportet, quod illa nedum sit con-
6 uentionalis, sed etiam realis, & sic non solum neces-
saria est probatio tractatus præcedentis, & pactionis
cap.Artaldus 8.quæst.3.glos. in cap.quam pio in ver-
bo postmodum 1. quæst.2. doct. communiter in dict.
cap. veniens de testibus Dec. cons.128. num.4. Paris
cons.30. n.2. lib.4. Alex. consil.2. num.20. lib.1. Put.
decis.171. lib.2. Mohed. decis.266. sed etiam requi-
ritur executio ipsius tractatus cum multa tractentur,
quæ non perficiuntur l.final. C. de his quibus, vt indi-
gn.& in materia Simoniæ tradit Alexand. dict. cons.
2. n.30. non probato enim effectu conuentionis non
dicitur probata Simonia inducens priuationem, Cas-
sad.decis.5. de constit. quinimo etiam si effectuatio
probetur, tamen si illa non est conformis tractatui
non probatur Simonia, sic tenuit Rota coram Chis-
sanen. in vna Lucana canonicatus, vt in manuscript.
diuers.decis.36.vbi cum dubitaretur, an constaret de
Simonia, ex quo probaretur inter Vincentium, &
Matthæum conuentum fuisse de permutandis certis
beneficijs ad partes pacto adiecto, quod alter eorum
liberaret quandam alterius domum ab annuo censu
florenorum 13. & liberatio ista non habuisset effe-
ctum, sed illi, cuius commodo habebat cedere libera-
tio, fuissent consignata certa meliorantia ascenden-
tia ad 170. Florenos. Rota censuit non fuisse proba-
7 tam Simoniam, quia executio non erat conformis
tractatui, & nihilominus, vt ibi dicitur aderant testes
deponentes illa melioramenta fuisse consignata ex
causa dictæ permutationis beneficiorum,quam deci-
sionem sequuta fuit Rota coram Cardinale Blanchet-
to in causa Hispalensi Simoniæ 7. Februarij 1596.

Neque omittendum censeo,quod ad excludendam
8 Simoniam plurimum valeat præsumptio oriens ex
amicitia mutua inter contrahentes, Caputaquen. de-
cis.202. lib.1. amicitia enim est sufficiens ad exclu-
dendam doli præsumptionem Blanch. in praxi cri-
min.fol. mihi 125. num.21. & in simili tradit Put.de-
cis.171. lib.2. vbi in proemio instrumenti, quod de-
ducebatur ad probandam Simoniam erant expressæ
causæ liberalitatis, & Rota maluit amplecti causam
excluiuam Simoniæ, quam includiuam ad idem facit
decis.42.diu.in manuscript. & fuit tentum in allegata
Hispalen. coram Blanchetto.

Aduertendum tamen est,quod propterea simulta-
neitatem actuum Rota solet præsumere actus simo-
9 niales, licet secundum distinctionem temporum pos-
sint excusari, & saluari à Simonia, vt quia appareant
duo mandata ad cedendum, & retrocedendum eadem
die, & coram eisdem Notario, & testibus, quæ etiam
si potuerint fieri de mane, & de sero, & sine relatione
mutua, nihilominus propter simultaneitatem Rota
solet illa iudicare correspectiua, & consequenter Si-
moniaca Mohed. decis.224. qui tamen hoc declarat
procedere, quando vna materia est adeo proportio-
nata, & coniuncta alteri vt stare non possint sine vr-
genti præsumptione correspectiuitatis, & Simoniæ,
secus autem vbi materia actuum non est ita propor-
tionabilis,imo est separata ita,quod possit probabili-
ter stare sine tali præsumptione mali vt si appareat
datum fuisse mandatum ad resignandum beneficium
in fauorem Petri,& eadem die appareat,quod Titius
vendidit vnam domum resignantis tunc enim, quia
isti actus possunt subsistere sine vrgenti præsumptio-
ne mali, ideo inhærendum est præsumptioni boni, &
non mali,nec probatur Simonia, quia probationes ad
probandum delictum debent de necessitate conclu-
dere l.merito ff. pro Soc.cum alijs,de quibus per Mo-
hed.in loco supra citato Put.decis.214. lib.3. & decis.
381.num.2.lib.1. quod præsertim procedit in actibus
10 correspectiuis habentibus causam expressa licitam,
quia tunc ex illis excluditur præsumptio Simoniæ, vt
per Put.decis.171.& 489.lib.2.& fuit dictum in supra
allegata Hispalen. Simoniæ coram Cardinale Blan-
chetto, & per prius in eadem causa coram Gypsio
sub die prima Februarij 1591. & rursus in Aquen. Si-
moniæ 19.Ianuarij 1594.coram eodem Blanchetto,&
in vna Lucana iuris patronatus 21. Iunij 1602. coram
Cardinale Mellino vbi opponebatur, quod donatio
iuris patronatus erat Simoniaca,eo quia incontinenti
post factam donationem coram eodem Notario,&
testibus Ludouicus donatarius affirmauerat se esse
debitorem Hieronymi in Scutis sexaginta quinque,
quæ promisit soluere infra sex annos Ioan. Baptistæ
filio ipsius Hieronymi donantis,& cum ista promissio
haberet causam expressam licitam, & quantitas Scu-
torum 65. præsertim in termino sex annorum non
esset proportionabilis, & correspondens donationi
iuris patronatus trium Cappellaniarum, Rota cen-
suit, quod ex sola correspectiuitate in eo casu non re-
sultabat plena, & concludens probatio Simoniæ fuit
allegata dec. Mohed.3. de Simonia, & Put. 381. &
440. libr.1.

RESO-

RESOLVT. CCCXIV.

1 *Obtinens Cappellaniam Sacerdotalem, debet intra annum promoueri, aliàs priuatur beneficio.*
2 *Priuatur quis beneficio requirente sacros ordines, si non promouetur, quando tamen præcessit monitio.*
3 *Non requiritur monitio in obtinente parochialem, si intra annum non promouetur.*
4 *Quando fundator dicit, quod præsentetur vnus Sacerdos, non est expectandus annus, sed requiritur, quod actu talis sit Sacerdos.*

Annus, qui datur obtinenti beneficium requirens ordinem Sacerdotalem, quando incipiat currere.

1 OBtinens beneficium seu Cappellaniam requirentem ordinem Sacerdotalem, debet intra annum promoueri cap. licet. Canon. de elect. lib.6. qui annus incipit ab eo tempore, quo ipsius beneficij regimen commissum est, & prouisus possessionem illius pacificam habuit, vel per eum stetit quamuis habuerit per text. in capitulo commissa eodem, tit. aliàs si intra dictum tempus non fuerit promotus priuatur beneficio non ipso quidem iure, sed per sententiam, & præmissa monitione superioris, vt probatur in capitulo primo, de ætat. & qualit. vbi ita
2 demum clericus venit priuandus beneficio requirente Sacros ordines si non promoueatur quando præcessit monitio, ita glos. in dict. cap.1. in verbo fiant, & in capitulo cum in cunctis §. inferiora de elect. in verbo canonibus vbi Anton. de Butr. num. 6. Rota decis.3. de pœn. in antiq. Gemin. consil.131. numero 1. & sequente Feder. de Sen. cons.25. incip. casus hoc etiam probat text. in dict. capitulo in cunctis §.inferiora, quia non operatur priuationem ipso iure, nec per sententiam sine præuia monitione Episcopi, vt colligitur ex lectura dict.§.inferiora, & tenet Rebuff. in praxi benefic. tit. de non promot. infra annum num.25. & ita ponderando dicta iura tenuit Rota in allegata causa Tullen. Monasterij Sancti Mansueti 17. Martij 1597. coram Penia.

Limita, vt non procedat in Ecclesijs Parochialibus, & eorum curatis, seu rectoribus actu curam exercentibus, nam hoc casu pœna priuationis bene incurri-
3 tur ipso iure, & nulla requiritur monitio, vt in dict. c. licet canon. de elect. in 6. qui tex. vti penalis non debet extendi vltra casum suum glos. ibidem in verbo Parochialibus Gemin. dict. consilio 131. nu.1. & sequente Rota dict. decis. 3. de pœn. in antiquis Io. Andr. in cap. statutum num.2. circa medium de elect. in 6. Vitalin. in Clem.1. num.27. de officio Vicar. Bernard. Diaz in praxi crimin. canon. cap.48. & fuit dictum in allegata Tullen. Monasterij coram Penia.

Secundo limita in priore conuentuali habente curam animarum, & personarum tam in foro pœnitentiali, quam iudiciali, nam is quoque ipso iure pœnam priuationis incurrit si intra annum non promoueatur per Clemen. ne in agro §. cæterum de stat. Monach. Federic. de Sen. consil.25. num.2. Rebuff. vbi supra num. 5. & 6. vbi hoc extendit siue illa beneficia habeantur in titulum, siue in commendam, per dict.§. cæterum, & videas ibidem Rebuff. per totum titulum, qui hanc materiam latè pertractat.

Et aduerte, quod in beneficijs Sacerdotalibus ita demum datur annus ad promouendum quando verba fundationis non respiciunt actum collationis, vel præsentationis, sed potius illius, quod quis sit Sacerdos habitu, licet non actu Abb. in cap. cum in cunctis §.inferiora sub num.10. & ibi Dec. num.12. de elect. Roman. consilio 235. Dec. consilio 172. in fine, & tenuit Rota 20. Nouembris 1573. coram Cotta in causa Romana Cappellaniæ de Capizucchis, secus quando annexio ordinis requiritur in ipso actu collationis, seu præsentationis, vt si dicatur, quod præ-
4 sentetur Sacerdos, vel Cappellanus, qui missas celebret, vel alia verba de necessitate respiciant ipsum tempus præsentationis, quia tunc non datur annus ad promouendum, sed requiritur, quod præsentatus de eo tempore sit actu Sacerdos, cum qualitas iniusta verbo intelligatur secundum tempus verbi Abb. in dict. cap. cum in cunctis §. inferiora sub num.10. & Dec. num.12. Vitalin. in Clem.2. §. in illa num.16. post Imol. col.10. de ætate, & qualitate Paris cons. 50. num.17. cum sequente lib.4. & ita loquitur Barbat. in consilio 33. numer.2. dubio 8. lib.2. vbi testator decreuerat, quod Cappellania conferatur præsbytero, & sic etiam debet intelligi Lamber. qui Barbat. sequitur de iure patron. lib.2. par.1. quæst.7. art.27. cum sequente, & Roch. de Curte in verbo honorificum sub num.21. qui exemplificat quando dictum fuit quando præsentetur Sacerdos, vel Cappellanus, qui missas celebraret, & in his terminis procedit decisio facta coram Cardinale Blanchetto in causa Parmen. iuris patronat.26. Nouemb.1582. & ita tentum, in vna Romana Cappellaniæ 19. Martij 1586. coram Cardinale Pamphilio.

PRAXIS PRIVILEGII FORI.

RESOLVT. CCCXV.

1 *Resignans beneficium per resignationem perdit omne ius quod habebat in beneficio.*
2 *Post beneficium resignatum non tenetur beneficiatus dicere amplius officium.*
3 *Qualitas adiecta verbo debet verificari secundum tempus verbi.*

Clericus, qui resignauit beneficio an postea gaudeat priuilegio fori.

PRacticabilis, & quotidiana est dubitatio illa, si clericus beneficiatus resignauit beneficium an propter tale beneficium, quod semel habuit gaudeat
1 priuilegio fori, & dico quod non, quia resignans per resignationem perdit ius, quod habebat in beneficio Paris. consilio 143. numer. 19. vol.4. Cranett. consil.341. numero 3. Gigas consilio 20. numer.9. Dom. Paris. in tract. de resign. benefic. libr. primo quæst.10. num.3. & nullum ius sibi remanet amplius in beneficio resignato. Innoc. & commun. Doct. in capit. quod in dubijs de renunciat. Dom.Flam.Paris. in tract. de resign. lib.1. quæst.9. num.4. Zer. praxi Episcop. in verb. beneficia §.4. versicul. septimum dubium, ideo non potest amplius gaudere tali beneficio, sicut è contra propter beneficium resignatum
2 non grauatur resignans amplius dicere officium, ad quod prius tenebatur, Nau. in tract. de horis Canon. c.7.n.19.& 30.& in repet. cap. accepta oppos.5. nu. 21. de restitut. spol. Domin. Paris. dict. quæst.9. num.1. & 2. vbi adducit rationem: vltra quod cum sacrum Concilium Tridentinum loquatur per verba præsentis temporis habeat beneficium tempore, quo vult
3 frui priuilegio fori, quia qualitas adiuncta verbo debet verificari secundum tempus verbi, vt dixi supra: predicta tamen intellige, iuxta dispositionem sacri Concilij Tridentini, videlicet quando is qui beneficio renunciauit, non incedit in habitu, & tonsura, nec inseruit ecclesiæ; nam si dictus clericus, qui beneficio renunciauit, seruet conditiones prædictas, gaudebit vtique fori priuilegio.

RESO-

RESOLVT. CCCXVI.

1 *Clericus seruiens ecclesiæ seruitio temporali, non autem spirituali, non gaudet priuilegio.*
2 *Seruitium præstari debet tempore quo quis priuilegio fori vult vti.*
3 *Qualitas adiuncta verbo regulatur secundum tempus verbi.*
4 *Dicitur Ecclesiæ seruire de præsenti, qui per mensem seruiuit Ecclesiæ antequam committeret delictum.*
5 *Possidere dicitur de præsenti, qui per mensem ante probationem possedit.*
6 *Requiritur, quod clericus perseueret in seruitio, ad hoc vt dicatur Ecclesiæ inseruire.*
7 *Priuilegium concessum causa officij durat quousque durat officium.*
8 *Immunitas concessa ratione alicuius causæ, durat solum durante causa.*

An seruitium Ecclesiæ præstandum per Clericum ad hoc vt potiatur priuilegio fori, sufficiat quod sit in temporalibus.

IN facti contingentia respondi negatiuè, scilicet requiri seruitium in spiritualibus, & propterea ser-
1 uiendo in temporalibus non consequeretur aliquod priuilegium Couar. in lib.2. variarum resolut. cap.1. num.9. Masullus in addit. ad Capic. dict. dec.161.nu. 10.& ideo si esset Notarius, vel aduocatus, & seruiret Ecclesiæ circa respicientia suum exercitium non diceretur Ecclesiæ inseruire, ita vt ex tali seruitio posset consequi priuilegium fori,& seruitium debet præstari
2 de præsenti hoc est tempore, quo fori priuilegio frui vult, quia dictum cap.6. loquitur per verba temporis præsentis ibi inseruit,& ibi versetur ita Menoch. con-
3 silio 912.num.27.lib.10.& ratio est,quia qualitas iuncta verbo regulariter secundum tempus verbi l. in delictis §.si detracta.vbi Bart.ff.de noxal.actio. Paris. qui similia adducit consil.62. num.37. lib.4. Dec. in capitul. inter cæteras num.5. de rescript. Rimin.iun. consil.617. num.24. & consil.672. num.28. & consil. 701.num.26.& consilio 735. num.19. lib.1. Pet.Duenas regul.259.versicul.sed licet hæc opinio Alba consilio 60.numero 12. & consilio 117. numero 3. libr.1. Bologn.consilio 40.numero 12. Surd. consil.23.num. 10.lib.1. Capra consil.87. num.13. Roland. à Valle consilio 100. num.27. lib.2. & benè dicitur Ecclesiæ
4 seruire de præsenti si per Mensem ante delictum Ecclesiæ seruiuit, per ea quæ dixit Paul. de Castr. num. 19. & Sal. num.4. in l. siue possidetis Cod. de probat. Addit. ad glos. in dicta l. siue possidetis Mascard. in tract.de probat.conclus.1195.num. primo, & per to-
5 tam,qui concludunt quod satis probatur possidere de præsenti, si per mensem ante probationem possederit, & hoc iure vtimur in Regno in verificatione extremorum pro exactione censuum iuxta formam bullæ,in quibus sufficit,quod probatio fuerit facta infra mensem antequam sit causata exequutio, quod ille contra quem agitur possidet, licet pragmatica requirat probationem possessionis de præsenti ex Paul.de Castr.in l.siue possidetis num.9.C.de probat. relatus per D. de Mastril. in addit. Petr. de Greg.super Bull. quæst.6. num.100.

Nec sufficit vt semel vel bis seruitio vacauerit, sed
6 requiritur frequentia in seruitio, quia dictum verbum in seruit.significat actum perseuerātium Grem. dec.87. numero quinto Menoch. dicto consilio 912. numero 30. & libro decimo, & in tractat. de præsumption. lib.6. præsump.76. num.38.& vtrobique dicit, quod sicut magna ratione statuit ipsum Concilium Tridentinum clericum primæ tonsuræ frui priuilegio fori si modo obtinet beneficium, per quod significatur perseuerantia, & continuatio quædam in ipso clericatu, sic pariter est dicendum Concilium requirere eandem continuationem, & perseuerantiam in seruitij præstatione, ac etiam in delatione habitus, & tonsuræ, & num.32. in consil. & numer. 39.in præsum. sup. allegatis adducit optimam ratio-
7 nem, quia priuilegium causa officij concessum durat quousque perdurat officium ipsum, leg. qui sub prætextu C. de Sacro Sanct. Eccles. glos. Abb. & cæteri scribentes in cap. latores de Cler. excommun. ministr. & præcipuè Pet. de Anchar. num.6. Anton. de Butr. in c. inter solitudine col.1. in.3. not. de purgat. canon. Bald. in c.1. num.3. vers. & casus continget an mutus,vel alter imperfectus Natta consil.576. num. 9. Tiraquell. in tract. cessante causa in princip. in lit. B.nu.49. vbi more suo concordantes affert. Pancirol.
8 consilio 2. num.6. sic etiam, & immunitas concessa ratione alicuius causæ cessat cessante causa Bart. in l. generaliter C. de Episcop. & Cler. Io. Andr. in cap. decet col.1. vers. alij qui ex supradictis de reg. iur. in 6. Pancirol. eod. consil.2. num.7.Tiraq. loco proximè citato num.117. prædicta tamen frequentia,& continuatio seruitij intelligenda est morali modo.

RESOLVT. CCCXVII.

1 *Concilium Trid. de clericis loquitur alternatiuè circa beneficium, & seruitium Ecclesiæ.*
2 *In alternatiuis sufficit, vt vna qualitas adimpleatur.*
3 *Habenti beneficium non est necesse, vt Ecclesiæ seruiat ad finem gaudendi priuilegio fori.*

An habens beneficium Ecclesiasticum teneatur incedere in habitu,& tonsura, vt gaudeat priuilegio fori.

AD propositam quæstionem, Respondeo, quod cum tex.in d.Concilio Tridentino sess.23.de re-
1 format.cap.6.loquitur alternatiuè ibi nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, &
2 tonsuram &c. sufficit in alternatiuis, vt vna qualitas sola verificetur, ad hoc vt dispositio habeat suum effectum, & sic sufficit, vt solum habeat beneficium absq; delatione habitus l. si hæredi plures ff. de condit. instit. Oddus consil.92. num.3. & 17. & verificata prima conditione cessat secunda l. hæc verba ille, aut ille vbi hoc not. scribentes ff. de ver. signif. & not. in l. Quintus ff. de aur. & argen. legat. cap. in alternatiuis de reg. iur. in 6. §. impossibilis instit. de hered. instituen. Decian. cap.42. num.10. lib.1. Capra consilio 11. num.16. Soc. sen. consil.52. num.6. lib.1. Soc. iun. consil.23. num.5. lib.3. Bero. consil. 101. num.5. lib.1. Benincas. in §. omnium num.330. instit. de actio. Menoch. consil.880. num.3. lib.9. qui omnes dicunt, quod si fuisset legatum aliquid Titio si ipse Titius Romam petierit, aut vxorem duxerit, & concludunt quod sufficit vt vna ipsarum conditionum verificetur, sic dico in casu nostro, quod sufficit vt vna conditio verificetur scilicet sufficit quod ha-
3 beat beneficium, vel quod habitum, & tonsuram deferat, & ad hoc bene conferunt dicta per Vrsill. in adnot. ad Afflict. decis.24. num.19. & in terminis terminantibus.

RESOLVT. CCCXVIII.

1 *Obtinēs beneficium in commendā gaudet priuilegio fori.*
2 *Commendæ perpetuæ beneficiorum parum distant à collatione perpetua.*
3 *Commendatarius perpetuus facit omnes fructus suos, sicut, & titularis.*
4 *Commendatarius perpetuus tenetur infra annum promoueri.*

5 *Aetas*

5 *Aetas debita in beneficijs, requiritur etiam in commendis.*
6 *Commendatarius perpetuus potest præsentare, & eligere sicut quilibet prouisus.*
7 *Regula de infirmis resignantibus, militat etiam in commendis, similiter, & de resignationibus publicandis.*
8 *Commenda inducit incompatibilitatem, & inductam in c. de multa de præben.*
9 *Commendatarius potest permutare cum alio beneficio dato in titulum.*
10 *Narratiua est verificanda à commendatario perpetuo.*
11 *Commendatarius habens territorium, potest remittere denunciationes matrimoniales.*
12 *Iura loquentia de titularibus vendicant sibi locum in commendatarijs.*

An habens beneficium in commendam gaudeat priuilegio fori.

1 REspondeo ad propositum dubium affirmatiuè quoniam commenda perpetua beneficij est titulus Canonicus cap. dudum il 2. de electione cap. si plures 21. quæst. 1. Io. Monach. num. 3. Archidiacon. & alij in cap. nemo deinceps 15. de electione in 6. Federicus de Senis in tractat. de permutatione beneficiorum quæst. 15. per totam Milius in repertorio verbo beneficia commendata n. 11. & verbo commenda an sit canonicus titulus Guido Papa quæst. 159. vers. quinta conclusio Rebuff. de pacificis possessor. nu. 35. cum sequentibus Lambertin. de Iure patronatus lib. 2. p. 1. quæst. 6. artic. 14. per totum Gomezius in regula de infirmis quæst. 13. & in regula de impetrantibus benef. vacan. per obitum familia. Card. quæst. 6. & in regula de triennali quæst. 5. Alphonsus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum parte prima cap. 14. num. 6. & 2. p. cap. 4. num. 11. Mandos. in regula de verisimili quæstion. 3. numero 2. & in regula 32. quæst. 7. numero 12. Put. decis. 158. numero 4. libr. primo Rota decis. 765. numero 5. p. 3. diuersorum.

2 Nam commendæ perpetuæ de beneficijs parum, aut nihil distant ab alijs prouisionibus beneficiorum, & sic in Bulla illius dicitur, vt commodius onera substentare valeas, de alicuius subuentionis auxilio prouidere cupientes tale beneficium authoritate Apostolica concedimus, & commendamus, ac prouidemus, per te quamdiu vixeris obtinendum, & possidendum, ita quod durante commenda huiusmodi de fructibus, & redditibus ipsius disponere, & ordinare valeas, & cæt. quam formam assignat Rebuff. in praxi tit. de commenda num. 28. & de pacificis possessor. numer. 43. Vnde talis commen-

3 datarius perpetuus facit omnes fructus suos, sicut alij titulares perpetui Cassadorus decis. 33. numer. 5. super regulis Rebuff. de pacificis possessoribus numer. 43. Mandos. in dict. reg. 40. quæst. 3. numero 4. Puteus decis. 25. numero 3. & 4. lib. primo, & dicitur talis commenda perpetua commendatio palliata ad obtinendum aliquod beneficium alias obtineri prohibitum, sicut etiam vnio temporalis Gemin. cons. 38. num. 11. Cassad. decis. 33. num. 5. super regulis, & decis. 2. de vnionibus nu. 9. Mandos. in reg. 33. quæst. 30. num. 3. Hinc pœna cap. licet canon. de electione lib. 6. contra non promouentes se infra an-

4 num, habet, locum in his commendatarijs perpetuis Clem. in agro. §. cæterum de statu Monach. infra annum computandum à tempore collationis, & commissionis, & antea dixerat conferri nequeat, nec committi, & per commissionem intelligitur de commenda Rebuff. de pacif. possess. num. 42. versic. & sicut tenetur infra annum Mandos. in dict. regul. 32. quæst. 7. numero 10. & 11. Requirit quoque talis

5 commenda ætatem, & alias qualitates legitimas sicut verum beneficium cap. nemo deinceps. de electione lib. 6. Capuca quensis decis. 127. numer. 3. par. prima sic potest esse iudex Apostolicus commendatarius perpetuus iuxta tex. in c. statutum de rescrip. lib. 6. vt latè tradit ibi Gomesius num. 77. in 9. Ampliat. Cassan. in consuetudinibus Burgund. in rubr. de successione des bastardeu §. 3. num. 88. ita vt dispositio tex. in cap. quoniam Abbas 14. de officio delegat. cum quo concordat lex 47. ad finem titul. 18. part. 3. dicentis quod delegatio facta dignitati non expresso nomine proprio, transit ad successorem, habeat etiam locum in commendatario perpetuo, vt Decius ibidem num. 4. versic. & ista tertia Mandosius in dicta regula 32. quæst. 7. num. 8. & 9. Item talis commendatarius perpetuus potest præsentare,

6 eligere, & conferre sicut quilibet alius prouisus, vt plene per Rebuffum in praxi titul. de commenda numero 60. & 61. Habet etiam liberam potestatem in spiritualibus, & temporalibus Abb. in cap. cum nobis olim vlt. notab. de electione Rebuff. de pacific. possessor. num. 41. Ac propterea potest locare fructus ad plures annos, sicut alij titulares, & in eis habet locum cap. vestra de locat. Calderin. in consil. 8. an commendatarius per totum sub titulo de locato Roman. 350. in casu proposito à num. 8. Rebuffus in praxi tit. de commenda num. 62. Hinc regula

7 de infirmis resig. intrat in commendis perpetuis Cassador. dict. dec. 32. per totam super regulis Gomesius in dicta regula de infirmis quæst. 13. per totam & expressè probatur ex eadem regula, quæ est 18. de viginti in illis verbis, vel illius commendæ cesserit, Rota decis. 80. num. 2. lib. 3. diuersorum, sicut etiam de publicandis resignationibus locum habebat in perpetua commenda vt per Gomesium super eadem regula quæstion. 3. per totam. Hinc impetratione alterius beneficij debet fieri mentio de tali commenda alias gratia erit nulla glossa verbo commendare vers. sed nunquam habens talem commendam in capit. nemo, & ibi Ioannes Monachus num. 4. & omnes de electione lib. 6. Capicius decis. 3. numero 6. Puteus decis. 272. lib. 2. num. 3. Pariter illegitimus non dispensatus, talem commendam habere non potest. Rebuffus in praxi in titulo de commendis numero 63. sicut, & commendatarius potest transigere super fructibus sui beneficij commendati, ac eos vendere Geminianus consilio 17. pro declaratione in fine Capic. decis. 3. sub num. 9. Rebuff. de pacif. possess. sub num. 40. Item talis commenda

8 inducit incompatibilitatem inductam à capit. de multa de præbendis, & extrauagan. execrabilis eodem titulo, vt post longam disputationem hinc inde resoluit Alphonsus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum parte prima capitul. 14. à numero 16. vsque ad numero 30. & hodie expressè disponitur per Concilium Trident. sess. 7. capit. 2. & capit. 4. licet antea secus dicebatur, Cassador. decis. 32. nu. 7. super Regul. Sarnen. in regula de triennali numero 6. Caputaquen. decis. 147. numero 7. part. prima, & disponebat l. 4. vers. la quinta Razon. tit. 16. par. 1. Puteus decis. 333. lib. 1. & 175. lib. 3. vbi propterea fuit resolutum extrauag. iniunctæ de electione non habere locum in his commendis, & vide infra numero 65. Rursus regula de idiomate locum habet in commendis vt latè per Sarn. super reg. de idiomate q. 5. Mandos. in reg. 32. quæst. 7. num. 14. Nec non regula de triennali procedit in commendis Gomesius latissimè in reg. de triennali quæst. 5. numero 10. & sequentibus Rota decis. 765. in causa Vrgelen. per totam partem 3. diuersorum, nec non regula de verisimili notitia Cassador. decis. 30. super regulis Gomesius ibidem quæst. 4. Similiter commendatarius

9 potest permutare commendam cum alio beneficio in titu-

in titulum dato, capit. fin. & ibi plenè Imola de rerum permutatione Rebuffus de pacificis possessor. num.38. Federicus de Senis in tract. de permutatione quæst.15. Puteus de Perusio in eodem tract. numero 9. Bellam. in eodem tractat. par.3. quæst.4. Ac etiam potest resignare commendam etiam in fauorem Rota dec.80. lib.3. diuersorum Parisius de resignat. lib.2. quæst.17. numer.1. & per totam. Item com-
10 mendatarius perpetuus tenetur verificare narrationem sicut quilibet alius beneficiatus Puteus dec.254. lib.3. per totum, per quam decisionem fuit recessum à decisione 247. eiusdem Putei eodem lib. 3. prius facta vbi contrarium Rota tenuerat: commendatarius Abbas alicuius Monasterij similiter dicitur Prælatus decis. Rotę 346. numer.2. par.3. diuersorum,
11 sic talis commendatarius potest remittere denunciationes requisitas ad matrimonium, quę fieri deberent in suo territorio iuxta Concil. Trid. sess.24. cap.1. de reformat. matrimonij, vt consuluit Nauarr. cons.2. de clandest. desponsatione. Hinc denique omnes commendæ nostri temporis sunt irreuocabiles, vt tradit Sarnen. in regula de publicandis quæst.4. Rota decis.791. num.11. par.2. diuersorum.
12 Ac omnia Iura de titularibus loquentia in commendatarijs perpetuis sibi vendicant locum, Clement. finali, & ibi Imola quæst.1. numer.6. de procurator. Mandosius in regula 32. quæst.7. num.12. & latissimè Gomesius in regula de triennali quæst.5. à num. 11. vsque ad numer.20. vbi infinitos casus enumerat vbi commendatarius regulatur vti verus titularis, & numero 21. dicit quod tempus, & papirus deficerent si singulos Iuris casus de Prælatis, & dignitatibus loquentes, qui habent locum in commendis enumerare vellet, & tandem in dicto num.20. & 21. dicit quod commenda perpetua facit expirare reseruationem, & quod si commendatarius decedat in curia beneficium vacaret in curia. Si igitur commenda perpetua datur in titulum, & habet omnes supradictas qualitates tanquam verè beneficium titulare, sequitur quod vacante commenda in aliquo ex mensibus per nostram regulam reseruatis, quod intrabit, & locum habebit eius dispositio.

RESOLVT. CCCXIX.

1 *Validum est in iure argumentum ab ethimologia vocabuli.*
2 *Beneficium dicitur à benefaciendo.*
3 *Beneficium non debet esse sine redditibus.*
4 *Substantia beneficij non est redditus.*
5 *Ex solo titulo beneficii absque possessione reddituum, quis gaudet fori priuilegio.*

An habens beneficium absque redditu gaudeat fori priuilegio.

QVæro quid si clericus haberet beneficium absque redditu, an consequeretur priuilegium fori, & propterea diceretur beneficiatus, & primo videbatur negatiuè resoluendum etenim validum est in iure
1 argumentum ab ethimologia vocabuli ad latè tradita per scribentes in l.1. ff. de acquirenda possessione, & in l.1. ff. de testamentis, & ethimologia beneficij est
2 à benefaciendo secundum glos. in c. fin. de rescriptis in 6. introducta sunt beneficia, ne ecclesiastici cum dedecore ordinis clericalis mendicent. Duenas regula 100. limit. 3. & ideo qui altari seruit de altari viuere debet c. cum secundum Apostolum de prębendis; addebatur supradictis Consilium Ferretti 312. num.
3 2. lib.2. vbi regulariter beneficium non debet esse sine redditibus.

Quidquid tamen sit, contrarium in causa mihi delegata iudicandum censui, nam iuxtà eleganter notata per Crass. in suo tractat. de effectibus clericatus effect. n.1124. si aliquod beneficium ita sine redditibus reperiretur, iuuaret beneficiato, ad hoc vt propter illud possit frui priuilegio fori, ex quo substantia
4 beneficij non est redditus, vt notabiliter voluit Ferrett. in cons.91. num.6. vol.1. Monald. cons.22. num. 7. quia sufficit, vt adsit titulus beneficij secundum Artaman. lib.1. resolut.54. & facit Farinacc. de inquisi-
5 tione quæst.8. nu.25. vbi ex solo titulo beneficij etiam absque possessione reddituum gaudet quis fori priuilegio, & optimè etiam confert quod firmauit Paris. de resignat. beneficij lib.2. quæst.8. num.2. vbi dicit, quod licet beneficia non debeant esse absque redditibus, tamen si sint, possunt resignari quemadmodum illa, quę opulentos obtinent redditus.

RESOLVT. CCCXX.

1 *Regulariter negotia sæcularia sunt prohibita Clericis.*
2 *Etiam officia sæcularia sunt clericis prohibita, tam si sint ciuilia, quam criminalia.*
3 *Clericus exercens officia vltra pœnas canonicas peccat mortaliter.*
4 *Exercere officium Iudicis criminalis est actus contrarius clericatui.*
5 *Clericus coniugatus amittit beneficium, quia facit actum contrarium clericatui.*

An clericus exercitando officium iudicis Criminalis amittat Priuilegium clericale.

1 REgulariter Negotia sęcularia clericis sunt prohibita cap.1. & per totum qui clerici, vel Monachi, nemo enim militans Deo implicet se negotijs sęcularibus c. fin. de vita, & honestate clericorum cap.1. & cap. prędicator 16. quæst.1. cap.14. q.4. & ob hanc causam clericus prohibetur esse tabellio cap. ad conscribendas de hęreticis Mastrill. in decis.159. vol.2. &
2 officia sæcularia sunt clericis prohibita, tam si sint Ciuilia, quam Criminalia Goffred. in summa in tit. ne clerici, vel Monach. n.9. Crass. de effectibus cleri-
3 cat. nu.8. & illa exercitando vltra pœnas à sacris Canonibus inflictas peccat mortaliter Graff. in decis. Aurear. par.2. lib.3. cap.2. nu.17. & potest à suo iudice puniri Dec. in cons.17. nu.2. Roias sing.133. supra-
4 dictis adhebatur officium iudicis criminalis exercere esse actum contrarium clericatui argumento eorum, quæ adnotauit Anna in allegat. 99. volum.2. & inter se taliter contrariantur, vt momento non possint insimul permanere Lucas de Penna in l. nulli C. de numerarijs lib.12. col. pen. in tantum quod si post dimittit officium non reassumit clericatum argument. tex. in c.1. de beneficio fœminæ, & pro inde retinendo officium videtur clericatui renunciare: Ita è contrario, & Bald. in c.1. de mili. vassal. qui arma bellica depos. col.2. versic. tertius casus, dicit ista verba, tertius casus est, quando quis remouetur ob impossibilitatem subiecti, & habetur pro mortuo, & subdit quando fit digressio ad oppositam qualitatem, hoc idem suadetur authoritate Glosæ in cap.2. de clericis coniugatis in vers. relinquendo, vbi
5 tex. dixerat Clericum coniugatum amittere beneficium, subdit Glos. quia facit actum contrarium beneficiato ducendo vxorem, contrario facto, quis iuri suo renunciat, subdit Glos. vt quis ipso facto renunciat clericatui, pari modo renunciat beneficio per actum contrarium; & sic per actum contrarium amittitur beneficium; pro qua opinione facit etiam doctrina Abbat. in d. cap.1. & 2. vbi dicit, vacat beneficium per matrimonium, quia facit actum contrarium; quia non potest habere vxorem carnalem, & spiritua-

ſpiritualem, & ſubdit in 2. col. vera ratio perditionis beneficij eſt renunciatio tacita, faciendo actum contrarium, habendo beneficium pro derelicto; quia reddit ſe impotentem ad vtrique ſeruiendum, & ſic per actum contrarium amittitur beneficium, quę ratio eſt finalis, vt conſiderant tex. in d. §. qui clericus, & in d. c. 1. in fin. de mil. vaſal. qui arma belli, depoſ. quia vtriq; ſeruire non poteſt, & ſic ſtatim vacabit beneficium.

RESOLVT. CCCXXI.

1 *De iure cautum eſt, vt propter officium detur beneficium.*
2 *Ad officium promouendus non debet eſse irregularis.*
3 *Collatio beneficii facta irregularis eſt nulla, vide etiam contrarium, num. 4.*
5 *Confutatur ſententia Zerulæ ignoranter prolata.*
6 *Homicida dum eſt irregularis, nec ad ordines promoueri poteſt, nec beneficium obtinere debet, vide num. 7.*

An irregularis amittat priuilegium fori.

1 CVm propter officium detur beneficium, vt ſtatutum eſt 1. p. cap. 2. oportet etiam quod promo-
2 uendus ad illud non ſit irregularis cap. 3. & c. di-
3 uerſis fallacijs de cler. coniug. collatioque, ſeu prouiſio beneficij facta irregulari eſt nulla, Dynus in reg. iur. 1. in 6. n. 23. Felyn. in cap. inquiſitionis de accuſ. n. 7. Nec contrarium repetit n. 8. quidquid dicat Suarez infra Rebuff. de pacif. poſſeſs. n. 280. aliàs 226. Achilles deciſ. 341. num. 3. Caputaquen. 236. num. 4. p. 2. Couarr. in cap. Alma mater, 1. par. §. 7. num. 1. & in reg. peccatum 2. p. §. 8. num. 7. Nauar. conſil. 1. num. 3. de Sacrament. non iterandis Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 3. à num. 32. & lib. 5. quæſt. 3. num. 181. & quæſt. 6. num. 79. Vgolinus de irregular. cap. 65. in princip. & §. 1. Henriquez in ſumma lib. 13. cap. 14. §. 1. & cap. 56. §. 1. & lib. 14. cap. 2. §. 5. in text. & gloſ. Rodriq. in ſumma 1. tom. capit. 182. num. 3. Sayrus de cenſuris lib. 6. cap. 2. num. 21. Leſſius de iuſt. & iur. libro ſecundo, capitulo 34. numero 120. Azor. inſtit. Moral. 2. par. lib. 6. cap. 7. quæſt. 2. Auila de cenſur. 7. par. diſp. 2. dub. 6. Molin. de iuſt. tr. 3. diſp. 78. num. 2. Quæ doctrina ſatis probatur ex cap. 2. in fine de cler. pugn. in duello, & ex c. 2. de cler. non ordinato miniſtr. & ex cap. fin. in ſua ratione ibi pro eo, quod & c. de cler. excomm. miniſtr.

Et ita tenendum eſt, quamuis contrariam ſenten-
4 tiam, nempe collationem irregulari factam non eſſe nullam ipſo facto, ſed valere donec priuetur, teneat Innoc. in cap. cum noſtris de conceſs. præb. numer. 1. Anchar. in reg. peccati venia in 6. 1. oppoſitio, & cum Specul. Franc. in d. reg. prima, num. 5. ad fin. & cum Raynerio Sylueſt. verb. excommunicatio 4. num. 4. & Nicol. Pleuius de irregul. reg. 44. quam cenſet eſſe probabilem in rigore iuris, Suar. 5. tomo de cenſuris, diſp. 40. ſect. 2. ex num. 29.

Noſtram tamen, quæ communis eſt eſſe ſecuriorem, & in practica probabiliorem. Et procedit etiam
5 in beneficijs ſimplicibus, licet Zerola 1. par. verb. priuatio, §. 2. 2. p. ver. irregularitas, §. 10. dicat, quod irregularis, & homicida ſi non eſt homicida ex induſtria, non eſt ipſo iure inhabilis ad beneficia ſimplicia, & quæ ordinem ſacrum non requirunt, & Caputaqu. dict. deciſ. 236. quem non intellexit, loquitur enim de irregularitate ex morbo ſine culpa contracta, de quo infra cap. ſeq. numero 20. & ipſe Zerola dict. §. 10. in fine dicit, quod communis eſt in contrarium, maximè quoad homicidam ſecundum, Couarr. d. §. 7. num. 1.

6 Igitur homicida, qui eſt irregularis, nec ad ordines promoueri poteſt cap. fin. de tempor. ordin. cap. de cætero de homicid. Concil. Trident. ſeſs. 14. de refor. cap. 7. & d. cap. 2. de cler. pugn. in duell. beneficium obtinere nequit d. cap. 2. in fin. & Concil. Trident. d. c. 7. collatioque illi facta non valet, ſed eſt nulla ipſo iure Felyn. in cap. 2. de reſcript. num. 4. & in dicto c. inquiſitionis de accuſ. num. 7. Aufrer. ad Cappell. Tholoſ. deciſ. 208. numer. 2. Diaz capit. 94. litera A. verſ. nota tu tamen Nauar. in Man. d. cap. 27. num. 249. aliàs 251. Gutt. plures referens Can. quæſt. dict. lib. 2. cap. 5. num. 92. Zerola in praxi 2. par. verbo homicida, §. 1. Corduba in ſumma quæſt. 42. Rodriq. 1. tom. cap. 170. num. 1. Tolet. in ſumma lib. 1. cap. 88. verſ. 9. ſecundum editionem Romanam.

Et facit declaratio §. Congreg. Concilij ſuper d. c. 7. ſupra adducta 1. par. cap. 5. num. 136. Suarez dict. 5. tomo, diſp. 44. ſect. 4. num. 34. & vide ibi dicta. Et fuit reſolutum in vna Curzolenſ. Canonicatus 25. Maij 1601. & 22. Martii 1602. coram D. Corduba, vt in deciſ. ſequentibus 25. Maii 1601.

RESOLVT. CCCXXII.

1 *Clericus in minoribus, qui non intendit ſeruire Eccleſiæ, an poſſit tanquam inutilis expellere clericatu.*
2 *Collegiatus non ſeruiens actu non gaudet priuilegijs Collegij, & debet inde remoueri.*
3 *Papa priuauit Epiſcopatu Epiſcopum Tudertinum tanquam inutilem.*
4 *Baldi tempore Papa mandauit de nouo examinari omnes magiſtros Fratrum minorum.*
5 *Clericus non intitulatus poteſt compelli ad ſeruiendum in diuinis.*

Clericus in minoribus conſtitutus, qui non ſeruit Eccleſiæ, an poſſit tanquam inutilis expelli a collegio clericorum, & declarari laicus.

1 FVit mihi quæſitum, an clericus in minoribus conſtitutus non obtinens beneficium pluries monitus non intendit ſeruire Eccleſiæ, poſſit tanquam inutilis expelli à clericorum collegio, & declarari laicus, & priuari habitu clericali, eſt enim clarum, quod non gaudet priuilegio fori, vt in Concil. Trident. cap. 6. ſeſs. 23. de reformat. & videtur negatiuè reſpondendum, cum talis ſtatus incedendi in habitu clericali in eo, qui ſuſcepit ordines minores non videatur à iure reprobatus.

Contrarium autem conſului magis veritati inhærendo, quod poſſit priuari clericatu tanquam inutilis, & declarari laicus ex illa regula, quod qui eſt in ali-
2 quo collegio ſi non ſeruit actu non ſolum non gaudet priuilegio collegii, ſed inde remoueri debet, leg. vnic. C. de colleg. lib. 10. vbi Imperator in ſpecie loquitur de eccleſiaſticis, qui tamen eius lege ligari non poſſunt, ſed benè rationem legis, quæ lex eſt diſtinc. 1. c. conſuetudo, & totus clerus conſtituit vnum corpus, & vniuerſitatem, & poſſunt conſtituere procuratorem, & ſimul conuenire, & facere actus collegii Abb. & alii in c. accedentes de præſcript. Concilium etiam Trid. c. 7. d. ſeſs. 23. deſiderat eos ordinari, de quibus ſit ſpes quod ad maiores ordines aſcendãt, refert Bald. in l. quicunque C. de Epiſcop. & cleric.
3 Epiſcopum Tudertinum fuiſſe: tanquam inutilem à ſummo Pontifice priuatum Epiſcopatu, & in conſil.
4 497. lib. 5. dicit ſuo tempore Papam mandaſſe Generali fratrum minorum, vt examinaret omnes magiſtros in capitulo generali, & indignos doctrina, vel moribus priuaret magiſterio, & gratiis, & priuilegiis
5 magiſtrorum. Item facit quod clericus non intitulatus poteſt compelli ad ſeruiẽdum in diuinis, & ſucceſſiuè poterit imponi pœna priuationis habitus clericalis, cum non ſit determinata à iure l. 1. ff. de iure deliber.

Attamen melius dicam, & pro veriori resolutione, si casus occurrerit recurre ad Vrbem.

RESOLVT. CCCXXIII.

1 *Clericus non intitulatus, nec beneficiatus potest compelli ad seruiendum Ecclesiæ in diuinis.*
2 *Clericus suscipiens sponte ordines videtur se obligare ad exercendum munera clericorum.*
3 *Ratione ordinis tantum clericus potest compelli interesse diuinis officijs.*

Clericus non intitulatus an possit compelli vt interfit diuinis officijs.

1 INterrogatus de tali casu partem affirmatiuam cõsulendo sequutus fui, quia ordinem sponte susce-
2 perunt, in cuius collatione dicitur quid oporteat clericum facere, & dicitur si fuisti tardus ad Ecclesiam, modo sis velox, si fuisti somnolentus, modo sis vigilans, tamen non tenentur ita interesse, sicut deputati, qui triplici rationem sunt magis obligati, scilicet ratione ordinis, intitulationis, & beneficij, sed non deputati sunt obligati tantum ratione ordinis, cuius
3 ratione etiam vnius tantum potest clericus compelli interesse diuinis officiis ita singulariter post Vgon. tradit Archid. in d. c. si quis præsbyter distin. 192. & post eum Cardinal. Alexandr.

RESOLVT. CCCXXIV.

1 *Pater potest compelli ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij, si vult sacris initiari.*
2 *Filius si vult vacare literis cogitur pater dues subministrare ei necessaria.*
3 *Pater qui non alit filios excommunicatur.*
4 *Pater tenetur præstare alimenta filio, qui ingressus est monasterium inops.*

An pater possit compelli ad donandum aliquid filio pro titulo patrimonij ad finem suscipiendi ordines sacros.

FVit mihi propositus casus, qui talis est, quidam clericus intendebat suscipere ordines sacros, & cum patrimonium non haberet, & pater donare nollet, dubitabatur nunc an pater posset compelli ad donandum ei aliquid pro titulo, & breuiter videtur di-
1 cendum, quod sic, nam potest compelli ad faciendam donationem propter nuptias authent. ex testamento Codic. de collation. & valet argumentum de matrimonio carnali ad spirituale capitul. tuæ de sponsalibus capitulo secundo, de translat. prælat. & dispositio auth. res quæ Codic. communia de legat. quod bona subiecta restitutioni non possunt alienari, nisi ex causa dotis, habet locum etiam in dote spirituali, vt ibi communiter traditur, & ita in casu proposito his rationibus tradit Natta consilio 136. volumine primo, quæ rationes non videntur multum stringere. Nam pater cogitur tantum promittere donationem propter nuptias, & de dote filiæ contrahentis matrimonium carnale, vel spirituale non videtur posse inferri ad filium qui non potest petere legitimam in vita patris, quemadmodum filia potest petere dotem, sunt tamen supradictæ rationes alicuius
2 considerationis; ego addo quod si pater est dues, & filius velit vacare studio literarum, potest compelli ad ministrandum ei necessaria Archidiacon. in capitul. si reliquerit distinct. 30. Lucas de Penna in leg. 1. Codic. qui ætate, vel professione se excusant lib. 10. & maior vtilitas publica consistit in sacris, quam in studio literarum cap. Ius autem distin. 1. præterea titulus patrimonij promouendi ad sacros ordines nihil aliud continet, quam alimenta, ne cum dedecore cogatur mendicare cap. Episcopus cap. secundum de præben. Concil. Trid. cap. 2. session. 21. de reformation. & clarum est patrem teneri præstare alimenta filio leg. si quis à liberis ff. de liber. agnos. & in dict. cap. si reli-
3 querit, pater excommunicatur qui non præstat alimenta filio. Item facit quod voluit Baldus Nouell.
4 in tract. de dote par. 1. cap. 1. num. 11. quod filio intranti religionem tenetur pater aliquid assignare pro victu suo si Monasterium est inops, alias secus ex d. l. si quis à liberis.

RESOLVT. CCCXXV.

1 *Ordines non possunt conferri ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs.*
2 *Literæ dimissoriæ possunt concedi ab Episcopo originis domicilij, & beneficij.*
3 *Et quando possit obtineri à Summo Pœnitentiario.*
4 *Prælati inferiores Episcopo nullo modo possunt concedere literas dimissorias.*
5 *Laicum ordinatum ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs non gaudere priuilegio fori, qui teneat.*
9 *Ordinum collatio ab alieno Episcopo facta quando sit nulla.*
7 *Glossa in capitulo eos de tempor. ordinand. lib. 6. declaratur.*
8 *Clericus ordinatus ad primam tonsuram ab alieno Episcopo gaudet immunitatem.*
9 *Laico ordinato ab Episcopo non suo sine literis imprimitur character.*
10 *Prima Tonsura est ordo Ecclesiasticus.*
11 *Contrarium tenent Theologi.*
12 *Prima Tonsura habet omnia priuilegia Iuris collata ordinibus Ecclesiæ.*
13 *Prælati inferiores Episcopo non possunt dare literas dimissorias, etiam si prætendant legitimam consuetudinem.*
14 *Episcopus ordinans sine literis dimissorijs est in culpa.*
15 *Ordinatus quando præsumatur scire prohibitionem Concilij.*
16 *Episcopus alienus quando possit conferre ordines sine literis dimissorijs.*
17 *Can. Lugdunensis 9. q. 2. declaratur.*
18 *Dispositio Concilii Trident. sess. 23. capitulo 8. declaratur.*
19 *Ordinibus collatis ab alieno Episcopo sine literis impeditur executio.*

Laicus factus clericus ordinatus à non suo Episcopo absque literis dimissorijs gaudet priuilegio fori Ecclesiastici.

1 NVllus laicus potest ordinari ab alieno Episcopo absque literis dimissorijs capitul. nullus de tempor. ordinand. libro 6. declarat autem scribentes præfatas literas obtinendas esse ab Episcopo origi-
2 nis, siue domicilij, in quo habet beneficia, vt post alios scribit Ignat. Lopez in additionibus ad practic. Diaz super capitul. 26. in additionibus quæ incip. sine licentia sui Præsidis, & Episcopus Minorensis in sua praxi Episcopali in versic. dimissoriæ, quas literas si ob aliquam causam obtineri non possent ab ordinario, poterunt expressa causa obtineri Romæ à Summo Pœnitentiario, prout disposuit Pius Papa IV. in sua Bulla 69. quæ incipit in sublimi in-
3 §. nec minus, Prælati verò inferiores Episcopo, nullo modo easdem literas concedere possunt ex nouissima dispositione Concilij Tridentini sess. 7. cap. 10. de reformat. quæ derogat cuicunque consuetudini in contrarium.

Hinc

5 Hinc dubitatum est an laicus ordinatus ad primam tonsuram ab alieno Episcopo absq; literis dimissorijs, gaudeat priuilegio fori, & opinionem negatiuam amplexi sunt Cassan. in consuetudin. Burgud. rubric. 1. §. 5. in fine Rebuff. in tractat. nominationum quæst. 14. n. 42. Lopez super d. c. 26. in vers. & non solum minores allegantes omnes glos. in cap. in eos in vers. ordinare de tempor. ordinand. lib. 6. quorum opinio confirmari potest ex altera simili opinione Doctorum dicentium, quod si Episcopus sibi non subdito contulerit ordines sine literis dimissorijs proprij Episcopi sub
6 spe ratihabitionis ipsius illa collatio est nulla: ita asserunt Rebuff. & Ignat. in dictis locis atq; Paris. in consil. 136. nu. 4. vol. 4. Summa confessor. in tit. de ætate ordinandorum q. 38. nam cum dicta ordinatio sit contra sacros Canones, & ita nulla, atque irrita non potest à proprio Episcopo confirmari ex reg. l. quod ab initio ff. de reg. iur.

7 Sed certè quantum pertinet ad glossam in dict. ca. eos in ver. ordinare, qua videntur moueri præfati Doctores, illa non rectè allegatur, dum enim textus ibi dicit nullus præsumat aliena parochia subditus absque superioris ordinandorum licentia, ordinare glossa exponit etiam ad primam Tonsuram, prohibitio igitur facta Episcopo ordinanti exponitur ex glossa vsque ad ipsam tonsuram inclusiuè, ex quo inferri non potest, ergo laicus ordinatus in prima tonsura à non suo Episcopo absque literis non gaudet priuilegio fori, imo glossa in cap. nullus eodem titul. in vers. Tonsuram dum ibi text. habet nullus Episcopus, & infra clericalem præsumat conferre Tonsuram exponit, per quam immunitate gaudet, & clericalis ordo confertur, quare glos. expresse tenet contrarium videlicet laicum per Tonsuram collatam ab Episcopo prohibito conferre absque literis dimissorijs gaudere immunitate Ecclesiarum, & hæc est opinio vera, quam etiam sequuti sunt Guid. Pap. in decis. 449. & Hieronym. cons. 181. in 1. dub. vol. 2. Doctores qui tenent contrarium moti ex authoritate glossæ non habent fundamentum.

Hæc autem vera opinio probatur quia negari non
8 potest per collationem primæ Tonsuræ etiam ab Episcopo non suo absque literis esse impressum characte-
9 rem capitul. fin. vbi Archidiacon. Gemin. & Præposit. nona quæstione prima Guid. Pap. in dicta decis. 449. quos sequitur Gabriel. in d. cons. 181. n. 4. volum. secundo, quia prima Tonsura est ordo Ecclesiasticus,
10 vt sunt iura expressa in capitulo cum contingat de ætat. & qualit. & cap. 1. de apostatis in verbo ordine demisso Innocent. in cap. 1. de ætat. & qualitat. & licet D. Thom. in tertia parte Summæ q. 36. articulo 2. q.
11 40. articulo primo teneat quod non sit ordo, & ita sequuntur communiter Theologi prout disputando hunc articulum attestatur Ioan. Lup. in tractat. de libert. Ecclesiastic. parte 2. cap. 5. tamen secundum Canonistas hoc est specialiter decisum in dicto capitulo cum contingat, & inter eos est communis opinio, vt per summam Sylvestrin. in verb. ordo Ecclesiasticus in 1. quæstion. affirmant enim nouem esse ordines summa Angelica in verb. ordo numero primo, & Theologi intelliguntur, quia prima Tonsura non habet officium speciale sicut cæteri ordines prout declarat Innocent. in dicto capitulo cum contingat prope fin. Anton. de Butrio ibidem numero 6. tenet, quod recipit officium cantandi Abb. numero 1. vers. quero an Psalmistat. Ioann. Andr. numero 12. vbi quod est ordo, & habet omnia, priuilegia iuris Anchar. in fine, & fuit opinio originalis Host. quem omnes allegant Cardin. in Clemen. dudum in 8. not. de sepultur. ex his igitur apparet veram esse hanc opinionem, quia etiam ab Episcopo non suo imprimitur Character sine literis dimissorijs, cum verè sit ordo Ecclesiasticus vnde doctè Grammat. in voto 33. pro-
12 bat habentem Tonsuram gaudere priuilegio fori Ecclesiastici, etiam si incesserit in habitu laicali, prout nos etiam supra pluries exaruimus.

Neque obstat dispositio Concilii Trid. in d. sess. 7. cap. 10. de reformation. in vers. sic ordinati si in minoribus constituti fuerint nullo priuilegio Clericali præsertim in Criminalibus gaudeant, & cap. quia illa dispositio loquitur de ordinatis ab Episcopo alieno
13 non cum literis inferiorum etiam si prætenderent legitimam consuetudinem, vt volebat Stephan. in additionibus ad Cappell. Tolos. super decis. 450. neque militat eadem ratio in casu, quo sine literis dimissoriis ordines collati fuerint, quandoquidem sine illis
14 literis solus Episcopus est in culpa, qui debebat scrutari, quem ordinat, vel eligit, cap. qui Episcopus distinct. 23. cap. vnic. de scrutin. in ordin. fac. ideo semper Episcopus præsumitur sciens, nisi ignorantiam probet argumen. cap. innotuit de elect. in vers. nec habere probabilem ignorantiam, prout in multis casibus probat Episcopus Minorensis in dict. praxi Episcopali parte prima versicul. dimissoriæ §. ad quartum, sed quando ordinatur mediantibus literis Capituli, vel Prælati inferioris Episcopo, tunc vterque
15 est in culpa, quia etiam ordinatus præsumitur scire prohibitionem Concilii propterea non debet ex sua malitia commodum reportare, ideo non gaudet, imo si Episcopus sibi non subdito ordines conferat
16 cum spe ratihabitionis de præsenti proprii Episcopi, tunc ipsæ literæ dimissoriæ necessariæ non erunt, & absque metu pœnæ id fieri potest, ad hoc est text.
17 expressus in capitulo Lugdunensis quæstione secunda pro qua opinione Ignat. super dicto capitulo 26. versicul. secundum, refert Raymundum hodie consecratum pro sancto in sua summa titulo de forma consecrationis versiculo in summa nota quod ordinati, & glossam in capitulo nullus alterius in fine 9. quæst. 2. atque Maiolum in tractat. de irregularitate libr. 4. cap. 2. numero 7. & ibi quod videtur, hæc opinio probari à contrario sensu in Concilio Tridentino sess. 14. capit. 3. & dicto capitulo Lugdunensis procedere in collatione primæ Tonsuræ, & aliorum ordinum minorum, probat Quintilian. Mandos. in regula Cancellar. 24. q. 4. num. 12. & latius per Gabriel. in dict. cons. 187. col. 2. vol. 2.

18 Neque obstat dispositio Concilij Trident. sess. 23. cap. 8. de reformat. & dicto cap. eos, & dicto cap. nullus de tempor. ordinand. lib. 6. quia illę prohibitiones diriguntur solum ad Episcopum ratione præiudicii alterius Episcopi, vt dicit Gabriel. in dict. cons. 181. n. 11. ideo Guid. Pap. in dict. decis. 449. vers. & potest esse ratio diuersitatis, putat illa iura ideo procedere in Clerico alterius diœcesis propter præiudicium iurisdictionis Episcopi proprii, quæ ratio non militat in laico, qui est in iurisdictione temporali, ergo potest ab Episcopo non suo primam Tonsuram sine literis dimissoriis recipere, quod est verum respectu ordinis susceptí, & priuilegii fori Ecclesiastici, licet
19 quoad executionem ordinis dicta Clericatus collatio sit irrita, & ita intelligendo dicta iura determinauit Rota per Caputaquens. decis. 106. libro 1. cum alijs decisionibus eiusdem Rotæ ad hoc allegatis per Gabriel. in dicto cons. 181. in primo dubio, volumine 1. Vbi Vide.

RESOLVT. CCCXXVI.

1 *Fori priuilegium competit omnibus clericicis beneficiatis ex dispos. Concil. Trid.*

2 *Paria sunt amittere possessionem, & amittere actionem competentem per eam.*

3 *Illud habere quis dicitur, ad quod habet actionem.*

4 *Non dicitur spoliatus, qui remedio recuperandæ possessionis agere potest.*
5 *Clericus habens beneficium in spe, non dicitur beneficiatus.*

An Clericus habens actionem ad beneficium dicatur beneficiatus, vt vti valeat priuilegio fori iuxta mentem Concilij.

GRauis fuit altercatio, dum Romæ morabar inter me, & quendam eminentissimum decretorum Doctorem, si dicatur beneficiatus ille clericus, qui habet beneficium in spe, vtpote quia habet actionem ad beneficium, vel habet expectatiuam, & consequen-
1 ter valeat vti priuilegio fori, quod quidem ex mente Concilij Trid. sess. 33. canon. 2. competit omnibus clericis beneficia ecclesiastica obtinentibus, & dicebam ego talem clericum dici vere, & proprie beneficiatum, ad quod probandum exercitationis gratia adducebam tex. in leg. qui actionem, ff. de regul. iur. vbi qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, vnde non videtur rem amittere, ad cuius recuperationem habet actionem, leg. non videtur, ff. de acquirenda possessione, & tunc dicitur rem in bonis nostris esse l. rem in bonis, ff. de acq. rer. dom. & idem iudicatur de actione de re ipsa, ad quam competit dicta actio Bart. in l. potest, ff. de author. tut. Thesaur. decis. 160. Simoncell. de decret. libro primo, titulo 3. & illud, quod mihi debitum est, meum appellatur, glos. in l. si tibi in versiculo meum, ff. si cert. pet. Bart. in l. si pecuniam, C. de neg. gest.
2 hinc est, quod paria sunt amittere possessionem, & amittere actionem competentem per eam, Bart. in l. si prius in prima quæstione, numero 20. ff. de noui
3 operis nunciat; & dicitur quis id habere, ad quod habet actionem, Iaf. in leg. diuortij in principio, ff. sol. matr. & dicitur apud me esse, ad quod consequendum habeo actionem, & hoc procedit tam in personali, quam in reali actione, vnde Cæpolla in tract. de præsumpt. contract. præsumptione 13. num. 9. & voluit propriè meum illud dici, ad quod vendicatio-
4 nem habeo, vnde non dicitur spoliatus, qui potest agere remedio recuperandæ possessionis, l. si quis vi, ff. de acq. pos. quemadmodum non dicitur rem amittere, qui statim recuperauit, l. non dicitur, ff. de solut.

Contrariam sententiam de iure veriorem puto, & rationi consonam, talem scilicet clericum minimè beneficiatum dici, quam sententiam tenuerunt Cardinalis in clem. 1. §. primo de vita, & honest. cleric. Bertacch. in suo repertorio in verb. clericus Milis similiter in repertorio eodem verbo, numero quinto, Graffius de effectibus clericatus, effectu primo numero 1228.

Non obstant in contrarium adducta præsertim illud de actione, quia procedunt ex Iuris fictione, quod probatur in leg. minus, ff. de reg. iur. vbi minus est actionem habere, quam rem ipsam, & isto respectu iura vtuntur verbis denotantibus fictionem, quia verè non habet rem apud se, licet habeat dominium, & isto modo loquendi vtitur tex. in d. l. rem in bonis ff. de acquir. rerum dom. dum vtitur verbo, intelligitur, quod denotat fictionem, l. quoniam, vbi Bald. ff. de his, qui not. infam. l. hæres quandoque supra de acq. hæred. quem tex. ad hoc alleg. Rom. consil. 405. præsuppositis terminis, & in cap. ex studijs de præsumpt. quem tex. ad hoc alleg. Abb. in cons. 20. casus in effectu libro secundo, similiter tex. in d. leg. bonorum, §. fin. sup. titulo primo vtitur verbo, videtur, quod verbum etiam, notat fictionem, vt per glos. hic, & in l. si duo in glos. fin. sup. de acq. hæred. in leg. 1. §. deiecisse in verbo videor, ff. de vi, & vi arm. cum simil. vt per Bart. in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap.

PRAXIS PROFESSIONIS IN RELIGIONE.

RESOLVT. CCCXXVII.

1 *Inualidè professus reclamans potest audiri, si reclamet intra quinquennium, & causas nullitates deducat coram suo superiore, & ordinario, & quod non dimittat habitum.*
2 *Concilium Trid. sess. 25. c. 19. intelligitur de temeraria habitus dimissione.*
3 *Non auditur spolians, donec spoliatus sit restitutus ad pristinam possessionem.*
4 *Regularis reassumens habitum dimissum potest audire.*
5 *Reclamatio intra quinquennium intelligitur, si potuit reclamare.*

An Apostata possit vti beneficio annullationis professionis infra quinquennium?

SAcrum Concil. Trid. sess. 25. c. 19. de regular. tria
1 requirit, vt inualidè professus reclamans possit audiri. Primùm, vt reclamet intra quinquennium à die professionis computandum. Secundùm, vt causas nullitatis, quas prætendit, deducat coram superiore suo, & ordinario. Tertium, vt non dimiserit habitum ante hanc deductionem, & si quid horum deficiat, non debet audire; nimirum ad eum finem, vt iuridicè declaretur liber à vinculo religionis, adeo, vt dimittens sponte habitum, nullatenus admittendus sit ad quamcunque causam allegandam, sed ad religionem redire compulsus apostatæ pœnis subijciatur; & huiusmodi decretum procedet in professione, quacunque, tam expressa, quam tacita, cum loquatur generaliter, & indistinctè, vt in specie docet Nauar. de regular. comm. 4. numero 73. ante med. quem sequitur Sanc. de matr. l. 7. disp. 37. numero 1. in fin. Azor. lib. 12. instit. moral. cap. 4. q. 13. ante finem vers. obseruandum est.

Quo stante videtur concludend. N. qui prædictum decretum Concil. non seruauit non esse liberum à Monastica professione in foro exteriori, & teneri reassumere habitum Nau. de regul. comm. 4. n. 77. in principio: vbi ex hoc concludit malè quosdam consuluisse multis Regularibus, vt clam fugerent à monasterijs, etiam habitu dimisso, ne in via caperentur ad reclamandum de nullitate professionis, cum obstet Concil. ex supra allegatis.

Prædicta tamen dispositio Concil. quo ad forum exterius non procedet ex eo, quia professus haberet iustam causam dimitendi habitum, vt quia, non posset habere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire, nisi habitu deposito, vel quia ei non permittitur proponere causas coram ordinario, & ob id habitu dimisso fugit, vt reclamet: nam per Concil. ponitur
2 solum temeraria dimissio habitus, quæ temeritas non consideratur in eo, qui id facit, vt possit vti remedio sibi à Iure concesso, & allegare causas nullitatis, vt declarat Nau. de regul. com. 4. in fin. vers. 2. quod etiam, quoad forum n. 78. Azor. instit. moral. lib. 12. c. 4. ad fin. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 37. n. 3.

Secundo dictum decretum Concil. intelligitur ex bono, & æquo, quâuis non reassumeret habitum, nam illo reassumpto poterit audiri, quasi non videatur inhumanum denegare perpetuo audientiam ei, qui iustam causam reclamandi habet ex sola habitus dimissione, etiam temeraria, præsertim, quia mens Concil. videtur esse, vt consulatur spolio religionis, ob quod

Iura

3 Iura denegant prorsus audientiam spolianti donec spoliatus ad pristinam possessionem sit restitutus cap. 1. de restit. spoliator. & cap. 2. eodem titul. Restituto ergo monasterio ad suam possessionem, per redditum monachi, & reassumptionem habitus poterit concedi audientia, vt in specie declarat Nau. de regul. com. 4. in fi. n. 78. & sequitur Sanc. de matrim. lib. 7. disput. 37. num. 4. Leonard. Lessius de iust. & Iure lib. 2. cap. 41. de statu religioso dubit. 7. nu. 63. vers. notandum secundo f. 590. in 3. edit. vbi quod Concil. statuit hoc in pœnam dimittentis habitum, vt non audiatur; vnde non habet locum, si bona fide deposuerit habitum ad tempus, vel si illum reassumat, cum hoc sit intelligendum de bono, & æquo, nempe si habitum dimiserit,
4 & non reassumpserit, si enim reassumit erit audiendus ex supra allegatis.

Idem dicitur de eo, quod disposuit Concil. vt non audiatur nisi intra quinquennium à die professionis, quia hoc erit intelligendum cum simili exceptione, nempe, nisi toto illo tempore quinquennij durauerit impotentia reclamandi, cap. 1. de his, quæ vi, vel met. caus. Glos. in cap. 2. in verbo permaneat, de re-
5 gular. vbi quod verba non reclamauerit intelliguntur, si potuit reclamare, & ita in specie dicti decreti Concil. concludit Leonard. Less. de iust. & Iur. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 63. vers. notand. secundo.

Verum, quia vt plurimum non potest constare de huiusmodi impotentia reclamationis, & de iustis causis dimissionis habitus, vel similibus, opus est plerumque restitutione in integrum, vt quis possit audiri, quæ erit concedenda, vt multis comprobat Less. ibid. n. 64. & 65.

RESOLVT. CCCXXVIII.

1 *Regularis, qui per vim, & metum &c. emisit professionem, etiam transacto quinquennio, si non ratificauit professionem est liber in foro interiori.*

2 *Nulliter professus potest fugere ad locum vbi scandalum cessat.*

Concilium Trident. circa annullationem professionis an obliget in foro conscientiæ.

QVO verò ad forum interius concludunt doctores simpliciter dictum decretum Concilij non ligare in conscientia, poterit enim talis professus transacto quocunque tempore dum priorem professionem non ratificauit cessante tamen scandalo omissa reclamatione, & non deductis causis nullitatis coram ordinario, & superiore fugam arripere, & non tenebitur redire ad monasterium, nec erit apo-
1 stata cum enim non sit vera professio in foro conscientiæ nullo modo est adstrictus religioni, prout neque Concil. intendit illum obligare in conscientia ad manendum in ea. Immo ablata occasione potest fugere, vel ratificare suam professionem, quia non potest frui commodis religionis, & sustentatione, nisi velit esse religiosus, aut nisi res sint ita constitutæ, vt non possit se subducere sine scandalo, quamdiu autem non potest se subducere non tenetur ratificare suam professionem, etiam si culpa ipsius professio fuisset irrita, vt si fictè esset professus, vt late declarat Leonardus Lessius de iust. & iur. libro secundo capitulo 41. dubitat. 5. numero 65. vers. notandum 4. Sanch. de Matrim. lib. septimo disp. 37. numero vndecimo, vbi etiam, quod tuta conscientia poterit vxorem ducere, quod etiam voluit Nauarr. cons. 89. num. sexto, & septimo de regularibus, & comment. 4. eodem titulo num. 77. Emmanuel Sà in summ. in verb. religio. numero 71. Pro vt dicimus de professione ficta in qua est contractus onerosus, quo monachus se obligat Monasterio, & Monasterium monacho, & Monasterium implet ex parte sua illum acceptando, & tamen non est vera professio, imo neq; decipiens manet aliqua obligatione cõstrictus, nisi per accidens ratione scandali, & quod consensum fictum probare non
2 potest, quare posset fugere ad locum, vbi scandalum cessaret Henricus in summ. libro 11. de matrim. cap. 11. numero tertio Sanchez eodem titulo libro quarto disput. 15. numero quinto vers. quæro probatur, & libro secundo disput. 36. numero vndecimo Sotus de iust. & iur. libro septimo quæstione prima articulo secundo §. an verum, qui tale votum Aragon. 2. 2. quæst. 88. articul. 1. ante tertiam conclusionem Nauar. de regularibus comment. 4. num. 75. vers. ic. aduertendum quarto.

RESOLVT. CCCXXIX.

1 *Professio facta eadem die susceptionis habitus est valida cum respiciat quid fauorabile.*

2 *Dies termini non computatur in temino si fauor id suadeat.*

3 *Obligatur regularis ad onera subeunda ab hora susceptionis habitus.*

4 *Professio facta vltima die anni tenet, cum dies cepta habetur pro completa in fauorabilibus.*

5 *Annus decimus sextus in professione mittenda, debet esse completus etiam per vltimum punctum horæ ratione obligationis introducendæ.*

Professio facta eadem die, in qua habitus probationis fuit susceptus, an sit valida.

REspondi esse concludendum, quod professio
1 facta eadem die, in qua habitus probationis fuit susceptus, sit valida quamuis affuerit defectus sex horarum in circa, sumus enim in actu professionis, quæ est fauorabilis cum per eam quis vniatur Deo in seruitute regnare est; maxime respectu religionis, cui in dubio fauendum est, & pro validitate professionis iudicandum Sanchez de matr. lib. 7. disp. 37. num. 12. in fin. post Nauar. consil. 13. num. 10. de regularibus.

2 In fauorabilibus autem dies termini computatur in termino si fauor id suadet, quidquid alias non deberet computari Oldrad. cons. 49. num. 1. Bal. in l. à caligato 21. q. num. 2. C. de nup. Dec. cons. 511. num. 3. Tiraq. de retract. lignag. glos. 11. num. 45. §. maximè quia in casu nostro fuit apposita hora susceptionis habitus, tunc enim fit semper computatio de momento ad momentum Bonif. Vitalin. in tract. maleficior. in tit. forma citationis accusati nu. 27. Tiraq. d. glos. 11. num. 41. Cassan. super consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 8. numer. 12. post med. fol. 26. & in specie professionis, quod annus incipiat ab hora, qua habitus imponitur concludit Henriquez in sum. tom. 1. c. 40. lib. 13. ad fin.

Præsertim, quia Concilium requirit annum post susceptum habitum, & sic terminus statuitur ipsi actui & non diei actus, quod facit vt tempus statim com-
3 putetur, & sic incipit ab hora susceptionis habitus: Arcang. cons. 93. colum. vlt. post med. versicul. ad hoc est, quod voluerunt nu. 6. post Doctores in cap. super il 2. vbi Abb. col. 4. & Præpos. Alexandr. nu. 24. ad fin. col. 3. de appel. Bald. in l. cum anterioribus col. 2. n. 2. C. de tempor. appellat. Franc. in c. 1. in fin. prin. nu. 5. vers. & idem quando assignatur de restit. spoliat. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 11. num. 24.

Neque annullabitur professio, ex eo quod vltima
4 dies anni non sit completa, quia sufficit annum esse perductum ad vltimum diem, cum in fauorabilibus dies cæpta habeatur pro perfecta, prout ita in susce-

ptione ordinum seruari dixit Menoch. de arbitr. cas. 427. num. 25. post glos. Bald. & Aretin. l. qua ætate ff. de test. Alciatus in l. anniculus 134. in princ. de verb. significat. Couar. super 4. decret. p. 1. c. 3. num. 2. in fin. vbi quod in sponsalibus vltimus dies anni etiam inceptus sufficit Afflict. in c. attestationes 10. n. 7. ad fin. de desponsat. impuber. vbi quod hoc est verius fauore matrimonij, & licet Fenut. de moment. temporum c. 3. num. 8. aliter distinguat, tamen hoc sequitur Sanch. de matr. lib. 1. disp. 16. num. 4. in fine, f. 805. vbi loquitur in specie professionis, quem latè sequitur Roderic. qu. regul. tom. 3. quæst. 15. artic. 4. per tot.

Et facit, quia quando tempus designatur per annum, pro vt in casu nostro, tunc semper vltima dies anni statim ac fuerit inchoata habetur pro completa in fauorabilibus quicquid aliud sit, quando tempus non designatur per annos, sed tunc magis dubitaretur, an vltima dies cepta haberetur, sicut enim in termino plurium annorum vltimus annus inceptus non habetur pro perfecto, ita neque in termino plurium dierum dies inchoactus habetur pro perfecto secundū distinctionē Castr. in l. si cui legetur 51. in fin. princip. ff. de l. 1. Socin. in l. si in annos 48. de cond. & demonstr. Paris. de resignat. lib. 12. p. 2. q. 8. n. 16. & 17.

Nec obstabit, quod Concilium loquatur per dictionem per annum, quæ adiecta implemento temporis significat perfectionem Soccin. in l. non putabam 47. in princip. ff. de condit. & demonstrat. & non potest dici annus completus, nisi constet ex omnibus suis momentis Bald. in cap. cum vigesimum in fin. de offic. delegati. Quia vt dictum est sufficit in fauoralibus ingressus vltimi diei anni, quamuis non completi Canan. in leg. si cui legetur de leg. primo Menoch. de arbitrar. cas. 427. numero 25. Maximè quia sumus in modico spatio quinque horarum, de quibus lex non curat, tanquam de paucissimo momento Bald. in cap. cum in cunctis num. 3. de election. & quamuis Baldus loquatur de punctis horarum non de horis, tamen idem est in modico spatio horarum respectu totius diei, prout est de punctis respectu horæ Tiraquel. de iudic. in rebus exig. ferend. col. 19. ad med. vers. 69. his proximum est, per text. in l. si fundum versic. plane de fund. dotal. Bald. in cap. vltim. col. 2. versic. modo quæro de præscript. Fenut. de moment. tempor. capitulo 33. in fine, cum etiam præcepta sint moraliter intelligenda, & moraliter potest dici perfectum, quod parum distat à perfectione, vt post multos relatos dicit Sanch. de matrimon. lib. 2. disputat. 16. num. 4. quamuis alij dubitent in anno decimosexto, qui debet esse completus, vt professio valeat, itaut punctus horæ debeat respondere puncto natiuitatis Sanc. de matrimon. disputat. 24. lib. 2. num. 24. ad med. cum agatur de maiori præiudicio, & obligatione in professione, quam in matrimon. Abbas in cap. significatum 11. n. 4. de regular.

RESOLVT. CCCXXX.

1 *Ad validitatem professionis præter requisita Clement. 8. num. 1. refertur motus proprius Sixti V. & Gregorij XIV. n. 2. & 3.*

2 *Nouitij professio, omissa plenaria informatione conuentus, est nulla n. 4.*

De requisitis Bullæ Clement. VIII. circa professionem in religione.

SAnctissimus Sixtus Quintus in suo motu proprio edito 6. Decembris anni 1587. post plures qualitates ad ingrediendum religionem requisitas in vers. cæterum, disponere maiores sexdecim annis, non aliter in aliquam religionem ingredi posse, nec debere, nisi prius de eorum parentibus, patria deque ante acta vita, & moribus diligenter inquiratur, & ex accurata informatione, & fide digna relatione compertum, & exploratum sit eos, neque aliquorum criminum, qualia sunt homicidia, furta, latrocinia, vel alia similia, aut grauiora, reos, vel suspectos existere, vt propterea damnati sint, aut ne damnentur, formident, neque ingenti ære alieno supra vires facultatum grauatos, vel reddendis ratiocinijs, ita obnoxios, vel ex huiusmodi causa lis, vel molestia eis iam illata, vel timendum sit ne inferatur: nam si secus sit actum, & de his in generali, aut prouinciali capitulo fides indubitata non sit facta, & consensus generalis, aut Prouincialis non approbauerit, inhabiles redduntur, & 2 ingressus, & professio nulla declarantur iuxta limitationem, quam circa huiusmodi consensum idem Sixtus V. in quodam alio motu proprio declaratorio edito 12. Kalend. Nouembris anni 1588. in versicul. cum verò, & duobus seqq. declarauit. Et Gregorius XIV. in alio proprio motu edito idus Martijs anno 1590. videtur requirere plenariam informationem fieri ante professionem de qualitatibus prædictis, & per constitutionem cuiuscunque religionis approbatas, requisitas, vt saltem superiores capitulum, aut tribus, aut quatuor Religiosis, vbi capitulum non solet celebrari, viris, & examinatis infor- 3 mantibus, & approbatis per eos, qui ad hoc deputati fuerunt ad capitulum, referant; & ab ipsis nouitius ad professionem admittatur.

Et in casu mihi proposito, dixi, professionem cuiusdam nouitij, declarandam fore nullam, ex quo opus erat fieri informationem prædictam pro parte conuentus absque qua approbata à Priori, & Præsidenti, & superiore, & magistris nouitiorum, & studentium non possunt admitti ad professionem, imò si admittantur, erit irrita, & nullius valoris, vt tradit Emmanuel Rodriquez in instructione, quam fecit ad recipiendos nouitios, versiculo lo segundo, idque virtute cuiusdam priuilegij concessi à S. D. N. Clemen. VIII. 10. Septembris, anno 1597. & in sui Pontificatus sexto, cuius tenoré subiungit, ita se habentē pro Monasterio S. Stephani Salmaticensi.

RESOLVT. CCCXXXI.

1 *Filius habens vnum panem potius patri, quam filio suo dare tenetur.*

2 *Filius authoritate superioris ob parentum necessitate non potest exire à Religione.*

3 *Necessitas parentum impedit ingressum Religionis in filio, & ingressus, & professus obligatur ad exeundum, secus si obuenerit necessitas post ingressum.*

4 *Miles deferens castrum sine licentia superioris ob parentum affectionem, emansionis crimine excusatur.*

An professio valeat annullari, si tempore illius parentes indigebant subuentione filiorum?

FVit mihi quæsitum à quodam Doctissimo Iuris consulto, an professio cuiusdam viri nobilis potuisset annullari ex eo, quod tempore professionis eiusdem habebat parentes, qui indigebant eius industria. In quo articulo prima facie dicebam, quod sic; ex quo obligatio alendi parentes est de Iure naturæ, leg. prima, Codice de alendis liberis, adeo, quod si aliquis haberet vnum solum panem, tempore oppressionis magnæ famis, haberetq; patrem, & filios vtrosque ob necessitatem morientes, tenetur 1 potius patri, quam filio succurrere, vt fame prius filius, quam pater pereat. Cyn. Alber. Salycet. & Angel. in l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt. Vnius ad communes opiniones eiusdem tituli. Ioan.

de

de Amicis, conſ. 105. num. 1. & ſeq. Oliuerius in commentarijs ad titulum de gradibus, cognationem quæſt. 58. num. 36. facit gloſ. verbo fideles in cap. 1. diſt. 30. quia filius habet ſuum eſſe à Patre, non Pater à filio; vnde videtur contra obligationem iſtam profeſſionem non valuiſſe. Imo ob neceſſitatem Patris, vel Matris licitè poteſt exire à Monaſterio, dummodo id faciat authoritate ſuperioris D. Thom. 2. 2. q. 101. art. 4. tradunt Nauarr. in Manual. cap. 14. num. 14. & comment. 3. de Regularibus, numero 48. pro declaratione, cap. nullam 18. quæſt. 2. idem conſ. 71. numero 2. & conſ. 72. numero 1. de regular. & conſ. 4. n. 2. de ſtatu Monachorum, nam alias inquietari poteſt à fratribus ſui ordinis, & erit in malo ſtatu; & ſic manendo, & celebrando irregularitatem incurreret, vt optimè reſoluit Nauar. conſ. 22. de regularibus, num. 2. & 3. Et quando parentum neceſſitas profeſſionem præceſſerit, obligat filium ad non intrandum religionem, ingreſſum ad non profitendum, imò & profeſſum ad exeundum. Hipp. de Marſil. ſingul. 149. num. 3. ſecus ſi ſubſequatur, vt ex D. Th. 2. 2. q. 101. ar. 4. tradit Nauar. in cap. 14. in Manuali, & num. 14. qui adducit rationem differentiæ, quod in priori caſu præceſſerit debitum; & debitor ante, & poſt ingreſſum tenetur ſoluere debita præcedentia, cap. commiſſum de ſponſal. Nauar. comment. 1. de regular. facto ſuper cap. cui portio 12. quæſt. 5. num. 8. verſ. quartum, ait, quod filius familias poteſt religionem ingredi, etiam inuito parente, ſub cuius eſt poteſtate, niſi parentes tanta egeſtate laborarent, quod probabiliter non poſſent ſubſtentari eo ingreſſo ſecundo D. Thom. 2. 2. q. fin. ar. 6. tunc enim mortaliter peccaret tex. in c. 1. d. 30. D. Thom. 2. 2. q. 86. art. 3. Felyn. in cap. in præſentia, num. 39. de probationibus. Corduba de Lara in tract. de alimentis ſuper l. ſi quis à liberis §. item reſcripſit, num. 12. Surd. eod. tract. tit. 1. quæſt. 29. num. 12. & exire poſſet ad alendum patrem, vt probatur ex l. qui cum vno, ff. de re milit. in §. fin. vbi emanſionis crimine excuſatur, qui ob parentum affectionem aliquamdiù ſine ſuperioris licentia caſtra deſeruit, vbi Raynet. de Forliuio infert ad filium religioſum, qui affectione parentum religionem deſerit, Nellus in tractat. bannitorum, par. 1. temp. 2. numero 48. in fine. Hypp. ſingul. 149. num. 3. Duen. regula 68. limit. 50. Aſcanius Clementin. in tractat. de patria poteſtate, eff. 17. num. 4. Surdus ſupra tit. 8. num. 2. & 3. dicens, quod quemadmodum, qui alicuius eſt debitor, non poteſt, vt debitum ſoluere prætermittat religionem ingredi capitulo generalis 54. diſtinctione, & Rojas in epitome ſucceſſionum, cap. 31. num. 36. ita nec filius, vt deneget alimenta parenti præſtare, latè Petrus Surdus, tractat. de alimen. tit. 8. priuileg. 68. à numero 2. & ſeqq.

1 afectione
2 ſubſequatur
3 ſponſal.
4 affectionem

RESOLVT. CCCXXXII.

1 *Religioſorum appellatione veniunt Hieroſolymitani, qui gaudent priuilegio Religioſorum, num. 3.*
2 *Sub diſpoſitione odioſa appellatione Religioſi, venit tantum, qui tria illa vota ſubſtantialia emittit.*
4 *Commendatarijs ordinum Militariarum omnia competũt, quæ veris Prælatis conceduntur, excepta alienandi facultate, & locare poſſunt ſeruata forma Extrauag. ambitioſæ, n. 5.*

An diſpoſitio Concilij Tridentini, ſeſs. 25. locum habeat in militibus Sancti Iacobi, & alijs, qui ducunt vxorem.

ET videbatur dicendum, quod ſic, ex quo dicti equites dicuntur religioſi ex Abb. in rubr. nu. 4. de regular. & in cap. quamuis, n. 3. verſ. & notat iſtud verſ. vbi vult de decimis. Rota, deciſ. 591. Ioannes de Luna n. 5. verſ. vbi vult. par. 1. in nouis Romana, niſi vbi adeſſet dictio, quicũque religioſorum veniunt etiam Hieroſolymitani. Abb. in dict. rubr. numero quarto de regularibus, & dicuntur verè, & ſtrictè profeſſi, ex quo profeſſio propriè ſtrictè, & verè eſt ea, quæ verificatur in tribus votis Rota Romana in d. deciſ. 101. num. 8. verſ. accedit etiam, parte prima, ex quo infert Abb. in d. rubr. de regul. num. 2. verſic. ex quo inferri poteſt, quod diſpoſitio odioſa non comprehendit illos, qui non promiſerunt illa tria ſubſtantialia, vnde dicti equites promittunt illa tria ſubſtantialia, & quo ad caſtitatem, & obedientiam dixit Abb. in d. rubr. num. 4. de regula, & Rota Roman. d. deciſ. 591. nu. 5. par. 1. de paupertate nihil dicunt, ſed reperi Sanſouinum de origine equitum lib. 2. c. de equitibus Hieroſolymitanis dicentem. Equites tria illa vota in emiſſione profeſſionis emittere, & proinde poſt emiſſam profeſſionem ſunt verè religioſi, & gaudent priuilegio religioſorum, vt notat Author citatus, & probat Abb. in rubric. de regular. vbi alij canoniſtæ, de Franch. deciſ. 479. & alij innumeri, quos recolimus in coll. deciſ. cap. 216. & in prax. alienat. rerum Eccleſ. deciſ. 76. & alibi Rodriq. tom. 3. quæſt. regul. quæſt. 1. artic. 7. hinc eſt Commendatarijs perpetuis ordinum Militarium (excepta alienandi facultate) omnia competere, quæ veris Prælatis conceduntur cap. his qui de elect. in 6. ſic etiam, quæ conceduntur beneficiarijs, his etiam commendatarijs competere, vt poſt Fulgoſ. conſil. 25. Gemin. conſil. 417. probat Natt. conſ. 514. num. 5. volum. 3. & fuit deciſum per Rot. Romanam, vt teſtatur Mohedan. deciſ. 10. de cauſ. poſſ. & propriet. & ſic poſſunt locare bona ſuarum commendarum ſeruata forma extrauagan. Ambitioſæ, vt poſt Iaſ. conſil. 94. volum. 1. Ruin. conſ. 157. lib. 6. Capyc. deciſ. 3. num. 9. Couar. lib. 2. variar. reſol. cap. 16. num. 3. Dec. Gomeſ. Redoan. Rodriq. & alios probamus in prax. de reb. Eccleſ. non alien. deciſ. 75.

1 nisi
2 ex quo
3 tria
4 rijs perpetuis

RESOLVT. CCCXXXIII.

1 *Non eſt prohibita teſtandi facultas ante, vel poſt Religionis ingreſſum ſine ſolemnitatibus ſeruata forma cap. 16. ſeſs. 25. circa talem renunciationem, & obligationem.*
2 *Nouitius vſque ad profeſſionem ſemper habet poteſtatem reuocandi, & alterandi teſtamentum etiam ſine conſenſu ſuperioris.*
3 *Diſpoſitio Concil. loquitur de renunciat. & obligat. non autem de vltimis voluntatibus.*

An nouitius poſſit teſtamentum concludere non ſeruata forma Concilij ſeſſione 25. Canone 16.

MAxima fuit controuerſia in quadam cauſa Regularium mihi delegata ab eorum Generali, ſi diſpoſitio ſupra dicti text. procederet etiam in teſtamento, cui articul. dicebam, quod quamuis in eo tex. prohibita ſit bonorum renunciatio, & obligatio, niſi ſeruata forma ibidem præſcripta, non tamen eſt prohibendus teſtamentum condere is, qui vult religionem ingredi ante, vel poſt eius ingreſſum ſine ſolemnitate dicti Concilij, vt minus rectè exiſtimauit Spino in Specul. teſtamen. in gloſ. 12. numero 50. nam deciſio Concilij intelligi debet de diſpoſitione facta per renunciationem, aut obligationem aliquam irreuocabiliter inter viuos, non autem facta per teſtamentum, per quod nulla renunciatio, ſeu obligatio inducitur cum ſemper maneat in poteſtate nouitij vſque ad profeſſionem illud reuo-

1 nisi
2 state

care, seu alterare, & aliud de nouo condere etiam sine Prælati licentia, & consensu, nec illud professione reuocabitur, vtpotè factum eo tempore, quo testator liberam habuit testandi facultatem, vt aduersus Roderic. Suarez allegat. 20. n. 29. aduertit eius additionator ibidem in litera M. tradunt expressè Michael. Crass. in §. testamentum q. 34. n. 5. Couar. in c. 2. de testamen. n. 5. Iul. Clar. in §. testamen. q. 28. n. 6. Guttierez lib. can. quæst. cap. 1. n. 25. Molina tract. 2. disp. 139. col. 547. vers. his tamen constitutis,

Ex quibus quidem (saluo meliori iudicio) indistinctè teneo ex decis. dict. Concil. non esse prohibitum testamentum condere, non obseruata solemnitate & forma ibidem præscripta. In qua quidem sententia quamuis Guttier. non sit, ausus persistere in repet. cap. quamuis pactum de pact. in 6. in verb. dum nuptui tradebatur num. 4. pulchrè tamen, & nouissimè ipse defendit in lib. 2. Canon. quæst. cap. 1. ex num. 31. versicul. ius tamen, & Passarellus in Scholijs ex Concil. Barchinonense in 7. de bonis nouitiorum fol. 143. Rodriq. in sum. tom. 2. cap. 7. ex numero 8. optimè Humada in lib. 7. par. 1. glos. 3. ex numero 4. subdens in num. 6. decis. d. Concil. non procedere quando quis condidit testamentum, sed tantum in alijs contractibus, idemque facere Ceballos in pract. quæst. 63. ex num. 5. vers. quæ dispositio in quæst. 121. ex
3 numero 5. Borgnin. Caualcan. in 3. par. decis. 11. num. 123. asserentes d. Conc. loqui de renunciationibus, & obligationibus, & non de testamen. & sic de actu inter viuos, & non de vltimis voluntatibus, & de donationibus factis causa mortis, vt etiam affirmant Rodriq. to. 1. cap. 90. n. 4. Cancer. 2. p. cap. 8. num. 86. & idem tenent Ioan. Gratian. in regu. 456. num. 5. affirmans Concil. non debere extendi vltra casum, de quo loquitur, cum sit decis. correctoria, ex doctrina omnium in authent. quas actiones C. de sacrosancto Eccles. cum in isto casu sit diuersa ratio, cum testamentum possit per ipsum monacum reuocari donatio verò, & renunciatio minimè, & sic in isto casu cessat ratio, quę poterat mouere concilium ne scilicet fiat fraus monasterio, vel ipsi ingresso.

RESOLVT. CCCXXXIV.

1 *Renunciatio aut obligatio etiam iurata, aut intuitu piæ causæ nullum sortitur effectum, nisi dum licentia Episcopi habita per duos menses ante professionem.*
2 *Clausula irritans appositа in decreto, operatur nullitatem ipso iure.*
3 *Ex actu peccante in forma, neque ciuilis, neque naturalis oritur obligatio.*
4 *Actus formam spernens, ipsum actum spernit.*
5 *Dispositio Concilii non vendicat sibi locum in constituto in decimoseptimo anno, circa renunciationem, & obligationem, quæ liberè fieri potest, vel si maioris sit ætatis.*
6 *Dispositio c. nulla quoque intelligi debet prout c. antecedent.*

An Puella nouitia minor 17. annorum in renunciatione bonorum, seu obligatione debeat obseruare formam Concilij Tridentini sess. 25. c. 16.

IN hac materia renunciationis, quæ fieri solet à filijs, & filiabus monasterium ingredientibus Sacrosancta Synodus Tridentina videns multas fieri à monialibus vsque ad illa tempora, quæ inde in controuersiam deducebantur omnibus prouidere cupiens in d. sess. 25. cap. 16. sic disponit, nulla quoque renunciatio, aut
1 obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione, aliter verò facta, etiamsi iurata sit irrita, & nullius effectus. Et cum quadam puella ætatis 23. annor. volens monachari, ante ingressum monasterij, in manibus fratris renunciasset cum iuramento bonis paternis, maternis, & fraternis non seruata forma illius capituli, quæsitum fuit vtrum subsisteret ista renunciatio, & videbatur dicendum istam renunciationem esse nullam, quia erat facta contra formam Concilij in d. c. per ea quæ de forma non seruata latè scribit Osasch. decis. 166. & in puncto voluit Corneus consil. 272. lib. 3. maximè cum d. Concil. contineat clausu-
2 lam decreti irritantis, & proinde sub se includit formam, propterea operatur nullitatem contrarij actus ipso iure si prædicta forma non obseruetur optimè Ceball. quæst. 727. ex n. 12. Guttier. in repet. l. nemo potest de leg. 1. n. 114. pulchrè Bursat. consil. 307. n. 59. optimè Flam. Paris. de resignat. benef. lib. 5. quæst. fin. ex num. 226. Salced. ad Diaz. cap. 73. pag. 234. vers. quod ex dicto per ea quæ tradunt Caball. in misceloq. 467. Rebuff. in concord. tit. de firm. & irreuoc. concord. stabil. §. 1. pag. 758. vers. vltimo notanda, est clausula Roland. consil. 604. ex num. 23. & optimè annotauit Borgnin. decis. 211. num. 72. & decis. 28. num. 36. Menoch. consil. 322. num. 40. Felyn. consil. 31. num. 21. Hoied. de benef. 1. par. c. 10. ex num. 5. Turrett. consil. 47. vol. 1. num. 1. Roland. consil. 723. ex num. 58. quando enim illud, quod agitur peccat in
3 forma ex eo non oritur nec naturalis, nec ciuilis obligatio, vt pulchrè post alios probant Roland. cons. 72. vol. 3. ex num. 56. Surd. decis. 268. ex num. 8. & qui
4 spernit seruare formã dicitur recusare facere actum per tradita a Roland. consil. 33. vol. 3. num. 12. & probat latè Ledesm. in addit. ad 3. par. quæst. 45. art. 5. in 3. dub. ex pag. 178. ex quibus aduertendum censeo Menochium virum doctissimum, veriorem sententiam tenuisse in lib. 2. arbitrar. iud. centur. 5. casu 436.
5 num. 8. locum non esse dictæ constitutioni Concilij quando ingressus religionem esset ætatis decem, & septem annorum, vel maioris, nam is quandocunque voluerit intra annũ probationis libere potest se obligare, & bonis suis renunciare sine licentia Episcopi, vel eius vicarij per rationem, quam ibi adducit.

6 Et dispositio illius capituli nulla quoque debet intelligi secundum capitulum antecedens, prout demonstrant verba illa quoque, & antea in d. cap. post iuxta tradita per Bart. in l. 2. C. de pactis. Aretin. in consil. 157. col. fin. Oldrad. consil. 103. Caualcan. decis. 19. vt in c. 15. statutum fuerat, quod professio non fieret ante 16. annum completum, ergo de illa ætate intelligenda sunt verba sequentis capituli.

RESOLVT. CCCXXXV.

1 *Dispositio c. citati non procedit si renunciatio, vel simi lis actus fieret ratione debiti.*

An dispositio d. capituli habeat locum in solutione debiti.

SAlua correctione Sanctæ matris Ecclesiæ existimo pro interpretatione dicti cap. 16. ipsius decisio-
1 nem non procedere quando nouitius donationem, vel bonorum renunciationem, aut obligationem fecisset, non quidem animo gratuito, & aliquid donandi, sed potius animo soluendi, quod ipse debebat; si namque ipse esset debitor alicuius quantitatis, & fecisset actum solutionis, vel obligationis nudo facto dicendum videtur illum actum reddi nullum à Concilio, per ea, quæ pulchrè aduertit Rodriq. in 2. par. c. 7. num. 4.

RESO-

RESOLVT. CCCXXXVI.

1 *Quomodo inducatur tacita professio, & num. 4.*
2 *Statim post lapsum triduj inducitur tacita professio per distinctum habitum.*
3 *Per veli susceptionem inducitur etiam tacita professio, si suscipiens consideret velo annexum esse votum.*
5 *Monialis dans vocem in capitulo, seu sedens supra chorum habetur pro tacitè professa, sic etiam immiscendo se cæteris actibus inducentibus tacitam professionem ex consuetudine Monasterij.*
6 *Tacita professio inducitur etiam si expressa non fiat.*
7 *An per lapsum anni intelligatur tacitè professus.*
8 *Monasterium habens pro consuetudine quod non expressè profiteatur, ingrediens promittens obedientiam videtur professus.*
9 *Censetur, quis professus si vocatis parentibus solemniter in Ecclesia, habitum suscipiat.*

An per Concilium Tridentinum sit derogata tacita professio, & ex quibus inducatur ista tacita professio.

1 IN casu mihi proposito supponebatur primo adesse consuetudinem, quod professio inducatur ex mutatione habitus, nam alium habitum gestant moniales in principio ingressus alium post, & distinctio habitus consistit in colore. Præsupposita igitur ista consuetudine inducendi hoc modo tacitam professionem ex mutatione habitus non dubium est monialem haberi professam, & ex hoc ortam fuisse tacitam professionem, etiam si alias in monasterio non fieret expressè vocalis professio, ita dicit glos. in Clem. fin. in verbo deinceps de regularibus, vbi quod statim lapso triduo
2 post scienter susceptum habitum distinctum à primo inducitur professio, & glos. ibi in verbo colore ponit exemplum de colore grisio, vel nigro, & hanc dissimilitudinem vestium considerat text. in c. 1. de regularibus, & ibi glos. in verbo dissimilitudine, & probat tex. in c. constitutionem eod. tit. vbi etiam glos. in verbo infra, & text. in c. beneficium iuncta glos. ibi litera F. est etiam text. in c. ad nostram extra de regularibus, & satis optimè Innoc. in c. vidua in verbo quæstionis n. 2. extra de regularibus, vbi Host. in verbo quamuis non sacrum, refert eius verba ad literam, & Io. Andr. etiam ibi, in verbo non sacrum, qui considerat etiam
3 veli susceptionem dummodo monialis sciat illo velo annexum votum, idest quod, quæ recipit velum illud habeatur pro professa, quod, etiam cõsiderat Anton. de Butr. ibi. n. 5. & Abb. num. 7. Secundo principaliter constat de tacita professione: quia sicut in dubio quando habitus non est distinctus semper monialis censetur sumpsisse habitum probationis, ita quando habitus sunt distincti, in dubio censetur sumpsisse habitum professionis, & sic distinguit Ant. de Butr. in
4 dict. cap. vidua in articulo, quando ex susceptione habitus, vel veli in monasterio, inducatur professio, aut est habitus indistinctus, aut est distinctus propterea stante distinctione inter primum habitum, & secundum præsumptio est, quod monialis sumpserit ex causa professionis, attenta distinctione Anton. de Butr. tertio hoc manifestè iudicatur, quia post mutatum habitum per monialem, sicut prius non habebat locum in choro, ita post habet, & sicut prius non habebat vocem in capitulo, ita post habet, imo circumscripta consuetudine mutandi habitus, hoc solum gerere actus, qui ex consuetudine monasterij distinguendo moniales inter se induxerunt tacitam professionem, imo in specie in actibus, de
5 quibus agitur, scilicet dare vocem in capitulo, sedere supra chorum sufficeret pro tacita professione, vt optimè considerat Innoc. in dict. cap. vidua num. 5. vbi Host. Io. Andr. & Ant. de Butr. & Alber. num. 7. & satis optimè Anchar. in cap. 1. de Regular. num. 6. in 6. Imo hoc immiscere se monialem actibus, qui inducunt tacitam professionem ex consuetudine monasterij est tantæ potentiæ, quod & si habitus non sit solemniter, susceptus etiam inducitur tacita professio secundum Ant. de Butr. in d. c. vidua num. 5. Nec
6 dicatur, quod vbi non fit expressa professio non potest induci tacita ex notatis in c. 2. de testa. quoniam ibi non quæritur hoc, sed aliud, scilicet an ingrediens religionem, in qua regula nõ seruatur, cogatur expressè profiteri, in quo articulo licet aliqui teneant, quod non cogitur si vult exire de monasterio, tamen Imola ibi, num. 17. dicit non esse tutum illud, quod ibi dicit Hostiensis, quod ingrediens religionem collapsam non intelligatur tacitè profiteri, per lapsum anni,
7 & in illo c. non benè hoc probari, imo Abb. non putat verum dictum Hostiensis generaliter intellectum, quia ex quo quis generaliter ingreditur religionem assumendo habitum, si portat per annum tacitè profitetur licet ibi non seruetur regula, quia tex. in Clem. fin. de regul. loquitur indistinctè, & ponderat etiam verba illius text. Secundo illud, quod ponderatur ibi à DD. de tacita professione non resultãte per lapsum anni per ingressum monasterij vbi regula non seruatur, procedit quando non sunt habitus distincti, prout est in casu, de quo agitur. Insuper est aduertendum,
8 quod etiam stante consuetudine in aliquo monasterio, quod non fiat expressè professio. Innoc. fuit in opinione, quod si ingrediens promittat obedientiam, hoc sufficit pro professione, vt refert Card. in Clem. eos nu. 5. de regularibus qui dicit opinionem æquiorem, & animæ consultiorem, licet aliam opinionem veriorem putet contra Innoc. Vlterius non est modicæ considerationis susceptio habitus vocatis parentibus in Ecclesia, & solemniter, ex quo etiam si aliàs non esset distinctus inducitur professio, secundum Innoc. & Hostiens. in d. c. vidua.
9

RESOLVT. CCCXXXVII.

1 *Fauore ampliandi, odia restringenda.*
2 *In dubio quis debet admitti ad Religionem, sicut in dubio quis debet admitti ad collegium num. 3. & ad sedile. num. 4.*

An si in receptione nouitij ad professionem adest paritas votorum in dubio debeat admitti ad professionem an verò debeat expectari vox Protectoris, vel Generalis ordinis.

IN hoc articulo cum agatur de actu fauorabili, quod est admittere nouitium ad professionem capitul. ad Apostolicam de regular. & quod ibi communiter notatur cum fauores sint ampliandi, & odia
1 restringenda l. cum quidam ff. de lib. & posth. cap.
2 odia de reg. iur. in 6. propterea in dubio debet admitti quis ad religionem, vt in proprijs terminis tenuerunt Bald. in consil. 83. vol. 2. Tas. in cons. 120. vol. 4. Calciat. in respons. 91. & respons. 725. sicuti in
3 dubio quis debet admitti ad collegium. Anna singular. 627. quemadmodum quando extat paritas votorum in admissione alicuius nobilis ad sedile de
4 Franch. in decis. 2. num. 28. & in decis. 207. nu. 8. post Cagnolum, & Philippum Decium in lege quoties nihil. ff. de reg. iur. & latissimè Menoch. in cons. 227. num. 9. vol. 3.

RESOLVT. CCCXXXVIII.

1 *Quando contractus prohibetur, si fiat est nullus, maximè cum adest clausula irritans.*

2 *Actus*

2 *Actus declaratus nullus à lege, nullam habet vim, etiam si non exprimatur.*
3 *In actu necesse est, quod adsint voluntas, & potestas.*
4 *Actus nullus non trahit secum iuris extinctionem, nec operatur ciuilem effectum.*
5 *Vbi lex alienationi resistit, ex contractu non transfertur dominium.*
6 *Potentius ius operatur nullitas à principio ad impediendum, quam ex post facto ad resoluendum.*

Renunciatio facta à Nouitio non seruata forma Concilij Tridentini sess.24. canon.16. in beneficium fratrum, an monasterium possit illa bona vendicare vna cum fructibus post triginta annos.

ANno 1586. Duo fratres in terra Laboris ingressi quandam Religionem bonorum capacem tempore professionis renunciationem generalem videlicet bonorum fecerunt in beneficium cuiusdam eius fratris secularis absque vlla licentia Ordinarij contra dispositionem Concilij Tridentini sess.25. de regularibus cap.16. vt ex ijsdem renunciationibus colligitur, demum mortuo confratre seculari, transactis triginta tribus annis à renunciatione præfata, quæritur an religio possit bona præd. renunciata cum fructibus repetere, ac dicti fratris sæcularis creditores excludere, & respondi affirmatiuè, ex quo dicta renunciatio fuit nulla, & inualida ab initio tanquam facta contra dictum Concilium, & ipsius formam, nam quando
1 contractus, seu alienatio prohibetur, si fiat est nullus leg. non dubium C. de legibus l. cum lex. ff. de fideiuss. Hieronymus Gratus respons. 109. num. 12. vol. 2. & respons. 112. num. 19. lib. 1. quia prohibitio totum prohibet, l. si mulier in princip. ff. de eo quod metus causa glos. in l. hoc genus ff. de condit. & demonstr. l. si quis ita stipulatus ff. de verborum obligat. Rebuff. respons. 32. vers. 1. maximè vbi est clausula irritans vt in dicto Concilij decreto, nam in contrarium factum est nihil glos. singularis in Clement. 1. verbo pro infectis de immunitate ecclesiarum, legiste in l. omnium ff. de testamentis, & in l. omnes Populi ff. de iustit. & iur. Abbas, & alij in cap. cæterum de rescriptis Rebuff. plures allegans respons. 36. vers. secundo probo Abbas in capit. quæ in Ecclesiarum num. 3. de constitutionibus Anton. Gabriel. lib. 6. conclusionum titul. de clausulis concluf. 3. artic. 57. allegans. capitul. penult. de præbendis lib. 6. Rebuff. in praxi par. 1. titul. forma, & declaratio nouæ prouisionis verbo nos enim, & Gomesius in Regula de annali q. 4. versic. nam decretum.

2 Imo actus declaratus nullus à lege, ac propterea per legem rescissus, robur, ac vim non habet, etiam si de illius nullitate non exprimatur leg. 2. C. quando prouocare non est necesse l. si expressum ff. de appellationibus cap. licet canon. de electione in sexto. Ioannes Igneus in auth. ex causa num. 117. C. de lib. præteritis Paul. Cast. in l. codicillis. §. instituto num. 3. ff. de legat. 2. Iacob. Puteus lib. 1. decis. 338. numero 8.

Et ita est ipso iure nulla dicta renunciatio, quia forma Concilij non fuit obseruata tempore, quo fuit facta, nam actus, qui præter formam à lege præstitutam fit, non obtinet vim, ac robur cap. cui de non facerdotali de præbendis lib. 6. cap. quia propter de electione l. obseruare, & l. nominationum Codic. de Decurion. libr. 10. l. fin. Codic. de prædijs Decurion. sine decreto non alien. eod. lib. Igneus vbi proxime n. 52. & in l. necessarios nu. 166. ff. ad Senatus consult. Syllanian. Staphilæus de gratijs, & expectatiuis in princip. §. quia omnis num. 22. Marchus Mantua singul. 178. num. 1 Gregor. Lopez in l. 28. titul. 11. part. 5. glos. 7. Cephal. cons. 24. n. 59. Roland. à Valle cons. 72. num. 53. lib. 3.

Facit vlterius, nam repugnante iuris dispositione, (quomodo est dicta dispositio Concilij) actus renunciationis prædictæ ipso iure nullus d. l. non dubium C. de legibus c. in nomine Domini, vbi Felyn. de testibus Cassad. cons. 29. num. 33. & seq. Gregor. Lopez vbi proxime Matthiensо in l. 1. tit. 2. lib. 2. recopilat. glos. 7. num. 1. & in terminis alienationis ex l. si non sortem §. primo cum similibus ff. de condict. indeb. tradit Cephal. cons. 51. num. 1.

3 Cuius est ratio, quia in omni actu oportet, & necessarium est, quod adsint voluntas, & potestas, c. cum super offic. deleg. l. nemo potest ff. de leg. 1. Dec. in l. quanquam C. de testamen. militis, & adnotauit ex Boer. & Bald. in l. 1. num. 55. Codic. de Sacros. Eccles. Couarr. lib. 3. variarum c. 6. n. 9. dicens quod ad nihil agendum prodest voluntas, si desit potestas, & nihil agi ex potestate si voluntas desit, & talis potestas debet esse iuris, & facti, nam altero deficiente actus est nullus c. scisitatus de rescriptis additio 1. ad Rotam decis. 5. de offic. deleg. in nouis Ioannes Monachus in cap. actus de reg. iur. in sexto Alexandr. cons. 52. n. 30. lib. 4. Rebuff. respons. 68. vers. præmittendum.

Et cum in nostro casu defuerit iuris potestas, clarum est dictam renunciationem fuisse nullam, nec renunciätem a se abdicasse dicta bona nec suum extinxisse ius, & omnia inde sequuta fuisse nulla, quia actus
4 nullus nũquam trahit secum extinctionem iuris, quod faciens habebat. Flamin. Paris. lib. 1. de resignat. benefic. quæst. 3. n. 117. nec operatur ciuilem effectum l. si quis filio §. quid si quis ff. de iniusto, rupto, irritoque facto testamento. Bald. in l. sub prætextu instrumenti n. 3. C. de transactionibus, & quia vbi actus est nullus, ita ea quæ ab eo dependent. l. fin. ff. de constituta pecunia Bart. in d. l. non dubium n. 26. C. de legibus Menoch. de recuper. possess. remed. 15. n. 449. Azeuedo in l. 1. titul. 2. lib. 4. recopil. num. 26. in fine.

Ideo in dictum fratrem non fuit translatum, nec potuit transferri dominium, nec possessio dictorum
5 bonorum quia vbi lex alienationi resistit, ex contractu dominium non transfertur l. quemadmodum C. de agricolis, & censitis l. 11. Rebuff. 2. tom. commentar. ad leges Gallicas tit. de rescissione contractuum in præfatione n. 37. & quia vbi contractus est nullus, nunquam transfertur possessio, quæ ex tali contractu consueuit trãsferri l. si quis autem versicul. si quidem ff. de acquirend. possess. Bald. in allegat. l. non dubium num. 18. vers. similiter C. de legibus allegans. l. si aliquam rem eod. titul. de acquirend. possess. vbi Ioan. de Imola Cyn. l. ad probationem num. 6. & 7. Cod. de locat. Salycet. in leg. qui rem eod. titul. Alex. cons. 69. num. 14. & cons. 81. num. 6. Messia ad l. Toleti part. 2. fundam. 5. nu. 11. Palat. Rubeos in repet. rubr. de donationibus inter virum, & vxorem §. 76. num. 6.
6 vers. item si possessio, dicens quod hoc multo fortius procedit quando causa fuit à principio nulla, quia potentius ius operatur nullitas à principio, ad impediendum, quam ex post facto ad resoluendum argumen. l. vnicæ C. de vsucap. transform. l. patre furioso ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris l. si filius, qui in potestate ff. de liberis & posthumis iuncta l. posthumus in princ. ff. de iniuncto rupto, &c.

PRAXIS PVBLICATIONIS Resignationum beneficiorum.

RESOLVT. CCCXXXIX.

1 *Constitutio Pij V. de publicandis resignationibus requirit publicationem, vel aliquod æquipollens.*
2 *Aliud est gerere se pro possessore, aliud est capere possessionem realem.*

Resi-

Resignatio facta contra formam bullæ de publicandis resignationibus an substineatur.

IN hac quæstione consultus respondi cum decis. Rotæ in vna Calaguritana 29. Nouembris 1577. coram de Grassis, cuius tenor est.

Constitutio Pij V. dat certam formam cum decreto irritanti, forma est in beneficijs existentibus in Cathedrali, quod debeant publicari eorum resignationes in eadem Cathedrali dum ibi solemnia celebrantur.

Quod, quia factum non fuit in casu, de quo agitur opponitur intrare dictam constitutionem contra Ioannem, e contrario respondetur sufficere pro probatione captam fuisse possessionem ex decision. Cassad. 26. super Reg. resign. Sarn. de pub'. quæst. 11. aliqui DD. replicabant, quod ea omnia procedunt secundum terminos antiquæ regulæ hodie autem habemus dict. constitutionem magis aperta n., quæ vult hæc duo copulatiuè concurrere debere, vt ipsa constitutio dicatur adimpleta cum clausula, & non aliàs &c. quod capiatur, vel saltem petatur possessio, & quod fiat publicatio in Cathedrali, dum inibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit publicè, alta, & intelligibili voce, & aliter factas publicationes vult esse nullius momenti, quo casu videtur intrare simile Bald. in l. si pater num. 18. C. de inst. & substit. Dec. in l. in iure ciuili num. 2. de reg. iur. quia licet quando non stat per adimplere debentem conditionem ea habeatur pro impleta, tamen hoc fallit, quando testator voluit, quod verè adimpleatur propterea etiam secundum regulam, antiquam non sufficiebat captam esse possessionem pro effectu, & æquipollenti publicationi, saltem continuatio possessionis per mensem, vt per Sarnen. dict. quæst. 11. in addit. 16. & tenendo opinionem Rot. quod continuatio possessionis saltem per mensem, vel duo menses æquipolleat publicationi Cassad. dict. decis. 26. Put. decis. 313. libro 1. coram Mohed. Achill. decis. 1. sup. reg. de publ. alias 7. super reg. quod casu Rota sequitur consilium Gemin. 75. num. 3. & 4. quod requiratur publicatio populosa, & coram multitudine, sed reprobat in eo, quod non vult sufficere pro publicatione continuationes possessionis saltem per vnum, vel per duos menses, vt dicunt Put. & Sarn. præallegat. qui volunt dictam formam publicationis impleri per æquipollens continuationis possessionis, vt supra, hic autem non probatur aliqua continuatio infra mensem, quia non est dubium, quod si post mensem esset facta publicatio nihil operaretur, & propterea etiam secundum regulam antiquam oportebat probari illas diligentias intra tempus datum ad publicandum Cassad. dict. decis. 26. in fin. est enim regula vulgaris, quod permissa ad tempus censentur post tempus prohibita Cassad. dict. decis. 26. sup. reg. in fin. verb. cum autem infra mensem hic non probetur continuatio possessionis, vel aliquid æquipollens publicationi requisitæ in dict. constitutione Pij V. cessant ea omnia, ex quibus deducitur publicatio per Ioan. quia, non fuerant infra terminum requisitum à dicta constitutione, & ex hoc capite DD. concorditer resoluerunt hanc constitutionem obstare Ioanni in casu proposito, quia non docuit de solemni publicatione
1 nec de alio æquipollente infra mensem iuxta d. constitutionis formam; Aliqui etiam Domini maximam habebant difficultatem in hoc casu stantibus verbis constitutionis annullantis aliter factas resignationes, & per clausulas valde vrgentes, & prægnantes sub infrascriptis modo, & forma non aliter publicari, & resignationes, & cessiones aliter quam vt præfertur publicatæ, & cæt. cum clausula sublata eis &c. & cum clausula irritanti, an possit adimpleri prædicta forma per æquipollens ex traditis in simili à Socin. in consil. 257. l. 2. & Bald. dicebant enim videri constare de mente Papæ, quod ista forma sit præcisè, non autem per æquipollens adimplenda, quia videntur tolli ea, quæ alias fuerunt iudicata æquipollentia, item quia est noua prouisio Papæ vltra quod nullum est æquipollens quoad populum, cui debet fieri hæc publicatio, vt per Achill. dict. decision. 1. aliàs 7. in fine, & per ea quæ dicit Brun. de form. fol. 75. col. 2. vers. ad idem facit, quia vt liti, nam vt ipse ait, de facili potest cadere difficultas super ista æquipollentia, de qua tamen difficultate, quia alij Domini contrarium sentiebant, & materia dictæ constitutionis visa est satis dura, fuit dictum, quod postea poterit agi ad partem, quia causa est exemplaris, & digna consideratione, si tamen occurreret, quod Ioannes ostendat talia per se esse gesta infra mensem, quæ æquipolleant dictæ publicationi, vt dixi.

Decisio allegata coram Reu. Patre D. Aldrobrandino fuit dictum, quod non facit ad propositum.

Decisum fuit die Merc. 11. Dec. 1577. coram Reu. patre D. in vna Hispalensi Archidiaconatus de Regina contra Decisiones Farin. Gratian. quod is Garzias resignatarius deberet probare se satisfeciisse Bullæ prædictæ, & omnibus eiusdem qualitatibus ad Felyn. in cap. auditis n. 35. de præscript. in cap. 1. eodem tit. in 6. & quod vigore dict. resignationis non ceperit possessionem Bertrand. consil. 298. num. 6. in princ. &
2 subiungit, quod aliud est gerere se pro possessore, aliud realem capere possessionem cum facilius innotescat si quis realem possessionem acciperet, quam si se pro possessore gerat, sed nil allegat, præter Cassad. dict. decis. 26. super reg. & dict. decis. coram D. de Grassis.

Sed hodie extat nouissima constitutio Gregorij 13. fel. rec. quam omnino videas.

RESOLVT. CCCXL.

1 *Ex occultis resignationibus proueniunt multa inconuenientia.*

2 *Constitutio Pij Quinti non solum intelligitur de resignationibus ad fauorem, sed de quibuslibet etiam simplicibus resignationibus.*

3 *Vna ex pluribus rationibus cessante, non cessat dispositio.*

4 *Resignationes beneficiorum factæ in manibus ordinarij publicari debent.*

Constitutio Pij V. de publicanda resignatione beneficiorum, an in resignationibus in manibus ordinarij factis habeat locum.

IN hac quæst. respondi cum decisione Rotæ in vna Sabinensi beneficiorum, coram Gypsio, eius tenor est.

In vna Sabinẽsi beneficiorum, quæ coram me pendebat dubitatum fuit, an constitutio fel. record. Pij V. de publ. locum haberet in resignationibus beneficiorum in manibus ordinarij factis, & habere locum in, quacunque resignatione, Domini resoluerunt quod sic etiam si de beneficijs simpliciter resignatis nemini prouisum fuerit, quemadmodũ in hac specie euenit.

Moti fuerunt tum ex verbis generalibus illius constitutionis 15. quod quæcunque beneficiorum, quæ verba restringenda non sunt, ad c. solitæ vers. quodcunque, vbi gl. & Abb. de maior. & ob. Rom. consil. 30. num. 12. tum etiam ex ipsius constitutionis ratione ad obuiandum fraudibus emanata, ac tollendum
1 inconuenientia, quæ ex occultis resignationibus in dies oriebantur, vt Summus Pontifex in illius proe-

mio

mio testatur, siquidem haud negari potest oriri fraudis suspicionem, & omnes alias ferè constitutionis rationes concurrere, quamuis resignatio in manibus ordinarij fiat, quinimo resignatio eo magis occulta censetur, vbi de beneficio alicui prouisum non fuerit, vt benè informantes pro Decio considerant, idcirco prædicta constitutio vti fauorabilis casum nostrum comprehendere debet, per ea quæ tradunt Aret. consil. 2. sub numer. 14. vers. aliquando lex Soc. consil. 77. num. 14. & 30. num. 13. versic. non obstat septimum argum. lib. 1. Aym. in quæst. super stat. Ferrar. de indemn. mulier. n. 9. sed esto, quod tota ratio fraudis sit in istis resignationibus, cum in alijs ad fauorem certæ personæ factis militare non videatur, attamen dict. constitutio cessare non debet, quia, vt dictum
2 est, de omnibus resignationibus simpliciter loquitur, pluribus rationibus ipsa nititur præsertim, vt ad quos pertinet notitiam peruenire valeant, & facilè intelligere possint, quis verè beneficiorum rector sit, à quo Sacramenta accipere, & cui fructus soluere de-
3 beant, quo circa vna ex pluribus rationibus cessantibus dispositio non cessat §. affinitatis instit. de nupt. Tiraq. de caus. cess. eff. lim. 22. num. 1. & 2.

Nec dicatur constitutionem locum dumtaxat sibi assumere, quando alteri facta prouisio extitit, quasi quod vbi nemo prouisus est, casus sit omissus, propterea in iuris communis dispositione remaneat vulg. l. commodissimè de liber. & posthum. quoniam ex eo cessat obiectum, quod constitutio mandat resignationes per resignantes, vel resignatarios, aut alios eorum nomine publicari, quo fit vt resignatarij prædicti publicationi incumbere debeant, quando quidem Summus Pontifex de beneficio alteri resignato ratione frequentioris contingentiæ loquutus fuit ad dict. l. nam de ea deleg. & absque dubio transit, quod idem statuisset si super hac facti specie interrogatus fuisset, ideo pro expresso haberi debet l. Titius de lib. & posthum. cum alijs congestis per Paris. consil. 5. num. 135. lib. 2.

Præterea constitutio factum resignationis, & actum ipsius beneficij dimissionis non collationem respexit, quia disponit, quod resignationes publi-
4 centur. His accedat, quod via fraudibus aperta extaret, si resignationes in manibus ordinarij factæ publicatione non indigerent, si quidem prouisiones Apostolicæ, & deuolutiones facilè eliderentur, quia si resignans in mense ordinarij decederet vti de beneficio non resignato disponeret si verò in mense Apostolico obiret dict. ordinarius tanquam de beneficio in manibus suis libere resignato prouideret, idem euenire etiam posset si per delictum resignans priuandus veniret. Nam ordinarius ostendendo resignationem ante perpetratum delictum iudicis sententiam, ac priuationem ipsam nullius momenti reddere posset.

RESOLVT. CCCXLI.

1 *Infirmus resignans beneficium, si infra dies viginti moritur, dictum beneficium per obitum vacare dicitur, & non per resignationem.*

2 *Non procedit dicta regula in permutatione æquali beneficiorum, sed solum quando sit in fraudem permutatio.*

3 *Permutatio præsumitur facta in fraudem. Primo quando est facta à grauiter infirmo. Secundo quando beneficium datum est pinguius. Tertio cum permutatio est facta cum sanguine coniuncto, vel amico, sed duæ priores conditiones sufficiunt ad dictam fraudis, præsumptionem.*

Regula de infirmis resignantibus an habeat locum in permutatione beneficiorum æqualium.

BEneficiorum permutatio ab eo facta, qui sit in mortis articulo, seu graui oppressus morbo an valeat, affirmarunt aliqui, negarunt alij, cæterum standum esse coniecturis comuniter asseuerarunt, quare si versemur circa beneficia paria, quorum alterum altero, nec pinguius sit, sit nec tenuius, licet attenta verborum cortice Regulæ Cancellariæ de infirmis resignantibus infra viginti dies videatur
1 permutatio nullius vigoris, quia decernit, quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium, siue simpliciter, siue ex causa permutationis, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficium conferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit, ipsumque beneficium per obitum vacare censeatur, de qua regula etiam Felyn. meminit in c. quia verisimile n. 3. vers. & de ista renunciatione de præsumpt. attamen contrarium verius est, vt nimirum permutatio de paribus beneficijs non vitietur, nec regula illa negotium faceſſat, cum intelli-
2 gatur regula de permutatione fraudem redolente iux. terminos cap. 2. de renunciat. in 6. è cuius canonis visceribus excisa est, atque desumpta illa Cancellariæ, quæ quidem fraus, aut fraudis suspicio cessat, vbi beneficia sunt paria, nec enim hoc pacto, aut ordinarij, aut alius quispiam ius habens in beneficio proximè vacaturo, dici potest ex fraude aliquam iniuriam pati, cum æque bonum beneficium si moriatur resignans sit vacaturum latissimè Gomesius ad regulas Cancellariæ in regula de infirmis resignantibus q. 19. plures adducit Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 78. num. 10. quo in loco animaduertendum est, quod beneficia, licet sint imparia quoad substantiam, si tamen exæquari possint attētis adiunctis qualitatibus sufficit vt paria dicantur, nec subiaceant dispositioni regulæ d. Menoch. loco cit. num. 15. vers. declaratur primo, qualitates autem exequentes vide tum ibi apud d. Menoch. tum apud Rebuff. ac Philippum Probum ibi allegatos, quod si beneficia sint imparia, pinguius beneficium non potest aliquo pacto ab eo, qui sit in mortis articulo commutari cum magis tenui fraudem expectantis cap. 2. de renunciat. in 6. Gomes. cit. loco, & dd. omnes inferius allegandi.

Verum hoc loco illa sese nobis hac in re offert difficultas, quando dicatur facta cōmutatio in fraudem,
3 & Menoch. d. lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 78. postquam de præsumptionibus n. 9. & 10. tria requirit copulatiuè, & quod permutatio sit facta à grauiter infirmo, & quod beneficium datum sit pinguius accepto, & tertio, quod commutatio sit facta cum sanguine coniuncto, vel valde amico, vide etiam ad hoc Mascard. de probat. concl. 178. Beneficij permutationem num. 4.

Ego verò existimo priores duas sufficere, tum quia de tertia coniectura ne vestigium quidem in c. 2. de renunciat. in 6. vnde omnia tandem ab interpretibus in hac facti specie desumuntur, & Felyn. qui & hoc ipse tangit in c. quia verisimile n. 3. de præsum. hoc non requirit tanquam substantiale quoddam ad fraudis suspicionem inducendam, sed dicit tantum, quod permutatio facta inter senem, & nepotem, vel alium consanguineum præsumitur fraudulenta, & Gomes. ad regulam de infirmis resignant. q. 19. vtitur dictione, præsertim, in hæc verba, vbi tamen sit ab infirmo præsertim cum amico, vel consanguineo, nemini est dubium fraudulentam præsumi permutationem. Nec etiam huius tertij requisiti meminit Anchar. cons. 430. fuisse

expediens

expediens videre n.3. vers. quinimo ad commodum proprium, & idem Anch. meminit huius requisiti vtitur verbo, maximè, cæterum apertè vult sufficere duo priora requisita in cons.385. licet pridie in causa n.6. his verbis, item non est verisimile, quod si fuisset sanus permutallet suam præbendam pinguem cum beneficio tenui, ex quo solo præsumitur fraus, maximè, quia cum persona domestica, & in domo sua, Nec pluribus quam prioribus binis requisitis nititur in eadem facti specie Oldrad. consil.324. factum tale est D. noster Papa Clemens quintus n.6. vers. quinto renunciatio, & n.7. vers. colligitur etiam.

Nisi explicemus illa verba tria copulatiuè requiri, ideſt semper tria copulatiuè concurrere, infirmitatem scilicet commutantis pinguius beneficium, quod abdicetur ab infirmo commutante, & consanguinitatem, seu maximam necessitudinem inter commutantes, verum duo priora requisita sunt probanda, quibus probatis hoc tertium venit in consequentiam, nec est probandum, siquidem hostibus, aut ijs, quos nunquam nouimus vix aquam commodandam arbitramur.

PRAXIS QVARTÆ EPISCOPALIS, & Parochialis.

RESOLVT. CCCXLII.

1 *Quid sit quarta Episcopalis, & à quibus debeatur, & cui Ecclesiæ.*
2 *Quomodo intelligatur, quod quarta debet peti à legatarijs.*
3 *Duo requiruntur, vt debeatur Episcopo quarta.*
4 *Non solum de legatis, sed etiam de omnibus mortuarijs, seu funerarijs debetur quarta Episcopo.*
5 *In concursu quartæ Episcopalis, & parochialis prius deducenda est Episcopalis quia dignior est.*
6 *Quarta huiusmodi taxatur iuxta consuetudinem loci.*
7 *Si consuetudo non appareat attenditur consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ, & si hæc non appareat vicinarum ciuitatum attenditur.*
8 *Appellatione locorum piorum, quæ veniant.*

Quid sit quarta Episcopalis, & quæ requirantur, vt debeatur.

1 QVarta Episcopalis est, quæ debetur Episcopo relictis factis per testatorem locis pijs, pro anima, & debetur non ab hæredibus testatoris, sed ab Ecclesijs sibi subiectis, quibus talia legata fiunt glos. in c. officij c. requisita & cap. vltimo de testamen. Bald. in l. si quis ad declinandam §. in omnibus C. de Episc. & cler. Zabar. & alij quos probant Tusch. in verbo. quarta, conclusione 21. Megal. tom. 2. instit. confes. c. 14. num. 2. & seqq. Azor. cap. 12. q. 2. instit. moral. eique debetur tanquam patri spirituali, & propter onus Episcopale, quod sibi incumbit, etiam si hoc non exprimatur in testamento, quia ex dispositione iuris hanc quartam consequitur, nec potest testator prohibere, quod Episcopus illam habeat.

Quod autem diximus petendam esse huiusmodi
2 quartam à legatarijs intelligitur quoties legatum esset solutum. At si solutum non esset iam peteretur ab hæredibus, vel executoribus testamenti ita Hostiens. & Ioan. Andr. in c. de his, de sepult. Bald. in dict. §. in omnibus colum. prima vers. iuxta hoc quæritur Petr. de Perusio, & alij plures, quos probat Megal. loco cit. Tusch. in verbo quarta concluſ. 21. & 24. quia tunc posset Episcopus impedire vt legatarijs, integrè legatum non soluatur, sed quarta pars, soluatur Episcopo.

3 Duo igitur requiruntur vt debeatur Episcopo huiusmodi quarta. Primo vt relictum sit locis Ecclesiasticis, aut pijs subiectis Episcopo, & secundo quoties non adesset exceptio, seu priuilegium non soluendi, vt docent communiter. DD. per illum text. in cap. requisisti de testamen. Innoc. Bal. Ioan. And. Feder. de Sen. Cardinal. Lapus. Petr. de Vbald. & alij quos probant Megal. dict. cap. decimo quarto, num. 8. & seqq. Tusch. dict. conclusione 21. per totam Azor. cap. 12. instit. moral. & cap. 13. & successiuè recensitis casibus in quibus quarta non debetur remanebit clara probatio, ex quibusnam relictis debeatur.

Debetur quarta Episcopalis non solum de legatis
4 factis Ecclesijs parochialibus sibi subiectis, sed etiam de omnibus mortuarijs seu funeralibus cap. de quarta de præscript. Feder. de Sen. cons. 6. Tusch. dict. concl. 21. num. 9. cum alijs cumulatis per Megal. dict. capitulo decimo quarto, num. sexto, & seqq. vt reticeam alios, quia Episcopus quartam habet etiam de his, quę occasione mortuorum perueniunt Ecclesijs sibi subiectis, vt locis citatis habetur.

Hoc est adeo verum, vt prius in concursu quartæ
5 Episcopalis, & parochialis deducenda sit quarta Episcopalis, quia dignior est, & antiquor parochiali. Et si casu primo deducta fuerit parochialis tunc Episcopus ex illa etiam deducit quartam suam ratione citata. Ita post Hostiens. Ioan. Andr. & alios plures notat Megal. dict. capitulo decimo quarto, numer. decimo tertio, non iam vt Episcopus non possit quartam deducere, ex toto legato, vt prætendit Hostiens. sed vt deducat quartam ex quarta parochiali, & residuum totius quartæ deducat ex toto legato relicto Ecclesiæ sibi subiectæ latè Tusch. dict. conclusione vigesima prima, num. 17. & seqq.

6 Taxatur autem huiusmodi quarta iuxta consuetudinem loci, nam alicubi est dimidia, alicubi tertia, alibi verò est quarta pars, talium relictorum, vel funeralium cap. certificari de sepulturis, & successiue laudabilis consuetudo seruanda est, vt omnes docent, & est notum ex terminis.

7 Si vero talis consuetudo ibi non adesset tunc attenditur consuetudo Ecclesiæ Metropolitanæ, & si hæc non appareat seruanda est consuetudo vicinarum Ecclesiarum, quæ si varia fuerit, attenditur ius commune, vt quarta pars relicti soluatur, nam idcirco vocatur quarta, vt ex text. in c. in nostra de sepult. probant Innocen. in cap. requisisti de testamen. Archid. & alij quos sequitur Azor. dict. capit. decimo secundo, quæstione secunda, Bald. consil. 270. lib. 4. Tusch. in verbo quarta funerum concluſ. 22. num. 10.

8 Appellatione locorum piorum non solum veniunt Ecclesiæ, & monasteria, sed etiam Oratoria, Hospitalia, Montes pietatis, & similia loca, in quibus exercentur opera pietatis, & successiuè si subiecta sint Episcopo, & opus non sit priuilegiatum, vt ex illo relicto quarta non debeatur, vtique citra dubium, quarta soluenda est, vt post Specul. & Petr. de Vbald. notat Megal. dict. capitulo decimo quarto numero trigesimo primo, & trigesimo secundo, nouissimè non desinas videre solertissimum D. Nouarium de elect. fori quæstione vigesima quinta, sect. 1. vbi latè multa adducit, vt in facto poteris videre.

RESOLVT. CCCXLIII.

1 *Quid sit quarta parochialis.*
2 *Ecclesia æquiparatur filio in hac quarta percipienda.*
3 *Et etiam si alibi eligatur sepultura debetur hæc quarta.*
4 *Quibus, & quando debeatur hæc quarta parochialis, numero 5.*
6 *Decisio Rotæ super priuilegijs clericorum regularium, & aliorum religiosorum de hac quarta.*
7 *Verba Concilij statuentis de præstatione huiusmodi quartæ parochialis.*

Quid

Quid sit quarta Parochialis, & quæ requirantur vt debeatur.

1 QVarta Parochialis est quæ debetur Ecclesiæ parochiali de omnibus pro funere, & sepultura ab illis, qui extra parochiam sepelliuntur, vt habetur in iuribus citatis, quod variis rationibus fuit introductum, vt post Bald. cons. 236. lib. 2. Feder. de Sen. Bart. & alios probat Tusch. in verb. quarta funerum concl. 23. nempe ad exemplum legitimæ, quæ debeatur filijs
2 in bonis parentum, quia Ecclesia æquiparatur filio; Secundo ad exemplum legitimæ debitæ parentibus in bonis liberorum, quia Ecclesia æquiparatur matri, & successiuè dum filij alibi eligunt sepulturam hæc quarta debetur Ecclesiæ parochiali; Tertio ratione onerum quę parochialis Eccle. sustinet in administratione sacram. & filij seu parochiani dicuntur illi quo-
3 dammodo iniuriam facere eligendo sibi alibi sepulturam, & ad compensationem iniuriæ, & oneris soluitur illi hæc quarta, & sic de alijs rationibus, quæ dicta concl. 22. videri possunt.

4 Vt autem sciatur in quibus casibus hæc quarta debeatur prius recensendi sunt casus, in quibus cessat, permixtim agetur etiam quando esset quarta Episcopalis, prout agitur in quinta, & sexta responsionibus, & referemus aliqua dubia resoluta per Rotam Romanam in anno 1586. die quinto Martij contra Episcopum Syracusanum, vt per Seraphin. decision. 726. quam decisionem ad verbum refert Quaranta in compend. Bullarum in verb. quaranta Episcopalis, & varij Auctores referuntur, sed per ordinem casus prædictos explicabimus, prout in dictis responsionibus continentur.

5 Primo igitur non debetur quarta parochialis quoties ex priuilegio essent exemptæ aliquæ Ecclesiæ. Ratio est euidens, quia priuilegium facit illas immunes, vt in cap. in nostra de sepulturis Clement. dudum eod. titul. cum alijs cumulatis per Megal. dicto libro secundo, capitulo decimo tertio, numero decimoprimo, per Azor. dicto capitulo decimo tertio, & 12. quod priuilegium habent clerici regulares, & plures aliæ Religiones, & notanda est infrascripta
6 decisio quæ fuit facta in anno 1618. numero tertio.

R. P. D. Decano Licensi quartæ funeralium Lunæ 15. Ianuarij 1618.

Domini censuerunt monasterium clericorum regularium non teneri ad solutionem quartæ funeralium Reuerendissimo Episcopo, nam, & si de iure communi ista quarta spectet ad Episcopum, vel parochum clem. dudum de sepult. c. 1. & 4. cum alijs eod. tit. cap. cum quis pariter eod. tit. in 6. attamen secus est quando monasterium eximitur à dicta solutione ad tex. in c. priuilegia dist. 3. cap. in nostra de sepult. in casu autem, de quo agitur ne dum prædictum monasterium, sed etiam tota Religio est exempta à dicta solutione quartæ funeralium cum Paulus IV. & Gregorius XIII. dictis clericis regularibus communicauerint omnia priuilegia aliis regularibus concessa quæ censentur etiam communicata priuilegia eximentia à dicta solutione quartæ, inter quæ adest priuilegium Iulii II. concessum minimis de anno 1506. & aliud eiusdem Pontificis concessum minoribus de Obseruantia anno 1511. sui Pontificatus 8. & aliud Pauli III. concessum minoribus anno 1544. & postremo aliud Pauli IV. concessum ordini Prædicatorum anno 1556. quæ per extensum refert Archangelus Caracia de quarta funeralium cap. 1.

Neque obstat Concilium Tridentinum sess. 25. c. 13. de reformat. quia cum istud monasterium sit fundatum post publicationem Concilii, & quatenus esset fundatum ante, cum non esset solitum soluere dictam quartam Concilium ei non obstat, vt declarauit Sanctissimus Pontifex Pius Quintus in sua constitutione de anno 1567. quam refert Archangelus Caracia loco citato Guttier. de iuramento confirmatorio 2. par. capitulo quarto, numero tertio, Emanuel Rodriq. in quæst. regular. tom. 1. quæstione 41. articulo secundo, & ita etiam resoluit Congregatio Illustrissimorum Interpretum refert Rodriq. loco prædicto.

Quod autem hoc monasterium fuerit fundatum post confirmationem Concilii ex eo probatur, quia Concilium fuit confirmatum die 27. Ianuarii 1564. religio autem clericorum regularium fuit confirmata à Clemente VII. 13. Septembris 1524. vnde per necesse inferendum est, quod hoc monasterium sit fundatum intra quadraginta annos, de quibus loquitur Concilium, & quatenus esset fundatum extra dictos quadraginta annos non probatur, quod esset solitum soluere quartam funeralium.

Neque est verum, quod prædicta Constitutio Pij V. fuerit reuocata per Gregorium XIII. vt in eius Bulla, quam refert Nauarr. in Manual. capitulo vigesimo septimo, in fin. quia cum dicta Bulla Pij V. plura contineret per Gregorium reducta fuit ad terminos Concilij, vt censuit Congregatio Illustrissimorum interpretum, vt refert Caracia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert ipsam declarare omnia, & bene aduertit Guttier. loco citato, & ita fuit resolutum vna parte tantum informante.

7 Verba autem Concilij de quibus fit mentio in dict. decision. sunt huiusmodi: decernit Sancta Synodus quibuscunque in locis iam ante annos quadraginta quarta, quæ funeralium, dicitur Cathedrali aut parochiali Ecclesiæ solita esset persolui, ac postea fuerit ex quocunque priuilegio alijs monasterijs hospitalibus aut quibuscunque locis pijs, concessa eadē posthac integro iure, & eadem portione quæ antea soluebat cathedrali, seu parochiali Ecclesiæ persoluatur nō obstantibus concessionibus, gratijs, priuilegijs, Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuscunque.

RESOLVT. CCCXLIV.

1 *De quibus, & in quibus casibus non debeatur quarta parochialis vide per discursum.*
2 *Quarta parochialis nō debetur de donatis in vita etiamsi postea sepeliatur in illo loco, cui fecit donationem, & amplia num. 3. & quid in dubio. num. 4. amplia num. 5. & num. 7. & vid. num. 8.*
6 *An debeatur quarta de nouitio religioso.*
9 *Non debetur quarta si legatum fieret Ecclesiæ, in qua non sepelitur nec elegit sepulturam: amplia. num. 10. & num. 11. 12. 13. & num. 14.*
15 *Quando dicatur vsus pius priuilegiatus: amplia. num. 16. & decl. num. 17.*
18 *Cum relinquitur aliquid parrochiæ, vel Episcopo præsumitur animo compensandi.*
19 *Quarta parochialis non est soluenda nisi petatur.*

Quarta parochialis de quibus non soluitur.

1 QVarta de candelis, quæ ad manus deferuntur, virtute sup radicti priuilegij non soluitur sunt enim propriæ illorum, quibus dantur vt ex dictis priuilegijs constat. & post Io. Bapt. confect. notat Megal. c. 13. num. 12. vbi num. 15. post Couar. in c. vltim. de testament. Rodriq. tom. 1. quæst. Regul. quæst. 39. art. 2. & alios notat hoc idem procedere de cereis, seu candelis, quæ non deferuntur cum cadauere, sed prius mittuntur ad Ecclesias regularium, vt nullo modo ex illis debeatur quarta, non solum ratione talium priuilegiorum. Sed quia ita se habet antiquata consuetudo, quæ interpretatur leges, & successiuè sic seruanda est, prout magis patebit ex dicendis.

2 Secun-

2 Secundo non debetur quarta parochialis de donatis in vita etiam si postea testator in illo loco pio, cui fecit donationem sepeliatur, vt est text. in capit. de his §. si verò de sepult. Idem est quoties in testamento talem donationem irreuocabilem fecisset testator huiusmodi loco pio, nam etiam in testamento potest fieri donatio inter viuos, ex qua non deberetur quarta, sicut non deduceretur falcidia, vt post Oldrad. consil. 114. numero secundo, probat Megal. dict. cap. decimo tertio, numero trigesimo, cum alijs cumulatis per Tusc. in verbo quarta conclus. 27. numero 40. & 41.

Hoc idem procedit si re vera esset legatum, vel do-
3 natio causa mortis, sed testator adhuc viuens adimpleuit promissum, hæc enim transiret in donationem inter viuos, vt post glos. in l. legatum ff. de leg. secundo, notat Sylu. in verb. Canonica portio, quæst. nona, Azor. instit. moral. lib. 9. cap. 13. quæst. 4. in secundo casu Oldrad. consil. 225. Bald. & Fulgos. quos probat Tusch. dict. conclus. 27. numero 90. Et licet Panormit. & Cardinal. penes Sylu. loco cit. teneat oppositum, intelliguntur quoties post mortem testatoris transiret dominium illorum bonorum in Ecclesiam non autem si in vita.

4 Si verò inueniretur facta donatio simpliciter, nec constaret esse causa mortis, vel inter viuos, tunc resoluitur quæstio ex discussis tractat. decimo secundo, capitulo decimo septimo, si sit in illa facta mentio mortis, vt dominium, & possessio bonorum transeat in donatarium post mortem donantis, tunc esset donatio causa mortis, & ex illa deberetur Falcidia, & consequenter hæc quarta, secus si constet oppositum, vt effectum sortiatur donatio inter viuos saltem quoad dominium, quamuis possessio capiatur post mortem, vt est text. in l. Seia. §. final. ff. de donat. caus. mort. vbi glos. & Bart. post Dyn. Bald. Alexandr. Couar. & alios probat Megal. dict. capit. 13. numero 29.

5 Ampliatur etiam procedere quoties aliquis elegisset sibi sepulturam in aliquo loco, & postea bene valens obtulit se, & bona sua tali loco, vel in illo professionem emisit, tunc enim definit esse parochianus alterius Ecclesiæ, ex regul. text. in capitul. beneficium de regular. & transeunt. ad religion. in sexto, & consequenter de bonis suis nihil parochiæ debetur, ita glos. & Panormitan. in capitulo relatum de sepult. Ioan. Andr. Archidiacon. & alij quos probat Tusch. dict. conclusione vigesima septima, numero 32. Azor. dict. capitulo decimo tertio, quæstione 4. §. tertius casus. Megal. dict. libro secundo, capit. 14. numero 14. & seq. vbi de quarta Episcopali etiam loquitur.

6 Est tamen quæstio si moriatur nouitius intra annum nouitiatus, an debeatur quarta parochialis, & Innocent. affirmat; Panormitan. verò negat sic etiam Sylu. & alij, quos probat Azor. dict. quæstione quarta, §. quid si in monasterium, & ratio vera est, quia de bonis relictis causa sepulturæ, & funeris debetur quarta parochialis, sed per talem dedicationem si bona acquirantur monasterio, non intuitu sepulturæ acquiruntur, sed ex dedicatione, etiam quia verior est opinio, bona prædicta spectare ad venientes ab intestato, si nouitius expressè aliud non declarauerit, vt latius post alios probat Molfes. tom. primo, ad consuet. Neapolitan. parte prima, quæst. 64. vbi in septimo volumine alios cumulat.

7 Et hinc est etiam, quod si aliquis declaret se pro alijs causis, quam pro sepultura relictum facere, quamuis in illo loco sepeliatur, adhuc de tali relicto non deberetur quarta parochialis, quia non est causa funeris relictum. Ita Innocent. in capitul. in nostra, numero quarto, de sepult. Tusch. dict. conclusione vigesima septima, numero 33. & seq. vbi refert contrarium tenentes, qui intelliguntur, quoties appareret causa funeris fuisse factum, quia tunc præsumeretur in fraudem parochiæ, & deberetur illi quarta parochialis.

Si contingeret, vt legatum fieret Religioso, tunc si intuitu personæ relictum esset legatum, clarum est ex
8 illo non deberi quartam parochialem, cum nec etiam tunc esset legatum pium, secus si intuitu sepulturæ legatum fieret Oldrad. cons. 225. numero 16. & consil. 289. Federic. de Senis Bal. Calder. Gem. Ioan. Andr. & alij penes Tusch. conclusione 27. numero 35. & seq. qui sic concordat dissidentes opiniones, vt quarta debeatur quoties omnino legatum resolueretur in ius funeris, & tali intuitu esset relictum, vt nullo modo esset contemplata persona legatarij, quando vero illius persona esset contemplata nullo modo quarta debetur.

Tertio principaliter si legatum fieret Ecclesiæ, in qua non sepelitur, nec sibi elegit sepulturam, clarum
9 est ex illo legato non deberi quartam parochialem, quia cessat ratio, qua talis quarta fuit introducta, ita glos. in c. 1. de sepult. Host. in cap. 2. eod. tit. Ioan. Andr. in c. certificari eod. tit. Archid. in c. 2. eod. tit. in 6. Azor. dict. capit. 13. quæst. 4. §. quartus casus, Oldrad. Feder. de Sen. Gemin. & Bald. quos probat Tusch. dict. conclusione 27. numero 50. vbi numero 55. ex doctrina Bald. consil. 236. lib. 2. idem probat quoties per accidens postea sepeliretur, in tali Ecclesia cadauer legantis, quia attenditur, quod principaliter fit. ex reg. text. in l. si quis nec causam vbi omnes ff. si cert. pet.

Hoc idem procedit, si in illo loco sepulturam sibi
10 elegisset, sed in ea sepeliri non potuisset, quia in hoc casu resoluitur relictum in alios vsus pios, vt euenit si in illo loco mortuus non fuisset, sed alibi, vt colligitur ex text. in cap. relatum, de cler. non resid. Feder. de Sen. in consil. 70. & Perus. quos sequitur Azor. d. cap. 13. q. 4. §. octauus casus. Tusch. d. conclusion. 27. n. 51. qui hoc idem probant in omni alio casu, quando sine culpa Ecclesiæ, in qua elegit sepulturam, non potuerit in ea sepeliri.

Ampliant hoc procedere quoties Ecclesia paro-
11 chialis esset interdicta culpa parochi, non autem parochiani, tunc enim necessario ille talis elegisset sibi alibi sepulturam, & consequenter cessat quarta parochialis, secus si nullam causam dedit interdicto, tunc enim non debet iure suo priuari Archid. & Gemin. in cap. 1. de sepult. in 6. Azor. d. q. 4. §. sextus casus. Oldrad. & Feder. de Sen. quos probat Tusch. concl. 27. num. 52.

Secundo ampliatur quando ad tempus eligeret
12 sibi sepulturam in illo loco, vt inde transferatur, aliò ad sepulturam perpetuam, quia interim ibi manet loco depositi, & dum cessat ratio cur hæc quarta fuit introducta cessat etiam eius exactio, vt probant Tusch. d. concl. 27. num. 56. Azor. d. q. 4. §. decimus tertius casus.

Tertio ampliatur quoties sepeliretur in tali Eccle-
13 sia contra voluntatem eius cuius est Ecclesia, veluti si tempore interdicti sepeliretur, in Ecclesia Regularium habentium priuilegium sepeliendi, quia cessat ratio iniuriæ Ecclesiæ parochialis, & successiuè etiam cessat exactio, vt post Gemin. in capitulo primo, de sepult. in 6. & Feder. de Sen. consil. 119. notat Azor. dict. quæstione quarta, §. quintus casus.

14 Quarto principaliter non potest quarta parochialis deduci ex relictis ad vsus pios priuilegiatos, vt dicitur in quarto casu quintæ responsionis, quæ habetur in capitulo final. de testamen. & in Clem. dudum §. verum de sepult. vbi communiter DD. vt post Bald.

Bald. Calder. & alios notant Tusch. dict. conclus. 27. numero 46. Azor. dict. cap. 13. quæstione quarta, §. duodecimus casus, & cap. 12. quæstione 7. per totam Megal. tom. 2. instit. confess. libro secundo, capitulo 13. numero 20. & seq. & sic de alijs recentioribus. Et idem procedit de quarta Episcopali, prout sunt iura manifesta.

15 Primo igitur dicitur vsus pius priuilegiatus quouis modo relictum fieret ad perpetuum obsequium Diuini cultus, vt pro fabricanda Ecclesia, vel eius reparatione, pro capellis construendis, pro vestibus, aut vasibus Sacris, pro erectione, vel reparatione campanillis, pro luminarijs, aut cereis ad diuinum cultum destinatis, & sic de alijs similibus c. vlt. de testam. vbi Innoc. Couarr. & alij cap. ex parte l. 2. de verbor. signif. cum aliis cumulatis per auctores citatos.

16 Secundo idem procedit quando legatum fieret ad celebrandum anniuersarium perpetuum, aut pro tricenario, vicenario, aut septenario celebrando in perpetuum, vel pro Missis celebrandis similiter in perpetuum, vt in dict. cap. vltim. de testamen. vbi Host. & in hoc cum aliis cumulatis per authores citatos, & fuit sic etiam resolutum in Romana Rota in anno 1586. die 5. Martii.

Quod attinet ad relicta pro celebratione missa-
17 rum clarum est ex illis non deberi quartam parochialem, quia relinquuntur pro onere celebrandi tot missas, Alexandr. cons. 196. n. 5. & seq. lib. 2. quem refert Tusch. in verbo quarta conclus. 28. n. 5. & 6.

Duo autem supersunt notanda in hac materia.

Primum est quod si testator, reliquerit aliquid pa-
18 rochiæ, vel Episcopo, præsumitur animo compensandi fecisse relictum, cum enim ex dispositione iuris teneatur hanc quartam persoluere vtique legatum præsumitur factum animo compensandi, & eo magis si expresse taliter legatum fieret. Si enim pro quarta non sufficeret possent agere ad supplementum, vt post alios probant Couarr. in cap. officii num. 6. de testam. But. Dec. & alii, quos sequuntur Tusch. in verbo quarta conclus. 30. Megal. dict. lib. 2. cap. 14. sub num. 33. versicul. quarto quando aliquid Episcopo.

Secundo aduertendum est, quod in casibus, in
19 quibus debetur quarta parochialis, vel Episcopalis non est soluenda, nisi petatur, hoc enim etiam locum habet in falcidia, & Trebellianica l. si sponsus §. fin. ff. de donat. int. vir. & vxor. & idem procedit in huiusmodi quartis, vt post Bal. in l. si quis ad declinandam §. in omnibus num. 31. C. de Episcop. & cler. notat Megal. d. lib. 2. c. 13. num. 34. quod est per se notum, quia possent parochus, vel Episcopus talem quartam remittere, & eo ipso tacitè remittunt, quod expresse illam non petunt, & satis est vt debentes illam persoluere nulla vtantur fraude, quin illam petenti soluant. Etiam quia præscriptione, seu consuetudine præscripta potest introduci, vt huiusmodi quartæ non debeantur.

RESOLVT. CCCXLV.

1 *Sicut non debetur quarta parochialis, eodem modo neque Episcopalis quarta debetur, & in quibus casibus debeatur, vel non: vide num. 2. 3. & 6. 7. & num. 9. & num. 11.*

4 *De relictis personis non detrahitur quarta Episcopalis, & quando fallit. num. 5.*

6 *Legatum Ecclesiæ non indigenti seruandum est pro futura Ecclesiæ refectione.*

10 *Distributio, quam facit exequutor censetur facta ab ipso testatore.*

12 *Tria requiruntur, vt relictum non fiat personis, sed ipsis locis pijs.*

13 *In detratione quartæ non attenditur persona relinquentis, sed locus cui est factum legatum.*

14 *Quid de relictis confraternitatibus? an detrahatur quarta? & num. 15.*

16 *Non debetur quarta de eo, quod donatum est inter viuos, sed de eo, quod relictum est per testatorem.*

17 *An debeatur quarta, de relictis factis ab eo qui religionem ingreditur, & num. 18.*

Quando non debeatur quarta Episcopalis.

HVius rei responsio patet ex supradictis, nam sicut quarta parochialis, ex priuilegio non de-
1 betur, ita nec etiam quarta Episcopalis, hoc enim omnes docent ex textu in capitulo constitutus de Relig. domibus cap. in nostram de sepultur. C. requisisti de testam. & sæpe alias.

Secundo non debetur pro relictis ad vsus priuilegiatos, est enim eadem ratio, & idem est de relictis
2 pro alimentis pauperum, vel pro dotandis puellis pauperibus, vt locis citatis habetur, & sic etiam citata decis. in anno 1586. die 5. Martij fuit in Rota Romana decisum, vt notat Seraph. decis. 726. & Quaranta in Compend. Bullar. in verbo quarta Episcopalis, his verbis.

Circa propositum dubium plures consideratæ fuerunt difficultates. Prima fuit an Reuerendissimo Domino Episcopo Syracusano debeatur quarta ex relictis pro maritandis, seu monachandis puellis pauperibus, & pro pane præstando qualibet hebdomada pauperibus, & circa hunc articulum Domini dixe-
3 runt, regulam esse, quod de relictis pauperibus in genere nulla debetur quarta, glos. in cap. 2. in verbo decernit, & ibi Innoc. num. 1. Abb. n. 8. de sepult. Bal. in l. id quod pauperibus num. 30. versic. addo tertiam rationem C. de Episcopis, & cler. Roman. consil. 223. n. 1. versi. 3. fallit. Petr. de Vbald. de Canonica Episcopali c. 5. num. 10. & 11. & c. 7. num. 15. & 50. & ratio est, quia quando relinquitur pauperibus in genere, relinquitur personis non autem pijs locis; De relictis
4 autem personis non detrahitur quarta Episcopalis, iuxta text. in cap. ex parte il 3. de verb. signific. Innoc. Abb. Petr. de Vbald. vbi supra. Fallit autem hæc regula in relicto facto pauperibus certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu illius loci, & sic factum
5 loco pio, vt post Ioan. Andr. limitat Abb. in d. cap. 2. num. 3. & Petr. de Vbald. vbi supra.

Secunda difficultas est an de relictis pro restauratione Ecclesiæ matricis, ædificatione, & reparatio-
6 ne Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum, debeatur quarta, & Domini censuerunt non deberi, iuxta text. in cap. vlt. ibi seu fabrica de testam. & in d. c. ex parte, ibi vel ad fabricam. Rom. cons. 233. in princip. Capyc. decis. 23. num. 4. Sed circa hunc articulum insurgit alia difficultas,
7 an hoc casu debeatur quarta quando de præsenti non indiget restaurationem, nam affirmatiuam tenuerunt. Host. Ioan. Andr. Anch. in d. c. vlt. de testam. vbi Couarr. existimat esse magis, communem opinionem; contrarium verò tenuerunt. Goffred. Card. Barbat. & ipse Couar. per text. in c. nobis 2. q. 2. quia
8 legatum Ecclesia non indigente seruandum est in futuram Ecclesiæ refectionem, & restaurationem. Idem in hoc conflictu attendenda est forma legati, si enim testator vult statim, vel in singulos annos solui aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quæ reparationem non indigeat, tunc seruari poterit communis sententia. Si verò legat pro restauratione Ecclesiæ, quoties ea indigebit tunc contraria sententia erit sequenda, & sub hoc articulo cadunt etiam relicta pro subuentione Ecclesiæ respectu luminarium ornamentorum, & aliorum ad cultum diuinum pertinen-

tinentium: ex his namque non debetur quanta d.cap. fin. si vero vsus esset in determinatus, & non destinatus perpetuo cultui Diuino, tunc debetur quarta d.c. ex parte, & c. requisisti de testam.

Tertia difficultas est an de relictis pro alijs operi-
9 bus pijs, in genere debeatur quarta, & hæc pendet à futuro euentu, si enim executores distribuerint legatum in fabricam, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia Diuinum cultum, tunc quarta non deducitur dict. cap. fin. num. 7. quia di-
10 stributio; quam facit executor censetur facta ab ipso testatore l. vnum ex familia. §. 1. vbi Dyn. Bart. & DD. de leg. 1. secus si executores distribuerent legatum in vsum non priuilegiatum locorum piorum.

Quarta difficultas versatur circa legatum factum pro maritandis duabus puellis, singulis annis, & pro vna puella consanguinea, & conclusum fuit, neque
11 etiam hoc casu deberi quartam: quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta, vt supra dictum est, cum legatum sit factum personis, & non locis, aut non sunt pauperes, & vltra præfatam rationem militat alia ratio, quod tale legatum non dicitur pium, & ideo ex eo quarta non debetur. Tiraq. de priuileg. piæ causæ in princ. quare conclusum fuit secundum legatorum differentias, & distinctiones supra deductas esse in hac causa pronunciandum.

Omnes casus prædictę decisionis varijs rationibus, & auctoritatibus post alios comprobant Tusc. in verbo quarta conclus. 21. per tot. Megal. d. lib. 2. c. 14. Azor. d. cap. 12. & 13. vt reticeam alios. Itaque tria
12 simul requiruntur. Primo, vt relictum non fiat personis, sed ipsis locis pijs. Secundo, vt loca pia subiecta sint Episcopo, & tertio, vt relictum locis pijs, subiectis non, sit ad vsus priuilegiatos, sic enim nec quartam Episcopalem, nec Parochialem deduci, pluries superius replicatum est.

Hinc est, vt non attendatur subiectio personæ relinquentis, quia persona se habet per accidens in huius-
13 modi quarta, sed attenditur Ecclesia, cui fit huiusmodi legatum, & illi Episcopo debetur quarta, cui talis Ecclesia subiecta est, vt post Feder. de Sen. & alios latè probat Rom. cons. 514. in quæstione, vbi adden. alios cumulat notat Tusc. dicta concluſ. 21. nu. 34.

14 Quod attinet ad confraternitates, & hospitalia, eadem adhibetur distinctio, si enim essent loca pia, & subiecta Episcopo, vt relictum non esset factum ad vsus priuilegiatos, tunc deberetur Episcopo huiusmodi quarta, aliàs secus, vt relatis varijs authoribus prosequuntur Tusc. d. concl. 21. num. 20. & n. 38. & seq. n. 59. & seqq. Megal. d. c. 14. n. 26. & seqq.

Si enim non essent subiecta Episcopo, clarum est il-
15 li quartam non esse debitam cum requiratur subiectio, vt pluries dictum est. Si regerentur per personas laicas, tunc nec etiam legatum esset pium, & ex hoc defectu quarta non deberetur.

Quod spectat ad donationem inter viuos, vel quod solutum est viuente testatore, vt non debeatur quar-
16 ta Episcopalis, post alios notant Tusch. d. concluſ. 21. n. 67. Megal. d. c. 14. n. 7. & seq. & alij per illum text. in cap. requisisti de testam. hæc enim quarta debetur Episcopo de relictis in vltima voluntate, non autem de illis, quæ habuerunt effectum inter viuos.

Hinc soluitur quæstio, si debeatur hæc quarta de-
17 relictis factis ab eo, qui religionem ingreditur, si enim dispositio fieret inter viuos, essemus in claris, ex illa non deberi hanc quartam, vt patet ex dictis. Si verò per vltimam voluntatem relictum fieret, vt per testamentum, tunc si Religio, in qua professionem emisit esset incapax bonorum in communi, vt emissa professione testamentum vires habeat, & Ecclesia, cui sit relictum subesset Episcopo vtique de tali relicto deberetur quarta Episcopalis, vt post alios notat Megal. d. c. 14. num. 14. & seqq. Quamuis non deberetur quarta parochialis, vt patet ex dictis.

Si tamen professionem emitteret in religione, quæ
18 sit capax bonorum in communi tunc durante vita huiusmodi professi nulla quarta deberetur. Episcopo, quia interim religio retinet illa bona, etsi in vita tale legatum solueret, tunc transiret in donationem inter viuos, & hęc mihi videtur veritas quicquid alij velint.

RESOLVT. CCCXLVI.

1 *In taxatione quartæ attenditur consuetudo loci.*
2 *Quarta potest præscribi.*
3 *Quot spatium temporis requiratur ad præscribendam quartam, & vide num. 4. & 6.*
5 *Præscriptio, quæ habere locum contra soluentes quartam debet habere locum contra recipientes.*
7 *Debet esse differentia inter præscriptionem totæ, & quotæ.*
8 *Consuetudine obseruatur, vt ex cereis, quæ deferuntur in associandis cadaueribus non debeatur quarta.*

An, & quomodo præscribatur quarta.

REsponsio huius articuli fuit incidenter supra declarata, cum dictum sit, quod etiam in taxa-
1 tione huiusmodi quartæ attendatur consuetudo loci.
2 Et quod possit præscribi habetur in cap. de quarta, de præscript. & sæpè aliàs vt prosequuntur Tusc. in verbo quarta, quæst. 21. num. 31. & seqq. Azor. d. c. 12. qu. 2. & sic de alij recentioribus, sed responsio tradita vera est. Quod si quæstio sit de quarta, seu certa portione soluenda, tunc quia hæc consuetudo est præter ius posset decem annis præscribi, cum hæc sit regula trita in omni consuetudine præter ius.

Est benè verum quod Hostiens. Ioann. Andreas, & Panorm. in c. certificari de sepult. tradunt requiri
3 spatium quadraginta annorum ad præscribendum, vt Episcopo detur minor pars, quam sit quarta: quia Sacri Canones mandarunt quartam partem deberi, vt pluries replicatum est, & successiuè esse consuetudo contra ius canonicum. Si verò vltra quartam par-
4 tem solueretur Episcopo tunc esset præter ius, & in hoc casu sufficeret præscriptio decem annorũ, & hoc probant. Azor. d. c. 12. q. 3. Megal. d. lib. 2. c. 13. nu. 18. qui idem videtur tenere.

Verum præscriptio quæ habet locum contra sol-
5 uentes quartam, debet etiam habere locum contra recipientes. Vnde si spatio decem annorum posset Episcopus præscribere maiorem partem, quam sit quarta eodem modo procedit è contra ex reg. text. in l. 1. C. vt in pari causa non fiat iudicium ad imparia, sed pariformiter iudicentur.

Confirmatur, quia si spatio quadraginta annorum
6 etiam secundum ipsos præscribi potest tota quarta vt ad litteram determinatum est in capit. de quarta præscript. estque vera opinio, & communis, vt docet Abb. cons. 31. & 47. lib. primo. Tusc. d. concluſ. 21. num. 30. & seqq. & alij & omnes, vtique adesse
7 debet differentia inter præscriptionem totæ, & quotæ.

Attenderetur etiam huiusmodi consuetudo circa exactionem quartæ funeralis, & ita consuetudine seruatur, vt ex cereis, quæ deferuntur in associandis
8 cadaueribus non debeatur quarta, nisi pro illis, quæ remanent in ecclesijs, quia hæc propriæ dicuntur destinata ad funus, & sepulturam, vt patet ex dict. cap. 8. & in his standum esse consuetudini docet Innoc. in c. requisisti. de testament. & nu. 16. & 17.

RESOLVT. CCCXLVII.

1 *Quarta Episcopalis, vel Parochialis, an detrahatur de relictis pro fabrica ecclesiæ, si ecclesia non indiget refectione.*
2 *Legatum si fiat pro male oblatis, & non appareant tot malè ablata superfluum conuertitur in alias pias causas.*
3 *Legatum pro anima non expressa anima debetur.*
4 *Cappellæ Dotatæ si aliquid relinquatur pro cultu diuino, & in ea congruè officietur, an detrahatur quarta canonica.*

Quarta Canonica an debeatur Episcopo, vel Parocho de relictis pro Fabrica Ecclesiæ, si Ecclesia edificatione, vel reparatione non indiget.

1 QVod debeatur quarta quando Ecclesia non indiget fabrica, nec fiat fraus Ecclesiæ Parochiali, vel Episcopo, tenent Ioannes Andreas Anchar. in cap. fin. de testamentis, & ibi Couarr. asserit esse magis communem, ne fiat fraus Ecclesiæ parochiali cap. ex parte il terzo de verborum significat. & hanc opinionem dicit esse magis communem Couar. cap. fin.

Contrariam tamen opinionem tenet Goffred. Cardin. & Barbat. in d. c. fin. cui opinioni videtur adhærere Couar. per tex. in c. nobis 12. quæst. 2. vbi si Ecclesia non indigeat, pars deputata fabricæ debet conseruari in futuram parietum Ecclesiæ refectionem quandoque necessariam Seraph. in decis. Rot. Rom. 726. Attamen in hoc doctorum conflictu dicit attendendam esse formam legati, si enim testator vult, statim, vel in singulos annos solui aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quæ ea non indiget, tunc seruari poterit communis opinio, vt debeatur quarta, si verò legat pro restauratione Ecclesiæ quoties ea indigebit, tunc contraria sententia erit sequenda, sed hæc distinctio non videtur remouere argumentum ex d. c. nobis sumptum, vbi debet conseruari pars deputata fabricæ, quamuis Episcopus teneatur singulis annis facere partem pro fabrica, licet ea non indigeat.

Mihi verò aliter videtur, nempe quod remota fraude, quæ ex coniecturis colligitur, nullo modo quarta debeatur, cum enim legatum sit relictum pro fabrica, quarta non debetur ex reg. d. cap. fin. ex eo autem, quod Ecclesia modo non indigeat neque debetur, quandoquidem etiam habemus regulam in legato facto Ecclesiæ, quod si adimpleri non potest tunc est conuertendum in aliam causam similem, & proximiorem voluntati testatoris cap. nos quidem, cum ibi notatis de Testament. l. legatum leg. quidam ff. de suppellect. legata, & hic erit facienda conuersio in aliam causam pertinentem ad cultum diuinum, vel ornamenta, quæ est priuilegiata dict. cap. fin. & successiuè siue sit conseruanda, siue non, sed conuertenda in similem causam, non detrahetur quarta, & ita singulariter dicit Butrius consil. 26. dummodo excludatur fraus, vt diximus, facit à simili,
2 quod si testator pro male ablatis legauit centum secundum dispositionem alicuius, & postea non apparent tot malè ablata debet superfluum conuerti in aliam piam causam, & non remanebit apud hęredem, quia testator debuit esse certus de facto suo capit. ab excommunicato de rescriptis, vt singulariter tradit Zabarell. in clem. vnic. de testam. numer. 26. quinimo si testator dixit lego pro anima mea, & non expreffit summam religionis fauore, & animæ debet fieri distributio vsque ad quantitatem conuenientem iuxta dignitatem personæ facultatem, & numerum liberorum hæredum defuncti argum. ff. de legat. 2. l. pater, & l. si quisquis §. 3. ff. de relig. & sumptibus funer. l. cum post §. gener. ff. de Iure dotium facit c. cum tibi de testam. Zabarell. loc. citat. Pone enim
4 quod cappellæ dotatæ in qua congruè officiatur, seu diuina officia persoluuntur aliquid relinquatur pro cultu diuino fraus colligitur, & detrahetur quarta secundum Capram consil. 155. post Petrum, quem allegat de canonica Episcopali cap. 6. ex quo enim non eget pro cultu diuino, videtur in fraudem relictum.

RESOLVT. CCCXLVIII.

1 *Quarta Episcopalis non detrahitur de dote Ecclesiæ.*
2 *Quarta Episcopalis non detrahitur de legato facto ad pias causas prout aliquis elegerit.*
3 *Fundans Ecclesiam, si donat ei stabilia, censetur donare pro dote.*
4 *Donans stabilia Ecclesiæ pauperi, & indotatæ censetur donare pro dote.*

Quarta Episcopalis an debeatur de dote Ecclesiæ.

IN hac quæstione licet affirmatiuè sit respondendum cum non videatur excepta, prout quidam alij casus in cap. fin. de testamentis.

1 Contrariam tamen sententiam consului, dum in facti contingentia de tali quæstione essem interrogatus, quod non possit detrahi de bonis assignatis pro dote Ecclesiæ; ratio est, quia censetur assignata ad perpetuum cultum, quo casu non detrahitur d. capit. fin. de testamentis, & ita tenet Abb. in cap. fin. de censibus Petrus de Perus. in tract. Canonicæ Episcopalis capit. 7. idque est adeo verum, quod procedit
2 etiam si relictum sit factum ad piam causam, prout aliquis elegerit, & ille eligat fabricam Ecclesiæ, vel dotem, Bart. in l. vnum ex familia §. 1. ff. de legat. 2. quia videtur satisfactum textui in dict. cap. fin. de testam. pro potestate eligendi concessa illi; Insuper dicit Petrus vbi supra, quod si à principio in fundatione Ecclesiæ, vel post ipse fundans donaret aliqua stabilia Ecclesiæ, si non dixerit, quod pro dote,
3 Ecclesiæ aliquid donaret, vel legaret præsumitur in dubio, quod pro dote hoc fecerit, & sic non posset detrahi quarta Episcopalis, ex quo fundator adhoc tenebatur, & poterat compelli c. cum sit de consecratione Ecclesię, vel altaris argum. l. 2. C. de acquir. possess. & l. quædam mulier ff. de rei vendicat. & quia ex primordio tituli posterior formatur euentus l. vnica C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. sequitur Bald. nouell. de dote p. 1. cap. 1. num. 7. vbi addit, quod etiam quod fundans adhoc non teneatur, puta quia alia persona quam fundans Ecclesiam legaret
4 aliqua stabilia ipsi Ecclesiæ, præsumitur quod ex causa dotis constituendæ hoc fecerit, quando tamen Ecclesia erat pauper, vel indotata, quia ita suadet subiecta materia per id, quod habetur in l. quod autem ff. de Iure dotium.

RESOLVT. CCCXLIX.

1 *Legatum relictum Episcopo censetur relictum contemplatione Ecclesiæ, nisi fuerit relictum à consanguineo, vel amico.*
2 *Legatum relictum Episcopo à consanguineo censetur relictum intuitu Ecclesiæ, quando est expressa causa respiciens animam, vel Ecclesiam.*
3 *Ecclesiæ censetur factum legatum, & debetur ei portio quando relinquitur Episcopo consanguineo, restituendum tamen Ecclesiæ post mortem Episcopi.*
4 *Episcopo non debetur portio de legato facto Ecclesiæ Cathedrali, si bona sunt dimissa inter Episcopum, & Ecclesiam.*

An

An debeatur quarta de legato facto Episcopo à coniuncta persona restituendo tamen Ecclesiæ post mortem Episcopi.

1 ANtequam quæstionem resoluam præsupponendum ducas, quod legatum relictum Episcopo censetur factum contemplatione Ecclesię ob tam strictam, & arctam coniunctionem, quam habet Episcopus cum Ecclesia, & ideo cum distinctione procedam, quod si relinquitur Episcopo ab extraneo præsumitur esse relictum intuitu Ecclesiæ, non personæ, nisi testator exprimat illud tantum esse Episcopi non Ecclesiæ, si verò relinquatur Episcopo à propinquo præsumitur esse relictum non intuitu Ecclesiæ, sed personæ, nisi fortè contrarium probaretur ad tex. in cap. requisisti de testam. & quod dictum est de propinquo procedit etiamsi relinquatur ab extraneo, sed magna amicitia coniuncto, nam amici plerunque diliguntur sincerius, quam consanguinei l. nemo dubitat §. qui frater ff. de hæred. instituend. & hæc est communis opinio, de qua testatur Couarr. in d.c. requisisti, sic pariter dicendum est quãdo prælatus est benemeritus, licet non sit consanguineus argum. l. nec adiecit ff. pro socio, Soc. in l. ciuibus ff. de rebus dubijs, & procedit etiam si legatum sit relictum Episcopo à prædictis expresso tantum nomine dignitatis, quia intelligitur relictum ratione
2 personæ, non Ecclesiæ. Abb. cons. 93. lib. 2. Aliquando tamen relictum à consanguineo censetur relictum intuitu Ecclesiæ, vt si exprimatur aliqua causa, quæ respiciat fauorẽ animæ, vel Ecclesiæ, nam in antiquis causa legati inspicienda est l. vxorem in principio ff. de legat. 3. Soc. in d. l. ciuibus. Insuper relictum ab extraneo censetur relictum contemplatione Ecclesiæ, etiam si nomen Episcopi tantum expressum sit, ita glos. Abb. Couar. qui testatur de communi in d. cap. requisisti. His igitur præmissis, & eleganter discussis deuenio ad resolutionem quæstionis.

3 Quæritur nunc autem, cum enim legatum relictum à consanguineo censeatur factum intuitu personæ, non Ecclesiæ, cum id procedat, quando post mortem consanguinei Episcopi legatum est Ecclesiæ restituendo? In hoc articulo scias quod debetur portio Ecclesiæ, quia inspicitur is, qui vltimo capere debet, non autem interposita persona l. cogi §. is qui solidum ff. ad Trebelian. l. cum ei qui ff. de legat. 2. l. cum dotem ff. ad leg. Falc. l. Papinianus §. meminisse ff. de inofficioso testamento, & ita concludit Roman. singulariter cons. 511. cuius dictum pro singulari refert Decius in leg. & si militibus Cod. de testament milit. & videtur sentire Mandos. Neque est hic omittendum quod Capra cons. 26. fuit in opinione, quod
4 legatum si fiat Ecclesiæ cathedrali nõ debeatur quarta Episcopo iuxta dicto cap. requisisti, si bona sunt diuisa inter Episcopum, & capitulum, quia facta diuisione bonorum, seu reddituum non durat communio inter Episcopum, & Ecclesiam, allegat Innocent. Ant. Immol. Card. in d.c. requisisti, & hodie sic obseruatur, & quotidie video practicari, quod Episcopi habeant bona distincta, & non accipiant quartam de legatis Ecclesiæ.

PRAXIS REGVLARVM CANCELLARIÆ.

RESOLVT. CCCL.

1 *Cancellariæ regulæ probant tanquam constitutiones locales.*
2 *Cancellariæ regulæ non ligant in vniuersum omnes.*
3 *Cancellariæ regulę statuta quædam sunt, siue constitutiones, quæ ad certum locum pertinent.*
4 *Lex an sit vniuersalis, an singularis cognoscitur ex loco.*
5 *Cancellariæ regulæ constituunt ius quod singulos, & non vniuersos attingit.*
6 *Natura legis generalis ea est, vt sit perpetua, & stabilis, sed cancellariæ regulæ vna cum authore suo deficiunt.*
7 *Cancellariæ regulæ conditæ tantum fuere vt instrueretur cancellaria, & ius magistratus in literis expediendis.*
8 *Lex communi, & quæ vbique publicatur omnes ligat, & non potest allegari ignorantia.*
9 *Cancellariæ regulæ in curia tantum publicantur, & ibidem tantummodo obseruantur.*
10 *Sententia lata contra legem communem non deductam, nec in iudicio allegatam est ipso iure nulla, sed sententia lata contra regulam concellariæ valet, & tenet.*
11 *Lex, vt vniuersè liget oportet, vt à Principe dilucidè mandetur omnino obseruari.*
12 *Cancellariæ regulæ probare non possunt tanquam ius commune, sed locale.*
13 *Cancellariæ regulæ non ligant, nisi prius gratia præcipua impetretur, vt allegari, & produci possint.*
14 *Statuta particularia quam primum sunt publica, & in vnum volumen redacta ligant subditos.*
15 *Cancellariæ regulæ certis finibus circumscriptæ sunt, vt nisi prius impetrentur non possint allegari.*
16 *Cancellariæ regulæ constituunt ius generale, etiam extra curiam.*

Cancellariæ Regulæ quomodo probent.

1 CAncellarię regulas probare tanquam constitutiones locales, non autem tanquam constitutiones generales consuluit Anchar. cons. 298. numero 1. & 2. incip. efficacibus Ias. in l. 1. numero 20. ff. si cert. petat. de Belen. in cap. ex parte col. 3. de feud. Zabarel. cons. 99. in fine Dec. in cap. 1. numero 1. in 2.
2 lect. extra de constit. & hinc fit, vt non ligent in vniuersum omnes, vt traditum fuit à Gomes. in proę. reg. cancell. q. 2. n. 1. per multis rationibus adductus.
3 Etenim hæ regulæ statuta quædam, siue quędam constitutiones sunt, quæ ad certum locum pertinent, vt patet ex eorum titulo; vocantur enim regulæ cancellariæ, cuius quidem denominationis causa fit eius loci gratia tantum, dicuntur enim regulæ respicientes ea, quæ in dicto loco tractantur quemadmodum ex signo cognoscitur, quale, quid sit Doct. in §. testes instit. de testam. Bald. in l. computationes col. fin. C. de
4 fid. instr. ita lex an sit vniuersalis an singularis cognoscitur ex loco, ea enim quæ rebus accidunt plurimum conferunt, vt intelligatur quale quidque sit l. non omnes §. à Barbaris ff. de re militari Bald. in l. fin. C. de excut. rei iud. cum ergo dictio adiecta Cancellariæ præferat certum locum dicendum erit regulas predictas constituere ius, quod singulos, & non vniuersos attingat, qualitas enim adiecta dispositioni, ita eam afficit secundum qualitatis adiectæ naturam, vt est tex. in terminis §. sed ius quidem ciuile Inst. de iur. nat. gent. & ciuili c. statutum de elect. lib. 6. & quando lex ad certum locum pertinet, illos, qui sunt extra locum non ligat cap. 1. & cap. 2. de constitu. lib. 6. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.

Secundam subiungit idem Gomes. rationem, quia
6 ea est natura legis vniuersalis, vt sit perpetua, & stabilis l. edita vers. pertinuit edicti C. de edend. mil. in suo repertorio in vers. lex §. 2. Archid. in cap. donatum 1. q. 2. sed hæ vna cum authore suo deficiunt, vt patet in proęm. versic. suo tempore duraturæ. Ancharan. d. consil. 297. num. 2. quinimo suæ regulæ tan-
7 tum conditæ fuere, vt instrueretur Cancellaria, & ius magistratus in literis expediendis, vt patet ex re-

gulis Ioannis 21. & Benedict. quæ cum ita sint non debet actus agentis operari quippiam, præter ius propositum c. si Sacerdos de offic. ordin. vulgata l. non omnis, ff. si cert. petat.

Tertia Gomes. ratio ea est, nam lex communis, 8 eo quod vbique publicetur omnes ligat, vnde non potest tunc allegari ignorantia, vt patet in Authent. vt factæ nouæ constitutiones; per totum cap. 1. de postul. prælat. c. nouit. de sentent. excomm. Bart. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. cum similibus: sed cum regu- 9 læ Cancellariæ tantum in curia publicentur, sequitur tantummodo eas ibidem asseruari, idque ne sequatur absurdum, quod nimirum illi obligarentur illis regulis, apud quos non essent publicatæ, cap. 2. de const. & c. 2. eodem titulo, lib. 6.

Quarto loco illud adducit, quia videmus senten- 10 tiam latam contra legem communem etiam non deductam, nec in iudicio allegatam esse ipso iure nullam, l. cum prolatis, ff. de re iudic. c. cum ritè ext. eod. tit. tamen sententia contra regulam Cancellariæ lata valet, & tenet Felyn. in cap. 1. de re iudic. & ita seruat Rota.

Quinto illud confirmat, nam adde, vt lex vniuersè 11 liget, oportet Principem diluciderè hoc mandare, vt lex obseruetur omninò, vt fuit animaduersum l. neque Dorotheum, C. de decurio. lib. 10. huc spectat contex. in c. 1. de constit.

Hæ, & ipsis similes Gomesii rationes in medium afferri possent ad probandum regulas Cancellariæ 12 non probare tanquam ius commune, sed locale, vt dictum est, quæ fusius prosequentem dictum Gomes. in d. q. 2. consulas, quos causa breuitatis hic omisimus.

Et quod dictum est in conclusione regulas probare tanquam ius locale, &c.

Primo limita hoc ex mente Gomes. in dicto loco 13 supra citato, vinculum vt plurimum non ligare, nisi prius gratia præcipua, & certa quondam formula, & cæremonia impetretur, vt allegari, & produci possent prædictæ regulæ Gomes. in dict. loc. num. 4.

Ex quo videtur inferri posse vinculum singulare, & præcipuum dictorum adeo debile esse, vt nec statutis singularibus comparari possit. Nam statuta particu- 14 laria quam primum sunt publicata, & in vnum volumen redacta, ligant suos subditos, vt tradunt omnes in l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. c. 1. de constit. lib. 6. quod non sic procedit in regulis Cancellariæ, quæ adeo cancellatæ sunt, & certis finibus circumscriptæ, 15 vt licet regulæ publicentur, & in vnum volumen redigantur, non tamen per vinculum aliquod iniiciunt, nec possunt allegari nisi prius impetrentur, vt dictum est supra, sed hæc latè tradentem adhibeas. Gomes. dicto loco num. 4. cum seq. vbi post relatos concludit esse communem opinionem istas regulas constituere 16 ius generale etiam extra curiam, arbitratur tamen fœdere distinctionis posse conciliari opiniones, & vbi per eum in fin. & videas infra in concluf. reg. Cancellariæ, & de hac materia latè glos. ad reg. cancell. 26. incip. item attendens.

RESOLVT. CCCLI.

1 *Pensio non potest imponi nisi de consensu illam soluere volentis.*

2 *Asserens alicuius consensum in actu interuenisse debet illum probare.*

3 *Verba narratiua debent verificari coram notario Cancellariæ, vel Cameræ, quod amplia vt num. 4. vide etiam num. 5.*

6 *Res semper præsumitur integra, quando constat procuratorem non processisse ad alium actum virtute mandati.*

Regula Cancellariæ 44. dudum requirit consensum tituIaris in constitutione pensionis, an inducat formam, ita vt absque dicto consensu expresso pensio dicatur nulla.

IN facti contingentia respondi affirmatiuè; motus, ex regula iuris fundatissima, quod pensio 1 non potest imponi, nisi de consensu habentis eam soluere, vt resoluit Ioan. Bapt. Ferret. consil. 388. numer. 3. Paul. Æmil. decis. Rotæ 11. numero 4. par. 3. Put. decis. Rotæ 368. numer. 4. lib. 2. Flamin. Paris. lib. 8. de resignat. benef. quæstione 4. numer. 169. nec literas de ea expediri iuxt. Regulam Cancellariæ 43. de consensu in resignationibus, & pensionibus ibi nec literæ reseruationis, vel affignationis etiam motu proprio cuiusvis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persoluere tunc habebit idem Flamin. Paris. qui etiam de stylo notorio Cameræ, & Cancellariæ attestatur lib. 10. quæs. 3. num. 10. lib. 11. quæstione 11. num. 38. & 66. lib. 1. quæst. 12. num. 51. lib. 9. quæst. 27. num. 8. nec mirum, quia talis consensus perficit actum antea non perfectum argum. cap. si tibi absenti de præbendis lib. 6. Sarnensis, regula de infirmis, quæst. 31. Flamin. Paris. d. quæstione 12. numer. 22.

Probatio autem consensus incumbit illi, qui asserit 2 interuenisse, quem sufficit negare, nam qui asserit alicuius consensum in actu interuenisse tenetur probare, vt ex l. ei, qui dicit ff. de probationibus l. actor. C. eodem tradit Hier. Gratus, respons. 59. num. 20. vol. 1. nam cum sit facti l. consilio, ff. de Curatore furiosi, non præsumitur, sicut nec alia, quæ in facto consistunt l. in Bello, §. factæ, ff. de cap. & post lim. reuersus. Gratus, vbi proximè num. 19. quare cum non constaret de tali consensu, nec dictæ regulæ Cancellariæ derogatum appareat sequitur nullam dictam esse reseruationem pensionis, quia actus sine requisito consensu nullus est ipso iure, vt per Tiraquel. de legib. conubialib. glos. 4. num. 2. & gl. 6. & 7. Glossatores in l. 55. Tauri Hieron. Gonzal. de reg. 8. Cancellar. de mensibus, & alternat. glos. 47. num. 15. & in terminis nostris pensionis hoc tradit Hieronym. Gigas, tract. de pensionibus, quæstione 10. numero 7. & sequen. & quæst. 11. num. 2. Glossator regularum Cancellariæ Innocen. VIII. regul. 43. ad finem. Flamin. Paris. lib. 8. de resignat. benef. quæst. 8. num. 11. 25. & seq. & num. 73. vbi inquit; scribitur etiam consensus formalis, de quo loquimur a tergo in supplicatione originali, & literis, prout tradunt Anton. August. decis. 256. lib. 3. Crescent. decis. 209. libro primo. Pellegrin. decis. 69. lib. 1. in manuscriptis, & ita fieri communiter, & practicari, & quod si non apponatur, literæ sunt nullæ, nec solere expediri, nisi extenso consensu a tergo ipsarum, vt tradit Mohedan. decis. 111. in eisdem manuscript. & hanc nullitatis exceptionem tradit in terminis Hieron. Gigas, tract. de pension. q. vlt. numer. 9. & conferunt, quæ tradit Gambar. lib. 6. de offic. & potest. legat. de latere, num. 72. Sarnen. in compend. signat. num. 82.

Nec obstabit dicere, quod in Bulla pensionis dicatur per illum (cuius ad hoc expressus accedit assensus) nam sunt verba narratiua, quæ debebant verificari, & comprobari per consensum coram No- 3 tario Cancellariæ, aut Cameræ, qui ponitur a tergo, Bullæ, vt dictum est, quia narratorum natura est, vt non probent, sed vt probari debeant Philipp. Probus post Ioan. Monach. Io. Andr. & Doctores in c. si Papa de priuilegijs lib. 6. notab. 1. & 2. Abb. in cap. fin. col. 4. num. 14. de succes. ab intest. Io. Bapt. Ferret. consil. 353. num. 14. tom. 2. Flamin. Paris. lib. 6. de resignat. benefic. quæst. 5. num. 5.

4 Etiamsi

4 Etiamsi sit narratiua Principis super facto alieno non facta motu proprio, vt post Alexand. consil. 112. numero 2. libro 7. tradidit Rota Romana decis. 154. num. 4. par. 2. diuers. fac. Palat. Puteus decis. 338. n. 1. lib. 3.

Maximè si resultaret præiuditium tertij, vt per Aymon. cons. 194. num. 4. & in tract. de Antiq. tempor. par. 1. §. 1. num. 16. & 20. Crescent. decis. 89. Rota Romana Sac. Palat. decis. 388. num. 3. par. 1. Abb. in Clem. 1. in fine de probat. Ioan. Bapt. Ferret. consil. 172. incip. præsupponitur num. 6. & cons. 249. nu. 8. Anton. Gabriel conclus. 2. de probat. n. 28. Paul. Æmil. decis. Rotæ 337. n. 2. & 3. p. 3.

5 Et ad probationem dicti consensus, & voluntatis per dictam Regulam Cancellariæ, quod resignans, aut consentiens pensioni præstet ipsum per se, aut per suum procuratorem in Cancellaria, aut Camera coram Notario, aliàs non valeat, etiamsi supplicationem porrexisset ipsemet, qui pensionis reseruationi consentire debebat, ita post Puteum lib. 3. decis. 11. tradit Flamin. Paris. lib. 8. quæst. 8. num. 11. 14. & 33. qui num. 118. ait quod quando confertur absenti beneficium reseruata pensione resignanti, aut alij etiam si dicatur, quod prouisus consentit per illa verba, cuius ad hoc ex presius accedit assensus, derogatur dictæ regulæ de consensu, nam aliàs non valeret, & ita videmus practicari.

Nec obstat dicere, quod à tergo bullæ inuenitur præstitus consensus pro parte dicti Genesij de Soto, & ipsius Procuratoris, nam vltra quod quinque diebus ante præstationem consensus erat mortuus dictus Genesius de Soto, ideoque etiam si ipse foret pensionem soluturus mandatum expirauerat tanquam re integra, cum enim mors omnia soluat Auth. de nuptijs §. deinceps l. in summa in fine ff. de re iudic. l. Neratius ff. de regul. iur. Paris. consilio 155. numero 5. parte 4. mandatum ad resignandum beneficium, vel consentiendum pensioni morte mandantis expirat, & finitur l. inter causas in princip. ff. mandati l. final. in fine ff. de solut. l. mandatum C. mandati. Stracha. eodem tractat. num. 49. glos. in Clem. 1. vers. quomodolibet de renunciat. vbi Cardin. Crescent. decis. 169. incip. mandatum lib. 1. Iacob. Putei lib. 2. decis. 83. num. 1. decis. 92. num. 3. Bisignetus decis. 6. num. 3. de procurator. Rota decis. 12. de officio delegat. in nouis Paul. Æmil. decis. Rotæ 159. num. 1. parte 2. Achill. de Grassis decis. 38. nu. 1. & 2. Rebuff. de priuilegijs scholarium priuileg. 80. Flam. Paris. lib. 9. de resignat. benefic. quæst. 24. num. 1. & 28. & quæst. 28. num. 4. Hieronym. Gonzal. ad regul. 8. Cancellariæ glos. 12. num. 59. Martin. Vran. in cap. si autem n. 4. de rescript. Rota decis. 4. de renunciat. in nouis n. 15. Aymon. cons. 88. num. 8.

Etiam si Procurator ignorasset mortem, vt tradit Zenzelin. in dicta Clemen. 1. quem sequitur Barbat. cons. 48. col. 2. n. 4. argumen. l. eius qui in prouincia ff. si certum petat. Crauetta cons. 83. num. 8. Flamin. Paris. d. q. 24. num. 3.

Et etiam si in beneficijs consensum præstitum post mortem Domini re integra non præiudicare tradunt Felyn. in cap. ex parte Decani fallent. 8. de rescriptis Ioan. Baptista Ferrettus consilio 338. numero primo Rota Romana Sac. Palat. decis. 1329. lib. 3. p. 3. Virgin. de Boccat. tractat. de citat. cap. 10. n. 42.

6 Et res dicitur, & præsumitur integra quando non constat Procuratorem processisse ad supplicationem, vel ad alium actum processisse virtute mandati ad notat. per Cassad. decis. 1. de renunciat. Achill. de Grassis decis. 38. aliàs 1. eod. tit. Paul. Æmil. decis. 190. num. 1. & decis. seq. num. 3. p. 2. Ioan. Bapt. Ferret. cons. 335. num. 2. & 3. tom. 2. Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 10. quæst. 68. num. 45. Ludou. Gomes. regul. cancellariæ de publican. resignat. quæst. 6. Rebuff. respons. 55. ex cap. si super gratia, & cap. si cui de præbendis lib. 6. glos. in fine §. item voluit verbo mandatum tit. de collationibus in concordata, nam ad hoc, vt consensus trahatur retrò ad diem datæ supplicationis, vel gratiæ est opus, vt de eo constet iuxta tradita per Cassador. vbi proximè Ludouic. Gomez. regula de infirmis quæst. 12. Mandos. dicto numero 6. Iacob. Putei lib. 3. decis. 168. num. 2. Rota Nouissima Sac. Palat. decis. 425. num. 5. lib. 3. par. 3. multoties enim contingit, quod eodem die fit supplicatio, & data literarum, & præstatio consensus, vt euenit in casu, de quo consuluit Io. Bapt. Ferret. dicto consil. 335. vt per ipsum num. 4.

RESOLVT. CCCLII.

1 *Nobilium appellatione regalis dignitas non comprehenditur, limitatur n. 4.*

2 *Derogatio limitata iuris patronatus nobilium non extenditur ad ius patronatus Regis.*

3 *In materia stricta clericorum nomine Canonici, & Prælati non comprehenduntur.*

Regulæ Cancellariæ 41. an censeatur satisfactum per derogationem iuris patronatus nobilium.

REspondi in facti contingentia negatiuè, & ratio motiui fuit, quia non erat facta mentio, quod erat de iure patronatus Regij per fundationem, vt præsupponitur in facto, propterea dixi derogationem non suffragari. Primo ex dispositione Regulæ Cancellariæ 41. qua statuitur iuri patronatus ad aliquem, Regem, Ducem, Marchionem, vel alium principem pertinenti non censeri derogatum, nisi specialis de
1 illis mentio habeatur, quia nobilium appellatione, qualitas regalis, neque ceteræ regales dignitates comprehenduntur cap. fundamenta §. vt ergo, & ibi Gemin. & alij notant de elect. libro 6. & probatur expressè in capitulo primo §. si quis verò, & ibi notatur à feudistis de pace tenenda, & probat Petr. in l. si sacris in fin. Cod. de proxim. sacrorum Scrin. lib. 12. Frecc. in 2. libro de sub feud. in tit. quis dicatur Gomes. num. 40. & num. 13. differentia inter feuda titulata, & alia nobilia.

2 Item quia derogatio est limitata iuris patronatus nobilium, ergo non comprehendit ius patronatus Regis, quia suos limitatos terminos non egreditur l. si domus ff. de seruit. vrb. præd. l. si de certa C. de transact. Alex. cons. 7. numero 14. versicul. nec prædictis, & num. seq. volum. 7. sic in materia stricta
3 clericorum nomine Canonici, & Prælati non continentur, vt per canonist. in cap. bonæ il primo de elect. lib. 6. & in cap. eam te in 2. not. de rescript. Felyn. in proem. Decretal. volu. 4. & in generali sermone magnates non comprehenduntur Bal. in cap. 1. qualiter vasall. propriet. feud. priu. Frecc. in 35. differentia inter feuda titulata, & alia nobilia, latius in 2. lib. de feud. in tit. quis dicatur Comes num. 43. Quæ enim speciali nota digna sunt nunquam comprehenduntur, nisi expressa sint, l. item apud Labeonem §. hoc edictum in fine, ff. de iniur.

Id etiã probatur ex antiqua const. Iulij Papæ II. super expectatiuis Regula Cancellariæ relata in fine operis ab ipsarum regularum Glosatore, in qua longè diuersum ius statuitur in nobilibus ex Marchionum, & Comitum genere ortis quoad prælationem in beneficiorum litteris expectatiuis, quam in alijs inferioris gradus nobilibus, idque diffusè probat ibi glos. in 1. & 2. par. dictæ regulæ, & licet dictæ regulæ hodie non sit in vsu (quia beneficiorum expectatiuæ sublatæ sunt) tamen legis correctæ ratio allegari potest, l. has obli-

gationes, ff. de capitis diminuit. cap. authoritate de concess. præb.

4 Limitatur modo supra dicta regula Cancellariæ minimè sibi locum vendicare quoties ius patronatus Regium esset litigiosum, tunc enim, & si per Pontificem nulla de eo mentio facta fuisset, nihilominus derogatio teneret, vt notanter voluit Lambert. lib. 2. artic. 11. quæst. 7. parte prima, & artic. 7. eodem lib. & lib. 2. par. 3. quæst. 9. articulo 11. Caputaquen. decis. 227. lib. 2. & ita pariter censuit Rota Romana teste. Crescentio in decis. octaua de iure patronatus, cuius tenor est.

Lite pendente coram me in vna Agrigentina Decanatus possessor obtinuit gratiam si neutri, contra quam actor inhabilis, quia naturalis, & non clericus præsentatus, & per consequens malè, sed nulliter ab Imperatore patrono opponebatur non habere sufficientem iuris patronatus derogationem. Primo, quia licet in gratia iuris patronatus esset derogatio iuris patronatus, non tamen aliquid expressum erat de Regibus, prout de eis specifica mentio fieri debuerat, & propter regulam Cancellariæ, & de iure communi ad not. per Felyn. in tract. quand. liter. Apostol. not. 1. colum. 5. versic. ampliatur 8. Secundo, quia licet posset teneri, quod propter litem non esset aliqua mentio necessaria, cum omnino patroni essent impediti ad cons. Cal. d. 1. vt lite pendente, & Gemin. post Lap. in cap. primo in princip. vt lite pend. in 6. & recolit. m. Cassad. in decisionibus suis: ita Rotam alias iudicasse in iure patronat. etiam Regis Scotiæ, tamen in casu superiori videtur derogationem necessariam fore, & alias non præiudicari patrono, ex quo etiam lite pendente poterat præsentare vnum ex collitigantibus, quia tunc cessare videtur ratio cap. si hi contra quos, vt tenet Rocch. in tract. de iure patronatus in versic. honorificum in 23. quæst. & videtur de mente Philipp. Franch. in dicto capitulo 2. in glos. penult. vt lite pendente in 6. quo tamen non obstante, quia in contrarium est communis opinio, vt per Rocch. ibi, & Philipp. Franch. in dicto cap. primo in fine, vt lite pend. in 6. quia in casu, de quo supra etiam collitigans propter eius inhabilitatem præsentari de nouo non valebat, & quia si præsentaretur lis non cessaret, vt considerat Roch. quinimo protraheretur in longum contra dict. capitul. si his contra quos, Domini fuerunt pro validitate gratiæ, & iuris patronatus derogationem non esse necessariâ propter litem.

RESOLVT. CCCLIII.

1 *Familiaritas Cardinalium nedum est probanda simpliciter, sed etiam probari debet continuam in domo commensalitatem habuisse ad effectum Regulæ cancellariæ de impetrantib. eorum beneficia.*

2 *Familiaritas vera dicitur illa, quæ corpore, & dentibus fit.*

3 *Vt beneficia familiaris Cardinalium cadant sub reseruatione Regulæ Cancellariæ non sufficit probare solam commensalitatem, & expensas in domibus Cardinalium habere, nisi etiam probetur qualitas familiaritatis.*

4 *Si Cardinalis patitur, vt aliquis familiaris non actu seruiat, sed nihilominus sit commensalis continuus dicitur verus familiaris.*

5 *Qui seruit, & habitat in domo præsumitur viuere expensis Cardinalis, nisi contrarium probetur.*

6 *Honestum non est, quod quis alteri seruiendo de suo se ipsum pascat.*

7 *Facta non præsumuntur, nisi probentur, commensalitas semel probata semper præsumitur durare, nisi contrarium probetur.*

8 *Probatio familiaritatis, & continuæ commensalitatis ad effectum excludendi alium debet plenè fieri, nec sufficit, quod probetur per amotionem Cardinalis.*

9 *Quando agitur de familiaritate non in præiudicium tertij, sed ad effectum expediendi gratis duntaxat fides Cardinalis sufficit.*

10 *Si Pontifex Maximus asserit aliquem esse familiarem suum, & continuum commensalem illi creditur etiam in præiudicium tertij contra num. 11.*

12 *Familiaritas non potest dici contracta ex solo consensu Pontificis Maximi, at sic consentiente asserto familiari.*

13 *Quando Pontifex Maximus habet voluntatem, & propositum faciendi veros familiares, & eorum seruitio vti non sufficiunt literæ familiaritatis, nisi etiam probetur actu.*

14 *Quando summus Pontifex concessit literas ad petitionem alicuius, tunc quia secundum fictionem dicitur familiaris, & continuus commensalis sufficit probare familiaritatem per dictas literas.*

15 *Familiares Cardinalium non actu seruientes, licet probent per literas familiaritatem, tamen ad effectum Regulæ Cancellariæ probare debent habitationem in domo, & commensalitatem.*

Ad effectum Regulæ Cancellariæ de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium, an sit probanda familiaritas simpliciter.

EXtat Regula Cancellariæ de impetrantibus beneficia vacantia per obitum familiaris Cardinalium ad effectum igitur istius regulæ nedum est probanda familiaritas simpliciter, sed etiam continuam 1 in domo commensalitatem habere, vt est tex. in cap. vlt. de verb. sign. in 6. illa dicitur vera familiaritas, quę corpore, & dentibus fit, vt vtar verbis 2 Dominici in dicto cap. vlt. in pen. notab. & refert Gomes. in dict. reg. de impetrantibus beneficia, &c. q. 15. in princip. & latè prosequitur Augustin. Bero. in quæstione 35. per totam, & Mandos. in dict. regula, quæst. 10.

Primo amplia idem procedere è contrario, vt scilicet non sufficiat non probare solam commensalitatem, & expensas in domibus Cardinalium habere, 3 nisi etiam probaretur illa qualitas familiaritatis, nam huiusmodi expensæ, quandoque præstantur per eleemosinam, vel magnam amicitiam, & eo casu beneficia eorum non cadunt sub reseruatione dictæ regulæ, ita Bonifacius de Vitalin. in Clementina vltima, notabil. septimo, de celebratione Missar. & tenet Berous in d. q. 35. num. 3. & 4.

Limita huiusmodi ampliationem locum non habere, si Cardinalis pateretur, vt aliquis familiaris 4 non actu seruiret, sed nihilominus esset commensalis continuus, nam tunc sufficeret illa qualitas commensalitatis, & diceretur verus familiaris, per ea, quæ dicit Felyn. in cap. Clerici, colum. 2. de iudic. non tamen procedere è contra, nempe si seruiret, sed tamen non comederet expensis Cardinalis, vt asseruit Gomes. in dicta regul. de impetran. quæst. 10. sub num. 3.

Quod postremo loco à nobis traditum verum esset, si essemus in claris, nempè quia constaret de non commensalitate, secus autem si essemus in dubio, 5 nam tunc ille, qui seruit, & habitat in domo præsumitur viuere expensis Cardinalis, nisi vt diximus contrarium probaretur, quia non præsumitur, quod de vento vixerit, vt in l. fin. Codice de aliment. pup. præstari, & quod ibi notat Bart. in l. cum seruus, ff. de verborum significat. nec est præsumendum, quod seruiendo

uiendo Cardinali, & habitando in eius domo viuat expensis proprijs, nam præsumptio est, quod viuat expensis Cardinalis, cui seruit iuxta dictum Apostol. iustum est, vt de fructu, quem quis seminat, & metat, & contrarium præsumere non videtur verisimile,
6 neque secundum iustitiam, quia honestum non est, quod quis alteri seruiendo, de suo seipsum pascat, vt tradit Oldrad. in cons. 149. quæritur, & Maria Soc. in tract. visitario, col. 84.

Contrarium tenuisse Rot. attestatur Gomes. in dict. reg. de impetrant. quæst. 13. sub num. 5. versic. tamen, nullum nempe in dubio præsumi Commensalem nisi probetur, quia ista consistunt in facto, &
7 facta non præsumuntur nisi probentur l. quæcunque, ff. de publicat. supra in nostra Cancell. non præsumuntur, vtique verum est, quod commensalitate semel probata semper præsumetur durare, nisi probetur contrarium, & ita declarantur dicta Domin. in dicto capitulo vltimo de verborum significatione in sexto per Rotam, vt inquit Gomesius vbi sup.

Secundo ampliabis, vt eo vsque conclusio procedat, vt huiusmodi probatio familiaritatis, &
8 continuæ commensalitatis ad effectum excludendi alium debeat plenè fieri, nec sufficit, quod probetur per
9 narrationem Cardinalis, quia illi non creditur in præiudicium Tertij per capitulum cum à nobis, de testibus, secus verò quando ageretur de familiaritate non in præiudicium Tertij, sed ad effectum expediendi gratis, duntaxat, tunc enim non requiritur ita exacta probatio, sed fides Cardinalis sufficeret, & ita decisum fuisse a Rota, vt in vna Hispalen. refert Gomes. dicta regul. de impetrant. quæst. 13. sub numero 6. in fine. Quod tamen inquit procedere nisi opponatur.

Limita huiusmodi secundam ampliationem, si
10 Pontifex Maximus assereret aliquem esse familiarem suum, & continuum commensalem illi certè crederetur etiam in præiudiciũ tertij per Clementinam primam de probation. & ita nuncupatim concludit Rota in vna Scenescen. prioratus coram Gomes. de mense Februarij 1538. dum vbi Leo Decimus quendam Petrum Prothonotarium creauerat, & familiarem suum continuum commẽsalem fuisse asserit Domini voluerunt illud sufficere ad excludendum prouisionem legati Auenionen. licet poterat de reseruatis, non tamen de benef. familiar. Papæ prouidere, vt refert idem Gomez. in dicta reg. de impetrant. quæst. 17. numero 6. & ratio est, quia Summus Pontifex asserendo creat, vt asseruit Cagnol. in l. si quis maior num. 170. Cod. de integr. restit. cui conferunt notata per Lap. in allegat. 67. numero 2. vbi latè examinat, quando narrata per Summum Pontificem faciunt fidem.

In contrariam videtur respondisse sententiam Anchar. in consil. 398. vbi inquit, quod cum ad contra-
11 hendum familiaritatem requiratur consensus mutuus scilicet Domini, & ipsum familiaris, familiaris enim obligatur Domino ad seruitium, & Dominus ad stipendium, vel ad aliud iuxta pactum conuentum
12 ex solo consensu Pontificis Maximi non potest dici contracta familiaritas, nisi consentiente asserto familiari per notat. in capitulo primo de concess. præbend. lib. 6. in nouell. & ibidem post Innocentium ipse Anchar. & consulendo idem sensit Paris. in consilio 50. column. 3. volum. quarto, quos etiam sequitur Rebuff. in sua praxi benef. in regula de non tollendo ius quæsitum, glos. 5. versic. vnde si Papa declarauit.

Huiusmodi inter se repugnantes opiniones possunt hoc pacto conciliari, nam aut Pontif. Max. vo-
13 luntatem, & propositum habet faciendi veros familiares, & eorum seruitio vti, & tunc non sufficiunt literæ familiaris, nisi etiam probentur actus familiaritatis ad effectum dictæ regulæ, nec gaudent prærogatiuis, seu priuilegijs familiarum, leg. sub prætextu. Cod. de Sacrosanct. Eccles. leg. scriniario. Cod. de testament. milit. & tradidit Felyn. in cap. 1. colum. 2. de offic. delegat. quia propter officium datur beneficium, cap. fin. de rescript. in 6. & tunc procedit opinio Anchar. in dicto consil. & vult Paul. de Castr. in consil. 340. in lib. 1. incip. Præmissis allegat Cardin. Florent. in consil. 126. propè fin. loquens de Cappella Papæ.

Aut Summus Pontifex concessit literas ad peti-
14 tionem alicuius sicuti multi illas affectant, vt prærogatiuis gaudeant, & tunc quia secundum fictionem dicuntur familiares, & continui Commensales, vt declarat Paul. Castrens. in dicto consilio 340. & isti gaudeant priuilegijs veris familiaribus, & continuis commensalibus concessis, vt per Abb. in capitulo ex parte ad fin. de Cleric. non resident. per Bald. in leg. siue possidetis prima colum. secunda quæst. Cod. de probat. per Philipp. post Ioann. Andr. in capitulo fin. quarta columna in princip. de constitut. in 6. sufficit probare huiusmodi familiaritatem per dictas litteras Papæ.

15 Istud tamen non habet locum in familiaribus Cardinalium non actu deseruientibus, quia licet probarent habitationem in domo, & commensalitatem non sufficeret ad effectum dictæ regulæ, vt placuit Abb. in cap. cum dilectus in fine de Cleric. non resident. & voluit Felyn. in capitulo cum nostra colum. 15. de rescriptis, & ex latè deductis per Gomes. in dicta reg. de impetran. quæst. 13. sub num. octauo, & nono.

RESOLVT. CCCLIV.

Non expresso vero beneficij valore gratia falsi exprimentis subreptitia est.
2 *Beneficii valor semiplenè probari potest.*
3 *Per testes de audito à canonicis, potest probari valor beneficii.*
4 *Valor beneficii etiam cum pensione est exprimendus.*
5 *Valor beneficii ex parte impetrantis probandus est.*
6 *Licet valor non sit exprimendus, si tamen exprimitur malè gratia est nulla.*
7 *Regula de exprimendo valore habet locum etiam in prouisionibus quæ fiunt per legatos exr. curiam.*
8 *Beneficii valor regulariter non est exprimendus.*
9 *Regula de valore non comprehendit administratores cappellaniarum, vel Hospitalium.*
10 *Beneficii valor probandus est non sicut antiquitus, sed sicut est tempore gratiæ prouisionis.*
11 *Valor debet probari deductis oneribus perpetuò impositis beneficio.*
12 *In valore beneficii probando non computantur distributiones quotidianæ.*
13 *Valor beneficii debet probari attento loco beneficii non loco gratiæ.*

Stante regula de exprimendo verò valore gratia an sit nulla per non expressionem veri valoris.

1 REspondeo affirmatiuè scilicet gratiam esse nullam non expresso vero beneficij valore, & gratia exprimentis falsum est subreptitia Rota in antiquis decisione 336. incip. nota, secundam opinionem Cappel. Tolos. in decisione 435. Verall. in decis. 27. numero 2. libro primo, nisi sit in modico expressus verus valor, vt dicit Menochius in consilio 316. volum. 4.

2 Beneficij valor semiplenè probari potest per publicam vocem, & famam Blanch. in decis. nou. Rota

293. num. 1. & in decis. 302. num. 1. vol. 1. ante ipsum Put. in dec. 29. lib. 1. quæ excusat à vero valore probando Verall. in decis. 78. num. 6. lib. 2. in dec. 49. n.
3 2. libro 3. quod amplia etiam per testes de auditu à Canonicis posse probari valorem Put. in d. 29. libro 1. Rota diuers. dec. 184. lib. 2. vnde non solum beneficij impetrandi, sed aliorum impetratorum debet per impetrantem certus valor exprimi secùndum communem valorem Rot. in nou. dec. 292. incip. licet impetrans Franc. March. in dec. Delphina. 1180. sub nu.
4 11. vol. 1. etiam valor beneficij cum pensione exprimendus est ex cursu decem annorum Fab. in decision. nouis. 185. libro 3. volum. 3. & ex parte impetrantis
5 debet etiam probari valor beneficij Ioann. Paul. Tholom. in decis. nouis. Rom. 829. libro 3. vol. 3. Franc.
6 Marc. in dec. 1180. n. 11. vol. 1. & licet valor non sit exprimendus, sed si exprimitur male gratia est nulla, Crescent. in decis. 8. n. 1. de rescript. & regula de ex-
7 primendo valore habet locum etiã in prouisionibus, quæ fiunt per legatos, & extra curiam, vt refert illo præsente, & primum responsale dante fuisse per Rotam decisum. Gomez. in regul. de valore q. 2. vbi latè, & eiusdem decisionis meminit Crescent. in decisio. 10. in tit. de rescript.

Intellige primo, quod regulariter quis non tenetur
8 exprimere valorem beneficij Rota in antiquis in decisio. 202. incip. nota quo quis, & in dicta decis. 336. incip. nota secundum opinionem. Sed si exprimitur debet esse verus, & ita procedant conclusiones supra allegatæ.

9 Intellige secundo, quod regula de valore non comprehendit administratores Cappellaniarum, siue hospitalium, vt post Gomes. in dicta Regula quæst. 4. voluit Lancellot. in decis. nouis. Roman. 182. num. 1. cum seq. vol. 1.

10 Intellige tertio valorem beneficij probare oportere, non vt antiquitus, sed vt est tempore prouisionis, & impetrationis, vt post Oldrad. in cons. 58. voluit Verall. in decis. 330. n. 1. libro 3. Viuius in decis. 70. num. 8.

11 Intellige quarto valoris probationem fieri oportere deductis oneribus perpetuis impositis super fructibus beneficij, quia si fieret probatio absque oneribus esset insufficiens. Verall. in decisio. 328. n. 1. lib. 3. Mohed. in decisio. 148. Crescent. in decisio. secunda tit. de probationibus Cassad. in decisio. 19. tit. de præbend. Lancellot. in decisio. nouis. Roman. 189. n. 2. vol. 1. ante eos Rot. in antiquis in decis. 702. incip. dic quod si Papa. Idem Lancellot. in decis. 380. in fin. par. 1. vol. 1.

Intellige quinto in valore beneficij non computari
12 quotidianas, & diarias distributiones, & similia, ex Ancharan. in clementin. vnica n. 42. de concess. præbend. Cantuc. in decisio. nouissim. Roman. quinta numero septimo, volum. secundo ante eos Rota in antiquis in decisio. 407. incip. nota non sufficit, & in decisio. 766. incip. quæritur an quotidianæ eadem Rota in nouis in decis. 134. incipiens quando impetratur Verall. in decisione 65. numero tertio, libro 1. & post Rebuff. in concord. tit. de collation. §. primo verficul. distributionem. Idem Verallus decision. 29. numero quarto, & quinto libro secundo Marsi. de Ecclesiasticorum reddituum origin. & iur. cap. 26. numero 7. parte 3. corpus de fructibus libro quarto titulo tertio, capitulo quarto Marc. in decisio. 1180. in fin. vol. 1.

13 Intellige sexto valorem probari oportere attento loco beneficij, non loco gratiæ Alexand. in cons. 21. volum. secundo in consilio trigesimo septimo volum. 5. Cæuallos pract. opinionum comm. contra comm. quæst. 733.

RESOLVT. CCCLV.

1 *Vniones factæ pro necessaria dote Ecclesiæ non comprehenduntur sub regula Cancellariæ reuocatoria vnionum.*

2 *Vniones factæ pro augmento cultus Diuini non comprehenduntur in regula reuocatoria vnionum.*

3 *Pia causa, & omnia facta in augmentum cultus Diuini non veniunt in generali sermone.*

Regula Cancellariæ 12. Reuocatoria vnionum an reuocet vniones factas ex necessaria causa dotis Ecclesiæ.

1 Dicebam consultus in quadam facti contingentia, quod Regula Cancellariæ 12. reuocans omnes vniones, quæ non fuerunt fortitæ effectum non procedit quoties vnio fit ex causa dotis, & necessaria Ecclesiæ, nempe si Ecclesia Parochialis indigeret Clerico ad seruiendum Ecclesiæ, iuxta notata in capitulo vt quisque de vita, & honestate clericorum, nec
2 etiam intelligitur reuocata vnio facta ad augmentum cultus Diuini, quia non est verisimile, quod Papa voluerit reuocare vnionem factam pro tali augumento cultus Diuini iuxta notata in capitulo ex parte de constitutione capitulo final. de rescriptis in sexto, Roman. in auth. similiter Codice ad legem Falcidiam in speciali ad regulam in generali de re-
3 gulis iur. in sexto, nam in generali sermone non comprehenditur pia causa Innocent. in capitulo relatum, il primo de testamento Felyn. in capitulo Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitution. colum. 30. & videtur alia ratio, quia regula prædicta fuit inuenta, ne per vniones diminuatur cultus Diuinus Crescent. decisione prima in fine de Parochijs; ergo non habet locum quando augetur, & ita fuit decisum in Rota decisione 1143. parte tertia diuers. Achill. decisione vnica de vnionibus Crescen. vbi supra Capuraqu. decisione quadragesima secunda parte tertia Puteus 331. & 337. libro primo, quas decisiones alias refert Gonzalez super regula octaua Cancellariæ glos. quinta §. septimo, numero quadragesimo octauo, & quadragesimo nono, qui etiam ponit alios casus, in quibus non habet locum dicta regula, ad quem te remitto.

PRAXIS RENVNCIATIONIS faciendæ per monialem ante professionem.

RESOLVT. CCCLVI.

1 *Nulla renunciatio, aut obligatio antea facta cum iuramento, etiam sine licentia Episcopi, siue eius Vicarij, valet.*

2 *Renunciatio debet fieri intra duos menses proximos ante professionem, aliàs non sortitur effectum, nisi sequuta professione.*

Quid statuat Concil. Trident. sess. 25. capitulo 16. de regular.

Disponit enim vt ex expressis eius verbis Concilij colligitur, quod Nulla quoque renunciatio
1 aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos
2 menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione, aliter verò facta etiam si cum huius fauoris

ex-

expressa renunciatione etiam iurata sit irrita, & nullius effectus.

RESOLVT. CCCLVII.

1 *Traditur definitio renunciationis.*
2 *Nemo potest renunciare his rebus, quæ non sunt in sua facultate.*
3 *Procurator non potest bona domini donare. Nec Prælati bona ecclesiæ, cum non sint domini.*
4 *Quis non potest renunciare his quæ dependent ex iudicis arbitrio.*
5 *Renunciatio debet esse libera, & quomodo dicatur coacta num. 6. & 7.*
8 *Renunciatio illi tantum prodest, cui facta est.*
9 *Renuncians, & acceptans renunciata, debent esse ambo capaces.*
10 *Minor est persona inhabilis ad renunciandum.*
11 *Renunciatio facta per furiosum est nulla, & quid si habet dilucida interualla num. 12.*
13 *In dubio donatio præsumitur facta tempore furoris.*
14 *Episcopus, & Vicarius sunt personæ habiles ad recipiendum renunciationem.*

Renunciatio quid sit.

REspondetur secundum Ias. in leg. si quis in conscribendo C. de pact. quod est iuris proprij sponta-
1 nea facta resignatio a persona idonea in alterius
2 beneficium. Dixi iuris proprij, quia alienis rebus, quæ in sua facultate, & potestate non sunt renunciare, nemo potest, ex quo nemo dat quod non habet leg. nemo de reg. iur. Renunciatio enim est quædam donatio secundum Bal. in leg. pactum numero sexto C. de collat. Surd. cons. 431. numero decimo octauo volum. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 45. numero decimo tertio. Et donatio ab eo propriè dicitur fieri, qui de proprio donat: leg. filius familias ff. de donat. cum cumulatis per Surd. in decis. 68. num.
3 153. Et ex hoc euenit, vt procurator non possit bona domini donare, nec Prælatus, cum non sit dominus, sed procurator bonorum Ecclesiæ, non potest bona Ecclesiæ donare, & si donauerit, non valeret donatio capitulo secundo de donat. cum vulg. alijs, & consequenter cernitur nullo modo valere renunciationem de rebus alienis, vel earum rerum, quarum non habet donans liberam administrationem, vel ab eius arbitrio non dependent. Hinc est, non posse aliquem
4 renunciare his, quæ ex iudicis officio dependent, vt post Host. in summa in tit. de officio Iud. §. verum, desideret. Afflict. decis. 121. numero sexto. Dixi
5 Spontanea, quoniam renunciatio debet esse libera, si enim coactè facta esset, non valeret, & ipsa non obstante, posset renuncians rem renunciatam petere capitulo Abbas de eo, quod metus causa capitulo super hoc de renunc. & notant omnes in capitulo primo de pact. in sexto, quia deficit voluntas donandi in eo, qui coactè renunciare compellitur. Hinc est,
6 vt si aliquis detineretur in domo aliena, & inductus esset ad renunciandum beneficium, vel alteram rem, renunciatio diceretur meticulosa, & per vim, non autem ex mera, & libera voluntate facta, vt ex pluribus probat Paris. libro decimo tertio, de resignat. benef. quæstione prima, numero 126. sic etiam si aliquis inductus esset ad renunciandum ob carcerem
7 fratris, vel ob aliquod aliud imminens periculum, renunciatio esset nulla, quia præsumitur facta metu, non spontaneè, vt post Roman. Fel. Nauarr. & alios probat Paris. dicta quæstione prima num. 158. vbi sic etiam decisum refert in Rota Romana.

Dixi in beneficium alterius facta, renunciatio
8 enim illi tantum prodest, cui facta est, & alteri prodesse nequit lege iubemus C. ad Velleian. cum vulg. alijs; est enim hoc admodum vulgatum renunciationem non extendi vltra personam, in cuius beneficium fuit facta, vt ex pluribus probauit Paris. consil. 12. num. 90. volum. primo Ruin. Bertran. Beci. & alijs, quos probat Surd. decis. 163. numero decimo, & etiam in consilio 179. numero vigesimo consilio 124. num. 9. vol. 2. & consilio 446. num. 13. volum. 3. cum alijs multis.

Dixi a persona habili facta, quia in renunciatione
9 duo præ alijs sunt necessaria. Primo potestas renunciandi, vt nempe sit persona, quæ habilis sit ad renunciandum, & secundo requiritur, potestas acceptandi, siue recipiendi iura renunciata, & altero ipsorum deficiente deficit etiam renunciatio, sic habetur in lege Pomponius scribit ff. de neg. gest. probarunt etiam Bal. in leg. prima numero octauo, vbi Salyc. numero septimo C. de pact. Host. & alij quos probauit Surd. consilio 398. numero trigesimo volum. 3. & ex dicendis etiam fiet manifestum siquidem si minor vellet
10 ius suum in alterius beneficium renunciare, & cum effectu renunciasset, nullius momenti dicitur esse renunciatio tanquam facta à persona inhabili ad disponendum, vt ex pluribus probauit Surd. decisio. 100. tota & in specie numero 6.

11 Hinc etiam deducitur quod renunciatio beneficij facta per furiosum, vel mente captum sit nullius momenti, & possit ad libitum reuocari ab eodem renunciante sanæ mentis effecto, vt scripsit Archid. in capitulo quod autem numero primo septima quæstione secunda, quod etiam post alios firmauit Paris. lib. 3. de resign. benef. quæstione octaua numero septimo, & octauo, vbi numero nono, ex Turrecrem. in capitulo quamuis num. 2, septima quæstione prima Sarnen. & alijs infert, vt si renunciatio beneficij facta fuerit ab
12 eo qui habebat dilucida interualla, quia tunc cessaret impedimentum furoris valida esset, vt ad literam habetur in dicto capitulo quamuis, vt si constaret factam esse tempore sanitatis, & consequenter si adesset quæstio de validitate renunciationis, in dubio
13 præsumeretur facta tempore furoris, nam furor durare præsumitur, & idcirco, qui se fundat in validitate renunciationis probare debet illam esse factam tempore sanæ mentis; aliàs non obtineret, vt post Alexand. consil. 85. colum. 3. volum. 2. Gabriel. & alios probat Paris. dict. numero 9. cum pluribus seq. Et ideo vt valeat renunciatio beneficij debet fieri non solum à persona habili, sed etiam in manibus Episcopi, siue
14 eius Vicarij, qui sunt personæ habiles recipiendi renunciationes, est post Calder. & alios Farin. decisione 529. numero sexto, & septimo, vbi sic pluries refert decisum in illa Rota.

RESOLVT. CCCLVIII.

1 *Clausula decreti irritantis facit actum ipso iure nullum.*
2 *Clausula decreti annullatiua importat formam essentialem, qua quidem deficiente corruit actus.*
3 *Forma concilij non seruata corruit actus renunciationis.*
4 *Ampliatur renunciationem esse nullam etiam quod professio sequatur.*
5 *Pluries declaratum fuit hoc casu per Sacram Congregationem.*

An renunciatio non adhibitis solemnitatibus Concilij sit nulla ipso iure.

REspondeo quod cum in dicto decreto Concilij sit
1 adhibita clausula decreti irritatis videtur actum alter factum ipso iure nullum esse, ac pro infecto haberi ex traditis per Caball. in milleloq. 467. Hoied. de benefic. prima parte capitulo 10. num. 6. Neuizan.

con-

consilio 74. numer.34. Decius consilio 532. per tot Roland. consil.60. volum. quarto numero vigesimo
2 tertio. Clausula enim decreti annullatiua importat formam essentialem, qua quidem deficiente corruit actus leg.mulier §. abesse digestis de verborum significatione Menoch. de arbitrar. quæst.30. num.5. Roland.vbi supra ex numero 24.Felyn. in cap. cum dilecta numer.6. de rescript. Ial. in leg. quod si nominatim. numero vigesimo secundo ff. de lib. & posthum. Guttierez libro tertio pract. quæstion. 15. num.3. si ergo clausula ipsa decreti irritantis importat for-
3 mam sequitur quod forma concilij non seruata corruit actus ipsius donationis, & renunciationis, vnde si fuerit celebratus sine licentia Episcopi, vel ante duos menses ante professionem, nullus, & irritus iudicari debet.

Quod ampliatur procedere, vt renunciatio pariter
4 erit nulla, & inualida, etiam quod professio subsequatur. Molfes. consilio 1. & hoc probatur manifestè ex verbis Concilij ibi. Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque causæ piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, & ceter. Aliter verò facta etiam cum huius fauoris expressa renunciatione etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus, & successiuè ad sensum patet, si verba Concilij negari nolint, renunciationem esse nullam, prout sic pluries
5 declarauit Congregatio eiusdem Concilii, & etiam declarauit annis elapsis in causa quorundam de Gueuara, & aliorum plurium, quod omitto; nam verba Concilii tergiuersari non possunt.

RESOLVT. CCCLIX.

1 *Certioratio est necessaria in renunciatione, & quid hodie num.9.*
2 *Renuncians debet expressè, & specificè scire ea, quæ renunciat, & per notarium certiorari debet.*
3 *Aliter facta donatio est nulla.*
4 *Renunciatio quamuis generalis trahi non potest ad incogitata.*
5 *Non potest quis renunciare iuri sibi competenti, nisi ius illud sciat.*
6 *Certificatio debet esse in specie.*
7 *Si non appareat de certificatione in specie dicitur renunciatio facta sine causæ cognitione.*
8 *Quando capi potest alia coniectura alterius rei nunquam præsumitur renunciatio, hodie seruatur contrarium numero 9.*

An vt renunciatio facta per ingressurum in religionem valeat requiratur certioratio.

1 REspondetur, quod sit necessaria certificatio iuris renunciati, vt per plura in materia renunciationis Velleiani facienda per mulierem resoluit The-
2 saur.decisione 222. vnde renuncians debet specificè, & expressè scire id quod renunciat l. si mater ff. de inoffic.testament.& certificari debet quod per Notarium de iure, & beneficio cui renunciat Thomingius decisione 29.Rubin. decision. quadragesimatertia, &
3 aliter facta renunciatio dicitur nulla secundum Thesaur. loco citato. Ratio principalis conclusionis est,
4 quia renunciatio quamuis generalis trahi non potest ad incogitata, & quæ renuncians nescit sibi competere, sic probat text. in leg. mater decedens. vbi Bartol. digestis de inoffic. testament. Imo non dicitur
5 posse aliquis renunciare iuri sibi competenti nisi certificatus sit, ad hoc vt sciat quid renunciat vt post Bartol. Ioannes à Capistrano in tractat. de vsur. prima parte secunda parte princip. numero 13. vt legitur tomo 7.tract.fol.99.Bauer.in tract.de mora colum.3. circa med.vt habetur tomo sexto tract.parte secunda fol.404.Carrocc. in repet. capitulo cum quid parte quarta num.10. de regul. iuris in sexto. Qui etiam dicunt, quod certificatio debet esse in specie vt particu-
6 lariter appareat de iure renunciato, & particulariter procedit in minore, & muliere, & hoc omnes docent, adeo vt præsumi possit voluntas renunciandi iuri, quod quis ignorat.

Plus dicunt DD. vt si non appareat de certificatio-
7 ne in specie dicatur renunciatio facta sine causæ cognitione, & sine voluntate renunciantis, & potius presumeretur apposita de stylo, & ex stipulatione Notariorum, & vt talis nullo modo nocet renuncianti, vt scripsit Card. quem probat Dec. cons.495. num. primo post ipsos Barbat. Alb. Rip. And. Gail. Decian. Capyc. & alios plures Surd. in consil.431. numer.31. volum.3.probat etiam de Franc. decis. 181. num.10.
8 Et nunquam renunciatio præsumatur, quando alia capi potest coniectura alterius rei iuxta text. in l. si cum aurum ff.de solut. l. campanus ff. de oper.libert. cum alijs cumulatis per Aquilin. in l. naturaliter §. nihil commune num.179. ff. de acquirend. posses. Mascard.in tract. de probat. conclus.1261. num.4. & per Surd. cons.321. num.62. & d. cons.431. num.16. sed nunc si certificatio non appareat, non præsumitur adesse voluntas renunciantis, & capitur coniectura, vt apposita, sed ex stipulatione notarij, & vt talis non præiudicat renuncianti.

Verum supradictis minimè obstantibus contra-
9 rium seruatur hodie vt in renunciationibus puellarum non fiat certioratio.

RESOLVT. CCCLX.

1 *An decretum concilij habeat locum in renunciatione facta ante ingressum monasterij.*
2 *Concilium loquitur de anno professionis.*
3 *Cum loquatur concilium de gestis tempore nouitiatus actus facti ante illud tempus, non indigent solemnitate.*
4 *Prohibita certo tempore censentur reliquo tempore permissa.*
5 *Correctoria decreta, non debent extendi de vno tempore ad aliud.*
6 *Ius commune quanto minus fieri potest corrigi debet.*
7 *Donatio, vel renunciatio facta dolo, metu, vel alio modo non libere rescindi potest.*
8 *Refertur contraria opinio, & refellitur.*
9 *Menoch. sibi contrarius.*

An renunciatio facta ab existente in sæculo intuitu ingressus requirat solemnitates Concilij.

REspondeo in hac quæstione duplicem esse DD. sententiam, affirmantium, sc. & negantium, nam quod huiusmodi decretum locum non habeat
1 in renunciatione facta ante susceptionem habitus, tenuerunt Quaranta in summa Bullar. verb. Monasteria monial. Grat. decis.37. Valasc. in tract. de portionibus cap.16. numer.22. & seq. Ægid. in repet.l.1.par.4.§.2.num.22. & seq. C. de Sacrosanct. eccles. Barbos. in remissionibus in sess.25. capit.16. Menoch. lib.2. de arbitr. iud. centur. 5. casu 436. numer.3. & seq. Rodriq. tomo 2. quæstion. regul. quæst.47. art.8.

Mouentur infrascriptis rationibus. Primo ex ca-
2 pite precedenti, cui continuatur, vbi loquitur de anno professionis, & subiungit statim per copulatiuam in capitulo 16. nulla quoque renunciatio, &c. item etiam ex verbis sequentibus, ibi, nisi cum licentia Episcopi, seu eius Vicarij fiat infra duos menses proximos

ximos ante professionem, & ex versiculo sequenti ibi finito tempore Nouitiatus, &c. item, ex vers. sed nec ante professionem nouitij vel nouitiæ illius temporis quo in probatione est, &c.

Ex quibus omnibus apparet illud sacrum decretum in tota serie solum loqui de gestis tempore nouitiatus. Vnde palam fit renunciationes factas ante annum illum nouitiatus, non indigere solemnitate, de qua ibi, licet alijs indigeant, quia de eo tempore non loquitur. Et non solum si tales renunciationes fiant ante ingressum, qui casus est minus dubitabilis, sed etiam si fiant cogitatione ingressus, vel eius mentione facta, si modo verum est Concilium non prohibere, nisi renunciationes intra annum nouitiatus emissas; cum prohibita certo tempore censeantur reliquo tempore permissa l. Imperatores ff. de postuland. l. statu liberum §. Stichum ff. de leg. 2. & annus nouitiatus maiorem videatur habere rationem prohibitionis, & insuper decretum illud est correctorium iuris communis, maximè dum infirmat vigorem iuramenti, vnde non debet extendi de vno tempore ad aliud, iuxta iura vulgaria.

Quorum sententia confirmari potest nam Concilium solum loquitur de renunciatione facienda per nouitium, vt supra dictum est. Non ergo extendi debet ad renunciationem factam per mere sæcularem quoniam ius commune quanto minus fieri potest corrigi debet, adeo vt expressè constare debeat de correctione §. tribus auth. quibus modis natu. effic. sui cum alijs cumulatis per Napod. in consuetu. si aliquis monens num. 35. vers. sed contra pacto fol. 171. cum vulgat. alijs, & consequenter si tunc donatio vel renunciatio facta fuisset dolo, metu vel alio modo non liberè, iam rescindi posset per remedia introducta secundum ius commune, & successiuè patet verissimam esse sententiam, dispositionem Concilij non extendi ad renunciationem factam ante ingressum.

Non obstat secunda opinio asserentium etiam donationem factam ante ingressum, esse nullam, & inualidam si non fuerit in ea adhibita solemnitas Concilij Trident. vt scripsit idem Menoch. sibi contrarius cons. 388. n. 7. volum. 4. Nauarr. in tit. de donatione cons. 7. Rodriq. d. art. 8. in fine vbi videtur tenere cum opinione Nauarr. quem etiam probauit Molin. relatus per Menoch. de arbitr. iud. cent. 5. casu 476. præcipuè n. 17. Quoniam loquuntur contra veram sententiam in iudicijs receptam, & Menoch. retractauit sententiam, nam opus de arbitrar. & præcipuè d. centur. 5. & additiones ad totum opus de arbitrarijs editæ sunt post consilia eiusdem præcipuè post vol. 4. Nauarr. etiam nec sibi constans, quia in tit. de regularibus cons. 82. n. 5. contrarium refert Gratian. d. dec. 37. n. 9. tenet contrarium vt non sit seruanda dispositio Concilii Trid. in renunciatione facta ante ingressum, & Menoch. d. casu 436. num. 3. 4. & 17. multis modis improbat Nauarr. & Molin. prout etiam ad contraria respondet Rodriq. d. art. 8. & seq. Itaque si videretur tenere contrarium, non esset sibi constans, & ad summum satis est vt pro nostra sententia sit communior, & receptior opinio.

RESOLVT. CCCLXI.

1 *An declarata professione nulla ex aliqua iusta causa censeatur annullata renunciatio, vide num. 4.*
2 *Ex diuersis non debet fieri illatio.*
3 *Separatorum separata debet esse causa.*
5 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
6 *In quolibet actu semper intelligitur apposita clausula rebus sic stantibus, quæ clausula intelligitur in contractibus, prout in quibusuis alijs dispositionibus, & hoc amplia num. 7. & seq.*

An professione declarata nulla censeatur etiam annullata renunciatio.

SVpponatur pro articuli dilucidatione, quod si professio alicuius in aliquam religionem esset declarata nulla ob legitimas causas exempli gratia propter minorem ætatem professis, vel quia propter metum, vel alio modo non liberè professionem emisisset, dubitatur an ex quo declarata nulla fuit professio censeatur pariter annullata renunciatio facta per eundem religiosum iuxta formam Concilij Trident. & prima facie videbatur dicendum, quod non, ex quo ex diuersis non debet fieri illatio l. Papinianus ff. de minoribus, & separatorum separata debet esse causa l. si seruus ff. de seruis export.

Cæterum contrarium censui in quadam facti contingentia, vt sc. si Concilij solemnitas adhibita fuerit in tali renunciatione, & deinde fuerit professio declarata nulla, vel propter minorem ætatem, vel quia propter metum, vel alio modo, non liberè professionem emisisset, tunc etiam renunciatio declaratur nulla, ex quo declarata nulla professione, tanquam principali declaratur etiam nulla renunciatio tanquam accessorium, & dependens à professione, tanquam à principali ex vulg. regul. vt accessorium sequatur naturam sui principalis. cap. accessorium de reg. iur. in 6. & ita post Spinum, & alios probat Rodriq. quæst. 47. art. 11. etiam quia renunciatio dicitur esse conditionalis, si nempe professio fuerit valida, & ex alijs, vt per eosdem Authores, & proinde debet interuenire solemnitas ita, & taliter vt subiectum sit capax confirmationis, si enim non esset capax, non posset confirmari per solemnitatem prædictam, vt etiam dicitur de assensu, qui impetrari solet in alienationibus feudorum, nam talis assensus non potest validare contractum inualidum, sed solum tollit obstaculum, vt liceat contrahentibus alienare absque metu alicuius pœnæ iuxta notata in cap. Imperialem de prohib. feud. alien. per Federic. & in constit. Regn. Constitutionem diuæ memoriæ cum alijs cumulatis per de Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de refut. feud. §. 11. num. 17.

His etiam accedat, quod in quolibet actu semper intelligitur apposita clausula, Rebus sic stantibus, etiam, quod in ipso contractu non exprimatur.

Quæ clausula intelligitur in contractibus prout in quibusuis alijs dispositionibus Anchar. consil. 84. num. 3. & 4. Dec. consil. 335. num. 3. & 4. & consil. 475. Iaf. in l. qui Seruius. num. 8. ff. de condit. ob causam Ruin. consil. 170. num. 13. lib. 1. Crauett. consil. 95. num. 4. Natta consil. 525. num. 16. Tiraq. in l. si vnquam in præfat. n. 167. C. de reuoc. donat. Cacheran. decis. 91. num. 2. & vide in causa Romana dotis de Fruscherijs. 19. Martij 1586. coram Robusterio.

Quod amplia, vt procedat in quolibet contractu etiam iurato, in quo etiam hæc clausula intelligitur. l. fin. ff. ad municip. l. fin. ff. qui satisd. cog. l. fin. C. de non numer. pecun. c. 2. de renunciat. c. quemadmodum de iureiur. Castr. consil. 448. num. 3. lib. 1. Romanus consil. 22. num. 3. versic. secundo quia, cum alijs per Tiraquell. in d. l. si vnquam in præfat. num. 166. & fuit dictum in causa Terracinen. tutelæ 4. Nouembris 1588. & vide in causa Romana dotis coram Robusterio.

Maximè concurrente verisimili mente contrahentis, qui ita respondisset, si fuisset interrogatus iuxta glos. vlt. in fine communiter approbatam in l. tale pactum. ff. de pact. quæ habet locum in qualibet dispositione etiam in contractibus Bald. ibid. in §. fin. in 2. notab. Iaf. num. 16. Dec. consil. 190. col. 3. in principio cum alijs per Tiraquell. in loco vt supra num. 56. Gabr. de regul. iur. concluf. 10. num. 4. & vide in d.

Roman.

Roman. dotis coram Robusterio. Quod verum est
9 primo quando adest talis verisimilitudo vt nemo cum aliquo colore possit contrarium dicere Gabr. consil. 90. num. 18. consil. 95. num. 15. consil. 96. num. 40. consil. 111. num. 12. consil. 117. num. 43. consil. 123. num. 42. & consil. 132. q. 4. num. 5. lib. 1.

Quod declara etiam verum esse, secundo, quando
10 superuenit causa, quæ à partibus præuideri non potuit, secus vbi ea præuideri potuit Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 16. num. 4. in 4. Fallent. Natta consil. 525. num. 18. Cacher. decis. 91. num. 16. & fuit resolutum in d. causa Romana dotis.

11 Item declara tertio verum esse respectu causæ finalis, secus verò respectu causæ impulsiuæ ad tradita per Tiraquell. in tract. cessante causa limit. 1. & limit. 35. num. 2. & fuit dictum in d. Romana dotis coram Robusterio.

RESOLVT. CCCLXII.

1 *Facti species.*
2 *Dispositio Concilij Tridentini Cap. nulla quoque quomodo sit intelligenda, & de quo disponat. num. 3.*
4 *Patres, qui fuerunt in Concilio noluerunt manus imponere in messem alienam.*
5 *Iura admittūt donationes, seu renunciationes resolutiuas.*
6 *An renunciatio, de qua supra sit nulla, cum videatur facta contra formam Concilij.*
7 *Solemnitas Concilij requiritur etiam quod renunciatio fiat à maiore 17. annis, & in quo loquantur verba Concilij num. 8.*
9 *Requisita ex Concilio in tali renunciatione.*
10 *Obligantur etiam vouentes, qui sunt in aliena potestate post 14. annum completum.*
11 *Omnibus, & in omnibus renunciationibus profitentium requiritur illa solemnitas.*
12 *Reprobatur opinio Menochij.*
13 *Concilium generaliter loquitur.*

An solemnitas Concilij requiratur in renunciatione, quæ fit a maiore 17. annorum.

1 REspondeo quod cum quædam puella ætatis viginti trium annorum volens monachari, ante ingressum monasterij in manibus fratris renunciasset bonis paternis, maternis, & fraternis, cum iuramento non seruata forma capituli Concilii, quæsitum fuit vtrum subsisteret ista renunciatio, & prima facie videbatur dicendum istam renunciationem subsistere ex multis rationibus, & primo, quia dispositio illius
2 capituli nulla quoque debet intelligi secundum capitulum antecedens, prout demonstrant verba illa, quoque, & antea, in dict. cap. posita iuxta tradita per Bart. in l. 2. de pact. Oldrad. consil. 103. Aretin. consil. 157. colum. fin. Hormanoct. in l. 4. §. Cato. numero 79. de verb. obligat. Caualcan. decis. 19. at in cap. 15. statutum fuerat, quod professio non fieret ante decimum sextum annum completum, ergo de illa ætate intelligenda sunt verba sequentis capituli.

3 Secundo, quia Concilium disponit de muliere, quæ erat iam ingressa monasterium: sed nondum fecerat professionem, non autem loquitur de virginibus, quæ ante ingressum religionis imo, & ipsius monasterii solent facere istas renunciationes fauore fratrum, vel aliorum de agnatione, quo in articulo licet Corn. in d. consil. 272. lib. 3. & Socin. consil. 183. lib. 2. voluerint necessarium esse consensum monasterii, quia habent tacitam conditionem, si hæreditas renuncianti deferatur, quæ monasterio quæritur, tamen quando istę renunciationes fiunt ante ingressum monasterii, cui ante ingressum, & tempore donationis, vel renunciationis nullum est ius quæsitum, semper validæ sunt, quia aliàs sequeretur maximum absurdum, quod nullæ renunciationes hodie, quæ passim fiunt sine illis solemnitatibus, subsisterent, sed omnes essent nullæ, ideo pro ista consuetudine, & obseruantia capienda est interpretatio, ne tot actus inualidentur, & præsertim, quia præsu-
4 mendum non est, quod voluerint illi Patres, qui Concilio interfuerunt in messem alienam manum apponere disponendo super contractibus quæ à laicis, & inter laicas personas fiunt, licet sub occasione religionis, & Concilium loquitur hoc casu, quia intentio illius fuit prouidere, ne monachi, vel moniales, quæ sub prætextu religionis renunciant, remaneant postea nudi, & bonis priuati, si non faciant pro-
5 fessionem. Ideo iura admittunt donationes seu renunciationes resolutiuas, casu quo non maneat in religione donans, vt per Natta consil. 180. per totum. Et refert Thesaur. quæst. Forens. lib. 2. quæst. 56. num. 9. ita fuisse iudicatum in simili causa in ciuitate Ast. vbi dicit, quod valet renunciatio facta ante ingressum religionis, quod latè firmat Gamma decision. 375. & in terminis tenet Borgnin. decis. 11. num. 113. decretum Concilij procedere in actu facto in nouitiatu, non autem de renunciatione facta ante nouitiatum. Guttier. in repet. cap. quamuis num. 4. de pact. super verbo dum nuptui.

His autem minimè suffragantibus contrarium mihi visum fuit de iure verius, & videbatur dicendum
6 istam renunciationem esse nullam, quia erat facta contra formam Concilij in d. cap. 1. per ea, quæ de forma non seruata latè scribit Osasch. decis. 166. & in puncto voluit Corneus consil. 272. lib. 3.

Secundo, quia requiritur etiam solemnitas dicti
7 Concilij, quamuis nouitius, qui renunciationem facit, esset maior decimosexto anno, & ratio est manifesta, quoniam verba Concilij indistinctè, & ge-
8 neraliter loquuntur de professione, & de renunciatione facienda per nouitium, & successiuè respectum habuit non ad ætatem profitentium, sed ad solemnitatem renunciantium, nam duo Concilium determinauit inter se distincta. Primum est vt profitentes
9 sint maiores sexdecim annis, hoc est, vt habeant decimum sextum annum completum, quoniam in illa ætate præsumuntur esse habiles ad quemlibet actum faciendum, & ad se obligandum quouismodo, præsumuntur enim esse recti, & sani iudicij, vt sciant quid faciant, lex enim communis illos habilitat ad disponendum de bonis suis, etiam in decimoquarto anno, vt in l. qua ætate ff. de testam. & Sacri Cano-
10 nes obligant vouentes etiam in aliena potestate existentes post 14. annum completum; patres ergo Concilij, vt profitentes essent sanioris iudicij taxauerunt tempus decimi sexti anni completi ad profitendum, & hoc est primum. Alterum est, vt in renunciatio-
11 nibus ab omnibus professionem emittere volentibus faciendis adhiberetur illa solemnitas ob rationes cumulatas alibi, quæ locum habere possunt etiam in maiore, & ita post alios probat Rodriq. quæst. 47. art. 13. & S. Congreg. Concilij hoc declarauit in causa illorum de Gueuara, vt non obstante maiori ætate renunciatio esset nulla, dum non fuit adhibita solemnitas Concilij.

Ex quibus omnibus aduertendum censeo Menoch.
12 virum doctissimum minus rectè dixisse in lib. 2. arbitrar. iud. centur. 5. casu 436. num. 8. locum non esse dictæ constit. Concilii, quando ingressus religionem esset ætatis decem, & septem annorum, vel maioris, nam is quandocunque voluerit intra annum probationis liberè potest se obligare, & bonis suis renunciare sine licentia Episcopi, vel eius Vicarii per rationem, quam ibi adducit, eam tamen (salua pace tanti viri) minimè veram esse censeo, quia dictum

13 Con-

13 Concilium generaliter loquitur, & sic tam de maioribus, quam de minoribus decem, & septem annis intelligendum videtur, vt latè dixit Cened. in 1. par. collect. 50. ex num. 4. & post illum idipsum adnotarunt Guttier. in lib. 2. Canon. quæst. cap. 1. num. 34. & Rodriquez in summ. tom. 2. cap. 7. num. 7.

RESOLVT. CCCLXIII.

1 *Quamuis ex Concilio requiratur illa solemnitas in renunciatione, non tamen est prohibitum testamentum condere, & num. 4.*
2 *Concilium debet intelligi de dispositione inter viuos, non autem facta per testamentum.*
3 *Testamentum professione non reuocatur.*
5 *Dispositio Concilij non procedit in testamentis, sed tantum in alijs contractibus, num. 6.*
7 *Dispositio Concilii non debet extendi vltra casum, de quo loquitur, cum sit correctoria.*
8 *Testamentum potest per monachum reuocari, non autem renunciatio.*

An solemnitas Concilii requiratur in testamentis condendis.

1 REspondeo, quod quamuis in eo cap. Concilii prohibita sit bonorum renunciatio, & obligatio, nisi seruata forma ibidem præscripta, non tamen est prohibitum testamentum condere illi, qui vult religionem ingredi ante, vel post eius ingressum sine solemnitate dicti Concilii, vt minus rectè existimauit Spino. in Specul. testament. in glos. 12. num. 50. Nam decisio Concilii intelligi debet de dispositione facta per renunciationem, aut obligationem
2 aliquam irreuocabiliter inter viuos, non autem facta per testamentum, per quod nulla renunciatio, seu obligatio inducitur, cum semper maneat in potestate nouitij vsq; ad professionem illud reuocare, seu alterare, & aliud de nouo condere, etiam sine prælati licentia, & consensu, nec illud professio-
3 ne reuocabitur, vtpote factum eo tempore quo testator liberam habuit testandi facultatem vt aduersus Suarez alleg. 20. numer. 29. aduertit eius additionator, ibidem in litera M. & tradunt expressè Michael. Crass. in §. testamentum quæst. 34. numer. 5. Couarr. in cap. 2. de testam. numer. 5. in fin. Clar. in §. testamentum quæst. 28. numer. 6. Guttier. lib. can. quæst. cap. 1. num. 25. Molina tract. 2. disput. 139. col. 747. vers. his tamen constitutis.

Ex quibus quidem (saluo meliori iudicio.) indistinctè teneo ex decisione dicti Concilii non esse pro-
4 hibitum testamentum condere non obseruata forma, & solemnitate ibidem præscripta. In qua quidem sententia quamuis Ioan. Guttier. non sit ausus persistere in repet. cap. quamuis pactum de pact. in 6. in verbo dum nuptui tradebatur num. 4. pulchrè tamen eam nouissimè ipse defendit. in libro 2. canon. quæst. c. 1. ex num. 31. versic. his tamen, & Gaspar Passarellus in scholijs ex cap. Barchinonensi in §. de bonis nouit. fol. 143. Rodriq. in summa tomo 2. cap. 7. ex num. 8. optimè Humada in l. 7. tit. 7. parte 1. glos. 3. ex num. 4. subdens in num. 6. decisionem dicti Con-
5 cilii non procedere quando quis condidit testamentum, sed tantum in aliis contractibus, idemque fatetur Ceball. in pract. quæst. 63. ex num. 5. vers. quæ dispositio, & in quæst. 121. ex nu. 5. Borgnin. Caualcan. in 3. par. decis. 11. num. 113. asserens dictum Concilium loqui de renunciationibus, & obligationibus, &
6 non de testamento, & sic de actu inter viuos non de vltimis voluntatibus, & de donationibus factis causa mortis, vt etiam affirmat Rodriquez tomo 1. capit. 90. num. 4. Cancer. 2. par. cap. 8. num. 86. & idem tenet Gratian. in regul. 456. numer. 7. affirmans, Con-
7 cilium non debere extendi vltra casum, de quo loquitur, cum sit decisio correctoria, ex doct. omnium in authent. quas actiones C. de sacros. Eccles. cum in isto
8 casu sit diuersa ratio, cum testamentum possit per ipsum monachum reuocari, donatio verò, & renunciatio minimè, & sic in isto casu cessat ratio, quæ poterat mouere Concilium, ne scilicet fiat fraus monasterio, vel ipsi ingresso.

RESOLVT. CCCLXIV.

1 *Dispositio Concilij de solemnitatibus in renunciatione adhibendis, cum loquatur de religiosis comprehendit etiam equites Hyerosolimitanos, & alios similes.*
2 *Isti milites sunt verè religiosi, & gaudent priuilegio religiosorum.*
3 *Milites Hyerosolimitani, & alii gaudent priuilegio fori.*
4 *Item sunt de ordine clericali, & extra legem matrimonii.*
5 *Item profitentur tria vota substantialia.*
6 *Hi equites quicquid acquirunt, religioni acquirunt quoad proprietatem, sibi verò quoad vsumfructum.*
7 *Isti milites non possunt disponere in vltima voluntate.*
8 *Statutum loquens de religiosis extenditur etiam ad istos milites.*
9 *Equites non tenentur soluere gabellas, & collectas &c.*
10 *Inferentes manus in istos equites sunt excommunicati.*
11 *Milites isti non possunt succedere in feudo.*

Renunciatio equitum Hyerosolimitanorum ante professionem an requirat solemnitatem Concilij.

REspondeo ex D. Nouario de electione fori quæst. 37. sect. 1. quod sic, ex quo Concilium Trident. loquitur de renunciatione facienda per religiosos, non dubitatur quin ipsos equites compræhendat, cum sint verè religiosi, sunt enim isti post emissam
1 professionem verè religiosi, & gaudent priuilegio Religiosorum, vt habetur per Azor. lib. 12. Moral. c. 12. quæst. quinta latè Franch. in decis. 479. Molfes. in cons. 33. post comment. ad consuet. Neapol. de Ponte in consil. 14. lib. 1. & ibidem dicimus in militibus S. Iacobi, S. Stephani, S. Lazari, & similibus, qui verè sunt Religiosi. Felyn. & DD. in cap. ex eo de elect. latè Bald. in lege officiale C. de Episcopis, & cler. Natta consil. 495. num. 12. lib. 3. vbi dicit, quod isti milites prius vocabantur templarii, & quod Religionem profitentur,
3 vnde gaudent priuilegio fori secundum istos, & habetur per Caualcan. de Brachio Regio par. 1. n. 88. Masull. alios allegans in addit. ad Capyc. in decis. 109. num. 10. Nauarr. consil. 11. num. 1. & 2. consil. 12. nu. 1. de regular. & in consil. 2. per totum de conuers. coniug. lib. 1. & ratio est, quia milites Religionum
4 prædictarum, & similium sunt de ordine clericali, & extra legem matrimonii, & habent certum viuendi modum, & dicunt horas Canonicas iuxta Pontificum institutiones clement. 1. de relig. domib. Molin. de primogen. Hisp. lib. 1. cap. 15. num. 98. Vasq. multa circa hoc scribens controuers. Illustr. capit. 105. num. 98. Imbrian. de iudic. Regni in præfat. numer. 42. Menoc. de arbitrar. iud. casu 231. num. 31. in addit. vbi inquit quod sic per quendam suum breue declarauit summus Pontifex de anno isto; & profitentur
5 tria vota substantialia Religionis, scilicet castitatem, paupertatem, & obedientiam, quæ professio probat, eos verè Religiosos Clemen. 1. vbi glo. in verb. obedientia, de relig. domib. Med. decis. 10. numer. 2. de causa possess. & propriet. Rimin. Ias. cons. 57. num. 28. lib. 5. late Bambacar. multas rationes adducens in cap. 1. §. qui clerici, quæst. 2. si de feud. defunct. num. 31. cum seq.

Hinc

Hinc enim videmus, quòd prædicti equites quic-
6 quid acquirunt Religioni acquirunt, quoad proprietates, sibi verò quoad vsum fructum vita durante, vt habetur in Constit. dictæ Religionis tit.16. in rubr. de contract.& alienat. cap.10. cum duobus sequentib. ibi, ideo sancitum est, quod fratres ordinis nostri, qui per emptionem, donationem, aut alia quacumque ratione bona prædia census, seu annuos reditus, vel iurisdictionem acquisiuerunt, & vbi vendicauerunt vllo pacto absque magistri, vel capituli generalis consensu vendere, alienare, & cęt. vbi disponitur, quod licentia debeat obtineri in scriptis à Magistro, vel capitulo generali, & debet esse in specie, & in vita, & in morte, vt habetur per Molfes. in cons.24. num.4. & 5. vbi num.8. dicit Milites Hierosolymitanos non posse in vltima voluntate disponere de bonis
7 immobilibus, nec etiam mobilibus etiam per ipsos acquisitis, vt ibi per eum.

8 Hinc infertur, quòd statutum loquens de professis, & Religiosis in stricta significatione extenditur ad huiusmodi milites Polid. Ripa obseru.185. Faber in decis.27.C.de Episcop. & cler. & ideo Nauar. cons.2. per totum, de conuers.coniug. dicit quod per ingressum talis religionis dissoluitur matrimonium non consummatum.

Hinc enim sicuti clerici non tenentur soluere collectas cap. quamquam, de censibus cap. clericis, de immunit. eccles. in 6. cap. generaliter §. nouarum, & §.placet 16. quæst.1. clem.1. de immunit. eccles. Sac. Concil. Trident. in sess.25. de reformat. cap.20. vbi confirmantur omnes Constitutiones hactenus à summis Pontificibus emanatæ in fauorem immunitatum, & in priuilegium clericorum, & ecclesiasticarum personarum l. placet auth. omnis, & auth. item nulla communitas C. de sacrosan. eccles. ita pariter isti
9 equites non tenentur soluere collectas Remig. de Gan.in tractatu de charitate subsid. quæst.62.numer. 35.latè Grass.de effect.cler.eff.3. num.132. vbi refert in Regno Siciliæ istos milites consequi multas immunitates, quas non consequuntur exteri clerici, & Sacerdotes.

10 Et huc spectat, quod inferentes manus in istos milites, vt sunt sancti Iacobi, S.Ioannis, & aliorum incidant in excommunicationem, ac si in Religiosos manus iniecissent glos. in cap. quisquis §. sacrilegium in verb. ecclesiast.17. quæst.4. Nauarr. consil.11. per totum, de regular. Macerat. in lib. variarum resolut. casu 112.

11 Hinc isti milites non possunt succedere in feudo requirente seruitium personale, quia ipsi clerici Regulares dicuntur, vt in specie scribunt Bal. Barbat. Brun. Cassan. Alciat. Cott. Crauet. Roland. & Frecia, quos retulit, & approbat. Menoch. consil.54. num. 24. lib.1. & de arbit. iud. cas. 230. lib.2. num.29. in addit. vbi alios pro hac opinione allegant. & num.31. idem dicit de militibus S. Iacobi Calatrauæ, & Alcantaræ, apud Hispanos Religiosos sua vota solemnia emittentes, vt habetur post alios per Molin. de Hisp. primog. lib.1. cap.13. num.98. & sic declarasse breui Apostolico Paulum Papa III. in anno 1440. scripsit idem Menoch. consil.950. dub.7. lib.10. Et hæc omnia per D. Nouarium, vbi sup.

RESOLVT. CCCLXV.

1 *Refertur casus quæstionis.*
2 *Renunciatio beneficij contra dispositionem Concil. Trid. debet de iure annullari.*
3 *Beneficium non potest renunciari ante professionem.*
4 *Professio clericorum etiam inconsulto superiore inducit tacitam renunciationem.*

Dispositio Concilij an locum habeat in renunciatione beneficij.

1 CAsus mihi propositus talis est. Quidam clericus cupiens religionem Camaldulensium ingredi, renunciauit beneficium cuidam non tamen seruata forma Concilij Trident. quæ est in cap. nulla quoque renunciatio, quare fuit dubitatum an hæc renunciatio veniret de iure annullanda, & breuiter censui
2 affirmatiuè respondendum, tum primo, quia clericus habens beneficium, siue simplex, siue curatum ingrediens religionem illud retinet, sicut antea, & fructus percipit Paris. de resignat. Benef. lib.1.quæst. 13. num.3. & prius dixit Gemin. in cap.beneficium num.1. de regul. in 6.& Paulus de Castro in cons.432. cum statutum, num.4. in versic. nam beneficium, vol. 1. & in eo per alium inseruire debet, donec professionem emiserit Paris. d. loc. num.8. tum secundo propter dictionem illam vniuersalem (nullam) quæ omnem speciem renunciationis includit arg. tex. in cap. omnes, de maiorit. & obed. & l. Iulianus, ff. de leg.3. Tum denique, quia secundum Monald. in
3 consil.143. col.2. non potest renunciari beneficium intra annum probationis, nisi ante duos menses professionis, & de consensu Superiorum, nec potest Episcopus illud alteri conferre, nisi postquam professionem emiserit, ne contingat postea si professionem emittere nollet, vel non posset carere, & monachatu, & beneficio, ita firmat idem Paris. d. q.13. numero 4. 5. & 7. ex dispositione sacri Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap.16. vbi dicit sæpius sacram Congregationem præfatum c. Sac. Concilij censuisse habere locum etiam in renunciatione beneficij, & Episcopum illud non posse conferre, nisi post factam professionem, & Maiol. de irregular. lib.3. cap.6. col.2. & præsertim prædicta procedunt, cum clericus fuerit ordinatus ad titulum eiusdem beneficij, cum propterea illud resignare non possit, nisi facta mentione, quod ad illius beneficij titulum sit promotus, & tunc resignatio tantum admittitur, quatenus habeat aliunde, vnde commode viuere possit, prout quotidie seruatur ex dispositione eiusdem Concilij cap.2. sess.21. de reformat. vnde ne clericus beneficium ante emissam professionem dimittat renunciatio facta non tenet, vt si contingat non profiteri, vel quia nolit vel non possit, beneficio non priuetur, vnde viuere possit in sæculo, vt dictum est, & hinc dixit idem Paris. d. tract. lib.7. q.14. num.28. quod
4 professio clericorum etiam inconsulto superiore inducit tacitam renunciationem, & vacationem beneficij, cum per eum citatis, & hanc dicit esse communem opinionem, & sic per ingressum religionis ante professionem illud retinet, & ad illud non profitendo redire potest, vt patet ex supradictis.

PRAXIS RERVM AD SACRIFICIVM Missæ pertinentium.

RESOLVT. CCCLXVI.

1 *Quando testator non designauit locum vbi missæ debeant celebrari, celebranda sunt in loco vbi iussit se sepeliri.*
2 *Conuenit est, vt vbi est onus, ibi sit & lucrum.*
3 *Legata relinquuntur propter merita.*
4 *Quid de iure Archiepiscopali Neapolitano statutum sit circa hoc.*
5 *Relictum factum Ecclesiæ non specificatæ, nec declaratæ intelligitur factum Ecclesiæ, cuius parochianus est ipse testator.*

Vbi

Vbi missa celebrari debet quando testator non designauit locum certum.

1 QVando testatur non designauit locum certum, vbi missarum suffragia celebrentur celebranda sunt in loco vbi iussit se sepeliri, vt optimè consuluit Abb. videndus cons. 99. numero 4. libro 2. versicul. circa secundum dubium, est enim maximè conue-
2 niens, quod vbi sit onus, ibi etiam lucrum collocetur, nam absurdum videtur alium habere commodum, & alium onus sustinere l. is, qui in potestate §. vlt. ff. legat. præstand. l. 1. §. pro secundo C. de caducis tollendis, & laboribus industria, & diligentia frustrari maximum absurdum est inquit Decianus responso 36. num. 46. lib. 1.

Et faciunt etiam probabiles, & vrgentes coniecturæ, quia equitas suggerit, vt illi Ecclesiæ, quæ sustinet onus sepulturæ testator legare voluerit gratia
3 remunerationis, quia, & legata propter merita relinquuntur l. nec adiecit ff. pro socio, & semper in dubio debemus inspicere, quod verisimilius est, vt in regula in obscuris de regul. iur. in 6. Menoch. consil. 230. num. 89. & cons. 260. num. 34. & verisimile est imo credibile, quod testator senserit, vt missarum suffragia pro eius anima celebrẽtur vbi est eius cadauer, & quia etiam honestius est, quod ibi preces fundantur vbi est sepultura ex glosa notabili in cap. grauia 15. quæst. 2. & facit illud Psalmistæ, & sepulchra eorum domus illorum in æternum.

In constitutione autem huius Archiepiscopatus
4 aliud hoc casu stabilitum est, vt scilicet quando testator extra suam parochiam sepultus est, dimidia pars missarum dicatur in Ecclesia, aut monasterio, vbi est sepultura, alia verò dimidia dicatur in eius parochia, quod factum est magno cum iudicio, & ad sedandas discordias, quæ quotidie oriebantur, in quo conducunt, quæ deducit Mantica de coniectur. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. à num. 1. & præsertim num. 6. & est textus celebris in auth. de Ecclesiasticis titulis §. si quis autem in nomine Domini collat. 9. & adde aliam legem singularem in l. quæ conditio §. cum in testamento ff. de condit. & demonstrat. vbi firmat Bart.
5 quod relictum factum Ecclesiæ aliter non specificatæ, nec declaratæ intelligitur factum Ecclesiæ cuius parochianus est ipse testator, & quæ eleganter Iaf. in §. ex maleficijs num. 46. institution. de actionibus.

RESOLVT. CCCLXVII.

1 *Refertur casus decisionis.*
2 *Per numerationem specierum non derogatur legato generis, & quomodo lex intelligatur.*
3 *Expenditur singularis doctrina Bart. in l. si consul. ff. de adoptionibus.*
4 *Si clausula generalis præcedit, & subsequatur specialis, tunc illa clausula refertur ad omnia specificata, etiam in quibus fuit specialiter prouisum.*
5 *Declaratur doctrina Iason. in l. doli clausula num. 3. ff. de verborum obligationibus.*

An si testator in institutione Capellæ dicat, quod in omnibus diebus dicatur vna missa sine cantu, & in die Sabbati sit cum cantu an ambæ missæ dicendæ sint in eodem die.

1 CVm casus in facto euenisset, & essem consultus, dixi ambas missas esse dicendas in die Sabbati, motus ex text. in l. quæsitum §. vltim. ff. de fundo instruct. vbi habetur, quod si testator legat vni genus,
2 & eidem speciem, quod per numerationem specierum non derogat legato generis ad idem text. in leg. si mancipia in princip. ff. eodem tit. in quo puncto tradit Dynus in regul. genere de regul. iur. in 6. Bart. in d. l. quæsitum in §. fin. tradunt Canonistæ in c. sedes de rescriptis, vbi latissimè Panor. Felyn. & Decius.
3 Et magis ad propositum facit illa determinatio solemnis Bart. in l. si consul. num. 2. de adoptionibus, & in l. 2. ff. stipulat. seruorum, vbi eleganter determinat, quod si testator reliquat prioribus omnibus istius ciuitatis centum distribuẽda inter eos, item relinquat quinquaginta Titio, qui etiam erat de prioribus, quod ille Titius poterit petere illa quinquaginta, & admitti etiam ad partem illorum centum, allegat etiam text. in l. Titia §. qui Marco. ff. de annuis legatis, dicit etiam pro hoc esse textum in d. l. si consul. supra allegata, ergo idem videtur dicendum in terminis huius decisionis, quia illa generalitas, de qua in testam. videlicet vt in omnibus diebus celebretur vna missa sine cantu non derogetur in illo die Sabbati per illam cum cantu, quam iussit dicere testator, & si hæc adiectio videatur esse quædam species, & etiam si videatur testator recedere ab illa generalitate.

Item conducit maximè, quia quando clausula ge-
4 neralis præcedit, & subsequitur specialis, sicut contingit in hoc casu, tunc illa clausula refertur ad omnia specificata, etiam in quibus fuit specialiter prouisum, & est text. in l. 4. ff. de stipulat. seruorum, & in dicta
5 l. Titia §. qui Marco, notat Iaf. in l. doli clausula num. 3. ff. verborum obligat. post alios Tyberius Decianus consil. 100. lib. 2. a num. 1. per quæ iura decidi-tur quæstio notabilis, quæ multum coadiuuat hanc sententiam Senatus supremi, quod si testator reliquit cuilibet fratrum prædicatorum Cappam, & priori Bibliam, quod eo casu prior debet habere vtrumque, & Cappam, & Bibliam, ex quo præcessit genus, quia primo in genere relinquit omnibus fratribus prædicatoribus Cappam, deinde in specie relinquit priori Bibliam per dicta iura, qui sunt optimi textus de hoc secundum Iaf. vbi supra num. 4.

Secus erit cõtra si primo reliquisset priori fratrum prædicatorum Bibliam, & postea cuilibet ex fratribus reliquisset Cappam, eo quia tunc Prior non debet habere Cappam, eo quia generale relictum sequens non includit priorem, cui prius fuerat specialiter legatum argumento textus in l. doli clausula cum ibi traditis per glossam ff. de verborum obligat. & hanc quæstionem determinat Cynus, quam doctores communiter sequuntur in l. cum quæst. in fin. C. de legatis sequitur etiam Bart. Angel. Imol. & Paul. in dict. l. doli clausula, idem Bart. & Imol. in dicta l. 4. ff. de stipulat. seruorum, & in l. quæsitum, & alij quos refert Iaf. in loco supra citato, vbi testatur istam esse magis communem opinionem nu. 3. quem omnino videas, idem ergo dicendum est in proposito cum non inueniatur diuersitatis ratio.

RESOLVT. CCCLXVIII.

1 *An liceat Sacerdotem dicere missas anticipatè.*
2 *Duo alij casus à doctoribus relati.*
3 *Decisio Cardinalium Concil. Trident. ex mandato Sanctissimi Clementis VIII. super hac celebratione.*
4 *Vsus in Hispania, quod presbyteri missas dicebant pro intentione illorum, qui venturi erant ad missas postulandas.*
5 *Reprobatur hic vsus.*
6 *Prohibetur hic vsus sub pœna excommunicationis.*

An liceat Sacerdotis missas celebrare anticipatè.

REspondeo quod doctores statim citandi ponunt sequentes casus.

1 Primus igitur casus, tenent licitum esse Sacerdotem missam dicere anticipatam, ex his quas in posterum

sterum tenetur dicere pro certa intentione eius, qui
2 habet mandare missas etiam si ille nesciat, poterit pro missa taliter dicenda anticipatè stipendium, accipere resoluunt Arag. art. 3. pag. 682. Ledesm. cap. 18. cõclus. 17. vers. la duda es de vn Sacerdote fr. Emman. c. 252. n. 8. & præter hos casus promulgata fuit decisio Cardinalium Concilij Trident. ex mandato Sum. Põt.
3 bonæ memoriæ Clem. VIII. edita, cuius tenor talis est.

Superiorib. dieb. significatum fuit S. D. N. paucis ab hinc annis in Hispania nouam consuetudinem recentiorum aliquot Theologorum opinione nixam sensim receptam, in dies magis inualuisse, vt sacerdotes missam celebrantes eius valorem generalem, applicarent his, qui postea missæ celebrationem postulaturi, ac pro eo eleemosinam præstaturi sunt, tametsi antequam missæ sacrificium perageretur, neque
4 a sacerdote illud rogassent, neq; ei hac de causa eleemosinam præstitissent, quam rem cum sanctitas sua ad sacram congregationem Cardinalium Concilij Trident. interpretum pro materiæ grauitate examinandam reiecisset, in ipsa congregatione primum de ea actum fuit diligentissimè, ac deinde relatum ad sanctitatem suam, quæ, ex eiusdem congregationis sententia, huiusmodi consuetudinem tanquam plurib.
5 nominib. periculosam, fidelium scandalis, & offensionib. obnoxiam, atque vetusto Ecclesiæ more, nimium abhorrentem explosit, ac improbauit, atque amplitudini tuę literas dari, quod faciemus, mãdauit, vt omnib. istius Regni Archiepiscopis, atque Episcopis in quorum diœcesibus huiusmodi applicatio, in vsum inducta fuerit per literas, aut alias, scripto iniugat, vt talem vsum aboleant, ac prohibeant excommunicatio-
6 nis, atque alijs quas opportunas, & necessarias existimauerint, pœnis. Idemque præcipiant Generalib. & Capitibus ordinum, quos in istis regnis nunc nouerit commorari, vt scilicet, & ipsi, regularib. sibi subditis talib. applicationib. eisdem pœnis propositis interdicant, quæ omnia pro sua pietate, & sanctissimi Domini nostri iussi obsequendi studio amplitudinem tuam sedulo effecturam sperantes, omnipotentem Deum rogamus, vt, eam quotidie cælestis suæ gratiæ donis velit auctiorem reddere. Romæ die decimo quinto Nouembris 1605.

RESOLVT. CCCLXIX.

1 *Non est peccatum celebrare ante præces nocturnas.*
2 *Qui teneant, quod sit peccatum facere sacrum ante matutinum.*

Missam celebrare ante matutinum an sit mortale.

1 REspondeo non esse peccatum mortiferum facere sacrum, ante præces nocturnas, seu matutinum expresè affirmant Sot. lib. 10. de Iustit. quæst. 5. art. 4. conclus. 2. & in 4. distint. 13. quæst. 2. in fin. Haul. in part. 3. methodi cap. 5. §. 15. el 1. pag. 501. Medin. part. 1. instit. confes. capit. 16. §. 2. in fine Emman. Sa in Aphorismis tit. de missa num. 22. Corrad. in respon. casuum conscient. casu 242. Cuch. lib. 5. tit. 6. num. 36. Arag. 2. 2. q. 63. art. 12. versic. de ordine, pag. 832. Lop. in instruct. conscient. p. 2. c. 79. de Eucharist. versicul. denique, neque hic, pag. 297. cap. 105. de Horis canon. vers. nunc tamen Veg. in speculcurat. cap. 10. §. 28. num. 254. vers. Tambien. Alfons. Veg. in summ. p. 2. c. 41. quod verò peccatum sit mortale ante matutinarum recitationem sacrum
2 facere tenent Antonin. p. 3. tit. 13. cap. 6. §. 4. in fin. Armil. in sum. verb. missa, num. 3. Tabien. n. 3. Angel. n. 42. Nau. in Man. c. 21. n. 13. vers. 18. & de Horis canon. cap. 3. §. 6. pag. 82. vers. primum est. Melchior de Haulam in epitome cęrem. & mysteriorum missæ §. 2. vers. quales Maijtienes, pag. 355. Beia respons. casuum conscient. par. 1. casu 54. vers. quia celebrare ante matutinos.

RESOLVT. CCCLXX.

1 *Sacerdos, qui aliquam pecuniæ quantitatem accepit pro celebrandis missis potest, si per alios faciat illas celebrare pro minori pitantia, reliquum iustè retinere.*
2 *Et quomodo procedat.*
3 *Qui teneant contrariam opinionem.*
4 *Nota duplicem distinctionem traditam per DD. circa hunc casum.*

An Sacerdos, cui data est eleemosyna pro missa celebranda possit per alium celebrari facere dando ei minorem eleemosynam accepta.

1 REspondeo, quod Sacerdos, qui aliquam pecuniæ quantitatem accipit per se, vel per alium pro dicendis missis, vel vt eas faciat celebrare per alios Sacerdotes, si eas celebrari faciat per alios minori pitantia, possit iustè sibi retinere residuum eius, quod sibi datum fuit sine peccato, & restitutione, quod pos-
2 sit retinere si Sacerdos, qui dat illas missas sit parochus, aut eius populi curam gerat, resoluunt Sot. de Iust. lib. 9. q. 3. art. 1. vers. sed hoc propterea Emman. in sum. to. 1. c. 242. de miss. n. 12. Suar. in 3. p. q. 83. art. 6. disp. 86. sect. 3. vers. hac verò occasione.

3 Contrariam verò opinionem sequuntur Maior. in 4. dist. 45. quæst. 3. dub. 2. & Ledesm. d. cap. 18. vers.
4 Æsta duda se responde, alij distinguunt in hunc modum, quando Parocho, vel sacristæ, qui pecuniam illam accipit à lege, vel consuetudine est assignata certa quantitas ex quaque missę pitantia ob stipendium, seu pro huiusmodi cura, & officio sibi iniuncto missas commendandi, tunc non peccat, nec tenetur ad restitutionem, si aliquam partem retinet sibi, & alteram dat presbytero pro missis, quando verò Parochus, seu sacrista non habet vllum officium, quod lege, vel consuetudine compertum sit commendari missas dicendas, tunc non potest sibi aliquid retinere, quam distinctionem tradunt Nauarrus in Man. c. 25. numer. 91. Lop. in instruct. conscient. par. 2. tit. de Eucharist. c. 78. vers. insuper Beia casuum conscient. par. 1. casu 12. in fine Arag. 2. 2. quæst. 85. de sacrific. art. 3. p. 683. in princip. Guttier. canonic. lib. 1. cap. 29. num. 32. Veg. tom. 2. cap. 41. casu 3. Henriq. lib. 9. cap. 22. in fine.

RESOLVT. CCCLXXI.

1 *Pecunia legata pro tot missis celebrandis, si augetur merces numerus missarum diminui debet.*
2 *Terminus si est taxatus non fit extensio in præiudicium debitoris.*
3 *Verisimilis responsio testatoris, si fuisset interrogatus multum valet in testamentis.*
4 *Promittens reficere pontẽ an teneatur si flumen creuerit.*

Pecunia legata pro tot missis celebrandis, an si augetur merces debeat minui numerus missarum.

1 QVod refrenandus sit missarum numerus facit,
2 quod reperitur taxata pecunia, & quando terminus est taxatus non fit extensio in præiudicium debitoris text. est notab. in l. non modus, C. de seruitut. vbi si concessisti mihi seruitutem aquæ ducendæ ad prædium meum, non extenditur ad alia prædia a me acquisita. Secundo facit text. not. in cap. quanto de censibus vbi, qui tenetur facere prandium religiosis, si ipsi creuerint non tenetur vltra solitum

tum numerum religiosis præstare prandium, nisi facultates multum creuerint. Tertio facit, quod si testator mandauit expendi mille pro monasterio construendo, quæ non sufficiant, debet fieri conuersio piæ dispositionis in alium pium vsum, vt singulariter tradit Abb. in cap. nos quidem de testament. & hanc opinionem in specie tenet Io. Petr. Rimin. cons. 36. vol. 1. vbi refert, ita fuisse decisum in Archiepiscopatu Mediolani, adducit etiam, quod non licet petere incrementum, vbi diminutionis damnum non esset resarciendũ arg. l. pen. C. de solut. Brun. de augmẽto, q. 23. sed si merces Sacerdotũ fuisset diminuta non diminueretur legatũ; secus dicit, quãdo pecunia non esset taxata, sed testator mandasset celebrari tot missas.

Pro contraria opinione facit illa regula, quæ multum valet maximè in dispositionibus ad pias causas
3 per vniuersalia, quod si testator cogitasset, & fuisset interrogatus, ita verisimiliter disposuisset, tunc à lege fit interpretatio, quod subintelligatur. Soc. in l. 2. n. 117. ff. de vulg. & pupill. Mant. post alios, quos allegat de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 11. n. 22. idem ex verisimili voluntate tradit Paul. de Cast. cons. 132. vol. 1. vt latius per Mantic. loco cit. vbi illam conclusionem, quod tempus testamenti in legatis debeat inspici iuxta l. si ita. ff. de aur. & arg. legato eleganter declarat, quando verisimilis mens testatoris colligi in contrarium posset, & cum testator in casu nostro non reliquerit pecuniam simpliciter pro eleemosyna soluenda sine onere missarum, sed pro missis celebrandis pro anima sua eo tempore, quo præstabatur minor merces verisimiliter prouidisset augumentum nõ diminuisset numerum missarum data capacitate hæreditatis; ergo ita iudicãdum est cum finis principalis fuerit refrigerium animæ, nõ eleemosyna præstanda sine onere, & anima cunctis bonis præferatur leg. sancimus. C. de Sacros. Eccles. secundo facit, quod si sit relictum legatum simpliciter Eccles. nempe fundus, vel domus, continentur etiamsi post factum testamẽtum accesserit contra regulam dict. l. si ita, ff. de auro, & argento legato. Bar. in leg. placet, ff. de liberis, & posthum. Socin. in leg. 1. ff. de reb. dub. Tertio facit text. in l. si seruit. de seru. vrb. præd. vbi augumentato prædio dominante, & ipsa seruitus augetur, nam si commisit seruitutem luminum, ne officeretur luminibus domus meæ tempore, quo non erat ibi nisi vna fenestra, per quam respiciebam lumen, & postea amplio domum, & facio multas fenestras, tu non potes officere luminibus nouis, sicut nec veteribus. Tertio hanc opinionem veriorem esse censeo ex doctrina Bald. in quæstione, cum distinctione tamen, quam ipse facit in dict. leg. non modus, vbi ponit quæstio-
4 nem; quidam nobilis promisit communitati reficere pontem, qui pons erat paruus, postea creuit aqua, ita quod oportet, quod pons sit maior solito, & oportet crescere pontem, quæritur qualiter iste nobilis teneatur, respons. Bald. quod aut augumentatio est intrinseca, & tenetur nobilis, aut extrinseca, & non tenetur. Dicitur autem intrinseca, quando onus refectionis est actum circa eandem latitudinem pontis, & quia aqua perfodiens hoc facit, & est necessario maior impensa solito, tunc pertinet ad nobilem, si verò augumentatio est intensiua in maiore pontis latitudine, tunc non pertinet ad nobilem, quia tempus contractus inspicitur l. hoc iure, §. si aqua, ff. de aqua quotidiana, l. quidquid attringendæ in sui ratione, ff. de verborum obligat. & ideo dicit Bal. quod in d. l. si seruitus erat ampliatio circa eandem rẽ, cui debebatur seruitus, & ideo non referebat, an esset vna, vel plures fenestræ, & in d. l. non modus ampliatio est extrinseca acquirendo alia prædia, & ideo seruitus non extenditur.

Nunc ad propositum si augetur numerus missarum augumentum esset extrinsecum, sed si intra latitudinem numeri missarum augetur merces, augumentum est intrinsecum, & tenetur hæres, quæ distinctio probatur ex concordia dictorum iurium, l. non modus, & l. si seruitus, & pro hac opinione facit etiam text. in d. c. quanto, vbi Papa mandat præstari prandium iuxta antiquum numerum religiosorum, nisi facultates creuerint, sed non diminuit numerum religiosorum, si fortè prius cum minori impensa alebantur, quam hodie, & prædicta sunt intelligenda data capacitate hæreditatis, & tanto magis si hæreditas est aucta iuxta dictum cap. quanto.

Non obstant adducta in contrarium, nam in dict. l. non modus, & c. quanto, augumentum erat extrinsecum non obstat Doctrina Abb. de impensa relicta non sufficiente pro constructione monasterij, siquidem loquitur data impossibilitate exequendi voluntatem testatoris iuxta terminos d. c. nos quidem. Præterea impensa nec sufficiebat tempore mortis testatoris, & casus noster est diuersus. Neque obstat, quod non datur incrementum, vbi non imputatur diminutio, id enim procedit, nisi coniecturata mens testatoris sit in contrarium quemadmodum augumentum legati pertinet ad legatarium, l. si ex toto. ff. de legat. 1. sed non contra coniecturatam mentem testatoris, vt ibi per DD. præcipuè Ripam, posset etiam dici, quod si hæreditas pereat casu cesset onus missarum.

RESOLVT. CCCLXXII.

1 *Iuramentum semper cedit loco cautionis, quando legatum est sub modo, sed contrarium, n. 3.*
2 *Nemo potest esse testis in causa propria.*
4 *Super celebratione missarum non est standum iuramento illorum, quibus factum est legatum, sed super solutione legati.*
5 *Celebratio missarum probatur per librum sacristæ officialis deputati.*
6 *Episcopi in visitationibus ex frequenti vsu mandant confici librum missarum à sacristis, & ita consuetudo seruat.*

De legato facto Ecclesiæ pro celebratione missarum, an stetur fidei rectorum de celebratione missarum.

SÆpè sæpius fui requisitus, an religiosorum iuramento, quibus relictum est annuum legatum pro celebratione missarum in hebdomada eorum iuramento stetur pro dicta celebratione, vt possint consequi legatum, & secund. Guid. Pap. decision. 614. videtur, quod sic, dum dicit esse standum iuramento, quia iuramentum cedit loco cautionis, quando
1 legatum est sub modo l. si qui pro redemptione, vbi Bart. & alij. Cod. de donat. attamen veritatem consulendo dixi, quod si staretur eorum iuramentõ essent testes in causa propria contra regulam iuris, l.
2 nulli Cod. de testibus Thesaur. quæst. for. 86. libro 1. dicit in Senatu Pedemontano fuisse iudicatum, non
3 esse standum iuramento, & quod Guid. Pap. loquitur, quando agitur de re minima legata, secus si de re notabili, prout in illo casu erant duo currus vini pro vna missa in hebdomada non celebrata pluribus annis. Dicebatur etiam Guid. Pap. non dicere stan-
4 dum esse iuramento super celebratione missarum, sed super solutione legati, tunc enim stabitur dicto Guardiani narrantis in odium sui Conuentus, quod fuerat solutum legatum, & hanc opinionem censeo veriorem, quod debeat probari celebratio Missarum
5 saltem per librum Sacristiæ Officialis deputati, qui quotidie scribit missas, vel satis sit vbi sit liber missarum, quæ celebrantur pro oneribus iunctis à defunctis probare, quod Ecclesia habet onus celebrandi tot

missas in die,& quod in ea pariter tot,& plures etiam missæ à religiosis celebrantur pro satisfactione obligationis, & in altaribus deputatis, quod non videtur procedere in presbyteris sæcularibus, qui in eorum domibus commorantur, debent enim probari missæ
6 saltem per librum Sacristiæ,& Episcopi in visitationibus ex frequentiori vsu mandant confici librum missarum à sacristis,& ex consuetudine illi fides adhibetur iuxta latè tradita per Felyn. in c. ad audientiam de præscriptionibus, dummodo celebrentur missæ in altarib.deputatis à defunctis, & fundatorib.

RESOLVT. CCCLXXIII.

1 *Adducitur casus quæstionis.*
2 *Decennalis celebratio Missarum obligat cappellanum ad celebrandum in futurum.*
3 *Decennalis seruitij præstatio cum allegatione tituli obligat in futurum, sed vide contrarium num.4.*
5 *Celebratio Missarum non inducit seruitutem, sed continet aliquod onus.*
6 *Fauore Ecclesiæ decennalis consuetudo obligat in futurum.*
7 *Fauore piæ causæ tempus est modus inducendi obligationem.*

Decennalis celebratio Missarum in Altari an obliget cappellanum in futurum, si non constat de onere, sed tantum allegatur onus ab Ecclesia.

ALumnus meus, & pariter solertissimus Iuuenis Nouarius contulit mecum talem casum. Archiepiscopus ciuitatis Maceræ visitabat cappellanias, & reperit per decennium fuisse semel in hebdomada à cappellano beneficiario celebratas missas, Ecclesia allegabat missas fuisse celebratas ratione oneris impositi à fundatore, sed non probabat onus, quia non constabat in bullis cappellaniæ de aliquo onere,particulari(quia aliquando solet in genere fieri collatio cum oneribus, & honoribus) cappellanus negabat onus, & consequenter dicebat non teneri, dubitaba-
2 tur nunc, an hæc celebratio per decennium poterat compellere cappellanum in futurum, per text.tamen ex lege cum de in rem verso dig. de vsuris videtur affirmatiuè respondendum, & etiam ex communi ibi conclusione Doctorum, & in lege si certis annis, Cod. de pactis habetur, quod per præstationem de-
3 cennalem, cum allegatione tituli inducitur obligatio in futurum, donec contrarium probetur; licet
4 hæc conclusio non procedat vbi agitur de obligando aliquem ad seruitium personale, puta ad ius vassallagij, seu subiectionis, quia tunc requiruntur triginta anni secundum Bartolum in dicta lege cum de in re verso Bald. Ias. Alciat. & omnes in dicta lege si certis annis. Attamen quicquid dicant isti verior, & communior est opinio, quod cappellanus possit compelli in futurum propter celebrationem decennalem, nec obstat, quod dicta conclusio non procedit vbi agitur de seruitio, quia citati Doctores in suis locis id intelligunt, quando agitur de seruitute cum graui præiudicio,& subiectione personæ,si prætendatur seruitus:
5 sed celebratio Missarum non inducit aliquam seruitutem, sed continet quoddam onus, idque est adeo verum,quod potest fieri per alium iuxta allegat. Lap. 117. communiter recepta, quinimo etiam quando agitur de seruitute, sed præiudicium est modicum, procedit dispositio dict. leg. cum de in rem verso, vt in seruitutibus prædialibus non continuis iuxta glos. in lege seruitutes, ff. de seruitutibus, & magis communem opinionem testatur Alciatus in dicta leg. si certis annis, & talis est celebratio Missæ aliquibus diebus hebdomadæ. Item facit, quod fauore Eccle-
6 siæ, & piæ causæ laudabilis consuetudo decennalis obligat in futurum cap. ad Apostolicam de Simonia, de quo fumunt Doctores conclusionem, quod
7 fauore piæ causæ tempus est modus inducendi obligationem. Item facit text. in cap. seruitium 18. quæstione secunda, vbi mandatur consueta seruitia præstari Episcopis à monasterijs, prout fuerunt præstita à tempore Gregorij Septimi vsque ad Vrbanum Secundum, & tamen vt ibi notat glos. non fluxerant tringinta anni, & loquitur tex. de seruitio, & præcipuè, multò magis procedit in cappellanijs, quæ ex consuetudine vniuersali fundantur pro celebrandis Missis, & successiuè concurrunt plures præsumptiones.

RESOLVT. CCCLXXIV.

1 *Oblationes, quæ fiunt in missa non sunt de præcepto, sed de consuetudine.*
2 *Clericus pauper debet ex artificio sibi victum quærere.*
3 *Fundator Ecclesiæ pauper potest licitè ab Ecclesia alimenta exigere.*
4 *Valet consuetudo recipiendi oblationes in Missa diebus dominicis.*
5 *Est valida consuetudo, quod de bonis parochiani defuncti Parochus aliquid accipiat suo arbitrio.*
6 *In facto proprio potest quis esse arbitrator.*
7 *Consuetudo potest tribuere Iurisdictionem.*
8 *Consuetudo, quod Archipresbyter interesse conuiuijs nuptiarum non valet, sed vide contrarium n. 9.*
10 *Consuetudo, quod parochus vendat panem benedicendum parochianis est valida.*

Consuetudo faciendi oblationes in Missa an sit valida, & an oblationes sint de præcepto.

MAxima est altercatio inter Doctores an oblati
1 ones, quæ fiunt in Missa sint de præcepto, vt per Archidiaconum, & alios in in cap. omnis Christianus de consecratione, distinctio. prima, & communiter tenetur non esse in præcepto, nisi ex consuetudine, ita Archidiaconus Sanct. Thom. secunda secundæ quæst... alium casum ponit Ludouicus Romanus, cons. 347. quando rector non habet aliunde, vnde sustentetur, cum enim populo ministret spiritualia, debet ei populus ministrare corporalia, vt latissimè dicitur,in cap.Ecclesias,§. luis ita decimotertio, q. 1.

2 Non obstat, quod clericus pauper debet artificio sibi victum quærere cap. clericus victum distinction. nonagesimaprima, qui non excluditur, quin possit oblationes quærere sibi à populo debitas, quemad-
3 modum fundator Ecclesiæ pauper potest licitè ab Ecclesia alimenta exigere decimasexta, quæst. 7. cap. quicunque, & capitulo nobis de iure patronatus: ita notabiliter Romanus loco citato, qui ex his concludit consuetudinem prædicandi, recipiendi oblationes diebus Dominicis ab hæredibus defuncti esse
4 validam, & prædicta maximè procedere, quando ex pecunia ipsius oblationis pro populo non existit onerosus,vbi etiam concludit valere consuetudinem,
5 quod de bonis Parochiani defuncti possit ad arbitrium aliquid recipere, nam in facto proprio potest
6 quis esse arbitrator, capitulo quintauallis de iureiurand. leg. final. §. libertus, ff. de operis libertor. &
7 consuetudo etiam potest tribuere iurisdictionem, capitulo primo de pœnis in sexto,superior igitur potest compellere ad conseruandas laudabiles consuetudines iuxta capitulum ad Apostolicam de Simonia. Et ex his potest inferri ad alias consuetudines laudabiles, vt præstandi partem conuiuij nuptialis curato, qui celebrauit matrimonium, sed non valet consuetudo,

8 tudo, quod Archipresbyter interſit conuiuijs nuptiarum, quia text. in cap. Presbiter, diſtinctione trigeſimaquarta, prohibet presbyteros Diaconos ſubdiaconos intereſſe conuiuijs nuptiarum, ne propter turpia Cantica, & obſcenos motus corporum oculi, & aures miniſtrorum ſacrorum polluantur, ſed dicit ibi Archidiaconus, quod ceſſante cauſa prohibitionis non videtur eis prohibitum, vnde dicit, quod poſſunt intereſſe, & ibi comedere ſi ſint in loco priuato, & ſegregato a ſtrepitu, & ludis, valet igitur
9 talis conſuetudo ſeruata tali modeſtia maximè, quia præſentia Parochi ſolet potius deuotionem, honeſtatem, & timorem reuerentialem Patris ſpiritualis ſe-
10 cum præferre. Item valet conſuetudo quod parochus vendat panem benedicendum Parochianis. Bertrand. conſ. 64. p. 2. abſque tamen ſcandalo.

RESOLVT. CCCLXXV.

1 *In quæſitis ſolus Prælatus nocere non poteſt Eccleſiæ.*
2 *Rectores hoſpitalis, ſeu confraternitatis retinent totam poteſtatem collegij in concernentibus vtilitatem, non delictum.*
3 *Monitio requiritur, quando aliquid debet fieri ſingulis annis, & dies non eſt expreſſa.*
4 *Mora purgatur, quando aliquid debetur ſingulis annis, & non eſt appoſitum tempus certæ diei.*

De legato facto Eccleſiæ pro celebratione anniuerſarij ſingulis annis cum pacto reſolutiuo, quod in caſu negligentiæ tranſeat ad aliam Eccleſiam, quæ requirantur, vt reſolutio fiat.

ELeganter Felynus hanc quæſtionem tractat. in conſilio trigeſimo quarto, vbi dicit tria requiri, vt committatur pœna; primum, vt debeat concurrere negligentia prælati, & capituli, ita Abb. Anton. in capitulo verum de conditionibus appoſitis idem Antonius in capitulo final. de donationibus, quia
1 in quæſitis ſolus Prælatus non poteſt nocere Eccleſiæ, gloſ. in capitulo primo, 17. quæſtione ſexta,
2 & in regula delictum de regulis iuris in ſexto, quod ampliat Felyn. in dicto conſilio trigeſimo quarto, procedere etiam in gubernatoribus hoſpitalis cui eſt factum tale legatum, neque obſtat, quod tota poteſtas collegij, ſeu confraternitatis hoſpitalis videatur reſidere apud gubernatores gloſ. ordinar. in rubric. quæ ſit longa conſuetudo, & in lege ſed in hac lege, §. qui manumittitur, ff. de in ius vocando, id enim procedit in his, quæ concernunt vtilitatem collegij; non delictum, quia in generali mandato non venit poteſtas delinquendi, lege prima, ff. de magiſtrat. conuen. & niſi delictum fiat congregato conſilio, vel ſaltem ratificetur, vt plenè per Angelum, conſilio 163. Attamen circa hoc dictum Felyn. videtur aduertendum, quod ad hoc, vt dicatur ſolus Prælatus negligere, requiritur proteſtatio capituli contra Prælatum, alias ipſum quoque delinquit negligendo, ſatis eſt enim, quod teſtator dixerit, quod in caſu negligentiæ anniuerſarij, vel alterius rei legatum transferatur, facit quod licet vniuerſitas non dicatur delinquere, niſi communicato conſilio gloſ. in lege ſicut. §. quoniam, ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nom. cap. dilectus, de Simonia, tamen id procedit in delicto, quando conſiſtit in faciendo ſecus in omittendo iuxta Salycet. in lege prima, Cod. de ſeditioſis, qui allegat l. iubemus nullam, C. de ſacroſanct. Eccleſijs, quem refert, & ſequitur idem Felynus in dicto capitulo dilectus, quod eſt valde notandum, nam cum teſtator dixerit, & cum non fiat transferatur, non faciendo omnes delinquunt, niſi proteſtentur.

3 Secundo requiritur monitio, quando dicitur, quod aliquid fiat ſingulis annis, & non exprimitur dies, ita tradit idem Fel. per gloſ. notab. in Clement. quia contingit in verb. annis ſingulis, quæ dicit, vbi ſunt talia verba ſufficit paratum eſſe, quando requiritur, maximè cum non dicatur die tali, allegat etiam Bartol. in l. prima, ff. de penu legata, & tanto magis ſi adfuit probabilis cauſa intermiſſionis, vt ſi tempore teſtamenti aderant in Eccleſia regulares poſtea clerici ſæculares.

Hoc autem ſecundum requiſitum, quod ponit Felynus eſt valde dubium, cum iam adſit pœna impoſita à teſtatore, quo caſu quamuis Innocent. voluerit in capitulo extirpandæ, §. qui verò, de præbendis, quod vbi apponitur pœna negatiuè non committitur, niſi præcedat monitio, ſecus ſi affirmatiuè, tamen contra Innocent. tenet Abb. in dicto §. qui verò poſt gloſ. notabilem in lege 1. ff. de his quibus, vt indignis de qua facit tex. Bartol. in leg. in cognitione, ff. ad Syllanianum, quæ concludit, quod pœna appoſita non vendicanti mortem defuncti, ipſo facto eſt inflicta, quod habuit quis facultatem vindicandi, & non vindicauit, idem tenet Bald. in lege prima, ff. de his, quibus, vt indignis, multo magis id debet procedere, quando adeſt negligentia in non refrigerando animam teſtatoris, quæ fortè cruciatur in purgatorio.

Tertio declarat Felynus, quando rectores Eccleſiæ purgauerunt moram offerentes pecuniam pro anniuerſario non facto adimplendo, & obtulerunt ſe paratos continuare omni anno, quia vbi eſt appoſita
4 pœna, & tempus non certæ diei, ſed annatim poteſt mora purgari, ex notabili doctrina Bartoli in dicta lege 1. ff. de penu. legata. Imol. in l. ſi inſulam, ff. de verbor. obligat. Paul. de Caſtro, conſil. vigeſimo, conſuluit in fauorem hæredis, qui tenebatur ex teſtamento ſingulis annis facere certum quid ſub pœna priuationis, quod potuerit moram purgare, & dicit Felynus vſque ad litis conteſtationem, concludo igitur in hac quæſtione, quod Eccleſia ſit diligens in adimplendo.

PRAXIS RESCRIPTORVM.

RESOLVT. CCCLXXVI.

1 *Reſcriptum in dubio eſt interpretandum ſecundum ius commune.*
2 *Principis intentio talis præſumitur, qualis eſſe debet.*
3 *Non dicimur poſſe, quod inhoneſtè poſſumus.*
4 *Princeps debet agere cum ſubditis, non ſecus, ac cum filijs.*
5 *Potius dicitur rex circumuentus, quam primam conceſſionem reuocaſſe.*
6 *Verba reſcripti debent reduci ad ius commune, licet natura verborum non patiatur.*
7 *Verba reſcripti debent impropriari, vt ad ius commune reducatur, & ius tertio non auferatur.*
8 *Clauſulæ reſcripti recipiunt interpretationem, quam ius commune recipit.*
9 *Reſcriptum eſt illud, quod ad obſeruantiam iuris communis reſcribitur.*
10 *Reſcriptum contra ius non valet, niſi ſit facta mentio iuris.*
11 *Clauſula ſequens determinat præcedentia.*

Reſcriptum dubium, & ambiguum qualiter interpretandum.

REſcriptum regulariter in dubio interpretandum
1 eſt ſecundum ius commune, ex quo intentio Principis talis eſſe præſumitur, qualis eſt legis

scriptæ, & rationis naturalis. Bald. in cap. 1. col. 1. sub numero 3. apud quem, vel quos controu. deb. deci. & ibidem tradit, quod priuilegia Principis possunt, per legis rationes infringi, & iuuari per multa iura, quæ allegat, & Principis intentio talis præsu-
2 mitur, qualis esse debet, idem Bald. in l. ex facto ff. de vulg. & eius rescripta debent intelligi ita, quod nemini faciant iniuriam Bald. in eadem leg. ex facto, & in l. nec auus per illum text. C. de emancip. liber. & sicut Princeps non potest aliquod velle, quod iniustum, & iniquum sit Paris. numero 68. & num. 242. libro quarto, quia non habet potestatem aliquid agendi cum peccato. Andreas noster in capitulo primo, §. final. columna penult. de cap. qui Cur. vendit. in capitulo Imperialem in principio, columna 6. & in §. penultim. in addit. columna prima, & versiculo vectigalia, columna final. Non enim posse dicimur, quod cum inhonestate, vel cum peccato pos-
3 sumus, capitulo faciat 22. quæstione prima, l. filius, ff. de condit. instit. cap. Dominus de controuers. inuestit. l. nepos. Proculo, ff. de rerum signific. & ibi latissimè Rebuff. qui multa collegit, pagina 667. & Crauetta cons. 268. numero primo, allegans multa iura; sic etiam non præsumitur aliud velle, quam quod iustitiæ sit conueniens, & æquitati. Ias. in leg. iustitia, columna secunda, ff. de iustit. & iur. & dict. l. ex facto, numero quinto. Bal. in l. Æmilius, columna vltima, ff. de minoribus Dec. consil. 94. n. septimo Crauetta, consil. 9. numero trigesimo septi-
4 mo, quod Princeps debet agere cum subditis non secus ac cum filijs, & nepotibus per text. vbi notat Ias. in l. si quis filium C. de inoffic. testament. & iterum idem Crauetta consil. 241. numero 8., inde dicimus
5 potius regem circumuentum fuisse quam primam concessionem reuocasse, solet allegari cons. Bald. 279. volumine 3. quæ præsumptio excludit probationem in contrarium Curt. Iun. cons. 170. num. 43. & cons. 142. num. 7. Crauetta cons. 143. numero decimo, Dec. cons. 292. columna vltim. vers. & ad confirmationem prædictorum Rim. iun. cons. 13. numero vigesimo septimo, libro primo, Bos. de Principe numero vigesimo, Minsingerius singul. obseruat. cent. 3. obseru. 60. & Anna pater alleg. 50. numero 17. & 18. vol. 1.

Probatur etiam, quia de natura rescripti est quod fiat iustitia §. falso. C. de diuers. rescript. l. rescrip. C. de precib. Imper. offer. Bartol. in l. fin. ff. de constitut.
6 princip. & verba rescripti debent reduci ad ius commune, licet natura verborum non patiatur, glossa in capitulo paratus, in verficul. si verba 23. quæstione prima, Panormitan. in capitulo causam quæ, numero primo, de rescriptis, & ibi addentes Rom. consil. 334. numero secundo, allegat text. in cap. super
7 eo de officio delegat. dicitque rescripti verba esse improprianda, si impropriari oporteat, vt ad ius commune reducatur, & ius 3. non auferatur, sequitur Ruin. consil. 123. numero decimo secundo, libro tertio, Loffred. consil. trigesimo nono, numero vigesimo quinto, Gomez. in regul. de iure quæsito non toll. quæstione prima, numero quarto, quos allegat Mandos. in addit. ad Roma. Anton. de Pretis in tractat. de iurisd. Episcop. def. capitulo octauo, numero decimo tertio, etiam si essent in fauorem piæ causæ ne alteri præiudicium fiat Gul. Redoan. in tractat. de spolijs, quæstione prima, numero decimo secundo, & procedit etiam si rescriptum nihi operaretur Anchar. consilio 353. quem refert, & sequitur Rubeus consilio 167. numero 3. verficul. stante igitur. Gomes. loco iam citato, qui etiam alios referunt Crauetta consil. 412. numero prin[illegible] consil. 390. numero decimo quinto, vbi numero 14. inquit, rescriptum esse interpretandum secundum ius, ne ius alterius etiam minimum minuatur, etiam si rescripti verba aliud sentire videantur allegat Calder. cons. secundo, titul. de rescript. & idem tradit consil. 412. numero quarto, & quod rescripta sint intelligenda secundum ius tradit etiam Guid. Papæ in tractat. de rescript.
8 numero trigesimo secundo, & clausulæ appositę in rescripto, recipiunt omnes interpretationes, quas recipit ius commune in tali materia Gemin. in cap. licet canon. §. final. num. 4. verfic. nota bene istud dictum de elect. in 6. & Dec. consil. 209. numero 5. &
9 6. rescriptum enim proprie est id, quod scribitur ad obseruantiam iuris. Bald. in dict. leg. falso cum alijs per Ripam in rub. extra de rescriptis numero 10. qui proinde numero decimo primo, inquit, quod ex hac ratione oritur, vt rescripta sint modici præiudicij post Bald. in l. 1. C. de diuers. rescriptis, quem ipse
10 refert, & propterea rescriptum contra ius non valet, nisi sic facta mentio iuris, glos. in cap. primo, in verfic. noscatur de constit. in 6. & illud rescriptum, quod deuiat a tramite Iustitiæ non debet delegatus adimplere l. rescripta C. si contra ius. cap. rescripta 25. quæstione secunda, Ripa in cap. si quando numero decimo sexto, de rescriptis, & rescripta interpretantur salua iustitia, & saluo iure tertij, l. 2. §. si quis à principe ff. ne quid in loco publico, cum simil. Specul. tit. de Saler §. primo, numero septimo, glos. in cap. cum dicat, vers. aliorum de Eccles. ędif. Nec Princeps vult rescripto causas iam finitas reiuscitare, Specul. tit. de except. §. tertio, verficul. rursus, numero 43. & ipsius rescripti intellectus etiam per reuolutionem clausularum debet reduci ad ius commune, vt ipsum non lędat. Anton. de Butr. in capitul. causam, quæ de rescriptis. Hostien. in cap. qualiter, & quando de accusat. & Panormitan. in dict. capitul. causam, quæ ante numero secundo, & magis ad casum nostrum, quod rescriptum sit stricte interpretandum Bartol. in l. final. numero tertio, ff. de constitut. princip. allegat text. in dicto cap. causam, quæ Berous in capitulo super literis in repet. numero septimo, de rescriptis in capitulo primo, numero vigesimo octauo, de offic. deleg. & in capitulo item cum quis numero vigesimo secundo, de restit. spoliat. Vant. in tract. nullitat. verficul. hucusque numero 64. Mandos. in tract. de inhibit. quæstio. 68. numero 3. Alber. de statutis quæstio. 9. numero 38. Bursatus consilio 73. numero 6. libro primo, & Caual. qui multos cumulat decision. Fiuizan. 21. numero 27. par. prima Bald. in dicta lege fin. colum. 2. qui in verficul. rescripta vero in specie inquit, quod mandatum exequutorium est stricte interpretandum, & magis ad rem, quod illa clausula, quod fiat iustitia operatur etiam respectu exequutionis, si est facienda vel ne, pendere à fortiori text. in dict. cap. causam quæ, vbi fit transpositio clausulæ in alio loco positæ ad hoc, vt rescriptum bonam sumat interpretationem: neque in ordine scripturæ summus Pontifex negotium
11 facit, & proinde ibi clausula sequens determinat præcedentia, ad quod glossa ibidem multa iura allegat, & de rescripto in materia, multa nouissimè congessit Mexia Hisp. super pragmatica panis, conclul. 5. num. 142. fol. 93.

RESOLVT. CCCLXXVII.

1 *Datur ius in re, & ius ad rem.*
2 *Ius in re difficilius tollitur in beneficijs, quam ius ad rem.*
3 *Per acceptationem beneficij acquiritur ius in re.*
4 *Electio tribuit ius ad rem.*
5 *Donatio facta absenti potest reuocari ante acceptationē.*
6 *Publicato scrutinio electio est irreuocabilis.*

An

An ex ſola ſignatura reſcripti gratioſi acquiratur ius in re beneficiato ante collationem.

1 PRo dilucidatione articuli ſuppono in iure reperiri duos terminos, nempe ius in re, & ius ad rem, & quia multoties, beneficiarius acquirit ius in re in beneficio, vt latiſſimè proſequitur Nicol. Garz. par. 4. de benefic. cap. 2. & multoties acquirit ius ad rem, vt latè proſequitur eadem par. 4. cap. 3. toto, ideo prius explicandi ſunt hi duo termini vt poſtea pateat, quando beneficiarius acquirat ius in re, vel ad rem in ipſo beneficio.

Ius in re eſt ius quæſitum, & conſolidatum, & ad id, quod mihi competit iure dominij, vel quaſi, & ſic de alijs, & in his dicor habere ius in re; ius ad rem eſt ius acquirendum, ſeu quæſitum, ſed nondum mihi conſolidatum, vt docent omnes Port. Calder. Tuſch. in verb. ius in re concl. 626. tota, & hoc eſt notum omnibus iuriſtis.

Datur etiam ius quoddam conditionale, quod nec dicitur in re, nec ad rem, ſed potius quoddam ius longeuum ad rem, dum purificabitur conditio, & dici ſolet ius agile tribuens facultatem implorandi officiũ iudicis, Gemin. conſ. 107. in fin. verſ. non obſtat, Tuſch. concl. 626. numer. 10. & concluſ. 628. num. 2. & alij plures.

2 Differunt, quia ius in re difficilius tollitur, etiam in beneficijs, quam ius ad rem, hoc enim tollitur ſine citatione partis, ſine alio requiſito ex ſolo actu contrario, & ſic de alijs, vt poſt Anchar. Crauet. & alios proſequitur Tuſch. dicta concluſ. 626. numero 3. cum ſeq. Nicol. Garz. dicta parte quarta de benefic. cap. 2. & 3.

His explicatis deueniendum eſt ad reſponſiones, prima igitur reſponſio habetur in cap. ſi tibi abſenti de præb. in 6. vbi Domin. num. 2. Franc. num. 3. Dynus, Rebuff. Mandoſ. Couar. Flamin. Pariſ. Molin. & alij, quas probat Garz. dicta par. 4. cap. 4. num. 1. cum ſeq. Vaſq. cap. 4. de benefic. 4. dub. 1. num. 237.

3 cum ſeq. itaque eſt certum, quod per collationem beneficij, & acceptationem factam per eum, cui confertur, acquiritur per eum dominium beneficij, ſeu ius in re ad beneficium, hoc enim expreſsè decernitur in d.c. ſi tibi abſenti, quamuis non habeat poſſeſſionem beneficij, quia in ſpiritualibus ſola collatio, & acceptatio collationis tribuit ius in re acceptanti, quod etiam notat poſt alios Tuſch. in verb. ius in re, concluſione 627.

Hoc idem procedit per inſtitutionem præſentantis confrontationem, ſeu cognitionem electi, & admiſſionem poſtulationis, vt poſt alios probant Abb. in cap. quod autem de iur. patronat. Staphil. Lambert. Rebuff. & alij, quos ſequitur Garz. dicto capitulo 2. num. 3.

4 Si verò ſolùm canonicè facta eſſet electio, ſiue collatio in perſona etiam abſente, & ignorante, valeret electio, ſiue collatio, & tribueret electo ius ad rem, adeo vt Epiſcopus, vel alij electores non poſſent reuocare dictam electionem, ſiue collationem, etiam ante acceptationem electi, ita decernitur in dicto cap. ſi tibi abſenti Couar. & alij, quos probat Vaſq. dicto dub. 1. numero 238. cum ſeq. latiſſimè poſt alios Garz. dicta par. 4. de beneficijs, capitul. 3. toto, vbi proſequitur alios modos, quibus beneficiarius acquirit ius ad rem per electionem, vel præſentationem, quæ omitto, non enim omnia referenda ſunt.

5 Nec vrget; quod donatio facta abſenti poteſt reuocari ante donatarij acceptationem, vt poteſt alios Molfeſ. probauit, toto 1. ad conſuet. Neapol. p. 4. tit. de renunciatione cum ſua fine, & probat etiam Vaſquez n. 238. ſi quidem ſimpliciter reſpondetur, primo multos tenere contrarium, etiam in donatione, quos d. quæſt. 1. tam in primo, quam in ſecundo volum. recenſuit. Idem Molfeſ.

Secundo; ſuppoſita contraria opinione pro vera eſt ratio diuerſitatis inter vtrumque caſum, vt poſt Couar. & alios benè notat Vaſq. d. dub. 1. n. 234. Nam donatio eſt libera, & fit ab eo, qui donare non tenetur, ac de proprijs eius bonis donat, itaque non transfert dominium ſuarum rerum in alium, niſi ſequuta acceptatione donatarij, & quia ſicut liber eſt donatarius nolle acceptare donationem, ita eſt liber donans, illam reuocare ante acceptationem donatarij, quia naſcitur mutua conuentio, & obligatio poſt acceptationem, & non prius.

Hoc autem non procedit in collatione beneficij, ſi quidem conferens beneficium alteri, non donat illi, neque conuentione, aut aliquo contractu confert illi beneficium, ſe obligans illi, ſed quia à Chriſto domino fuit ex officio commiſſa collatio Summo Pontifici ad beneficia Eccleſiaſtica, & a Summo Pontifice eſt commiſſa Epiſcopis, idcirco eo ipſo, quod Epiſcopus ſemel elegit ad beneficium functus eſt officio ſuo, ſi canonica fuerit electio, nec poteſt retrocedere a collatione, donec electus deliberauerit, an velit collationem, vel electionem acceptare, & ſic electio ſortita fuerit effectum ſuum, igitur collatio ſi-

6 ue electio, publicato Scrutinio, eſt irreuocabilis ex parte electorum, & per illam quæritur electio ius ad rem, quia ſi velit poteſt acceptare beneficium ſi nolet, reſpuet illud.

Ad plura inſerunt Vaſq. d. dub. 1. num. 240. cum tribus ſeq. ſic etiam Garz. d.c. 3. à num. 38. cum ſeq. quæ omitto, nam forum exteriorem concernunt, nempè, vt per hoc ius quæſitum electo ſit locus omnium regularum loquentium de iure ad rem, ſic etiã clauſulæ, dummodo non ſit alteri ius quæ ſit uni, & ſic de alijs, vt per eos.

RESOLVT. CCCLXXVIII.

1 *Is, qui præſentatur, debet exhiberi ſenſibus corporeis Prælati.*
2 *Patronus poteſt præſentare per literas, vel per Nuncium.*
3 *Admiſſio reſpicit principaliter ius perſonæ præſentantis.*
4 *Non obſtante admiſſione, poteſt Prælatus inquirere de idoneitate præſentati.*
5 *Forma capit. 5. finalis de electione lib. 6. ſeruanda eſt non ſolum in electione, ſed etiam in præſentatione, ſed non eſt de eſſentia.*
6 *Inſtitutio reſpicit pricipaliter perſonam præſentati.*
7 *Præſentatio, & admiſſio non dant, niſi ius ad rem.*

Præſentatio qualiter ab inſtitutione, & admiſſione diſcrepat.

IN cuiuſdam dubij reſolutione dixi, quod tres ſunt principales termini in materia beneficij Iuriſpatronatus, videlicet præſentatio, admiſſio, & inſtitutio, quæ differunt, quia præſentatio eſt actus pa-

1 troni, debet eſſe perſonalis ex parte præſentantis, qui debet eſſe præſens ſenſibus Prælati, vel ſui Vicarij, cui fit præſentatio iuxta gloſ. in Clem. dudum, ac deinde in verſ. præſentari, & ibi Cardin. de ſepul. Imol. in cap. ea noſcitur not. 3. & ibi Abb. not. 2. de his, quæ fiunt à Præl. ſine conſen. cap. Maria. Soc. in tract. de citat. art. 3. num. 9. Roc. Curt. de iurepat.

2 in princ. quæſtione 3. Patronus autem poteſt præſentare per literas, vel etiam per nuncium, ſi Prælatus velit ei credere, vt ibi not. Admiſſio autem eſt, quando præſentatus habetur pro rectè præſentato, ſuper quo eſt not. quod quamuis admiſſio reſpiciat

idoneitatem præsentati, vt sentit tex. in cap. vnic. de iustit. lib. 6. Tamen etiam principaliter respicit ius,
3 quasi possessionem, potestatem, & personam præsentantis, quia non obstante admissione potest, & debet prælatus antequam instituat inquirere de capacitate, & idoneitate præsentati, & si non sint alij ius prætendentes iux. formam cap. fin. de elect. lib. 6. quæ
5 nedum in electione, sed etiam præsentatione seruanda est, secundum glos. 1. ibi quam sequitur ibi Anchar. Gem. Franch. & Lap. de Castel. allegat. 8. vbi dicit ita seruari in pract. Abb. Dec. in l. postquam de elect. colum. 2. Nicol. Euerard. in locis legal. in loco à ratione, legis larga, vel ampla, column. 24. Aduerte tamen, quod opinio dic. glos. 1. quantumuis communiter approbata non est de iure vera, quia forma d. cap. fin. de elect. in 6. loquens in electione cum sit pœnalis, non debet extendi ad præsentationem, vt rectè loqitur Aegid. Bellam. decis. 620. & sic concludo, quod Prælatus non tenetur seruare formam dict. cap. fin. potest tamen, & honestè facit, si non habet presentatum sufficienter notum inquirere, antequam instituat, non enim debet repente manum imponere, quod prohibet Apost. 1. ad Timot. 5. & habetur 78. dist. quid est in cap. cum nobis de elect.
6 institutio autem principaliter concernit personam præsentati, tanquam approbatam, & acceptatam, & solum per eum confertur titulus, & ius in re. Præsentatio autem, & admissio non conferunt nisi ius ad rem, si præsentatus non reperiatur minus idoneus, vt not. doct. in d. c. vnic. de instit. lib. 6. Adde quod inter refutationem præsentationis, vel præsentati, & eius admissionem est dare medium, videlicet quando Prælatus admitteret nudum actum præsentationis, aliter non approbando, nec reprobando, donec super hoc deliberauerit.

RESOLVT. CCCLXXIX.

Verba rescriptorum sunt triplicis generis, videlicet narratiua, assertiua, & dispositiua.
2 *Verba narratiua rescripti non probant.*
3 *Si Papa in rescripto narret exemptiones, non ob id probatur exemptio.*
4 *Si Papa narrat aliquem esse suum familiarem, probatur familiaritas si intentio Papa in eis fundatur.*
5 *Verba narratiua Papæ probant, si super eis fundatur sua intentio.*
6 *Verba priuilegij eximentis Ecclesiam cum alijs Ecclesijs sibi subiectis intelliguntur conditionaliter, idest si spectabunt ad dominium dictæ Ecclesiæ.*
7 *Si Papa concedit præpositurum tanquam primam dignitatem, non ob id probata est prima dignitas.*
8 *Verba dicuntur relata propter se, quando relatio est necessaria ad id, quod agitur.*
9 *Dicuntur verba emissa propter se, quando non respiciunt alium finem.*
10 *Quando enunciatio dirigitur ad aliud, tunc est dictum, & non dispositum.*
11 *Enunciatiua non probat vnionem.*
12 *Ad hoc vt res dicatur de mensa, requiritur vt Prælatus expressè hoc declaret.*

Verba rescriptorum quotuplicis sint generis, & an probent.

1 APud omnes constare debet, quod verba rescriptorum triplicis sunt generis, videlicet narratiua, assertiua, & dispositiua, vt habetur per Oldrad. in cons. 258. & tradit Calder. in cons. secundo de priuileg.

2 Verba autem narratiua rescripti in nullo casu probant, quod suadetur ex sequentibus.

Primo per text. in Clement. si Summus Pontifex de sentent. excommun. in secunda parte, vbi si Papa aliquem sub titulo cuiuslibet dignitatis ex certa scientia verbo constitutione, vel literis nominet, honoret, aut tractet, non videtur ei illam dignitatem conferre, nec nouum ius tribuere ad idem text. in c. si Pap. de priuilegijs in 6. vbi si Papa in aliquo priuilegio, & scriptura non facta principaliter super donatione, vel sententia exemptionis, seu libertatis Ecclesiasticæ narret aliquam Ecclesiam ad ius, seu proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere non probatur
3 illius Ecclesiæ exemptio, nisi aliter doceatur, ad idem est text. in Clem. literis de prob. a contrario sensu,
4 vbi si Papa narrat aliquem esse familiarem, probatur familiaritas, si intentio sua in eis fundatur, quod etiam tradunt glos. ibi, & in dicta Clem. si Summus Pontifex, vbi Zabar. in 4. op. glos. in d. c. si Papa in ver. narret. Cruet. de antiquitate temp. p. 1. vers. propositum, num. 16. Antonius Corsetus in tract. de potest. Regis, quæstione 85. Rebuff. super concordatis, titul. de subr. Clem. literis singu. 143. vers. tamen in narratis per Papam, & in specie vnionis, & incorporationis: idem Rebuffus, consilio 148. num. 5. hoc idem probatur ex text. cum glosa in cap. hæc quippe 3. quæst. 6. vbi Papa dicit hæc verba, *ipse* enim est Metropolitanus tuus; omnes quæ Episcopi Regni suffraganei eius sunt, & tamen glos. dicit, quod nisi aliter doceatur de prædictis talia verba non probant illum fuisse Metropolitanum. Hunc tex. alleg. ad propositum Calderinus in d. cons. 2. & Oldrad. d. cons. 258. n. 3. col. 2.

5 Secundo considera, quod verba Papæ probant id, super quod fundat suam intentionem, nisi id, quod incidenter dixit, principaliter reuocetur in dubium. Paris. cons. 114. n. 21. lib. 4. Addit. ad Lapum, allegat. 7. quos refert, & sequitur Mascard. alios allegans d. conclus. 1227. n. 94. & 95.

Tertio consideranda est decisio Ioan. Andr. in d. cap. si Papa post Innocen. in cap. inter dilectos de fide Instrumentorum, quem sequitur etiam Anch. in dict. capitulo si Papa, columna secunda, vers. subdit hic in nouellis, dum tradunt, quod si Papa dixit Eximimus omnes vestras Ecclesias, quæ sumpserint regulam B. Aug. quas hic duximus proprijs vocabulis exprimendas; quod talia verba dicuntur narratiua, & ideo ex Ecclesijs numeratis nulla probatur exempta, nisi probetur, quod sumpserint Reg. Diui Augustini, sequitur Romanus cons. 180. n. 3. vers. 1. Mascard. conclus. 134. n. 24. & Rebuff. cons. 148. n. 5. sic dicamus, quòd numeratio locorum de comitatu per illa verba, consistentem, non arguunt erectionem comitatus, neque quod illa loca sint de comitatu, immo casus Ioan. Andr. à fortiori decidit casum nostrum, quia in casu suo agebatur principaliter de erectione, hic autem principaliter de concessione, non autem de erectione, & vnione.

Hoc idem probatur ex decis. Innocent. in cap. dudum de priuileg. vbi asserit, quod verba priuilegij
6 eximentis Ecclesiam cum alijs suis subiectis specialiter enumeratis sunt intelligenda conditionaliter, idest si probabuntur ad dominium dictæ Ecclesiæ exemptæ spectare; sequitur Roman. dicto consilio 180. numero 3. versicul. 2. & Rebuff. dicto consilio 148. num. 5. hinc idem Roman. ibi tradit, quod licet Pap. nominauerit Camaldulensem ordinem, cum subiectione totius Burgi, non tamen videtur contulisse dominium Burgi ordini Camaldulensi, nisi aliunde subiectio Burgi ordini prædicto probaretur, & Aret. vers. 23. colum. 3. num. 4. concludit, quod si Papa concedit alicui Præpositurum aliquam, tanquam pro prima
7 dignitate, quod non per hoc censetur probata illa prima dignitas, quia sunt verba enunciatiua emissa pro-

propter illud, & fundamentum conceſſionis ſtat in vacatione, & non in prima dignitate per iura ſuperius allegata, hinc etiam ſi Papa confert beneficium, vel vnit in fauorem alicuius, qui enunciatur familiaris, talis narratio non probat, quando diſpoſitio ſuper familiaritate non fundatur, in ſpecie Gerardus Mazzolus conſil. 99. num. 21. quinimo etiam quod verba prædicta eſſent emiſſa propter ſe, & non propter aliud, & gratia ſuper illis fundaretur (quod non eſt in caſu noſtro) adhuc non probarent, quia non reſpiciunt proprium factum Pontificis, vel Principis, vt declarat Aret. loco citato, & cum in caſu noſtro dicatur (conſiſtentem) ex quo non eſt enunciatio facti ipſius Principis, qui hoc prius non fecerat, ſed eſt tantum rei, quam præſupponit ſic eſſe, & ſic Princeps eſt relator alterius rei à ſe non geſtæ, verba prædicta non probant;

8 Dicuntur autem verba relata propter ſe, quando relatum confert, vel eſt neceſſarium ad id, quod agitur in priuileg. Anton. de Butr. in cap. fin. de ſucceſs. ab inteſtato Alex. conſil. 15. lib. 8. Ang. conſil. 368. dicens, quod opertet, quod habeat ſe per modum cauſæ ad id, quod in literis continetur Cranet. de antiquit. tempor. par. 1. verſ. propoſitum numer. 16. Maſcard. concluſ. 1227. num. 92. vel quando ſunt fundamentum priuilegij, & conceſſionis, & Princeps ſuper ipſis ſe fundat ad concedendum, Aret. dicto conſil. 23. colum. 3. vbi allegat gloſſam, & alios Cranet. loco citato, & Maſcar. d. concluſione 1227. num. 3. & vt tradit Bald. conſ. 263. col. ſecunda lib.
9 1. & Cranet. num. 17. dicuntur emiſſa propter ſe, quando non terminantur ad aliud, nec reſpiciunt alium finem niſi ſe ſe, & dicuntur emiſſa propter aliud quando ſunt in preludijs, & in precedentibus, prolata ad effectum alterius diſpoſitionis, ſed ſunt tranſitus ad aliud Bald. in l. prima C. de falſa cauſa adiecta legato cum alijs per Cranet. d. loco num. 19. Maſcard. num. 93.

10 Et quãdo dirigitur enunciatio ad aliud propoſitum, tunc eſt quoddam dictum, & non diſpoſitum, ſed quando conſiſtit in ſpecie ipſa, tunc eſt quoddam diſponere Bald. in leg. ſi voluntate Cod. de fideicommiſ. liber. Cranetta loco citato num. decimoſept. & conſilio 233. num. 3. verſic. dicitur fundari intentio Principis vol. 2.

In caſu noſtro non ſunt prolata verba per modum cauſæ quare relatum non erat neceſſarium ad conceſſionem, nam non ſunt fundamentum conceſſionis, & priuilegij, & Princeps ſuper ipſis non ſe fundat ad concedendum; item ſunt verba, quæ terminantur ad aliud, & alium finem reſpiciunt, ſuntque in præludijs prolata ad effectum alterius diſpoſitionis ſunt tranſitus ad aliud, & enunciatio dirigitur ad aliud propoſitum, ergo nullo modo faciunt probationem.

Hinc Alexand. ferè in ſpecie in conſil. 70. colum. 3. verſicul. nec obſtat, quod nonnullæ volum. 3. repetito in conſil. 101. volum. pen. num. 17. volum. 6. in materia vnionis concludit, quod per conceſſiones factas duarum Eccleſiarum tanquam vnitarum,
11 non probatur vnio ipſarum, nec per hoc præſumitur mutatus ſtatus primeuus, & propterea infertur, quod per aſſertionem factam in priuilegio Regis, quod comitatus conſiſtat in terris, &c. cum verè non conſiſtebat, quia prius terrę erant diuiſæ, non per hoc inducitur vnio, quæ aliunde non probatur, & quæ verba enunciatiua non probent vnionem, Dec. in auth. ſi quis in aliquo num. 31. C. de edend. & conſil. 522. colum. 3. Rebuff. ſuper concord. tit. de ſublat. Clem. literis verſicul. nec non pag. 743. & verſiculo idem ſi pag. 748. & Bartol. in leg. ſi vacantia num. 9. C. de bon. vac. lib. 10. & Ang. ibidem tenent ad hoc, vt bona per prælatum dicantur fieri de menſa, ſi ad eum reuertantur oportet, quod id expreſsè Prælatus declaret, velle ſcilicet bona menſæ applicari,
12 vel faciendo deſcribi rem reuerſam in libro vbi ſunt notatæ aliæ res menſales, ſicut Andr. dicit, quod feudum dicitur quaternatum, quando reperitur deſcriptum in regiſtro feudorum quaternatorum in cap. 1. huius autem generis.

RESOLVT. CCCLXXX.

1 *Reſcriptum penes ſe habens illud impetraſſe præſumitur.*
2 *Inſtrumentum inueſtituræ, vbi penes hæredem inuenitur, illius ſcientia probata dicitur.*
3 *Teſtificata didiciſſe quis præſumitur, quando atteſtationes apud ipſum fuerunt.*
4 *Inſtrumenti tenorem ſcire præſumitur quando penes ſe quis habet.*
5 *Actum, de quo mentionem facit, quis ſcire præſumitur.*
6 *Supplicatio in dubio ad eius, cuius fauorem continet, inſtantiam impetrata præſumitur.*
7 *Probandi, onus in alium transfert, quando præſumptionem quis pro ſe habet.*
8 *Confeſſio in ſupplicatione facta plene probat, & vim iudicialis habet.*

Preſumitur pro impetrãte reſcriptum, ſeu priuilegium, & onus probandi contrarium ſpectat ad illum, qui contra reſcriptum, ſeu priuilegium venit.

1 HAbens reſcriptum penes ſe, præſumitur illud impetraſſe: ita Ripa in cap. cum M. Ferrarienſis num. 7. de conſtitut. D. Vincent. de Franch. deciſ. 113. ſub die num. 4. Aurel. Corbul. in tract. de cauſis, quibus emphyteuta iure ſuo priuetur, de cauſa priuationis ob non ſolutum canonem limitatio. 20. num. 10. & ſeq. vbi firmat etiam, quod vbicunque inſtrumen-
2 tum inueſtituræ reperitur penes hęredem, tunc illius dicatur probata ſcientia.

3 Et ſimiliter, quod quis præſumatur didiciſſe teſtificata, quando atteſtationes fuerunt apud ipſum, & ſequitur quoque Tiber. Decian. conſil. 4. quęritur erga n. 97. vol. 1. & text. vbi Bald. in l. non ferendus ff. de
4 tranſactionibus, quod quis preſumitur ſcire tenorem inſtrumenti, quod penes ſe habet, & Cephal. conſilio 452. nulla num. 36. vol. 4. ſicuti etiam ſcire quis præſu-
5 mitur actum, de quo facit mentionem, vt prodidit Bartol. Ang. & alij vnanimi conſenſu omnes in l. qui Romæ §. duo fratres ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 39. vol. 2. Paul. Caſtren. conſil. 59. in 3. dub. volum. primo Crauetta conſil. 193. ſub num. 3.

Nec non ſupplicatio in dubio præſumitur impe-
6 trata ad inſtantiam illius, cuius fauorem continet, atq; concernit, ita Spec. in tit. de appellat. §. nunc breuiter verſ. quid ſi apparet; Oldrad. conſil. 36. & Gomeſ. in reg. cancell. in reg. de impetr. benefi. vi-uent. in q. 5. fol. 73. vbi profert magnum quippe, & vtile verbum, Dominos de Rota ipſo præſente in multis cauſis ſequutos fuiſſe opinionem ipſam.

7 Vnde ei incumbit onus probandi, contra quem facit præſumptio, & ſic præſumptio transfert onus probandi in alium, l. ſiue poſſidetis C. de probat. & l. non eſt veriſimile ff. quod met. cau. Abb. in cap. is qui de ſponſal. & Pariſ. conſil. 80. num. 14. & ſeq. volum. primo, & conſ. 160. num. 27. vol. 4. & exempla commoda, quando quis habeat præſumptionem pro ſe, & transferat probationem in alium ex communi opinione Doctorum demonſtrat Lap. in alleg. 89. in Dei nomine ſub num. 17. circa fin.

Et de hoc mirandum non eſt, quoniam confeſſio
8 facta in ſupplicatione plene quidem probat, atque vim etiam iudicialis confeſſionis habet, vt per Iaſ.

in 4. not.& Curt. iun.in princ.in l. cum te C. de transactio. Pariſ. conſ.115. Viſo proceſſu n. 30. col. 1. & Mart. laud. ante omnes in tract. de prinp.in rub. de fiſco concluſ. 87. & ita duabus quidem vicibus iudicauit ſacra regia Audientia Barenſis in anno 1589. in cauſis aliquorum de ciuitate Monopolis, & de Terra Faſciani, vt refert Viuius in deciſione.

RESOLVT. CCCLXXXI.

1 *Impetrans reſcriptum debet exprimere in precibus res, quæ potuiſſent mouere principem ad non concedendum.*
2 *Quæ ſint illa, quæ potuiſſent mouere principem ad non concedendum reſcriptum, ſunt arbitraria.*
3 *Senatus in interinationibus inſpicere debet, an præces veritate nituntur.*

Opponenti de ſubreptione contra reſcriptum, iudex omnino debet dare terminum ad verificandam ſubreptionem.

IMpetrans reſcriptum debet exprimere in precibus
1 res, quæ potuiſſent mouere Principem ad non concedendum, alioquin dicitur obreptitium, & non valet, ac ipſo iure nullum redditur, & caſſatur, vt de ſimili reſcripto Impp. Honorius, & Arcadius reſponderunt in leg. vnica C. ad l. Iul. de Amb. in leg. fin. C. ne rei domin. vel templor. quamuis ex formalitate, & vrbanitate quadam melius ſit, & conuenientius, vt per ipſum Principem, vel Iudicem, obreptitium declaretur, vt dicit Dec. in cap. ad audientiam num. 17. de reſcrip. quod autem potuiſſet
2 mouere Principem ad non concedendum dicitur eſſe arbitrarium, ideſt Iudex ipſe ſuo iudicio id perpendere debet ſecundum Abb. in cap. 2. de dol. & contumac. & in cap. ex con. quæſtione de reſtit. Spol. Felyn. in cap. cæterum num. 13. de reſcrip. & propterea iudici plenum datur arbitrium cognoſcendi ſuper iſta obreptione Reſcriptorum. Atque hinc vt eiuſmodi obreptiones tollerentur fuerunt à bonis Principibus ordinatæ interinationes, quæ à ſupremis Magiſtratibus fieri ſolent, & à Senatu noſtro ex antiqui Decreti diſpoſitione obſeruatur,ne quid contra ius, vel vtilitatem publicam ad falſas, & importunas ſupplicantium preces obtineatur quod ex aurea Iuſtiniani conſtitutione illa emanauit, & prodijt in auth. ſacræ formæ, quæ de cauſ. proced. publ. aliter robur accipiant, quam ſi prætorijs Præfectis inſinuatæ fuerint, alioque habeantur ratę collat. 9. titulo 34. Nouell. 153. ideo ſolet Senatus Sabaudiæ ſecundum Theſau. in quæſt. forenſ. 4. in interinationibus
3 conſpicere an preces veritate nitantur, & nunquid fuerit in ſupplicatione expreſſum id,quod Principem mouere potuiſſet ad non concedendum,ne quid contra ius publicum, & leges reſcribatur iux. leg. Iubemus 10. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & leg. fin. C.ſi contra ius, velꝰ vtil. publ. vbi omnibus Iudicibus etiam inferioribu poteſtas datur huiuſcemodi reſcriptis non obtemperandi, & per conſequens de obreptione cognoſcendi.

RESOLVT. CCCLXXXII.

1 *Per ſecundum reſcriptum in quo primi mentio facta fuit primum tollitur.*
2 *Vſus, & exercitium iuriſdictionis non competit delegato, niſi à tempore quo eidem præſentantur literæ ſuperioris.*
3 *Reſcripta omnia ex intentione concedentis habent tacitam conditionem, ſi ille, in cuius fauorem concedunt, eiſdem vti voluit.*
4 *Reſcriptum primum cuius mentio facta fuit in ſecundo ipſo iure reuocari probatur.*
5 *Dictio pœnitus iuncta cum particula Nullam, inducit nullitatem ipſo iure?*
6 *Mortuo delegante re integra expirat Iuriſdictio, delegati, & proceſſus poſtea factus eſt ipſo iure nullus.*
7 *Communem DD. ſententiam exiſtimantium per ſecundum reſcriptum non extingui ipſo Iure veriorem eſſe dicitur.*
8 *Interpretatur text.in c.vlt.§.officiũ de offic. delegat. in 6.*
9 *Vbi reuocatio expreſsa ſit in alicuius fauorem ex mente reuocantis habet eandem tacitam conditionem ſi pars ea vtatur.*

Per ſecundum reſcriptum, in quo primi mentio facta fuit, an reuocetur primum ipſo Iure, vel ope exceptionis?

PER ſecundum reſcriptum, in quo primi mentio
1 facta fuit primum reuocari colligitur ex cap. cæterum verſ. ſi vero de reſcript.ſed an hoc fiat ipſo iure, vel ope exceptionis ſatis difficile eſt; nam reuocationem ipſo Iure non fieri, ſed neceſſariam exceptionem, & prolixiorum literarum præſentationem, tenent Abb. & DD. communiter in cap. audita de reſtitutione ſpoliat. vt teſtatur Decius n. 6. Felyn. n. 8. Boer. deciſ. 346. n. 16. Couar. in practicis cap. 9. n. 9. quę opinio primo probatur ex text. in d. cap. audita de reſt. ſpol. & in cap. 1. verſ. mandamus de conceſſione præbend. lib. 6. & in cap. 2. de offic. deleg. ibi aliæ poſtea literæ opponuntur.

2 Secundo facit quod vſus,& exercitium Iuriſdictionis non competit delegato niſi à tempore,quo eidem præſentantur literæ in cap. ſuper eo 12. in fi. cap. vt debitus honor.de appellat. ergo eadem ratione vſus, & exercitium iuriſdictionis alicui competentis non debet extingui niſi ab eo tempore, quo literæ poſteriores reuocatoriæ præſentantur, & opponuntur illis, à quibus iuriſdictio aufertur.

3 Denique facit quod reſcripta omnia ex intentione concedentis habent tacitam conditionem, ſi ille in cuius fauorem conceduntur, eiſdem vti voluit, vt probat text. in d.c.1. verſ. mandamus docet Anton. ibi n.18. & communis ex Felyno n.12. Couar. d. n.9. ſed quamdiu reſcriptum non præſentatur coram delegato non conſtat, an is, pro quo emanauit eodem vti velit, vel nolit, ergo ante præſentationem iuriſdictio prioribus iudicibus non reuocatur.

Contrarium tenent alij, videlicet poteſtatem iudicum priorum in hoc caſu ipſo iure reuocari abſque vlla præſentatione,aut oppoſitione, & ſatis eſſe quod priores iudices ſciant cauſam ab ipſis auocatam fuiſſe,& alijs commiſſam,vt proceſſus poſtea habitus nullus ſit,tenent Goffredus, & Dominicus quos refert, & ſequitur Decius in d. c. cæterum n. 8. Iacobinus in l. iudicium ſoluitur n.6.ff. de iudicijs; & Curia receptũ dicit Bald. Ripa in cap. cum M. de conſtitutionibus n. 196. quorum opinio primo probatur ex textu in cap. cæterum de reſcriptis in illis verbis à priorum eſt exempta iudicio, quæ ſunt præſentis temporis, & ſignificare videntur ab eo tempore, quo conceduntur literæ poſteriores, extinctas eſſe priores.

Secundo probatur ex cap.ex literis 25. de offic.delegat. ibi iuriſditionem nullam pęnitus habuiſſe dic-
5 tio enim pęnitus iuncta cum particula nullam, inducit, & importat nullitatem. Ipſo iure, docet gloſ. verb. pœnitus in l. ſi qui C.de poſtulando recepta ex Tiraquel. in l. ſi vnquam verb. reuertatur num. 105.

Tertio facit text. in c. Paſtoralis §. præterea de officio deleg. cap. 2. vt lite pendente c. vt noſtrum 96. de appellat.l. iudicium ſoluitur ff. iudicijs.

6 Vltimo facit quod mortuo delegante re integra ex-

expirat iuriſdictio delegata,& proceſſus poſtea habitus ipſo iure nullus eſt c. vltimo de off. deleg.ad gloſ. verb.ipſo iure de offic. deleg.lib.6. cap. ſi clericus 36. de præbendis eod. lib. docet gloſ. verbo. ignoraſſent in l.eius qui 41. ff. ſi certum petatur, ergo à fortiori ſpirare debet per litteras poſteriores.

Propter has difficultates plures referunt concordias Abb.num.10.Anton.& alij in d.c.cęterum,vt per Decium nu.6. nulla tamen vera eſt,& ideo retenta prio-
7 re opinione,quæ eſt communior,non obſtant contrariæ opinionis fundamenta,nam text.in d.c. cæterum, & in d.cap. ex litteris cum ſimilibus intelligi debent ſuppoſita præſentatione reſcripti poſterioris, quod conceditur ſub illa tacita conditione, & requirit huiuſmodi præſentationem,vt diximus ſupra.

Neque obſtat text. in d. cap. vltim. nam omiſſis
8 interpretationibus Decij in d.c.cæterum,nu.8. Felyn. num. 18. & aliorum dicas reuocationem factam per mortem delegantis fieri legis authoritate, non verò in vtilitatem priuatorum, & ideo abſque eorum licẽtia,& voluntate ipſo iure contingere,ſecus autem eſſe in reuocatione,de qua agitur in propoſita quæſtione.

Hæc autem communis ſententia intelligenda eſt, vt procedat non ſolum in reuocatione tacita, de qua loquitur text.in d.cap. cæterum, ſed etiam in expreſſa, per quam directè cauſa auocatur à prioribus iudicibus, quia etiam in hac vrget ratio, & fundamenta pro communi adducta, & per conſequens regula, l. cum apud. ff. ſi certum petatur, vt obſeruant Innoc. & DD. communiter in d. c. cœterum, & per Felyn. num. 10. & relatos à Couar. vbi ſupra num.9. Lancellotus d. cap.10. num.34. quamuis contrarium defendant alij relati à Lancellotto, num. 11. Gabrie. in lib. communium, titul. de clauſulis, concluſ. 1.num. 80. quorum opinio non probatur ex d. c. vt noſtrum de appellationibus, & d. l. iudicium ſoluitur, quia vbi
9 reuocatio expreſſa ſit in alicuius fauorem ex mente reuocantis habet eandem tacitam conditionem, ſi pars ea vtatur, nam etiam probari poteſt, ex differentia inter expreſſam, & tacitam prohibitionem, quam tradit gloſ. 2. in l. cum pater 76. §. libertis, ff. delegat.2.recepta per Gomeſ. in l.40. Tauri,num.88. Molina lib.1. c.16. n.33. nam procedit vbi prohibitio pura eſt,quia ſi ſit expreſſa actus ipſo iure eſt nullus ex l.non dubium,C.de legibus,ſecus verò ſi conditionem habet, vt in propoſito, quia in hoc caſu nulla eſt differentia inter expreſſam, & tacitam prohibitionem.

Ex quibus tandem obſeruandum eſt id, quod hodierna praxi eſt receptum, vt Iudex datus in ſecundo reſcripto ſolemniter, & ſub pœnis inhibeat iudici priori, ne vlterius in negocio procedat, quoniam ita nullam poſſet prætendere ignorantiam, aut excuſationem, quia per litteras inhibitoriales clarè conſtat de præſentatione poſterioris reſcripti.

RESOLVT. CCCLXXXIII.

1 *Bullę Apoſtolicę aliquando expediuntur ſub forma Bullę nouę prouiſionis.*

2 *Papa facilius concedit beneficium prouiſo ius plenum habenti,quam electo,in quo requiritur examinatio,& confirmatio.*

3 *Simplex prouiſio datur, cum non narratur alia prouiſio, ſeu collatio.*

Formula nouæ prouiſionis appoſita in reſcripto quid operetur.

1 SOlent Bullæ Apoſtolicæ quandoque expediri ſub forma Bullæ nouæ prouiſionis, quæ eſt noua Papæ prouiſio ad alterius iam factæ confirmationem c. poſt electionem, vel collationem priorem viribus ſuſtinere,vt not. in dict. c. ſolet quandoque concedi vbi non eſt dubitatio, vt ſi dicatur collationem ab Epiſcopo, vel eius Vicario factam alternatiuè, & ſufficit modica dubitatio, & non datur regulariter noua prouiſio, niſi quis dubitet collationem Ordinarij viribus carere, nam ſi Papa inutiliter prouiderit non datur noua prouiſio, ſed perinde valere, vt ita valeat prouiſio,ac ſi tunc legitimè eſſet facta, & ſic iſta noua prouiſio datur,vt ſi quis conſecutus ſit beneficium reſeruatum ab eo, qui dicit ſpecialem ad id facultatem habere cum hæc ſit veriſimilis dubitatio, ſimiliter ſi electio ſit facta de dignitate reſeruata per regulas Cancellarię,& tamen vigore indulti dicitur ad eligentes ſpectare,& in hac prouiſione verus modus vacandi ſolet exprimi,& poſtea generalis clauſula complectens modos vacandi ſubijci, & ſi quis in ſignatura petit ſibi de beneficio prouideri,dicens, authoritate ordinaria de eo iam ſibi prouiſum, & quod poſſint expediri Bullæ in forma ſimplicis, vel nouæ prouiſionis,ſi vult,nunc in bulla exprimere ſe electum poteſt, quando beneficium eligendo conferebatur, cum collatio ſit magis, quam prouiſio, ſecus ſi electio requi-
2 rebat confirmationem, cum Papa facilius concedat beneficium prouiſo, qui habet ius plenum, quam electo,in quo requiritur examinatio, & confirmatio clement. 1.de præbend. vnde apponi debet in ſignatura, quod Bulla poſſit expediri in forma nouæ, vel ſimplicis prouiſionis abſque narratione dictæ prouiſionis,& tunc poteſt exprimi qualiſcunque prouiſio præterea annullata principali collatione facta ab Ordinario non annullatur hæc noua prouiſio facta ad confirmationem primæ collationis,in curia verò non ſolet dari noua prouiſio, & confirmatio, capitulo quia de conceſs. præb. niſi in vnionibus, & in præceptoribus Hieroſolymitanis, & aliarum militiarum, & monialium prouiſionibus, capitulo indemnitatibus, de electione in ſexto, non tamen in prioratu monaſterij per Prioriſſam gubernari ſoliti, nec electiones Abbatum confirmari ſolent à Papa, nec confirmatio in beneficialibus datur ex ſtylo in curia, ſed perinde valere, quod traditur retro,non autem confirmatio,quod intelligitur perinde valere, quando non erat alteri ius quæſitum tempore impetrationis eius reſcripti; confirmatio tamen concordiæ inter partes fit à Papa, in Cancellaria tamen non niſi conferat beneficium, ſed remittitur ad Cameram, cum hæc confirmatio ſit de mero Imperio Maximo, capitulo quod tranſactionem de officio de leg. & ſi vnus tenebatur dare beneficium certum alteri infra annum, quia ſuum erat maioris valoris conuenire poſſunt partes, vt detur aliud beneficium ſine noua prouiſione, & tranſactio inter litigantes ſuper beneficio inducit ſpeciem ſimoniæ,ſed forte non priuat Abb.& alij in c.conſtitutus de tranſact.vnde, & ſi duo permutant ſimul beneficia,& alter retinet ſuum per duos menſes, & tertius impetrat, vt vacans per incompatibile, non tenet impetratio cum eſſet ad effectum permutanti c. vnico de rerum permut. in 6. & partes non poſſunt conuenire ſuper beneficio ſine Papæ beneplacito, vnde quando conueniunt debent adijcere cum Papæ beneplacito cap. ex parte primo de officio delegat. cap.fin.de pact. & ſi Papa id approbet non committitur ſimonia, cum Papa ſuper illa diſpenſet not. in rubr. de ſimonia.

3 Simplex prouiſio datur cum non narratur alia prouiſio, vel collatio, ſed petitur beneficium vacans per reſignationem, obitum priuationem &c. expreſſo verò vacandi modo,alias non valet,in noua tamen prouiſione poteſt corrigi, exprimique verus modus vacandi in ſignatura omiſſus, vt ait latè Rebuff. in praxi benef.tract.de noua,& ſimplic.prou.

RESO-

RESOLVT. CCCLXXXIV.

1 *Rescriptum cum clausula, perinde valere petitur, quando prius beneficium nulliter à Papa impetrauit.*
2 *Hoc rescriptum non solet concedi in literis Sacræ Pœnitentiariæ.*
3 *Naturalis defectus hoc rescripto non sanatur.*
4 *In hoc rescripto omnia sunt exprimenda, quæ in prima gratia erant exprimenda.*
5 *Ad validitatem huius rescripti oportet literas expedire super eo.*

Rescriptum cum formula, perinde valere, quid operetur.

IMpetrari solet quandoque aliud Rescriptum, quod dicitur etiam, & perinde valere, quod conceditur,
1 & petitur cum quis beneficium nulliter à Papa impetrauit ob subreptionem, vel obreptionem, quo rescripto Papa suscitat, quod irritum erat, & retrotrahitur ad tempus gratiæ, primæ factæ, vt sic valeat actus, ac si à principio legitimè esset factus, dummodo eo tempore ius tertio non sit quæsitum, quod non procedit in confirmatione, quæ respicit tantum tempus cum fit, & perinde valere solet impetrari cum quis in signatura reticuit ætatem, vel eam est mentitus, vel tacuit natalium defectum, vel idiomatis insciti am, glos. in cap. si proponente de rescript. vel si doctorem se falso dixerit, vt inquit Barbat. in c. Clerici, num. 70. de iudic. vel si quis professionem ante ætatem emiserit, datur hoc rescriptum, vt beneficium regulare consequatur, & si qui defectum natalium, vel ætatis patiebatur tacuit perceptionem fructuum hoc rescripto sanatur, & idem si impetrans beneficium à Papa, tacuit illud esse curatum, hoc rescripto sanatur, non so-
2 let tamen hoc rescriptum concedi in literis Sacræ Pœnitentiariæ, nec in literis expectatiuis in forma pauperum concessis, nec super signatura, sed tantum su-
3 per literis absolutis, nec naturalis defectus hoc rescripto sanatur, vt furoris, nec prodest ei, qui falso se dixit habere qualitates, quas beneficium illud poscebat, vt Parochialis, nec ei, in cuius fauorem est facta resignatio sine consensu resignantis, nec ex eo aliquod præiudicium iuri tertij infertur, nec prodest ei, qui eadem die rescriptum suum sanum, & integrum reportauit, quo die prius rescriptum vitiosum huius clausulæ ope est sanatum, nec præiudicat tertio in iure quæsito.
4 In hoc verò rescripto omnia sunt exprimenda quæ in prima gratia erant exprimenda, alia gratia est surreptitia, nisi in prima prouisione id expressisset, vt pluralitatem beneficiorũ, vel si adeptus sit possessionem ex prima prouisione, licet inualida, non debet eam iterum ex hoc rescripto capere, & debent etiam exprimi omnes defectus, vnde expressio vnius alios non supplet, & si in prima gratia non erat derogatum regulæ de viginti est transcribenda Bulla licet in supplicatione habeatur, vt hoc rescripto vtamur.

Ad validitatem verò huius rescripti oportet literas
5 super eo expedire, sola enim signatura non sufficit, nisi simul cum prima gratia hoc rescriptum esset concessum, quia tunc satis est gratiæ ipsius literas absolutas habere, nec esset opus nouo rescripto clausulam hanc includente, vt ait latè Rebuff. in praxi secunda parte, tract. de gratia etiam, & perinde valere.

RESOLVT. CCCLXXXV.

1 *Effectus rescripti sub forma dignum arbitramur, vide etiam num. 2.*
3 *Resignatarius sine literis expeditis eius possessionem ingredi non potest.*

Rescriptum sub forma, dignum arbitramur, quod operetur.

1 DAtur etiam rescriptũ sub forma dignum arbitramur, quo mandat Papa prouideri alicui de beneficio, si inuenitur idoneus, vt ait Rebuff. tit. de rescriptis dignum arbitramur, & hodie communiter Bullæ expediuntur sub hac forma dignum, & nominatio prouisi committitur Ordinario, dantur tamen, & secundæ litteræ directæ vni ex Episcopis vicinioribus ibidem nominato, vel non, quibus caueatur, quod si Ordinarius distulerit conferre beneficium, de quo agitur, prouiso à Papa intra triginta dies, possit ipse executor illud conferre, qui dies currunt à die præsentationis litterarum factæ Ordinario, & instantiæ factæ à prouiso, vt sibi de eo prouideat, vt in litteris, quod legitimè constare debet præcessisse coram secundo executore ad hoc, vt ipse prouidere possit, hoc vero rescriptum parit hunc effectum, quod si beneficium sit resignatum sub hac forma ad fauorem alicuius, resignans tenet ius in possessione, donec prouisus ab Ordinario dignus sit iudicatus, quod non contingit, quando bullæ expediuntur in forma gratiosa, quia sic prouidendus prius examinatur coram Ordinario, & sic fides de illius idoneitate ad curiam transmittitur, qua habita expediuntur litteræ in forma gratiosa, quo casu resignans post præstitum consensum amittit id beneficium, licet resignatarius sine
3 litteris expediti eius possessionem ingredi non possit ob regulas Cancellariæ de non iudic. iuxta supplicat.

RESOLVT. CCCLXXXVI.

1 *Effectus rescripti sub forma pauperum.*
2 *Quomodo debeant expediri prouisiones vigore huius rescripti factæ.*
3 *Rescriptum ad beneficium cessat cessante causa.*

Rescriptum sub formula, pauperum impetratum, quid operetur.

1 SÆpè sæpius solet summus Pontifex concedere gratiam sub forma pauperum, quare multoties etiam euenit dubitari, quid hoc operetur vnde aliquando ipse interrogatus dicebam, verum esse, quod datur etiam aliud rescriptum, quod dicitur in forma pauperum, quod conceditur, quando Episcopus ordinat pauperem sine patrimonio, vel beneficio, quo casu tenetur ei prouidere de beneficio, capitulo cum secundum de præbend. capit. si cui eodem in sexto, per quod mandat Papa ad petitionem ordinati ordinatori, vt prouideat ei de beneficio, vnde conceditur tantum pro paupere, qui caret beneficio; qui & ante à Papa, vel eius executoribus debet examinari de vita, & moribus, & si nil obstat ei prouideatur, non tamen in Ecclesia Cathedrali episcopo renuente, & etiam taxatur valor vsque ad quam summam episcopus debeat ei prouidere, vt ait Rebuff. de rescriptis in forma communi, & forma pauperum, & licet ibi titul. sequent. dicat Doctorem non debere examinari, hodie tamen secus est in curatis, vt inquit Fuschus de visit. lib. 2. capitulo quinto, num. 10. dicit tamen num. 9. posse omitti concursum, non tamen examen ob exiguitatem beneficij si non adsint concurrentes, vel ob diffidia, & huiusmodi.

2 Prædictæ verò prouisiones debent expediri cum Bullis desuper confectis intra sex menses à die supplicationis signatæ, aliter amittitur ius in illo beneficio, nisi concedatur prorogatio, vel restitutio, & interim si quis cupit ingredi possessionem beneficij conceditur

tur ei quandoque parua data, quibus literis mittitur in poſſeſſionem, prius tamen per eum præſtita cautione de expediendo literas intra ſex menſes, ſi Sanctiſſimo vel Datario placuerit ex Bulla Iulij Secundi, & Paul. III. trigeſima quarta ſub pœnis priuationis, & amiſſionis.

3 Amittitur autem reſcriptum ad beneficium ſi ceſſat cauſa, ob quam eſt conceſſum, vt ſi eſt in forma pauperum, & pauper beneficium, vel patrimonium ſit aſſecutus capitulo ſi pauper de præbend. in ſexto, vel ſi tempore competenti præbendam vacantem petere neglexerit capitulo ſi Clericus de præbend. in 6. niſi ei eſſet data optio eligendi, quam voluiſſet, vel ſi impetrator beneficium incompatibile interim ſit aſſequutus, licet re integra id renunciaſſet, & alijs modis, de quibus per Staphil. cit. quibus modis lit. ad benefic. expir. num. 1.

RESOLVT. CCCLXXXVII.

1 *Forma (indignationem Petri, & Pauli) in reſcriptis apponi conſueta quid operetur.*
2 *Forma prædicta contra contrauenientes importat pœnam arbitrariam.*
3 *Quod procedit ſi de facto contrauenerint, non autem de iure.*

Formula indignationem Petri, & Pauli appoſita in Reſcriptis, quid operetur.

1 IN Reſcriptis ſemper hæc formula contra inobſeruantes apponi conſueuit indignationem Petri, & Beatorum Apoſtolorum ſe nouerint incurſuros, quæ importat, vt inobedientes poſſint priuari ſuis beneficijs. Baldus in capitulo primo, §. porro, quæ ſit prima cauſ. benefic. amittend. Mozius in tract. de feudis in tit. ex quibus cauſis feud. amittat, num. 129. Zaſius in dict. tractatu de feud. parte 10. titulo de amiſſione feudi numero quadrageſimo primo, quos ſequitur Intrigiol. in tractatu de feudis, Centuria prima, quæſtione nonageſima octaua, numero 200. Staphil. de literis gratiæ, titulo de vi, & effectu clauſularum de clauſul. nulli hominum liceat num. tertio, & ſequente, vbi quod Deus indignatur, & iraſcitur contra huiuſmodi contrauenientes, & ideo peccant mortaliter Bartol. in extrauaganti ad reprimendum in verbo indignationem noſtram.

Item hæc formula contra contrauenientes importat pœnam arbitrariam Alciat. in capitulo quod ſedem, numer. ſextodecimo de officio ordinar. Rebuff. in praxi beneficiorum, titulo declarationes nouæ prouiſionis ad fin. Reſtaurus in tractatu de Imperatore, quæſtione 110. in 38. caſu Principi reſeruato. Bartolom. Betlenun. in tractatu de charitatiuo ſubſidio, quæſtione quadrageſima quarta, vbi diffuſè ſcribit de hoc Barbat. in conſil. 11. columna quinta, volumine primo, vbi probat contrauenientes propterea eſſe arbitrariè puniendos.

3 Declaratur hæc Doctrina, vt procedat ſi contrauenerint, de facto, non autem ſi de iure ſicut in clauſula nulli hominum liceat, probat Staphileus in loco prædallegato ad notata per Doct. in capitulo præſentia de probatione.

2 *Inferiores collatores non poſſunt conferre beneficia reſeruata ſub pœna excommunicationis, & priuatæ facultatis.*
3 *Collatores tenentur ſcire regulas Cancellariæ.*

De pœna Epiſcopi conferentis beneficia reſeruata declaratur Bulla Pij IV.

1 BEneficia reſeruata per Bullam Pij Quarti prohibentur conferri per locorum Ordinarios ſub pœnis in dicta Bulla contentis ſcilicet ſuſpenſionis à diuinis, & interdicti ingreſſus Eccleſiæ, quoad Archiepiſcopos, & Epiſcopos, quo verò ad alios inferiores
2 etiam ſub excommunicationis, & alijs arbitrio noſtro, & quoad omnes ſub priuationis facultatis conferendi beneficia in eorum menſibus pro tempore vacantia pœnis diſtrictè præcipimus, & inhibemus, ne beneficia diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata, ſeu affecta quouis pretextu cauſa, aut quæſito colore cuiquã conferre, ſeu de illis prouidere, aut in illis, ſeu eorum poſſeſſione ſe ſe intromittere quoquomodo audeant, vel præſumant, inquit Pius Quartus in conſtitutionibus ſub die 22. & 25. Aprilis 1561. fol. 700. in Bull. incip. valentes, & in alia incip. cupientes, & Pius Quintus fol. 1008. & nota pro ampliatione extrauag. cõm. Pauli Secundi de præb. ſub quo titulo etiam habetur extrauag. Benedicti XII. incip. ad Regimen, & Ioannis XX. incip. execrabilis, vbi de beneficijs Sedi Apoſtolicæ reſeruatis in capitulo ſecundo, & tertio, & in cap. præſenti de præb. in 6. tractatur de vacantibus in curia, ac in extrauagan. commun. Bonif. eod. titul.
3 aliæ reſeruationes ſunt in regulis Cancellariæ, quas collatores ſcire oportet, dictæ Bullæ Pij Quarti, & Quinti loquuntur quod tempore vacationis fructus ſpectant ad Cameram Apoſtolicam.

RESOLVT. CCCLXXXIX.

1 *Per reſeruationem ligantur manus inferiorum.*
2 *Reſeruatio inficit titulum, & poſſeſſionem.*
3 *Vbi Papa manum apponit reſeruando, vel conferendo omnia in contrarium facta inficit.*
4 *Decretum Papæ ligat etiam ignorantes.*
5 *In beneficijs reſeruatis non cadit deuolutio.*
6 *Intruſus in beneficio reſeruato, condemnatur ad fructus à die intruſionis.*

Collatio beneficij reſeruati facta per ordinarium an ſit ipſo iure nulla.

1 EFfectus reſeruationis eſt, vt per eam ligentur manus inferiorum collatorum, Rota in deciſ. 858. ex quo reſeruatio in beneficialibus afficit non ſolum titulum verum, ſed etiam poſſeſſionem, eadem Rota in deciſ. 475. Cacher. in deciſ. 102. numero ſecundo, dicens idem procedere in reſeruatione Principis. Puteus in deciſ. 297. libro tertio, Caſſad. in deciſ. prima, & ſecunda de dilationibus Triuiſ. in deciſ. 52. libr. 2. & in deciſ. 262. libro ſecundo, vbi ex eadem ratione infert non poſſe beneficium reſeruatum permutari in
3 manibus ordinarij, nam Papa vbi manum apponit prouidendo, ſiue reſeruando, omnia in contrarium facta inficit. Caſſad. in deciſ. prima, numero octauo
4 de reſtitutione ſpoliator. & per eius decretum ligantur etiam ignorantes, idem in deciſione ſecunda cit.
5 titulo, imo in prædictis beneficijs taliter reſeruatis neque etiam cadit deuolutio. Verall. in deciſione ſexageſima terria, & in deciſione 253. & idem Caſſad. in deciſione octaua de præbendis, & ex ijs etiam pro-
6 uenit, quod intruſus in beneficio reſeruato condemnatur ad fructus à die intruſionis, Rota diuerſ. in deciſ. 792. lib. 3. & in deciſ. 876. eod. libro: reſeruatio enim

---

PRAXIS RESERVATIONIS Beneficiorum.

RESOLVT. CCCLXXXVIII.

1 *Ordinarius ſub pœna ſuſpenſionis non poteſt conferre beneficia reſeruata.*

enim operatur, vt manus alterius cuiuscunque collatoris sint ligatæ, vt notabiliter decisum dixit Card. Puteus in decis. 48. libro 3. & Faber in decis. 12. Cod. de Sacrosanctis Ecclesijs, ex quibus deueniendo ad resolutionem propositi articuli censui dictam collationem fore nullam ipso iure, motus tum ex supra relatis, tum ex notabili decisione Cappell. Tholos. 434.

RESOLVT. CCCXC.

1 *Collatio de beneficio reseruato dicitur nulla ipso iure.*
2 *Fructus non debeant restitui sufficit quod absit mala fides.*
3 *Reseruatio quando non est notoria, vel clausa in corpore iuris non causat malam fidem prouisio ab Ordinario ante litem motam.*
4 *Intrusus tenetur ad fructus perceptos ante litem motam.*
5 *Fructus vt non restituantur sufficit bona fides, & color detinendi ab initio.*
6 *Sententiæ verba sunt intelligenda prout ius disponit.*
7 *Condemnatus simpliciter ad restitutionem fructuum censetur condemnatus ad fructus, ad quos condemnari debuit.*

Prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato an teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum.

1 COllatio de beneficio reseruato dicitur nulla ipso iure, cap. ex eo de elect. in 6. de cuius materiæ ornamento latissimè per Gonzalez in reg. glos. Cancell. 42. quare fuit dubitatum an talis prouisus teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum, in quo articulo sic respondi, quod quando ei mota fuit lis tenetur ad restitutionem à die litis motæ, ex quo tunc censentur percepti mala fide, cum omnes bonæ fidei efficiantur malæ fidei per litis contestationem, l. item veniunt, §. quod si ante, ff. de petitione hæreditatis de Franch. in decis. 31. Innoc. allegat. 114. & Benint. in decis. 20. vbi quod post litem contestatam incipiunt fieri malæ fidei possessores, & quod post motam controuersiam omnes possessores sunt pares, & ita censuit Rota in vna Mediolanens. liquidat. fructuum 2. Nouembris 1602. coram Illustrissimo Cardin. Bononiens. cuius tenor est.

Fuit conclusum fructus liquidandos esse à die
2 motæ litis, quia ad istum effectum sufficit, quod adsit mala fides. Rot. decis. 4. sub numero primo de restit. spoliat. in nou. Ægidius in capitulo grauis, numer. 4. circa med. eod. tit. & fuit dictum coram bon. mem. Gypsio in vna Romana fructuum 2. Nouembris 1555. & in vna Salaman. fructuum 9. Martij 1587. coram Reuerendo Patre Domino meo Decano in Salaman. dimidiæ portionis prima Aprilis 1591. Mala fides autem Domini Marci Antonij ante litem non probatur, cum non appareat, quod ha-
3 buerit scientiam reseruationis, & reseruatio non sit clausa in corpore iuris, vel super certo corpore beneficij, aut alias indubitata, & notoria, itaut eius ignorantia allegari non possit, fuit dictum in illa Salamant. fructuum, & in alia Salamant. dimidiæ portionis, talis enim requirebatur ad hoc vt inficeret possessionem dicti prouisi ab ordinario Put. decisio. 130. lib. 3. & fuit dictum in Romana Canonicatus 7. Decembris 1584. coram Sanctissimo, & in pluribus alijs, & eo minus, quia reseruatio, & decretum in ea appositum fuit non super vacaturis, sed super vacantibus Cassador. decisio. secunda numero quarto, in fine versicul. & intellige de restitution. spoliat. Put. decisio. 27. libro secundo, & fuit dictum in dicta Romana Canonicatus.

Quæ dicuntur de intruso quod teneatur ad fructus
4 perceptos ante motam litem non habent locum in dicto Marco Antonio, quia suam habet prouisionem ab ordinario, quam non discolorat prædicta reseruatio, Puteus dicta decisione 180. & propterea iusto titulo accepit possessionem, & licet semper fuerit de-
5 tentor iniustus, sufficit quod ab initio habuerit bonam fidem, & colorem detinendi Rota dict. decisione quarta in princip. de restitution. spol. in non. Sarn. in regul. de ann. quæstion. 57. sub numero 4.

Non obstat quod prouisio ordinarij cum careat testibus, & subscriptione Notarij sit suspecta de antedata, quia ista suspicio non potest causare malam fidem in prouiso ab ord. quia sicut non constat ad esse ante datam, nec fuit conscius se inuasisse alienum
6 Beneficium: non obstant verba sententiæ quæ intelligi debent prout ius disponit l. Herennius. ff. de euict. cap. dilectus de officio Ordinarij Bartol. in leg. si fundus §. in vendicatione sub numero quarto ff. de pigno. & dictus Marcus Antonius censendus est con-
7 demnatus in eo, in quo condemnari debuit Aym. consilio 74. sub numero nono, & dixit alias Rota in quadam sententia in ea parte, in qua condemnabat ad fructus perceptus in vna Romana Vineæ de Marri 20. Iunij 1593. coram Orano.

RESOLVT. CCCXCI.

1 *Beneficia collectorum, & vnicorum subcollectorum sunt reseruata Papæ.*
2 *Subcollector dicitur, qui fuit deputatus, & acceptauit, & quod pro tali fuerit reputatus, licet non exercuerit officium.*
3 *Reseruatio Papæ afficit beneficia.*
4 *Reseruatio generalis abrogat omnia statuta, & leges.*
5 *Per Papalem reseruationem inficitur titulus, & possessio.*
6 *Quando constat de proprietate non attenditur quasi possessio.*

An ordinarius possit præscribere collationem beneficij reseruati.

EPiscopus beneficium reseruatum tanquam non reseruatum pluries contulit dubitatum fuit si præscribere possit, in quo articulo dicebam in casu
1 mihi proposito; beneficia collectorum, & vnicorum sub collectorum quorumcunque sunt reseruata sedi Apostolicæ per reg. 4. Cancellar. & in extrauag. ad Roman. 14. de præbend. inter communes Felyn. in c. in nostra 32. colum. 17. in fin. corollar. 21. num. 20. de rescript. ita vt ad istum effectum sufficiat sola deputatio subcollectoris, & acceptatio, & quod pro tali sub-
2 collectore sit communiter reputatus, ac fuerit paratus dictum officium exercere, quamuis actualiter non exercuerit, quia forsan non venit occasio, vel alias fuerit legitimo impedimento detentus. Cassan. decis. 24. cum alijs per Gonzal. ad regul. octaua Cancellar. glos. 51. num. 71. & 72.

Hoc stante non potuit huiusmodi beneficium reseruatum conferri per ordinarium, nec per executorem, seu legatum, cum reseruatio Papæ afficiat
3 beneficia super, & de quibus fit, & inficit totum quicquid disponitur in contrariam auferendo potestatem conferendi, & omnem modum disponendi circa id, de quo agitur, itaut non possint impetrari, nec per alium conferri, nisi per Papam. Rot. decis. 1. alias 173. num. 4. ad med. & num. 5. de rerum permut. in nou. per tex. in cap. si eo tempore 45. de electione in 6. cap. 2. de præben. cap. dudum, eodem titulo in 6. maximè quia sumus in reseruatione generali, quæ
4 abrogat omnes leges, vel statuta, & remouet omnem

nem facultatem conferendi, ac omne impedimentum Mandos.reg.4.quæst.7. num.2. stante præsertim decreto irritanti, & alijs clausulis,de quibus in dicta extrauag.ad Roman. 14.de præbend.inter commun. ex quibus titulus, & possessio inficitur per papalem reseruationem. Rot. decis.32. aliàs 858. num.2. de præben. in antiq.

Non obstat, quod beneficium, de quo agimus fuerit bis collatum tanquam non reseruatum per ordinarium post talem reseruationem, adeo vt vltimus status sit attendendus in beneficialibus tanquam prealeat vltima, atque immediata quasi possessio. Rot. decis.49.alias 557. ante med. de rescriptione in antiquitate. Oldrad. consilio 312. num.2.Ferett. consil. 288.num.11.& 12.& cons.210.num.4.

Quia stante decreto irritanti erant ligatæ manus Ordinarij, qui non poterat conferre, vnde collatio non valet, neque potest considerari aliquis vltimus status, nec aliqua vltima immediata possessio,cum per papalem reseruationem illa inficiatur, vna cum titulo Rot. decis. tertia, num.1. de restit. spoliator. in nouis, vbi, quod tale decretum Papæ in reseruationibus appositum facit, quod quilibet titulus, & possessio careat omni effectu in beneficialibus non procedit, & est inualida Innoc.in c.ex parte de restitut. spoliator. & in capitul. vnic. de eo qui mittit. in possessio. lib.6.

Nec facit quod in casu nostro agatur incidenter inter prouisos de validitate ipsius collationis, tunc .n. ad istum effectum sufficit qualiscunque possessio, quicquid aliàs forsan illa non sufficeret ad immutandam qualitatem beneficij, puta quod de regulari efficiatur sæculare, vel quid simile, non satis sit, quod iste vltimus status substineat collationem etiam ad effectum excludendi reseruationem Papæ, iuxta consilium Calder.23.de præbend. quod sæpè approbauit Rot. de qua per Mohedan. decis.8. aliàs 179. de priuileg. Put. decis.206.lib.2. Simonet. de reseruatione quæst.70. Thom. de Than. decis.1. & coram Card. Pamphil.Vicentina beneficij 19.Nouembris 1599. & coram R.P.D. Penia Ferrarien. Prioratus 15. Martij 1608. vbi in specie constabat de vltimo statu sæcularitatis, nam beneficium tanquam sæculare fuerat in titulum collatum ab ordinario, quod licet à sua primæua origine fuisset regulare,& propterea prætenderetur reseruatum,tamen quia non aderat aliqualis inter ipsos principales collatores, sed inter prouisum ordinarium, & apostolicum, fuit conclusum debere attendi istam quasi possessionem vltimum statum beneficij ad substinendam collationem ordinarij ad effectum excludendi reseruationem Papę, iuxta dict. cens. Calder.23. quibus additur text. in cap. consultationibus 19. vbi Abb. num.2. de iure patron. cuius canonis dispositio licet loquatur de eo, qui est in quasi possessione præsentandi, tamen locum etiam habet in collatione. Bal. cons.437. ex quo num.1. lib 2. quem sequitur Rota coram Reu. Patre Domino Penia Ferrarien. prioratus 8. Martij 1610.

Quia respondetur prædicta procedere quando non constaret de legitimo statu præcedenti, tunc enim non attenditur vltimus status contrarius, neque ad effectum validitatis collationis, nisi probetur legitimè præscriptus, & mutatus spatio quadraginta annorum, pro vt ita intelligendum esse cons. Calder. 23.resoluit Rota coram R.P.D.Penia Ferrarien.prioratus 25. Maij 1609. vbi etiam ita declarat aliam decisionem supra ex aduerso allegatam coram eodem in eadem causa factam 17.Martij 1608. ob illam rationem, de qua in cap. consultationis 19. de iure patron. quia quando constat de proprietate non attenditur quasi possessio, quæ aliàs semper inspicitur ad effectum validitatis præsentationis, seu collationis Rot. coram R. P. D. Marcomontio Mileuitana iuris patronatus 18. Aprilis 1608. & est decis. Rot. 2. de præbend. in nou. vbi quod sufficit status vltimus, dummodo non probetur alium statum legitimum præcessisse, quod etiam communiter approbant doct.in cap. cum de beneficio, vbi Gemin. num. 8. Ioan. num.5. de præbend. in 6. Milius in verb. beneficium vers.beneficium si est impetratum tanquam seculare Felyn. in cap. nostra 32.num.43.de rescript. Rot. coram Card. Blanchetto Salamantina Vicariæ 25.Martij 1596.& coram Card.Lancelloto Ostumen. cappellæ 17. Decembris 1599.

RESOLVT. CCCXCII.

1 *Sub generali reseruatione non veniunt beneficia ad nutum amouibilia ex sententia glossæ.*
2 *Beneficium manuale dicitur vacare per obitum, amotionem, & resignationem.*
3 *Non tenet vnio de beneficio manuali, non facta mentione manualitatis.*
4 *Si Papa reseruat sibi beneficium manuale, nullus in eo se potest intromittere.*
5 *Beneficia manualia possunt in fauorem resignari.*

An sub generali reseruatione Pontificis veniant beneficia ad nutum amouibilia.

VIdebatur quod non, prout expressè tenuerunt non includi sub reseruationibus glos. in Clem. vnica verb. reuocari ad finem vers. & ob hanc causam de supplend. neglig. prælat. Calderin. cons.26. an in reseruationibus ad præbendas rationem assignans, nempe quod Papa reseruando sibi collationem beneficiorum videtur intelligere propriè de collatione, quæ fit perpetuò de beneficio, & postea subdit, quod aut Papa voluit talium beneficiorum non perpetuorum collationem esse perpetuam, & tunc mutauit naturam beneficiorum manualium, quod Papa facere non intendit, cum non exprimat argum. cap.2. 10. dist. & capit. querimoniam de Iurepatronatus, aut non intendebat illam naturam mutare, & minus intrat reseruatio, ex quo esset frustratoria eo ipso, quod statim posset beneficiatus amoueri. Calderinum sequitur Felinus in capit. per tuas sub numero 4. ad finem versic. & adde Calderinum de maioritate, & obedientia Æneas de Falconibus in tract. de reseruationibus in 3. quæst. principali numero 25. versic. beneficia manualia Staphilæus de liter. gratiæ tit. de expectatiuis in 9. forma expectatiuarum numero 29. versic. similiter propter illa verba Cassadorus d. decisio. 4. in principio, & decis.12. ante num.12. de præbend. Gomesius in tractat. de expectatiuis numero 94. versic. similiter propter illa verba, vbi plures columnas de verbo ad verbum transumit: Staphil. vbi supra. Simonet. in tractat. de reseruationibus, quæstione tertia, numero 11. licet numero 2. & per totam de præbend. Rebuff. in tractat. nominationum, quæstione 9. numero 25.Parisius de resignatione, libro 11. quæst.3. numero 82. & 85. Rota decis.739. numero octauo, parte prima diuersorum, & fuit decisum sub 10.Decembris, anno 1603. coram R. P. D. meo Litta, ita vt non cedat sub rigorosa reseruatione in corpore Iuris inclusa capit.2. de præbend. lib.6. vt fuit resolutum in vna Calagur. præceptoriæ de Villel. coram Puteo de anno 1546. teste Achil. decis.9. de præbendis, quod procedit quamuis tale beneficium manuale vacet per obitum, quia quamuis sit manuale, nihilominus per obitum vacare dicitur glossa verb. reuocari vers. & suis in Clement. vnica de supplenda negligen. prælat. & Cardinal. ibi in §. præmissa

missa quæst.5. num.8. Imola num.44. post medium vers. redeo ad glossam Abb. numero 17. Vitalin. numero nono Milius in repertorio verbo beneficium manuale sub numero nono Rot. decis. 739. numero quarto parte prima diuers. vbi etiam dicunt, quod similiter dicitur vacare per amotionem, & per resignationem, & R. P. D. Anastasius Germonius in tractat. de indultis §. regularia numer. 16. Flamin. Paris. de resignat. libro secundo, quæstione 11. numero quarto; hinc beneficia manualia non includuntur sub regula de annali, vt fuit resolutum in vna Albigan. Cappell. 25. Ianuarij 1549. coram Hieronymo Nonato. Mandos. in reg. 33. de annali, quæstione vndecima, numero quinto, & per totam. Mohedan. decis. 10. de caus. possess. nec etiam comprænduntur in regula de triennali. Gomesius super eadem regula, quæstione quinta, & quæstione septima. Rebuff. de pacif. possess. numero 272. Mohedan. decis. 169. alias 10. de possessioni. Paris. de resignat. libro vndecimo, quæstione 3. num.85. Rot. decis.739.num.7.p.1. diuersorum similiter non tenet vnio de beneficio manuali non facta mentione manualitatis. Cassador. decis.4. n.4. & per totam de præbend. Rebuff. de pacif. possess. numero 282. vers. non valeret tamen vnio Simonet. decis.31. in manuscript. & additio ad Simonet. de reseruat. quæstione octaua, numero quarto, sicut nec aliqua quælibet impetratio valet de tali beneficio manuali manualitatis mentione non facta Cassador. d. decis.4. sub numero primo, & numero secundo. Flamin. Parisius de resignatione libro secundo, quæstione vndecima, numero secundo, hinc videmus, quod in omnibus supplicationibus in principio illorum fit mentio, quod beneficium, de quo supplicatur, est perpetuum ad distinctionem manualis, de quo Papa prouidere non intendit, & omnes ferè supplicationes incipiunt dicentes, cum perpetuum beneficium, rursus beneficium manuale non venit appellatione dependentis in rescripto, vt per Cassad. decis. 12. numero 6. & 10. de præbend. tenuit Rota teste Achill. de Grassis decis.8. de præbend. nec venit proprie appellatione beneficij, cum deficiat vnum ex substantialibus requisitis assignatis in principio huius glossę quod debeat esse perpetuum, & tradit Nauar. cons. 5. numero primo, & consilio septimo de præbend. Gregor. Tholosan. in institutionibus rei beneficiariæ, capitulo 11. numero 12. item quamuis beneficium manuale vltima vice fuerit commendatum à Papa, non propterea remanet reseruatum, quin aduenientę vacatione possit Ordinarius, vel Abbas de illo prouidere, quia cessante commenda cessat affectio, & reseruatio in hoc casu Franchus, in capitulo nemo decimoquinto sub numero quinto, versiculo quod si commenda post Geminianum ibi de electione, libro sexto. Achil. decis. 9. numero quinto, & sexto de præbend. licet secus sit in alijs beneficiis, non manualibus, vt dicemus in §.8. huius glossæ 5. de commendis, ac vide, quæ dicam in glos. 62. si verò Papa expressè reseruasset, vel affectasset aliquod beneficium manuale, tunc proculdubio intraret reseruatio pro illa vice, & nullus inferior se intromittere posset, vt fuit resolutum teste Achille de Grass. decis. 9. num. 9. de præbend. nam de viribus reseruationis, quando constat de voluntate non est dubitandum Mandosius in regula 3. quæstione 10. numero 3. ad medium vers. non quod Papa non possit, quoniam omnia beneficia mundi sunt Papæ obedientialia etiam manualia, Bal. in l. rescripta, num. 7. ante finem, versic. item omnia beneficia. Codice de Precibus Imperatori offerendis Philippus Probus in cap. generali, num. 13. & num. 41. de electione lib. 6. Gomesius in proœmio regularum Cancellariæ, quæst. 2. num. 7. & in reg. de non tollendo, quæst. 1. num. 7. versic. illud tamen Simonet. de reseruat. quæst. 2. & 13. Rebuff. de pacif. possessor. num. 279. vers. quod intellige, sicut etiam Papa confirmaret prouisionem factam alicui de beneficio manuali, aut ipse prouideret, tunc durante vita prouisi, non posset per aliquem inferiorem amoueri, vt tenent Gambarus in cap. licet sub numero 84. vers. aduerte de rerum permutatione, libro sexto. Bellam. in tractatu de permutation. beneficiorum, part. 3. quæst. 6. Ioannes Andreas, Geminianus, & alii in cap. præsenti de officio ordin. lib. 6. Rebuff. cum aliis de pacif. possessore dicto numero 279. & 281. Achil. dict. decis. 9. num. 8. de præbend. nec non beneficia manualia possunt in fauorem resignari, vt post Federic. Bellam. & alios tradit Flamin. Parisius de resignat. lib. 2. q. 11. num. 1. & sequentibus, ac etiam permutari, Rebuff. in praxi tit. de permutatione num. 49. vbi num. 50. dicit quod non propterea alteratur natura manualitatis.

3

4

5

RESOLVT. CCCXCIII.

1 *Regula reseruatoria non comprahendit ius patronatus laicorum, nec mixtum.*

2 *In fauorabilibus attenditur qualitas laicalis.*

3 *Non censetur derogatum iuri patronatus mixto, nisi fiat mentio.*

An sub Regula reseruatoria octo mensium comprehendatur ius patronatus mixtum scilic. clericorum, & laicorum.

1 CONsultus super huiusmodi articulo, dicebam clarum esse, Regulam reseruatoriam non comprahendere ius patronatus laicorum, vt latissimè per Gonzalez ibi per text. in cap. cum dilecti, ne laici retrahantur à fundandis iuris patronatibus; idemque procedere etiam in iuris patronatibus mixtis ex dec. Rotæ teste Achille de Grassis 3. de iure patronatus, cuius tenor est. Fuit dubitatum coram me in vna Fauentina parochialis pro Hercule Seuerolo 12. Octobris 1548. an Regula reseruatoria octo mensium comprahendat beneficia mixta iuris patronatus laicorum, & clericorum.

Et licet videatur prima fronte dicendum quod, sic, prout est expressa decis. 266. alias 46. de concess. præbend. in antiquam sequitur Staphil. tract. de literis grat. fol. 54. & Æneas de Falcon. de reseruat. 14. effectu, quod videbatur etiam suaderi ratione, quia passim in curia derogatur iuris patronatui mixto, ergo arguendo ab vsu patris familias videbatur tale beneficium inclusum esse in reseruatione.

Prædictis tamen non obstantibus contrarium tenuerunt omnes nemine excepto, considerante primo, quod plures, & melius disputantes articulum erant pro ista opinione, & Rota alias variando tenuerat istam opinionem, vt refert Felyn. in tract. quando literę apostolicę in 6. ampliat. ex quo dicebatur non esse faciendum fundamentum in dec. supra allegata quam Doctores prædicti simpliciter referendo sequuntur, & Felyn. melius disputat eodem modo Roch. in tract. iuris patronat. in vers. ius in 7. quæstion. Lambertin. in eod. tract. fol. 8. & fol. 371. in 3. par. lib. 2. 9. quæst. principali artic. 9. 10. de Silua in tract. de beneficio 2. par. 3. q. 14. col. numero 47. Rebuff. in tract. nominationum fol. 112. 15. q. vers. 3. non comprahenduntur, vbi voluit in nominationibus non comprahendi talia beneficia, & hoc idem etiam fuit de mente Cassad. decision. 4. de probation. in fine reperita in decis. 7. titul. nostro.

2 Et generalis ratio est quia in fauorabilibus attenditur qualitas laicalis, ex qua ratione tolluntur funda-

fundamenta dictæ decis.266. quæ dum vult qualitatem clericorum attendi debere, non aduertit, quod loquitur in fauorabilibus,& in casu nostro esset odium quia haberetur pro clericali igitur, &c.

Retorquebatur etiam ratio stili, & vsus quinimo
3 nisi fieret mentio in curia de tali iure patronatus non censeretur illi derogatum, vt in d. decis. Cassador. ex quo infertur non esse comprehensum,nisi vbi facta esset mentio.

Quod autem derogetur tali iuri patronatus est magis, quia solet Papa derogare iuri patronatus pro medietate, & sic solet derogare parti laicorum, parti autem clericorum derogare non est necesse, videtur etiam Petr. de Anchar. in c. cum propter circa finem de iure patronatus tenere, quod in fauorabilibus vnum sequitur aliud,non habita distinctione,an principales sint laici an clerici.

PRAXIS RESIDENTIÆ IN beneficijs.

RESOLVT. CCCXCIV.

1 *Habens cappellaniam non tenetur ad aliquam residentiam, & illa dicuntur beneficia, quæ requirunt residentiam personalem, quæ ex statuto consuetudine,aut priuilegio illam requirunt.*
2 *Beneficium simplex citra ecclesiam cathedralem, vel collegiatam non requirit residentiam.*
3 *Ex consuetudine generali obseruatur, vt etiam si beneficia requirant residentiam, si tenuia sint derogetur ex dicta consuetudine oneri residentiæ personalis.*
4 *Consuetudo seruiendi per substitutum valet.*
5 *Consuetudo omnes ferè humanos actus interpretatur.*

An habens Cappellaniam teneatur facere residentiam.

REspondeo non teneri ad aliquam residentiam,
1 quoniam illa beneficia dicuntur requirere residentiam personalem, quæ ex statuto consuetudine, aut priuilegio illam requirunt iuxta doctrinam Innocen. in cap. clericus de cleri. non resid. quem sequitur Syluester in summa verbo residentia, & probatur ex text. in cap.2. sess.6. de reform. Concil. Trident.
2 de iure tamen hodie simplicia beneficia, prout est cappellania citra Ecclesias cathedrales, vel collegiatas non requirunt residentiam ex tex. in cap. gratia de rescript. in 6. & in clemen. gratia eodem tit. Innocen. in dict. cap. cum iam dudum de election. & Lamber. vbi supra numero 4. & Oieda vbi supra par. 1. cap.17. num.26. & itidem consuetudine generali
3 idem est obseruatum, vt testatur Boer. in consil.16. numer.17. ex glos. in cap. cum omnes de constitutionibus, & ibi doct. per tex. ibi, & glos. in dict.cap. dudum 2. de elect. tenent Host. Ioan. Andreas, & Butrius in cap. ex parte de concessio. præbend. Abb. in cap. tuæ de cleric. non resident. & in cap. licet infra de præbend. Imola in cap. ex tuæ de cler. non resident. Lapus allegat. 35. Selua de beneficio 4. par. q.2. per totam, vbi omnes inquiunt validam esse talem consuetudinem, & Oieda,vbi supra 2. p.cap.1. nu.21. adeo vt etiam si de iure talia beneficia simplicia requirerent residentiam, si tenuia sunt ex d. consuetudine derogatur onus residendi personaliter in eis,prout in processu est probatum, & tenet Lamber. vbi supra n.19.& 20.& Oieda in dict.tractat.de benefic.compat.1.p.cap.15.num.38. tom.15.1. p. tractatuum diuersorum doctor. & Selua in tractatu de beneficijs 4. p.q.6. num.1. versic. tertius casus est etiam
1 si talia beneficia tenuia essent curata, valeret consuetudo obtinendi plura eorum, secundum Oiedam, vbi subra 2. par. cap. 11. numero 12. vbi in numero 13. quod tempus requiratur ad inducendam hanc consuetudinem, & sic cum causa potest induci hæc consuetudo in curatis, vt per Oiedam vbi supra 1. part. capit. 27. numero 22. & latius in eadem 1. par. cap.13. numer.33. versic. in hac tamen, vbi sic concordant opiniones per eum ibi relatas numero 25. cum sequentibus, quæ adeo vera sunt, & procedunt, quod etiam stante dispositione Concil. Trident. cap.17. sess.24. de reformat. valeat talis con-
4 suetudo seruiendi per substitutum secundum Nauar. in Manuali Latin. cap. 25. numer. 127. optimè Cene. in collect. iur.2. par. c.150. num.1. Oieda vbi supra secunda part. c.1. num.24. cum seq. & idem voluit in 1.par. cap.27. num.24.& 26. vbi inquit non valere consuetudinem, ne per substitutum seruiat, imo, & quod plus videtur, quod etiam si testator in fundatione cappellaniæ dicat, & disponat,quod conferatur vni, qui ibi quotidie missam celebret in cappella, vel alio in loco, adhuc tunc consuetudine effici potest, vt per substitutum deseruiatur secundum Seluam in dicta 4. part.quæst.2.num.3. Oiedam plures allegantem vbi sup. 2. part. c. 1. num.2. & 21. &
5 quia consuetudo omnes fere humanos actus interpretatur,& in eis attenditur,vt probatur in l.si fundus ff.de euictionib.& per Oiedam, vbi supra 2. par. cap. 8. num.13. folio 173. vbi allegat Gab. in suis communibus opinionibus tit. de consuetudine conclus.1. & 2.plura cumulantem, & num.14. dict. c.8. ampliat hoc ipse Oieda, vt procedat etiam si talis consuetudo præscripta non sit, sed per aliquos actus obseruata, vbi in cap.11. nu.13. inquit veriorem esse opinionem iudicis arbitrio relinqui, quod tempus sit necessarium ad indulgentiam ad inducendum consuetudinem, in processu tamen nostro non solum in hac cappellania, verum, & in alijs communiter habentibus dictam clausulam, quod ibi quotidie per cappellanum in tali loco missa celebretur, probatum est esse consuetudinem seruiendi per substitutum, & ad hoc vidi quam plures dispositiones cappellaniarum hæc dicentes, & in eis sicut in alijs omnibus probata fuit dicta consuetudo, & præsertim vbi tenues erant, quo casu inquit Lamber. vbi supra numero 20. quod ipse obtinebat 37. beneficia patronatus.

RESOLVT. CCCXCV.

1 *Si parochialis vnitur canonicatui, seu dignitati tenetur canonicus deseruire per vicarium, qui vicarius dicitur perpetuus beneficiatus.*
2 *Cura animarum pertinet ad vicarium, ac proinde ipse debet residere.*
3 *Vicarius perpetuus dicitur rector curæ animarum, & cura actualis aufertur rectori, & transfertur in vicarium perpetuum.*
4 *Prioratum solitum administrari per vicarium perpetuum non dicitur beneficium curatum.*
5 *Quis dicitur habere curam animarum propter exercitiū.*
6 *Habens parochialem, in qua vicarium perpetuum legitimè institum obtinuit eo viuente non tenetur residere.*
7 *Vicarij perpetui habent verum titulum.*
8 *Vicarius perpetuus non potest remoueri, neque si rector principalis moriatur.*

An rector parochialis habens vicarium perpetuum, cui incumbit cura animarum teneatur residere.

IVxta dispositionem tex. in cap. extirpandæ §. fin.
1 de præbendis sancitum fuit,vt si parochialis vniatur canonicatui, seu dignitati teneatur canonicus deseruire per vicarium,qui vicarius dicitur perpetuus

beneficiatus.

beneficiatus cap. ex parte de officio vicarij, quare fuit apud me dubitatum si talis Rector teneatur ad
2 residentiam, & respondi negatiuè, quoniam cura animarum non pertinet ad eum, sed ad vicarium, & proinde residere non tenetur, pro qua opinione facit, quod notanter voluit Vital. in Clem. 1. num. 24. de
3 officio vicarij, vbi vicarius perpetuus dicitur rector curæ animarum, & cura actualis auferetur rectori, & transfertur in vicarium perpetuum, sequitur ibidem Abb. numer. 3. sequitur Nauar. consil. 21. numero 7. de clericis non residentibus Gonzalez glos. 5. §. 3. nu. 24. vbi voluit, quod cura animarum residet in actu penes rectorem, & proinde inferunt ex hoc non ipsum sed vicarium, in quem residet cura actualis teneri ad residentiam Caputaquen. in decis. 339. part. 3. vnde Gonzalez glos. 6. numer. 98. infert ex hoc prioratum
4 per vicarium perpetuum deseruiri solitum non dici beneficium curatum, nec includi sub appellatione curati, nec parochialis, ex quo prior non adstringitur ad administranda Ecclesiastica sacramenta, sed dumtaxat vicarius perpetuus, vnde curam anima-
5 rum, quis habere dicitur principaliter propter exercitium, vt eleganter affirmat Probus in additionibus ad Monachum in cap. super eo numero 17. de præbendis lib. 6. post Anchar. Card. & Abb. in cap. postulasti de præbendis, nec mirum cum auferatur actualis animarum cura à prioratu, & transferatur in vicarium perpetuum Philippus Probus vbi supra, Vitalin. in Clem. 1. §. ad hæc num. 26. de præbendis Nauar. consil. 21. incipit Ecclesiæ parochiali num. 7. de cleric. non resident. & per totum vbi tenet, quod neque etiam hodie post Concil. Trident. talis prior tenebitur exercere d. curam nec residere, sicut & antea, prout etiam Sacra Concilij Trident. Congregatio declarauit dicens.

6 Habens parochialem, in qua vicarium perpetuum legitimè institui obtinuit, eo viuente residere non tenetur, pro quorum confirmatione facit, quod tales
7 vicarij perpetui habent verum titulum cap. ad hæc, & Abb. idem de officio vicarij tex. & ibi glos. in d. Clem. 1. de officio vicarij Ioannes Nicola in tractatu de pluralitate beneficiorum cap. 1. num. 37. Gambarus de officio, & potestate legati de Latere lib. 6. tit. de dispensatione num. 10. & ita est tenendum quicquid in contrarium dicat glos. verbo tenere in d. cap. ad hæc. Hinc omnia iura loquentia de beneficijs curatis circa vacationem per executionem, per non promotionem, & de eorum ætate, locum habent in huiusmodi vicarijs perpetuis elem. vnica de officio vicarij, vbi præter alios latissimè Bonifacius Vitalinus Flam. Parisius de resignat. lib. 3. q. 1. numer. 115.
8 cum sequentibus, nec vicarius perpetuus potest remoueri etiam si rector principalis moriatur, vt in d. cap. ad hæc de officio vicarij Rebuff. vbi sup. num. 15. Alphonsus Oieda de incompatibilitate beneficiorum 1. p. c. 15. num. 12.

RESOLVT. CCCXCVI.

1 *Beneficiatus moram trahens in curia ex præcepto Papæ dicitur iuste impeditus, et lucratur fructus sui beneficij.*
2 *Absens causa reipublicæ legitimè excusatur à residentia, & habetur pro præsente, & num. 5. & 6.*
3 *Vtilitas publica præponderat priuatæ, & num. 8.*
4 *Absentia pro seruitio Regio semper censetur iusta.*
7 *Clericus, qui abest de licentia Papæ lucratur fructus suæ præbendæ, & reputatur præsens num. 9.*
10 *Absens ex qualibet legitima causa præsens censetur.*
11 *Canonici, qui sunt in seruitio Episcopi censentur præsentes, & lucrantur fructus.*

Non residens propter seruitia Pontificis, an gaudeat fructibus præbendæ.

1 BEneficiatus, qui moram trahit in curia ex præcepto Papæ iustè dicitur impeditus, & debet lucrari fructus sui beneficij in absentia cap. bonæ de postul. prælat. vbi Cardinales, & cappellani Papæ illos percipiunt in absentia cap. cum dilectus, vbi Ant. de Butr. Ioan. Andr. & Abb. de cler. non resid. & Laudens. in tract. de Card. vers. an Domini, Boer. decis. 17. numer. 8. & 11. Salzed. in addit. ad Ber. & in hoc casu resoluit Abb. in dict. cap. cum dilectus numer. 3. in fi. & quod qui taliter abest satis dicitur abesse causa reipublicæ, vt in l. sed & si per prætorem in fine, & l. reipublicæ ff. ex quibus caus. maior. Afflict. decis. 289. numero 35. Menoch. consil. 99. num. 82. lib. 1. in quo præsupponit
2 Abbas, quod certissimum est, absentem causa reipublicæ, vel ob publicam vtilitatem tanquam legitimè impeditum excusari à residentia, & pro præsenti haberi, ita vt ei omnia debeantur, quæ præsentibus competunt. text. in l. si quis stipulatus ff. ex quibus cas. maior vbi glos. verbo eadem; Anna consil. 42. numero 19. & 20. lib. 1. vbi allegat. Alberic. tract. statut. libr. 1. quæst. 184. numer. 2. l. si quis Titio l. Iulianus. §. final. dict. tit. ex quibus caus. maior. vbi Bar. Alberic. & alij, & percipit fructus eo, quod vti-
3 litas publica priuatæ præponderat cap. 3. de post. prælat. capit. licet de regular. cap. mutationes. 7. q. 1. Innoc. in c. ex tuæ num. 3. de cler. non resid. Bart. in auth. de hæred. & Falcid. num. 4. Paul. in l. de pupillo §. si quis riuos num. 3. & 4. ff. de noui oper. nunc. Nauar. consil. 6. de constit. num. 1. & absentia facta causa reipublicæ, vel alia iusta non nocet. Bart. & alij in l. fin. C. de integr. rest. Cephal. consil. 4. num. 4. lib. 1. Rebuff. in comment. ad l. Gallicas tit. de dilat. glos. vnic. num. 4. 5. & 8. sicut absenti causa reipublicæ non currit tempus à statuto præfixum in actione de dolo l. non possunt, & ibi Bal. num. 1. C. de dol. & eodem modo tempus accusandi de adulterio, non currit absenti ob occupationes publicas l. ob commissa C. ad l. Iul. de adulter. Tiraq. de retract. lignag. §. 3. num. 5.

Sicut est quando absentia est in seruitio Regis, quia
4 semper pro legitima habetur, & ita absentia causa reipublicæ, vel ob Regis seruitium iusta est, vt quis restituatur in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, vt probatur per l. primam l. item qui reipublicæ l. abesse l. verum 12. §. ex facto ff. de minoribus, ibi, vel ij, qui circa Principem sunt occupati l. pen. ff. ex quibus caus. maior. cum alijs eiusdem tit. tradit Alciat. respons. 311. num. 2. Perez. in l. 4. titul. 14. lib. 3. ordin. glos. 1. imo, quod plus eis operatur idem, quod operaretur, si præsens esset, lex enim habet pro præsenti eum, qui ex causa pu-
5 blica, & Principis abest, vt tradit Menoch. consil. 99. incip. de re grauissima. numer. 82. lib. 1. Anna vbi proximè à num. 32. quia absens ex iusta causa non dicitur abesse capit. ex parte 2. capit. cum dilectus de cler. non resident. vbi addit. 2. ad Abbat. allegans. l. si quis ita ff. de condit. & demonstr. cap. vnico eodem tit. in 6. glos. in cap. de cætero eod. tit. Cardin. in clement. vt hi qui quæst. 9. de ætate, & qualitate Paris. consil. 31. num. 3. & 4. lib. 4. maximè tempore, quo
6 licentias habuit, nam præsens dicitur in loco, qui abest de superioris licentia, vt inquit glos. in l. hac lege verbo deductione, & ibi Platea C. de proxim.
7 sacr. scrinior. lib. 12. dicens, quod clericus, qui abest de licentia Papæ consequitur fructus præbendæ pro toto tempore absentiæ Surdus de aliment. tit. 9. quæst. 97. num. 7. & in doctore recedente cum licentia, quod habeat salarium Bal. in auth. habita. nu. 41. C. ne filius pro patre Anna supra num. 24. & seq.

Vlterius, quia receptissimum est, quod in quacunque

8 que disposition intelligitur semper excepta vtilitas publica l. iubemus vbi Bald. C. de Sacrosanct. Eccles. l. quis in graui. ff. ad Syllan. Salyc. in l. 2. C. de noxalibus. Gambar. de off. & potest. legat. lib. 7. num. 194. Sicul. cons. num. 7. lib. 3. & cap. 65. num. 3. lib. 4. & Regia, vt probatur l. iubemus C. de nauibus non excus. lib. 11. l. 1. C. vt nemen. liceat in empt. specierum, se excusare lib. 10. l. fin. C. de cursu publico. lib. 11. iuncta l. principali §. final. cum l. seq. ff. de noua oper. nunciat. d. l. si quis in graui. §. vtrum vbi Bald. ff. ad Syllan. Aflict. decis. 289. num. 29. de Nigris ad cap. 228. Regni Neapol. de excus. reor.

9 Quod confirmatur cum etiam reputetur, pro præsente, & lucretur fructus clerici, qui abest pro negotijs Ecclesiæ licet statutum existat, quod obliget ad residendum, & ipse illud iurauerit, vt notat Abb. in cap. ex par. 13. de cler. non resident. n. 3. per text. ibi. & in cap. vnico eod. tit. lib. 6. & Guttier. tom. 1. canon. quæst. cap. 1. n. 144. Anna, vbi supra num. 29. & 30. obstante reg. quam DD. colligunt, ex cap. ad nostram. 1. de iureiur. iuramentum scilicet debere verè, & in forma specifica adimpleri, quia fingitur præsens, & iuramentum non transgredi, vt post Bero. in cap. 1. num. 78. de vsur. & Selu. in tractat. de benef. par. 4. q. 6. num. 5. dicit Gomez. in explicat. Bullæ clausula 4. num. 28. & in proprijs terminis Nauar. cons. 8. n. 2. & alijs de cler. non resident.

Quod procedit etiam quando abest ex alia legitima causa, qua interueniente absentem semper fin-
10 gimus præsentem l. quæsitum. ff. de leg. 3. l. Seiæ §. Pamphilæ ff. de fundo instructo l. si quis Titio. ff. ex quibus causa maior. cap. cum dilectus de cler. non resident. l. testamento ff. de aliment. legat. Roman. consil. 264. n. 3. c. vnico de cler. non resid. in 6. Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. 43. n. 3.

11 Idem verificatur in canonicis, & clericis, qui sunt in seruitio Episcopi, nam, & reputantur residentes, & lucrantur fructus capituli ad audientiã c. cum dilectus de cler. non resid. Nauar. consil. 1. num. 3. & consilio 2. num. 1. eod. tit. Anna d. num. 29. Selua d. quæst. 6. num. 4. ad fin. Lopez in leg. 19. tit. 16. par. 1. glos. 7. Rebuff. d. tit. de dispens. non resid. n. 3. & seq. Bald. in l. iurisperitos n. 3. de excus. tut. & Boer. dict. decis. 17. num. 12. Durand. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. n. 60. Angel. in summa verbo clericus el 7. num. 2. Syluest. verbo residentia num. 7. Menoch. dicto cons. 99. n. 82.

RESOLVT. CCCXCVII.

1 *Inquisitores hæreticæ prauitatis habentur, vt præsentes in omnibus suis beneficijs, & dignitatibus.*

2 *Inquisitores huiusmodi absentes lucrantur distributiones quotidianas.*

3 *Adducitur Bulla Innocentij 3. ad fauorem horum inquisitorum.*

Inquisitores hæreticæ prauitatis non residentes lucrantur fructus eorum præbendarum.

1 INquisitores hæreticæ prauitatis habentur in omnibus suis beneficijs, dignitatibus, & præbendis, vt præsentes, & residentes, & percipiunt integros fructus suarum præbendarum simul cum distributionibus quotidianis, & priuilegio speciali fauore fidei eis concesso a Paulo 3. & Pio Quinto Pontificibus maximis, vt tradit Rojas de priuileg. inquisitorum numero 420. & in fin. 96. subdens huiusmodi priuilegium Apostolicum in Hispania maiestate Regia in suo supremo tribunali confirmatum esse, ita vt sine aliqua tergiuersatione executioni mandetur, quod etiam adnotauit Spin. in Specul. testament. in glos. 3. princip. num. 78. & Michael Martinez. de Villar. in 4. par. Del Padronado de Calatacub. num. 8. pag. 228. qui limitat, vt non competat prædictum priuilegium dictis Inquisitoribus obtinentibus beneficia, quæ vulgariter nuncupantur conductitia, vel seruitia qualia sunt (vt ipse ait) fere omnia beneficia, Archidiaconatus Calatacubij. Inquisitores inquam, vt ipse testatur, possidentes huiusmodi beneficia non recipiunt distributiones quotidianas in absentia, quod semel atque iterum pronunciatum extitisse affirmat, cuius doctissimi viri dictum apud me satis dubium est, per ea, quæ in numero sequenti notantur, vnde non solum huiusmodi priuilegium est concessum Inquisitoribus obtinentibus beneficia simplicia, aut dignitates, sed etiam habentibus beneficia curata, vt tradit Spino. in d. num. 58. vnde merito dubia mihi videtur doctrina Ceuallos in pract. q. 585. num. 21. asserentis dicta priuilegia Inquisitoribus concessa non extendi ad beneficia curata, si enim illa habeant, non lucrantur in absentia fructus, cuius contrarium verius esse arbitror, nè ob hanc rationem illud sacrum Inquisitionis munus priuetur huiusmodi viris, qui magna cum laude apud Deum, & apud homines Ecclesiæ vniuersali mirificè deseruiunt.

2 Amplia hoc priuilegium, vt absens à Diuinis consequatur distributiones quotidianas optima ratione fauore fidei consuetudine, & constitutione quam plurium Ecclesiarum, & summorum etiam Pontificum decretis extensum est ad consultores, & ministros Sancti officij Inquisitionis, vt iis ministeriis, & officiis deseruientes lucrentur omnes fructus prouentus, & distributiones suorum beneficiorum, ac si actualiter residerent, ipsi namque bono Reipublicæ, & Ecclesiæ quieti incumbunt quo pacatius, & quietius eorum industria, & labore viuamus in hoc sæculo, & liberi ab incursibus inimicorum Sanctæ fidei Ca-
3 tholicæ, in cuius rei testimonium extat Bulla Innoc. VIII. Pontificis max. super hoc edita anno 1486. vbi fauore fidei concessit similem gratiam ipsis Inquisitoribus, & ministris Sanctæ inquisitionis sub horum verborum tenore.

Concedimus Inquisitoribus durante dicto officio, & quibus ipsi Inquisitores, & quinquennio tenere secum, si contigerit eiusdem fidei, & officii consultoris Procuratoribus, Promotoribus, Notarijs, carceris custodibus, nunciis, siue cursoribus, & aliis ministris pro huiusmodi officio exercitio opportunis, & teneri solitis eorum officia, & ministeria huiusmodi actualiter exercentibus, vt quamdiu huiusmodi eorum, imo fidei præfatæ officijs, & ministeriis insistent infra dictum quinquennium proximè futurum, fructus, redditus, & prouentus quorumcunque beneficiorum præbendarum, & dignitatum, & illorum ratione percipi solita quotidianas etiam distributiones anniuersaria, & alia emolumenta quæcunque nec non quos, quas, & quæ postquam officijs, & ministerijs huiusmodi operam dare ceperant hactenus percipere poterant residendo, & interessendo cum integritate liberè percipere, & exigere valeant, cum qua illos illas, & illa perciperent, & haberent si in Ecclesijs, siue locis huiusmodi personaliter residerent.

Quod prinilegium postea fuit extensum ad aliud quinqueniuum ab eodem Innocentio, vt patet ex literis Datis Romæ 1. die mensis Iunij anni 1490. & similiter per Alexandrum sextum secundo die Ianuarij 1496. & iterum per eundem Alex. sextum 13. die Ianuarij 1501. & per Iulium secundum, die 16. Nouembris 1505. & iterum 24. Martij 1511. & denique per alios Pontifices successores fuit huiusmodi prorogatio confirmata, & extensa ad hæc, & maiora beneficia, & priuilegia, vnde cum dicta prorogatio, de inueterato stylo soleat concedi per Romanos

Pontifices, rectè proceditur per Dominos inquisitores ad istius priuilegij obseruantiam, & executionem absque huiusmodi prorogationis ostensione, prout aliàs firmauit Rot. loquens de prorogatione remissorię apud Bellamer. par. 2. decis. 402.

RESOLVT. CCCXCVIII.

1 *Auditores Rotæ Romanæ non residentes habẽtur, vt præsentes quoad lucrandas distributiones quotidianas.*
2 *Collector Generalis Cameræ Apostolicæ, subcollectores aduocati procuratores fiscales, & notarij in causis spoliorum eorum officio durante sunt exempti à iurisdictione ordinariorum, & lucrantur distributiones quotidianas.*

Auditores Rotæ Romanæ non residentes habentur pro præsentibus quoad lucrandas distributiones quotidianas.

1 AVditores Rotæ Romanæ consequuntur fructus, & distributiones suarum præbendarum in absentia, ac si actualiter resideant ex Bull. clem. 7. incip. conuenit, & tadit Lælius Zechius de repub. Eccles. cap. 11. num. 12. nec mirum quidem, quod eis hoc priuilegium concedatur, sunt namque Domini auditores Corras. in comment. libro secundo titulo 9. numro 56. optimè Gom. in proem. ad regul. cancellar. quæst. secunda versiculo 4. pro ista parte Marta de tribunalibus vrbis cap. 3. ex num. 6. & vt alibi dixi merentur, vt his, & alijs priuilegis, & gratijs à Sede Apostolica condecorentur.

2 Item collector generalis Camerę Apostolicæ subcollectores aduocati, procuratores fiscales, & notarij in causis spoliorum, & iurium præfatæ Camerę eorum officio durante non solum sunt exempti à iurisdictione ordinariorum, vt patet ex literis Pauli Tertij, & Pij Quarti Greg. Decimi tertij, & Sixti V. & notat Thom. Zerol. in praxi 2. par. §. exempti vers. 6. & quamuis id deneget idem Zerola in 1. par. §. exemptio, vers. 5. tamen lucrantur distributiones quotidianas in absentia, vt patet ex Bulla Sixti V. data Romę in Monte Quirinali sub annullo piscatoris die 8. Mai 1590. sui Pontificatus anno 6. & in c. cum sicut accepimus vbi adest clausula huius tenoris concedentes eis, & eorum cuilibet eorum officio durante, quod omnes, & singulos fructus, ac distributiones etiam mere quotidianas quorumcunque beneficiorum, & præbendarum suarum, etiam si dignitates maiores post pontificales, vel officia in cathedralibus, vel Metropolitanis Ecclesijs etiam canonicatus insimul de iure consuetudine, vel sedis Apostolicę indulto, & dispensatione quilibet eorum obtinuerit in absentia integrè, liberè, & licitè percipere valeant.

RESOLVT. CCCXCIX.

1 *Absens ex iusta causa dicitur præsens.*
2 *Qui casualiter abest abesse non dicitur.*
3 *Item abesse non dicitur, qui statim est reuersurus.*
4 *Non dicitur fractor carceris, qui animo redeundi recedit, & postea statim redit.*
5 *Qui parum distat à loco censetur esse in eodem loco.*

Quis dicatur abesse ad effectum, vt non dicatur residere.

ABsens ex iusta causa absens non dicitur, sed presẽs esse censetur cap. ex par. 2. cap. ad audientiam in fin. de cleric. non resident. cap. vnico eod. tit. lib. 6. leg. quęsitum. ff. de legat. 3. l. Seię. §. Pamphile ff. de fundo instructo. l. si quis Titio ff. ex quibus causis maiores §. absentia eius, qui reipub. ceciderunt instit. de excusat. tutor. glos. in c. de cętero verbo in seruitio de cleric. non residentibus Calder. conf. 17. de prębendis Federicus de Senis conf. 246. Card. in clem. vt ij qui q. 9. de ętate, & qualitate Paris. conf. 32. n. 3. & 4. lib. 1. Rom. conf. 263. sub num. 2. & conf. 264. num. 3. Nauar. conf. 8. num. 2. & 4. de cleric. non residentib. Mandos. in reg. Cancel. 16. q. 32. à num. 1. & in reg. 32. de impetran. benef. per obitum famil. Card. q. 22.

2 per totam, & qui casualiter abest abesse non dicitur l. quęsitum 78. §. fin. ff. de delegat. 3. leg. huiusmodi §. legatum ff. de legat. 1. l. 1. C. de verb. sign. l. hęres, instituẽ. l. generali §. vxori ff. de vsufruct. legato cum adductis per Abb. c. Rodulphus n. 9. de rescript. Boerium decis. 13. numero 51. vsque ad fin. Salced. in additione ad praxim Bernardi Diaz. capitulo 64. ex num. 27. Decium conf. 533. alias scripsi num. 3. Mandosium, qui loquitur in terminis regulæ nostrę conf.

3 18. numero 13. Et abesse non dicitur, qui statim est reuersurus l. postliminium §. captiuis l. nihil ff. de captiuis, & postlim. reuer. l. 3. ff. de diuortijs cap. diuortium de pęniten. d. 3. §. Pauonum instit. de rerum diuisione cap. præsenti 34. §. item est, & ibi doctores de pręb. in 6. cum aggregatis per Rebuff. de priuilegijs scholarium priuilegio 23. per totum Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 1. ibi quoniam autem aliquantisper tantum absunt ex veterum Canonum sententia non videntur abesse, quia statim reuersi sunt Achil. de Grass. decis. 13. num. 4. de priuileg. Gomez in reg. de impetran. benef. vacan. per obitum fam. Cardin. quęst. 17. num. 6. Bald. in authen. habita num. 21. C. ne filius pro patre Millius in repert. verbo presens in loco, de quo etiam vide quod dicam inferius in q. 6. huius glosse ex num. 162. & in breui reuersa vxor diuertisse non videtur l. quidquid calore 48. in fine ff. de regul. iur. Ac proinde non dicitur

4 fractor carceris, qui animo redeundi recedit, & postea breui tempore redit Hippolitus de Marsilijs in rub. de fideiussoribus num. 43. Auilesius in c. 18. prętorum in glos. verbo tenet n. 44. & alia plura huius farinę cumulant DD. in locis superius citatis. Nec dicitur versum quod non durat versum leg. si pro parte 10. §. versum ff. de in rem verso glos. in c. ad nostram de regularibus, & in cap. illis de desponsat. impub. sic etiam licet, quis sit absens à diœcesi, tamen si sit in communi Patria Roma presens esse dicitur l. nec non 28. §. si cum in prouincia, & ibi not. Bart. ff. ex quibus causis maiores. Itidem qui parum distat à loco censetur esse in eodem loco, & habetur pro presente l. nihil ff. de captiuis §. pauonum instituț. de rerum diuis. Gomez in reg. de impetran. beneficia per obitum fam. Card. q. 17. n. 1.

5 Et potius censetur persona esse vbi amat ideſt quo reditura est quam vbi animat; ideſt vbi de persona reperitur Bald. in authen. habita num. 21. in fin. C. ne fil. pro patre per tex. in l. 2. §. fi. & in dicta l. nihil ff. de capitiuis Simonet. de refer. q. 35. numero 14. Nec dicitur mutare sedem qui, non mutat mentem cap. dilectus de cleric. non Resident. Ancharanus in c. præsenti ante numer. primum versicul. hinc dicitur de præbend. lib. 6.

RESOLVT. CCCC.

1 *Adducitur decisio Rotæ pro resolutione quæstionis.*

Non sufficit causa non residendi, nisi etiam concurrat licentia superioris.

PAtet supradictæ quæst. resolutio ex decis. Rotæ in vna Chartaginen. fructuum 29. Maij 1595. coram Seraphino cuius tenor est videlicet.

Fuit

Fuit resolutum fructus non deberi Decano, cum ei obstet exceptio non residentiæ, vt per Abbat. in cap. conquerente num. 4. de cleric. non resident. cum alijs allegatis in causa Caurien. coram Orano, quibus accedit Concilium Trident. sess. 24. cap. 12. §. præterea, quod maxime procedit in distributionibus quotidianis, quæ non dantur, nisi interessentibus diuinis officijs cap. primo de cleric. non resident. lib. 6. Abb. in cap. licet notab. 4. de præbend. Gemi. cons. 85. num. 18.

Neque obstat excusatio cum non allegetur infirmitas, neque corporis necessitas, vel euidens Ecclesiæ vtilitas iuxta tex. in capitulo vnic. de cler. non resident. Vltra enim quod corporis necessitas debet esse rationabilis, & talis, vt dici possit iustum impedimentum, vt per Archidiac. in dicto c. 1. & Prob. ibi. num. 25. quod cessare videtur, vbi negotium est tale, vt possit tractari per alias personas, puta procuratores, vt per Bar. in leg. sed, & si §. 1. quibus ex caus. maior. Bald. in l. eos §. Apostolos in princ. C. de appellation. Boer. decis. 43. numero 9. Aym. cons. 179. num. 9. in fin. & fuit alias dictum in vna Foroliuien. si fideicommissi 21. Aprilis 1581. in qua noluerunt domini infirmitatis impedimentum excusare appellantem, qui nō redierat pro apostolis, cum hoc possit fieri per procuratorem; requiritur etiam, vt cōcurrat licentia superioris, vt fuit decisum coram Plat. in vna Burgensi residentiæ 4. Iulij 1586.

Non obstat quod in Salamantina censurarum coram me lis habita fuerit pro legitima causa absentię, & lucrandi fructus ea durante quia hoc procedit ex eo, quod litigabatur contra idemmet capitulum, quod denegabat dare fructus Canonico, seu Portionario; & ideò non debebat ex propria contumacia sentire commodum, quod vero dicitur de causa criminali patet forsan haberi pro iusta causa, sed hęc non probatur cum testes, qui deducuntur fuerint examinati nulliter in partibus lite in curia pendente, & non probant etiam talem criminalitatem, propter quam prohiberetur residere, & ideo conclusum fructus, de quibus agitur non deberi.

RESOLVT. CCCCI.

1 *Refertur alia Rotæ decisio quæstionem resoluens.*

Abbas tenetur residere in collegiata, in qua est intitulatus.

REspondeo quod sic, vt patet in decis. Rotę Seraphini 1453. cuius tenor est. Cum iam in hac causa fuerit resolutum Abbatem teneri ad residentiam in collegiata, in qua est intitulatus, & est caput, & fructus percipit ex dispositione iuris communis, & Sacri Concilij Triden. nec excusari ex eo quod fuerit ei assignata sedes in Cathedrali Domini censuerunt consequens esse, vt licet sit permissum residere, & diuinis interesse in Cathedrali, non tamen ideo excusetur à residentia sua in collegiata ad effectum, vt non residendo lucretur fructus, & distributiones in absentia. Nam reuera Abbas non arctatur ad residentiam in Cathedrali, licet ibi habeat sedem honorariam sine aliqua fructuum participatione, quæ res arguit talem residentiam esse voluntariam, non autem necessariam prout est illa, quæ fieri debet in collegiata, in qua per erectionē fel. rec. Sixti V. constituitur caput, & assignatur ei quota fructuum, quorum ratione tenetur omnino residere Abb. in cap. de multa num. 21. de præb. Ferret. cons. 32. num. 15. lib. 1. & huius rei signum est euidens, quod dignitates, quæ habent necessariam residentiam in Ecclesia compellantur residere per subtractionem fructuum, & alia remedia à iure communi, & a Sacro Concilio tradita, quod non potest habere locum in hac sede honoraria Abbatis in cathedrali c. pen. & fin. de cleric. non residentibus, & cap. 3. sess. 22. Concilij, & ideo in causa Burgen. residentiæ 3. Decembris 1593. coram Penia Rota voluit, vt videretur an dignitates Burgen. essent intitulatæ in Ecclesia Burgensi, vel alibi, cum ex hac inspectione determinetur necessitas residendi.

Nec obstat, quod sedis assignatio in cathedrali in consequentiam tribuat facultatem ibi residendi, quia hæc est merè facultatiua, & voluntaria non autem necessaria residentia, nec obstat, quod qui duo beneficia residentiam requirentia ex dispēsatione obtinet possit eligere in quo malit residere glos. in cap. non potest §. illud in verba retinere, & ibi Franc. nu. 5. & Gemin. n. 15. de præbend. in 6. quia id procedit vbi residentia in vtroque beneficio est necessaria, Abb. in c. extirpandæ §. quia verò num. 5. de præben. non obstat, quod ex dispositione statutorum antiquorum Abbas non teneretur residere, quia nihil de hac re disponunt, & satis est, quod adsit dispositio iuris communis, quæ etiam renouatur per dispositionem sel. rec. Sixti V. in sua Bulla erectionis, quare conclusum fuit, Abbatem non residendo in collegiata non posse lucrari fructus.

RESOLVT. CCCCII.

1 *Adducitur decisio Rotæ ad resoluendam quæstionem.*

An quodlibet beneficium requirat residentiam.

REspondeo Rotam in vna nullius beneficij 21. Maij 1604. coram Ludouisio tenuisse per verba sequentia.

Fuit conclusum beneficium non requirere residentiam, & sine ea Lucantonium lucrari fructus, licet enim de iure quodlibet beneficium requirat residentiam c. pen. de cler. non residentibus c. ad hoc de prębend. generalis tamen consuetudo obtinuit, vt id non procedat in beneficijs simplicibus Abb. in cap. extirpandæ §. qui verò num. 31. de præb. cum alijs Mandos. in 1. reg. q. 13. num. 8. Grats. decis. 4. num. 3. de præb. beneficium autem, de quo est controuersia est simplex, vt præsumit Aegid. dec. 676. Rebuff. in praxi sub tit. sæcul. benef. quotuplex num. 11. Staphil. de lit. gra. 2. p. tit. de qualit. & stat. benefic. in princip. fuit decisum in vna Calaguritana Congruarum 16. Nouembris 1572. coram Oradino, & sæpius in alijs, nisi aliud ex statuto consuetudine, vel priuilegio caueatur Inhoc. in c. clerici de cler. non resid. ex breui autem, quod exhibetur non videtur probatum nec priuilegium, nec onus residendi, cum non constet breue habuisse effectum, & beneficium, de quo agitur esse de illis erectis ex sumptibus parochialis dismembratis.

RESOLVT. CCCCIII.

1 *An canonicus teneatur residere.*
2 *Episcopus non potest cogere ad personalem residentiam obtinentes beneficia simplicia.*
3 *Contraria consuetudine posset induci, vt beneficiarij simplices teneantur residere.*

An canonicus teneatur facere residentiam.

1 EVit mihi quæsitum si canonicus teneatur residere, ego dicebam, quod si connumeretur canonicatus inter beneficia simplicia, tunc responsio pateret ex Innoc. & alijs pluribus, quos probat Azor. instit. Moral. lib. 2. c. 3. toto. Garz. dict. par. 3. c. 2. num. 3. & sequente, vbi varias decisiones, & declarationes

Sacræ Congregationis citat, & innumeros Doctores, plura etiam notat Vasqu. cap. 4. de benefic. §. 2. art. 2. nu. 175. cum seq. nec Episcopus potest cogere obtinentes beneficia simplicia ad personalem residentiam, quia ex antiquissima totius Eccles. consuetudine non tenentur ad aliud, quam ad diuinum officiũ recitandum, & hoc declarauit Sacra Congregatio pluries, vt refert Garz. d.c. num. 8. & sequente.

3 Et licet possit consuetudine contraria, vel iure speciali introduci, vt beneficiarij simplices teneantur ad residentiam, & cum dicto onere beneficiarij accipiãt beneficium, vt post Felyn. in cap. dilectus lo 2. num. 1. de rescript. Zerol. notat. Garz. dicto cap. 2. n. 11. & seq. vbi sic pluries decisum refert, nihilominus dicenti ad esse hanc obligationem residendi incumbit onus probandi, & ita bis decisum refert Garz. dict. c. 2. n. 5. & 6. & vbi non esset opus probare, quod cappellania obtenta narrata in gratia non requirat residentiam cum beneficia simplicia de generali consuetudine residentiam personalem non postulent, & similia verba refert num. 6. in alia decisione.

Et quo ad punctum principalis quæstionis videndi sunt tex. in c. conquerente de cleric. non resident. in Trident. sess. 6. de refor. c. 2. Sylvestr. Nauar. & alij innumeri, quos recensent, & probant Garz. d. cap. 2. num. 180. cum sequent. vbi varias decisiones cumulat Vasq. d.c. 4. de benefic. §. 2. ar. 2. dub. 1. num. 176. & sequente. Azor. dict. lib. 7. c. 4. quæst. 2. Reginal. dict. tract. 3. num. 49. §. idem quoque in Trident. sess. 24. de reformat. c. 12. Less. lib. 2. de iust. & iur. cap. 34. ibi, & pluries alijs recentiores, itaque habens dignitatem, cui est annexa animarum cura exterior, vt visitare, corrigere, & sic de alijs spectantibus ad iurisdictionem; citra tamen administrationem sacramentorum tenentur residere, vt possint modo congruo munus suum adimplere.

RESOLVT. CCCCIV.

1 *Patriarchæ omnes, primates, Metropolitani, tenentur residere.*
2 *Item procedit in omni dignitate Ecclesiastica, officio, vel personatu.*
3 *Habentes canonicatum, vel præbendam tenentur residere.*
4 *Rectores curam animarum habentes tenentur etiam residere.*
5 *Idem est de iure communi in habente beneficia simplicia.*
6 *De communi consuetudine nemo tenetur residere extra Ecclesiam Cathedralem.*
7 *Consuetudo, quæ est Ecclesiis onerosa non valet.*

A residentia nemo excusatur regulariter, nisi in casibus à iure expressis.

1 PAtriarchæ omnes, Primates, Metropolitani, & Episcopi tenentur residentiam facere in eorum prælaturis, vt dicunt maiori ex parte illi, quos supra allegauimus, & nouissimè tantum per Concil. Trid. sess. 6. cap. 1. de reformat.

Amplia primo habere locum in omni dignitate,
2 Ecclesiastica, officio, & personatu, cum dignitas sit administratio rerum Ecclesiasticarũ cum iurisdictione Panorm. in c. de multa n. 21. de prębend. personatus verò est sine iurisdictione prærogatiua quædam habere in choro honorificum stallum, & officium sit administratio Ecclesiasticarũ rerum sine iurisdictione, vt dicit Alphonsus Hoieda de benefic. compatib. & incompatibil. par. 1. cap. 7. num. 1. & idcirco omnia præfata exigunt residentiam tex. in cap. ad hæc, vbi Panorm. & Philipp. Dec. n. 30. extra de rescript.

3 Amplia secundo, quod omnes tenentes canonicatum, & præbendam in Ecclesia Cathedrali, vel collegiata tenentur residere Abb. Panorm. in cap. peruenit de appellat. arg. cap. inter quartum extra de cler. non residentibus Concil. Trident. sess. 23. cap. 2. incip. cum præcepto de reformat. & sess. 24. cap. 12. incip. cum dignitates Martin. Nauar. in summa, cap. 21. num. 155.

Amplia tertio, habere locum etiam in rectoribus
4 quibuscunque curam animarum habentibus, vt & ipsi ad residentiam teneatur capitul. 3. de clericis non residentibus capit. extirpandæ §. qui verò, vbi Panorm. de Præbend. & habetur in dict. Concil. Trident. dict. sess. 23. cap. 1. de reformat. & ponit Alfons. Hoieda de benefic. compatib. & incompatib. parte 2. cap. 17. num. 21.

5 Amplia quarto, de iure communi etiam quælibet beneficia simplicia requirere residentiam etiam, si exigua sint cap. quia nonnulli de clericis non residentibus cap. præterea de præbend. Innocent. Hostien. Ioan. Andr. & Panorm. in cap. final. de clericis non resident. Ioan. de Selua in tractat. de benefic. parte 4. quæstione prima, Benedict. Capr. in regul. 90. num. 109.

Limita non procedere ea communi consuetudine,
6 quia extra Ecclesias Cathedrales, seu collegiatas beneficia residentiam personalem non requirunt, vt dicit Alfons. Hoieda de benefic. compatib. & incompatibil. lib. 1. cap. 17. numer. 26. Stephan. Gratian. in decisione Marchiæ 155. numero 2.

7 Declara supradictam consuetudinem non valere vti Ecclesijs onerosam, vt tenet Archidiacon. in capitulo sacerdotibus 31. distinct. quem sequitur Ioan. de Lignan. in capitul. cum omnes de constit. vbi etiam Hostiens.

RESOLVT. CCCCV.

1 *Pestis tempore prælatus tenetur residere etiam cum periculo suæ vitæ, vt patet num. 2.*
3 *Licet prælato deserere locum ob furorem tyranni, vel Turcarum.*
4 *Rector pestis tempore tenetur ministrare sub pœna peccati mortalis.*

An Pestis excuset prælatum à residentia.

PEstis tempore prælatus non tenetur residentiam facere ex Ioanne de Imola in capitulo final. de cleric. non resid. voluit Franciscus Marcus in decisione Delphinal. 520. num. 12. 13. volum. 1. Tabiena in §. Episcop. numero quinto, Maiolus de irregularitate libro secundo, cap. 20. num. 3.

1 Contrarium tenuit Ripa in tractatu pestis titul. de priuilegijs contractuum causa pestis numer. 147. cum tribus sequentibus. Sed multi Theologi Canonistæ, ac legistæ in hac quæstione satis obscurè loquuntur, & ideo ex illis aliquas faciam breues limitationes ex quib. quæstio erit resoluta.

2 Limitatur primo, pro salute animæ proximi tenetur Episcopus, siue rector etiam cum suæ vitæ periculo residere, & non discedere à loco pestifero, ponunt exemplum de puero ne moriatur sine baptismo ex pluribus locis Sanctus Thom. de Aquino libro tertio, sent. distinct. 24. articulo vltimo Armill. in §. Episcop. numero quarto, & ex Alexand. de Ales in summa parte tertia, quæst. 189. membro 3. versicul. ad primum fortificat nouissimè Rutilius Benzonus de fuga pestis libro 1. quæst. 1. disputation. 1. vbi dicit procedere quo ad extremam necessitatem spiritualem, quando vita proximi perit, sine rectoris auxilio nullumque habet remedium, & declarat

clarat necessitatem spiritualem. Et præsertim cum sit ob pestem, quis in periculo vitæ, ob correctionis fraternæ necessitatem quando aliud tempus non expectatur etiam cum propriæ vitæ periculo obligatur ex Diuo Augustin. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 9. & Caietano in 2. 2. quæstio. 73. articulo 4. D. Thom. 2. 2. quæstione vigesima sexta, articulo 5. & sentit Maiolus in dict. lib. 2. cap. 20. n. 3.

Limitatur secundo, quod si relinqueret prælatus, & rector substitutum, qui sui loco deseruiret, posset loco pestifero aufugere, vt videntur sentire omnes, vt ex formatione quæstionis dicit Ripa in loco allegato n. 147. Imol. in c. fin. de cleric. non resid. & ex Abulensi refert idem Benzon. in loco allegato, & habetur in cap. extirpandæ §. quia verò de præb.

Limitatur tertio licere prælato, ac rectori deserere locum ob furorem tiranni, vel Turcharum, sic est illud Christi Matthæi cap. 2. dum fugit in Ægyptum, & discipulorum Christi, qui ob Iudæorum metum ipsum reliquerunt, & similia.

4 Limitatur quarto debere rectorem cum effectu ministrare peste infectis sub pœna mortalis peccati non solum non aufugere Nauar. in summa Confessariorum capitulo vigesimo quarto, numero vndecimo, cap. 2. num. 133. ex Maior. Gabriele Toletto, & alijs refert Benzon. in loco allegato.

Limitatur quinto, quod si ministrorum causa Ecclesia defectum pateretur, & si rector esset absens deberet venire, vt scribit Marc. in decis. Delphin. 520. n. 13. vol. 1.

PRAXIS RESIGNATIONIS.

RESOLVT. CCCCVI.

1 *Beneficium non potest resignari sine licentia, & authoritate superioris.*
2 *Beneficium renunciatum non vacat, si acceptatio non sit acceptata à superiore.*
3 *Renuncians beneficio, dicitur habere titulum, & ius, donec à superiore acceptata sit renunciatio.*
4 *Renuncians officio, non perdidit illud, donec superior admittat renunciationem.*
5 *Quando renunciatio fuit præsentata superiori, potest renuncians pœnitere, donec admittatur, & non perditur possessio, nec proprietas.*
6 *Emphyteuta potest recedere contractu nullo ante traditam alteri possessionem.*
7 *Actus resolutus non meretur amplius nomen actus.*
8 *Reuocato actu, censentur reuocati omnes effectus ab eo venientes.*

Beneficium an dicatur vacare per resignationem prælato illam non acceptante.

1 BEneficium non potest renunciari sine licentia, & authoritate superioris secundum Bartol. in leg. fin. Cod. de defensoribus ciuitatum glos. in cap. 2. de restit. in integ. Lapus allegat. 14. num. 7. Ant. Gam. decis. 128. num. 1. Nauar. cons. 2. numero 3. & 7. & cons. 5. numero 1. de renunciat. Menoch. de recuper. possess. remed. 1. num. 277. ex c. admonet cap. quod in dubijs de renunciatione, & in c. nisi cum pridem eodem tit. Couar. lib. 1. variarum cap. 5. n. 6. Ioan. Gutierez cons. 42. n. 3. Rebuff. in cap. decernimus 16. quæst. 7. vers. sed contra, & in repet. cap. pastoralis vers. notetis etiam de causa possess. & propriet. & respons. 36. vers. 3. & versicul. non obstat. Ioan. Andr. quæst. mercuriali 38. numero tertio, additio ad Bellameram decisione 220. numero primo, Herculan. de attentatis capitulo 6. numero 6. Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 28. numero 11. & seq. & lib. secundo cap. 10. numero 19. Nauar. in cap. accepta de restit. spoliat. in solutione oppositionis 7. numer. 28. in tantum, quod si renunciatio fiat absque licen-
2 tia superioris beneficium non vacat etiam quo ad renunciantem, donec renunciatio per superiorem, aut Episcopum admittatur, vt notat Abb. in c. ad aures colum. pen. numero 7. de his quæ vi Cardinal. in capitul. quod de dubijs proximè allegato Abb. in capit. quod Dei timorem numero 4. de statu regularium. Ioan. Guttierez, vbi proxime numero 4. Ioan. Vinc. de Anna allegat. 98. numero 4. dicens renunciationem beneficij non tenere, præiato non acceptante ex cap. admonet de renunciat. Seraphin. decis. 803. numero 2. & decis. 1471. numero 6. Couarr. dicto numero 6. dicens renunciantem beneficio Ecclesiastico,
3 post renunciationem verum habere titulum, & ius in beneficio, donec renunciatio per superiorem fuerit admissa, vt notant Innocent. Butr. & Henric. in dict. cap. quod in dubijs Alberic. in regul. quod in initio ff. de regul. iur. Ioan. Andr. in cap. ratum numero 1. eodem tit. in sexto Rota antiquior. 3. de renunciatione Cassador. decis. 2. eod. tit. Felyn. in cap. in nostra Corollar. 34. num. 31. de rescript. Azpil. quæstā in cap. accepta de restit. spoliat. oppositi. 6. illat. 5. par. 3. numero 1. Molineus in regula Cancellariæ de infirmis resignat. in princ. numero 2. & sequen. Rebuff. ibidem eisdem numeris glos. 12. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 13. quæst. numero 154. & ita si spolietur renuncians venit restituendus vt censet Abb. in cap. 2. numero 10. versicul. hoc enim dictum de restitut. spoliat. Menoch. dict. remed. 1. num. 303. tanquam verus possessor, cui etiam quo ad possessorium non obstat renunciatio talis, vt per doctores in cap. sollicite de restitutione spoliat. Nicolaus Millis in repertorio verbo renunciatio Celsus Hugo consil. 43. & numero 4. & consil. 78. numero 2. Ioan. Guttierz, vbi proximè num. 1. Similiter renuncians officium non perdit illud quousque superior admittat,
4 qui officium cōferre potest, vt ex traditis per Rebuffum in prax. par. 1. tit. de resignat. expressa numero 14. & cap. admonet, ibi, te inconsulto dimittere, & in cap. fin. de renunciat. tradit Ludouic. Roman. singular. 352. an tabellio, & probat l. 5. tit. 4. libro 47. recopilat. vbi Azeuedo hoc notat idem in rubrica numero 5. eodem tit. quorum rationem Paul. Fusc. deducit dict. numer. 11. ex allegato cap. admonet, quod eo ipso, quod clericus acceptauit beneficium visus est per quasi contractum se obligare ad administrationem illius beneficij argum. cap. nisi cum pridem §. verum eodem tit. Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum numero 42. circa medium de constitut. ità fit, vt neque officium publicum etiam sæculare priuata renunciatione quis à se possit abdicare iuxta ea quæ in Legato Cæsaris, & ciuitatis defensore tradit text. in l. legatus ff. de officio Præsidis, & in l. final. C. de defensoribus ciuitatum Bartol. in leg. primæ, C. de petitionibus bonorum subl. lib. 10. Celsus Hugo dict. consilio 43. n. 4. Paul. Fusc. dict. n. 11.

5 Immo etiam quando renunciatio fuit superiori præsentata, potest renuncians pœnitere antequam admissio fiat, vt resoluit Nauarra communem dicens in cap. accept. posit. 7. numero 28. de restitut. spoliat. Bursat. consilio 393. numero 3. volum. 4. Flamin. Paris. libro primo, de resignat. benef. quæst. 12. numero 12. & 13. dicentes posse continuare suam possessionem, & sine nouo titulo administrare, quia res remansit integra, & renuncians superiore non admittente nihil perdit, neque proprietatem, neque possessionem Innocent. in cap. quod in dubijs de renunciatione Abb. in cap. vltimo eod. titulo Nicol. Milis in repertorio verbo renunciatio numero 6. Gi-

gas resp. 19. Hugo Celsus dicto consilio 43. num. 6. dicens, quod renuncians beneficio potest authoritate propria redire ad ipsum, si nulla fuerit renunciatio, vel per superiorem non admissa, ita limitans notata per doctores in capitulo quam pio 2. quæst. 1. & in cap. fin. de pactis Nauar. vbi proximè numero 25. & seq.

6 Et confirmatur, quia emphyteuta potest recedere à contractu nullo ante traditam alteri possessionem, secundum Iasonem in l. final. numero 132. Cod. de iure Emphyteotico Alciat. respons. 236. incip. in causa numero 5. quia non videtur alienasse nisi, qui rem tradidit, leg. alienatum ff. de verborum significat. Ioan. Corrasius in l. cum dubitabatur numero 8. C. de iure Emphyteotico Speculat. tit. de locato. §. nunc aliqua verficulo 195. Ioan. de Imola in cap. potuit numero 49. in fine de locato Alexand. in leg. si a me post. numero 4. vers. 2. limitari ff. ad leg. falcidiam Curt. Senior cons. 2. numero 10. Tiraquel. in retract. de conuentionali §. primo, glos. 2. numero 43. Marsil. singulari 412. Iul. Clar. §. emphyteusis quæst. 13. numero 3. & §. feudum quæst. 31. verficul. sed nunquid, vnde cum recesserint à dicta renunciatione annullantes, seu cancellantes eam ob ipsius nullitatem, non potest nisi aliquis effectus remanere, neque dicta renunciatio vlterius probabit, pro quo facit, quod sententia cancellata de partium consensu nihil probat Bart. in leg. acta 45. in princip. numero 5. & 6. ff. de re iudic. quem sequitur Iason. consil. 47. circa finem lib. 1. Ludouic. Moritius respons. 69. incip. duo sunt numero 8. dicens quod actus re-
7 solutus non meretur amplius nomen actus, & perinde est ac si nunquam factus fuisset, l. prima, §. sine autem, & l. penul. ff. de condict. sine causa l. 2. §. peruenisse ff. de hæret. vel action. vendita. l. nomen in fine l. aliud est capere ff. de verbor. signif. Lassarte de decima venditionis cap. 14. & 29. Crauetta consilio 202. incip. per arbitros num. 24. & 25. par. 2. consiliorum, qui numero 28. pro eo allegat l. Iulianus §. primo, ff. de verbor. obligat. l. etiam ff. de solutioni-
8 bus dicentes, quod reuocato actu, reuocati etiam censentur omnes effectus ab eo venientes, & super eo fundatur clem. prima, de immunitate Ecclesiarum l. nam origo ff. quod vi aut clam. l. egi ff. de except. rei iudic. l. hactenus in fine cum l. seq. ff. de aqu. pluu. arc. Dec. cons. 35. num. 9. versic. non obstat, quod text. scribit paria esse matrimonium non esse sequutum, vel sequutum quidem, sed resolutum ex tex. in leg. si extraneus ff. de condit. causa data sequitur Crauetta vbi proximè n. 40.

RESOLVT. CCCCVII.

1 *Ius semel extinctum in beneficio, non suscitatur absque noua collatione.*

2 *Vbi extinctio expressa vnius actus inducitur ad finem alterius, extinctio firma remanet, licet non sequatur finis.*

3 *Si adimatur legatum vni, vel detur alteri, licet ille sit incapax, ademptio tamen tenet.*

4 *Quando ex mero iure processit aliquis effectus, licet adsit æquitas extinguendi illum, tamen necessarium est ministerium iudicis, qui causatum à iure impedimentum tollat.*

5 *Si per adeptionem secundi beneficij curati dimittat quis primum, & postea secundum euincatur poterit liberè regredi ad primum beneficiu propria authoritate absque collatione superioris.*

6 *Renunciatio ex causa permutationis, non libera, sed conditionalis videtur.*

7 *Facilius quis reassumit ius in beneficio, quod prius habebat, quam de nouo acquirat.*

An si beneficiorum permutatio non habuit effectum possint permutantes redire ad priora beneficia absque noua superioris collatione.

DVbitationes pro sententia negatiua facichant. Primo, nam permutationem cum præcedere debeat renunciatio, vacant verè beneficia capitulo vnico de rerum permutatione in 6. capitul. admonet capitul. quod in dubijs de renunciat. & ideo sine noua collatione obtineri non possunt cap. ex frequentibus de instit. capitulo primo, de reg. iur. in 6. ius enim semel extinctum per renunciationem, absque noua collatione non suscitatur, argum. leg. qui res §. aream ff. de solut.

Secundo, quia tradens res profanatas ex causa permutationis, si ex altera parte non adimpleatur permutatio, non poterit propria authoritate capere, sed repetere.

2 Tertio, quia vbicunque priuatio, vel extinctio expressa vnius actus inducitur ad finem alterius, licet non sequatur finis, extinctio tamen firma manet, l. planè 34. in principio ff. de leg. 1. vbi si admittatur legatum vni, vel detur alteri, licet ille sit incapax, ademptio tamen tenet.

4 Quarto, quia quando ex mero iure processit aliquis effectus, licet adsit æquitas extinguendi illum, tamen necessarium est mysterium iudicis, qui causatum à iure impedimentum tollat, vt patet in remedio actionis rescissoriæ §. rursus instit. de act. in terminis nostris in c. cum vniuersorum 8. de rerum permutatione, quibus fundamentis non relatis hanc opinionem probarunt Abb. n. 23. Felyn. 11. Paris. 40. in c. cum venerabilis de except. dixit magis communem Selua tract. beneficiorum quæst. 24. num. 3. magis æquam, & securiorem Redoan. tract. de Simon. 1. p. cap. 10. num. 30. quam pluries sequuta est Rota, vt decisione 1. numero 4. de rerum permut. in nouis, & decis. 1. de fil. presbyt.

5 Contrariam sententiam veriorem puto ex infrascriptis, primo per text. in c. si beneficia de præbendis in sexto ibi liberè reuertatur, vbi si per adoptionem secundi beneficij curati dimittat quis primum, & postea secundum euincatur, poterit liberè regredi ad primum beneficium propria authoritate absque collatione superioris arg. eorum quæ notantur in capitulo à multis de ætat. & qualit. capitulo cum olim de arbitris, capitulo cum plures de officio de-
6 leg. in 6.

Secundo, quia renunciatio ex causa permutationis non pura, & libera, sed conditionalis videtur, videlicet dummodo collatio fiat cum permutante argum. d. c. vnici, & ita nec titulus, nec possessio amittitur, nisi sequuta conditione l. si me in vacuam 34. leg. qui
7 absenti 38. §. 1. de acquir. possess.

Tertio, quia facilius quis reassumit ius in beneficio, quod prius habebat, quam de nouo acquirat, arg. l. filio quem pater 23. ff. de liberis, & posth. cap. cum accessissent de constit. sicut testamentum facilius reassumit vires suas pristinas, quam nouas acquirat l. 2. de posthumis hæred. institut. vltimo, quia si necessaria esset noua collatio permutationis, litibus, & sumptibus inanibus vexarentur personæ ad text. in cap. finem litibus de dolo, & contum. cap. dispendia de rescriptis in 6. leg. properandum Cod. de iudic. & circuitus est vitandus clem. auditor de rescriptis; ex quibus medijs hanc sententiam probarunt Bellamer. num. 84. decis. 73. in dicto cap. cum venerabilis Io. Andr. in dicto cap. vnico, vbi Anchar. num. 11. Card. & Imol. in cap. quæsitum de rerum permut. & alij.

RE-

RESOLVT. CCCCVIII.

1 *Si filia maior, hoc est in ætate legitima constituta, à parentibus monasterio tradita fuerit, à monasterio potest sine prævaricatione exire.*
2 *Professio facta ex metu cadente in constantē virum, nulla est.*
3 *Professio facta ex metu reuerentiali, valet.*
4 *Quando cum metu reuerentiali adsunt minæ, & verbera, tunc annullatur actus, & per consequens professio, licet aliqui dicant, solam reuerentiam sufficere.*

An mulier, quæ ex metu reuerentiali parentum, seu aliorum, emisit professionem in aliquo monasterio, dicatur coacte professionem emisisse, & consequenter an ij, à quibus talis processit metus incurrerint pœnas Sacri Concilij sess. 25. c. 18. de regularibus.

ANceps quæstio est an professio à filio, vel à filia familias facta metu reuerentiali, quia scilicet non audebat contradicere voluntati patris ad religionem inducentis sit coacta, an verò libera: & coactam esse, & consequenter nullam ex sequentibus probari videtur.

Primo ex text. in cap. cum virum de regular. vbi in
1 fin. dicitur, quod si filia maior, hoc est in ætate legitima constituta, à parentibus monasterio tradita fuerit, à monasterio possit sine-prævaricatione exire.

Secundo facit text. in cap. puellæ 20. q. 1. vbi dicitur quod non licet puellæ, quę spontanea, & libera voluntate religionē ingressa est, non coacta imperio patris, ab eo exire absque prævaricationis pœna, ergo à contrario sensu, si imperio patris fuerit coacta illi licebit à monasterio exire ratione metus reuerentialis.

Tertio nam certissimum iuris principium est pro-
2 fessionem metu, qui possit cadere in constantem virum factam, nullam esse ipso iure cap. 1. de his, quæ vi, cap. præsens 20. quæst. 3. cap. notificasti 33. q. 5. vt supra probauimus q. 18. n. 9. sed metus reuerentialis est metus, qui cadit in constantem virum, quo interueniente corruit actus, ergo professio à filio, vel à filia metu reuerentiali facta est nulla ipso iure, quod autem metus reuerentialis sit metus, qui cadit in constantem virum, per quem actus annullatur, probatur ex text. cap. ad audientiam de his, quæ vi, vbi dicitur, quod qui Regis metu beneficio suo renunciauit, potest illud repetere, quia nulla fuit renunciatio tanquam metu, qui potest cadere in constantem virum facta.

Contraria tamen sententia, nempè quod religio-
3 nis professio metu reuerentiali facta, valeat, probatur ex sequentibus, primo nam filius, vel filia, liberum habet arbitrium in electione propositi, & sequi, vel non sequi parentum voluntatem tex. est expressus in c. cum virum de regularibus in finalibus verbis, ibi tunc enim, quia liberum habet arbitrium in electione propositi, sequi parentum non cogitur volūtatem, ergo si filius non cogitur sequi patris voluntatem, rectè sequitur reuerentialem metum non sufficere, vt annulletur professio religionis cum eo facta. Item facit tex. in capitul. fin. qui clerici. vbi cum quædam mulier religionis professionem fecisset, & postea matrimonium contraxisset, quæsitum fuit an matrimonium valeret, & nullum esse propter professionis votum antea emissum dicitur, etiam si mulier asserat metu parentum illud emisisse, quia nulla, vel modica coactio affuit, quam patientia illius penitus profugauit, nam si propter aliquam rationem professio metu reuerentiali facta esset nulla, eo maximè, quia per metum reuerentialē tolli videtur consensus, & voluntas filij, quæ omnino requiritur spontanea ad professionem c. 1. de regul.

Non obstant contraria, quia procedunt, quando
4 vltra metum adsunt minæ, & verbera, quo casu tunc tantummodo metus reuerētialis sufficit ad annullandam professionē, & intrat dispositio Concilij, ita declarat Bart. in l. 1. §. quæ onerandæ ff. quar. rerum actio non datur Boer. dec. 100. n. 12. Couar. in 4. decret. par. 2. c. 3. §. 6. col. 2. n. 4. Suarez recept. sent. lit. M. n. 150. Anna allegat. 88. n. 6. & 114. n. 4. qui de minis loquitur, vel verberibus, & Aym. cons. 11. n. 112. & 114. Capyc. 159. n. 34. Couar. loco citato, & in cap. quamuis p. 3. §. 4. n. 7. ver. 1. 9. conclusio, Rimi al. iun. cons. 5. n. 31. cons. 41. num. 49. lib. 1. Suarez alleg. 24. Senat. Pedem. decis. 179. Suarez loco citato num. 152. Mandellus cons. 77. lib. 1. Cephal. cons. 141. 208. & 210. qui de lęsione enormi, vel enormissima loquuntur, Minad. in constitutione in aliquibus in 3. notab. n. 7. & Card. in repetit. l. si curatorem habens ver. læsis num. 40. vers. alia est causa, vbi latissimè Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsump. 127. imò solam reuerentiam sufficere affirmat idem Menoch. de arbitr. iud. casu 136. lib. 2. num. 7. & 9. post Soc. Iun. & alios, quos refert.

RESOLVT. CCCCIX.

1 *Mandatum ad resignandum, vel consentiendum pensioni, expirat morte mandantis.*
2 *In beneficialibus, consensus præstitus post mortem domini re integra non præiudicat.*
3 *Res præsumitur integra, quādo non constat procuratorem ad actum aliquem processisse virtute mandati.*

Mandatum ad resignandum, & consentiendum pensioni, an possit præstari post mortem resignantis.

DVbitabatur, si de iure procurator, cui fuerat datum mandatum ad resignandum, & ad præstandum consensum impositioni pensionis posset illud præstare post mortem resignantis, & dicebam, quod cum mors omnia soluat auth. de nuptijs §. deinceps l. in summa in fin. ff. de re iud. l. Neratius ff. de reg. iur. Paris. consilio 155. numero 5. par. 4. man-
1 datum ad resignandum beneficium, vel consentiendum pensioni morte mandantis expirat, & finitur l. inter causas in prin. ff. mand. l. fin. in fin. ff. de solut. mandatum C. mandati, Straccha in tract. de mercat. n. 48. gl. in clem. 1. vers. quomodolibet de renunciat. vbi Crescentius decis. 169. incip. mandatū lib. 1. Pure. lib. 2. decis. 83. n. 1. & deci. 92. n. 3. Bisignettus decis. 6. n. 3. de procur. Rota dec. 12. de officio deleg. in nouis, Paul. Æmil. dec. Rotæ 195. n. 1. p. 2. Achilles de Grassis decis. 38. n. 1. & 2. Rebuff. de priuileg. scholarium priuileg. 80. Paris. lib. 9. de resig. benef. q. 24. n. 1. & 28. & q. 28. n. 4. Gonzal. ad reg. 8. cancellariæ gl. 12. n. 59. Vran. in c. si autem n. 4. de rescriptis, Rota decis. 4. de renunciat. in nouis n. 15. Aymon. cons. 88. n. 8. etiā si procurator ignorasset mortem, vt tradit Zenzelin. in d. clem. 1. quem sequitur Barbat. cons. 48. col. 2. nu. 4. argum. l. eius, qui in Prouincia ff. si cer. pet. Crauetta cons. 88. num. 8. Paris. d. q. 24. n. 3.

2 Et generaliter in beneficialibus consensus præstitus post mortem Domini re integra non præiudicare, tradunt Felyn. in c. ex parte, Decani fallent. 8. de rescript. Ferret. cons. 338. num. 1. Rota Rom. Sac. Palat. decis. 1329. lib. 3. par. 3. Virgin. de Boccat. tract. de citat. cap. 10. num. 42.

3 Et res dicitur, & præsumitur integra, quando non constat procuratorem ad actum aliquem precessisse virtute mandati adnotata per Cassad. dec. 1. de renūciat. Achil. de Grassis dec. 1. eod. tit. Veral. dec. 190. n. 1. & dec. seq. n. 3. p. 2. nam ad hoc, vt consensus trahatur retro à die supplicationis opus est vt de eo con-

flet, Puteus decis. 168. lib. 3. Rota diuers. decis. 425. lib. 3. multoties enim contingit, quod eodem die fit supplicatio, & data literarum, & præstatio consensus, vt in casu Ferretti cons. 335. num. 4.

RESOLVT. CCCCX.

1 *Per conclusionem in causa, censetur renunciatum probationibus, & iuribus non deductis, & nihil dici, proponi, vel opponi potest.*
2 *Conclusio in causa, & sententia æquiparantur, seu à pari procedunt.*
3 *Conclusio in causa, non amplius iudicium dicitur.*
4 *Exempla de constitutione locali, et personali recensentur.*
5 *Si auditor Rotæ post conclusionem in causa inhiberet, inhibitio teneret, & attentata post inhibitionem reuocanda essent.*

Inhibitio an fieri possit post conclusum in causa.

COntrouertitur an inhibitio fieri possit. Pro negatiua adduco Rot. 66. nota quando in aliquo de appell. alias 674. in antiq. quæ loquitur tam in causa spirituali, quam profana, ad idem est dec. 710. & 747. & adduci potest ratio quæ est, quod per con-
1 clusionem in causa quis videatur renunciare probationibus, & iuribus non deductis, & quando conclusum est in causa nihil dici, proponi, vel opponi potest l. nec causa, vbi Bald. & alij C. de apellat. l. 2. C. de relationib. Bal. in l. error. C. de iur. & fact. ignor. idem Bal. in l. iudices, & in auth. iubemus, ac Angel. & Salyc. C. de iudic. cap. iudicis, & ibi DD. de procurat. cap. auditis de in integ. restit. cap. pastoralis, vbi Innoc. & alij de cau. pos. & propr. cap. dilectus, vbi etiam Innoc. numer. 2. & alij de fide instr. imò con-
2 clusio in causa, & sententia æquiparantur, seu à pari procedunt, Innoc. in alleg. cap. pastoralis, & in cap. auditis de procurat. Cyn. in l. alia C. de his, qui vt indign. Iaf. in l. licet nu. 3. C. de procurat. & in repet. l. admonendi num. 50. & 55. ac in 1. lect. n. 49. ff. de iur.
3 iur. & conclusio in causa non amplius iudicium dicitur, Abb. in c. 1. num. 13. de mut. petit. concludendum est, quod de stylo Rotæ procedat opinio negatiua premissa: si autem essemus extra tribunal. Rotæ aliud dicendum esset, etiam supposito stylo inuariabili, & fixo, imo etiam si supponeremus Constitutionem per-
4 sonalem, vel localem, personalem dico intuitu Rotæ Auditorum, quæ tamen personas non egrederetur, nec in consequentiam trahi posset, iuxta tex. in l. 1. ff. de constit. & §. sed quod principi vers. sed plane instit. de iur. nat. gent. vel ciuili, exemplum in constitutione personali habemus in c. cum longè 63. dist. vbi Archiepiscopo Toletano tantum datur potestas confirmandi, & ordinandi in quibuslibet prouincijs Episcopos à Rege electos, localem verò nuncupo, quæ certum locum concernens illum non egreditur, cuius exemplum poni potest in tex. supra adducto, vbi ratione loci conceditur dicta confirmatio propter distantiam loci, est enim tex. in c. nihil est de elect. vbi quod ratione distantiæ loci, Prælatis extra Italiam constitutis, etiam ante confirmationem permittitur administrare, de locali etiam constitutione prohibitiua habemus tex. in l. penult. iunct. glosa in versic. orientis C. de fun. patrim. & Saltuen. lib. 11. imò licet
5 id fieri non consueuerit, si Rotæ Auditor post conclusionem in causa inhiberet inhibitionem illa afficere putarem, & attentata post inhibitionem reuocanda essent, & ipsa sententia subsecuta, via attentatorum reuocanda veniret quod etiam probatur decis. 29. de dol. & contu. alias 711. in antiq.

PRAXIS SACRILEGII.

RESOLVT. CCCCXI.

1 *Surripiens aliquid ex Oratorijs, propriè non dicitur sacrilegus.*
2 *Pœna infligenda subripienti ex oratorio, qui locus publicè sacer non est, minor, & ordinaria est.*
3 *Tentans violare sacras priuatas ædiculas plusquam fur, & minus quam sacrilegus est puniendus.*
4 *Loca ritè sacra dicuntur, quæ à Pontifice, vel Episcopo, Deo dicata sunt, & non authoritate alicuius laici, vel priuati Sacerdotis.*
5 *Surripiens ab Ecclesia, qui locus publicè sacer est, sic etiam à monasterio, vel hospitali propriè sacrilegus dicitur numero 5.*

An Oratoria dicantur loca sacra, ad effectum vt surripiens aliquid intus eis, dicatur committere sacrilegium?

VEra, & indubitabilis est Iuris conclusio, vt sacrilegium committatur duo requiri, scilicet, quod auferatur res sacra de loco sacro c. sacrileg. 17. q. 4. quare fuit dubitatum, an Confraternitates, & Oratoria dicantur loca sacra ad effectum præfatum, cui quæsito respondi, non dici verè, & propriè loca publicè sacra, seu consecrata, sed priuatim ideo ex ora-
1 torijs aliquid surreptum non facit sacrilegium propriè; quod, vt committatur, requiritur, quod locus, ex quo res sacra surripitur, sit sacer publicus; & non sufficit priuatus. Bart. in l. sacrileg. capite post num. 2. ff. ad l. Iul. peculatus, Girland. de pœn. omnifar. coit. quæst. 5. num. 7. practic. Conrad. rubric. de sacrilegio, post num. 8. Menoch. de arbitra. quæst. lib. 2. casu 389. num. 9. & sequen. vbi propterea dicit hoc etiam casu
2 pœnam esse arbitrariam maiorem furto, sed minorem vera pœna sacrilegij, prout optimè probat tex. in l. sacrilegij ff. ad l. Iul. peculat. & idem dixit Ludouic. Peguer. decisio crimin. 24. num. 18. Petr. Greg. Sintagm. iuris lib. 33. cap. 54. rubr. de sacrileg. num. 3. versic. sic, & sacra priuata, vbi generaliter de ædiculis, quas priuatim quis Deo offert, & num. 7. vbi declarat differentiam inter loca sacra publica, & loca sacra
3 priuata, & num. 8. vbi, quod quia priuata sacra, vel ædiculas violare tentauerint, amplius quam fures, & minus quam sacrilegi puniuntur per tex. in cap. qui cap. 17. quæst. 14. & idem dixit in cap. 15. rubr. de pœnis versic. sacrilegij num. 2. Decian. in tract. crimin. lib. 6. c. 14. rubric. de sacrileg. num. 12. versic. idem dicitur, & cap. 24. num. 21. & cap. 30. num. 7. Thom. Sanchez disputat. de sacro matrimonij sacrament. lib. 9. disput. 15. q. 3. numero 39. vbi latè, an, & quando oratoria dicantur loca sacra.

4 Locus enim sacer intelligitur, qui ritè per Pontificem Deo consecratus fuit non priuatim alicuius sacerdotis authoritate, vel laici secundum Hostien. in summa rubric. de crimine sacrileg. n. 1. ad med. vers. sacrum autem locum. Bonifac. de Vital. in rubrica de pœna committent. sacrileg. num. 1. versicul. item dicitur locus sacer, Foller. in practic. criminal. in verbo capiat informationem sub nu. 11. Petr. Greg. Sintag. iuris lib. 33. cap. 14. rubric. de sacrileg. sub num. 4. vbi, quod loca publicè sacra sunt ea, quę consecrata sunt à Principe, vel ab habente ab eo potestatem, hodie autem à Papa, vel ab Episcopis, & num. 22. vbi declarat, quæ sint loca sacra, quæ sancta, & quæ religiosa, & num. 23. concludit loca sacra, ea dici, quæ ritè fuerint consecrata ab habente potestatem.

5 Et propterea Ecclesia dicitur locus sacer, quia publicè consecratur. Bart. in l. sacrilegij capite numero secundo,

cundo,ff.ad l.Iuliam pecul. Bonif.de Vital. in rubric. de pœn. committ.sacrileg.numero primo, Ghirland. de pœn. omnifar. coit. q.5. numero septimo, pract. Conrad.rubric.de sacrileg.num.7.Decian. in tractat. crimin.lib.6.cap.14.rubric. de sacrileg. nu.5. verum, quid Ecclesiæ nomine comprehendatur,vt locus sacer dici possit,vide latissimè differentem Thom. Sanchez disput.15.q.3. num.23. & omnibus sequen.

6 Sic, & monasterium dicitur pariter locus sacer ad effectum,vt in eo furripiens, sacrilegium committat,Bonifac.de Vital.rubr.de pœna committen.sacril. num.1. quemadmodum, & hospitale Decian. tract. crim. lib.6. c.24.

RESOLVT. CCCCXII.

1 *Furripiens è cæmeterijs propriè dicitur sacrilegus,& propria sacrilegij pœna est puniendus.*
2 *Confugiens ad cæmeterium ab eo non extrahendus, cum gaudeat eadem immunitate, qua Ecclesia cum qua pari passu ambulat.*
3 *Cæmeterium diu habitum pro cæmeterio, pro benedicto habetur etiam si dubitetur de eius benedictione.*
4 *Cæmeterium non dicitur si solum in eo sepultus homo sit, sed etiam ab Episcopo sacratum.*

An furripientes aliquid è Cæmeterijs dicantur committere Sacrilegium.

ID, quod supradiximus de oratorijs, vt non dicantur loca publicè consecrata, ad effectum, vt furripientes in eis sacrum, dicantur sacrilegium committere; minimè dicimus locum habere in furripientibus sacrum de cæmeterijs, quoniam tales cen-
1 sendi sunt verè, & propriè sacrilegi, & consequenter contra eos vendicare pœna sacrilegij,iuxta notata in l. diui ff. ad l. Flauiam; & ratio est, quia cæmeterium, & Ecclesia à pari iudicantur cap. vnico, &
quod ibi communiter notatur de consecrat. Eccles.
2 libro sexto, vnde cæmeterium sicut Ecclesia gaudet immunitate, vt confugientes in eum, minimè extrahantur, vt est communis opinio secundum Panorm. in c. Ecclesiæ de immunit. Ecclesiæ. Cæmeteria enim gaudere priuilegijs Ecclesiæ, vnde sicuti in Ecclesia committitur sacrilegium, ita etiam commi ttitur in cæmeterio, voluit Abb. in cap. cum Eccles. 2. de immunit.Ecclesiarum Card. Zab. in Clement. eos n. 10.in fi.de sepulturis vbi amplius,quod cæmeterium,
3 quod diù fuit reputatum pro cæmeterio, habetur pro benedicto,& si præsumatur etiam,quod non fuerit benedictum.Diaz. in practic. crimin. canon. cap. 87. sub num.3. vbi propterea dixit, quod violans cæmeterium,committit sacrilegium,Bertachi.in repertorio,in verbocæmeterium n.2.vbi pariter dixit,quod cæmeterium diù pro cæmeterio reputatum præsumitur benedictum,& n.3. vbi etiam, quod cæmeterium est priuilegiatum sicut Ecclesia, & num.5. vbi quod
4 cæmeterium non dicitur ex eo, quod ibi sit homo sepultus,nisi etiam sit ab Episcopo sacratũ Petr. Greg. sintagm.iuris lib.2.cap.13.rub. de cæmeterio num.2. & 3. vbi quod cæmeterium est locus Ecclesiasticę sepulturæ destinatus, & quod cæmeterium per Episcopum ab alijs locis prophanis diuiditur,& consecratur, propè Ecclesiam,per tex. quem allegat. in cap.1. 13. quæstio.1.& ibi vide cæmeterij materiam planè tractatam per totum illud caput.13.in discursu Decia.in tract.crimin.lib.6.cap.14. rubr. de sacrileg. numer.5. & cap.24. num.28. & benè declarat quando cæmeteria dicantur loca sacra, & etiam quod de cæmeterijs, in quibus in primitiua Ecclesia Martyrum corpora sepelliebantur vide ad hanc materiam Cardin. Tusc. pract.conclus.in verbo cæmeterium,conclusione 228. & omnino Thom. Sanchez. disput. de sancto matrimonio sacrament.lib.9.dis.15.q.3. num.40. vbi benè declarat, an cæmeterium dicatur locus sacer.

RESOLVT. CCCCXIII.

1 *Rationes propter quas Sacerdotis domus sacra non dicitur.*
2 *Sub dispositione loquente de loco sacro, veniunt etiam muri, & portæ.*
3 *Intrantes per vim ædiculas Sacerdotum, & inde aliquid furripientes non vt sacrilegi, sed minus, & plusquam fures sunt puniendi.*
4 *Aediculæ nomine quæ domus veniat.*

Domus Sacerdotis,an dicatur locus sacer, ad effectum, vt furripientes aliquid ex ea, dicantur sacrilegi.

FVit pariter dubitatum, si domus Sacerdotis dicatur locus sacer, ad effectum, vt furripientes aliquid in ea, dicantur committere sacrilegium? In quo articulo. Respond. negatiuè, ex eo quod in casu isto deficiunt omnia ea, quæ sunt necessaria ad
1 committendum sacrilegium, nam deficit, quod locus sit publicè consecratus, quod requiritur de substantia, nam locus sacer intelligitur qui ritè Deo per Pontificem consecratus fuit non priuatim authoritate alicuius sacerdotis, vel laici secundum Hostiens. in summa rubr.de crimin. sacrileg. n.1. ad med. vers. sacrum autem locum Bonifac. de Vital. in rubrica de pœna committen.sacrileg.n.1.ad medium vers.Item dicitur locus sacer.Foller.in practic.crimin.in verbo, capiat informationem, sub numero 11. Petr. Greg. Sintagm.iuris lib.33.cap.14.rubr.de sacrileg.sub n.4.
2 vbi quod portæ, & muri alicuius loci sacri veniunt sub dispositione loquente de illo sacro loco, Decian. in tractat. crimin.lib.6.c.24. num.27.

Benè tamen verum est quod intrantes in ædicu-
3 las sacerdotum per vim, & inde aliquid arripientes, puniuntur minus, quam sacrilegi,sed plusquam fures. text.est in l.sacrilegij capite versic. at, qui priuata sacra ff.ad l.Iul.pecul.& ibi glos.in figuratione casus, & in verbo compilauerint, vbi declarat, quomodo in-
4 telligantur ædiculæ in tex.positæ,& dicit esse domunculas sacerdotum non sacras sacerdotibus relictas, vel esse domunculas propè Ecclesiam, quas Canonicas vocamus, Hostiens.in summa rub. de crimine sacrileg.num.1. post medium.

RESOLVT. CCCCXIV.

1 *Ad hoc vt publica res sacra dicatur, non sufficit, quod tanquam sacra Ecclesię dicetur, sed quod ad diuinum cultum à Pontifice, vel Episcopo consecrata sit.*
2 *Sacræ quoque res dicuntur, quæ ad sacrorum vsum destinatæ sunt, prout ad diuina officia, missam, & his similia.*
3 *Sacrilegium non committitur in rebus sanctis, & religiosis, sed in sacris.*

Quæ dicantur res sacræ, ad effectum, vt illas furripientes, dicantur committere sacrilegium.

REspondeo, quod sacra res dicitur ea, quæ est consecrata ab eo, qui consecrandi potestatem habet, seruata solemnitate iuris Canonici, de qua in titu. de consecrat. per tot. & voluit Alberic. in l. Diui Seuerus numero primo ff. ad l. Iul. pecul. glos. in l. sacrilegij capite in verbo, compilauerint,
1 ff. eodem, vbi quod publica res sacra dicitur illa quæ est consecrata per Pontificem, & ibi etiam Alberic.& sic res sacra non dicitur, nisi fuerit consecra-

ta à

ta à Pontifice, vel ab Episcopo in tantum, quod non sufficit, quod quis tamquam rem sacram Ecclesiæ dedicet secundum Bellapert. in l. si nondum in fine C. de furt. & ibi etiam Cyn. num. 3. Bart. post numerum 2. Paul. de Castr. num. 2. ad med. versic. aut est consecrata per Pontif. Ludouic. Peguer. decis. crimin. 24. num. 3. vbi quod sacra res dicitur omnis ea, quæ ad Diuinum cultum ordinata est, & num. 12. in fin. vbi quod sacræ res sunt illæ, quæ per Pontifices, seu Episcopos Deo ritè consecrantur, & num. 13. vbi quod
2 res sacræ sunt aliæ res, quæ & si per Pontifices, seu Episcopos sacra vnctione consecratæ non sint; sunt tamen ad sacrorum vsum potissimè dedicatæ, vt seruiant sacerdotibus, missam, aut diuina officia dicentibus, vel ad apparatum, seu ornamentum templi, vel altaris. Ad quæ vide omninò Petr. Greg. sintagm. iuris lib. 33. cap. 14. rubr. de sacrileg. numer. 1. vbi quod proprie sacrum dicitur Deo consecratum à Pontifice olim, hodie autem ab Antistite cuiuscunque loci diuino nomini dedicatum, l. sacra, & in l. in tantum §. sacræ institu. eod. cum alijs ibi per eum allegatis, & nu. 4. & sequen. declarat quid sit sacrum, quid sanctum, & quid religiosum: & in quo vnum ab altero differat, & nu. 6. concludit sacrum id dici posse, quod aliquo modo ad cultum, authoritatem, & prouidentiam Dei pertinet Decian. in tract. crimin. l. 6. cap. 54. rub. de sacrileg. n. 8. vbi quod sacrilegium
3 non committitur in rebus sanctis, & religiosis, sed tantum in sacris; & ibi declarat, quæ dicantur res sanctæ, & n. 12. vbi generaliter etiam declarat quid sit sacrum, & n. 13. & 14. declarat quid sit religiosum, & c. 24. n. 22. vbi etiam declarat, quæ sit res sacra, quę sancta, & quæ religiosa.

RESOLVT. CCCCXV.

1 *Omnia, quæ ad sacrum vsum destinata sunt, sacra dicuntur, exceptis, quæ ad ornatum diuini cultus n. 2.*
2 *Res non sacræ dicuntur, quæ neque consecrantur, neque benedicuntur, prout vota priuata num. 3.*
3 *Calices, turribuli, & his similia subripientes sacrilegium committunt quia sacrata sunt, num. 4.*

Surripientes Calices, & Turribula an committant sacrilegium.

IOdoch. in practic. criminal. cap. 111. rubr. de sacrileg. n. 4. generaliter dixit, quod sacra dicuntur
1 omnia ea, quæ ad sacrorum vsus destinata, & dedicata sunt, & ponit exemplum in ciborijs, phialis, feretris, mappis, linteaminibus Altarium, mantilibus, & cortinis, cera, candelabris, & arcula eleemosynarum Anto. Gom. de delict. cap. 5. rubrica de furt. num. 11. vers. dubium tamen, vbi inter res sacras numerat aram, quam nos vulgò dicimus petram sanctam, excludit
2 autem alia, quæ pertinent ad ornatum, & cultum diuinum, vt vasa quibus ponitur vinũ, & aqua, pallium, & lignum, quo cooperiuntur altaria, quæ propterea res sacras dici non posse affirmat. Ludouic. Peguer. decis. crimin. 24. sub num. 12. vbi de ara Altaris, & nu. 13. vbi de ciborijs, phialis, capsulis, feretris, mappis, linteaminibus Altarium, cortina, cera, arcula eleemosynarum, & alia, de quibus ibi per eum Petr. Greg.
3 Sintagm. iuris lib. 33. cap. 14. n. 2. vbi quod vota priuatorum non sunt sacra Decian. in tract. crim. lib. 6. cap. 30. n. 19. vbi quod res non sacræ sunt illæ, quæ non consecrantur, neque benedicuntur vt lampades, vasa non sacrata, vt phialæ, capsulę feretra, mappæ linteamina, mantilia, cortinæ, oleum, cera, candelabra, arcula eleemosynarum, & d. cap. 30. num. 33. & sequenti vbi quod vota non dicuntur sacra, & propterea sacrilegium non committi, si argentea vota furantur.
4 Vnde calices Thurribula dicuntur res sacræ secundum glos. in §. item lex Iulia peculatus in verbo rem sacram institution. de public. iudic. Paulus de Castro in l. si nondum, n. 2. ad med. C. de furt. vbi de Calice, Bonifac. de Vitalin. in rubrica de pen. committen. sacrilegium numer. 1. versic. vt calices, & thurribula Iodoch. in practic. crimin. c. 111. rubric. de sacril. post n. 4. vbi de calice, de quo etiam Bos. in titu. de furt. n. 11. ad med. vers. dubium tamen necessarium est: Ludouic. Peguer. decis. criminal. 24. num. 12. Baiard. ad Clar. in §. sacrileg. n. 6. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 14. rubric. de sacrileg. n. 6. & cap. 30. num. 15. vide tamen Decianum in tract. crim. lib. 6. cap. 30. sub nu. 19. vbi dixit Thurribula non esse res sacras.

RESOLVT. CCCCXVI.

1 *Tabernaculum, seu custodia, & Sanctissima Eucharistia sacra dici non dubitatur.*
2 *Sceleratissimus fur calicem furatus in quo Sanctissimum Sacramentum aderat, in loco Ecclesiæ suspensus, scissus etiam fuit propter contrectationem factam Sacramenti Ecclesiæ.*
3 *Impij sacrilegi contrectatores Sacræ Eucharistię viui comburendi sunt.*
4 *Tales sacrilegi sunt ad mortem condemnandi.*

Surripientes tabernaculum vbi reperitur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum qua puniantur pœna.

1 CVstodia, in qua reponitur Sanctissimum Sacramentum, quòd sit res sacra non habet dubium, vt in specie aduertit Anton. Gomez. de delict. cap. 5. rubrica de furt. num. 11. ad med. versic. dubium tamen necessarium est Baiar. de Clar. in §. sacrilegium num. 6.

Eucharistia sanctissima, quod dicatur res sacra nullam habet difficultatem ex allegat. per Bonifac. de Vital. in rubrica de pœn. committ. sacrilegium nu. 1. Alber. in dictionario in verbo, sacrilegium, l. 8. ante fin. vbi propterea dixit, quod hoc sacrilegium est grauissimum Boer. decis. 254. numero 15. in fin. vbi ponit exemplum de quodam sacrilego, qui vas, seu custodiam, in qua corpus Christi sanctissimum reponebatur, furatus fuerat, & illud subtus eius pedes poluerat ibid. existente d. Christi sanctissimi corpore, furtoq; propterea ad mortem damnatus per illam curiam. Foller. in pract. crimin. in verb. capiat informationem sub numero vndecimo, & in pract. criminal. canon. capitulo 17. numero 53. per totum in discursu, vbi ponit aliud exemplum cuiusdam sceleratissimi furis, qui
2 furatus fuit calicem, in quo aderat sanctissimum Sacramentum Eucharistiæ, & Sacramentum manducauit, & testatur eum fuisse in loco Ecclesiæ suspensum, & postea in frusta scissum Pract. Millei fol. 74. num. 17. ibi ait se fecisse suspendere quendam, qui ab Ecclesia vas sacræ Eucharistiæ furripuerat Girland. de pœnis omnisar. coit. q. 1. sub num. 9. Clar. in practic. §. sacrilegium num. 4. ante fin. vbi refert Foller. in loco præallegato Ludouic. Peguer. decision. crimin. 24. n. decimo, post numerum decimumseptimum, ante fin. & d. numero decimoseptimo, in fi. Petrus Greg. Sintagm. iuris lib. 37. cap. 15. rubric. de pœnis veri sacrilegij num. 2. in fin. versic. ego semper in ea fui opi-
3 nione quod sacrilegi, qui impia, & detestanda manu sacram Eucharistiam contrectauerint, seu arculam, in qua reponeretur tollerent igne viui comburendi sint ob sacrilegium, & impietatem Dec. in tractatu crimin. libro sexto vbi quod sacrilegium commissum in Eucharistiam grauius est quam occidere Papam.

Et

Et quod pro sacrilegio infligatur pœna mortis probatur in d. l. sacrilegij pœnam, vnde Boer. in decis.254.numero 15.refert quosdam fuisse ad mortem
4 condemnatos, qui vas, seu custodiam, in qua corpus Christi sanctissimum reponebatur custodiendum acceperant, Iesu Christo in ea existente. Confirmat. idem Bos. in tit.de sacrileg. numero 4. commemorat de quodam fure, qui calicibus, & alijs ornamentis quasdam Ecclesias spoliauerat, & dicit fuisse super furcis altissimis laqueo cum tota caterua furum suspensum. Probatur idem ex eo, quod refert Foller. in pract.crim. fol.389. num.47. & post eum Iul. Clar. in §. sacrilegium versicul. sed quæro quod Neapoli fuit suspensus quidam Salernitanus, qui furto subtraxerat quandam crucem ex Ecclesia S. Florentij. Tandem confirmat hanc opinionem Greg. in Syntag. iur. vniuer. lib.33.cap.15.num.3. dicens, se semper fuisse in opinione, sacrilegos qui impia, & detestanda manu sacram Eucharistiam contrectauerunt vel sacrarium, seu arculam qua contineretur tollerent igne viuos comburendos; ob sacrilegium, & impietatem.

RESOLVT. CCCCXVII.

1 *Crux pro vt repræsentatiua est veræ crucis, sacra, & sancta dicitur, & eius fur morti est condemnandus: sic etiam Patena sacra dicitur num.2.*
3 *Subripientes corpora Sanctorum sacrilegium committunt, quia reliquiæ Sanctorum Sacræ sunt.*
4 *Subripiens reliquias à Saracenis sacrilegus non est.*
5 *Contractus emptionis, & venditionis Reliquiarum est nullus, & contrahentes puniendi.*
6 *Refertur de condemnato ad triremes, qui reliquias S. Sebastiani abstulit, quia propter delicti iterationem, intrabat pœna mortis.*
7 *Libri, vestes etiam diaconi, & aliorum in quibus officia celebrantur sacri dicuntur, num.8.*
9 *Item sacra dicuntur imagines Dei, B. Mariæ, & aliorum Sanctorum, ita & omnia ornamenta ad Ecclesiæ ornatum destinata, exceptis, quæ veniunt ad ornatum, & cultum, vt vasa, in quibus ponitur vinum, & aqua, & huic similia.*

De varijs rerum generibus, in quibus si percutiantur, vel auferantur committitur sacrilegium.

NOnnullæ .n.sunt res sacræ, in quibus si percutiantur, vel auferantur committitur sacrilegium, prout sunt primo crux, de quo vide Gomez. de delict. cap.5. rubr. de furto n.11. versicul. sed quid dicemus de Cruce, vbi quærit an dicatur Crux res sacra ibique arguit pro, & contra postea videtur concludere cum D.Thoma, quem allegat 2. 2. quæst.5. artic.3. versic.
1 Respondeo quod respectu repræsentationis veræ Crucis, in qua dominus noster Iesus Christus passus est dicatur sacra, & sancta, licet materia ex qua Crux est confecta non esset, nec sacra nec sancta Clar. in pract.§. sacrilegium. num.4. ante med. vbi ex Foller. quem allegat refert Neapoli fuisse suspensum quendam Salernitanum, qui crucem ex Ecclesia surripuerat idem refert Peguer. decis. crim.24. n.17. in fine Baiard.ad Clar. §. sacrilegium post num.6.
2 Secundo etiam Patena dicitur res sacra ad effectum vt si quis eam surripiat dicatur committere sacrilegium, secundum Aretin. in §. item lex Iulia peculatus num.2. instit. de publ. iudic. Paul. de Castro in l. si nondum num.2. ad med. C. de furt. Iodoch. in pract. crim. cap.111. rub. de sacrileg. post num.4. Peguer. decis.cri. 24. post numero 12. Decian. in tract. crim. lib.6.cap.14. rubr. de sacrileg. num.6. cap.30. numero 19. Nec non & reliquiæ sanctorum dicuntur etiam sacræ, & illas subripientes sacrilegium committunt secundum Bald. in l. nemo martyres ante num. primum C. de sacrosan. Eccles. vbi dixit, quod
3 eximentes corpora sanctorum, & extra Ecclesiam portantes puniuntur pœna sacrilegij Bonif. de Vital. in rubr. de pœn. committit. sacrileg. numero 1. Alber. in dictionario in verbo sacrilegium l.8. in fine versicul. quid dicendum dist. prima de consecrat. vbi declarat
4 nisi reliquiæ subreptæ fuissent apud Saracenos. Foller. in pract. crim. in verbo capiat informationem sub n. 1. Peguer. decis. crim.24. n.11. Decian. in tract. crim. lib.6.cap.30. nu.38. Bonifac. in tract. de furt. §. alienæ
5 rei sub numer.26. Et puniuntur etiam qui reliquias emunt, & vendunt extra ordinem, & iuridicis arbitrio vltra contractus nullitatem text. est in l. nemo martyres C. de sacrosanct. Eccles. vbi dicitur. Nemo martyres distrahat nemo mercetur, & ibi hoc voluit glos. in verbo distrahat, & ibi Bald. n.1. vbi opponit, & oppositioni respondet sequendo glo. ibi, & Salycet. num.1. vbi declarat procedere quando reliquiæ auferuntur de sacro: alias vendens, & emens non punitur: quę quidem declaratio nimis restringit dispositionem generalem d. legis, & quando reliquiæ auferuntur etiam sine emptione, & venditione intrat pœna sacrilegij vt per Bald. vbi supra Albericus tamen in d. l. nemo martyres numer. 2. testatur de furto quotidie vendi reliquias sanctorum, quod ipse admittit vt ponantur in Ecclesijs. Et tempore Pauli V. quidam Io. Angelus
6 qui supra nomine vocabatur Toccatondo fuit carceratus, conuictus, & confessus quod ex cæmeterio S. Sebastiani de vrbe plures reliquias ex sanctorum corporibus abstulit, easque etiam pecunia recepta diuersis personis distraxit, quo casu sine dubio intrabat saltem propter delicti iterationem pœna mortis, & vix per fiscalem obtineri potuit vt ad triremes transmitteretur.
7 Tertio libri etiam dicuntur res sacræ, & si contrarium teneat Decian. in tract. crim. lib.6. cap.30. sub num.19. vbi dixit libros non esse res sacras, tamen pro nostra affirmatiua sententia tenuerunt Bonif. de Vital. rub. de pœn. committen. sacrileg. num. primo versic. vel libri. Foller. in pract. crim. in verbo capiat informationem sub num.11. Iodoch. in pract. crim. c. 11. rub. de sacrileg. post num. 4. Peguer. decis. crim. 24. post num.13.
8 Vestes etiam sacerdotum, Diaconorum, & aliorum in quibus diuina officia celebrantur dicuntur res sacræ Bonif. de Vital. in d. rubr. de pœn. committ. sacrilegium num. primo versic. & vestes sacræ Alber. in dictionario in verbo sacrilegium l.8. in fine Gomez. de delict. cap.5. rubr. de fur.11. versic. dubium tamen Baiard. ad Clar. in §. sacrilegium, n.6. Decian. in tr. crim. lib.6.c.14. rubr. de sacril. n.6. & cap.30. nu.19. & eadem ratione paramenta Altaris dicuntur sacra, Bonif. de Vital. vbi supra versic. sed paramenta.
9 Cęterum imagines Dei, Mariæ Virginis, & Sanctorum dicuntur etiam sacræ Alber. in dictionario in verbo sacrilegium l.8. in fine versic. & ipsæ imagines Peguer. d. decis.24. n.11. Et ornamenta quoque Ecclesiæ, & denique omnia, quæ ad Ecclesiæ ornamentum sunt destinata dicuntur etiam sacra, quamuis contrarium teneat Gomez. de delict. cap.5. rubr. de furt. n.11. vers. dubium tamē vbi dixit appellatione rerum sacrarum non venire quæ pertinent ad ornatum, & cultum diuinum, vt vasa, quibus ponitur vinum, & aqua, & aliquod pallium, vel lignum, quo cooperiuntur altaria, tamen affirmatiuam sententiam nos sequimur cum Alber. in dictionario in verbo sacrilegium l.8. in fine Iodoch. in pract. crim. c.111. rub. de sacrilegijs post n.4. Peguer. d. decis.24. post num.13.

PRAXIS SEMINARII: AD ORNATVM Textus Sacri Concilij Tridentini sess.23. cap.28. de Reformat.

RESOLVT. CCCCXVIII.

1 *Seminaria sunt, & dicuntur loca pia.*
2 *Loca pia sunt ea, quæ pietatis, charitatisque operibus exercendis destinata sunt, & qualia sint vide numero 3.*
4 *Loca pia dicuntur ea, in quibus senes, aut infantes, aut pauperes, aliæue personæ miserabiles aluntur.*
5 *Scolæ literarum, & pietatis non aliud sunt, quam principia quædam Ecclesiæ, & seminaria Reipublic. Christianæ.*
6 *Loca pietatis venerabilia sunt, & procedit etiam si nulla habeant priuilegia num.7.*

Seminarium an dicatur locus pius.

IN quadam facti contingentia dicebam Seminaria
1 esse, & dici loca pia, loca enim pia vocantur ea, quę aut sacra sunt, ac religiosa cuiusmodi sunt Templa, & cemeteria §. sacræ Instit. de Rerum diuis. l. Sancimus C. de sacrosanct. Eccles. l. 2. & 4. ff. de Relig. & sumpt.
2 funer. l. 4. C. de sepulch. viol. aut, quæ pietatis, charitatisque operibus exercendis destinata sunt Specul. in tit. de instrument. edit. §. nunc aliqua n. 62. Io. And. & Cardin. in cap. Ioannes de testament. de quibus nouissimè meminit eruditus D. Ioann. Maria Nouarius in sua vtili praxi electionis, & variationis fori q. 43. n. 1.
3 sect. 1. vbi quod in horum num. sunt Hospitalia, & Cœnobia, Collegia, aliaque eiusmodi loca, in quibus aut
4 senes aut infantes aut pauperes alique personæ miserabiles aluntur, aliaque opera charitatis, & Misericordiæ exercentur allegat textum in l. illud vbi DD. C. de sacrosanct. Eccles. Euerard. in Topic. à minoribus ad Ecclesiam in princip. Alex. cons. 209. colu. 1. lib. 2. Roman. cons. 477. quid enim aliud sunt scolæ pietatis,
5 & literarum, quam principia quædam Ecclesiæ, & seminaria Reipublicæ Christianę, quę autem maior esse potest pietatis, & Charitatis exercendæ ratio secundum Nouar. in d. quæst. 43. n. 2. quam Religionis, & virtutis, aliarumque bonarum Artium, & linguarum communicatio, quæ sanè in scholis potissimum locum habet, in quibus vita hominum ad obediendum Deo, & ad parendum Magistratibus informatur, vt in Auth. habita Cod. ne filius pro patre, de qua meminit etiam eruditissimus, & miræ eruditionis Iuuenis D. Nouar. in sua eloquenti praxi electionis, & variationis fori q. 15. sect. 1. ita quod meritò huiusmodi loca, in
6 quibus hæc opera fiunt, pia, & venerabilia censentur iuxta doctrinam Bald. in l. illud quæst. 21. C. de sacrof. Eccles. quem allegat D. Nouar. in d. q. 43. n. 4. vbi dicit
7 hoc procedere etiam si nulla priuilegia habeant, allegat Anchar. in cap. Auditis q. 11. de Restit. in integ. Dec. in cons. 88. col. 3. Cardin. in cons. 222. Petr. de Perus. in tractat. de Canon. port. art. 2, quæst. 2.

RESOLVT. CCCCXIX.

1 *Ecclesia habet immunitatem localem.*
2 *Exemplo Ecclesiæ seminarium habet etiam immunitatem vt confugiens ad ipsum inde extrahi minime poterit.*
3 *Seminaria gaudent iisdem priuilegijs quibus res sacræ non solum quoad honorem, verum etiam quoad immunitatem, & fori præscriptionem.*
4 *Seminaria exemplo Ecclesiæ immunia sunt à tributis, & alijs muneribus extraordinarijs.*
5 *Valet argumentum ab Ecclesia ad pia loca.*

An Seminarium habet immunitatem Ecclesiæ ita quod confugiens ad eum sit tutus.

SIcuti Ecclesia habet immunitatem, vt ad eam confugientes sint tuti, ita quod ab ea minimè extrahi possunt ad textum in cap. inter alia de Immunit. Ec-
1 cles. ita pariter gaudebit, hac immunitate Seminarium, ad quod si aliquis delinquens confugerit, erit ibi
2 tutus, & extrahi minimè poterit vt tradit Genuen. in proprijs terminis in sua praxi curiæ Archiepiscopal. Neapolit. in cap. 17. num. 10. vbi refert quod in anno 1601. fuit restitutus Domui furni seminarij Neapolitani quidam Homicida, qui ad eam confugerat, & propriè ad furnum se contulerat ingrediens per Ianuam Magnam dictæ Domus, quæ est a parte viæ publicæ, & non à parte seminarij, quia non poterat negari quin dicta domus, esset seminarij, & consequenter loci pij, quamuis, per illam portam pueri non ingrediantur, & ratio est quia manifestum est seminaria gaudere ijsdem priuilegijs, quibus res sacræ fruuntur
3 non solum quoad honorem, & annua salaria, verum etiam quoad immunitates, & fori aliquam præscriptionem, vt per Nouar. in sua eloquent. praxi electionis, & variationis fori, quæst. 43. num. 13. sect. 1. vbi quod scholis, & seminarijs eadem quæ Ecclesijs sunt
4 concessa priuilegia, ita quod ipsa seminaria exemplo Ecclesiæ a tributis, & alijs muneribus extraordinarijs immunia sunt vt per eund. Nouar. in dict. quæst. 43. num. 21. vbi allegat textum in l. omnia vbi Bar. C. de Episc. & cler. & in §. pro temporibus Auth. de Eccles. titul. collat. 9. & in l. illud iuncta glos. C. de sacrosan. Eccl. cui sententiæ subscribit Ioann. Andr. in cap. 2. de in integrum restitut. Panor. in capit. relatum de test. & in cap. 1. de in integr. rest. Euerar. in topic.
5 ab Ecclesia ad pia loca, de quibus meminit idem Nouar. vbi supra vbi sic refert nonnullis quippe vicibus consultum se respondisse, & vidisse etiam in hanc sententiam deuenisse viros valde graues, & miræ eruditionis.

RESOLVT. CCCCXX.

1 *Seminarium habet fori electionem.*
2 *Quæ & qualia sint pia loca, & vide num. 3. & 4.*
5 *Valet argumentum à definitione ad definitum.*
6 *Opinio dicentium scholas, & collegia literarum non esse pia loca.*
7 *Coniugium non est contra finem, & vsum piæ causæ.*
8 *Legata facta scholis, & Collegijs censentur relicta, ad pios vsus, & ad piam causam.*
9 *Ea quæ huiusmodi relicta sunt censentur relicta pro anima.*
10 *Causa studiorum vti fauorabilis valde similis est piæ causæ.*

An Seminarium habeat fori electionem.

REspondeo affirmatiuè, tanquam, vt dixi locum pium vt tenet Nou. in praxi elect. fori q. 43. sect.
1 1. qui mouetur ex eo quod pia loca vocantur ea, quæ
2 aut sacra sunt, ac religiosa huiusmodi sunt templa, & cæmeteria §. sacræ inst. de rerum diuis. l. sancimus C. de sacrosanct. Eccles. l. 4. C. de sepulcro viol. l. 2. & 4.
3 de Relig. & sumpt. fun. aut quæ pietatis, charitatisque operibus exercendis destinata sunt Ioan. Andr. & Cardin. in cap. Ioannes de testament. Specul. in tit. de instrument. edit. §. nunc aliqua num. 62. quorum in numer. sunt hospitalia, & Cœnobia, & collegia, aliaque eiusmodi loca, in quibus, aut infantes, aut pauperes, alieuè personæ miserabiles aluntur, aliaque opera misericordiæ, & charitatis christianæ exercentur vt est tex. in leg. illud, vbi Doctor. commun.

mun. C. de sacrosanct. Eccles. Panor. in cap. fin. num. 2. de testam. Alex. consil. 209. col. prima lib. 2. Ro. consil. 477. colu. penul. in fin. Euerar. in Topic. à minoribus ad Ecclesiam in princ. quid enim aliud sunt scholæ pietatis, & literatum, quam principia quædam Ecclesiæ, & seminaria Reipub. christianæ, quę autem maior esse potest pietatis, & charitatis exercēdæ ratio, quam religionis, & virtutis, aliorumque bonarum artium, & linguarum communicatio, quæ sanè in scholis potissimum locum habet, in quibus vita hominum ad obediendum Deo, & ad parendum magistratibus informatur, vt grauiter, & omnino verum hoc dixit Imper. Iustinian. in Auth. habita C. ne fil. pro patr. vt
4 non immerito huiusmodi loca, in quibus hæc opera fiunt, pia, & venerabilia censeri debeant secundum Bald. in l. illud quæst. 21. C. de sacrosanct. Eccl. etiam si nulla priuilegia habeant vt sentit Anchar. in cap. auditis quæst. 11. de rest. in integr. quam eandem sententiam confirmat Dec. consil. 82. col. 3. Card. consil. 222. Pet. de Perus. in tract. de canon. port. art. 2. quæst. 2.

Nam secundum vulgatam legistarum regulam, cui
5 conuenit definitio, eidem quoque definitum conuenit exemplo, adeo vt argumentum huiusmodi non modo probabile, sed & necessarium esse dicatur, vt notat Euerar. in Top. à definitione ad definitum per l. primam §. dolum, & ibi Bar. ff. de dol. mal. l. vlt. iuncta glos. de verb. sign. & cap. dudum 2. post princip. de elect.

At qui vt concedatur sanè, sed absque veritatis ip-
6 sius præiudicio, scholas, & Collegia literarum non esse pia loca, quod alicubi statuere videtur Bald. in dict. l. illud col. prima, & in auth. hoc ius porrectum col. 2. & ibi Paul. de Castr. col. prima C. de sacros. eccles. & præter hos Alex. consil. 29. col. pen. libr. 4. & consil. 120. col. 2. lib. primo Ias. consil. 218. col. prima lib. 2. Soc. consil. 72. lib. 4. Paris. consil. 34. num. 28. lib. 4. quos refert vna cum quibusdam alijs Port. concluf. 6. libro quinto, cuius rei plerunque hæc solet reddi ratio, quod in his personæ, quodammodo viuunt sæculares, quibus coniugatos esse liceat, vt vult Felyn. in cap. 2. in fin. de for. compet. cui adstipulatur Rom. in consil. 233.

7 Quasi verò contra, vel propter finem, & vsum piæ causæ sit coniugium, quod diuini, humani iuris quædam communicatio est secundum Modestin. in l. prima ff. de rit. nuptiar. & idcirco quod per se tantum est non facit irritum exemplo l. plerique ff. de in ius vocan.

8 Sed vt tamen hæc se habeant sanè legata huiusmodi quæ scholis, & Collegijs relicta sunt ad pios vsus, & ad piam causam relicta esse videntur, vt tenet Bald. in leg. si quis colum. 12. in princ. C. de Episcop. & cler. Paris. consil. 34. col. 2. lib. 4. Corn. consil. 10. num. 25. lib. 4. Vvesembec. consil. 28. num. 26. lib. 1. quippe quæ debeatur pauperibus, & religiosis, alijsque hominibus, qui fauorem pię causæ merentur propterea quod seruiunt Ecclesiæ, & societati communi maximè in erudienda iuuentute in quo plurimum momenti situm est Bal. in authent. similiter C. ad l. Falcid. Bertachin. in tract. de Episcopis n. 38. col. 68. Tiraquel. in tract. de priuileg. piæ causæ Menoch. in remed. 15. recuper. possess. num. 24.

9 Sed & ea quæ hoc modo relicta sunt, pro anima censentur relicta Corn. consil. 108. num. 6. lib. 3. consil. 19. num. 13. & sequente lib. 1.

10 Et studiorum causa vt fauorabilis ita piæ causæ valde similis est in multis; hoc argumentis probat Tiraquel. de priuileg. pię causæ ex doctrina Bartol. Bald. Angel. Iason. & aliorum in l. prima in fin. ff. solut. matrim. & in leg. nec non in princip. ff. ex quibus caus. Maior in integr. restit.

RESOLVT. CCCCXXI.

1 *Nemo cogitur inuitus vendere, & venditio metu facta non valet num. 2.*
3 *Libertus in contractu venditionis consideratur, & n. 4. & quomodo procedat num. 5.*
6 *Quicquid plantatur, seritur, vel ædificatur; omne solo cedit.*
7 *Quomodo locus efficiatur religiosus.*
8 *Locus efficitur religiosus etiam inuito eo, cui seruitus debetur si alibi commode seruitute vti potest, et hoc fauore religionis num. 9.*
10 *Cogitur vendere quis iter ad sepulchrum dummodo sine magno detrimento.*
11 *Pro danda libertate seruo cogitur quis vendere partem quam habet.*
12 *Legatum libertatis reputatur fauorabilis.*
13 *Cogi potest quis ad vendendum fauore religionis, & ampliat num. 14. 15. 16. & declara num. 17.*
18 *Iudex debet considerare damnum quod contigere potest venditori.*

An pro erectione Seminarij cogatur quis vendere rem suam.

IN hac quæstione respondeo cum dec. Carocci j 26. vbi dicit pro negatiua parte facere Regulam,
1 quod nemo cogitur vendere l. nec emere C. de iure delib. l. initium, & l. fi. C. de contrah. empt. l. inuitus C. locati l. nec ab initio C. de nupt. l. non enim ff. rerum amotar. l. possessores C. de fundo patrimon. lib. 11.

2 Vnde venditio metu facta non valet Sebast. Medic. de casibus, & pericul. parte prima quæst. 7. num. 32. si enim fuit adhibitus metus circa contractum, tunc principaliter agitur, vt res vendita præcisè restituatur, si verò est adhibitus in pretio, tunc agitur alternatiuè, vel ad rem restituendam, vel ad supplendum vsque ad iustum pretium l. si res §. primo ff. de iure dot. vbi Bart. dicit esse casum singularem in practica in modo concipiendi libellum, & dicit millies in facto habuisse.

3 Et ideo libertas in contractu venditionis consideratur vt si iustum prætium rei sint, puta decem, sed ego petebam pretium irrationabile puta quindecim, quod licet sit irrationabile magis tamen irrationabile est cogere ad vendendum, & hoc attenditur Castrens. & Alex. in l. non interest C. quod metus causa.

Immo, & circa personas emere volentes, libertas
4 vendendi consideratur, puta, cogi non potest magis vni vendere, quam alteri, etiam si ille, cui cogor vendere offerat iustum prætium, quia potest esse, quod sit inimicus, vel quid simile mecum pateretur, cui libenter non venderem. ita Castrens. in citato loco per legem si in emptione. ff. de minoribus, quem singularem dixit Ias. in lege prima in princip. sub numer. 22. ff. de verborum obligat. Alberic. in l. vlt. §. in computatione colum. 2. C. de iure delib. Igneus in Repetit. l. dudum col. 8. num. 38. C. de contrah. empt. Burgos. in cap. primo num. 23. de empt. & venditio. dicens esse perpetuò notandum Guilielm. in cap. Raynutius in verb. in eodem testamento num. 33. de testament. Gozad. consil. 44. num. 7. Tiraquell. singulariter commendans de retractu in Præfatione numer. 34. Sapia ad leg. vnicam num. 36. C. de sentent. quæ pro eo; Rebuff. de restitut. in integr. Art. 1. glos. 3. num. 11. Roland. pariter valde commendans consil. primo num. 100. vol. 1. Mantua singulari 7. eruditiss. Sfort. Oddus de restitut. in integrum, quæst. 4. num. 84. & 85.

5 Et si non libere vendens iurasset contenta in instrumento

strumento obseruare, prætiumque recepisset non arguitur ex hoc metus exclusio Aretin. de magis communi consil. 14. col. 15.

6 Secundo facit regula quicquid plantatur, feritur, vel ædificatur, omne solo cedit §. cum in suo cum sequente instit. de rerum diuisio.

Pro contraria parte affirmatiua facit primo loco tex. in l. locum iuxta sui principium ff. de vsufructu
7 vbi locum religiosum facit nudus proprietarius inferendo testatorem si opportunè alibi sepelire non poteret, & sic ibi inuito vsufructuario locus efficitur Religiosus, si alibi non poterat commodè sepelliri.

Sed certè duo ibi concurrunt scilicet, quia sepeliebatur testatormet, & aliter esset iniquum, secundum quod alibi commode sepeliri non poterat.

Secundo hoc idem videtur probari in leg. 2. §. si vsumfructuum ff. de religios. & sumpt. fun. vbi prima Glos. idem dicit, & repetit.

Tertio hanc partem confirmare videtur text. in
8 leg. 2. §. locum ff. eodem titul. vbi fit locus religiosus inuito eo, cui seruitus debetur, si alibi commode seruitute vti non potest dicens hoc habere magnam rationem.

Et sic inuito Domino locus religiosus fieri potest, sed ibi Iurisconsult. reseruat, si alibi commodè vti potest.

Circa quem text. illud obiter dicam, quod licet Angel. ibi, & Florian. dicant esse casum specialem
9 fauore religionis, prout in l. si cui in vltima glos. ff. de seruit. tamen contrarium sentiunt ibi Bart. & Castrensis, & in hoc dicunt illam glos. singularem, & notabilem, quod dominus fundi seruientis potest commutare locum seruitutis, dummodo sine incommodo illius, cui seruitus debetur, pariter Ias. in leg. 2. §. mutui datio in decima fallentia, dicit ita esse casum specialem fauore religionis Nouel. de dot. par. 8. priuileg. 27. Couar. variar. resolutionum lib. 3. cap. 14. numero octauo, versicul. item communis, tamen verior est opinio, vt generaliter intelligatur, prout Ias. in l. 1. §. fin. numero 8. ad finem ff. de noui oper. nunciat. in leg. secunda num. 45. ff. solut. matrimonio in leg. si ex toto §. fin. numero 26. ff. de leg. 1. Veron. de seruit. Rust. prædiorum capit. 1. numero 7. Zasius lib. 1. responsorum capit. 10. & hæc est communis opinio Soc. consil. 141. numero quarto libro primo Pinel. ad leg. 2. part. 2. capit. 1. num. 25. de rescindend. vendit.

Quarto facit textus in leg. si quis sepulchrum ff. de religios. & sumpt. fun. versicul. præses vbi cogitur
10 quis vendere iter ad sepulchrum, dummodo sine magno detrimento venditoris, & ibi gl. notat. quod quis cogitur vendere.

Quinto hanc opinionem confirmat text. in l. 1. C.
11 de commun. seru. manumitt. vbi pro danda libertate seruo cogitur quis vendere partem, quam habet.

Cui potest fortasse non inutiliter responderi le-
12 gatum libertatis reputari fauorabilius, quam quodvis legatum ad pias causas, & ob id ab eo fieri non posse Fulgos. per illum text. in leg. Papinianus §. quarta autem ff. de inoffic. testament. cum minuat legitimam, quod non potest legatum ad pias causas Tiraquell. in præfatione tra[illegible] de priuileg. piæ causæ.

13 Et hanc secundam opinionem quod cogi possit ad vendendum tenuerunt Bald. & Angel. in leg. 1. ff. soluto matrimon. Florian. ad l. secundam §. locum, & ad l. si quis sepulchrum ff. de religios. & sumpt. funer. Felyn. in Canone omnes colum. penult. distinct. prima Veronens. de seruitut. vrbanor. prediorum cap. 82. attestans ita obtinuisse Veronæ Afflict. in proœmio constitut. Neapolit. quæst. 3. n. 10. attestans sic pronunciatum apud Regem Neapolis in fauorem Monasterij Diui Hieronymi Franc. Marc. Decis. 536. par. prima, & receptissimam dixit Didac. Variarum resolut. lib. 3. capitul. 14. colum. mihi 16. fol. 972. Addo. Socin. Regul. 435. limitat. 9. Gomes. reputans hoc valde notabile variarum resolution. de emption. & venditione num. 51. Alph. Report. 353. in fine per Nicol. Mozz. de contract. tit. de emptione, & venditione, tit. de rebus quæ emi, vel vendi possunt num. 58.

Ampliatur hæc conclusio, vt ad effectum pium co-
14 gatur vendere partem suam Bald. in l. vnic. C. de communi seruo manumitt. per illum text. Commendat. Ias. ad dict. l. nec emere lim. 2. C. de iure deliberandi. Gomes. in citato loco versic. secundo in foro.

15 Ampliatur secundo tam pro ecclesijs ædificatis, quam ædificandis Marc. in allegata Decis. numer. 4. Didacus in prædicato loco.

16 Ampliatur tertio in Emphyteuta habente dominium vtile tantum Francis. Marchus in allegato iam loco.

17 Declaratur capite Couarr. iam citato loco si loquitur de Eccles. Cathedrali, vel Parochiali, in quibus sacramenta ministrantur hoc sit absolute verum, in alijs verò non, nisi concurrente Principis placito, ex quo non militat adeo vrgens ratio.

18 Considerabit etiam discretus iudex necessitatem a simplici vtilitate, & damnum quod contingere potest venditori, prout etiam omnia iura pro hac parte adducta innuunt, & demonstrant.

Fallit igitur regula, ne quis cogatur vendere fauore religionis modo quo supra deductum fuit, & sic patet responsio ad contraria.

RESOLVT. CCCCXXII.

1 *In vnione facienda Seminario non requiritur consensus capituli, sed eius loco requiritur consensus quatuor deputatorum duorum de Capitulo, & duorum de clero.*

2 *Et facta absque consilio eorum vnio est nulla.*

3 *Ad hoc vt valeat vnio facta Seminario necesse est, quod sit actu erectum.*

4 *Beneficia vnita tali Seminario vacantia spectant ad liberam Sanctiss. Domini dispositionem.*

5 *Non sustinetur collatio beneficiorum facta ab Episcopo post lapsum multi temporis a vacatione, & num. 6.*

Quid requiratur in vnione facienda seminario.

SCiendum est, quod in vnione facienda seminario non videtur requiri consensus capituli, sed eius lo-
1 co requiritur, quod fiat cum consilio quatuor deputatorum duorum de Capitulo, & duorum de Clero ex decreto Sacri Concilij Tridentini capitul. 18. sess. 23. de Reformation. alias vnio non valet Cæsar. de Grassis in decision. 132. & censuit sacra Congregatio Concilij his verbis. Congregatio censuit vniones
2 factas seminario absque consilio eorum quatuor, quos iubet Concilium adhiberi, minimè valere, alias non valent vniones simplicium beneficiorum factæ irrequisito deputatorum consil. verum Episcopus non tenetur sequi eorum consilium, vt eadem congregatio censuit his verbis Episcopus quatuor deputatos seminarij debet adhibere in consilium pro tota temporali administratione prædicti seminarij excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat, non tamen tenetur illud sequi consilium. Et ita in vna Mediolanens. beneficij quinta Iunij 1596. fuit resolutum, quod deuolutio est iustificata lapsu temporis à die vacationis iuxta capitulum secundum de concessione præbendæ cum alijs, neque obstat vnio facta Seminario, quæ sine consensu capituli est

nulla

nulla secundum ius commune Clem. secunda de rebus eccles. & attentato Concilio Trident. ad eius validitatem requiritur interuentus adiunctorum, vt fuit sæpe à Congregatione declaratum, & consequenter non impedit deuolutionem, nam ignorantia iuris non præstat iustam causam ex deductis in causa Gienen. præstimonij, nec regula de triennali suffragatur seminario, quia illa defendit titulo possidentem, non autem vti vnitum Chisanen. dec. vltima.

3 Insuper est necesse ad hoc, vt valeat vnio facta seminario, quod sit actu erectum, & habeat actu scholares, & magistros, vt censuit sacra Congregatio anno 1588. in vna Gienen. his verbis congregatio concilij censuit vnionem nullam esse, & inualidam cum seminarium non fuerit erectum iuxta formam Concilij, vtpote nec magistris, nec scholaribus verè, & actu in eo existentibus, quæ declaratio fuit confirmata per breue Sixti Quinti in eius executionem datum 26. Octobris 1588.

Et Episcopo Caurien. sic fuit rescriptum Illustriss. & Reuerendiss. Dom. cum nomine capituli istius Ecclesiæ expositum fuerit Congregationi Illustrissimorum Patrum, qui Trident. Concil. decretis interpretandis præfecti sunt decem ab hinc annis istic vix extitisse cæptam seminarij fabricam, illam tamen nunquam perfectam, ac super beneficijs non fuisse certam taxam constitutam, minusque in ipso seminario magistros, & scholares habitos, censuit ipsa Congregatio beneficia eidem seminario vnita, atque in
4 mensibus Apostolicis vacata spectare ad liberam Sanctissimi Domini Nostri dispositionem, quam Congregationis sententiam amplitudini tuæ notam esse voluimus, &c. Romæ 26. Ianuarij 1596. Hierony. Card. Mattheus.

Vnde in causa Gienen. præstimonij de mense Iunij 1593. coram Domino Blanchetto fuit resolutum collationem beneficij factam ab Episcopo post lapsum
5 multi temporis à vacatione non sustineri cap. 2. cum alijs de concess. prebend. nec obstare vnionem factam de dicto beneficio seminario faciendo verbaliter tantum erecto quasi ignorantia iuris dubij fuerit excusatus à deuolutione, quia respondetur ius esse clarum quod ecclesiæ nondum existenti donari non potest cap. ad audientiam 2. & ibi Abb. de eccles. ædificand. nec obstare cap. nemo de consecrat. distinct. prima quia solum probat antequam ecclesia fiat debere esse obligationem donandi, nec obstare concilium dict. cap. 18. quia respondetur; quod vt posset fieri vnio, debebat seminarium actu esse erectum, saltim in domo conductitia, & concilium præcipit debere fieri contributionem de fructibus mensæ.

Et in vna Corduben. præstimonii 6. Nouembr.
6 1596. coram D. Litta fuit ita resolutum, possessio seminarii fuit de facto capta, & propria authoritate vigore vnionis factę eidem seminario ante erectionē illius, quam vnionem certo certius est non subsistere ad notat. per Anchar. in Clem. si vna 3. oppos. de rebus Ecclesiæ non alienan. & prout fuit dictum in illa Gienen. præstimonii 20. Febr. 2594. coram Illustrissimo Blanchetto, & idem fuit resolutum in illa Corduben. præstimoniorum 7. Febru. 1601. coram eodem D. Litta.

RESOLVT. CCCCXXIII.

1 *Ad exemplum minoris datur restitutio in integrum Ecclesiæ.*
2 *Petita restitutione in integrum impeditur executio non cæptæ, & amplia num. 3.*
4 *Restitutio non datur quando apparet de calumnia.*
5 *An seminaria dicantur loca pia, & ecclesiastica ac proinde habeant restitutionem in integrum, & vide numero 6.*

Restitutio in integrum an competat Seminario.

RESTitutio in integrum aduersus tres sententias conformes sicuti datur minori, vt latè deduxit Mastrillus in decis. 45. Mising. obser. 84. Menoch. consil. 478. numero 56. & consil. 757. numero 1. & 2.
1 ita pariter competit ecclesiæ cui in hoc indistinctè æquiparatur secundum Innocen. in capit. auditis de in integr. restit. Cappell. Tholos. dec. 54. Benitend. dec. 85. numero 6. Mil. in repertorio in verbo restitutio ita datur, vbi ait quod ita datur minori, & seminario restitutio contra plures sententias sicuti contra vnam, idem dixit Ro. de loco pio sing. 94. Sfor. Odd. de restit. in integr. quæst. 3. artic. 4. & 5. & art. 6. num. 46. in tantum, quod statim quod fuerit petita
2 impedit executionem non cęptam ad text. in l. fin. vbi glos. in verbo postulata C. de in integr. restit. postul. & latissimè post infinitos resoluit Mastr. in dec.
3 30. quod procedere etiam aduersus tres sententias conformes, quando non petitur malitiosè, & per calumniam dicit Salicet. in l. prima C. ne lic. tert. prouocar. quæst. vlt. contra Bald. ibidem contrarium tenentem Lancellott. de attent. penden. restit. in integr. num. 88. & seq. num. 93. subdens hanc opinionem esse veriorem, & communiorem, pro qua tenent longè plures Doct. & numero, & authoritate, & de magis communi dixit Gabr. de exequ. re. iudic. conclus. 1. num. 17. Cappell. Thol. dec. 54. Mising. centu. 3. obser. 84. ad fin. vbi refert ita in camera sæpe fuisse decisum, maximè quando ex antiquis aut
4 nouis actis aliquid appareat, quod cesset præsumptio calumniæ Magon. decis. Floren. 104. numer. 25. Mohed. decis. 77. & decis. 176. Mascard. conclus. 1280. num. 18. & 23. qui post alios hoc intelligit quando aliquid aliunde constaret de iustitia sententiarum Sfor. de restit. quæst. 43. tit. 3. num. 55. 78. & 88. Capicius decis. 93. num. 1. Lauren. decis. Auenio. 2. per totam Rim. Iun. cons. 593. num. 28. & 69. volum. 5. & Thesaurus decis. 181. ad finem.

5 Licet opinionem negatiuam tenuerint Anchar. in capitul. auditis num. 10. quæst. 11. de præscript. Corn. cons. 57. lib. 3. Gam. decis. 390. sub num. 6. Paris. cons. 34. lib. 4. & cons. 50. lib. secundo Gabr. de pia causa conclus. prima, numero 21. & conclus. 9. numero 2. & in puncto voluit Guttier. pract. quæst. canonic. lib. 1. quæstio. 35. vbi dicit quod licet exerceantur opera pia non tamen religiosa dicuntur Borell. in consil. 81. per totum, & optimè idem Gabriel. in consil. 162. per totum volum. 1. loquitur in seminario erecto de licentia summi Pontificis, & dicit quod non est locus pius, nec gaudet priuilegijs ecclesię concessis nec gaudet foro ecclesiastico, vt consuluit de Ponte in consil. 18. per totum Anna singul. 90. in tantum, quod bona etiam immobilia poterant sine sollemnitatibus alienari, vt post Bald. Castrens. Fel. & alios determinat Menoch. in consil. 535. numero quinto, libro sexto, de Pont. in dicto consil. 18. numero octauo, vbi refert ita pluries per sacrum Consilium fuisse decretum.

6 Contrariam autem opinionem, & affirmatiuam tenuit post alios Sfor. Odd. in tract. de restitution. in integr. dict. quæstion. 3. artic. sexto, sub numero quadragesimo quinto, versiculo in contrarium videatur, quia prædicta seminaria dicuntur loca pia, vt quam plures allegat Tiraquel. in suo tractatu de priuileg. piæ causæ in proœm. in versicul. sed alij indistincte, & versiculo item fraternitatibus relictum, & Sfor. in dict. quæstion. 3. articulo quinto, ampliatur secundo, vbi veriorem, & æquiorem dicit esse hanc sententiam

sententiam, in dict. numero 46. cum in huiusmodi locis exerceantur opera charitatis.

RESOLVT. CCCCXXIV.

1 *Refertur casus quæstionis.*
2 *An inchoatis muris seminarij possit fieri vnio beneficiorum.*
3 *Vniones debent fieri de seminario, & collegio.*
4 *Qualitas sine subiecto adesse non potest.*
5 *Qualitates non entis sunt nullæ.*
6 *Priuilegium non potest concedi collegio quando scholares non adsunt, sed contrarium num. 11.*
7 *Donatio facta futuro collegio non tenet.*
8 *Muri non faciunt seminarium sed scholares.*
9 *Omisso principio non potest fieri transitus ad finem.*
10 *Hospitali futuro, vel Ecclesiæ construendæ potest fieri donatio.*
12 *Non efficitur caducum legatum relictum ad alicuius ecclesiæ constitutionem etiam si locus ædificio non fuerit designatus.*
13 *Monasterio ædificando competit restitutio in integrum aduersus negligentiam, prosequendæ appellationis.*
14 *Societas constitui potest super officio emendo, & erit valida.*
15 *Vim suam pariter ostendit quod incontinenti est faciendum, sicut quod iam est factum.*

An Seminario incohato possit fieri vnio beneficiorum.

1 ERant erecti muri seminarij, non tamen ibi erat aliquid positum, quod arguebat seminarij initium, quare fuit dubitatum an per Episcopum potuisset fieri vnio beneficiorum ex dispositione Concilij
2 Tridentini, & pro parte negatiua dicebatur, quod debent prius esse erecta illa seminaria, & in illis scholares actualiter adesse, vt tales vniones subsistant, nam si fierent ante erectionem, & existeutiam scholarium non tenerent, vt semel censuit sacra Congregatio Concilii in vna causa Gienen. & resoluit Rota in eadem causa Gienen. præstimonii 15.... 1594. coram Illustrissimo Dom. Blancheto, & in Corduben. præstimonii 6. Nouem. 1596. & in alia Corduben. præstimoniorum 7. Februarii 1601. coram Litta, ea nempe ratione, quia Concil. Trident. dicit,
3 quod vniones fiant de seminario, & Collegio, vt in illis verbis, huic Collegio applicabunt, & incorporabunt, sed sic est, quod ante dict. erectionem non adest Collegium cui fiat vnio, aut est in rerum natura lege quidam referunt §. primo vbi quia heres, ad quem sermonem conferat in rebus humanis non est ff. de iure codicilorum, ergo vnio fieri non potest,
4 & si facta sit non tenet, quia qualitas sine subiecto adesse non potest lege secunda de vsufructu. lege decem ff. de verborum obligation. lege prima ff. de vsufruct. legat. vbi Bartolus numero finali, & non
5 entis nullæ sunt qualitates leg. eius qui in prouincia ff. si certum petatur dict. leg. quidam referunt post principium versiculo nullius enim momenti ff. de iure codicilorum capitul. bonæ §. primo versic. contra verò, & ibi glossa verbo per rerum naturam de electione.

6 Nec potest concedi priuilegium Collegio quando scholares non adsunt bonus textus in capitulo ad audientiam il secondo, ibi licet enim nobis instanter supplicares, vt ecclesiæ prædictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non possumus de iure deferre, cum nulli Canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur, de eccle-
7 siis ædificandis. Nec tenet donatio facta futuro Collegio capitulo Abbate sanè §. nec pro eo ibi præsertim, quia monasterio, quod nondum erat, aliqua donatio fieri non valebat, de sententia, & re iudicata libro 6.

8 Nec muri faciunt seminarium, sed scholares. Mohedanus decision. prima sub numero quinto de foro competen. & notant Doctores in dicto capitulo ad audientiam il secondo de ecclesiis ædificandis; Ad quod possem adducere alia plura, quæ congerit glossa finalis in dicto capitulo ad audientiam, & Mandos. in regula tertia Cancellariæ quæstione quinta per totam, glossa etiam verbo accusare in capitulo ad dissoluendum de desponsat. impuberum. Prædicta sententia mihi placet quando colligeretur aliquis fumus, vel suspicio fraudis in vnione Seminario facienda, pro vt contingit in dicta causa Gienen. vbi post factam vnionem, si bengficia vnita vacabant in mense ordinario, ordinarius illa conferebat suis nepotibus, & familiaribus, dicens vnionem esse nullam ex dicto defectu, si verò vacabant in mense reseruato dicebat esse validam, & à sede Apostolica prouideri non posse prætendebat vel quando redditus beneficiorum vnitorum Seminario nondum erecto postea non conuerterentur in seminarij vtilitatem, & prosecutionem ad vlteriorem effectuationem, sed in alios extraneos vsus conuerterentur; Ac etiam quando omissa detrectatione fructuum mensæ Episcopalis, & capitularis, & eunctorum beneficiorum dioecesis pro vt dictum Concil. pro forma requirit, vel alias forma non seruata, mitterentur manus ad vnionem faciendam, & de facto fieret; tunc inquam libenter admitterem nullitatem vnionis.

Cæterum deficientibus supradictis, quando preuia d. detrectatione, & contributionem fructuum, & ab illa realiter incipiendo, vt Concilium disponit. sumpto argumento ab orine literæ lege quoties 2. ff. de vsufructu. capitulo si quis iusto 46. §. verum de electione in 6. deueniretur ad vnionem beneficiorum futuro seminario, seruata forma in reliquis omnibus, tali casu existimauerim profectò validam esse talem vnionem, quamuis nec domus sit empta, nec fabrica constructa, nec minus scholares actualiter admissi, dummodo semper continuetur in preficienda fabrica, & in erigendo cum effectu seminarium, & collegium, pro vt etiam ita sensere non pauci ex Illustrissimis Dominis Card. sacræ Congregation. Concil. Tridentin. & Reuerendiss. DD. Rotæ Auditoribus, dum eos hac in re super validitate cuiusdam vnionis in voce informarem, mihi insinuarunt, & hoc ostenditur. In primis ex mente, & litera eiusdem Concilij Tridentini in eodem capitulo decimo octauo sess. 23. ante medium, dum dicit, & quia ad Seminarij Fabricam instituendam, & ad mercedem Præceptoribus, & ministris soluendam, & ad alendam iuuentutem, & alios sumptus certi redditus sunt necessarii, &c. eijdem Episcopi cum consilio duorum de capitulo, &c. ex fructibus mensæ Episcopi, & capituli, & quaruncunque dignitatum personatuum officiorum præbendarum, &c. partem aliquam, vel portionem detrahent, & eam portionem sic detractam, nec non beneficia aliquot simplicia cuiuscunque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam ante vacationem (sine cultus diuini, & obtinentium præiudicio) huic Collegio applicabunt, & incorporabunt. Igitur ad Collegii fabricam construendam, & ad præparanda alia necessaria quæ præcisè debent præcedere receptionem Collegialium est detrahenda certa pars fructuum, ex beneficiis totius dioecesis, nec non dicta simplicia beneficia vnienda non obscurè, sed apertè potius idem Concilium insinuat, quod sit valida vnio ante effectuatam erectionem seminarii, & ni-

nenum

uenum admissionem ponderando illam dictionem, nec non, quæ resoluitur in copulatiuam, ac repetit omnes qualitates præcedentes Bart. in leg. Seia §. Cato ff. de fide instrumentorum: in terminis dicti Concilij est expressa decisio prima Cęsaris de Grass. vbi etiam dicitur, quod est vnica ratio, in quo tam prædicti fructus beneficiorum, quam ipsa beneficia vnienda reguntur ab eodem verbo applicabunt, & incorporabunt, latè Mandos. super facultat. Auditor. Cameræ in §. & taxam. in glosa in verbo nec non.

Clarum etenim est, quod prius debet institui fabrica, & reliqua suppellectilia præparari, quam deueniatur ad scholarium receptionem cum sine domo, & alijs necessarijs existere non possit neque omisso
9 principio potest fieri transitus ad finem lege finali Cod. vnde vi leg. finali ff. de constituta pecunia cap. finali de præsbytero non baptizato Rota decis. 10. num. 3. cum sequent. de præbend. in antiquis, & qui vult consequens debet habere, & antecedens leg. ad rem mobilem leg. ad legatum 62. ff. de procuratoribus leg. illud ff. de acquirenda hæreditate. Aymon. cons. 144. n. 2. Cęsar de Grass. decis. 2. numero 7. de causa possession. & propr. vnio enim non tenet, neque etiam teneret fructuum detractio cum par sit ratio ex supra dictis, & sequeretur quod dict. dispensatio Concilij esset frustatoria, ac nullum vnquam haberet effectum c. commissa 35. cum alij de electione lib. 6.

10 Rursus quia futuro collegio, & Hospitali, vel Ecclesiæ construendæ potest legari, ac hæreditas relinqui leg. seruos 35. ff. de liberali causa Abbas in cap. nos quidem numero secundo de testament. Angel.
11 in cons. 135. incipit paucis sub num. 1. Item potest illi priuilegium concedi vt incipiat habere vires, quando erectum, vel erecta fuerit glos. fin. in d. c. ad audientiam il secundo, & Abbas ibidem num. 4. & 5. de Ecclesijs ædificandis, ac reliqui omnes. Ac etiam futuro ædificio seruitus imponi potest leg. si seruitus 22. §. futuro ff. de seruit. vrbanor. prædio. Hinc non
12 efficitur caducum legatum relictum ad alicuius Ecclesiæ constitutionem, etiam si locus ædificio non fuerit designatus capitulo 3. de testamentis, & ibi glossa verbo in loco, & post omnes resoluit Couar. ibidem numero decimosecundo. Hinc Monasterio
13 edificando competit restitutio in integrum aduersus negligentiam prosequendę appellationis; Rota decisione vnica numero primo, & secundo, ac per totum de testamentis in antiquioribus Bisigneti, Selua de beneficijs 3. parte quæstione sexta, numero septimo item remedium adipiscendę competit Episcopo executori testamenti, in quo futuri pauperes substituuntur hęredes Bartolus num. 12. Bald. trigesimosexto, Alberic. 12. Alexand. decimo Ias. num. 11. Decius numero vigesimonono, Corneus numer. 18. in lege finali Codic. de edicto Diui Adriani tollen. Menochius de adipiscen. rem. 4. numero 256. cum sequentibus.

14 Rursus constitui potest societas super officio emēdo, & erit valida leg. si fratres §. si quis societatem leg. actione §. item si societatem leg. cum societas ff. pro socio. Puteus decis. 67. Insuper quia sufficit sola destinatio construendi seminarij, vt habeatur pro constructo leg. 3. §. quid ergo ff. de contrario iudicio tutelę, vbi probatur, quod pecunia deposita ad emptionem prędiorum censetur res immobilis, de quo vide Roman. singulari 103. Clemen. singul. 59. Rebuff. de priuilegijs scholarium priuilegio 55. n. 5. Boerium decis. 209. Redoanum de reb. Ecclesię non alienan. q. 10. per totam.

Ex quo bene, & doctè quidem Eruditus Nauar. in sua vtili praxi electionis, & variationis fori quęstion. 48. sect. 1. dixit sponsam habentis fori electionem gaudere eodem beneficio electionis fori sicuti sponsus, nam si vxor priuilegiatę personę habet beneficiū electionis fori, vt latè deduxit idem Nouar. in quęstio. 47. sect. 1. ita pariter, & sponsa, ex eo quod
15 vim pariter suam ostendit quod incontinenti est faciendum, sicuti quod iam est factum, & hinc idem Nouar. in d. quæst. 48. num. 7. infert, quod qui statim Laurea est ornandus habetur in multis pro laureato, & hinc secundum eundem Nouar. mox matriculandus habetur pro matriculato, cingendus infra breue tempus habetur pro cincto leg. penult. ff. de milit. testament. Alexandr. in leg. si quis id quod ff. de iurisdiction. omnium iudic. Gail. in obseruation. 80. libro secundo numero nono, condemnandus etiam infra breue tempus habetur pro condemnato Caball. de omni genere homicidij numero 167. & sequente, benedicendus in continenti habetur pro benedicto Surd. consilio 367. numero 21. & delendus ex albo habetur pro deleto idem Surdus in consilio 367. numero 22. vide scripta per Carpan. ad statuta Mediolani cap. 10. num. 16. & 144. libro primo, & Farinac. in quæstio. 103. numero 319. & sequent. vbi ait de occidente banditum proximè rebandiendum, sic perdendum habetur pro perdito, conditio statim defectura habetur pro defecta Marsil. singul. 106. Caball. resolut. crim. 65. & idem efficit suspicio imminens quod ipse actus, Surdus dicto consil. 367. numero 21. ideo, e carcere intra breue tempus liberandus non debet valde arcte custodiri Menoch. de Arbitrar. iudic. casu 704. numero nono, quare ipse idem respondet in consilio 502. numero 35. non censeri eum indignum, qui adiuit hęreditatem viuentis, quem sciebat ob delictum breui secretò feriendum, vel capite puniendum, vt meminit idem Nouar. vbi supra.

PRAXIS SIMONIÆ.

RESOLVT. CCCCXXV.

1 *Episcopus concedens literas dimissoriales, vel testimoniales per pecuniam, committit simoniam.*
2 *Notarius pro literis testimonialibus non potest accipere nisi decimam partem aurei, & n. 4.*
3 *Per concilium Tridentinum corriguntur iura antiqua circa receptionem alicuius rei pro ordinibus, vel literis.*

An commitat Simoniam Episcopus aliquid recipiens pro concedendis dimissorijs.

1 REspondeo affirmatiuè quia per literas dimissorias quis ius acquirit vt possit ab alieno Episcopo ordinari, idem dicendum est, si Episcopus testimoniales literas pecunia dederit ordinato clerico, quibus testatur Episcopus se eum Clericum ordinasse, vt vbique pro ordinato haberetur vt ex Concilio Tridentino session. 21. capitulo primo, de reformatione vbi habetur: quoniam ab Ecclesiastico ordine omnis auaritię suspicio abesse debet nihil pro collatione quorumcunque ordinum etiam clericalis tonsuræ, nec pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo, nec aliqua quacunque ex causa etiam à parte oblatum Episcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum ministri quouis prætextu accipiant, Notarij verò in ijs tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, decimam tantum vnius aurei partem accipere possint, dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro

officio exercendo, nec Episcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire possit, tunc enim gratis operam suam eos prestare omnino teneri decernit, contrarias taxas, aut statuta, & consuetudines etiam immemorabiles quorumcunque locorũ, quæ potiu sabusus, & corruptelæ simoniacę prauitati fauentes nuncupari possunt penitus cassando, & interdicendo, & qui secus fecerint tam dantes, quam accipientes vltra diuinam vltionem pœnas a iure inflictas ipso facto incurrant: sic ibi.

Eiusmodi verò pœnæ continentur in capit. Placuit, & cap. si quis Episcopus prima, quæst. 1. ex Concilio Chalcedonensi cap. 2.

Post huiusmodi Concilij Tridentini decretum locum habere non potest sententia glosæ in capitulo primo de simonia asserentis Notarium si plublicum stipendium non habeat posse licitè aliquid accipere sponte oblatũ, quę sentẽtia communiter fuit id temporis consensu accepta, sic etiam Innoc. Hostiens. Abbas in cap. primo de simonia Angel. in verb. simonia 3. numero vigesimo secundo Syluestr. eodem verbo quæst. 8. ac Triden. Concilium non permittit, vt
2 accipiat, nisi decimam vnius aurei partem pro literis dimissorijs vel testimonialibus vt supra ostendimus.

3 Item huius modi decreto derogatum est ex parte Iuri communi in capitulo sicut Episcopum prima quæst. vndecima, vbi habetur, is qui ordinatus fuerit, si non ex pacto, neque exactus, ac petitus post acceptas chartas, & pallium offerre aliquid cuilibet ex clero gratię tantumodo causa voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus, quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quę non ex ambientis petitione processit.

Sed Tridentina synodus etiam sponte oblatum Episcopos, & alios ordinum collatores, aut eorum ministros quouis prętextu accipere prohibet, & Notarijs solum permittit vt pro singulis literis dimissorijs, aut testimonialibus decimum tantum vnius aurei partem accipere queant, & hanc in ijs tantummodo locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, & dummodo nullum salarium sit eis constitutum pro officio exercendo.

RESOLVT. CCCCXXVI.

1 *Regressus in beneficijs multis modis sumitur.*
2 *Beneficia non possunt resignari coram Ordinarijs locorum cum regressu, accessu, siue ingressu.*
3 *Regressus in beneficijs sunt sublati per Concilium Tridentinum.*
4 *Beneficia non possunt resignari cum pacto, vel conditione.*
5 *Quando adest authoritas Papæ in resignationibus cum regressu, purgatur omnis simoniæ labes.*

An renunciatio beneficij cum regressu sit simoniaca.

1 PRo huius quæsiti dilucidatione aduertendum primo regressum posse tripliciter considerari. Primo quando quis resignat suum beneficium impetrata facultate, vt si resignatarius pręmoriatur ipse redeat ad beneficium resignatum, ita vt priltinum in beneficio ius recuperet.

Secundo quando quis impetratum beneficium resignat, sed quia legitimam ætatem nondum habet, vel aliquo impedimento Canonico prępeditus illud retinere non potest impetrat facultatem, vt post legitimam ætatem, vel post impedimentum canonicũ amotum possit illud beneficium habere, & hæc resignatio dicitur fieri cum accessu.

Accessus autem vocatur ius capessendi beneficij, cuius antea possessionem quis adeptus non fuerat ob aliquod canonicum impedimentum.

Tertio quando quis resignat beneficium iure quidem obtentum, sed nondum eius possessionem assecutus, & ei facultas datur, vt si resignatarius prius decesserit, sui beneficij resignati possessionem apprehendat, & hęc resignatio dicitur fieri cum ingressu, regressus itaque est ad beneficium iure impetratum, & possessum, accessus quidem est ad beneficium obtentum, sed quod ob aliquod impedimentum canonicum retineri non potest, ingressus autem est, ad beneficium, & si iure receptum, tamen eius possessio apprehensa non fuerat, vt docet Rebuff. in Praxi beneficiorum p. 3. de regressibus, & resign.

Secundo sciendum tres predictos resignationum modos generatim vocari solitos esse regressus, quamuis vt dixi regressus speciatim ab accessu, & ingressus distinguatur.

Tertio notandum est, beneficia resignari non posse
2 coram Ordinarijs locorum cum regressu, siue accessu, siue ingressu, alioqui .n. tales beneficiorum resignationes coram Ordinarijs admissæ pro simoniacis habentur; & irritę, & inanes sunt, ratio est, quia fiunt cum conditione pacto, & modo, at omnis pactio in beneficijs simoniaca est c. vlt. de pact. & c. quam pio. 1. q. 2.

Quarto animaduertendum est, prædictos regressus in Curia Romana consensu Romani Pontificis olim fuisse permissos vsu, & stylo curiæ, eos Pontifice tolerante, & concedente, quamuis aliquos contra ius
3 commune canonicum, Concl. Trid. tamen sess. 25. c. 7. tales regressus merito sustulit.

Primo quia habent speciem hereditarię successionis, quam canones, & iura detestantur.

Secundo, quia si fiant sine consensu beneficiarij prębent occasionem optandę, & captandę mortis, quam ipse etiã leges ciuiles maximè improbant, & damnãt.

Tertio, quia sæpè huiusmodi regressus concedebãtur consanguineis propinquis, amicis etiam indignis.

Quarto quia conuentiones, conditiones, & pacta in beneficijs iure canonico improbantur.

His positis primo queritur, an huiusmodi regressus simoniam reuera contineant, & respondeo, si tales resignationes Ordinariorum authoritate fierent
4 simoniacæ essent, quia fierent cum pacto, & conditione, at beneficia resignari, & conferri gratis debent, absque pacto, vel conditione.

Secundo queritur quomodo tales resignationes authoritate pontificia admittebãtur, si reuera simoniã faciebãt respõdeo eas resignationes pontificia auctoritate ab omni conditione, & pactione purgari, ac proinde omni simoniæ prauitate liberari, nam in re-
5 signationibus quando Romanus Pontifex resignanti concedit, id facit gratis, & liberaliter, alioqui enim potest nutu suo regressum denegare, quamobrem si is, qui resignat propria authoritate sibi regressum reseruaret simoniacus simpliciter censeretur, quia resignatio cum pacto, vel conditione esset proinde ac minimè gratuita.

RESOLVT. CCCCXXVII.

1 *Aliqui dicunt pensionem non posse exigi literis non expeditis.*
2 *Standum est stylo Romanæ curiæ, videlicet, quod pensio non exigatur literis non expeditis.*

An sit simonia pensionem exigere literis non expeditis.

AN pensio possit exigi, & percipi tuta conscientia literis Pontificijs minimè expeditis Paulus, & Bellamera, Ordradus, & Nicolaus Milis, & Baldus,

dus, quos refert Gigas quæstion. 34. de pensioni-
1 bus sentiunt exigi non posse, sic etiam Rota decis. 32. & Cassador. in Regula Cancellariæ de non iudicando secundum formam supplicationis, sed Innocentius Ioan. Andreas, & Archiadiaconus, Dinus, Philippus, & glosa teste Gigante quæst. supra citata numero 6. censent tutè posse exigi, vt etiam Rebuff. de pacificis possessoribus num. 137. conclus. 211. & in praxi benefic. par. 3. signaturæ in verb. Datum n. 11. hi Auctores loquuntur de iure, quicquid autem sit de iure
3 communi, standum est consuetudini in curia Romana receptę, in qua literę Pontificię non solum expediuntur ad beneficij impetrati possessionem approbandam, sed etiam ad pensionem Pontificis authoritate concessam exigendam.

RESOLVT. CCCCXXVIII.

1 *Pensio est onus, quod imponitur beneficio.*
2 *Pensio est portio beneficij, quæ ex beneficij fructibus debetur pensionario.*
3 *Clausula apponi solita in reseruatione pensionem.*
4 *Quando beneficiarius absque sua culpa possessionum beneficij non apprehendit, non obligatur ad soluendam pensionem de Stylo curiæ.*

An clausula apponi solita in reseruatione pensionum, videlicet habita, vel non habita possessione beneficij, sit Simoniaca.

1 QVæritur an clausula apponi solita in reseruationibus pensionum videlicet, vt pensio soluatur habita possessione beneficij, siue non habita omni Simoniæ vitio sit libera. Ratio dubitandi est, quia pensio est onus, quod imponitur beneficio, ergo imponi non potest, in beneficio, quod nondum pos-
2 sidetur; deinde pensio est portio, quæ ex beneficij fructibus pensionario debetur, sed beneficij nondum possessi nulli fructus extant ergo imponi nequit obligatio soluendi pensionem; accedit quod eo ipso beneficiarius obligaretur ad soluendam pensionem, vel ex suo patrimonio, vel ex solo titulo beneficij, at vtrunque est absurdum, propterea fieri potest, vt beneficiarius in culpa non sit, quod beneficij possessionem nactus non fuerit, ergo contra ius cogitur pensionem soluere: Mandosius in praxi signaturæ gratiæ in verb. pensiones dicit prædictam clausulam ab omni iniustitiæ, & simoniæ vitio esse alienam, id probat. Primo, quia à multis annis authoritate Pontificia consueuit apponi: Secundo, quia quisque potest sua sponte se obligare ad onus sustinendum, & scienti, & volenti non fit iniuria: Tertio, quia huiusmodi clausula apponitur ad euitandas lites, fraudes, & mendacia; solet enim esse magna difficultas in probanda apprehensione possessionis, & in probando quis sit legitimus possessor, & quis in possessionem intrusus, vnde multi adepti iam pacificam possessionem probant se nondum esse beneficij possessionem consecutos: vltimo, quia, & si beneficij nondum possessi beneficiarius fructus non habeat actu, habet tamen habitu iure, & spe.

Porro stylus curiæ hoc habet, vt prædictæ clausu-
4 læ quamuis generaliter positæ locus non sit, nisi quādo beneficiarius culpa sua possessionem beneficij non apprehendit, ita vt quando vtrumque constiterit eum sine culpa sua beneficij possessione carere, quia sine culpa sua possessionem apprehendere nequit, non cogatur soluere pensionem.

RESOLVT. CCCCXXIX.

1 *In beneficialibus non possunt interuenire pacta.*
2 *Pacta facta in beneficialibus, vt à lite recedatur, non sunt illicita.*
3 *Authoritate iudicis permittuntur amicabiles compositiones in beneficialibus.*
4 *Potest conferri beneficium cum onere legendi sacram scripturam, vel docendi pueros seminarij.*
5 *Episcopus potest imponere onus prædictum in beneficio vacante in mense ordinarij, & quod imponatur ante collationem.*

An sit Simonia conferre alicui beneficia cum onere legendi sacram scripturam.

1 QVamuis in spiritualibus, & beneficialibus pacta fieri prohibeantur, cap. fin. de pactis, quia tanquam illicita reprobantur in tot. tit. de Sim. Rebuff. in prax. benef. cap. quot modis benef. acquiratur numero 16. & in tit. de permut. numero 52. & 53. & in tit. de noui. prouis. & simpl. numero 29. tamen
2 vbi facta sunt vt à lite recedatur pacta illa tolerantur, & Rota mandat seruari, vt asserit Gom. in q. 2. in reg. de ann. possess. col. 3. Sylua tract. de benef. 4. p. q. 7. n. 2. vers. 55. cap. de cætero de transact. & c. super eo. ibidem, vbi dicitur posse fieri amicabilem compositionem glos. in cap. si quando in vers. transactione de offic. deleg. vide omnino Innocent. in d. cap. de cætero n. 3. facit cap. nisi de præbend. & Abb. in cap. dilectus filius num. 2. de præbend. Hostiens. in summ. tit. de pact. §. de quibus n. 5. ratio est, quia pacta, quæ fiunt iuridicè Simoniam habere non possunt Innoc. in cap. cum M. Ferrar. n. 5. de constitut. Nauar. cons. 44. n. 2. & de Simo. vbi dat aliam rationem, nempe quia id recipitur pro recuperandis expensis, & non vendi ius, quod prętendebat, & cons. 3. de soluto, & cons. 43. de Simo. Host. in summ. tit. de transact. §. & in quibus n. 4. cap. ex literis cap. ve-
3 niens. eo. tit. quia quando fit authoritate iudicis est realis, quando sine illa est personalis, & cum persona extinguitur.

Dubitatum tamen fuit an idem censendum sit in collatione beneficij ab Episcopo facta cum onere legendi sacram scripturam, & licet prima consideratione videbatur negatiuè resoluendum, tum ex supradictis, tum etiam quia beneficia debent libere conferri absque aliquo pacto, & condictione cap. ex parte, & quod ibi communiter notatur de officio delegati, latissimè Garsias de beneficijs par. 3. cap. 4. tamen in casu proposito contrarium censui in contin-
4 gentia facti nullo scilicet pacto esse Simoniam conferre alicui beneficium cum onere legendi sacram scripturam, vel sacram Theologiam, vel docendi clericos in seminario, ad cuius opinionis comprobationem adduxi decisionem Caputaquens. 132. & Innoc. in c. significasti de elect. Paris. cons. 30. n. 13. vol. 4. hoc tamen intellige.

5 Primo quando illud beneficium vacauit in mense ordinarij, & illud cōtulit cum illo onere, secus quando in mensibus Papæ Caputaq. decis. 277.

6 Secundo quando illud onus fuit impositum illi beneficio antequam conferreretur, vel alicui beneficio vnito alteri, cum tamen non haberet, & prius illud onus glos. & Doctores in cap. 2. de elect. lib. 6. Anton. in cap. penult. col. 1. vers. ad secundum de elect. Caputaquens. decis. 150. par...

RESOLVT. CCCCXXX.

1 *Pactiones in spiritualibus reprobantur.*
2 *Patronus, qui paciscitur cum clerico instituendo est Simoniacus.*
4 *Defendere litem est officium pecunia æstimabile.*

An sit Simonia præsentare iurisperitum ad beneficium cum pacto, vt defendat litem dicti iuris patronatus.

FVi interrogatus si potuisset de iure patronus præsentare ad beneficium sui iuris patronatus clericum doctorem, seu aduocatum, conditione, & pacto adiecto in dicta præsentatione, vt dictus præsentatus patrocinium præstet pro defendenda lite super dicto iure patronatus, cui quæsito respondi dictam conditionem præstandi patrocinium operari, vt præsentatio dicatur simoniaca, etenim de
1 iure clarum est, pactiones in spiritualibus reprobari cap. fin. de pactis cap. ex parte, & cap. præterea, & quod ibi communiter notatur de transactionibus cap. ex parte, vbi Abb. etiam Felyn. & reliqui de officio delegati Garsias decis. 3. Faber in decis. 5. de sacrosanctis Ecclesiis, quod adeo verum est, vt procedat etiam si condictio diceretur de vtilitate Ecclesiæ, vt optimè in decis. fin. de simonia, vnde simoniacum est quando patronus offert, siue præsentat, siue nominat clericum ad beneficium pecunia recepta, vel eo pacto, vt temporale commodum accipiat, cap. 1. de transact. Item Simoniacus est patro-
2 nus quando paciscitur cum clerico, quem instituendum proponit, nominat, & offert, vt beneficium resignet, siue dimittat quemadmodum patronus ipse perierit, vel si ita cum eo conuenerit, vt resignet beneficium in gratiam, & fauorem eius, quem patronus nominauerit, vel si pactum fecerit, vt clericus certam partem soluat ex fructibus beneficii, vel vt consensum præstet pensioni in beneficio imponendæ.

Insuper Simoniacus est, qui ad beneficium promouetur ex pacto cum patrono, cui promittit se nihil petiturum ab eo c. per tuas. 3. & c. si quis de simonia.

Quid dicendum quando duo patroni litigant de iure præsentandi, & vnus eorum offert clericum iuris peritum ea conditione, vt in ea lite ius, & causam eius defendat impensis tamen patroni, qui eum præsentauit? Respondeo esse Simoniacum, qui eiusmodi pacto clericum præsentauit, eo quod ex præsentatione,
3 temporale commodum recipit, nam patrocinium ferre alicui in lite, & causa eius tueri, & agere, est quid pecunia æstimabile, cum ad id faciendum possit quis stipendio conduci, & obligatio ad patrocinium ferendum est pecunia æstimabilis.

PRAXIS SOLEMNIZANDI Matrimonium iuxta formam Concil. Trid. sess. 24. cap. 1.

RESOLVT. CCCCXXXI.

1 *In solemnizatione matrimonij est necessaria præsentia parochi.*
2 *Quis dicatur proprius parochus contrahentium remissiuè.*
3 *Præsentia parochi non tantum debet esse corporea, sed & moralis.*
4 *Valet matrimonium quamuis parochus, & testes vi detenti interfint dummodo intelligant consensum contrahentium.*
5 *Et in quibus casibus validè assistat, vide per discursum vsque ad finem.*

Referuntur nonnulli, pulcherrimi casus in materia parochi.

CONclusio sit firmissima in materia solemnizandi matrimonia iuxta formam Concilii Trident.
1 sess. 24. c. 1. vt sit necessaria præsentia proprii parochi cum duobus testibus.

2 Et primo, quis dicatur proprius contrahentium parochus videndus est Menoch. de præsumpt. lib. 6. quæst. 88. Henriquez lib. 11. cap. 3. num. 3. Ledesm. de matrim. quæst. 45. art. 5. puncto 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 76. nu. 18. Triuisan. decis. 23. lib. 1. latè Cened. pract. lib. 1. quæst. 30. à nu. 45. Guttier. in tract. de matrimon. cap. 65. num. 6. vbi resoluit dici illum proprium parochum parochiæ, in qua contrahentes animum permanendi habent, non autem ad tempus redituri postea ad proprium domicilium, & cap. 73. testatur habentem publicam Parochiam in qualibet posse matrimonium inire.

3 Secundò præsentiam hanc parochi non tantum corpoream, sed etiam moralem, & humanam requiri cum intelligentia, & aduertentia actus Ledesm. tractat. de matrim. quæst. 45. art. 5. versic. est secundum dubium Henriquez lib. 11. c. 3. & latè Cened. pract. & canon. q. lib. 1. qu. 30. à nu. 33. nouissimè Guttier. tr. de matrim. cap. 69.

4 Tertiò valere matrimonium quamuis parochus, & testes vi detenti interfint dummodo intelligant cõsensum contrahentium Salzed. ad Diaz. cap. 23. versic. tertio Ledesm. in tract. de matrim. dict. quæstion. 45. art. 5. puncto 3. dub. 3. versic. quo supposito Eman. in sum. tom. 1. cap. 219. num. 11. in 2. edit. Ceual. quæst. 604. Ioan. Sanch. lib. 3. disp. 39. num. 9. Rebell. de obligat. iust. p. 2. lib. 2. disp. 39. num. 4. Guttier. dict. cap. 69. nu. 10. qui nu. 13. in fine resolut esse graue peccatum contrahere coram parocho inuito.

Quarto valere etiam matrimonium quamuis parochus ad alium finem vocatus sit Salzed. dict. cap. 23. versic. 3. licet, & versic. 5. dub. Azeued. l. 1. num. 39. tit. 1. lib. 5. nouæ recopil. dict. quæst. 604. à num. 66. Rebell. dict. lib. 2. quæst. 8. num. 4. Henriq. in sum. lib. 11. cap. 3. §. 1. in fin. Sanch. lib. 3. disput. 59. num. 10. Spin. dict. glos. 15. num. 48. & 49. Guttier. dict. cap. 69. num. 3. vbi dicit Illustrissimos Cardin. decidisse in hæc verba.

Parochum verò intelligi adhibitum etiam si ex alia causa vocatus sit, dummodo ad illum actum adhibeatur: aliam decisionem in contrarium adducit Gonzal. ad reg. 8. cancell. glos. 48. num. 35.

5 Quartò parochus excommunicatus, suspensus, vel irregularis etiam non toleratus validè assistit Ledes. de matrim. qu. 45. artic. 5. puncto tertio, dub. 3. Ceuall. dict. quæstione 604. nu. 65. Guttier. dict. tract. de matrim. cap. 62. nu. 23. & cap. 66. nu. 19. Henriq. lib. 11. cap. 3. 4. & 5. Sanch. lib. 3. disp. 21. Rebell. quæst. 9. numero 9.

Quinto parochus, qui propter aliquod crimen priuatus fuit sacramentorum administratione, vel specialiter ab Episcopo, vel eius vicario admonitus fuit, ne aliquos matrimonio coniungat validè assistit Salzed. in pract. cap. 73. versic. primum igitur dubium Ceuall. dict. quæst. 604. num. 71. Sanch. lib. 3. disput. 32. num. 1. & 2. Guttier. dict. tract. de matrim. cap. 63. num. 25. Ledesm. in sum. p. 1. de sacram. matri. c. 6. concl. 4. dubit. 11.

Sexto parochus delegatus, quem Episcopus constituit, & ad nutum ipsius amoueri potest, & vicecuratus à parocho proprietario institutus validè assistit Rebel. dict. lib. 2. quæst. 9. num. 8.

Septimo parochi vnius præsentia sufficit quando contrahentes sunt diuersarum parochiarum Salzed. dict. c. 73. versic. duodecimoquarto in noua edition. Caualcan. decis. 12. nu. 21. par. 2. Spin. dict. glos. 15. nu. 41. Ceuall. dict. q. 604. nu. 6. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verbo parochus §. 1. Guttier. dict. tract. de matrim. c. 62. nu. 4. Henriq. lib. 11. cap. 3. §. 2. Comitol. respons. moral. lib. 1. qu. 131. nu. 2.

Octauo parochus validè assistit matrimonio suorum parochianorum extra suam parochiam sine licentia

centia parochi illius loci, in quo assistit Salzed. dict. cap. 73. vers. vndecimo Spin. dict. glos. 15. num. 42. Sanch. lib. 3. disput. 19. num. 8. & 14. Guttier. dict. tract. de matrim. cap. 62. num. 5. vbi num. 10. resoluit non tantum proprium parochum, sed etiam Sacerdotem de illius licentia matrimonio assistentem valide assistere extra parochiam.

Nono parochum, vel ordinarium non posse concedere licentiam clerico non sacerdoti assistendi matrimonio, & si fiat esse nullum, resoluunt Ledesm. in sum. p. 1. tract. de sacram. matrim. capit. 6. conclus. 4. vers. Seguese lo segundo Sanch. lib. 3. disp. 34. nu. 10. Ceuall. d. quæst. 604. num. 58. Guttier. dict. tract. de matrim. cap. 62. num. 22.

Decimo parochus non sacerdos an validè assistat matrimonio Nauar. consil. 30. sub tit. de sponsal. in 1. edit. & consil. 9. sub tit. de Clandest. de sponsi. in 2. edit. in Silua lib. 6. casu 119. in fin. Salzed. dict. cap. 7. versic. 14. Henriq. in sum. lib. 11. c. 3. §. 5. & lib. 14. c. 6. nu. 3. in fine Emanu. in sum. c. 218. nu. 9. Ledesm. in tract. de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 3. conclus... Ceuall. dict. q. 604. a num. 56. Zerol. in praxi Episcopali p. 2. latè Cened. practic. lib. 1. q. 30. n. 54. cum seq.

PRAXIS SPOLII CLERICORVM.

RESOLVT. CCCCXXXII.

1 *Ornamenta, paramenta, & vasa sacra, Missalia, &c. non veniunt appellatione spoliorum, sed applicantur ipso facto post obitum beneficiatorum Ecclesiis, quibus præfuerunt similiter scamna, arcæ, & supellectilia domestica.*

2 *Destinata ad vsum Ecclesiasticum, etiam si non sint benedictione aliqua consecrata, non veniunt nomine spoliorum.*

3 *Aulea, & Tapetia veniunt appellatione spoliorum, etiam si Episcopus aliquando Ecclesiæ commodauerit.*

4 *Bulla Pij V. non comprehendit ea, quæ beneficiatus in vita post, vel ante renunciatum beneficium commutauit, vel donauit.*

5 *Acquisita per prælatum post beneficium ademptum censentur acquisita nomine Ecclesiæ, & de redditibus Ecclesiæ.*

De qua mobilium specie fiat spolium.

IN hac quæstione recurrendum est secundum Mainat. fol. 680. ad extrauagantem Pij V. in hac materia occasione spoliorum editam anno 1567. Kal. Septembris Pontif. ann. 1. quæ incipit Romani Pontificis prouidentia la 1. & est in numer. constit. ipsius Pontificis xl i i i. in Bullario magno f. mihi 995. & in lib. Red. de Spol. in calce ipsius tract. fol. mihi 449. & apud Nauar. com. tit. de spol. ad cap. non liceat 12. quæst. 2. §. 8. fol. mihi 45. & nouissimè in summ. Bull. pag. 461. sub titul. spoliat. cleric. vbi etiam in fine addict.

Habetur igitur in dicta extrauaganti, Primo, quod
1 omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa, nec non Missalia, & Gradualia accantus firmi, & musicæ, alijque quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, seu Commendatarios, & alios quoscunque, quæcunque, & aliacunque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinum regularia in titulum, vel commendam, aut aliàs quomodolibet obtinentes quocunque nomine, vel titulo censeatur, etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habenda foret ad vsum, & cultum diuinum etiam in eorum priuatis ædibus, & cappellis, vel oratorijs destinata tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta omnino spectent, & pertineant, ac spectare, & pertinere censeantur ad singulas Ecclesias, monasteria, etiam conuentu carentia, & beneficia huiusmodi, in quibus residerint, aut quibus præfuerint aliaque obtinuerint.

Illaque post eorum obitum eisdem Ecclesijs, monasterijs, & beneficijs eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur etiam si in Romana curia, & procul ab illa decesserint, vel ad illa nunquam accesserint, ita vt liceat illis defunctis in eisd. Ecclesijs, monasterijs, & beneficijs successoribus, ac Ecclesiarum, & monasteriorum huiusmodi capitulis, Conuentibus respectiuè illa propria authoritate liberè apprehendere, ac eorum Ecclesijs, ac Sacristijs applicari, & incorporari.

Nec sub quibusuis facultatibus testandi, & aliàs disponendi de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet acquisitis per quoscunque Rom. Pontif. prædecessores, & successores dict. Pij V. ac per ipsum sub quibusuis tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis etiam motu proprio, & aliàs quomodolibet concessis, & concedendis comprehendantur, neque sub appellatione spoliorum veniant.

Ac quæcunque donationes, relicta, & legata testamenta, & codicilli, & aliæ vltimæ voluntates, seu spolia desuper contra dictæ constitutionis tenorem quomodolibet pro tempore facta quoad præmissa nulla, & inualida, nulliusque roboris, & momenti existant.

E personis etiam Ecclesiasticis, seu locis etiam pijs, aut Ecclesiis quibuscunque, in quorum, seu quarum fauorem pro tempore facta fuerint minimè suffragentur, nec eisdem personis, seu locis, vel aliis Ecclesiis huiusmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri possit.

Quinimo res sacras, ac alia bona prædicta quocunque nomine, vel titulo pro tempore detinentes ad illa cum effectu restituendum, & consignandum Ecclesiis, & monasteriis, ac beneficiis per defunctum quomodolibet acquisitis minimè attentis quibusuis dispositionibus de illis in contrarium quomodolibet factis omnino teneantur, & ad id per censuras, & pœnas etiam furti, & sacrilegii, ac alia iuris, & facti remedia opportuna cogi, & compelli possint, & debeant.

Quodque scamna quæcunque Cathedræ Arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideę etiam marmoreę mensę, & tabulę, ac quęcunque dolia, seu vasa vinaria vacua, & alia similia suppellectilia domestica per quosuis presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore decedentes tempore eorum obitus in Ecclesiis, seu eorum domibus Ecclesiarum earundem, vel alibi vbi vis locorum relicta sub spoliorum appellatione minimè veniant, nec pro spoliis vllo modo reputari possint etiamsi ex redditibus, & prouentibus, ac fructus beneficiorum, quę dum venirent obtinebant acquisita fuerint.

Et ideo collectores relinquant ornamenta, & paramenta, nec non vasa, & libros, aliaque diuino cultui dicata huiusmodi Ecclesiis, monasteriis, cappellis, & aliis beneficiis huiusmodi eorum rectoribus, & aliis prefatis liberè dimittant, & consignent, ac consignari faciant cum effectu, ac suppellectilia predicta locis, vbi constiterint relinquant.

Hęc est continentia dict. extrau. hic distinctè vt premittitur relata subnectam modo notabilia trad. per Nauar. vbi supra.

E primo, quoad primum genus bonorum supra

memoratorum animaduertit huiusmodi constitutionem esse nouissimam, quippe nunquam antea hoc statutum, imo ante hac horum aliqua fuisse spolia, illa valent, quæ erant empta redditibus Ecclesiasticis, alia vero, quæ ex alijs comparata essent patrimonialia, vel quasi, de quibus disponere eis licebat, & vt ibi dixit, ea quæ beneficiarij tenent empta de suis redditibus patrimoniorũ, & seruant in domibus suis, vt cum voluerint celebrent, vel celebrari faciant missas iure antiquo inter quasi patrimonialia annumerari poterant, cum etiam laici talia soleant habere, & in hæredes transmittere subiungens, quod licet res sacræ nullius hominis sint, vsus tamen illarum honestus, & religiosus potest esse etiam apud laicos.

Secundo aduertit præfata bona comprehendi in d.
2 extrauag. etiamsi non essent aliqua benedictione consecrata.

Non tamen comprehendi illa, quæ beneficiarij habent empta ad donandum alicui Ecclesiæ diuersæ à sua, vel ad permutandum cum aliquibus eiusdem generis, vel alijs sibi necessarijs.

Et quod hæc noua constitutio excipit à iure antiquo solum ea, quæ sunt ad vsum Ecclesiasticum destinata, seu deputata.

Hinc esse, quod non comprehendit in prædicti
3 aulea & tapetes, quæ beneficiarius habet principaliter ad domum suam ornandam, licet non vnquam ea commodet Ecclesiæ, vel alijs adagendum festiuiores dies sacros.

4 Neque comprehendit ea, quæ in vita post, vel ante renunciatum beneficium commutauit, vel donauit.

Faciens quoque illationem, quod si quis beneficiarius in nundinis emisset multos calices sacros, & multa ornamenta ad celebrandas missas idonea, multa etiam missalia, & libros musicos quo alijs, & alijs ea venderet non teneri ad relinquendum illi Ecclesiæ sui beneficij, si morte præuentus non potuisset illa vendere.

In tertio notabili, quod est speciale ad §. insuper aduertit.

Quod etiam scamna, Cathedræ, Arcæ, & cætera bona, quæ secundo genere, siue secundo loco, vt supra nominantur eximuntur à numero spoliorum, quamuis ex iure antiquo debuissent nominari si fuerunt quæsita à redditibus Ecclesiasticis, & ita, quoad hæc ius nouum induci licet quoad ea, quæ constarer esse comparata ex bonis patrimonialibus, vel quasi ius antiquum contineat.

Et sic, quod huiusmodi suppelectilia indistinctè permittantur hæredibus, etiam si alioquin diuites sint, quibus sine iusta causa non posse donari aliqua ex redditibus Ecclesiasticis quæsita sine intuito paupertatis sanciuerit Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de refor.

Subiungens tamen se consulere huiusmodi hæredibus diuitibus, quod tantundem in opera pia impendant quantum prædicta suppellectilia valere possunt, si eis constaret ea fuisse quæsita ex superfluis, quæ debebantur pauperibus, alioquin eos non fore securos quoad forum interius, cum ipsa extrauag. nulla contineat verba, que id efficaciter probent.

Ego autem in hac sententia manerem quando etiã hæredes huiusmodi suppellectilia locis vbi constiterint relinquant, & talem fuisse mentem summi Pontificis præter quam eo casu, quo ipsi compertum haberent ea fuisse à beneficiario, aliter quam ex fructibus ipsius beneficij comparata, & acquisita, quia certissimi iuris est, quod acquisita ex fructibus Ecclesiæ sunt successoris, & de illis testari non posse beneficium obtinentem cum administratione, nisi ex licentia Papę, sic affirmante Redoan. de Spol. q. 7. n. 16. & seq. & per plures tex. ibi relatos.

Et quod acquisita per prælatum præsumuntur acquisita de bonis Ecclesiæ ad trad. per eundem Redoan. quæst. 9. num. 33. & sequent. vbi tamen videre est propter distinctiones ibi ad plures casus relatas, & facit in 25. q. num. 4. vbi, quod acquisita post beneficium adeptum præsumuntur intuitu Ecclesiæ, & de redditibus Ecclesiæ acquisita, & in tantum valere illam præsumptionem, quod ex ea sententia ferenda sit pro Ecclesia, & prout ibi latè prosequitur, & comprobat.

RESOLVT. CCCCXXXIII.

1 *Equites Hierosolymitani post professionem sunt verè Religiosi, tenentur seruare statuta sui ordinis num. 2. & quicquid acquirunt acquirunt religioni nu. 3.*

4 *Licentia, siue assensus disponendi de bonis in vita non extenditur ad tempus mortis, & è contra.*

5 *Prohibitio alienandi facta equitibus Hierosolymitanis non extenditur ad mobilia.*

6 *In vltima voluntate non disponunt, nec de mobilibus, nec de immobilibus absque licentia magistri, vel capituli.*

An bona equitum Diui Ioannis cadant sub spolio.

IN hac quæstione dico quatuor, Primo quod recurrendum est ad statuta dicti ordinis, ac religionis, vt rectè probauit post alios Azor lib. 12. moral. cap. 11. quæst. 5. nam post emissam professionem sunt verè
1 religiosi, & gaudent priuilegio religiosorum, vt notat author citatus, & probat Abb. in rub. de irregularitat. vbi alij Canonistæ de Franchis in decis. 479. & alij innumeri quos recollegi ego ipse in collect. decis. cap. 26. & in prax. alienat. rer. Eccles. decis. 76. & alibi Rodriq. to. 3. quæstion. regul. quæst. 1. art. 7. & consequenter per emissam professionem tenentur seruare
2 statuta dictæ religionis, nam illis ligantur, & idcirco quæst. proposita decidi debet secundo prædicta statuta, quæ dum casus accidit adamussim vidi, & consequenter hic subijciam.

Dico secundo equites Hierosolymitani quicquid acquirunt religioni acquirunt quoad proprietatem, sibi verò quoad vsumfructum vita durante, ita habetur in constitutionibus dictæ religionis tit. 16. in rubr. de contract. & alienation. cap. 10. cum duobus seq. ibi ideo sancitum est, quod Fratres ordinis nostri, qui per emptionem, donationem, aut alia quacunque ratione bona, prædia, census, seu annuos reditus, vel iurisdictionem acquisiuerunt, & sibi vendicauerunt nullo pacto absque Magistri, vel Capituli generalis consensu vendere, alienare, &c. vbi disponitur, vt licentia debeat obtineri in scriptis à dicto magistro, vel capitulo generali, & debet esse in specie, & in vita, & in morte, quia si esset licentia disponendi in vita non extenditur ad tempus infirmitatis, ex qua decesserit, quia debet in specie hoc constare in ipsa licentia, & quicquid in contrarium gestum fuerit est irritum, cassum, nullum, & pro non facto, vt in dictis iuribus habetur, & est etiam clarum secundum ius commune, quoniam licentia,
3 siue assensus disponendi de bonis in vita non extenditur ad tempus mortis, & è contra, vt multis iuribus, & doctorum authoritatibus probant Freccia in tract. de subfeud. lib. 2. quæst. 4. cum pluribus sequent. Molin. de primogen. Hispanor. lib. 2. cap. 11. Surdus decis. 323. & sæpè alias, & ad plura inferunt, quæ omitto, nam clarum est assumptum, licentiam esse stricti iuris, & tantum extenditur quantum sonat non aliter.

Dico tertio prohibitionem prædictam non habe-
5 re locum in bonis mobilibus dictorum militum, quia dum prohibitio expresè loquitur, & specificè de bonis immobilibus, vt patet ex verbis relatis num. 4. non

4. non se extendit ad bona mobilia, quia statuta prohibitiua non se extendunt vltra casum expressum, vt est clarum secundum omnes, & pluries fuit repetitum par. 1. & etiam supra cons. 17. quod magis patebit ex sequenti dicto.

6 Dico quarto milites Hierosolymitani non possunt in vltima voluntate disponere de bonis immobilibus, nec etiam mobilibus etiam per ipsos acquisitis sine licentia magistri, vel capituli generalis ipsorum militum, hoc dictum est clarum, quoad vtramque partem secundum dicta statuta; prima pars patet ex discussis in primo dicto, secunda probatur etiam ex eisdem constitutionibus titulo quinto de communi errario cap. 20. & 21. & in nouis statutis vulgariter editis de anno 1597. cap. 33. vbi disponitur, quod bona mobilia dictorum militum spectant ad commune ærrarium dictę religionis, nisi essent vasa, vel bona destinata ad cultum Ecclesiæ, quia tunc ad Ecclesiam dictæ religionis pertinent, vel quando sunt bona cappellanorum, seu Fratrum de obidientia dicti ordinis, tunc iure spolij pertinent ad illos commendatores, in quorum commendis Prioribus, per Baiuliuatibus residentiam, aut stagium tales cappellani habuerunt, vt habetur loco cit.

RESOLVT. CCCCXXXIV.

1 *Spolium non fit de ornamentis, paramentis, missalibus, vasis, libris cantus firmi, & aliorum similium.*
2 *Item nec cadent in spolio scamna, arcæ, cathedræ, dolia vacua, & simile.*
3 *Nec bona patrimonialia beneficiatorum, & quæ eis ex aliqua successione obuenerunt, nam de eis possunt disponere.*
4 *Quæsita ex bonis Ecclesiasticis ab intestato succedentibus obueniunt, si verò non adsint, Ecclesiæ quibus beneficiati præfuerunt incorporantur.*
5 *Redditus beneficiorũ cadunt sub spolio non autem aliunde quæsita ratione ordinis, nec ea quæ beneficiati seruant parcius viuendo n. 6. vel literas docendo n. 7. vel pro expeditione bullarum erogata, n. 8.*
9 *Spolium non fit quando beneficiorum fructus triginta ducatos non excedant.*
10 *Factum, quod potest se habere ad delictum, & non delictum præsumitur in meliorem partem.*
11 *Bona empta per beneficiatum de fructibus beneficiorum pro sua Ecclesia, vel quæ locis pys tradidit non cadunt sub spolio, nec acquisita de distributionibus quotidianis num. 12.*
12 *Incolarum vrbis bona, & Romanam curiam sequentium non cadunt sub spolio.*
13 *Facultas testandi non suffragatur clerico si non testetur.*

De quibus rebus non fit spolium.

EST notandum secundum Leonem in praxi Archiepiscopali, quod omnia, & singula ornamenta,
1 & paramenta, ac vasa, nec non missalia, & gradualia, ac cantus firmi, & muticæ aliique quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ etiam auri, & argenti, ac quæcunque alia bona per quoscunque prælatos, & alios quoscunque beneficia Ecclesiastica cum cura, & sine cura sæcularia, & quorumuis ordinum regularia quomodolibet obtinentes ad vsum, & cultum diuinum, etiam in eorum priuatis ædibus, & cappellis, vel oratorijs destinata tempore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato relicta spoliorum appellatione non veniant, sed eadem ad Ecclesias, quibus d. defuncti præfuerunt spectare, & pertinere decreuit, vt in ea constitution. Pij V. sub dat. Romæ anno 1567. in Bullar. Roman. cap. 44. & per Nauar. in §. 8. num. 2. de spol. cleric.

Secundo nec cadunt in spolio quæcunque scamna,
2 cathedræ, arcæ, & etiam ligneæ, vel lapideæ, etiam marmoreæ mensæ, & tabulæ, ac quæcunque dolia, seu vasa vinaria vacua, & alia similia suppellectilia domestica, vt idem Pius V. statuit in ea constit. §. insuper, & similium appellatione omnia alia lignaminum mobilia cuiuscunque qualitatis existentia, comprehensa censentur, & hæc expresse sunt exclusa, & Ecclesijs incorporata per dictam Pij Quinti constitutionem ibi, eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur, quæ significant sententiam iuris glos. in cap. in penis de reglu. iur. in 6. Felyn. post alios quos citat in capitulo Rodulphus num. 28. de rescript. & Nauar. eod. comment. de spol. cler. §. 8. n. 5.

Tertio præter exempta per dictam constitutionem
3 sunt etiam à numero spoliorum exempta omnia bona patrimonialia, vel causa donationis successionis, seu legatorum, aut ex fructibus eorundem bonorum patrimonialium, & donationum, vel successionum acquisita, de quibus beneficiati liberè testamento donatione, vel quocunque alio modo, & titulo disponere possunt cap. quia nos, & cap. relatum il 2. de testamentis cap. 1. de succes. ab intest. Innoc. in c. cum in officijs num. 2. vers. si autem eod. tit. Bal. in auth. licentiam C. de Episcop. & cler. Alexand. in consilio 101. n. 2. lib. 7. Corn. cons. 314. n. 2. vol. 3. & in cons. 79. numero 3. vers. tamen secus est in aliunde quæsitis &c. vol. 4. Nauar. eodem com. de spol. cler. in princip. num. 2. vers. dixi quæsita ex bonis Ecclesia-
4 sticis, & ab intestato decedentibus dicta bona ad consanguineos, qui eis ab intestato legitimè succedunt denoluantur, & sine legitimis successoribus decedentibus Ecclesijs, quibus defuncti præfuerunt incorporantur, vt in auth. de Eccles. tit. 9. interdiximus vers. si quis autem Episcopus col. 9. cap. final. 12. q. 5. glos. fin. in cap. requisiti ext. de testam. & in cap. 2. de successoribus ab in testa. & Innoc. in d. c. cum in officijs n. 5.

Quarto bona quasi patrimonialia, quæ sunt quæsita ratione clericalis ordinis, vel officij alia ratione, quam iuris percipiendi fructus beneficiales, vt quæ sacerdotes pro eleemosyna recipiunt missas celebrando, cappellanos agendo, prædicatoris, confessarijve munera, aut alios spirituales actus exercendo, & vicarij generalis, aut aliud officium Ecclesiasticum temporale administrando cap. quia nos, & ibi Innoc. de testamen. cap. relatum §. cæterum, eodem tit. & post Abb. Hott. Card. & Franc. tenet Nauar. in d. tract. de redd. Eccles. q. 1. mon. 19. n. 1.

5 Et ratio differentiæ, quod redditus beneficiorum cadunt sub spolio, non autem quesita ratione ordinis clericalis, ea est, quod bona beneficiorum habent onus dandi superflua pauperibus, & ratione ordinis quæsita tribuuntur eis sine vllo onere. Nauar. eodem mon. 19. in fin.

6 Quinto beneficiati de his, quæ de suo honesto victu parcius viuendo seruant, licite disponere possunt, quia eo modo sua quasi industria, & labore quæsita censentur patrimonialia, quæ propterea in spolio venire non possunt, vt sensit Sanctus Thomas 2. 2. q. 181. articul. 7. Maior in 4. dist. 24. q. 17. probant Adria. in 4. de rest. q. 12. & Sot. lib. 10. q. 4. artic. 3. de iust. & iur. quos sequitur approbando, tenendo, & firmando d. conclusionem Nauar. d. tract. de redd. Eccles. mon. 76. n. 1. tom. 1.

7 Sexto quæsita alias literas docendo publicè, vel priuatim legendo, dummodo sine præiudicio residentiæ quo ad beneficiatos obligatos ad residẽtiam personalem, quæ dicuntur etiam quasi patrimonalia, & præsertim si ob tenuitatem beneficiorum, ac necessitatem, vel inopiam insurgentem hæc officia exerceã-

tur l. legatis §. si ex officio, & ibi glos. in versic. officium, & Bart. num. 2. de leg. 3. & Innoc. in cap. cum in officijs num. 4. de testam. quia ex legitimo artificio quæsita dicuntur d. cap. relatum §. cæterum cum alijs supra alleg.

8 Septimo donata in vita saltem, quæ iustè donantur loco eorum, quæ de proprio pro expeditione bullarum Episcopatuum, vel aliorum beneficiorum, & in paramentis Ecclesiasticis, ac mobilibus in paranda domo ante fructuum beneficiorum perceptionem exponuntur, quæ proculdubio exposita non fuerunt ex redditibus Ecclesiasticis, & tunc loco eorum, quæ Ecclesiæ acquiruntur, ne sub spolio cadant beneficiarius poterit tantundem tuta conscientia, & legitimè in vita donare c. iniunctum §. item, & cap. seq. 12. q. 2. Nauar. eodem com. de spol. cler. §. 6. num. 2. ante versic. 3. noto, & tit. de reddit. Eccles. quæst. 1. mon. 27. num. 3. circa fin. eademque ratione tit. donationis possunt legitimè Sacerdotes fratribus, aut alijs consanguineis rusticis, aut alias pauperibus donare, qui (vt fere fit) labore, sudore, industria, ac expensis fratrum, vel parentum rusticorum laborantium in scolis ad ediscendum, donec ordinem sacerdotalem suscipiunt, manutenentur, quia ad antidora sunt obligati, & donant ad extinctionem debiti præcedentis.

9 Octauo nullum spolium cameræ fieri, nec quicquam à quibusuis spoliorum cameræ collectoribus exigi, vel percipi potest per obitum eorum, qui dum viuerent vnum, vel plura beneficia Ecclesiastica, obtinebant, cuius, vel quorum fructus redditus, & prouentus triginta ducatorum auri de camera secundum communem æstimationem valorem annuum non excedebant, aut qui pensiones annuas super quibusuis fructibus Ecclesiasticis vsque ad d. valorem annuatim, & non vltra perceperint, vt in dict. constit. Pij Quinti in Bull. Rom. cap. 43. & in dict. com. de spol. cler. §. 8. num. 1. versicul. præterea, & num. 7. quia cum ex similibus beneficijs, & redditibus vix possit quis propter eorum tenuitatē sustentari si quis non excedens dictos annuos redditus nihilominus post obitum relinquat bona acquisita, pecunias, aut mobilia præsumuntur acquisita ratione ordinis clericalis officij Ecclesiastici, aut alterius legitimi exer-
10 citij, quia quando factum potest se habere: ad delictum, & non delictum præsumitur in meliorem partem Bart. in l. non solum §. sed vt probari ff. de nou. op. nunc. Abb. in cap. auditis, & ibi Felynus numero 33. de præscrip. & in cap. præsentia numero 13. vers. sed vltra de probat. & Gabr. in cons. 175. numero 2. vol. 1.

Nec obstat, quod res, quas clericus post clericatum acquisiuit præsumantur de redditibus Ecclesiæ acquisita, vt per Innocen. eod. capitul. cum in officij num. 3. de testam.; Innoc. enim loquitur, & eius dicta procedūt in bonis à prælatis defunctis relictis qui amplos redditus habebant, sed hoc casu, quo beneficiati iure nouo per dictam constitutionem inducto habent legem certam, & fauorabilem, qua non excedens annuum redditum Ecclesiasticum triginta ducatorum non faciunt spolium, si acquirunt præsumuntur legitimè acquisiuisse, vt sensit Innoc. in dict. cap. cum in officijs n. 3. vers. quidam tamen, & hæc præsumptio in iure, & maiori verisimilitudine fundata contrariam præsumptionem excludit cap. quia & c. literas extra de præsumptionibus, & ibi Innoc. eod. num. 3. & cum fundamentum intentionis cameræ consistat in illicitis, quæ prętenduntur ab Ecclesiastico gesta illud probare tenetur, cum etiam reus in excipiendo efficiatur actor, & eius exceptionem probare teneatur l. 1. ff. de exceptionibus Felyn. in c. iudicis num. 33. de præscrip. maxime si hæres repe-
riatur in possessione, quia tunc non est priuandus, donec probetur bona cadere sub spolio, & cameræ onus probandi incumbit c. nulli iunct. glos. 12. q. 5. & glos. in cap. sint manifestæ in ver. probatur in fin. eod. causa. quæst. 1.

Nono nec cadunt sub spolio, quæ beneficiatus
11 dum viueret emit ex redditibus Ecclesiasticis pro sua Ecclesia, vel ei, aut aliis Ecclesiis, vel locis piis tradidit sine fraude, vt si quis fundaret beneficium Ecclesiasticum, & emeret redditus pro dotandis amore Dei puellis, aut ad alia opera pia erogarent dummodo ipso viuente dominium fuerit translatum, quia tali casu tempore mortis Ecclesia, seu alia loca pia habent dominium, & possessionem, & tunc beneficiatus est eisdem bonis exutus, quæ propterea non vacant, nec in spolio cadere possunt Nauar. in d. com. de spol. cleric. §. 1. num. 4. §. 6. num. 2. iunct. vers. tertio noto.

12 Decimo nec fit spolium de distributionibus quotidianis, quia efficiuntur bona propria clericorum, vti quæsita ratione laboris, & legitimi seruitii, de illis Ecclesiastici disponere possunt Gemin. in capitul. præsenti de offic. ord. in 6. Dec. in consilio 280. columna 1. Couar. in cap. cum in officiis numero quarto, de testam. Redo. in tractat. de spol. Eccles. q. 1. numero vigesimo septimo, versic. vlterius canones permittunt, & Paris. qui de communi testatur in consilio 33. col. 2. vol. 4.

13 Vndecimo non cadunt sub spolio bona à quibuscunque vrbis incolis, seu curiam Romanam sequentibus mobilia immobilia se mouentia, pecuniæ localia, siue monilia, actiones, res, & iura quæcunque ab eisdem incolis, & curiam Romanam sequentibus in dict. vrbe, & eius districtu consistentibus empta, aut aliàs quouismodo quęsita si eos in d. curia, seu eius districtu decedere contigerit, de quibus testamento, aut alio titulo disponi potest, & decedentibus ab intestato proximiores agnati succedunt vt in extrauagant. Pauli III. sub datum Romæ 1549. sexto Idus Martij, vt per Nauar. eodem com. §. 6. numero primo, sed quia dictæ extrauagantis vigore fuerat concessa facultas testandi in fauorem propriorum filiorum illegitimorum, seu spuriorum, ac de iure incapacium, seu aliàs prohibitorum Pius Quintus ex causis adductis facultates testandi, aut quouis alio modo disponendi de acquisitis ex bonis Ecclesiasticis, ac de alijs rebus etiā proprio labore partis ad commodum illegitimorum etiam legitimatorum, & habilitationes illegitimis ad succedendum in bonis feudalibus, & emphyteuticis Ecclesiasticis concessas reuocauit, vt in constitut. tit. sub datum Romæ anno 1570. sexto Calend. Februarij, vt in Bullar. Romano capitulo 120. Ac demum reuocationem ampliando illam procedere voluit etiam quoad bona patrimonialia Ecclesiasticorum, in quibus illegitimi, aut alias de iure incapaces, nec hæredes instituì, nec succedere posse decreuit, vt in literis sub annulo Piscatoris expeditis datum Romæ die septima Martii 1572. in eod. Bull. cap. 152.

Vltimo non cadunt sub spolio, bona Ecclesiasticorum decedentium condito testamento, modo sint le-
14 gitima facultate testandi suffulti, quæ tamen non suffragantur, si qui illam obtinuit non testetur argument. l. hac consultissima, & l. ex imperfecto C. de testament. & Nauar. dict. com. §. 7. numero sexto, nisi in eadem facultate caueatur, quod etiam ab intestato proximiores in gradu succedant, quia tunc contra cameram Apostolicam lata interpretatio est facienda argument. text. in l. 3. ff. de constitut. princip. quem sequitur Bartol. in l. si quando numero primo, C. de inoffic. testament. & solus Papa facultatem testandi concedere potest Nauar. eodem commen. §. 9. nume-
ro,

ro, quia ipſi ſoli, vti vniuerſali Domino bonorum omnium Eccleſiaſticorum dominium eſſe, & D. N. I. Chriſti, non ſolum ea ratione generali Domini eſt terra, & plenitudo eius, ſed etiam ſpeciali cenſura, & diſpoſitione hominum, & hoc eſſe certum, & de fide tenet Nauar. in tractat. reddit. Eccleſ. quæſtione prima, mon. 40. numero octauo, & quocunque caſu hæc omnia procedunt duobus concurrentibus, vno in abſtinendo videlicet ab illicita negotiatione, & aliis à ſacris canonibus prohibitis, & altero in faciendo nempe reſidendo, ſi ipſi habeant beneficia perſonalem reſidentiam requirentia ex alibi allegatis.

RESOLVT. CCCCXXXV.

1 *Expenſa funeris, & infirmitatis, debet fieri de bonis ſpoliorum prælati, non autem de bonis patrimonialibus.*
2 *Quæ circa prælati cadauer verſantur, pertinent ad Eccleſiam, quæ verò in apparatu, ad hæredes.*
3 *Expenſæ funeris quæ pertinent ad ſolatium viuorum, ſpectant ad hæredes.*
4 *Veſtes lugubres factæ famulis Epiſcopi defuncti debent deduci, & perſolui ab Eccleſia, ſeu camera quæ ſuccedit.*

Camera Apoſtolica, quę ſuccedit in ſpoliis, an teneatur ad expenſas funeris.

PRo reſolutione dubii prædicti, præmittendum eſt, quod Panormit. in capitul. vt præteritæ de elect. & in capitulo primo, de ſolut. tenuit expen-
1 ſas funeris, & infirmitatis debere fieri de bonis ſpoliorum, non autem de patrimonialibus prælati, ſi illa reliquerit, vt ita etiam indiſtinctè habetur per Franciſ. Marc. in deciſione 43. voluit etiam Ioan. Franciſ. in tractatu de officio, & poteſtate ſede vacante quæſtione octaua, & Vbald. in tractat. de canon. Epiſc. & paroch. capitulo decimo tertio, & Abb. in diſputation. incipient. Sempron. clericus in 1. dubio inquit, quod ea, quæ circa prælati cadauer ver-
2 ſantur ad Eccleſiam pertineant, quæ verò in apparatu erogantur, ad hæredes prælati, & videtur voluiſſe idem Abb. in capitul. vt præteritæ column. penultim. de election. tradit Dec. conſil. 157. numero primo, volumine 1. in funere Cardinalis Trimultii.

In hoc autem articulo eſt etiam Capycii deciſ. 84. qui reſoluit dubium cum diſtinctione, cuius deciſionis tenor eſt videlicet.

In cauſa Reuerendi de Corduba Epiſcopi Scalenſis, cum Magnificis Vito Piſanello, & fratribus ſuper ſpoliis dicti Epiſcopatus, in qua ipſi de Piſanellis volunt deducere funeralia per eos facta quondam Epiſcopo prædeceſſori eorum Patruo, fuit dubitatum, an inter alia funeralia, dicti conuenti poſſint deducere culcitram ſericam, & ſepulchrum Marmoreum, ac veſtes lugubres factas ipſis nepotibus, earumque vxoribus, filiis, ac filiabus, & generis, ſeruitoribus quoque Epiſcopi prælibati, allegabatur pro reis conditio defuncti, quia Epiſcopus, item, quia ſolitum eſt Neapolitanorum Epiſcoporum decedentium, qui cum dicta pompa ſepelliuntur, item quia in funerum impenſa omnia prædicta venire intelliguntur, verum Abbas in diſputatione ſua incip. Sempronius clericus ſuper primo dubio concludit, & tenet, quod quædam ſunt impenſæ funerum, quæ tendunt ad remedium, ſeu ſolatium animæ defuncti, vti impenſa, quæ fit circa clericos confluentes ad officium ſepulturæ, & in ſimilibus, & in iſtis tenetur Eccleſia, etiam ſi defunctus alium hæredem habeat in patrimonialibus, quædam impenſæ ſunt,
3 quæ tendunt ad viuorum amicorum ſolatia, vt apparatus funeris, conſtructio ſepulturæ ſpecioſæ, exequiarum pompa, qua multi induantur veſtibus luctuoſis, & in his Eccleſia non tenetur, & eandem diſtinctionem firmat idem Abb. in capit. vt præterita de electione, ego fui in voto ob dictam authoritatem, quod pauca reperiuntur in funeribus prælatorum ad quæ Eccleſia ſit obligata, niſi tantum ad medelas ad debita defuncti ex ſpoliis tamen ſoluenda, & ad funeralia, dempta tamen culcitra, & cantaro, ac veſtibus lugubribus, & quoad authoritates, & iura, quæ volunt iſta venire appellatione funeralium intelliguntur, quando quis eſt de ſuo ſepeliendus, non in prælato, bene votaui, quod veſtes lugubres factæ fa-
4 mulis Epiſcopi deduci debeant, D. Martialis commiſſarius volebat, quod veſtes factæ Nepotibus deducantur, alia non, præterquam ea, quæ dixi ſupra in voto meo, D. Mercerius concurrebat mecum, ſed volebat, quod cantarus etiam deduceretur D. Ioan. de Palmerio erat in voto, quod omnia deducerentur iuxta eorum intentionem d. Viceprothonot. in effectu mecum concurrit.

RESOLVT. CCCCXXXVI.

1 *Succeſſor in prælatura tenetur ad ſolutionem debitorum contractorum occaſione Eccleſiæ.*
2 *Camera ſuccedens prælato, ſeu beneficiato habenti adminiſtrationem tenetur ad debita contracta occaſione Eccleſiæ.*
3 *Beneficiatus non habens adminiſtrationem, facit fructus ſuos, & poteſt de eis teſtari ab inteſtato tamen ſuccedit Eccleſiæ.*
4 *Sufficit aſſertio, ad probandum quod prælatus contraxerit debita occaſione Eccleſia.*

Camera Apoſtolica, quæ ſuccedit in ſpoliis an teneatur ad omnia debita prælati defuncti.

EX textu in c. 1. de ſolut. expreſsè diſponitur, ſucceſ-
1 ſorem in prælatura, teneri ad ſolutionem debitorum contractorum occaſione Eccleſiæ tantum, & ita not. ibi Do. Abb. Do. de Rot. deciſ. 41. alias 855. incip. cum Camera Apoſtolica, dixerunt poſſe fieri diſtin-
2 ctionem in habente adminiſtrationem, & non habente: Primo caſu dicunt teneri Cameram Apoſtolicam, ſiue ſucceſſorem, etiam de fructibus perceptis in vita prædeceſſoris ad debita contracta occaſione Eccleſiæ, & ad quæ ſolum tenetur Eccleſia d. c. 1. de ſolu. Secundo caſu teneatur ad omnia debita, quatenus ſufficerent fructus, & prouentus, quos ante mortem fecerat ſuos, quia talis beneficiatus non habens admi-
3 niſtrationem, omnes illos fructus, & prouentus perceptos in vita ſua, adeo facit ſuos, quod poteſt teſtari de illis, & niſi teſtetur de illis ab inteſtato ſuccedit Eccleſia argu. not. per gloſ. in cap. preſenti de offi. ordi. lib. 6. ſed hoc hodie non puto procedere, cum omnia ſint ſpolia. Franciſ. Marc. in allegata deciſio. 437. primo tomo, nulla facta mentione de dicta deciſio. Dom. de Rota ſimpliciter dicit, quod Camera Apoſtolica, ſeu ſucceſſor in beneficio, ſeu prælatura teneatur ad debita contracta occaſione Eccleſiæ, & quod non requiratur probatio, quod debita ſint contracta occaſione Eccleſiæ, ſat enim eſt, quod appareat ex aſſertione,
4 quod Eccleſiæ occaſione ſit contractum debitum, vel aliter appareat, prout etiam tenuit Abb. in dict. capitulo primo, de ſolutio. ſequen. opin. Hoſtien. in cap. grauis extra de pact. ad quem etiam ſe remiſerunt Domini de Rota in d. deciſ. in fine.

RESOLVT. CCCCXXXVII.

1 *Si conſtat prælatum in teſtamento reliquiſſe res Eccleſiæ, collector Cameræ Apoſtolicæ immittendus eſt in poſ-*

in possessionem hæreditatis.

2 *Si dubitatur an prælatus reliquerit res Ecclesiæ, non est excludendus hæres ab intestato.*

3 *Possessio, quæ est apud Episcopum, est nomine Ecclesiæ.*

4 *Si bona prælati reperiuntur penes hæredem, non spoliabitur de facto.*

Concurrente collectore Apostolico cum hærede instituto à prælato quid faciendum.

POne secundum Foller. in constitut. prima, de summa Trinitate, & fide Catholica, quod prælatus faciat testamentum, & instituat hæredem aliquem, & hæres virtute testamenti non aboliti, neque vitiati, & cancellati petat se immitti in possessionem collector spoliorum pro Camera Apostolica, vult se ex aduerso immittere, & apprehendere bona, quid faciet iudex, hanc quæstionem latè tangit Inno. in c. cum in officijs de testa. & tandem distinguit, quod vbi constat in testamento prælatum reliquisse res Ecclesiæ, absque dubio collector immittendus est, & expelletur hæres, & si propria authoritate se in illis immiscuisset, punietur pœna constitution. si quis in tantam, nec contradicunt, quæ superius dixi ex doctr. Innocent. & Bald. illa enim proceduut vbi non appareret, quod essent Ecclesiæ. Sin autem dubitabitur, in illis bene potuit se immiscere hæres, maxime, quia nemo præsumitur immemor salutis æternæ, & præsertim ipse prælatus in vltimis constitutus, & sic relinquendo hæredem, præsumptio resultat, quod non feciset, si illa bona essent Ecclesiæ, non tamen loquitur, an iudex requisitus debeat illum immittere in possessionem, sed quod ipse hæres licitè occupabit illa bona, Abb. in c. cum esles eod. titul. in rep. numero 21. cum seqq. latius punctum quæstionis tangens dicit, quod vbi dubitatur an illa bona fuerint acquisita ante promotionem hæres tuebitur in possessione, quousque constet de iure Ecclesiæ, & tunc præsumuntur acquisita tam de redditibus proprijs, quam Ecclesiæ, & ideo de illis omnibus testari non potuit, & sic loquitur etiam ipse de hærede, qui de facto occupauit bona defuncti, non autem quando petitur à iudice, vt immittatur, & hoc etiam casu videtur loqui Cardinal. in consil. 79. incip. Redemptoris nostri, & Inno. in dict. capitul. cum in officijs, sed posset dici, quod hæres institutus non sit immittendus, nam possessio quæ erat apud Episcopum erat nomine Ecclesiæ, & continuatur in eius successorem, qui hodie est Camera Apostolica, absque corporali appræhensione, quia illa est penes Ecclesiam semper; quæ non mutatur, nec variatur, licet prælati mutentur secundum Innocent. in capitul. cum semper. de caus. possess. & prop. & in capitul. in officijs de testam. Bart. in l. 1. §. vltimo ad fin. & in l. cum hæredes in princ. & ibi Alexand. vltim. de acquir. possess. Cast. in l. si sorori post med. C. de iure delib. Guido Papæ decisio. 335. vtrum prælatus, & decisio. 629. & Tiraquel. in tra, le mort. saisit le vifs. in præsa. in verbo. declara, vnde cum possessio sit penes Ecclesiam, hæres non potest in illam immitti, quia immittendus est hæres in possessione illorum bonorum, quæ tempore mortis reperiuntur possideri per defunctum, secundum doctor. in dict. l. final. C. de edicto Diui Hadri. tolle. sed possessio prælati erat nomine Ecclesiæ in eius vita, & in eius morte est Ecclesiæ, ergo cessat immissio, & legitimus contradictor erit collector spoliorum, eo enim ipso, quod bona reperiuntur penes Ecclesiam tempore mortis prælati incumbit hæredibus probare, quod illa non sint Ecclesiæ, & ex consequenti in illis non immittetur hæres, & bona reperiuntur penes Ecclesiam, quando remanserunt in domibus Episcopi tempore mortis, & nondum fuerunt occupata per hæredem, seu alium: putarem tamen distinguendum, quod aut bona relicta per prælatos post obitum reperiuntur penes hæredem, & tunc non spoliabitur, sed audietur, & discutietur si bona illa sint Ecclesiæ, vel prælati propria, aut bona reperiantur in domibus prælati, non occupata ab illo, & superueniat hæres, & petat se immitti in possessionem illorum vigore testamenti, & collector spoliorum contradicat, & ipse petat immitti, & tunc non putarem erroneum sub sequestro illa poni cum fideli, & solemni inuentario, & interim discuti si sint de Ecclesia, vel de patrimonialibus, aut aliunde quæsitis, & ita seruatum fuit, in spolijs Archiepiscopi Consani, qui Salerni obijt, & fecerat testamentum, & instituerat hæredem hospitale Incurabilium Ciuitatis Neapolis, quod habet priuilegium, quod quilibet Episcopus possit testari, & ei relinquere, & prædicta intelligo, vbi dubium esset, an essent Ecclesiæ, vel propria; aut bona reperiuntur penes tertium, qui ius, vel aliquid in illis prætendat, & reperiatur in possessione de facto, & tunc forte posset attentari, quod in illis immittendus esset hæres scriptus saluo iure Ecclesiæ, & deinde audietur collector spoliorum, de quo vide Abb. in capitulo tertio, de pecul. cleric. vbi tangit quæstionem, sed quomodo auferetur possessio ab illo tertio possidente, cum etiam si timeret, ne partes deuenirent ad arma, non esset auferenda possessio à possessore: ita Bald. in l. æquissimum ff. de vsufructu in §. Iulianus, posset dici, quod procederet, quando ille tertius non contradiceret, vel non prætenderet ius totale in illis bonis, cogitandum adhuc relinquo.

1 2 3 4

RESOLVT. CCCCXXXVIII.

1 *Camera Apostolica succedit loco Ecclesiæ in bonis relictis per beneficiatum.*

2 *Aquisita per rectorem de bonis Ecclesiæ sunt ipsius Ecclesiæ.*

3 *Nemo potest plus iuris in alium transferre, quam sibi competere dignoscatur.*

4 *Bona per prælatum relicta acquiruntur Ecclesiæ, deductis oneribus.*

5 *Bona beneficiorum sunt deputata ad supportanda onera tota anno vsque ad nouos fructus.*

6 *Sub nomine spoliorum non veniunt paramenta deseruientia ad diuinum cultum.*

7 *Successor in Episcopatu, tenentur de spolijs, seu fructibus soluere salaria officialibus.*

Camera Apostolica an teneatur soluere salaria seruorum Episcopi mortui.

SVppositâ conclusione, quod reuerenda Camera Apostolica subintret in locum Ecclesiæ quo ad successionem in bonis per beneficiatum defunctum relictis, vt attestatur Redoan. in suo tractat. de sol. 4. par. numero 2. per decision. Rot. 855. incipit cum Camera Apostolica in antiquis in tit. de probat. & quod acquisita per rectorem defunctum de fructibus Ecclesiæ sint eiusdem Ecclesiæ, vt per cap. præsenti de offic. ordin. in 6. & in cap. relatum 162. de testament. & cap. quia sæpe de elect. etiam in sexto, & quod Ecclesia habeat intentionem fundatam in eis, vt refert Abb. in capitulo primo, de pecul. cler. versicul. & nota sic, & quod d. reuerenda camera idem ius habeat per regulam, is qui in ius succedit alterius, illo iure, quo illo vti debet de reg. iur. in 6.

Tamen arguendo adduco aliam regulam in dict. titul. de regul. iur. in 6. nemo scilicet potest plus iuris in alium transferre, quam sibi competere dignoscatur. Ex qua regula arguo, quod camera non potest

test habere plus iuris, quam habebat Ecclesia, seu successor, & regula pro ipsa allegata retorquetur, scilicet, quod solum possit vti illo iure, quo poterat Ecclesia, vel successor, de iure autem bona per prælatum relicta, acquiruntur Ecclesiæ, vel successori
4 solum deductis, & solutis debitis, & supportatis oneribus incumbentibus vsque ad nouos fructus, & pro seruitoribus, & ministris Ecclesiæ, & sustentatione noui successoris, vt in cap. final. Porro de offic. ordinar. in 6. & ibi Ioan. Andr. Francisc. & Gemin. & notat Ludouic. Bolog. in addit. ad consil. Ioan. de Anan. 83. ad finem, & exceptio prædicta est fundata in bono, & honesto iure, quia bona, & fructus beneficiorum sunt deputata ad supportanda onera toto
5 anno vsque ad nouos fructus, vt not. Gemin. in dict. cap. final. Porro in 3. notab. & Gig. de pens. quæst. 39. numero 6. ad finem, & Couar. in libro 1. variar. resolut. cap. 15. num. 12. versic. prius tamen, alias enim si camera omnia haberet, Ecclesia defraudaretur debitis seruitijs, quia nihil remaneret pro necessarijs Ecclesiæ expensis faciendis, & esset contra mentem extrauag. Ioan. XXII. quæ incipit suscepti regiminis de elect. 2. & 3. qui statuit, quod successor tantum habeat de fructibus perceptis, quantum sufficit ad onera Ecclesiæ supportanda, quare priuilegia concessa Reuerend. Cameræ non debent esse in damnum alterius l. 2. §. si quis à Principe ff. ne quid in loc. pub. & quatenus essent in damnum restringi, vel reuocari deberent c. suggestum de decim. vbi doct. & assentit Gemin. in dict. cap. Porro in 2. quæst. vnde cum successor in beneficio teneatur ad incumbentia vsque ad nouos fructus, vt supra est allegatum, si camera in eius locum succedit ad ea etiam tenetur ex reg. qui sentit onus de regul. iur. in 6. res enim transit cum suo onere vulgata regula, & sic deducenda sunt, quæ pro obsequijs Ecclesiæ faciendis sunt necessaria, Abb. in cap. 1. num. 1. de solutio. item necessaria sunt pro expensis, & salarijs seruitorum, & familiæ, cap. videntes, & c. Episcopus, & cap. penul. his ita 12. quæst. 1. Innocent. in cap. indecorum de ætat. & qualit. ordin. ad finem, & distinctè secundum qualitatem personarum, prout magis, & minus conuenit tradit Flamin. Paris. in libro 5. de resignat. benef. quæst. 6. à num. 145. incipiendo à versicul. pendens igitur, vsque ad numero 154. vide Redoa. in dict. tract. de spol. quæst. 10. n. 36. vers. dicta decisio, & numero 37. neque sub nomine
6 spoliorum, veniunt paramenta, & alia ad vsum diuinum à defuncto rectore relicta, neque cathedræ scamna, & alia de quibus in Bulla Pij V. incipit, Romani Pontificis publicata anno 1567. quę omnia sunt a collectore relaxanda, tum Ecclesię, tum successoribus, tum etiam hæredibus, vt supra de iure est dispositum, & in proprijs terminis, quod de redditibus, prouentibus Ecclesiarum sunt exoluenda salaria seruientibus illis, vt etiam tenuit Castad. in decisio. 19. titul. de præben. vbi inquit, quod si non esset expressius verus valor, gratia non valeret, tamen ad fomentandum gratiam poterunt deduci salaria, quę dantur deseruientibus Ecclesię, & sic sustinebitur gratia, vt voluit Bartol. in l. diuortio in princip. ff. sol. mat. & voluit Abb. in c. relatum el 2. de testa. numer. 8. & adde, quod etiam successor in Episcopatu tenetur de spolijs, seu
7 fructibus soluere salaria seruitoribus, & officialibus, ita pulchrè in capitulo presens de officio ordina. libr. sexto, & capitulo, quia sæpe de election. eod. titul. clemen. statutum de electio. & voluit Abb. in cap. primo de solutio. inquantum suppetunt vires spoliorum, & pulchrè per Franc. Mar. in decisio. 436. in ea parte, vbi etiam ponit an pro illis debitis teneantur hęredes in patrimonialibus.

RESOLVT. CCCCXXXIX.

1 *Clerici sunt exempti ab exactionibus pro publicè necessitatibus.*
2 *Imponentes exactiones clericis sunt excommunicati.*
3 *Clerici non tenentur ad gabellam impositam à laicis pro reparatione murorum.*

An vt clerici teneantur ad collectas pro publicis necessitatibus impositis, requiratur licentia Pontificis?

1 QVicquid sit de iure communi, clerici regulariter sunt exempti, etiam quoad exactiones pro necessitatibus, & vtilitatibus publicis, & communibus, non obstantibus legibus ciuilibus, & regijs contrarium disponentibus, nam iure Canonico, cui omnino in hoc standum est ita clarè disponitur, vt in d. c. non minus, & c. aduersus de immunitate Ecclesiarum, quæ de exactionibus pro vtilitatibus, & necessitatibus communibus, expressè loquuntur, & eorum forma
2 seruanda est, alias imponentes, incurrunt excommunicationem, de qua ibi, & innouantur in Concil. Lateran. sub Leone X. sess. 9. de reform. Curiæ, & aliorum, §. & cum in bulla cœnæ Domini, c. 18. vbi excommunicantur imponentes, & exigentes huiusmodi collectas, & alia onera, sine Romani Pontificis speciali, & expressa licentia.

Et hanc sententiam contra legistas tenent Ioan. And. & Abb. à num. 18. & alij in dict. cap. non minus idem Abb. consil. 3. 1. p. Hostien. in summ. tit. de immunit. §. à quibus, versic. ad extraordinaria Bart. & Paul. in cap. ad instructionem C. de sacrosanct. Eccles. Iaf. in l. placet C. eodem n. 14. & 17. in 1. lectura, & in 2. n. 20. Berous consil. 31. vol. 1. Gregorius Lopez in l. 54. tit. 6. pag. 1. vers. en las calzadas, Ioan. Gutierez pract. 9. lib. 1. q. 3. & D. Sahagun in cap. 2. de iudiciis ex n. 25. ad 38. Angel. in summ. versic. immunitas §. 35. Sylu. eod. versic. 1. n. 20. Molin. d. disputat. 672. num. 4. & 5. Eman. Rodriquez in addit. ad explicationem bullæ cruciatæ §. 9. num. 72. & Card. Toletus in sum. lib. 1. c. 29. in Romana editione.

Et tenuit Rota in vna Valentina de anno 1596. coram Illustrissimo Pamphilio, nempe, quod clerici non
3 tenentur ad gabellam impositam à laycis pro reparatione murorum, pontium, viarum, nisi fuerit de licētia Papę ex dictis, in qua etiam 4. Decembris 1595. & 29. Ian. 1596. coram eodem fuit resolutum, inhibendum esse iuratis, & alijs litis consortibus, ne lite pendente exigant ab Ecclesiasticis dictas gabellas, cum habeant suam intentionem fundatam.

RESOLVT. CCCCXL.

1 *Prælatus viuens est vsufructuarius, & Ecclesia est domina.*
2 *Acquisita de bonis Ecclesiæ, sunt in prouisione Ecclesiæ.*
3 *Mortuo prælato, vsufructus consolidatur cum proprietate ad beneficium Ecclesiæ.*
4 *Mortuo prælato, si bona occupantur per hæredes, Ecclesia agit actione furti, & alijs actionibus domino competentibus.*
5 *Successor in beneficio consequitur ius à superiore, & non à defuncto, secus verò est in hærede.*
6 *Procurator Ecclesiæ est dicendus prælatus.*

Collector Apostolicus habet intentionem fundatum quod bona prælati sint quæsita intuitu Ecclesiæ.

QVod in titulo resolutum est, veritatis congruit, & probatur ex eo, quod prælatus viuens est vsufructuarius,

ctuarius, & Ecclesia est Domina, textus est formalis in cap. si quis sanè, quod est fin. & ibi per Doct. extra de pecul. cler. tex. in cap. res Ecclesiæ in cap. expedit. in cap. priuatum 12. quæst. 1. bonus textus in cap. Episcopi de rebus eadem causa, & quæstione vbi probatur, quod acquisita de bonis Ecclesiæ sunt in prouisione Ecclesiæ, notat expressè Innocent. in cap. indecorum extra de ætat. & qualit. & expressè glos. & ibi per omnes scribentes in cap. final. quod incipit præsenti de offic. ordin. in 6. tenet expressè Bald. in consil. 313. incip. præmittendum est ad euidentiam in secundo volumine: mortuo igitur prælato, Ecclesia remanet
3 Domina, & vsufructus prædictus extinguitur, & cum proprietate consolidatur, iuxta text. in §. finitur institut. de vsufruct. & in cap. fin. extra de pign. taliter, quod Ecclesia continuat dominium, quod viuente prælato habuerat, & ideo dicebat Ioannes Andr. in capitul. cum officijs columna secunda, versicul. sequitur extra de testament. quod mortuo prælato,
4 si talia bona occupentur per hæredes prælati, vel alium, Ecclesia non agit contra occupatorem crimine expilatæ hæreditatis, sed agit actione furti vi bonorum raptorum, rei vendicatione, vel alijs actionibus Domino competentibus, quia Ecclesia dicta bona vendicat non tanquam hæres, sed tanquam domina, & ad hoc accedant notata per Doct. & maximè per Panor. capitul. 1. in princip. extrà de solution. notat differentiam inter successorem in beneficio, & hæredem, qui dicit, quod successor in bene-
5 ficio ius consequitur à superiore, & non à defuncto, secus est in hærede, vt ibi per eum, & hoc de plano procedit respectu bonorum, vel pecuniæ, quæ remanserunt post mortem prælati, respectu autem actionis competentis pro rebus, vel pecunijs Ecclesiæ debitis, similiter est expeditum, quod actiones sunt taliter acquisitæ per Ecclesiam, quod prælatus habet exercitium dictarum actionum, ita quod actiones directæ sunt penes Ecclesiam, ita notanter dixit Innocent. quem ibi sequitur Philip. Franc. & cæteri
6 in c. præsentium de testib. in 6. & ideo prælatus dicitur procurator Ecclesiæ probat. tex. in cap. 2. extra de donat. & propterea debet agere, vel conueniri nomine Ecclesiæ, & non proprio, probat text. notab. in c. olim el 1. extra de restit. spol. c. querelam extra de elect. notant Doct. maximè Ioannes And. in c. ex literis extra de probation. & in cap. edoceri, vbi etiam per eundem Ioannem And. extra de rescr.

RESOLVT. CCCCXLI.

1 *Licentia testandi concessa à Papa, morte ipsius Papæ re integra expirat secundum Couarr.*
2 *Gratia etiam re integra, non expirat morte concedentis.*
3 *Facultas testandi non restringitur ad primum testamentum.*
4 *Prælatus vigore facultatis testandi, potest reuocare primum testamentum, & facere secundum.*
5 *Testamentum iam factum ex superueniente facultate testandi conualidatur.*

Nuncius Apostolicus, an possit facere spolium de bonis clericorum, cui concessa est facultas testandi; mortuo tamen Pontifice, qui concessit dictam facultatem.

TOta difficultas præsentis articuli, de quo sæpissimè consultus fui, versatur presertim in eo, an facultas testandi clericis, concessa morte Pontificis expiret, & consequenter si Nuncius Apostolicus possit facere spolium de bonis clerici, cui prædicta facultas erat concessa, si sede vacante, clericus ipse decessit testatus, & pro resolutione dicebam, quod Couar. in cap. cum in officijs num. 8. versic. quæ ratione extra de testamentis post Socin. iun. consi. 89.
1 lib. 1. firmare videtur, quod licentia testandi a Papa, prælatis concessa morte Pontificis (re integra) expirat ea ratione, quia hic actus odiosus est, & ideo morte ipsius authoris extinguitur.

Ipse verò contrarium verius esse ostendam ex eo, quia talis facultatis cõcessio sit gratia vt latè demonstrat Ioan. Mandosius de signatura gratiæ sub titul. de
2 licentia testandi, vnde sequitur, quod gratia etiam re integra morte concedentis non expirat, etiam si solo verbo facta est, ac desuper nulla confecta sit scriptura, Gabriel de præbendis conclusione 1. præsertim num. 1. & 2. cui addo Nattam in loco mox citando n. 5. & in terminis, quod huiusmodi facultas testãdi duret etiam post mortem Pontificis concedentis (reprobatis expressè Socino iuniore, & Couarru. vbi supra) firmat Franciscus Sarmient. de reddit. Ecclesiæ par. 4. versic. 2. cauendum est: prædictorumque fundamentis respondet, & pro hac parte se subscripsere Bursat. & Natta, qui in eademmet causa consuluerũt, ille consilio 29. lib. 1. hic autem in consilio 647. lib. 4. quam opinionem inuenio fuisse per Rotam amplexam de præsenti anno 1578. & die 24. Ianuarij in vna Pientina facultatis testandi coram R. P. Domino meo de Rubeis incipient. in quadam causa Pientina versus finem, ibi quantum verò attinet ad secundam principalem difficultatem etiam Rotali decisione fusissimè, sed tamen moderna methodo, iuribus scilicet rationibus, & authoritatibus reprobatur aliud dictum eiusdem Couar. vbi supra volentis, quod facul-
3 tas testandi restringi debeat ad primum duntaxat testamentum, iuxta consilium Decij 512. & Socin. iun. eod. consil. 89. 1. volum. pro quo sunt, & Tiraquel. in l. boues §. hoc sermone. num. 128. de verb. signific. Bursat. consilio 3. num. 56. & Redoan. de spoljs Ecclesiasticis quæst. 7. n. 18. quibus addo Gabriel. idem firmantem de legibus conclusione 2. numer. 18. ac concluditur (prædictis, omnibus reprobatis,) quod Episcopus vigore facultatis testandi potest pri-
4 mum testamentum reuocare, & facere secundum, dummodo aliæ solemnitates requisitæ interueniant, vt ibi amplissimè.

5 Num verò testamentum, iam factum ex superuenienti facultate testandi conualidetur, in qua Mandosius vbi dixi versicul. final. residet cum affirmatiua iuribus ibidem videndis.

PRAXIS SVRREPTIONIS GRATIÆ.

RESOLVT. CCCCXLII.

1 *Gratia dicitur gratis data.*
2 *Gratia dicitur ante, & post executionem.*
3 *Tunc dicitur gratiosè aliquid fieri, quando fit mera liberalitate.*
4 *Gratia specialis quæ conceditur alicui super certo delicto.*
5 *Gratia generalis, quæ fit à Principe in lætitia generali.*
6 *Gratia generalis appellatur decretum gratiosum.*
7 *Gratia redditur nulla subreptione, vel obreptione.*
8 *Subreptio taciturnitas rei, qua expressa, vel fieret, vel non fieret gratia.*

Notabilia aliqua in materia gratię.

PRo intelligentia infra dicendorum notandum est
1 primo, quod gratia dicitur gratis data c. gratia 1. q. 1. Alexand. consil. 7. attentius in princip. lib. 7. &
2 ita dicitur gratia ante exequtionem, sicuti post executionem Gemin. consil. 65. num. 5. versic. in contra-
3 rium, & dicitur gratiosè aliquid fieri, quando fit ex mera

mera liberalitate Roland. à Valle consil.33. num.7. lib.3. & solet hæc gratia dupliciter fieri, quia aliqua
4 est gratia specialis, prout quando alicui conceditur in specie super certo delicto, & istæ appellantur literę gratiæ, de quibus per Clarum §. fin. quæst.59. num.4.
5 in fin. versic. scias autem, est & alia gratia generalis, quæ fieri solet per principem causa letitię, puta pacis generalis, vel causa ducendę vxoris, aut in natiuitate primogeniti, aut quando princeps accepit possessionem Regni, vel Prouinciæ, & ista gratia appellatur de-
6 cretum gratiosum Clar. qui supra.
7 Secundo sciendum, quod hæc gratia redditur nulla ex surreptione, vel obreptione, & dicitur surreptio
8 taciturnitas eius, quod exprimi debet, & quo expresso, vel non facta fuisset concessio, vel difficilius Ægid. Bellam. consil.24. num.19. in fin. Crauett. consil.636. numero octauo, vbi quod habet locum, etiam si expressio fieret generice, & non clare, item dicitur surreptio quando tacetur aliquid, quod mouisset Papam, vel concedentem ad deneganda m gratiam concessam Zabar. consil.145. numero 4. Rom. consil.326. numero 11. & consil.327. numero 2. & consil.393. in fine Dec. consil.580. quæritur an petitio numero 4.

RESOLVT. CCCCXLIII.

1 *Non omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset principem, etiam ad denegandum vitiant gratiam, sed ea solum, de quibus reperitur expressum.*
2 *Non dicitur surreptio, nisi in casibus à iure expressis.*
3 *Communis stylus aliarum expeditionum attendi debet in materys surreptionis.*
4 *Refertur opinio contraria.*
5 *Veritas occultata difficiliorem redderet principem ad gratiam concedendam, si exprimeretur, & quomodo intelligatur hæc regula vide num.6.*

Taciturnitas illa tantum facit gratiam surreptitiam, quę de iure exprimenda est.

1 NOn omnia tacita, quorum expressio mouere potuisset Principem etiam ad denegandum vitiant gratiam, sed ea solum de quibus requiritur expresse, & quæ iuris dispositione exprimi debent, vel de quibus in iure est cautum, quod eis nō expressis gratiam non concessisset, Cald. cons.10. de reser. & 1. de rerum permutatione, & 6. de præbend. Rot. decis.32. num.5. de rescript. in nouis Bellamera decis. 697. numer.698. Felyn. in cap. postulasti de rescrip. sub numer.1. versic. declara etiam notabiliter Selua de beneficijs 3. par. q.11. numer.48. Put. decis.97. numer.6. libr.2. vbi quod non dicitur surreptio, nisi
2 in casibus à iure expressis, & Caputaqu. decis.312. numer.3. part.1. Mohed. decis.7. de rescrip. aliàs 335. & 13. de concessione præbendæ ad finem aliàs 315. Mandos. de signatura gratiæ tit. de absolutione ab hæresi vers. dispensatum fuerat, vbi ait ita respondisse. Rot. in vna Hispalen. portionis de anno 1541. Nauar. in Manual. capit.22. num.86. & deductis, & præmissis num.48. & consil.1. quæst.19. de constit. & consil. vltimo de cognatione spirituali, & cons.7. num. 3. & 4. & consil.8. num.2. & cons.9. num.3. de consanguinit. & affinit. & cons.43. num.4. de homicidio, & cons.3. num.7. de rectoribus Mascard. de probat. conclusio.846. numer.2. & in idem recidit quoque quod tradit Sarmient. lib.1. selectarum capitul.9. solum esse narrandum quod de iure præstat impedimentum, & est glos. in clem.1. de præbendis verb. alteri, quam sequuntur plures relati per Menoch. de arbitr. lib.2. casu 201. numer.26. & idem est in his, quæ ex stylo curiæ exprimi debent, vt per Menoch. ibi num.27. Mascard. supra numer.8. Rot. in d. Burgen. decimarum 16. Fe-
3 bruarij 1590. vbi quod communis stylus aliarum expeditionum attendi debet in materia surreptionis Felyn. in cap. in nostra 2. com. de rescript. Cassador. decis.22. num.14. de præbendis, & Abulen. Parochialis sancti Thomæ supra adducta præcedenti post cap. 1. num.77. vbi alia citantur, & in Salamantina dimidiæ portionis infra adducta vndecima parte capitul. vltimo dubio 8. numero 242.

Quamuis Couar. libr. 1. variar. cap.20. numero 5. versicul. verum vt his contrarium teneat, nempe ta-
4 citurnitatem earum qualitatum, quarum expressionem ius nominatim non exigit, tunc demum obesse Principis concessioni cum eis sibi significatis petitum minimè concessisset, & dixit Rota in vna Calaguritana iurisdictionis 8. Aprilis 1585. coram D. Rubeo sequitur Menoch. supra numer. 27. dicens, quod licet tunc nuda surreptio verè dici possit ex parte impetrantis, inspecta verò persona concedentis surreptio dici potest, quia si illa cognouisset non concessisset, & Guttier. canon. qq. lib.2. cap.15. num.51. etiam
5 quando veritas occultata si exprimeretur difficiliorem Principem redderet ad concedendum, dummodo difficultas ista sit conformis iuri communi, vel ex causa ista debita, & non ex affectu, vel ex alia causa exorbitanti odiosa, & minimè considerabili, vt num.29. ait, ad Mandos. in regul.31. Cancel. quæst. 9. num.10. & q.11. sub num.4. & Sanchez de matrim. lib.8. disput.21. & Rebel. de oblig. iustitiæ 2. part. lib.3. quæst.5. num.25. ait, quod si aliquid subticeretur, quod si exprimeretur magnopere, & euidenter difficiliorem redderet gratiæ concessionem, inualida censeatur gratia, iuxta prædictam doctrinam est acci-
6 piendum quod Rot. decis.21. de præbend. in nouis numero 5. ait quod non omnia tacita reddunt gratiam surreptitiam, sed illa solum quæ vel sunt expressa in iure, vel in non expressis, illa, de quibus est verisimile de iure, & in iure, quod si Papa illa sciuisset nunquam gratiam concessisset.

RESOLVT. CCCCXLIV.

1 *Surreptio vitiat gratiam.*
2 *Clausulæ motu proprio, &c. non extendunt dispositionem ad maius præiudicium, quam sit expressum.*
3 *Surreptio non potest saluari per clausulam de plenitudine potestatis, &c.*
4 *Non sufficit generalis, & obscura expressio, vt concessio à surreptione saluetur.*
5 *Neque per istam clausulam ex certa scientia, &c. derogatur iuri filiorum.*
6 *Ista clausula operatur scientiam per modum fictum.*

Surreptionem non saluat generalis, & obscura expressio.

1 CErtum est in iure surreptionem vitiare gratiam, & hoc prouenit ex defectu intentionis iuxta communem opinionem, quam pluries sequuta est Rota Romana in decis.525. parte prima in Nouissimis defectus intentionis probatur, si expressio limitata fuit, ita quod multa tacita sunt, nam in non expressis intentio deficere dicitur cap. susceptum de rescriptis lib.6. cap. cui de non sacerdotali de præbend. l. 6. Rota decis.532. n.2. par. prima in Nouissimis.

Hæ clausulę motu proprio (item ex certa scientia) item (& de plenitudine potestatis) non extendunt
2 dispositionem ad maius præiudicium, quam sit expressum Sarnen. super regula de iure quæsito quæst.1. num.2. & quæst.4. num.7. Alex. cons.37. in fin. volum. 1. Socin. iun. in cons.65. numer.6. & 7. volu.2. Ideo non operatur contra proprias filias, de quibus nulla

mentio

mentio facta est Ias. in l. Gallus §. & quid si tantum num.104. Paris. num.117. Bolognet. num.232. vers. quod procedente,& num. seq.ff. de liber. & posthum. Curt. sen. cons.13. num.22.

3 Nec surreptio saluari potest per clausulas (plenitudine potestatis) aut per clausulam (non obstante) Oldrad. in cons.81. cum aliis per Crauett. in consil. 68. num.3. & 6. Bald. in auth. hoc inter liberos nu... C.de testam. Paris. cons.23. num.153. volum.1.Dec. in cons.606. in fine Decian. in consil.117. num.53. & seq. vol.4.

Vnde deueniendo ad casum propositum dico,quod 4 non sufficit generalis, obscura expressio, vt concessio à surreptione saluetur, sed specificata, & clara requiritur Grammatic. dec.66. num.18. & seq. Roman.in cons.326. num.11. & cons.327. Curt. sen. in consilio 16. num.26. Felyn. in c. ad audientiam il 2. num.18. de rescript. Et clausula (non obstante Bulla Sixti Quinti) restringitur ad casus expressos Bald. in cons.141. in fin. Item per dict. clausulam non intel- 5 ligitur derogatum iuri filiorum ipsius, quibus erat quæsitum ius ex pacto,& prouidentia concedentis, & ideo non obstat clausula (quorum tenores) nam cum tractetur de derogatione iuris filiis quæsiti vsque ad tertiam generationem requirebatur illorum certa 6 scientia Papæ, quam non inducit d. clausula Ferrett. in cons.38. num.2. & seq. vol.1. Nam dicta operatur scientiam per modum fictum Butr.in cons.2.alias 49. num.5. Felyn. in cap. nonnulli num.6. versic. addatis primo de rescript.dum dicit, quod Papa potest fingere expressum,& tradit Rebuff. super concordatis in forma mandati Apostolici vers.& hoc per fictionem, & propterea non sufficit hæc clausula in concessione (ex certa scientia facta) quia cum scientia sit ficta, illa concessio dicitur facta ex certa scientia Ferrett. in consilio 35. num.3. & sequent. lib.1.

RESOLVT. CCCCXLV.

1 *Litis pendentiam per solam citationem narrare debet impetrans iustitiæ rescriptum.*
2 *Per solam citationem lis pendere dicitur.*
3 *In impetratione rescripti expressissimè debet fieri mentio de litis pendentia.*
4 *Impetrans collegam iudici coram quo lis cepta est etiam litis pendentiam narrare debet.*
5 *Litis pendentiam per solam citationem esse non executam narrare debet impetrans rescriptum iustitiæ.*
6 *Per solam citationem lis pendere dicitur, etiam non executam quod supra dictum est.*
7 *Impetrans rescriptum Iustitiæ narrando litem calumniosè rescriptum est surreptitium.*
8 *Si per simplicitatem, vel ignorantiam non fiet mentio de lite pendente rescriptum adhuc erit surreptitium.*
9 *Non facta mentione de litis pendentia,& concesso rescripto cum clausula motus proprij semper est surreptitiū.*
10 *Rescriptum impetratum à reo eod. die, quo lis inchoatur non dicitur surreptitium.*
11 *Longo temporis interuallo lite pendente quod quasi ipsi liti renunciatum videatur rescriptum impetratum non dicitur surreptitium etiam non facta mentione de ipsa litis pendentia.*
12 *Omissio litis sopitæ conuentione non vitiat rescriptum impetratum.*
13 *Rescriptum non dicitur nullum ob taciturnitatem litis suspensæ.*
14 *Rescriptum cum super proprietate impetratur non est necesse narrare litis pendentiam in possessione.*
15 *Lis super possessione non facit proprietatem litigiosam.*
16 *Lis super matrimonio non efficit illud litigiosum.*
17 *Taciturnitas pendentis litis super matrimonio non vitiat rescriptum.*
18 *Rescriptum tertij non dicitur nullum non narrata litis pendentia inter alios.*
19 *Rescriptum dicitur surreptitium tacita litis pendentia cum iudex se incompetentem declarauit.*
20 *Rescriptum surreptitium non redditur si non narrantur gesta iudicis, à quo post admissionem appellationis fuit appellatum.*
21 *Causa litis non narratæ commissa eidem iudici non vitiat rescriptum.*
22 *Causa litis non narratæ si in eo gradu, & statu committitur non reddit rescriptum surreptitium.*
23 *Rescriptum surrogationis in lite non est surreptitium non narrata litis pendentia.*
24 *Rescriptum non est surreptitium si futura causa, super qualis pendet non narratur.*

An sit surreptitium rescriptum iustitiæ, si in eius impetratione nulla facta fuit mentio litis pendentiæ.

1 REspondeo quod sic quod verum est etiam si lis cepta esset per solam citationem,illa narranda est, ita censuit glos. in cap. super literis versic. literas de rescriptis,& ibi Felyn. numer.12. idem glos. ibi Abb. in cap.prudentiam §.sexta ext.de officio delegat.qui affirmarunt,quod in causa coram Ordinario cepta facienda est mentio ipsius processus, nam per solam 2 citationem lis pendere dicitur Clem.1.vt lit.pendent. & in specie præter iam relatos tradunt Abb. decis. 220, numer.13. & Roland. numer.81. cons.31. lib.2. idem sensit Ruin.cons.61. numer.3. lib.5. qui ex Inn. sententia in cap. ex literis de offic. deleg. respondit 3 huius litis pendentiæ expressissimè faciendam esse mentionem, id quod respondit But. cons.2. col.p. & idem sensit Abb. in c. inter monasterium numer.24. de re iudicat. docuit, & Decius in cap. cæterarum numer.2.de rescriptis,& ibi hoc declarat; hoc fortius procedit etiam si per æquipollens exprimeretur: ita respondit Gem. cons.120. consil.1. qua tamen in re dissentiunt Ruin.cons.61.num.17. in fin. lib.5. Cran. cons.68.num.3.quos ego intelligo loqui cum rescripti verba nullam aliam causam quam illam ipsam significare poterant Abb.tamen d.cap.inter monasterium numer. 24. post Host. sentire videtur hoc esse arbitrarium.

Ampliatur primo hoc dictum vt procedat etiam 4 si solum impetratur collega iudici, coram quo iam lis cæpta est,nam adhuc litis pendentia narranda est, ita affirmarunt glo.2. in c. coram vbi But.4. not. & Abb.colu.pen.de offic.deleg.vbi Barbatius idem sensit. Gemi. in c.ex literis eod. tit.quam sententiam visus est probare,& si subobscure Fel. dict. cap. cæterum num.3. de rescript. idem clarius affirmauit Ias. in l.2. num.3.C. vt lit.pend. quos ego nunc sequor relecta Bald. & Archid. opinione, qui vt referunt Fel. & Ias. dissentiunt quoniam vt aiunt illi tex. dict. c. coram non probat nec etiam militat in datione collegæ illa ratio, quæ procedit cum rescriptum reuocatorium conceditur, verum hoc admisso mea quidem opinione euitare non possunt Bal. & sequaces generalem constitutionem l.2. C. vt lit.pend. quæ, & hoc in casu locum habet,& verè consultius est ad omnem euitandam disputationem,cum collega vel adiunctus impetratur narrare litis pendentiam, & cætera omnia quæ aliis similibus casibus enarrari solent.

Ampliatur secundo, vt procedat etiam, quando 5 lis per solam citationem est inchoata quemadmodum affirmauit glos. in c. vt debitus versic. dicat, ibi super hoc dicas de appellat. quam sane glos. ibi latè probauit Dec.n.14. & Fel. in c. super literis n.12. de rescript. scribit tamen Bald. in l. p. in fin. C. de relat. in curia Romana obseruari solum litem narrari cum

conte-

conteſtata eſt,id quod intelligit Decius dict. capit. vt debitus ex ſtylo curiæ procedere non autem de iure, cum per ſolam citationem lis etiam dicatur cepta ſed verius Bald. malè ſenſiſſe ſtatim ſubijciam.

Ampliatur tertio, vt procedat fortius cum ipſa de-
6 creta citatio non dum executa fuit, nam, & tunc quo ad ipſum actorem impetrantem lis pendere dicitur, illius ergo mentionem facere debet:ita reſpondit Ro. conſ.330. circa p. col.2.quem ſecuti ſunt Fel.in c. ſuper literis num.13. de reſcript. poſt Rotam dec. 17. num.4. de dol. & contum. in nouis, & deciſ.6. vt lit. penden. in nouis vbi Rota decidit Clem.2. vt lite pend. locum habere in actore, qui citationem obtinuit, ſed adhuc reo non tranſmiſit cum Rom. idem etiam ſentit Felyn.in c.cæterum num.1. verſic.limita decem modis de reſcrip. qui dum refert Bald. l.1. C. de relationibus dicentem aliter ſeruari in Curia, inquit Baldi ſententiam poſſe procedere hoc in caſu ſed vere nec hoc in caſu vera eſt Bal. opinio ſiquidem aliter obſeruat Curia Romana ſi credimus Bellam. deciſ.544.ſi pendente inquiſitione, & Staphileo tractat. ſuper commiſs. & literis Iuſtitiæ §. in primis igitur n.16.cum Rom. ſenſit,& Decius d.c. vt debitus num. 14. de appell. &ſi eo loci in annotationibus diſſentiant,& malè Lugdun.

Ampliatur quarto, vt procedat etiam quando lis
7 narratur, ſed calumniosè,nam tunc habetur ac ſi narrata non ſit:ita reſpondit Bald. conſil.252. querulæ lib.1. vbi inquit eſſe referendum fideliter, & non calumniari, quando autem calumniosè retuliſſe dicatur iudex arbitrabitur id quod probatur ex his quę in f. dicemus.

Ampliatur quinto, vt procedat etiam ſi litis cæptę
8 mentio non fieret per ſimplicitatem, & ignorantiam, nam adhuc impetratum reſcriptum erit ſurreptitium,ita docuit Bald.in cap.vlt.vt lit. pend. Fely.in c. ſuper literis num.12. in fin. de reſcrip. conferunt quæ ſupra dixi in caſu præcedenti num.27. vbi dixi ſurreptionem per ignorantiam vitiare reſcriptum vt ius alterius lædatur.

Ampliatur 6. vt procedat etiam ſi deinde reſcri-
9 ptum concederetur cum clauſula motus proprij adhuc enim ſurreptitium erit,ita docuit.Iaſ.in l.2.num. 2. C. vt lit. pend. Ruin. conſ.80. in fin. lib.5. Cravet. reſponſo pro Repub. Sauiliani num.51. & Roland. à Valle conſ.31.in fin.lib.2.

Limita nunc primo relatam iuris, & doctorum ſententiam non procedere quando à reo reſcriptum
10 fuit ea die impetratum, qualis inchoata eſt, ita declarat Felyn. in c. ſuper literis num.12. in fin. de reſcript.qui ſubiungit, niſi appareat, quod plena citatio impetrationem præceſſerit, quod probare excipientis erit idem Felyn.c. cæterum col.2. verſ. limita quinto de reſcript.

Limitatur ſecundo non procedere quando diu lis
11 eſt cepta, & ab ea deinde longo temporis interuallo ceſſatum,ita vt liti renunciatum videatur, tunc impetratum reſcriptum nulla illius litis mentione facta, non dicitur ſurreptitium ita decidit Caſſad.deciſ.5.vt lit.pend.quo tamen loci recenſet pluribus rationibus apud Rotam dubitatum fuiſſe,& cum Caſſad.viſus eſt ſentire Gomeſ. ſuper regula Cancellariæ de triennali poſſeſſione q.61. verſic. quartus intellectus, & ſi quo ad caſum ſuum ipſe alia adferat.

Limitatur tertio non procedere, cum lis fuit pa-
12 cto, & conuentione ſopita nam illius mentio habenda non eſt in reſcripti impetratione, & per conſequentia omiſſa non redditur reſcriptum ſurreptitium ita in ſpecie reſpondit Ancharan. conſ.16. col. prima quem ſecutus eſt Cravet. conſ.182. num.4. & conſ.293. num.10. conferunt quæ inf. ſubijciam de expreſſione tranſact. & pacti.

Limitatur quarto, non procedere cum lis fuiſſet
13 ſuſpenſa: ita in ſpecie conſuluit Curt. Iun. conſilio 184. colum.2. quem ſecutus eſt Cravett. dicto conſ. 182. num.5.

Limitatur quinto, non procedere cum lis eſt de-
14 poſſeſſione & reſcriptum ſuper cauſa proprietatis impetratur, tunc neceſſe eſt non narrare litem ſuper cauſa poſſeſſionis,id quod ea ratione verum opinor,
15 quia lis ſuper poſſeſſione non efficit proprietatem eſſe litigioſam, cum vnum nihil commune cum altero habeat l. naturaliter. §. nihil commune de acquiren.poſs.atque ita declaratur cap.1. & 2. vt lit. pend. & clem.prima eod. vt ibi declarat Bald. & Bartol. in l.2. C. de litigio, ex tex. auth. litigioſa eod. & Faber dicto §. nihil commune num.23. Caſſad. deciſ.4. vt lit. pendente, qui ob id decidit Ordinarium non impediri prouidere de proprietate beneficij vacantis, & ſi ſuper illius poſſeſſione lis pendeat, & plura ſimilia congerit Ripa dicto §. nihil commune num.13. 14.& 15.& Dec.conſ.483.num.10.

Limitatur ſexto, non procedere in cauſa matri-
16 moniali, in qua litis pendentia non redditur matrimonium litigioſum, vt docuit Bald. in l. Deo nobis numer.5. C. de Epiſcop. & Cler. & ob id Bald. ſecutus in ſpecie noſtra reſpondit Barbatius conſ.46.lib.2.
17 num.5. lib.2. litis pendentiæ taciturnitatem in cauſa matrimoniali non vitiare reſcriptum, verum ambigit nec iniuria Felyn. in c. cæterum colu.2. verſ. Limita tertio de reſcript. qui ait, rectè, quod licet in cauſa matrimoniali ſententia non tranſeat in iudicatum, & ob id illius taciturnitatem non vitiare reſcriptum,eo quia (vt inf.dicemus) etiam ſi lata ſententia narraretur, ob id tamen non negaret Princeps reſcriptum cum ex iuris communis diſpoſitione ſat ſciat ſententiam nihil tribuere,vel auferre,ſed diuerſum eſt in litis pendentia, cuius taciturnitas inſpecta iudicis perſona vitiat, nam ob id iudicis dignitatem lædit; ego ita Felyni,& aliorum opiniones conciliarem, aut impetratum reſcriptum lædit ſolum aduerſarium, contra quem impetratur, & tunc quia ius partis non minus lædit ex litis pendentia, quam ex ſententia, quemadmodum taciturnitas ſententiæ reſcriptum non vitiat, ita nec taciturnitas litis:ita procedat Barbat.& aliorum opinio; aut reſcriptum lædit dignitatem,vt quia ab eo cauſa auocatur,vel quid aliud ſimile impetratur, & tunc taciturnitas, & ſurreptio hæc vitiat:ita procedat Felyni opinio.

Limitatur ſeptimo,non procedere cum tertius im-
18 petrat reſcriptum ſuper re, de qua duo alij iam litigant, tunc is tertius neceſſe non habet narrare litem illorum litigantium,ita reſpondit Ruin.conſ.61.lib.5. num.19.poſt Oldrad.conſ.299.quidam Hugo:ſimile eſt quod videtur decidere Faſ. dub.64. commiſſionem non eſſe ſurreptitiam, ſi mentio non fiat pendentiæ litis ſuper ead.re inter alios.

Limitatur octauo, non procedere quando Iudex
19 coram quo lis pendebat pronunciauit ſe iudicem incompetentem, tunc quia lis amplius pendere non dicitur illius taciturnitas non vitiat: ita interrogatus reſpondit Ancharanus conſil.13. viſo proceſſu quem ſecutus eſt Felyn. in c. cæterum colum.3. verſ. limita ſecundo, de reſcript.

Limitatur nono, non procedere quando lata eſt
20 ſententia & ab ea appellatum, & iudex à quo procedit,tunc ſi impetratur reſcriptum neceſſe non eſt narrare proceſſum quod fecit Iudex à quo, ita Abb. Bur. Card. & Im. in c. dilectæ de except. quos ſecutus eſt Felyn.d.c.cæterum col.2.verſ.limita quarto,qui ob id affirmant nec etiam narrandam excommunicationem ab illo Iudice à quo prolatam.

21 Limitatur decimo, non procedere quando eidem Iudici, cui primo cauſa commiſſa eſt per reſcriptum deman-

demandatur, tunc secundum hoc rescriptum valet etiam non facta mentione processus: ita Gemin. in c. ex literis de offic. delegat. quem probauit Felyn. in d. c. cæterum col. 2. vers. limita sexto, de rescrip. in quam sententiam adducti sunt auctoritate Rotæ dec. 4. de rescrip. in antiquioribus, vbi decidit quis dederat obiectos de excessu, & quia non expresserat excessus quantitatem, vel qualitatem per duas sententias fuit exclusus, deinde fuit admissus ad probandum iuxt. c. vt circa de elect. in sexto, & licet in impetratione rescripti subticuerit latas illas duas sententias, attamen quia eidem Iudici causa committebatur rescriptum non fuit pronunciatum surreptitium, his addo Lamb. cons. 69. quoad primum dubium col. 1. vers. solut. ad primum dubium.

Limitatur vndecimo non procedere cum causa in cod. statu, & gradu, quo erat coram primo Iudice
22 committitur secundo tunc non dicitur surreptitia commissio, etiam si specificè, & punctualiter processus agitatus coram primo Iudice non narratur: ita decidit Rot. decis. 5. de rescrip. in antiquis quam secutus est Felyn. dicto c. cæterum col. 3. versic. limita septimo de rescrip. qui intelligit atque subdeclarat duobus modis vt apud eum, illi addo Vant. tractat. nullitatum tit. quibus modis sententia nulla reparetur num. 59. qui alios recenset.

Limitatur duodecimo, non procedere cum impe-
23 tratur rescriptum subrogationis in lite, & in Iur. tunc licet taciturnitas pendentiæ litis vitiet rescrip. quoad surrogatur in lite non tamen vitiat quoad exrogatur in Iur. ita decidit Bell. in decis. 115. falsa expressio quem citare voluit Felyn. in d. c. cæterum col. 3. vers. 8. limita.

Limitatur decimo tertio, non procedere quando
24 non narrantur futura etiam eiusdem materiæ, super qua dependet: ita respondit Abb. cons. 18. in causa, & q. quem secutus est Felynus d. c. cæterum col. 3. vers. limita decimo de rescrip. vt puta stante lite de fructibus in absentia malè perceptis valet impetratio de percipiendis tacita litis pendētia super iam collectis.

RESOLVT. CCCCXLVI.

1 *Rescriptum ad lites cum impetratur totus ipse processus in substantialibus narrandus est.*
2 *Rescriptum dum impetratur ad lites, causa ipsius litis, & facti narranda est.*
3 *Rescriptum super lite exorta ex contractu iurato dum impetratur iuramentum narrandum est.*
4 *Iudicis arbitrio relinqui, quæ qualitates processus narrandæ sunt in impetratione rescripti ad litem.*
5 *Clausulæ statum, & merita causæ pro sufficienter expressis vis, & effectus.*

An rescriptum reddatur surreptitium si tota substantia processus non narratur.

1 IN impetratione rescripti ad lites non solum ipsa litis pendentia ex citatione, sed & totus ipse processus, & substantia est narranda dict. glos. cap. super literis, & ibi clarè Boerius numer. 72. imo respondit Roman. cons. 326. in præsenti consultatione col. vlt. & post eum Barbat. cons. 46. num. 4. col. 2. lib. 2. & Dec. cons. 531. numer. 2. non solum facti seriem, sed etiam ipsius facti causam esse narrandam,
2 quod intelligit Ancharan. cons. 16. quo ad articulos principales, nec enim singula, & quæuis leuia ipsius causæ recensenda sunt, & cum Ancharano sensit Barbatia cons. 20. col. 3. lib. 3. Huc spectat, quod in specie nostra respondit Chessan. cons. 7. num. 69. si
3 impetratur rescriptum super lite exorta, & contractu iurato illius iuramenti mentionem facere debet, atque ita consuluisse Roman. scribit cons. 379. circa primum col. 3. succedit quod si causa est possessoria narrandum quis possidet: ita respondit Soc. sen.
4 cons. 164. col. 2. in fin. lib. 2. & ante eum Bald. cons. 347. quæro quidam nobiles li. 1. confert etiam, quod docuerunt omnes in c. inter monasterium, vbi Abbas num. 24. de re iudic. & Felyn. in cap. certum col. 3. vers. limita nono de rescr. non esse necessariam intrinsecam mentionem processus, sed sufficere commemoratiuam, id quod iudicis arbitrio tribuūt nempe Hostiens. & Abb. in cap. inter monasterium nu. 24. sunt etiam qualitates ipsius processus, & causæ recensendę, respondit Dec. cons. 695. num. 29. Soc. Iun. cons. 77. num. 88. lib. 1. qui respondit in impetratione priuilegij ex causa, de qua re in sequenti casu, procedit etiam relata doctrina, cum in causa proceditur summariè de plano, &c. ita dicit Bellamer. decis. 338. solet tamen hodie in rescriptis apponi notabilis illa clau-
5 sula (statum, & merita causæ pro sufficienter expressis) quæ operari solet, vt rescriptum non vitietur si aliqua ex processu narranda narrata non fuerint, quia illa clausula habet vim specificæ narrationis, ita docuit Ang. in l. omnes C. de quadrien. præscript. Butr. cons. 7. latè Rebuff. in concordatis in forma mandati in verbo pro expressis habentes, & in praxi benefic. tit. de subrogationibus num. 12. Vant. tract. nullitatum titul. quibus modis sent. null. repar. num. 59. & Selua tract. de beneficio p. 3. q. 14. numer. 13. & 14. authoritate Rotæ decisio. 29. de rescript. in nouis, vbi apostilla Vestrius in sua praxi lib. 3. cap. 9. numer. 8. qui subijcit clausulam hanc nihil operari, cum causa iam erat instructa, quoniam ex stilo solet in rescriptis auocatorijs causarum apponi altera clausula, dummodo causa non sit instructa, & eo loci aliqua arbitrio tribuit.

RESOLVT. CCCCXLVII.

1 *Ad hoc vt rescriptum non dicatur surreptitium narrandum est coram quo lis pendet, & num. 2.*
3 *In rescripto debet iusta causa narrari.*
4 *Vt causa committatur iustam commissionis causam narrare debet.*
5 *Et de quibuslibet rebus, de quibus in rescripto oportet fieri mentio, ad hoc vt non dicatur subreptitium, vide num. 6. 7.*

Vt rescriptum non dicatur surreptiuum narrandum est coram quo lis pendet.

1 NArrandum est coram quo lis pendet an coram Ecclesiastico, vel temporali iudice, ordinario, vel delegato, ita sensit glos. in capit. prudentiam §. 6. de offic. delegat. & ibi Abb. numer. 5. Barb. consilio 20. column. 3. consil. 46. column. 2. libro tertio Felyn. in capitul. super literis numero duodecimo de rescript. qui post Rotam decis. 24. de rescript. in antiquis, & Fastolum dubio 64. eadem die scribit, non valere commissionem specialem
2 factam in Curia non facta mentione, quod lis alibi pendebat. Hinc decidit Bellam. decis. 45. exceptio, rescriptum committens causam Auditori in curia esse surreptitium, si non est narratum litem pendere in partibus coram domino temporali, etiam si impetrans alias esset persona priuilegiata, vt miserabilis, vel vidua. Et hoc in casu cum impetratur causam alibi committi, exprimi, atque narrari debet iu-
3 sta causa, vt puta iudicem coram quo lis pendet, negligentem esse, vel expresè negasse iustitiam administrare: ita Bald. in l. 2. in fin. C. vt lit. pendente, quod verum esse intellexit Felyn. d. cap. super literis num. 12. vers. de iure ciuili de rescript. quo ad iu-

ris ci-

ris ciuilis, non autem iuris Canonici constitutiones; confert quod dicit Rot. decis. 61. de rescript. in antiquis quando quis petit alteri, quam ordinario
4 causam committi, vt puta quod in curia committatur iustam commissionis causam narrare debet, vt si diceret timere, quod ab ordinario iustitiam non consequetur, suamque hanc assertionem suo iuramento confirmauit. Hoc tanti erit effectus vt aduersus illa nulla recipietur contraria aduersarij probatio quam sententiam probauit etiam Vestrius in sua praxi libr. 3. cap. 9. numer. 4. & si eo loci in additionibus num. 13. dissentire videatur Grauatius. Non absimile est quod decidit Bellam. decis. 9. commissio gratiosa cum impetratur rescriptum ad examinandos testes, & probationes faciendas extra locum litis, & causæ, narranda iusta causa, vt puta quod in ciuitate, & loco litis testes illi examinari non possunt, & de veritate allegatæ causæ constare debet, si ergo, loco litis haberi testes, & recipi probationes possunt, & non exprimatur hoc in precibus rescriptū erit surreptitiū: Et ratio est, quia calumniosè petere videtur, & si Princeps sciuisset in loco litis probationes fieri potuisse, vere rescriptum non dedisset, quia videtur impetratum ad detrimentum aduersarij, vt maioribus laboribus, & impensis fatigetur, inest etiam suspicio, ne hic impetrans velit testes examinandos corrumpere; hanc iuris communis sententiam insecuta est noua constitutio Pedemontium titulo delle essaminationi §. 1. quæ tunc demum voluit testes extra locum litis posse examinari cum absunt, & ad locum illum litis duci non possunt, de cuius causæ veritate constare debet, vel iuramento impetrantis, vel alia probatione, vt iudici aptius, & melius videbitur, sic etiam in impetratione rescripti ad lites conditio personæ priuilegiatæ, contra quam rescriptum impetratur narranda est, vt puta si est persona miserabilis, ita scriptum reliquit Staphileus tract. at. de literis gratiæ, & iustitiæ §. post hoc numero 15. post Innocen. in capit. significantibus de offic. deleg. idem si est scholaris, contra quem impetratur rescriptum, ita affirmauit Rebuffus tractat. de priuilegijs scholarium priuilegio 91. Quorum doctrina procedit quando Priuilegium harum personarum respicit exceptionem dilatoriam, vel forte daret formam rescriptis impetrandis, tunc enim hæc rescripta surreptitia sunt, nisi faciant mentionem dicti priuilegij, secus cum priuilegium respicit merita causæ, tunc necesse est in impetratione illud narrare. Ratio est, quia nullum priuilegiato præiudicium affertur, cum possit de suo priuilegio in meritis causæ excipere, ita declarando doctrinam similem Innocen. in cap. cum ordinem de rescript. censuit Rebuff. in praxi beneficiorum tit. differentiæ inter rescripta gratiæ, & iustitiæ num. 22. & conferunt quæ paulo infra dicam.

5 Sic si pariter in causa, & lite pendente fuit conclusum in causa, atque ita nil amplius superfit, quam ferre sententiam in ipsius rescripti impetratione narranda est hæc conclusio in causa, ita docuit Felyn. in cap. super literis numero 12. versiculo, & vlterius amplia de rescript. qui subiungit ex reg. Cancellariæ 36. esse hoc diffinitum cum per eam ordinatum sit expresse, & clare huius conclusionis faciendam esse mentionem. Idem constitutum fuit in dominio Mediolani, ex nouis constitutionibus sub rub. de rescript. §. intimata, est enim constitutum quod si peremptoria transmissa citatione impetretur rescriptum nulla citationis mentione facta, illud rescriptum nihil operetur, vt iudex supersedeat, etiam si superfederi rescriptum sit. Cuius constitutionis ratio videtur, quoniam is impetrās calumniosè ad litem protrahēdam impetrare creditur, temperat tamen hoc illa constitutio, nisi causa sit inappellabilis, vel sit sententia executioni mittenda. Ratio tunc est propter periculum irreparabile, quod quidem impetranti ob hanc taciturnitatem inferri non debet, si tamen (inquit constitutio) his etiam casibus duæ citationes peremptoriæ transmissæ sunt, & earum mentio non fiat iudex rescripto parere non debet. Ratio fortè esse videtur quoniam magna contumacia cum surreptionis vitio concurrit.

6 Sic quoque si lata fuit sententia in causa illius mentio facienda est in huius rescripti interpretatione, ita docuit glos. in capitul. super literis in verbo literas de rescriptis, quæ in argumento citat. capit. inter dilectos de fide instrumen. & l. vlt. C. sentent. rescindi non posse, nec est, qui ab ea dissentiat non erit tamen commissa surreptio, si in nomine iudicis erratum fuit, ita respondit Bald. consilio 341. proposito statuto lib. 5. vbi respondit, quod si lata est sententia ex consilio Sempronij Doctoris, & deinde nomine alterius expresso impetratum est rescriptum non redditur illud surreptitium.

7 Sic ita si iam lata sententia appellatum fuit appellationis mentio facienda est, aliàs impetratum rescriptum erit surreptitium, capit. ex parte el secundo de resc. ibi omnes capit. bonæ de confirm. vtili vel inutili Berous capit. super literis numero 72. versic. sexto debet, de rescript. imò si appellatum ex iusta causa fuit illis casibus, quibus regulariter appellatio non conceditur, vt puta ab executore etiam iusta illa appellandi causa narranda est: ita docuit Abb. in capit. ad nostram in fine de appellat. quem sequutus est Felyn. in d. capit. super literis numero 4. versicul. opinio, & numero 17. de rescriptis, qui plura his similia congessit, & sic denique si lata sententia in iudicatum pertrāsiuit rei iudicatę omnino facienda est mentio aliàs impetratum rescriptum surreptitium erit capitulo & posita vbi glos. & Doctor. de arbitr. Felyn. in capitulo super literis numero decimoquarto, & ibi Bero. numero 72. de rescript. aliàs recenset Cranett. consilio 79. numero secundo quamquam illi ab eo relati in specie hac non loquantur. His addo Barbat. consilio quadragesimosexto, columna secunda, libro secundo, & consilio vigesimo colum. tertia libro tertio, & Neuiz. consilio trigesimosexto, numero 13. Ratio est, quia res iudicata pro veritate habetur, quā suo rescripto euertere Princeps velle non creditur l. causas C. de transact.

RESOLVT. CCCCXLVIII.

1 *Oppositа exceptione obreptionis contra Principis rescriptum in eius executione super sedendum est quousque per sententiam terminetur.*

2 *Clausula si præces veritate nitantur semper subintelligitur in rescripto Principis, quod procedit etiam si rescriptum contineat excommunicationem latæ sententiæ num. 3.*

4 *Expenditur textus in l. etsi non cognitio C. si contra ius vel vtilit. public.*

5 *Intelligitur textus in l. sicut propter C. de re iudicata.*

6 *Assignatur vera concordia inter textum in l. etsi non cognitio, & in l. & si vt proponis.*

7 *Ampliantur supradicta etiamsi præuia informatione impetretur à Principe rescriptum.*

An oppositа exceptione obreptionis contra Principis rescriptū in eius executione super sedēdum sit quousque dicta exceptio terminetur per sententiam.

SOlet sæpe in inferioribus iudicijs, & aliquando in maioribus dubitari an si opponatur exceptio
1 obreptionis, vel surreptionis contra Principis re-

scriptum etiamsi iam illud per Cancellariam transisset supersedendum sit in eius effectu quousque dicta exceptio per sententiam terminetur, & extitit iudicatum multoties quod supersedendum foret.

Quæ sententiæ sunt iuri conformes, & possunt ex
2 eo fulciri, quia in Principis rescripto semper subintelligitur clausula, si preces veritate nitantur cap. 2. de rescriptis l. præscriptione C. si contra ius vel vtil. public. optime Mascard. de probationibus libro 3. conclus. 1211. & probat. Valasc. consult. 163. num. 3. quæ Clausula sub intellecta à iure est tanti effectus, quod si res aliter se habeat quam præsupponat mens Summi Pontificis, aut Principis semper supersedendum in executione per iudicem, cui rescriptum dirigitur ex textu in cap. postulasti eodem titulo de rescriptis, & cum multis alijs, de quibus plene per Menoch. de arbit. libro 2. casu 202. per totum, quibus addo Sanchez de matrimon. lib. 7. tit. de dispensationibus quæst. 21.

Et hoc adeo verum est, quod quantuncunque Pontifex præcisè scribat, & rescriptum contineat
3 excommunicationem latæ sententiæ, illa tacita conditio, si preces veritate nitantur tenet eam in suspenso, vt singulariter consuluit Ancharanus consilio 275. incipit per prędicta subtiliter tradit in specie Doctissimus Lusitanus Pinellus in rubr. Cod. de rescind. vend. 1. parte capitul. 2. numero 28. Cravetta cons. 79. libro primo. Xuar. in l. post rem iudicatam notabili 9. num. 4. & Pedemontana decis. 86. Felyn. in cap. si quando num. 8. de rescript. Auiles de prętoribus capitulo primo, num. 23. in fine optimè Gail. practic. libro primo obseruat. 9. numero primo cum sequentibus.

4 Et est etiam textus in l. etsi non cognitio C. si contra ius vel vtil. public. in illis verbis de omni negotio cognoscatur, ex quo text. aperte intelligitur, quod is cui committitur executio potest cognoscere de viribus prędcum, & inquirere, an aliquod fuerit informationis vitium, vt ita executio impediatur, quem textū nimis commendat Paulus in l. si Prætor. num. 8. ff. de iudicijs Bart. in l. à Diuo Pio num. 4. ff. de iudic. Panor. in cap. de cęter. extra eodem tit. & singularem dixit Iaf. in dict. leg. etsi non cognitio, & se alibi nescire in vtroque iure reperire sed reperitur similis in leg. secunda circa finem C. de dilationibus, vt aduertit Pinellus in d. l. 2. in rubr. n. 28.

Cui non officit texus, qui videbatur ex diametro contrarius in leg. si vt proponis C. de executione rei
5 iudicatæ, vbi habetur, quod cui committitur executio alicuius rescripti non censetur denegata cognitio quod multis distinctionibus prosequitur Bar. receptus in l. à Diuo Pio in princ. not. 4. ff. re iudic.

6 Sed vera resolutio est, quod textus iste procedit quando præcedente causæ cognitione fuit commissa alicui executio, at vero in d. l. etsi non cognitio non prędcessit dict. causæ cognitio, sed ad solas impetrantis preces rescriptum emanauit, & ideo censetur executori demandata cognitio causę, vt aduertērūt Iaf. & Paul. & Pin. vbi supra.

Hęc autem supra dicta amplianda sunt, vt si hodie
7 prędcia informatione impetretur à Principe rescriptum, per quod iubeat, vt detentus in vinculis datis fideiussoribus releuetur à Carceribus si tamen pars opponat contra dictum rescriptum de obreptione, donec terminetur dicta exceptio, non debet à carcere relaxari, vt decisum fuit in multis casibus; quod confirmari potest ex textu in leg. 1. §. proinde, ibi ob falsum creditum, vel ob falsam allegationem missus quis est in possessionem, non debet ei hoc edictum prodesse ff. ne vis fiat ei.

PRAXIS SYNODI EPISCOPALIS.

RESOLVT. CCCCXLIX.

1 *Regulariter congregatio synodi spectat ad Episcopum.*
2 *Congregatio generalis concilij ad solum Papam pertinet.*
3 *Congregatio synodi prouincialis spectat ad Archiepiscopum.*
4 *Episcopus non debet petere licentiam à suo Archiepiscopo pro congreganda synodo.*

An Episcopus pro congregāda sua synodo teneatur petere licentiam à suo Archiepiscopo.

1 REgulariter cōgregatio synodi spectat ad Episcopum in eius diœcesi c. Episcopus 18. dist. vbi ita not. Car. Alexan. in principio, & est tex. etiam in c. fi. ead. dist. & notat gl. fi. quam ibi in fi. sequitur Archid. in c. propter Ecclesiasticos ead. dist. not. etiā Host. in summa in tit. de constit. §. si quis possit vers. quędam Episcopalia. Imo. in c. graue col. penul. vers. circ. textū
2 de præben. facit quoque quod congregatio generalis concilij ad solum Papā pertinet c. licet c. synodum c.
3 reg. 17. dist. & congreg. synodi prouincialis spectat ad Archiepiscopū c. si Episcopus, & c. si quis Episcoporum, vbi Alex. 18. dist. c. sicut §. præterea de elect. eriā sme auctoritate primatis c. de concilijs ea dist. facit quod not. Innoc. in c. irrefragabili vers. sed quæro de offic. ord. vbi dicit quod si Episcopus interuenit in c. vt Episcopus, conuocatio capituli pertinet ad eum, facit insuper quod notat idem Inno. & cęteri c. 1. de maior. & obed. vbi dicunt congregationem capituli Ecclesiæ particularis pertinere ad eū, qui est maioris dignitatis, sed Episcopus est maior omnibus in suo Episcopatu, ergo ad eum debet spectare congregatio synodi, facit etiam, quod not. Alex. in d. c. si quis Episcoporum 18. dist. & in cap. reg. 17. dist. vbi post Bart. in l. de decurionibus libr. 10. quem ibi sequitur Ioan. de Pla. in princ. dicit, quod ad magistrum seu rectorem ciuitatis spectat reuocare Cōcilium, seu adunantiam ciuitatis, quod si non congregetur synodus per Episcopum non erit dicenda synodus, sed potius conuenticula, seu conciliabulum argumento cap. multis 17. dist. vbi synodus generalis congregata per alium, quam per Papam ita appellatur, facit etiam, quod feriæ non merentur dici feriæ quæ indicuntur ab illo, qui eas non potest indicere l. à nullo C. de ferijs, & sententia nulla cap. fin. de re iud. in 6. l. 4. §. condemnatum ff. de damno infecto: propterea Episcopus nō de-
4 bet petere licentiam à suo Archiepiscopo pro congreganda sua synodo, vt dicit glos. in summa 17. dist. quam ibi sequūtur Archid. col. 1. Alexan. col. 11. vers. nota 2. & est alia glos. in verbo concilia in c. propter Ecclesiasticas 18. dist. & hoc not. Host. in summa de const. §. primo allegato vers. item Episcopus. Imol. in d. c. graue col. 7. ratio iuris potest esse, quia Episcopus facit synodum in sua diœcesi ex iuris dispositione authore Turrec. in summa 15. dist. facit pro prædictis, quia Metropolitanus potest celebrare suā synodum sine authoritate Primatis glos. in verbo Metropolitanus in c. de Concilijs, vbi Archid. & Car. Alex. col. 1. 18. dist. & notat glos. in d. summa 17. dist. vbi omnes, Innoc. in c. graue col. 1. de præb. quem ibi referunt, & sequuntur Ioan. Andr. & cæteri.

RESOLVT. CCCCL.

1 *Archiepscopus non potest congregare synodum antequā receperit pallium.*
2 *Archiepiscopus accipit plenitudinem potestatis per receptionem pallij.*

3 *Epi-*

3 *Episcopus licet electus, & confirmatus non potest vti Pontificalibus indumentis.*
4 *Congregatio synodi est meri Imperij.*
5 *Congregatio synodi non est de his quæ sunt ordinis.*
6 *Missa in synodis non est de substantia sed de solemnitate synodi.*
7 *Indumenta Pontificalia non sunt de substantia synodi.*
8 *Prouisio Papæ, habet vim electionis, & confirmationis.*
9 *Nominati ad Episcopatum per Regem Franciæ ad formā primi decreti concordatorum non possunt ante prouisionem faciendam, per Papam congregare synodum.*
10 *Electus tantum, & non confirmatus, non potest celebrare synodum quod limita vt num. 11.*

An electus in Episcopum ante consecrationem possit congregare synodum.

IN hac quęstione respondeo, & primo intuitu videbatur dicendum, quod non, quia Archiepiscopus non potest synodum prouincialem congregare antequam receperit pallium, cap. quod sicut §. preterea de electione not. glos. 2. in cap. 1. 2. dist. vbi doctores, ergo videtur idem dicendum in Episcopo ante consecrationem, quia sicut Archiepiscopus accipit plenitudinem potestatis per pallium capit. nisi de authe. & vsu palij, ita etiam Episcopus ante consecrationem non dicitur habere Ecclesiam pleno iure, quia contra eum potest accipi tempore consecrationis cap. super his de accusat. vt dicit glos. in cap. cum in cunctis §. cum vero in verbo ad quem spectant de Eccles. vbi Ioan. Andr. Panor. & Decius num. 6. Bertachi. in tract. de Episcopo in 4. par. 3. par. lib. tertij q. 1. & 2. item Episcopus cum est in synodo debet esse cum indumentis Pontificalibus, sed electus, & confirmatus ante consecrationem non potest vti Pontificalibus indumentis, quia in consecratione talia indumenta ei conceduntur per consecrantes, & benedicuntur, vt videre licet in Pontificali, imò videtur quod rocheto, & indumentis lineis electus, & confirmatus ante consacrationem non possit vti cap. clerici officia vers. Pontifices de vita, & honestate clericorum, quia appellatione Pontificis non venit electus, & confirmatus ante consecrationem secundum glos. in verbo Pontificium in clem. 2. de celeb. missar. not. Pan. in c. eam te de rescrip. vbi Fel. cons. 11. & idē Pan. in c. quęsito de offi. ordin. ergo videtur, quod non possit congregare synodum. Item cōgregare synodū exigit discussionē maioris inquisitionis vt not. Inno. in d. c. nisi in fin. vbi Imola, & alij doctores sequuntur, sed talia non videtur posse facere electus, & confirmatus ante consecrationem c. transmissam ibi prætera de elect. & ita per hoc solum fundamentum tenet Ripa in d. c. eam te col. 11. vers. istud notab. recip. lib. 11. interpreta. & hoc sentit Panor. in d. c. nisi colum. 1. vers. sed aduertendum alleg. dictum capitul. transmissam; contrarium tenet Innoc. in d. capit. in fin. verb. & sequitur ibi Carazaba. quæst. 7. & Pan. col. final. mouentur isti principaliter, quia Congregatio synodi est meri imperij, vt ibi not. Innoc. & omnes; ergo, sequitur, quod potest congregare synodum: itē mouentur, & ij per d. c. sicut vbi est speciale in Archiepiscopo ante palliationem. Quid tenendum secunda opinio magis placet, & eam sentit glos. in d. c. transmissam in verbo dotalib. ibi ea verò, quæ sunt ordinis quia referendo ea, quæ sunt ordinis omittit congregationem synodi, & tamen in allegato capit. sicut in §. præterea ratio est, quia potestas congregandi synodum non confertur in consecratione Episcopi, & non est de his, quæ sunt ordinis, sed est de his, quæ sunt iurisdictionis, vt latius ait Henricus de Bottis in 11. quæstio. & pro hac secunda opinione multa possent allegari, quod potest electus, & confirmatus ante consecrationem, excommunicare, absoluere, iudicare, dispensare, concedere indulgentias: & alia multa, quæ sunt iurisdictionis, quam notat glossa in dicto capitul. transmissam, & Bertach. in tract. de Episcopo libro 4. in 4. parte secundę partis principalis quęstio. 6. Felyn. in dicto capitul. eam te colum. 3. versic. restringuntur, vbi Ripa etiam col. 3. de rescript. Item per hanc secundam opinionem potest adduci quod capitulum Cathedralis Ecclesię potest sede vacante congregare synodum, quia est iurisdictionis, vt dicam latim in 4. quęst. accessoria ergo electus, & confirmatus hoc posse debet: non obstant allegata in contrarium per dicto cap. nisi de auth. & vsu palij, ita Felyn. in dicto capitulo eam te colum. 5. versic. 4. restringitur, sed Episcopus confirmatus licet non habeat Ecclesiam pleno iure, vt supra dictum est, ante consecrationem tamen ex electione dicitur habere ius prælaturę secundum Innocen. in cap. ex parte de arbitris: quem sequitur Bertach. in loco proximè allegato, & vltra ea potest omnia quę sunt iurisdictionis dicto cap. transmissam. Non obstat illud de Pontificalibus indumentis, quod habitus de iure parum habetur in consideratione cap. porrectum de regular. Et ideo sicuti missa non est de substantia in synodo, sed de solemnitate ita, & indumenta Pontificalia, vnde Vicarius Episcopi, potest esse in synodo nomine Episcopi, vt dicit Henricus de Bottis in secunda parte in princip. & pariter capitulum, quod potest congregare synodum sede vacante non vtitur indumentis Pontificalibus, ex quo patet, quod indumenta Pontificalia non sunt de substantia synodi.

Non obstat etiam quod congregatio synodi sit de his, quæ exigunt discussionem maioris negotij: quia loquendo de synodo Episcopi; hoc est falsum: & allegata supra loquuntur in synodo prouinciali, vt clarè apparet, & lata differentia est inter illam, & synodum Episcopi, quia in synodo Episcopi non tractantur nisi negotia vnius diœcesis, & vnus est iudex: sed in synodo prouinciali tractantur negotia multarum diœcesum, & Episcopi suffraganei sunt ia ea in cognoscendo, & coniudices capitul. scitate 6. quæstio. 3. & in diffiniendo, vt assessores 15. quæstio. 7. cap. Episcopus, & cap. si quis ita vt not. Butrius & Imo. capiculo graue de præbend. quos refert, & sequitur Cardinal. Alexand. in capitul. propter Ecclesiasticas colum. final. 18. distinct. nil mirum igitur si congregatio synodi, seu Concilij Prouincialis sit de his, quæ exigunt discussionem maioris negotij, & propterea prohibetur electo in Archiepiscopum ante palliationem ut d. cap. sicut §. propterea de electo ubi Imo. colum. 2. istud notat ex illo text. dicens electum in Archiepiscopum non habere ante palliationem exercitium eorum, quæ sunt ordinis: nec eorum, quæ sunt iurisdictionis, si sint magnæ potestatis, ut est conuocare Concilium; Et si dixeris, quæ sunt ergo illa in Episcopo, quæ sunt maioris discussionis, quæ ante consecrationem prohibentur eidem in d. c. transmissam respondeo, quod sunt illa, quæ sunt iurisdictionis, & ordinis copulatiue, prout nult. d. c. utendo copulatiua, & sicuti est degradatio actualis teste Panor. ibi col. fin. ante finem post alios.

Ex prædictis infero primo, quod prouisus per Papam ante consecrationem potest conuocare synodū suam, quia prouisio Papæ habet vim electionis, & confirmationis secundum Innocentium in capitulo cum olim. in princip. de causa possession. & proprietat. not. glos. 3. in capitul. 1. de electio. in 6. & uarias authoritates adducit Fely. in dicto c. eam te col. 2. uersiculo extenduntur prædicta, ubi Ripa col. 4. num. 11. & idem Fely. in cap. cum Bertoldus col. 11. uersicul. limita nisi, & c. accedens 2. nota. de accusat.

sed hoc intellige verum, dummodo prouisi de Episcopatu per Papam expediuerint bullas suæ prouisionis, vt determinatur in extrauagant. Bonifacij octaui incip. ineunte posita in titulo de elect. in extrau. g. communibus de qua meminerunt Imola, & Panormitan. in capitul. qualiter de electo. & Panor. in capit. nostri col. 1. eo. tit. Dec. rubr. de constitut. col. 9. vers. 2. prædicta in 2. lectura.

Secundò infero, quod nominati ad Episcopatum
9 per regiam Maiestatem Christianissimi regis Franciæ ad formam primi decreti concordaterum cum Leone X. non possunt ante prouisionem faciendam per Papam congregare, & celebrare synodum. Ratio est, quia illa nominatio, quæ vt puto est non solemnis nullum ius tribuit, vt probatur, in dict. cap. quod sicut vbi notat hoc Panor. 1. not. de elect. Decius in rubr. de postul. prælator. col. fi. ad fin.

Tertiò infero, quod electus tantum, sed non con-
10 firmatus non potest celebrare synodum Episcopalem; quia licet electus habeat administrationem in habitu, non tamen habet exercitium, nisi per confirmationem, vt notat. glossa magna in cap. quando 63. distinctio. quæ est notata secundum Panorm. in dicto capitulo transmissam columna 3. vbi Imol. in final. verbis commendat, de qua glossa vide Cardin. Alexand. post Archidiacon. & Gemi. in dicto capitulo quanto colum. 11. & in capitul. 1. dist. 24. colum. 7. & in capitulo de Siracusanæ colum. 2. 28. distin. Felyn. in capitul. cum Bertoldus colum. 1. de re iudic. Decium in capitul. potesque 2. not. de elect. quæ glossa est adeo vera, quod non valeat consuetudo in contrarium capitulo cum venerabilis de consue. de quo tamen vide Decium in dicto capitulo postquam colum. 11. num. 7. vbi latè.

11 Limita prædictam illationem non procedere in exemptis, & immediate subiectis Papæ existentibus vltra Italiam, & a Roma valdè remotis, & electis in concordia: quia ex quo tales ante confirmationem administrare possunt capitul. nihil §. fin. de elect. vbi omnes Doctores, & etiam notant Doctores supra nominati in locis prædictis, puto quod tales poterunt congregare, & celebrare synodum suam ante confirmationem faciendam per Papam.

RESOLVT. CCCCLI.

1 *De iure simul in anno sufficit celebrari synodus.*
2 *Episcopus ex causa celebrare potest synodum bis in anno.*
3 *Ex consuetudine bis in anno etiam potest celebrari synodus.*

Quoties debet congregari synodus ab Episcopis.

REspondet Petr. de Palude in 4. senten. dist. 24. quæst. quinta col. 9 quod bis debet celebrari, mouetur per cap. habeantur 18. dist. 2. per cap. sicut de accus. sed pace eius dixerim hoc non est verum,
1 quia sufficit de iure semel in anno celebrari cap. Abbates 18. quæst. vndecima ibi semel in anno vbi ita not. Card. de Turrec. facit. cap. quod in dubijs ibi tuam synodum de Maio, & ob id cap. annis singulis 18. dist. licet sit palea tamen allegatur. à Pano. in cap. ex ore 11. not. de priuileg. & ita tenet Panor. in d. c. sicut 11. notab. de accusa. summa Syluestrina in verbo Concilium §. fin.

Non obstant allegata in contrarium primo d. c. habeatur, quod ille tex. loquitur in synodo prouinciali, vt omnes doct. ibi attestantur, & illud. cap. est hodie correctum per cap. quoniam eadem distin. & c. cum sit iudæis, vbi probatur hodie sufficere semel in anno celebrari synodum prouincialem: non obst. d. cap. sicut quia ibi plurale refertur ad plurale, quia Episcopi quasi incongrue dicerentur in Episcopali synodo publicare statuta prouincialia, ideo dicitur not. Episcopalibus synodis vnde Car. Zabar. ibi in 1. n. dicit quod sicut synodus Prouincialis debet singulis annis celebrari per Archiepiscopos, ita & synodus Episcopalis, & idem ibi 21. nota. notat. Pan. & in c. conquerente col. 3. vers. 10. debet de offic. ordin. dicit quod annuatim Episcopus debet celebrare synodum, & idem Panor. dicit in cap. olim. 1. not. de censibus, & in cap. graue 4. not. de præbend. tenet igitur secundam opinionem, scilicet quod sufficiat semel in anno celebrari, licet olim secundum Pano. in d. cap. sicut 11. nota. fiebat bis in anno alleg. d. cap. quoniam, sed potest dici illud cap. loqui in synodo Prouinciali, vt patet intuenti, nisi forte dicas, quod synodus Episcopalis regulabatur secundum synodum Prouincialem, quia in synodo Episcopi debent referri gesta, & statuta in Concilio Prouinciali cap. fin. 18. dist. sed contra hoc facit, quia debet fieri synodus Episcopi infra sex menses post synodum Prouincialem bis infra sex menses saltem commodè, & quicquid sit si olim bis in anno celebrantur synodi Episcopales sicuti synodi prouinciales, ex quo hodie sufficit semel celebrari synodos prouinciales idem erit dicendum de synodis Episcoporum: vera est igitur inconcusse secunda opinio, & ideo tenenda.

2 Limita eam primo, quando Episcopus ex causa vellet bis in anno celebrare synodum, quod potest argument. glossæ in capitulo si Episcopus de officio ordinar. libro sexto, quæ dicit Episcopum posse ex causa pluries in anno visitare, & idem not. glossa annis in Clement. attendentes de statu Monachorum, & omnes post Hostiens. hoc notat. in capitulo mandamus de officio Arch. Cardin. Alex. in capitul. de Concilijs col. 1. 18. distinct. vbi dicit Concilium prouinciale posse etiam bis hodie in anno celebrari si necessitas cogat.

3 Limita secundo, quando ex consuetudine esset introductum, quod synodus Episcopi bis celebretur in anno, prout est Lugduni, quia tunc posset bis celebrari vt determinatum fuit in concilio Basilienſi sessione 15. quod si nolis adhærere dictæ determinationi Concil. Basil. puto nihilominus adhuc limitationem veram; moueor quia valet consuetudo quod synodus Prouincialis, non celebretur quolibet anno secundum Sem. post. Hugut. in c. habeatur 14. dist. & tamen talis consuetudo, quod synodus Episcopi bis celebretur, ad introducendam talem consuetudinem iuxta gl. in verb. consuetudo in c. fin. de consuetud. in 7. de qua vide Panor. in c. fi. col. 7. vers. quâtum autem ad tempus eodem tit. in Antiq. vbi Dominus Rochus de Curte col. 41. vers. secunda est conclusio plura allegat, quæ videri possunt, intellige tamen dummodo cum tempore, decem annorum interueniât alia requisita ad introducendam consuetudinem, de quibus vide docto. in d. c. fin. & aduerte Episcopum non debere vltra talem consuetudinem grauare subditos venire ad synodum, nisi ex causa, vt dixi in præcedenti limitatione per cap. his qui de maior. & obedient. vbi superior non debet compellere venire subditos ad capitulum, seu congregationem vltra solitum.

RESOLVT. CCCCLII.

1 *Capitulum sede vacante non potest congregare synodum, sed contrarium num. 3.*
2 *Synodus est præparatorium ad visitationem.*
4 *Episcopi prouinciales sede Metropolitana vacante possunt congregare synodum prouincialem.*
5 *Ea quæ sunt iurisdictionis regulariter transeunt ad capitulum.*

An

An capitulum sede vacante possit congregare synodum.

1 IN hoc articulo videtur, quod non quia non repetitur expressum ergo, &c. cap. illa ne sede vac. contrarium determ. Paun. in tra. de potesta. cap. sede vac. in 1. par. q. 7. col. 1. vers. ex premissis mouetur
2 quia synodus est præparatorium ad visitationem, & quædam visitatio generalis præambula visitationis particularis, vt probatur secundum eum in c. sicut de accusat. sed capitulum potest visitare sede vacante vt scribit Panor. in c. cum olim de maior. & obed. & latè idem Pauinus loco proximè allegato; ergo potest, & illud, quod est præparatorium l. oratio fin. de sponsa mouetur alia ratione, quia capitulum sede vacante succedit Episcopo in iurisdictione, vt not. in d. ç. 1. par. olim, & late scribit Pauinus in d. tract. q. 10. in
3 1. par. sed synodus est de lege iurisdictionis, ergo capitulum succedit in synodo celebranda, facit quia
4 sede Metropolitana vacante Episcopi Prouinciæ se congregare possunt ad Concilium prouinciale celebrandum secundum Hugo. Archid. & c. fin. ead. dist. quos sequitur Card. de Turrec. in c. de Concilijs in fine, & Card. Alexandr. in princip. eadem dist. facit etiam, quia si Ecclesia careret pastore Archiepiscopi, & Primates possunt congregare Concilium generale vt scribit Gem. in d. cap. propter, in verbis finalibus Card. Alexand. in c. propter synodum col. 11. & col. pen. 17. dist. non obstat, quod allegatur in cõtrarium, quia illud dicitur expressum quod venit ex mente legis l. nominis §. verbum ff. de verb. sign. not. glos. in verb. expressum in l. prætor ait §. primo vbi moderni ff. de no. oper. nuntia. sed iura volunt quod ea quę
5 sunt iurisdictionis sede vacante regulariter transeant in capitulum, vt not. in locis præallegatis ergo ex consequenti volunt, quod transeat synodus, quæ est iurisdictionis.

RESOLVT. CCCCLIII.

1 *Quæ personæ sint obligatæ venire ad synodum vide etiam num. 2. 3. & 4.*
5 *Episcopo notificaturo statuta Concilij prouincialis in sua synodo omnes clerici debent venire.*
6 *Canonici Ecclesiæ cathedralis non tenentur venire ad synodum, quod non procedit vt n. 7. 8. 9. & 10.*
11 *In synodo Episcopi debent corrigere mores.*

Qui debeant venire ad synodum Episcopi.

1 RESpondeo multas personas obligari; primo ire debent ad synodum Episcopi monachi transacti ad Ecclesias parochiales cap. de monachis 17. quæst. 1. no. Arc. in cap. Abbates 18. quæstion. 2. colum. 2. Gemin. & Car. in cap. Episcopus il secundo 18. dist. dicentes hoc ideo esse, quia tunc ratione Ecclesiarum, & populi subditi sunt Episcopo, facit quod tales monachi debent officiare Ecclesias illas sæculares non secundum morem monachalem, sed secundum morem attributum illi Ecclesiæ, glos. penult. in c. in fin. de celeb. miss. vbi Car. 306. q. 7. glos. 1. c. 7. 16. q. 1. & notat vterq. Card. in cap. quando 38. dist. simplices autem Monachi claustrales non tenentur venire ad synodum Episcopi glos. in c. conuenientibus 1. q. 7. & tradit vterq. Card. in d. c. Episcopus. Felyn. in d. c. quod super his col. 1. nec pariter mendicantes tenentur venire c. nimis il 2. de excessibus prælator. & not. Host. in sum. eod. tit. §. qualiter vers. ordo autem, & scribunt Gem. vterque Card. & Felyn. in locis proximè allegatis, licet ipsi mendicantes possint cogi per Episcopum venire ad processiones generales, quę fiunt ex magna causa, vt scribit Gem. in d. c. quando 38. dist. Panor. in d. c. nimis, & in cap. dilectus col. fi. vbi Felyn. de offic. ord. in Ang. de Clau. in summa in verbo Episcopus §. 11. decis. Thol. 484. incip. vtrum Archiepiscopus.

Ex hoc videtur posse fieri ipsos mendicantes pos-
2 se cogi venire ad Synodum Episcopi quando fieret ex magna causa: puta fidei, vel alia simili argum. eius quod not. Arch. in d. c. quando in fin. vbi dicit ire ad Litanias, seu processiones, & venire ad Synodum, seu concilium æquiparari, & sequitur Fel. in d. c. dilectus col. 3. vers. circa vndecimum de offic. ordinar.

3 Secundo ire debent ad Synodum Episcopi omnes prælati sæculares secundum Imol. in dicto capitul. graue col. 6. versic. ad synodale de præben. & horum consilio Episcopus quæ potest in Synodo, & habet ordinariam iurisdictionem debet omnia gerere authore eodem Imol. ibi colum. 6. & idem repetit. ibi col. penult. nihil allegat. Imola pro probatione prædictorum: ego intelligo hæc de prælatis sæcularibus non exemptis, & puto probari in d. cap. fin. 18. dist. ibi præsbyteros, & in d. cap. quod super his ibi sacerdotes diæcesani de maior. & obed. nam appellatione præsbyterorum, & Sacerdotum comprehendi possunt prælati sæculares argum. c. legimus 93. dist. & c. olim idem 95. dist. & glos. in verbo communione in c. quoniam 18. dist. nam ex quo non sunt exempti subijciuntur Episcopo, liganturque statutis Episcopi, & ab eorum sententia appellari debet ad Episcopum c. Romana §. 1. de appellation. in 6. Prælati autem stricte dicuntur omnes, qui habent iurisdictionem contentiosam glos. in verbo prælati in clem. dudum de sepul. glos. 1. verbo prælati in d. §. 1. vbi Gemin. & Phil. Francus dicunt tales prælatos esse subditos Episcopo adde Panor. idem tenentem quod glos. præallegatæ in cap. fin. vitim. not. de pœnit. & remiss. & in capit. cum ab Ecclesia de offic. ordinar. Dec. in rubr. de postulat. prælator. col. 1. large autem prælati dicuntur etiam rectores parochialium Ecclesiarum secundum Panor. in locis præalleg. de quibus si intelligantur prædicta planum est, per ea quæ statim dicam, sed puto Imolam intelligere de prælatis stricte dictis, & sic de his, qui habent iurisdictionem fori contentiosi, vt supra dixi. Hi etiam prælati cum ligentur statutis Episcopi debent corrigere clericos sibi subditos secundum statuta Episcopi, & ex quo sunt subditi Episcopo debent præstare Episcopo, obedientiam, quæ præstatur Episcopo in synodo d. c. quod super his; consequens est igitur, quod venire debent ad synodum Episcopi, & hoc aperte vult collectarius in c. sicut versic. sed quod suppositio de accus.

Tertio ire debent ad synodum Episcopi sacerdo-
4 tes habentes curam animarum d. capitul. quod super his de maior. & obe. vbi ita intelligit Io. Andr. in nouella supplens ad verbum sacerdotes scilicet curatores: quem ibi sequitur Card. Zabar. 3. oppo. Imol. & Panorm. 1. not. & probatur etiam in capit. quando 38. dist. vbi Gem. & Alex. not. Innoc. in d. c. graue in prin. vbi omnes de præbendis, quod procedit etiam si sunt præsentati per exemptos secundum Archidiac. & Io. Andr. in c. 1. §. illum per illum tex. de verbor. signif. in 6. Alij autem sacerdotes non habentes curam animarum, nec Beneficiati non tenentur ire secundum gl. 1. in d. cap. quod super his vbi dictum Anton. q. 1. sequitur Zabar. 3. oppo. & Imol. 1. not. & ita intellige quod not. Innocen. in d. cap. graue quem ibi sequuntur Ioan. Andr. col. 2. & Zaba. column. 3. dum dicunt, quod vocandus est totus clerus ad synodum Episcopi.

Quarto venire debent ad synodum Episcopi, omnes beneficia simplicia habentes, quamuis non habeant curam animarum, ita dicunt aliqui per cap. fin. de cens. vbi a contrario sensu secundum Innocentium.

Zabar. & alios probatur beneficiatos, qui instituuntur perpetuo in oratorijs, & cappellis visitari posse per Episcopum loci: & obligari ad solutionem procurationis, facit quod Synodus Episcopi est præparatoria ad visitationem, & quædam visitatio generalis præambula visitationis particularis secundum Pauinum in tractat. de capitul. potestate sede vacante 1. par. quæst. 7. col. 1. & probatur secundum eum in cap. sicut de accusat. ergo si beneficiati possunt visitari sequitur, quod debent venire ad synodum Episcopi ipsius visitationis præambulam, quod cui iniungitur consequens iniungitur antecedens leg. ad rem mobilem ff. de procuratoribus, sed quod tales non teneantur venire affirmat Zabar. in d. cap. quod super his in 3. oppositione, sufficit enim curatos ire, qui postea publicant populo, & cæteris Ecclesiasticis statuta in Synodo Episcopi facta sicuti faciunt Episcopi de statutis Concilij generalis, vel prouincialis, qui habeant Eccesias, quarum ratione teneãtur ad cathedraticum, & ad quartam decimarum, & similia, vt in cap. conquerente de officio ordin. secundo Panor. in d. cap. quod super his 1. not. post Hostiens. & Ioan. Andr. ibi. Non obstant allegata in contrarium: quia multi tenent contra Innoc. in d. cap. fin. & forte melius authore Panor. ibi in finalib. verb. vel postea dici diuersam rationem esse in visitatione, & ex separatis non fit illatio leg. Papinianus exuli ff. de minoribus: non obstat dictum Pauini, quia d. cap. sicut, allegatum per ipsum hoc non probat, si rectè inspiciatur, nam quod ibi fit mentio de testibus synodalib. instituendis nihil ad propositum visitationis fit, quod ille non dicitur visitare sed inuestigare absque alia iurisdictione, quæ correctione, vel reformatione digna sunt: cum igitur ille text. non probet intentionem Pauini, sequitur dictum eius non esse verum: quod dictum doctoris intelligitur secundum text. quem allegat, vt inquit Bartol. in leg. cum quidam ff. de his quib. vt indig. & in l. 1. in princ. ff. de vulga. & pupil. col. penult. Cepol. in auth. nouo iure col. 10. c. de ser. fugi. Ioan. Andr. in c. cum nuntius de testibus, & infinita consilia allegare possẽ, quę aliàs addidi ad Bart. meum in d. §. liberationis, sed prudens omitto: vti non multum necessarium, nec vtile.

Limita primo, quando Episcopus vellet aliquid statuere in synodo cõcernens totum clerum, vel procedere ad reformationẽ rerum, vt supra dixi vers. 4. in quod simpliciter beneficiati venire tenentur.

5 Limita secundo, quando Episcopus notificaturus esset in synodo sua statuta Concil. prouincialis: hoc casu omnes clerici debent accedere ad synodum Episcopi secundum Hug. in c. fin. dist. quem ibi refert, & sequitur Card. de Turrec. & illo tex. hoc probare videtur ibi diaconos, & clericos &c. facit quia hoc casu late debent venire.

Primo ex prædictis inferendum videtur canonicos
6 cathedralium Ecclesiarũ non teneri venire ad synodũ Episcopi, quia canonici dicuntur simpliciter beneficiati, vt not. Panor. in cap. nouum genus col. 2. in fin. de decim. vnde canonici cathedralium Ecclesiarum non dicuntur esse in dignitate cap. statutum in prin. vbi Gemin. not. 4. de rescript. in 6. licet dicuntur esse in quasi dignitate, vt scribit Ripa in lib. resp. c. 23. vol. 5. n. 7.

Limita tertio, quando in synodo Episcopi tracta-
7 rentur tangentia canonicos cathedralium Ecclesiarum canonicos debere vocari ad synodum prouincialem si tractentur ea quæ ipsa capitula contingunt, & idem videtur dicendum de synodo Episcopi, & hoc velle puto ibi Io. And. in nouella super verbo inuitari, dum dicit canonicos Ecclesiarum cathedralium debere inuitari ad synodum Episcopi si tractentur tangentia eos, quod de eorum consilio fieri deberent c. nouit &c. sequenti eo. tit. & idem quod Io. Andr. dicit Card. ibi q. 3. facit quod doctores sæpè arguunt de synodo prouinciali ad synodum Episcopi; Aduerte tamen quod licet secundum Vicent. Inno. Host. & Ioan. Andream in d. c. fi. & in d. c. graue de preb. tex. in dicto cap. fin. intelligatur modò prædicto scilicet canonicos cathedralium Ecclesiarum debere vocari ad synodum prouincialem, si tractentur tangentia eos, tamen tex. ibi probat, quod siue tractentur tangentia eos, siue non, quod sunt inuitandi: quia dictio, maximè, ibi posita importat idem esse in casu contrario secundum Innoc. in cap. damnamus col. penult. de sum. Trinit. & fid. catho. vbi additio plura allegat loca, item in dicto cap. fin. ponitur verbum, debentur, quod importat necessitatem glos. 2. in cap. proposuit de appellat. vbi doct. & per hæc Zabar. in dict. c. fin. 3. q. & in dicto cap. graue q. 5. tenet semper vacandos ad Concilium prouinciale canonicos cathedralium Ecclesiarum, pro tutiori idem tenet Panor. in d. cap. graue col. & in dicto capitulo fin. & vlt. notab. & per hæc, & supradicta videtur idem dicendum in synodo Episcopi arg. dicto capit. fin. quid tenendum.

Ego puto canonicos cathedralium Ecclesiarum debere per Episcopum vocari ad suam synodum de necessitate iuxta secundam opinionem; sed ipsi non tenentur venire nisi de honestate; vel nisi tractarentur tangentia eos; vel nisi Episcopus indigeret consilio ipsorum canonicorum iuxta primam opinionem, quod latius statim declarabitur.

8 Limita quarto illationem prædictam quando canonici cathedralis Ecclesiæ haberent sub se populum subditum Episcopo: vel sub eo haberent cappellas subditas Episcopo, quod siue sint exempti, siue non; puto eos ire debere ad synodum Episcopi arg. cap. cum cappella de priuileg.

Limita quinto quando Episcopus in synodo sua vellet facere statuta, quod ex quo tunc debet Episc. requirere consilium capituli sui, & sic canonicorum cathedralis Ecclesiæ, vt notat Archid. in summa 18. dicto cap. 2. de constit. in 6. puto hoc casu canonicos cathedralis Ecclesiæ debere venire ad synodum Episcopi.

Sublimita quando Episcopus contra capitulum præscripsisset, quod non teneatur requirere consilium secundum Anch. in rep. cap. 1. in 5. quæst. 9. quæst. principalis de constit. quia hoc casu non haberet locum limitatio prædicta.

6 Limita sexto in duobus casibus, quod supra posui ante hanc illationem, & capitulum cathedralis Ecclesiæ non esset exempum a iurisdictione Episcopi quod sicut clerici simpliciter beneficiati in illis casibus tenentur venire ad synodum Episcopi.

10 Limita septimo, quando canonici cathedralis Ecclesiæ haberent iurisdictionem dependentem ab Episcopo, vt quod appellaretur ab ipsis ad Episcopum iuxta c. Romana §. 1. de appellat. in 6. quia hoc casu puto quod deberent ire ad synodum Episcopi per ea quę dixi supra vers. 4. ire.

Limita octauo quod si canonici cathedralis Ecclesiæ haberent iurisdictionem in aliquibus locis diœcesis cum Episcopo; vt est dare exemplum in canonicis Ecclesiæ Lugundun. qui in ciuitate Lugani habent super clerum iurisdictionem communem cum Reuerendissimo Domino Archiepiscopo, nam cum in synodo Episcopi debeant corrigi mores clericorum, cap. omnis singuli cap. quoniam quidem 18. dist. & latè Henric. de Botis in 3. par. vers. nonus actus, puto quod tali casu deberent venire canonici cathedralis Ecclesiæ ad synodum Episcopi; quia quoad illos, qui sunt iurisdictionis communis, sunt conindices; propterea venire debent; sicuti Episcopi debent ire

ad

ad Synodum prouincialem, quia ibi sunt coniudices, vt scribit Alex. in cap. propter Ecclesiasticas limit. 1. col. fin. 18. dist.

PRAXIS TITVLI ORDINANDORVM.

RESOLVT. CCCCLIV.

1 *Duplici modo potest quis ad Sacros ordines promoueri vno modo ad titulum beneficij: Altero modo ad titulum sufficientis Patrimonii.*
2 *Episcopus, qui aliquem sine titulo ordinauit, ei alimenta dare tenetur, & ordinatus est irregularis num. 3.*
4 *Antiquo tempore etiam ad minores ordines titulus requirebatur, quod correctum est per Trid. sess. 21. c. 2. vt n. 5. & quomodo intelligenda Constit. Sixti V. n. 6.*

De pœna Episcopi ordinantis absque titulo.

1 AB Episcopis insigniuntur religiosi sacris ordinibus duplici modo vno ad titulum beneficij idonei, altero ad titulum sufficientis patrimonij, quoniam in subsidium ipsi tenerentur ad decentia alimenta, & id ne vilescat ordo clericalis tantopere æstimandus c. non liceat c. Episcopus, vbi glos. de præb. ibi nisi talis ordinatus de sua, vel paterna hæreditate vitæ subsidium possit habere, & diserte cautum est à Sacro Oecumenico Concil. Trident. sess. 21. c. 2. Mascard. de prob. concluf. 1140. num. 9. Surd. de aliment. tit. 4. q. 18. num. 32. Nauar. de temp. ord. cons. 28. Gregor. Sayr. absolutiss. Theolog. in Thesaur. cas. cons. lib. 4. cap. 14. Cęuall. tract. commun. contra Comm. quęst. 527. & quæst. 565.

Clericos enim ordinatos sine titulo teneri Episcopum alere tradiderunt omnes in d. cap. Episcopus, & 2 idem tradidit Abb. in cap. per tuas el 3. num. 5. & Soc. num. 1. de Simon. text. & DD. in cap. cum secundum de præb. & dignit. Abb. in cap. vel non est compos n. 4. de temp. ord. Ant. Cordub. de Lara in l. si quis à liberis §. & si impubes num. 33. ff. de lib. agnosc. Matienco lib. 5. recoll. tit. 6. l. 1. gl. 9. num. 8. Burg. in cap. Ecclesia S. Mariæ num. 157. de constit. Rebuff. in praxi tit. de rescripto ex forma communem num. 1. Et quod 3 sic ordinatus sit irregularis recensent Simon. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 15. & allegat ad id Concil. Trident. sess. 21. de refor. c. 2.

Amplia procedere supradicta, vt olim etiam ad minores ordines, & primam tonsuram de iure anti- 4 quo requirebatur titulus, nedum ad sacros ordines, vt in c. neminem, & ibi glos. 1. & capit. 1. de præb. & ibi etiam glos. 1. communiter approbata secundum Imol. ibi, & glossa etiam prima, in d. cap. Episcopus Nauar. consil. 14. num. 1. de tempor. ordin. Quintaduennas Ecclesiasticon lib. 3. num. 4. & 17. & Suarez 5. tom. de censuris disput. 31. sect. 1. num. 33. quicquid dicat Vgolin. dict. 61. num. 2.

Contrarium tamen de consuetudine seruatur, vt per d. gl. 1. in d. cap. 2. quæ approbatur ab omnibus communiter, vt testatur Dec. ibi num. 29. & per Nauar. d. num. 1. & Paris de resignat. benef. lib. 2. quæst. 6. num. 4. Salcedo d. c. 18. nu. 5. in nouiss. edit. Quintaduennas d. num. 17. Rota decis. 731. num. 13. par. 1. diuers. quod videtur approbare Concil. Trid. d. cap. 2. 5 vbi solum ad sacros ordines requirit titulum Nauar. Salcedo, Quintaduenn. & Vgol. ibi, & Emanuel Rodriquez in summa 2. tom. cap. 15. nu. 16. & Ledesma in summ. 1. par. tit. de sacramento ordinis, cap. 7. ad fin. quamuis aliqui Episcopi etiam ad minores petant titulum, & quamuis non defuerint, qui dixerint, 6 ex noua constit. Sixti V. contra clericos male promotos, quæ in Bull. cap. 29. in ordine, & ponitur, & declaratur per Vmald. in suo candelabro aureo ad fin. 2. par. & per Zechum de casibus reseruat. cap. de suspensione etiam ad minores requiri titulum, tamen verius est per illam non fuisse in hoc aliquod innouatum, sed referenda erant singula singulis.

RESOLVT. CCCCLV.

1 *Videtur sæcularibus tantum necessarium esse titulum patrimonij, vt ad sacros ordines promoueri possit iuxta Concil. Trid.*
2 *Clericus tam sæcularis, quam etiam regularis non professus sine sufficienti titulo promoueri non potest, aliter suspenditur ab ordinum exequutione iuxta Bullam Pij V.*
3 *Professus Religionem habentem bona in communi, ad titulum Religionis ordinatur, & bona non habentem ad titulum paupertatis.*
4 *Bulla Pij V. non solum locum sibi vendicat in non professis, sed in nulliter professis.*
5 *Faciens contra formam Conc. Trid. irregularitatem incurrit, & inhabilis ad beneficia redditur.*
6 *Ignorantia crassa non excusat maximè ad obtinendum beneficium, & in dubio tutior via est eligenda.*
7 *Constit. Gregorij 13. exemit Iesuitas à Bulla Pij V. qui post illa tria vota simplicia, ante quam solemniter profiteantur, cum literis eorum præpositi, siue superioris possunt ad sacros ordines peruenire.*

An titulus ad ordines requiratur, ne dum in clericis sæcularibus, verum etiam in regularibus.

1 IN hoc articulo in facti contingentia dicebam Concil. tantummodo loqui de clericis sæcularibus, vt patet ibi, ne quis deinceps clericus sæcularis, & similiter constitutionem Sixti V. in Bullario cap. 29. ibi licet quoad seculares sine titulo sufficientis beneficii, vel patrimonii Vgolin. sup. numero 3. & Rodriquez quæst. regul. tom. 3. quæst. 23. art. 3. & ita religiosos Societ. IESV, qui emiserunt tria vota non solemnia, non comprehendi sub illo decreto rectè cõsuluit Mandos. cons. 13. Pius tamen V. in sua constit. 74. in ordine in Bullario extendit dict. decretum Cõ- 2 cilii ad clericos regulares, seu religiosos non professos sub pena suspensionis ab exequutione ordinum aliter susceptorum, & tradunt Maiol. de irreg. lib. 4. c. 15. num. 1. Salcedo num. 2. Paris. 19. Quintaduenn. 66. & Vgol. n. 3. Genuens. in praxi Archiepiscopali curiæ Neap. cap. 81. num. 2. Enriquez in summa lib. 13. c. 37. §. 1. vnde Sacra Cong. Concilij sic censuit nullus clericus sæcularis, aut regularis non professus debet ad sacros ordines promoueri, sine sufficienti titulo ex Bulla Pij V. data anno 3. pridie idus Octob.

Et ratio prædictorum est scilicet religiosis professis, vt non requiratur titulus vt quis ordinari possit 3 ad ordines sacros, quia si religio illa possideat in communi satis est ordinari ad titulum religionis, si non possideat in communi ordinatur ad titulum paupertatis, cum hoc sit illorum institutum, quia Dei benignitas, & prouidentia, quæ nemini deest, & etiam aues pascit est eorum titulus, ac patrimonium, indeficiens, & praxis communis, & omnes docent, & si non sit professus non potest ordinari sine titulo sufficiente, quia ante professionem emissam habentur pro secularibus, quoad hunc casum.

Amplia Bullam Pij V. habere locum tam in non 4 professis, quam in nulliter professis, vt censuit Rota Romana in vna Vergellen. canonicat. 3. Maii 1591. coram Illustrissimo Blanchetto, cuius tenor est videlicet Domini absque vlla controuersia dixerunt Ferdinandum per susceptionem ordinum eo modo, quo illos suscepit contraxisse incapacitatem ad beneficium,

neficium, Constitutio enim Pij V. est clarissima qua suspenduntur absque aliquo titulo contra formam Concil. Trid. sess. 21. capitul. 2. de reform. quæ constitutio habet locum tam in non professis quam nulliter professis, quum loquatur de his, qui liberè, & licite ad sæculum redire possunt, quare cum Ferdinandus se nulliter professum prætendens per consequens potuisse ad sæculum redire, ad titulum paupertatis, vt professus sacros ordines susceperit, fuit suspensus ab exequutione suorum ordinum, & beneficij acquirendi incapax effectus capit. cum bonæ de ætate, & qual. vbi glos. & Abb. n. 6. cap. fin. de clerico excommunicato, vbi glos. capit. lator de excessibus prælat. Gemin. cons. 91. num. 3. & 133. n. 2. & fuit resolutum coram D. Gypsio in causa Meliten. Abbatiæ 24. Ianuarij 1590. & cum postea ipse promotus ad Subdiaconatus ordinem obtinuerit sub prætextu emissæ professionis, in Diaconum, & præsbyterum ordinari, fuit factus irregularis cum ascendendo ad maiores ministrare dicatur in minoribus Maiol. de irreg. lib. primo cap. 2. num. 11. & lib. 4. cap. 33. num. 2. cum alijs allegatis in d. Meliten. & hoc ipsemet Ferdinandus in suo libello porrecto Ordinario fatetur, nam dum asserit, se non ministrasse in ordine presbyteratus per hanc exclusionem videtur includere se ministrasse in alijs ordinibus, & ex hac irregularitate nouam contraxit inhabilitatem ad beneficia Modern. de resignat. benef. lib. 5. cap. 6. n. 99.

Non obstat prætensa dubietas primo, quia contrarium apparet ex eius confessione in libello, dum asserit, se statim post dictam professionem nullam, & etiam in ipsa ordinum susceptione, & post reclamasse semper, ex qua reclamatione probatur ipsum habuisse animum dimittendi habitum, & ad sæculum redeundi, ideo debebat abstinere ab ordinibus suscipiendis tanquam verè professus, & ordinarium non decipere, qui si de tali animo, & statu fuisset informatus, & illi iuxta literarum sui superioris tenorem non credidisset, eum ab ordinum susceptione repu-
6 lisset; præterea ignorantia crassa ipsum Ferdinandum non excusat Nauar. in Man. capitul. 27. numer. 241. præcipuè ad effectum acquirendi beneficium, quo casu sunt probandę habilitates. Et dato, quod fuisset dubius tutiorem viam debebat eligere, & ab ordinum susceptione abstinere, donec de validitate professionis fuisset iudicatum cap. ad audientiam de homicidio Nauar. vbi supra num. 284. & ex his, & alijs ita fuit decisum. Sed à dicta constitutione Pij V.
7 Gregorius XIII. exemit religiosos Societ. IESV, qui post tria vota simplicia ante solemnem professionem possunt sine titulo ad omnes sacros ordines promoueri de licentia sui Præpositi generalis, vt in literis datis 1575. anno primo, quæ habentur in libro literarum Apostolicarum Soc. IESV pag. 130. & tradunt Salcedo Flam. Paris Genuen. Enriquez, & Suarez, ibi, & Emanuel Rodriquez d. c. 15. num. 1. & d. art. 3. & ita habetur in declaratione Sacræ Congregationis adducta per Nicol. Garziam in tract. de fruct. 2. par. cap. 5. sub num. 20. quod etiam confirmauit Gregorius XIV. in sua constit. qua Societatis institutum, & ratio gubernandi confirmatur data anno 1591. 4. Kal. Iulij.

RESOLVT. CCCCLVI.

1 *Ordinandus de titulo sibi prouidere debet, quæ nec remittere, vel aliter alienare valet, nisi de consensu Episcopi, retinendo sibi ordinatus congruam sustentationem.*

2 *Filius dominus bonorum pater norum dicitur, & patre mortuo non est necessaria filio hæreditatis aditio, cum continuetur dominium, & in eo ipso iure transferatur dominium.*

3 *Filius priuilegiati habentis fori electionem, priuilegiatus quoque est.*

4 *Episcopus ordinans filium diuitis incurrit pœnam Concil. Trid. cit. cum multa obuenire possint, vt patris bona ad filium non obueniant.*

Episcopus ordinans filium Magni diuitis an teneatur de suo illum alimentare.

1 CErtum est in iure neminem posse ad sacros ordines ascendere, nisi sibi prouideatur de tit. c. non licet, & c. Episcopus vbi glos. de præbend. & hoc ne vilescat ordo Clericalis Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de reformat. Mascard. conclus. 1140. n. 9. Surdus de alimentis tit. 4. q. 18. n. 32. Nauar. de tempor. ordinat. cons. 21. & propterea non potest extingui, alienari, vel remitti absque Episcopi licentia, iuxta tradita per Cõcil. cit. loco, nisi ordinatus retineat congruam substentationem Ceual. q. 561. num. 24. & 30. Sayr. in Thesaur. casuum conscient. lib. 4. cap. 14.

Quare fuit mihi quæsitum, an Episcopus sacris ordinibus insigniens filium diuitis, teneatur de suo illum alimentare, & consequenter incurrat pœnas Concilij Tridentini loc. supra cit. & prima consideratione videbatur negandum ex eo, quod filius dicitur dues, si eius pater est dues. Alexan. consil. 23. volum. 1. Dec. cons. 328. volumine 2. hinc est, quod æstimum patris confunditur cum filio, & pro vnico reputatur Capic. decis. 108. & latè Bartol. in l. illud,
2 quod cuiusq. vniuers. vnde filius viuente patre dicitur Dominus bonorum paternorum l. in suis ff. de liber. & posthum. neque in eis mortuo patre, necessaria est hæreditatis additio, cum continuetur dominium in eum l. in suis ff. de suis, & legitim. & quod bona patris transferantur ipso iure in filium probat Bald. in l. cum hæreditas C. depositi glos. in cap. 1. de Magistr. in l. 2. C. qui ætate lib. 10. Alexand. & Alciat. d. l. in suis ff. de liber. & posth. nouissimè affluenter habetur per Nouarium in sua praxi variationis, & electionis fori sectione 1. vbi ex hoc, & alìs conclu-
3 dit, quod filii personæ priuilegiatæ habentis fori electionem gaudent eodem beneficio.

Cæterum contrarium resolui, vt scilicet Episcopus post publicationem Concilii non debeat ordinare filium diuitis volentis sacris initiari, dignissimo sacerdotis munere fungi nisi in primis, & ante omnia fuerit eis donatum, quamuis de iure communi valeat sequela pater est dues, ergo filius Costa de remed. subsid. cap. 100. n. 2. cum æstimum patris, vt supra dixi dicatur æstimum filii, & ratio est, quia multa accidere possunt, ne patris bona deueniant ad filium Tiraquel. de leg. connub. glos. 2. num. 23. Paris lib. 2. de resignat. benefic. q. 6. Costa dicto cap. 106.

RESOLVT. CCCCLVII.

1 *Vsque ad tempora Alexan. 3. & Innoc. 3. nemo ordinabatur, nisi ad titulum beneficij, vel certæ Ecclesiæ.*

2 *Post tempora Alexandri, & Innoc. 3. vno ex sex titulis relatis poterat quis ordinari.*

3 *Superuenit Concil. Trid. vt non possit, quis promoueri nisi titulis ibi positis.*

4 *Habens sufficiens patrimonium promoueri potest, licet expresse non sit assignatum pro titulo, cum illud succedat loco tituli.*

5 *Habens plura bona, vel beneficia, ea, ad quæ specialiter ordinatur sunt titulus, & non alia.*

6 *Ad titulum veræ donationis potest quis ordinari, & donec quid sufficiens habeat vnde viuere possit, sine licentia Episcopi eum alienare non potest.*

7 *Potest ab Episcopo triennalis familiaris ordinari ad titulum pensionis, vel patrimonij.*

Qui

Qui titulus requiratur ad suscipiendos sacros ordines.

RESP. quod secundum Garziam de benef. par.2. de benef. de iure antiquo Episcopus poterat clericos promouere ad plures, & diuersos titulos. Primo ad tit. beneficij d. c. neminem, & c. sanctorum 7. dist. ex quibus canonibus, vt recte explicat Quintaduenas d. libr.3. & ex numer.27. nemo poterat ordinari, nisi ad tit. beneficij, seu certæ Ecclesiæ 1 vsque ad tempora Alex.III.Innoc.III.& quorum sunt c.Episcopus & c.tuis de præbend. & dignit. & de hoc tit. Certæ Ecclesiæ ad ordines loquitur Epistola Alexandri tertij ad Alphonsum Castellæ Regem, quam ponit conciuis noster Gil. Gonzalez portionarium Ecclesiæ Salamantinæ in sua historia de Salamanca lib.2. cap.15. in qua Papa ait,quod Petrum Salamantinum Episcopum in Sacerdotem certo sibi in vrbe titulo assignato promouit, & non loquitur de titulo Cardinalatus, vt male intelligit ille.

2 Secundo ad titulum proprij patrimonij, vt postea statuerunt Alex. tertius, & Innocentius tertius in d. capitul. Episcopus, & c. tuis, & consequenter etiam ad titulum pensionis Ecclesiasticæ. Tertio ad titulum paternæ hæreditatis d.c. Episcopus. Quarto ad titulum alieni beneficij c. postulasti de iurepatr. c.per tuas el 3. & c. penult. de simonia, vbi Doct. & Abb. in c. cum secundum Apostolum de præbend. num.11.Felyn.in c.in nostra de rescrip.cons.34.num. 31. Lamber. de iurepatron. lib.3. q.5. art.6. Quintanad. sup. a num. 19. de quo Gamb. de off. leg. lib.6. ex num.131. Quinto ad titulum stipendij ab Episcopo sibi assignandi super fructibus suæ mensæ Episcopalis ad c.2. & c. Episcopus de præb. & dignit. Abb. d. num.11. Sexto ad titulum pensionis, seu stipendij à laico in titulum ei assignati super bonis suis Rota decis.11. de præb. in antiquior. Felyn. in c. postulasti de rescriptis n.8.d.c. in nostra cor.30.

3 Hodie ex Sacro Concilio Trident. d.c.2. non videtur quis posse promoueri ad sacros ordines nisi ad titulum beneficij pacifice possessi, & etiam patrimonij, vel pensionis Ecclesiasticæ, vbi Episcopus pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum iudicauerit assumendum, quæ tamen necessitas, vel saltem commoditas regulariter adest, præsertim in personis doctis, & probatæ vitæ, & ideo regulariter potest quis hodie ordinari ad titulum patrimonij, vel pensionis, Flam. Paris. d. lib.2. q.6.num.8. & ita practicatur, pro quo conducit sequens declaratio Sacri Concilij. Cum ad patrimonij, vel pensionis Ecclesiæ titul. ordinari non possint, nisi illi quos Episcopus iudicauerit assumendos pro neceisitate, vel vtilitate Ecclesiarum suarum iuxta cap.2. sess. 21. Clerici autem absentes Ecclesijs necessitatem habentibus, aut subuenire, aut vtilitatem afferre non possunt queritur, an huiusmodi clericis literas dimissorias Episcopus concedere possit. Congregatio censuit posse,& ad eum spectare.

Quod ampliatur primo, quod habens patrimo-4 nium sufficiens potest promoueri ad sacros ordines, licet expresse non assignetur sibi patrimonium in titulum, nec dicatur ad titulum patrimonij, sed satis est, quod illud habeat, & succedit loco tituli, glos. in cap. si Episcopus in verbo titulum de præb. in 6. Abb. in cap. tuis num.3. de præb. & Gambarus d. lib.6. numer.137. & fauet Concil. d. c.2. Si tamen quis haberet plura bona,seu beneficia, & ad titulum aliquorum specialiter, seu nominatim ordinaretur illa solum essent titulus,& non alia.

Secundo ampliatur, vt etiam ad titulum donatio-5 nis quis possit ordinari Zecchius de republ. Eccles. cap. de clericis sub num.7. vers.84. vt in sequentibus declarationibus Sacræ Congreg. prima ad titulum donationis alicuius potest quis ordinari, si ita Episcopus iudicauerit assumendum pro necessitate, vel vtilitate Ecclesiæ, & si donatio est realiter vera, & non ficta, quæ deinceps alienari non possit absque Episcopi licentia, donec beneficium sufficiens adeptus fuerit, vel aliunde habeat vnde viuere possit. Secunda potest aliquis ad sacros ordines promoueri ad titulum bonorum, quæ donantur, si tamen Episcopus iudicauerit eum assumendum pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum, donationesque eiusmodi veræ, & absque vlla fraude in forma valida fiant de tot bonis,quæ promouendo sufficiant ad vitam honestè sustentandam, quæque deinceps nullo modo alienari possint sine licentia Episcopi, donec beneficium sufficiens adipiscatur, vel aliunde habeat vnde viuere possit.

Tertio ampliatur, vt etiam familiares triennales 7 Episcoporum, alias sibi non subditi possint ab eis ordinari ad titulum patrimonij, vel pensionis Mar. Ant. Genuen. d. c.81. num.3. cum Flam. Parisio. de resignat. benef. lib.4. q.2. num.91. qui ait quod tex. Concilij Trident. cap.9. sess.23. de reformat. die 14. Aprilis 1575. per sanctam congregationem fuit ampliatus procedere si familiaris dederit sufficiens patrimonium.

RESOLVT. CCCCLVIII.

1 *Titulus promouendi ad sacros ordines, siue patrimonialis,siue beneficij certos, & non incertos redditus habere debet, cuius sufficiens redditus arbitrio prudentis ordinarij remittitur.*

2 *Curatum beneficium obtinens, insufficiens ad honestam substentationem sacris initiari non debet.*

3 *Qui habet insufficiens beneficium, vel patrimonium; licet cum pietantijs, & eius exercitio faciant quid sufficiens, ordinari non poterit, etiamsi Episcopus obliget se suppleturum,ita neque eius industria.*

4 *Ad titulum literaturæ quantumcumque literis, & gradu, & an si doctor in Theologia, vel Canonum ordinari possit.*

Cuius qualitatis debet esse beneficium ad hoc vt quis ad illius titulum possit ordinari.

1 DEBET habere redditus certos, nec potest quis ordinari ad titulum beneficij, quod habet redditus incertos, vt ex Sacra Congreg. tradit Marc. Ant. Genuen. dict. numer.2. & quod beneficium, aut patrimonium dicatur sufficiens in proposito: relinquitur arbitrio boni viri, & prudentis Ordinarij argum. l. 1. & quæ ibi notantur ff. de iure delib. vt per Salcedum d. numero 4. Flam. Paris. numer.14. Mar. Rodri. numer.9. Vgolin. d. cap.61. de irregul. numer. 6. Zerolam in praxi Episcopali 1. parte verb. dimissoriæ §.5. 4. dubio, & 2. par. eod. verb. ad fin. Genuens. d. numer.2. & Ledes. conclus.7. vt patet ex declaratione adducta numer.96. nam vt alias Sacr. Concil. censuit quantitas patrimonij ad quod quis promoueri possit non taxatur, sed remittitur ad terminos Concilij.

Debet tamen præfatum beneficium sufficere ad honestam, & commodam sustentationem cuiuslibet clerici, nec opus est attendere ad qualitatem ordinandi, vt nobilitatem. Nam Concilium, & ius antiquum solum requirit sufficientiam ad honeste viuendum, ita vt non cogatur mendicare, & ita tenet, vt probabile. P. Ledes. d.conclus.7. cum Nauar. d.c.21. de orat. num.11. qui tamen ibi id non dicit.

Ex quo infertur primo, quod obtinens benefi-2 cium etiam curatum non sufficiens ad honestam sustenta-

sustentationem non potest, nec tenetur ad eius titulum sacris ordinari, vt censuit Sacr. Congreg. Concil. Triden. his verbis.

Quæritur an obtinens parochialem Ecclesiasticam insufficientem ad victum teneatur promoueri ad sacerdotium infra annum iuxta c. licet intelligi de beneficio Ecclesiastico sufficienti ad victum, imo prohibeat posse promoueri ad sacros ordines Congreg. censuit non teneri, sed tantum expedire, vt sanctissimus declaret eum debere dimittere Sanctitas sua probauit hanc sententiam, vt dimittat.

Secundo infertur habentem beneficium, vel patrimonium insufficiens non posse promoueri etiamsi
3 cum eo, & pietantijs, & alijs emolumentis, quæ exercitio sacrorum ordinum lucrari potest, haberet honestum victum, etiamsi Episcopus obliget se suppleturum, nec etiam, qui ex industria, & honesto officio, vt musicus, vel grammaticus, potest sustentari, quamuis habens beneficium insufficiens de per se, iuncto tamen patrimonio sufficienti possit ordinari, vt per Zerolam d. par. 1. in verbo dimissoriæ §. 52. dub. & censuit Cong. Concil. Trid. his verbis.

An clericus idoneus habens beneficium insufficiens per se, sed iuncto patrimonio habeat, quod sufficiat ad honestam vitæ sustentationem poterit promoueri Congr. censuit posse Episcopum iuxta formam cap. 2. sess. 21. non obstante Bulla Sixti Papæ quinti, quod si cum beneficio, aut patrimonio in sufficienti iungantur pitantiæ eleemosynæ. Cong. censuit, & respondit non posse.

An possit promoueri etiam si nihil prædictorum, vel minus sufficienter haberet, si Episcopus obliget se suppleturum, quod ad alimenta sufficiat, quoque habeat vnde se sustentare possit, etiam si Episcopus obliget se suppleturum alimenta censuit non posse.

Quid si tantum habeat, quod ex industria vel honesto labore lucratur, puta, quod sit musicus, magister grammaticus, Pictor, aut alterius licitę professionis, id quod sit sufficiens ad sustentationem vitæ, an possit promoueri, de industria, vel honesto labore, censuit item non posse.

4 Demum infertur non posse quem ordinari ad titulum literaturæ, quantumcumque sit, literis, gradu, & collegio insignis, vt tenet Salcedo dict. c. 18. num. 7. in nouissima editione. Petr. Ledesma d. cap. 7. ante vltimam conclusionem, & etiam tenet Manuel Rodriquez. num. 15. saltem in Baccalaureo in Theologia, vel iure Canonico, qui est bonus scolaris, & ita censuit Sacra Cong. vt patet in declaratione sequenti, in Concil. Vlixbonen. decretum fuit promouendus ad titulum literaturæ, iussit sanctissimus deleri, & dixit se daturum breue Cardinali Portugalliæ, vt solos doctores in iure Canonico, seu in Theologia possit ipse Cardinalis prędio examine a se facto promouere ad sacros ordines, ad hunc titulum literaturæ, quæ in re suam grauat conscientiam.

RESOLVT. CCCCLIX.

1 *Mens legis est semper attendenda.*
2 *Mens est anima, & ratio legis.*
3 *Beneficiarij sunt vsufructuarij in vita.*
4 *Beneficia sunt Christi patrimonium.*
5 *Alimenta non reprobantur à iure.*
6 *Verbum necessaria intelligitur de alimentis.*
7 *Innouatio Canonum à Concilio est.*
8 *Ordinati cum promissione alimentorum non sunt suspensi.*
9 *Ordinato sine patrimonio an de titulo teneantur ordinans prouidere.*
10 *Causa finalis dicitur illa, ex qua oritur dispositio.*
11 *Causa ad non causam redacta, habetur per non causa.*
12 *Constitutio non illaqueat transgressores, si finis non violatur, propter quem facta est.*
13 *Prouisi de alimentis non sunt suspensi.*

Clerici ordinati sine titulo cum sola fideiussione alimentorum an sint suspensi.

RESpond. ex Grillenzonio in consil. 14. cuius tenor est.

Statutum est in Sacro Concil. Tridentino cap. 2. de reformat. sess. 21. quod nullus ad sacrum ordinem promoueatur, qui non habeat beneficium, aut pensionem, siue patrimonium, ad vitam sustentandam, sufficiens, sed sunt nonnulli, qui ordines susceperunt sine beneficio, aut pensione, vel patrimonio, sed facta eis fideiussione ab alio idoneo de alimentis præstandis, vnde quæritur an sint suspensi, & qui in susceptis ordinibus ministrauerint sint irregulares.

Et pro resolutione præmitto, quod causa legis con-
1 dendæ, & mens legislatorum, semper est attendenda l. nominis, & rei ff. de verb. significat. Paris in consil.
2 16. num. 20. 21. & 22. in 3. vol. quia mens est anima ipsius legis, & ratio, quæ vbicunque habeat locum, ibi habet locum legis dispositio, etiam quod esset contra ius commune l. à Titio. ff. de verbor. oblig. mens autem, & causa finalis, ob quam dispositio Concilij cauet, ne dentur ordines Sacri, non habentibus beneficium, vel pensionem, aut patrimonium, ea fuit, ne clerici mendicent, sed quoties prouideatur mendicitati huiusmodi, satisfactum est mentis, & causæ finali legis, & consequenter dispositioni, alimenta verò præstanda clericis tollunt eis causam mendicitatis, & eis non minus videtur prouisum, quam si haberent beneficium, beneficiarij enim non sunt in beneficio domi-
3 ni, nec directi, nec vtilis, sed solum vsufructuarij in vita, Nauar. in tract. de redd. benef. quæst. 1. num. 17. &
4 18. beneficia enim sunt Christi patrimonium Nauar.
5 in eodem tract. & quæst. num. 48. alimentario autem non reprobatur a iure, imo conceditur cap. Episcop. & cap. cum secundum de præben. & cap. si Episcopus eod. tit. in 6. vbi dicitur, quod Episcopus ordinatis, sine titulo tenetur necessaria ministrare, donec illis de beneficio prouideat, verbum autem illud necessaria
6 intelligitur de alimentis, vt not. Abb. in d. cap. cum secundum n. 9. & Gemin. in d. cap. si Episcopus. num. 8. & ibi apostilla, ergo alimenta non reprobantur, & licet Concilium de illis specificam non fecerit mentionem, satis liquet voluisse ea in dispositione compræ-
7 hendi, dum innouauit antiquos canones, qui sunt cap. Episcopus cap. cum secundum, & cap. si Episcopus relati contra aliquos, qui volebant innouationem antiquorum canonum intelligi de cap. 3. distin. 70. cuius dispositio per dict. cap. cum secundum ac alia, de quibus supra fuerat abrogata, vt declaratum fuit à Sacra Congregatione super Concilium in dict. cap. 2. sess. 21. antiquorum canonum in his verbis videlicet. Concilium renouauit tantum pœnas cap. cum secundum de præb. non pœnas cap. neminem, & cap. Sanctorum 70. dist. qui antiqui canones tollerant ordinationem factam super alimentorum prouisione, & consequen-
8 ter ordinati eo pacto, nec suspensi erunt, nec irregulares, quod probatur ab his, quæ adducit Borgas. in tract. de irregul. & imped. ordin. in 6. part. titulo de sent. suspens. n. 14. versic. Promotus sine tit. & in par. prima, quæst. 7. mon. 29. & idem decretum fuit à præfata Congregatione in loco allegato in hæc verba videlicet, ordinans contra formam huius decreti sine beneficio, aut patrimonio, non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed co-
9 gendus est ordinans ei prouidere iuxta capitul. cum secundum de præb. & hic solus canon, & non alijà Concilio renouatus est, nempe, quia satisfactum est menti Concilij, quæ fuit ne clerici mendicent, &

hæc

hæc fuit causa finalis huiusmodi dispositionis, cum
10 illa dicatur causa finalis, ex qua oritur dispositio l. Domus ff. de cond. indeb. & consequenter dicendum est esse satisfactum Concilio, ex quo clerici sic ordinati super alimentis eis præstandis non cogantur mendicare, neque ordinantes vlterius tenebuntur ad eis prouidendum de necessarijs, cum iam fuerit prouisum, quia quando causa ad non causam reducitur, perinde est ac si causa illa non fuisset leg. 1. in fin. ff. de cond. sine caus.

12 Vlterius quando constitutio continet aliquid, non per se principaliter, sed ad finem alicuius mali vitandi, non illaqueat transgressores ad pœnam, aut peccatum, si finis non violatur, ad quem constitutio tendit, vt singulariter tradit Arch. in cap. vtinam 76. distinct. finalis autem causa Concilij est adimpleta, ne scilicet clerici mendicent, ergo non erunt suspen-
13 si, quia prouisum est eis vnde viuere possunt per d. cap. cum secundum, quod satis est, vt not. per Rebuff. in praxi benef. tit. de rescript. in forma comu. & forma paup. num. 1. & 2. quod innuit etiam Conc. in d. c. 2. in fine, dum ait, quod patrimonium alienari non possit sine Episcopi licentia, donec beneficium non sint adepti, vel aliunde habeant vnde viuere, & ita iuris esse censeo.

RESOLVT. CCCCLX.

1 *Titulus promouendi debet consistere in immobilibus, vt annuus census, & non in re mobili.*
2 *Sufficiens erit titulus si bona mobilia, vt animalia &c. conuertantur in stabilia, quæ victum dabunt.*
3 *Cautela pro Episcopis in casu annullationis tituli ad sacros ordines promoti.*

An super grege animalium possit constitui titulus pro ordinibus suscipiendis.

1 SEcundum Graff. in consil. 3. de temporibus ordinat. debet constitui in rebus immobilibus, puta super annuos census per Clement. 1. in §. cumque annui census de verb. signif. vel aliter, ita est de mente Concil. Trident. sess. 21. capitul. 2. & debet esse vere subsistens, ita quod nullo modo possit renunciari, & si renunciatur, renunciatio nullius est roboris.

Vnde secundum Molfes. in eius summa in tit. de sacramento ordinis cap. 15. num. 4. necesse est huiusmodi patrimonium consistere in bonis stabilibus, quia debent esse res fructiferæ, ex quibus possit ordinandus annuos redditus percipere, & sic non sufficiunt bona mobilia, quia de facili consumuntur, nec etiam sufficiunt animalia, quia de facili etiam mori possent, nec etiam sufficerent merces, nec etiam obligatio personalis, vt quis de persona obligaretur dare victum clerico, & ita declarauit Sacra Congregatio in dict. capitul. 2. sess. 21. vt refero in praxi canonica decis. 315. vbi adduco Nauar. consil. 34. de temp. ord. Azor. Graff. & alios, qui docent hoc non
2 habere locum, quando illa bona mobilia, animalia, vel merces conuerterentur in bona stabilia, quia tunc iudicantur vti bona stabilia, quod est per se tutum, probat etiam Garzias d. cap. 5. num. 105. cum seqq. & num. 111. cum seqq.

Vsus tamen se habet, & ita declarauit eadem Sacra Congregatio die 6. Februarij 1597. & pluries obseruatum vidi non posse tunc clericos ordinari, nisi redditus sint certi, & assignati super bonis stabilibus, vel super annuis introitibus, vt post alios probat Garz. d. cap. 5. num. 91. & seqq. etiam si quouis modo pater sit diues, & de iure spectet ad eum successio, & ideo fiunt instrumenta, ac contractus, vel per patrem filijs, vel per fratrem fratribus, per consanguineos alijs consanguineis, & sic de alijs, de patrimonio certo, vt habetur locis citatis, imo, ne donatio-
3 nes huiusmodi sint fictitiæ, & simulatæ, curare debent Episcopi, vt producantur alia instrumenta publica ab vtraque parte iuramento vallata, assignationem, & donationem talium annuorum introituum esse realem, omni fraude, & fictione carere, & quod neque in præteritum fuerit confectus, neque in futurum conficietur actus, seu contractus aliquis in præiudicium dictæ assignationis, & donationis cum annullatione, & reuocatione cuiuslibet actus contrarij facti, vel forsitan faciendi, vt post alios notat Quaran. in verbo ordo, quod intellige in fin. & stante huiusmodi diligentia, si deinde fieret reuocatio talis assignationis, non valeret, & Episcopus ad nihilum teneretur, vt post Dec. & alios probat Nauar. cons. 14. & 46. de tempor. ordin. sic etiam Sanch. lib. 6. de matrim. dist. 32. num. 7. & 8. & alij passim, quod etiam explicabitur alibi.

PRAXIS VACATIONIS BENEFICIORVM.

RESOLVT. CCCCLXI.

1 *Clericus ob matrimonium etiam non sequuta copula beneficium amittit, quod etiam procedit, vt num. 3.*
2 *Per Matrimonium amittitur accessus, regressus, & omnia iura ad beneficium competentia.*
4 *Beneficiatus contrahens sine parocho, & testibus etiam amittit beneficium.*
5 *Adducitur integra decisio Rotæ pro resolutione quæstionis.*

Clericus contrahens Matrimonium non seruata forma Concilij Tridentini, sess. 24. cap. 1. an amittat beneficium.

1 MAtrimonio etiam non sequuta copula clericus ipso facto beneficium perdit, cap. 1. & cap. diuersis fallacijs de clericis coniugatis, & ibi glos. Capell. Tholos. decis. 240. Palat. Rub. in repetit. rubricæ de donat. inter virum. §. 55. numer. 5. Rosiniac. de benef. cap. 3. P. Pechius in reg. beneficium, lib. 6. num. 26. Mandos. de signat. gratiæ, tit. de priuat. versic. impetratur beneficium ob contractum matrimonij. Mascard. de prob. concl. 182. Cæual. quæst. 147. Rota in Lucana infra adducta, num. 23. & Sorius de censuris lib. 6. cap. 5. num. 16. & seq. & citandi infra num. 4. & Tho. Sanc. qui plures refert de matrimonio, lib. ... disp. 42. à num. 4. & post hæc Gome. ad regul. de mens. Glos. 15. num. 43. Lessius de iust. & iur. lib. 2. cap. 34. dub. 21. Azor. in 5. mon. par. 2. lib. 7. cap. 16. quæst. 4.

2 Vnde per matrimonium amittitur accessus, regressus, & alia iura ad beneficium competentia, Prob. ad Monach. in cap. 1. de cleric. coniug. in 6. ex num. 5. Couar. in 1. & 2. parte, cap. 6. §. 3. num. 5. Iulius Clar. lib. 5. recept. sentent. §. 2. quæst. 73. num. 5. Bernard. in practic. crim. can. cap. 80. litera E, Paris. de resignat. benef. lib. 1. quæst. 1. num. 14. Sanch. supra num. 7. qui tamen contra Prob. ibi rectè ait nu. 9. per Matrimonium non extingui dispensationem, & habilitatem ad beneficia, quia per eum solum amouetur impedimentum.

Quod ampliatur primo, vt procedat etiam si vxor
3 non consumato Matrimonio religionem ingrederetur, & sic Matrimonium dissolueretur iuxta ca. ex publico de conuers. coniug. nam adhuc ipse beneficia amittit, nec ea recuperat Gigas de pensio. q. 51. nu. 8. Rosin. numer. 20. Couar. numer. 6. Sorius 14. & alij

supra

supra citati, & Sanchez plures citans supra numer. 6.

Secundò ampliatur, vt etiam per Matrimonium cum consanguinea, vt alias de facto contractum a beneficiato minore amittatur beneficiū ipso iure Abb. in d. cap. 1. Rebuff. de pacific. possessor. num. 223. alias 187. qui ait, ita seruari de stilo; Corras. de benefic. 1. par. cap. 10. num. 10. Tiraquel. de retract. Lignagier §. 26. glos. 2. num. 9. Lopez in l. 1. tit. 6. par. 1. versic. el beneficio Couarr. 53. num. 4. Nauar. in manu. capit. 25. num. 119. Diaz in addit. ad Palac. Rub. supra litera B. Gregor. de benefic. cap. 25. num. 4. Paris. lib. 1. quæst. 1. num. 12. Sylvest. in sum. verb. beneficium 3. num. 22. & verb. clericus 2. num. 2. versic. primo si contrahat, Armilla verbo beneficium num. 20. Lopez instruct. conscientiæ 1. tom. cap. 256. & 1. tom. secunda p. cap. 49. Corradus in responsion. casuum conscientiæ quæstio. 34. in addit. ad fin. Sorius supra nu. 13. qui plures alios referunt, & communem dicunt Gonzalez d. glos. 15. num. 44. & glos. 57. num. 44.

4 Sed hic est difficultas grauis an si hodie stante Concilio Trident. sess. 24. cap. 1. de reformatione Matrimon. beneficiatus contraheret sine Parocho, aut testibus perderet ipso facto beneficium, in qua partem affirmatiuam tenuit Rota in d. Lucana de insula sancta coram Illustrissimo Cardinal. Lancellot. 6. Iunij 1575.

5 Fuit conclusum constare, quod Michael contraxit Matrimonium cum Virginia de anno 1565. de mense Septembris, vt bene probat. 1. & 5. testes, qui coadiuuantur 2. 4. & 6. & licet quinto interrogatorio præcise non recordetur de anno, tamen postea fatendo dictum articulum verum in quo constituitur d. mensis, & annus, censetur expresse deponere de eodem mense, & anno nec obstat, quod verba, de quibus deponunt quintus, & sextus testis important sponsalia de futuro, non autem Matrimonium de præsenti, quia respondetur, quod cum sint prolata ad interrogationem alterius, an velit inuicem, Matrimonium de præsenti contrahere videntur, vt per Couar. in 2. par. capit. 4. §. 1. num. 4. præsertim cum incontinenti fuerit subsecuta anuli immissio, vt deponunt 4. 5. & 6. testes, nam per hunc actum denotantem consensum coniugalem probatur etiam Matrimonium de præsenti, vt latè Couar. in dict. cap. 4. in princip. numero 3. maximè, quia idem Michael confessus fuit, dum examinaretur se suscepisse filium ex Virginia sub 29. vel 30. Octobris 1566. & postea de anno 1576. 16. Ianuarij fuit conclusum, quod Matrimonium fuit contractum per verba de præsenti, vnde inducebatur vacatio beneficij ipso iure capit. 1. de clericis coniug. & ibi notat glos. verb. delinquendo in princip. quæ est communiter approbata Couar. supra 2. par. cap. 6. §. 3. numero 4. & hanc opinionem tenet Cancellaria, vt dicit Collectarius in capitul. Ioannes num. 1. in fin. de cleric. coniugat. quæ conclusio procedit etiam si non fuerit subsecuta copula iuxta decis. Rotæ eod. tit. in nouis, & 1. de sponsalibus in antiq. & procedit etiam vbi Matrimonium sit nullum ex alia ratione, quam defectu consensus, quia quantum in eo fuit, contraxit, & habuit beneficium pro derelicto, & quia non debet esse melioris conditionis, qui contraxit illicitè, quam qui licitè, vt tradit Ioan. And. in d. cap. Ioannes colum. penult. quem ibi cæteri sequuntur Roman. consilio 283. col. 3. num. 5. versic. videamus Abb. in d. cap. 1. num. 2. & in fin. Brixien. quæst. dominica Marsil. singul. 386. Aufrer. in addit. ad decis. Thol. 236. in fine. Staphil. de literis gratiæ fol. 75. versicul. posset tamen Rebuff. super reg. de publican. in fin. & Iaf. in leg. vbi pactum num. 24. C. de transactio. Gigas de pension. quæst. 54. num. 11. Couarru. d. §. 3. & est communis opinio, vt ait Barbat. consil. 16. colum. 2. in fin. versic. præterea accidit Imola in dict. cap. Ioannes num. 24. versic. 4. casu bene: Capra regul. 93.

Non placuit Dominis fundamentum factum in exemplo ad probandum hic adesse defectum consensus, quia videlicet non fuit probatum in hoc Matrimonio interuenisse Parochum prout disponit Concil. Trident. sess. 24. de reformatione cap. 1. quod habet decretum irritans inducens resistentiam iuris in actu contrarium gesto, quia dixerunt, quod etiam lex cum decreto irritanti resistit Matrimonio contracto cum consanguinea capit. non debet de consanguinitate, & affinitate, & tamen communiter concludunt supradicti Doctores vacationem, quia in hac materia inspicitur factum ipsum, non autem facti validitas; præterea tunc dicitur deficere consensum quando nullo modo fuit præstitus, vt exemplificant DD. in contrahente per metum, vel non habente intellectum, non autem quando est præstitus, & illum lex annullat imò dicunt, quod Concilium in eius proemio non negat adesse consensum in matrimonio clandestino. Nec obstat, quod tunc non inducatur talis vacatio beneficij quando adest talis nullitas Matrimonij, quæ inducit impedimentum publicæ honestatis, quod oritur ex consanguinitate, & tamen vt dictum est, beneficium per contractum Matrimonij cum consanguinea vacare: vnde est verificata narrata Iuliani narrantis, quod beneficium vacauit per Matrimonium per verba de præsēti legitimè contractum, quia cum fuit contractum intercedente consensu per verba de præsenti, verum est, quod fuerit legitimè contractum secundum subiectam materiam. Præterea cum talis surreptio verisimiliter non mouisset Papam ad concedendum, non vitiat Ægid. decis. 4. cum vulgar.

RESOLVT. CCCCLXII.

1 *Primus, & potissimus modus vacationis beneficij est per obitum.*
2 *Beneficium etiam vacat per renunciationem.*
3 *Primum beneficium vacat per assecutionem alterius.*
4 *Matrimonium per verba de præsenti facit vacare beneficium.*
5 *Ingressus religionis professione sequuta facit etiam cessare beneficium.*
6 *Regula Cancellariæ 45. prohibet ne dentur literæ super beneficijs vacaturis per ingressum religionis.*
7 *Per non promotionem ad ordines amittitur beneficium curatum.*
8 *Per translationem prælati ad alteram Ecclesiam vacat prima.*
9 *Prælatura vacat ob consensum non præstitum electioni intra tempus statutum ad præstandum.*
10 *Ius quæsitum per electionem amittitur ob non petitam confirmationem.*
11 *Electus si ante confirmationem administrauerit ipso iure vacat beneficium.*
12 *Promotio ad Episcopatum facit vacare beneficium post consecrationem.*
13 *Per militiam sæcularem ipso iure vacat beneficium, & de omnibus alijs modis, quibus vacet ipso iure beneficium vide per discursum, vsque ad finem.*

De modis, quibus vacat beneficium ipso iure.

REspondeo varijs, multisque modis vacare beneficium ipso iure, quorum primus, & potis-
1 simus vacationis beneficij modus est per obitum, & mortem naturalem tex. in cap. susceptum, & ibi glos. penult. verbo non morte de rescriptis in 6. Nam mors omnia soluit. authentica de nuptijs §. deinceps collatione 4. & sicut vsusfructus finitur mor-

te vsu-

te vſufructuarij l. 3. §. fin. ff. quibus modis vſufruct. amittatur §. finitur inſtitut. de vſufruct. ita etiam vacat morte beneficium cum beneficiatus vſuario, vel vſufructuario comparetur ca. fin. de officio ordinarij libro ſexto, & ibi gloſ. verbo reſeruari Rebuff. in praxi titulo requiſita ad bonam collationem nu. 48. Greg. Tholoſanus in inſtitutionibus rei beneficiariæ c. 32. n. 1. cum ſequentibus Franciſcus Paulnus in tra. de officio, & poteſtate capituli præludio 7. n. 4. vbi dicit, quod ita vacat per mortem beneficium, quod ſi miraculoſe reſurgeret non recuperaret illud, & Syluester in ſumma verbo vacantium ante medium in extrauaganti ſuſcepti, ne ſede vacante, & in c. licite verbo nunquam 32. q. 7.

2 Secundo vacat beneficium per renunciationem ſeu reſignationem, vt per tot. titulos de renunciatione in decretalibus 6. & clementinis etiam ex cauſa permutationis cap. 1. de rerum permutatione in 6. clem. 1. eodem tit.

3 Tertio modo vacat beneficium ipſo iure per aſſecutionem alterius beneficij incompatibilis c. referente 7. cap. præterea 14. cap. de multa 28. de præb. c. quia nonnulli de cler. non reſidentibus extrauagans execrabilis §. qui vero de præbendis Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 4. Staphil. de literis gratiæ tit. de varijs mod. vacation. §. tertius vacationis modus num. 1. & per totum, & in reg. 57. Cancell.

Quartus vacationis modus eſt per matrimonium
4 per verba de præſenti contractum, non autem per ſponſalia de futuro c. 1. & 3. de cler. coniug. & in reg. 58. Cancellariæ gloſ. verbo clericalis in cap. 1. de cleric. coniugatis lib. 6. Rot. deciſ. 1. eodem titulo in nouis, & deciſ. 21. de probat. in antiquis Cappella Tholoſana deciſ. 239. & ibi Aufrerius, Staphileus de literis gratiæ tit. de varijs modis vacationis §. quintus vacationis modus per totum Puteus deciſ. 459. lib. 2. Caputaquen. deciſ. 215. num. 2. par. 1. Rebuff. de nominationibus quæſt. fin. num. 13. plene tradit Maſcard. de probat. concluſ. 180. Gigas de penſionibus quæſt. 54. à num. 11. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 1. quæſt. 1. cum ſequent. quod procedit etiam ſi matrimonium non teneat de iure, veluti quia cõtraxit cum impubere, vel conſanguinea, vel ex alio defectu nihilominus eſt locus priuationi ipſo iure Rot. deciſ. 1. & 2. de ſponſalibus in antiquis Roman. conſilio 483. num. 5. & 6. & ibi additio Staphileus vbi ſupra n. 4. 5. & 6. Maſchardus vbi ſupra n. 5. & 6. vbi plura hic inde adducit.

Quinto vacat ipſo iure beneficium per ingreſſum
5 religionis profeſſione ſequuta, & non antea cap. beneficium de regular. lib. 6. Staphileus de literis gratiæ tit. de varijs modis vacationis §. ſextus vacationis modus per tot. Pauin. de off. & poteſtat. cap. prælud. 7. n. 10. Gregorius Tholoſanus d. c. 25. num. 18. & probatur per regulam Cancellariæ 57.

Vnde emanauit reg. 45. Cancellar. quæ diſponit,
6 quod non dentur literæ ſuper beneficijs vacaturis per ingreſſum religionis, niſi ille ingreſſus præcedat datam de ſuper petitionibus.

7 Sexto per non promotionem, quando obtinens aliquam Eccleſiam parochialem non promouetur intra annum ad ſarcerdotium, tunc quidem elapſo anno vacat parochialis ipſo iure cap. licet canon. de elect. lib. 6. ad cuius tex. declarationem poſtea venere tex. in cap. ſtatutum 22. cap. cum ex eo 33. c. cum miſſa 33. eodem tit. de electione in 6. Rot. deciſ. 7. de præbend. in antiq. & dec. 6. de rerum permutatione in antiquis, Staphileus vbi ſupra §. quartus principalis Paulnus d. præludio 7. num. 12. plena manu tradit Rebuff. in praxi titulo de non promotis infra annum per totum, vbi ponit 10. ampliationes, & 21. limit. Ferrettus conſ. 53. num. 4. & 5. Gregor. Tholoſ. de beneficio cap. 25. à num. 8. Pariſius de reſignat. lib. 3. q. 2. per totam.

8 Septimo per traslationem prælati ad aliam Eccleſiam vacat prima Eccleſia in cap. opibus §. translatis 7. q. 1. c. quanto de translatione Epiſcopi c. cum ſingula §. prohibemus de præbend. lib. 6. Pauin. vbi ſupra num. 6. in fin. & num. 7. Rebuff. in praxi tit. requiſita ad collat. num. 52. Ferret. conſ. 11. n. 2. cum ſequentibus, vbi bene declarat licet ſit neceſſarium, quod prius ſint expeditæ literæ ſecundæ prælaturæ, & oſtendantur capitulo, vt tunc vacet prima Eccleſia quando iam ceſſat vacatio illius, ad quam fit tranſactio iuxta tex. in extrauaganti iniunctæ de electione inter communes Abbas in cap. in noſtra n. 11. de reſcriptis, Paulnus de officio, & poteſt. capituli ſede vacante 3. præludio num. 14. Pariſius de reſignatione beneficiorum lib. 7. q. 21. n. 14. & quæſt. 23. n. 47. Rebuff. in praxi tit. de ſimoniaca reſignat. num. 31. & 40. Felyn. in c. 1. n. 3. ante finem de præſcriptionibus, & late fuit reſolutum in vna Burgen. Canon. 3. Iunij 1583. coram Lancell. vbi fuit reprobata opinio tenentium, quod ſola expeditio literarum ſufficeret, & ſola ſcientia abſque præſentatione in capitulo facta, & vide in §. 2. huius gloſ. à n. 80.

9 Octauo ſi electus intra menſem à tempore electionis, & præſentationis, vel à tempore ſibi præſtito non conſenſerit electioni, nam tunc vacat prælatura cap. quam ſit §. electus verò de electione lib. 6. extrauagans ſi religioſus eod. tit. inter communes Rot. deciſ. 7. de electione in nouis Menochius de arbitrarijs lib. 2. cent. 5. caſu 477. per totum.

10 Nono ſi electus intra tres menſes poſt conſenſum electioni præſtitum non petierit confirmationem, nam ipſo iure priuatur iure ſibi per electionem quæſito, vt probatur in d. c. quam ſit §. cæterum de electione in 6. lex 27. tit. 5. Partita 1. Tholoſ. de benefic. c. 25. n. 12. Rebuff. in concordata in rubr. de regia ad prælat. nomin. §. monaſteria gloſ. verbo vacantibus verſ. 12. & 13.

11 Decimo quando electus, vel præſentatus ante confirmationem, vel inſtitutionem per ſe, vel alium ſe ingeſſerit, & adminiſtrauerit, nam eo ipſo priuatur iure ſibi quæſito, & beneficium vacat vt prius text. in cap. auaritiæ 5. de electione lib. 6. de cuius materia, & intelligentia vide Lambert. de iurepat. Gabriel. conſ. 199. à num. 4. cum ſequentibus lib. 1. Gomeſium in reg. de triennali q. 5. verſ. poſtremo Rota iuncta additione Papazon. deciſ. 6. de elect. in nouis, & dec. 83. lib. 3. p. 3. diuerſor. Puteum dec. 45. lib. 3. Menochium de arbitrarijs libro ſecundo cent. 5. caſu 203. num. 1. & ſeq.

Vndecimo vacat beneficium per promotionem
12 ad Epiſcopatum poſt adeptionem poſſeſſionis, & conſecrationem ſecutam, vel poſtquam præfixum tempus ad conſecrationem petendam lapſum fuerit, nam ex tunc vacant ipſo iure beneficia obtenta text. in c. cum in cunctis §. cum vero de electione Concil. Trid. ſeſs. 7. & cap. 9. ſeſs. 23. de reform. cap. 2. Thol. d. c. 26. n. 12. & diſponitur in d. l. 27. tit. 5. Partita prima, niſi prorogatio, vel retētio obtenta fuerit Couar. in pract. q. c. 36. in fi. Gigas de penſionib. q. 56. n. 3. & per tot. Caputaq. deciſ. 303. & 304. & dec. 294. & 400. eadem par. 2. Achill. deciſ. 2. de electione.

Duodecimo vacat ipſo iure beneficium per mili-
13 tiam ſecularem, nam eo ipſo, quod quis efficitur miles tacite renunciare videtur beneficio, & vacat ipſo iure gloſ. verbo redierint c. vlt. de cleric. non reſidentibus Barbatia conſ. 11. col. fin. verſ. præterea facit Imol. in d. c. fin. nu. 6. de cleric. non reſidentibus Gigas de penſio. q. 55. per tot. Rebuff. in tract. de nomination. q. fi. ſub num. 11. verſ. item tacitè dicitur renunciare Pariſ. de reſign. beneficiorum lib. 1. q. 1. n.

22. Cla-

22. Clarus in praxi criminali §. fin. q.73. num.6. vers. item clericus, qui est effectus miles.

Decimo tertio vacat ipso iure beneficium per electionis cassationem c. consideraumus 10. cap. super eo 12. cum similibus de electione.

Decimo quarto per postulationis repulsionem extrauagans ex debito §. huiusmodi de electione inter communes c.2. & 3. de postulat. prælatorum Rebuff. in concordata tit. de regia ad prælat. nomin. §. monasteria in gl. verbo vacationibus vers.3. & 4.

Decimo quinto quando beneficium violenter occupatur veluti si vi ingreditur possessionem beneficij, nam eo ipso perdit ius, quod ad illud habebat, & vacat ipso iure capit. eum, qui 18. de præbendis lib. 6. Rot. decis.3. de præbendis in nouis, & decis.3. in antiquioribus Bisigneti Ripa in cap. sæpe num.68. de restitu. spoliat. Couar. lib.3. variarum cap.18. num.7. vers. illud prætermittendum non est; Pauinus vbi supra præludio 5. sub num.10. vers. sexto per ingressum Rebuff. in sua praxi titulo de modis amittendi beneficia num.28. & sequentibus de pacificis possessoribus à num.226. vsque 257. Menochius de recuperanda rem.39. quæst.37. num.273. cum sequentibus Tholosan. de benefic. cap.15. num.25.

Decimo sexto vacat ipso iure beneficium per violationem sequestri impositi vigore sententiæ diffinitiuæ in Roman. curia prolatæ in causa beneficij clement.1. de sequestratione possess. & fruct. Mohed. decis.2. de sequestrat. possess. & fruct. vbi num.1. & 5. etiam dicit, quod statim violato sequestro beneficium impetrari potest, & quod talis vacatio veniat sub clausula generali, vel alio quouis modo, Tholosanus de benefic. d.c.25. num.14. Pauinus vbi supra dicto præludio 7. vers.11.

Decimo septimo vacat ipso iure beneficium per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram ordinario postquam beneficiatus monitus fuerit iuxta tex. in cap. ordinarij §. quod si forte iuncta glos. verbo eo ipso de offic. ordinarij in 6. qui text. renouatur à Concilio Tridentino sess.7. c.5. extrauagan. vt quos virtutis §. quod si non fecerit de offic. ordinarij inter communes Pauinus d. præludio 7. n.12. vers.10.

Decimo octauo vacat ipso iure beneficium per alienationem rerum Ecclesiæ, siue ipsius beneficij sine debita solemnitate factam extrauagans ambitiosæ §. inferiores verò de rebus Ecclesiæ non alienandis inter communes Gregor. Tholosanus de benefic. d.c.25. num.16.

Decimo nono vacat si habetur beneficium pro derelicto iuxta notata in cap. ex parte de cleric. non residentibus, & Abb. ibi num.2. & in cap.1. de off. vicarij Pauinus de offic. & potest. capitul. præludio 7. num.12. vers.7. si habeatur pro derelicto de quo vide Paris. de resignat. beneficiorum lib.1. quæst.15. num.21. Rebuff. in loco de quo supra num.57.

Vigesimo vacat ipso iure beneficium propter crimen hæresis cap. ad abolendam §.1. ibi, & sit omni beneficio spoliatus, vbi notat glos. de hæreticis tradit plene Rebuff. in praxi titulo de modis amittendi beneficia numer.4. vsque ad numer.23. Gregor. Tholos. de benefic. cap.26. num.5. Diaz de Luc. in sua praxi crim.c.114. num.2. & ibi Ignat. de Salcedo illius additionator, vbi plures allegat contrariam sententiam tenentes scilicet, quod non vacent ipso iure beneficia hæreticorum, nisi per sententiam, & priuationem, sed primam etiam sententiam tenet Clarus in praxi crim. §. hæresis num.14. & in §. fin. quæst.73. num.7. versicul. item clericus hæreticus; eandem etiam sententiam ampliauit Pegna Rotæ Roman. Decan. in comment. ad directorium inquisitorum commentario 112. versicul. mihi tamen paulo diligentius rem contemplanti.

Vigesimo primo non solum vacant ipso iure beneficia hæreticorum, sed etiam vacant ipso iure beneficia filiorum præfatorum hæreticorum, vt est communis opinio teste Lupo de regno Nauarræ 5. p. §.8. per tex. in capitulo Felicis §. quod si quis de pœnis lib.6. & refert Couarr. lib.2. variar. cap.8. numer.4. versicul. cæterum, quod filij hæreticorum; Salcedus in additione ad praxim Bernardi Diaz cap.114. versic. quinto filij hæreticorum Iulius Clarus in praxi §. hæresis num. 14. licet ipse dicat, quod contraria sententia sit æquior, & benignior, quam post alios tenet Rebuff. in praxi tit. de modis ammittendi beneficia numer.25. & Simancas de Catholicis institutionibus capit.29. num. 20. Rota tamen sequuta fuit sententiam primam videlicet, quòd propter hæresim patris vacent pensiones, seu beneficia filij, etiam prius obtenta, vt fuit resolutum contra Gundisaluum Perez filium Antonij Perez hæretici declarati per sententiam diffinitiuam in sanctissimo inquisitionis officio prolatam in vna Conchen. pensionis 6. Martij 1598. coram Peregrino, quod etiam disponitur in bulla 2. Nicolai Tertij in fin. concludunt etiam Hojeda de incompatibilitate beneficior. cap.23. num.11. Rojas de hæreticis assertione 44. Guttier. in 9. canon. 30. & 37. libr. 2. Menochius de præsumpt. lib.5. præsumpt. 33. à num.16. vsque ad finem vbi latè.

Vigesimo secundo vacant, ipso iure beneficia, quæ ad præces hæreticorum, aliæ personæ obtinuerunt, & si scienter illa receperunt vltra vacationem illorum, ipso iure inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda per text. expressum in cap.2. §. ad hæc de hæret. lib.6.

Vigesimo tertio vacat ipso iure beneficium, per crimen realis simoniæ commissæ, vt disponitur in extrauaganti cum detestabile de simonia inter communes. Cassadorus decis.5. num.1. eod. tit. Couarruuias in regula peccatum.2.p.c.8. num.8. Caput. decis. 201. p.1. & decis.238. par.3. Rodriquez in sua summa.2. cap.56. à num.16. Nauar. in c. si quando, in excepit.4. de rescript. Diaz in praxi crim.cap.91. prope finem Rebuff. in praxi. tit. de modis amitt. benef. ex num.35. Rota decis.405. par.1. diuers. & si dicit, quod ad hoc, vt sit simonia realis est necesse, quod ex vtraque parte adimpleatur, & non sufficit si ex vna parte adimpletur, vt sit locus vacationi ipso iure.

Vigesimo quarto vacat beneficium ipso iure per crimen læsæ maiestatis, vt firmat Rebuff. in praxi. tit. de modis amittendi benef. num.32. & in tract. de pacific. possessor. num.201. ante finem, vide Diaz in praxi cap.119.

Vigesimo quinto vacat ipso iure beneficium propter crimen falsitatis literarum Apostolicarum c. ad falsariorum de crimine falsi. Diaz in sua praxi cap. 117. num.1. & ibi additionator illius Tholos. de beneficio c.26. num.12. Rebuff. de pacific. possess. nu.204.

Vigesimo sexto vacant ipso iure beneficia percutientis Cardinalem c. felicis §. si qua vero feuda de pœnis lib.6. Rebuff. in prax. tit. de modis amittend. benef. num.39.

Vigesimo septimo idem est in occidente, vel percutiente Episcopum clem.1. §. à feudis de pœnis Tholosan. de benef. c.26. num.10. Rebuff. vbi supra.

Vigesimo octauo idem est in assassino c.1. de homicid. lib.6. Gabriel. consi.196. num.5. lib.1. Diaz in praxi crim.cap.96. num.1.

Vigesimo nono vacant ipso iure beneficia occidentis rectorem suæ Ecclesiæ cap. in quibusdam 12. de pœnis Felyn. in praxi tit. de modis amittend. benef. num.45. quod etiam extendit Felynus ad occidentes quemlibet clericum, vel parentem, aut fratrem in c. inquisitionis numero 3. 4. & 5. vbi ponit regulam, quod regulariter propter homicidium non vacet ipso iure beneficium, & in dict. num.5. dicit, quod fallit in homi-

in homicidio qualificato Rebuff. vbi supra num.42. & 43. Tholosan. dict. capit. 26. num. 8. de quorum veritate vide Gabriel. consil. 96. num. 5. & 6. ac per totum. parte 1. & consil. 187. per tot. parte 2. & Diaz iuncto illius additionatore in praxi cap. 44. de homicidio, vbi infinitos allegat, & plura in proposito adducit, vide etiam Puteum dec. 233. lib. 2. Nauar. cons. 43. num. 1. de homicidio Iul. Clarum in praxi §. homicidium num. 16.

Trigesimo si quis carcerauerit clericum donec resignauerit beneficium suum clement. 81. multorum §. quod si inferiores de pœnis.

Trigesimo primo si quis se ingesserit administrationi tempore suspensionis c. 1. §. fin. c. cupientes §. cæterum de elect. in 6.

Trigesimo secundo propter crimen Sodomiæ, vt tradit Rebuff. in praxi tit. de modis amittend. beneficia numer. 38. Et licet hanc vacationem inspecto iure communi nullibi expressam reperiam, & facit Nauar. in cap. non inferenda numero 27. quæstione 37. dum dicit, quod Sodomia non inducit irregularitatem, cum in iure expressum non inueniatur, licet Couar. in clement. si furiosus parte prima, §. 2. numero 6. in contrarium se inclinet, hodie tamen per constitut. Pij V. 70. incipit. horrendum sub data 3. Kalend. Septemb. 1568. expressè ponitur pœna priuationis ipso iure, & tradit Salcedo in addit. ad praxim Diaz c. 86. sub litera C.

Trigesimo tertio vacat beneficium, ipso iure quando resignans non superuiuit per viginti dies iuxta regulam 18. de viginti, nisi fuerit dict. regulæ derogatum, vt latè tradunt ibidem Gomes. & Mandosius, post illos latissimè Paris. de resign. benefic. lib. 12. per totum.

Trigesimo quarto vacat ipso iure beneficium ob non publicationem resignationis iuxta formam constitutionis Gregorij XIII. de publicandis resignationibus, quæ constitutio est 87. inter constitutiones eiusdem, & plenissima manu declarat Paris. de resignat. lib. 11. per totum.

Trigesimo quinto vacat ipso iure beneficium curatum ob non seruatam formam constitutionis Pij V. incipit in conferendis sub data 15. Kal. Aprilis anni 1566. & est in bullario 32. inter constitutiones Pij V.

Trigesimo sexto vacant ipso iure omnia beneficia illorum, qui pro obtinendis beneficijs se ipsos pro alijs examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid consequantur, vel quando impetrant pro se ipsis beneficia cum intentione illa resignandi reseruata sibi pensione, vel non reseruata, ad fauorem aliorum, vt cauetur in constitutione 33. Pauli 4. quæ incipit inter cæteras sub data vigesima sexta Nouembris 1557.

Trigesimo septimo vacat ipso iure beneficium per adhæsionem, vt si quis adhæreat Antipapæ, aut hæreticis. Rebuff. in concordata in rubr. de regia ad præl. nominat in gloss. verbo vacantibus ante finem versic. trigesimo primo per text. quem allegat in c. olim 25. de accusationibus.

Trigesimo octauo vacat ipso iure beneficium per obitum Papæ collatoris, quando fuit collatum ad beneplacitum illius cap. si gratiosè de rescriptis lib. 6. & diximus late supra in glos. 12.

Trigesimo nono idem esset quando esset collatum beneficium per Papam in certum tempus limitatum, & lapsum fuisset illud tempus, quia tunc similiter vacaret beneficium, cum limitata causa limitatum habeat effectum l. in agris ff. de acquir. rer. dominio l. age cum Geminiano C. de transact.

Quadragesimo vacat ipso iure beneficium manuale per reuocationem prouidentis, vel conferentis ad nutum, vt diximus plenè in glossa 5. §. de beneficijs manualibus.

Quadragesimo primo vacat ipso iure beneficium per depositionem, & priuationem capitulo ex literis cap. graue de excessibus Prælatorum Rota decisione 35. de præbendis in antiquis, & Felynus in capitulo ad petitionē numero secundo, de accusationibus Gomesius in regula de impetrant. beneficia per obitum familiarium Cardinal. quæstione septima, numero septimo, & octauo, Caputaqu. decisione 64. parte prima, & decisione 48. & 325. & 327. parte 3. Simonetta de resignationibus quæst. 29. à num. 1. Mandosius in regula 32. Cancellariæ q. 8. num. 13.

Quadragesimo secundo vacat ipso iure beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio collato à Papa ante literarum expeditionem Felynus in capitul. veniens sub numero tertio, ante medium versic. & adde, quod intrans possessionem de accusationibus, de quo hodie habemus rigorosam constitutionem Iulij Tertij sub die 27. Martij 1553. quæ est in Bullario 33. inter constitutiones illius Papæ, vbi etiam se extendit ad obtenta beneficia, de qua constitutione vide Mandosium in regula 27. de non iudicando iuxta formam supplicationis, quæstione tertia, à numero tertio, & quæstione 4. à numero 2. versicul. verum hodie vsque ad finem, & rursus in consil. 66. numero 6. & per totum Rota decisione 205. numero 3. parte prima diuersorum vbi dicit, quod dicta constitutio locum non habet in eo, qui continuat vigore collationis ordinariæ prius factæ, sed in eo, qui in possessionem ingreditur vigore supplicationis.

Quadragesimo tertio vacat ipso iure beneficium retinentis indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & illas non restituentis, nec non scientis, & non reuelantis, vt in constitutione 24. Iunii 111. incipienti cum acceperimus anno 1552. die verò vltima mensis Aprilis continetur, & de detinentibus bona Palatii Apostolici vide constitutionem 6. Alexandr. VI. & constitutionem primam Clem. VII.

Quadragesimo quarto vacant ipso iure beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Aduocatos, & Procuratores, vel Notarios, vt cauetur in constitutio ne Alexandrina, quæ est vndecima inter constitutiones Alexandri VI. incipit in eminenti Sedis, de qua constitutione tractat Puteus decisione 102. & 103. & 104. libro primo, & Rota decis. 166. parte 1. diuersorum per totam Mandos. consil. 60. & consil. 61. vbi plura dicit circa declarationem illius.

Quadragesimo quinto vacat beneficium ipso iure, quando aliquis insordescit in excommunicatione per annum, & amplius, quia tunc excommunicatus citabitur coram iudice ad allegandum quas defensiones habeat vt hæreticus declarari non debeat iuxta text. in cap. cum contumacia de hæreticis in 6. cui concordat l. 32. titul. 9. Partita prima, quod si nullum alleget impedimentum, nec iustam causam, quæ ei suffragari possit declarabitur hæreticus, & consequenter esset beneficiis Ecclesiasticis priuatus cum hæreticus ipso iure priuetur illis, vt supra in 20. casu vacationis ipso iure, & hanc practicam docet Gundisal. Villadiego in tractat. de hæreticis quæst. 22. in fine. Anania, & alii citati per Ignatium de Salcedo in additione ad praxim Bernardi Diaz capitul. 116. num. final. in fine.

Quadragesimo sexto vacat ipso iure beneficium per decretum, veluti quando Papa conferret beneficium alicui, & apponit in ipsa collatione decretum, quod infra menses sex primum beneficium in illius

manibus

manibus dimittat, aliàs eo ipso vacet secundum, aut simili clausula de solutione facienda, aut literis infra certum tempus expediendis, vel aliàs sub eadem vacationis pœna apponatur, nam si non adimplet cum forma decreti ipso iure, vacat vltimum beneficium collatum vigore dicti decreti: Ægidius decisione 755. in principio, & fuit resolutum in vna Vicen. Canonicatus 5. Iunij 1590. coram Illustrissimo Domino Cardinali Pamphilio, & in alia Illerden. Canonicatus 1597. coram eodem, Rota decis. 12. de re iudic. in nouis Rota dec. 8. numer. 1. & decis. 13. de rerum permut. in nouis.

Quadragesimo septimo vacat ipso iure beneficium per malam promotionem ad ordines, veluti si beneficiatus, qui primam Tonsuram, vel minores ordines habens promotus fuerit ad maiores, cum aliàs fuerit inhabilis ex aliquo vitio, crimine, aut defectu, vel extra tempora a iure statuta, vel absque veris sui ordinarij dimissorijs literis, aut per saltum, vel furtiue, aut sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, aut ante ætatem, aut non seruatis temporum interstitijs, &c. quia si in dictis ordinibus ministrare præsumpserit non solum efficitur irregularis, sed etiam beneficia obtenta vacabunt ipso iure, vt nouiter sancitur per constitutionem Sixti Quinti incipientem sanctum, & salutare sub data nonis Ianuarij 1588. quæ constitutio si sit derogata statim dicam in sequenti.

Quadragesimo octauo vacat ipso iure beneficium per confidentiam, vt pote quando aliquis resignat alicui beneficium, sub confidentia, quod resignatarius postea resignet alteri personæ resignati dilectæ vel in alijs casibus contentis in constit. 109. Pij IV. incipienti Romanum Pontificem subdata 17. calendas Nouembris anno 1564. & in constit. 87. Pij V. incipienti intollerabilis subdata Calen. Iulij anno 1599. quæ constitutiones pœnam vacationis ipso iure infligunt, de quibus constitutionibus plene scripsit Parisius in suo tractatu de confidentijs: & præsertim in tractatu de hac vacatione in quæst. 58. per totum.

Quadragesimo nono vacat beneficium ipso iure in omnibus casibus, in quibus fundator illius ita disposuit, veluti ob non residentiam, vel per assecutionem alterius simplicis beneficij residentiam non requirentis, ac in alijs casibus fundatori bene visis Caputaq. decisione 190. numero primo, parte secunda, nam fundator potest in fundatione beneficij imponere leges, & conditiones, quas voluerit capitul. præterea il. 2. de iure patronatus cap. quanto de censibus Rota decisione prima, de præbendis in nouis Ioan. Guttierez consil. 1. num. primo, & septimo, num. primo, bene Nauar. in consil. 8. de præbendis incipit Ecclesiæ collegiatæ num. primo, & tertio.

Quinquagesimo vacat beneficium ipso iure per nouam erectionem, & creationem Bonifacius Vitalinus in clement. fin. de rescriptis, & post glos. final. ibidem, & communiter omnes Geminian. consil. 69. numero primo, & dixit in glos. 9. in §. fin. de beneficijs nouiter creatis num. 50. beneficia namque non nascuntur, sed creantur, & fiunt Cassador. decisione 7. & 8. de iure patronat.

Quinquagesimo primo addi potest vacatio ob malam valoris expressionem iuxta ea, quæ dixi in §. 2. huius glos. num. 77. & 78.

Quinquagesimo secundo vacat ipso iure beneficium quando ex aliqua constitutione, vel statuto particulari, seu municipali inducitur vacatio ipso iure alicuius beneficij per assecutionem secundi quando aliàs non vacaret de iure communi, & consuluit Ferretrus consil. 112. incipit D. Caro. numero tertio, ac per totum lib., ubi concluſit, quod præterea in Ciuitate Venetiarum uacant beneficia simplicia nullam residentiam requirentia per assecutionem Plebanatus, idemque pari ratione dicendum erit de consuetudine Ferrettus dicto consil. 112. sub numero primo, & secundo, & fuit decisum in una Calaguritana beneficii de Nauarrete 20. Iulii 1588. coram Illustrissimo Domino Pamphilio.

PRAXIS VARIATIONIS IN Præsentando in iure patronatus.

RESOLVT. CCCCLXIII.

1 *Patronus laicus potest variare, & plures successiuè præsentare, secus in ecclesiastico num. 3.*
3 *Presentatio ecclesiasticorum habet vim electionis, secus in præsentatione laici num. 4.*
5 *Clerici melius, & facilius possunt inuenire, & noscere idoneos.*
6 *Apostulatione potest variari.*
7 *Si actus præsentationis non est perfectus etiam ab ecclesiastico potest variari.*

Quæ differentia sit inter patronum laicum, & ecclesiasticum.

1 PAtronus laicus potest uariare, & plures successiuè præsentare cap. quod autem, & capit. pastoralis de iure patronatus; patronus autem ecclesiasticus uariare non potest capitul. cum autem ubi glos. penult. de iur. patronat. & doctores in præcitatis locis, & facit glos. in c. unico in uerbo ecclesiasticus de iure patronat. libr. 6. & ibi Io. Andreas Petrus de Anch. & alii Abb. in dicto capit. quod autem Calder. consil. 16. de iure patronat. Rocch. de Curte de iure patronat. in uerbo honorificum quæst. 9. & 10. & latè Lambertin. de iure patronat. libro 2. part. 2. quæst. 7. articul. 1. rationes autem diuersitatis plures ponuntur a doct. supradictis; tu dic rationem
3 esse, quia præsentatio Ecclesiasticorum habet uim electionis, in qua electione non cadit uariatio, quia statim electo acquiritur ius in re capit. publicato ubi glos. & capit. quod sicut de elect. sed in præsentatione
4 laici secus est, quia præsentatus tunc tantum acquirit ius ad rem, item alia potest esse ratio, quia clerici facilius, & melius possunt inuenire, & noscere clericos idoneos, quam laici, qui cum sint extra clericalem militiam possunt titubare, ut per Lambertin. ubi
5 supra', & ex hoc cum laici possint uariare habent tantum quadrimestre, Ecclesiastici uerò, qui uariare nequeunt semestre.

6 Item est notandum, quod à postulatione potest uariari cap. bonæ il 2. de postulat. prælat. & ibi Abb. num. 12. uide Ioan. Andr. in cap. mutare de regul. iur. libr. 6. & patroni laici possunt uariare si procedat per uiam scrutinii etiam publicato scrutinio Abb. in dict. cap. publicato n. 5. de elect. uide Lamber. ubi supra art. 2. aduertas tamen, quod si actus præsentationis
7 non fuit perfectus, quia deficiat aliqua ex personis requisitis de necessitate ad perfectionem præsentationis, vel aliud, tunc etiam patronus Ecclesiasticus poterit iterum canonicè præsentare, & non dicetur uariare cap. vlt. de iure patronat. Lambertin. ubi supra art. 3. quia tali casu non potest dici perfecta præsentatio. Eadem ratione poterit patronus Ecclesiasticus si præsentauit coram eo, qui non habet ius instituendi præsentare iterum alium habenti ius instituendi Cardin. in clement. 1. quæst. 9. de iure patronatus, idem erit si patronus nulliter præsentauit ratione collegii Ecclesiastici, tunc enim poterit alium cum collegio præsentare, vt per Lambertin. vbi supra art. 6.

RESO-

RESOLVT. CCCCLXIV.

1 *Patronus si promisit vnum præsentare an possit ab hoc recedere.*
2 *Promissio de præsentando facta ante vacationem beneficij est nulla, secus si post vacationem.*
3 *Si promissio facta sit vni de eo præsentando est simoniaca, & nulla, & potest variare.*
4 *Actus factus contra proprium iuramentum quando valeat.*

Quando patronus laicus promisit unum præsentare, an possit uariare.

1 PAtronus si promisit unum præsentare nunquid possit postea variare: hos constitue casus cum Lambert. de iure patronatus libro 2. par. 2. quæst. 7. artic. 15.

2 Primus est casus, quando fuit promissio facta per patronum alicui de præsentando quem uelit in beneficio sui iuris patronatus, de quo loquitur cap. ult. de concess. præb. & tunc dicas, quod si dicta promissio fuit facta antequam beneficium uacasset cum sic irrita ipso iure, seruari non debet, ut in dicto cap. ult. si autem promissio fuit facta Ecclesia uacante, & tunc patronus non obstante tali promissione potest præsentare, uel saltem uariare, si est laicus, quod si iurauerit secus est, nisi absoluatur à iuramento ad effectum variandi.

Secundus est casus, quando fuit facta alicui à patrono promissio de eo præsentando, & hæc promissio
3 est nulla, cum sapiat simoniam (videtur enim initum pactum super præsentatione,) potest variare si autem patronus unum præsentauit, & iurauit non uariare, tunc non potest uariare, quia superior non debet admittere periurum ad præsentandum ne superior sit auctor. periurij cap. mulieri de iureiurand. & Lambert. ubi supra artic. 16. quamuis alias ualeat actus fa-
4 ctus contra proprium iuramentum, licet faciens efficiatur periurus glos. in c. ult. uerb. reuocatur de procurat. lib. 6. Fely. in c. dilecto n. 10. & seq. ubi doctor. de præb. Alex. cons. 16. n. 3. lib. 3.

RESOLVT. CCCCLXV.

1 *Variatio duobus modis fieri potest.*
2 *Patronus potest variare, vel vnico actu plures præsentando, vel successiuè.*
3 *Variatio permittitur cumulatiuè, non priuatiuè.*

Quomodo fiat uariatio.

1 INterrogatus respondi breuiter, quod uariatio à patrono fieri potest duobus modis.

2 Primo unico contextu plures præsentando iuxta terminos textus in clem. plures §. fi. de iure patronatus, ut is instituatur, quem Episcopus elegerit ubi glos. Cardin. & reliqui dd. Canonistæ.

Secundo modo potest fieri, plures ordine successiuo præsentando, & sic diuersis temporibus capit. cum autem, cap. quod autem, & c. pastoralis de iure patron. nec per præsentationem secundi receditur à prima, sed Episcopus instituet, quem uoluerit Abb. Io. Andr. & alij in cit. cap. cum autem de iure patronat. Lambert. de iure patronat. lib. 2. parte 2. quæst. 7. artic. 21. & ideo patronus uariando non recedit,
3 sed cumulat, & ita uariatio est permissa si præsentet cumulatiuè non priuatiuè, nam si priuatiuè non absque causa permissa præsentaret non audiretur: quod si secundo præsentet, nisi addendo præsumitur cumulatiuè præsentasse, nam quilibet præsumitur uelle, quod ius patitur uide Rocch. de Curte de iure patron. uerbo honorificum q. 13. & Lambertn. ubi supra artic. 22.

RESOLVT. CCCCLXVI.

1 *Patronus laicus potest variare etiam si eius procurator alium præsentauerit, ita & procurator variare potest.*
2 *Factum à procuratore dicitur factum à principali.*
3 *Patronus laicus variare potest quomodocunque sit patronus.*
4 *Collegium laicorum habens iuspatronatum potest variare.*
5 *Præsentatus non potest impedire patronum ne variet.*

An sicut patronus potest uariare, ita pariter, & eius procurator.

1 LAicus patronus uariare potest, etiam si eius procurator prius alium præsentauerit, ita etiam procurator uariare potest Rocc. de Curte de iure patron. in uerbo honorificum quæst. 20. Felyn. in cap. cum uenerabilis numero 3. de exception. quod
2 enim facit procurator dicitur fieri ab eius principali capitul. mulieres de sentent. excommu. l. 1. §. deiecisse ff. de vi, & vi armat. quod non procedit, si dictus procurator haberet tantum potestatem limitatam ad vnum præsendandum Lambert. de iure patronat. lib. 2. par. 2. quæst. 7. artic. 16. & quilibet
3 patronus laicus etiam si sit patronus ex priuilegio, vel ex præscriptione vel alio modo variare potest, quod declara, vt per Lambert. vbi supra art. 18. quod
4 procedit etiam si ius patronatus pertineat ad Collegium, vel ad vniuersitatem laicorum, tunc enim potest collegium, seu vniuersitas vno præsentato variare, & alium præsentare. Non obstat text. in cap. cum autem in fi. de iure patron. quia ibi loquitur de Collegio Ecclesiastico non de sæculari, prout declarat Lambert. vbi supra artic. 19. Neque potest primus
5 præsentatus impedire patronum, ne variet, & ideo appellare contra ipsum patronum vt non præsentet alium, nec tenet appalliatio, ita Abb. in cap. pastoralis de iurepatronatus n. 1. & 2. vbi Hostiens. Innoc. Io. Andr. super glos. pen. & Card. colum. 3. & Lambert. vbi supra artic. 20. alias destrueretur tota materia variationis, & auferretur talis potestas à iure patrono laico concessa.

RESOLVT. CCCCLXVII.

1 *Patronus variando duos tantum præsentare potest.*
2 *Pluralis locutio duorum numero est contenta.*
3 *Infinita est euitanda.*

Variatio permittitur ita tamen vt vltra duos non fiat.

CLarum est, quod patronus potest variare, & pluries præsentare, vt fuit consulsum alias, ta-
1 est sciendum hoc debere intelligi, quod vltra duos va-
2 riari non possit, & vltra duas vices, pluralis enim locutio duorum numero est contenta capitul. plu-
3 ralis de Regul. iur. in 6. & infinitas est euitanda capitul. cum in multis de rescriptis in 6. & iura loquentia de dicta variatione hoc innuunt, ita Rocchus de Curte de iure patronatus in verbo honorificum quæstion. 10. faciunt dicta per Bellenc. in tract. de charitatiuo subsidio quæstion. 25. faciunt dicta per Ias. in leg. edita, colum. 3. in fin. Cod. de edendo, & ita seruari in praxi, & in iudicando, & consulendo refert Lambert. de iure patronat. lib. 1. parte 2. quæst. 7. art. 23. & iuxta hanc sententiam est consilium 16. Calderini in tit. de iure patronatus, quem ad hoc propositum mihi allegauit eruditione plenus

D. Ioannes Maria Nouarius, & est tenoris sequentis videlicet.

An laicus possit successiuè vltra duos accumulare, & dicitur quod non, quoniam si iura dicunt laicum patronum posse plures accumulare, debent intelligi de duobus, quoniam pluralis locutio duorum numero est contenta de re iud.cap. pluralis cum concor. Item talis variatio est odiosa, ideo restringenda de re iur. cap. odia.in 6.ad hoc optimè de præb.c. is cui in 6. Item infinitas est vitanda de rescript. cap. cum in multis in 6. Item si videantur iura de hoc loquentia clarè istud innuunt vnde capitulum, quod autem postmodum aliud cap.cum dilectus cap.pastoralis dicit alium, & secundo loco, ex quibus omnibus apparet apertè, quod huiusmodi variatio potest fieri successiuè de duobus, & non de pluribus, & per hoc respondent ad id, quod notatur in clemen.2. de iure patron. §. fin. super vers. plures intendit etiam quando simul plures quam duo præsentet, vt vnus ex eis per Episcopum eligatur vt ibi in tex. & idem etiam quando duæ præsentationes successiuè factæ fuerunt, & sic intelligitur glos. sequens super versiculo præsentare si bene inspiciatur, idem est in effectu illo casu sicut dictum est supra quando fit præsentatio, & vnus eligatur, sed vltra duos non potest fieri tertia per dicta supra nec obstat,quod istud reputatur nouum cum alius doctor hoc non dixerit quoniam nec reperio aliquem contrarium dixisse, & hoc de iure puto verissimum.

Et quod variatio, non possit fieri nisi vltra duos facit,nam variatio,est legibus inimica,vt habetur nouissimè per D. Noua. in sua vtili praxi electionis fori quæst.3.numer.9.sect.1.vbi agitur quoties,& quando fori variatio fieri possit, & varias circa hunc articulum tradit D. opiniones, vt penes eum videri potest.

RESOLVT. CCCCLXVIII.

1 *Non potest patronus laicus variare lite pendente.*
2 *Lite pendente inter præsentatos,& altero mortuo ex litigantibus non permittitur patrono sine vitio attentatorum alium præsentare, & quid cum litigatur cum eis, qui beneficia sunt adepti num.3.*

An patronus laicus possit lite pendente variare.

1 NOn potest patronus laicus variare lite pendente alias inter præsentatos Calderin. cons. primo vt lite pendente, & 18. de iure patronatus Domin. & Francus numero tertio in capitul. primo vt lite pendente in 6. Mill. in rep. verb. patr. etiam laicus lite pendente Aymon consil. 36. numer. 3. Couarr. pract. cas. 37. numer.1. versic. 3. quandoque Crescent. dec. 10. de iure patronat. & Lancellott. de attentatis, capitul.4.in præfat.à numer.560.seu 656. & est communis secundum Couar. & Lancellottum ibi, licet contra teneant cum alijs Lambert.1. part. 2. libr. quæst.6. articul.12. nam quicquid ipse dicat c. 1. vt lite pendent. in 6. habet locum in præsentatione, vt per Ioan. Andr. Dominic. Franc. & alios ibi Lap.allegat.22.numer.3. Gomez. in Regul. de subrogand.collitig.quæst.6. & 13. Rota diuers. in decisione 442. part. 1. & fuit resolutum in vna Zamoren. beneficij de Morales 30. Maij 1596. coram D. Orano, nisi fuit dictum, quod lite inter præsentatos pendente, alteroque ex litigantibus defuncto, patrono
2 non permittitur sine vitio attentatorum alium præsentare indubitatum esse ex dict. capit. 1. Cum vero
3 litigatur cum eis, qui beneficia iam sunt adepti, & sic contra præsentiam, iam institutum clarum est pendente lite non posse Patronum alium præsentare ex capitul. 2. vt lit. pend. quod loquitur expresse de præsentatione, ibi præsentetur Lamber. vbi supra Rot. Salamantina Cappellaniæ 20. Nouemb. 1592. coram Pamphilio vnde in vna Pampilonens. Parochialis de Edrarin. de anno 1501. coram Pamphilio fuit resolutum, quod præsentatio facta post rem iudicatam pendente lite super restitutione in integrum non sustinetur, quia restitutio suscitat litem l. quod si minor §. restitutio de minor. & commissio restitutionis, in qua fuit narratum fuisse paritum iudicato, quæ fuit signata procul de iure, dat iurisdictionem etiam non verificata,quiquid sit quando adest clausula,parito iudicato.

Nec obstat patronum esse in quasi possessione præsentandi, & lite pendente posse quem continuare possessionem, quia adhuc præsentatio facta est nulla ex cap.2.vt lit.pend.in 6.

Et dispositio dicti capit. habet etiam locum in vacatione per mortem ciuilem, vt per resignationem, vel assecutionem alterius beneficij secundum Anchar. ibi, cuius opinio licet de ea dubitet Lancel'ott. capit.3.à. num.96. alias 103. est constanter tenenda, vt fuit decisũ in vna Vallisoletana Scolastria 17.Iunij 1602.coram Lancellott.tradit Gonzalez gl.51.n.112.

Cæterum prohibitio dict. capit.1. & 2. quando superstes collitigans præsentaretur, seu prouideretur ab Ordinario,quia tunc cessat ratio per d.c.2.assignata,scilicet ne propter nouos aduersarios litigia prorogari contingat, secundum Rochum d. q.23. Couar. super Lancellott.d.c.3.nu.128.alias 135. & dict. cap. 4.in præfatione à num.576. & 790. alias 172. & 688. Paris. cons.30. nu.4. lib.4.quem allegat, sequitur Gabriel.cons.4. de iud. num.42. & est de mente Franch. in d.c.2.num.6.in gl.penult.& secuta est Rota in Mediolanen.iuris patron.de anno 1588.coram Blanchetto & in Mediolanens. iuris patronatus coram eodem 29.Ianuarij 1596.

Quamuis Crescentius decisio. 8. de iure patronatus num.2. dicat in contrarium esse communem opinionem, & d. decis. 10. dicat non procedere quando patronus post præsentationem factam de vno ante litem post litem cumulando præsentaret collitigantem, alias voces patronorum nõ habentem,quia tunc potius daretur occasio litigandi, &c. & Gonzalez d. gl. fi. n.114. ait quod dicta opinio non est secura, nec tenenda, sed potius contraria, tum quia dispositio dicti c.2.est generalis,& indistincta,& generaliter intelligenda l.1.§.generaliter ff.de legatis præstan.quia aliter regu.cancellariæ de surrogan. collitigantibus per Papam esset frustatoria, &c. vt fuit nouissimè resolutum in vna Hispal. beneficij de Xerez 10. Februarij 1604. coram Litta, vbi propterea fuit conclusum esse nullam collationem à Cardin. Hispalen. de quodam beneficio litigioso cuidam superstiti collitiganti factam, & quod in eadem dec. dicitur, quod idem tenuit Rota antiqua vt in dec.10. nu.2. & 3. vt lit. pendent. in nouissimis, & Rota Moderna in vna Bononien. Parochialis 14. Ianuarij 1572. coram Seraphino,& ad Gomes.in reg. de subrogan. quæst.2.num.2. dicentem, quod quando inferior à Papa concedens surrogationem collitiganti comprehenditur sub regu.fuit responsum procedere in inferiore habente facultatem surrogandi ab ipso Papa mediante aliquo indulto,seu iure speciali non aliter,ita Gomes.sed mihi placet opinio Roch. & sequacium, contra quam in specie non est communis opinio, & d. dec. Posnanien.non male respondet Lancellott.sup.in dicta præfatione, adde quod ibi Ordinarius in locum vnius præsentati prædefuncti surrogauit alterum præsentatum collitigantem, ordinarius autem licet possit conferre collitigãti,vbi alias ad eum collatio spectat,non tamen potest principaliter de per se surrogare, prout Papa facit Mandos. reg.29. de surrogan. collitigantibus

bus quæst. 3. numero 2. & pro opinione Rochi faciunt verb. dict. cap. 2. ibi alijs nullatenus conferātur. Pondero verbum alijs, iuxta quod videntur accipienda verba sequentia, nec ad ea allegatur quispiam, vel etiam præsentetur, idest quispiam alius, & de beneficijs litigiosis late Lancellot. d.c. 3. & d.c. 4. in præfatione, & alijs locis.

PRAXIS VSVRARVM CRIMINIS.

RESOLVT. CCCCLXIX.

1 *Vsura est pro fideiussore aliquid accipere.*
2 *Vsurarius censetur qui propter periculum in se susceptum aliquod lucrum à debitore suscipit.*
3 *Officium fideiussionis procedit ex charitate, & affectu benefaciendi sicut mutuum.*
4 *Lucrum non ob aliud potest pacisci, nisi propter periculum fideiussionis ideo iniunctum, & ratio periculi non habet locum in fideiussione.*

An sit vsura aliquid accipere pro fideiussione.

1 IN hoc Dubio pro opinione affirmatiua respondi ex sequentibus primo tex. in cap. nauiganti de
2 vsuris, vbi vsurarius censetur, qui propter periculum in se susceptum aliquod lucrum à debitore recipit, igitur vsurarius etiam censeri debet fideiussor, qui propter periculum soluendi pro debitore in se susceptum aliquod lucrum suscipit. Secundo nam of-
3 ficium fideiussionis procedit ex charitate, & affectu benefaciendi sicut mutuum, igitur gratuitum esse debet iuxta illud Ecclesiast. capit. 29. fideiussoris gratiam non obliuiscaris. Tertio nam id lucrum nul-
4 lo alio modo poterat pacisci, nisi propter periculum fideiussionis, vt resoluunt omnes supra pro contraria citati authores, sed ratio periculi non habet locum in fideiussione; igitur à cessante causa necessario dicendum est, fideiussorem nihil posse recipere, seu pacisci pro fideiussione.

RESOLVT. CCCCLXX.

1 *Non solum committitur in mutuo vsura, sed in omni contractu.*
2 *In contractu societatis etiam committi potest vsura.*
3 *An in contractu locationis, & conductionis possit committi vsura vide n. 7. 9. & 10.*
4 *Vsura potest etiam committi in contractibus, & vltimis voluntatibus.*
5 *Si ex causa mutui facta sit locatio viliori pretio, quam fieri debuisset absque mutuo, contractus est vsurarius.*
6 *Non licet ratione prorogationis prætij vendere rem carius.*
8 *Correlatiuorum eadem est dispositio.*
11 *Anticipata solutio in contractu locationis virtualiter est mutuum.*
12 *Et supradicta amplia quando apparent probabiles coniecturæ.*
13 *Quæ sint hæ coniecturæ vide n. 14. & 15.*
16 *Ad probandum contractum vsurarium sufficiunt leues coniecturæ.*

An vsura committi possit in contractu locationis.

1 PRo hac quæstione facit, quod vsura non solum committitur in mutuo, iuxta illud mutuum dare nihil inde sperantes, in quo mutuo, dicitur formalis vsura, verum etiam in omni, & quocumque alio contractu nominato sub quacunque verborum forma stipulato, vt dixerunt Doct. in capitulo ad nostram de empt. & vend. & post alios Bero. cons. 168. numero 12. lib. primo, quem refert, & sequitur Io. Bott. in cons. 72. num. 10. Menoch. cons. 109. num. 28. lib. 2. Natta cons. 670. num. 9. Farina. decis. 30. Rim. Iun. cons. 215. num. 59. & 60. & cons. 399. num. 62. Peregrin. cons. 18. num. 7. lib. 3. Caualc. decis. 32. n. 34. lib. 2. Tioffi. cons. 87. num. 9. lib. 1. pront de contractu emptionis, & venditionis loquitur tex. in cap. in Ciuitate, & in cap. ad nostram, & in cap. consuluit
2 de vsur. idem est in contractu societatis, in quo pariter committitur vsura ad text. in cap. nauiganti in primo respons. extra de vsur. Farinac. decis. 24. idem in contractu pignoris ad tex. in c. illo vos. de pignor. quos longa serie congerit Berc. in d. cons. 168. num.
3 13. & in contractu locationis, & venditionis, de quo agebatur, quod possit committi vsura affirmarunt communiter Doctor. vt testatur Bal. in cons. 311. lib. 5. Bero. cons. 166. n. 8. lib. 1. Caualcan. decis. 32. num. 54. par. 2. Carroc. de locat. & conduct. in tit. de vsuris in rebus, & in quæst. 3. Summa Angelica in verb. locatio n. 22. Vgolin. de vsura cap. 54. fol. mihi 354.
4 imo fortius quod vsura detur etiam in testamentis, & vltimis voluntatibus probatur ex his, quæ adducit Surd. cons. 23. lib. 1. & latissimè Menoch. cons. 440. & 441. lib. 5.

5 Vnde si ex causa mutui facta sit locatio viliori pretio quam fieri debuisset absque mutuo quod contractus sit vsurarius, ita volut Bald. in rubr. Cod. de vsur. num. 4. vers. 3. quæro vbi dicit, quod si quis emit frumentum in herba pro quinque, quod tempore messis verisimiliter valebit octo, quod contractus sit vsurarius per text. in cap. in Ciuitate de vsur. vt sequitur Laurent. de Rodulf. de vsur. par. 2. q. 43. sub num. 7. tract. tom. 7. hanc eandem opinionem tenuerunt Geminian. in cons. 16. & Vrsil. ad Assl. dec. 20. n. 10. nam sicut non licet ratione prorogati tem-
6 poris vendere rem carius vltra latitudinem iusti pretij, ita nec licebit vilius conducere ratione anticipatę solutionis, vt per Gutt. in pract. q. Cano. c. 39. n. 11. Ceual. d. dec. 32. n. 67. lib. 2. vbi dicit, quod si conductor dat aliquid anticipatè locatori, & ob id minorē soluit pensionem, & sic sensit commodum ex antici-
7 pata solutione committit vsuram, & allegat Gemin. Alexandr. & alios, idem tenuit Petrus de Vbald. de duob. fratr. 4. par. n. 8. vbi quod si locator mutuat Colono, & ob id recipit maiorem pensionem contractus est vsurarius, si è conuerso si conductor, mutuat, & minus soluat, de pensione, quia Correlatiuorum
8 eadem est dispositio, & dictum in vno censetur in alio, & vltra prędictos hanc opinionem firmauit Caroc. in dict. quæst. 3. & in fortioribus dixit Roder. de Annu. reddit. lib. 2. quæst. 11. num. 24. quod locatio
9 etiam iusta mercede facta, ratione tamen mutui extorta dicitur vsuraria, idemque tradidit in lib. 2. quæst. 3. num. 48. & 52. cum sequen. motus authoritate Gemin. in dicto cons. 16. Menoch. consil. 343. num. 42. libro 4. Farinac. in decis. 119. vbi post Abb. ait, quod pactum de mutuando in contractu locationis non reddit ipsum illicitum, quando locatio
10 est iusta quasi secus si pensio ob id vilior sit D. Thom. in opusc. de vsur. capitul. 6. & 2-2. quæstio. 78. articul. 2. Sūma Angelica in verbo vsura in princip. Sylnest. verb. vsura il 2. numero 1. Armilla in verb. vsura cap. 11. Alfon. Aluarez in Specul. Sum. Pontif. & Molin. de contract. disput. 501. & quod anticipata
11 illa solutio virtualiter sit mutuum, & quod ex hoc contractus inter locatorem, & conductorem dicatur usurarius dixerunt Vgolin. de usura cap. 4. §. 1. & cap. 54. Nauar. in Manual. confes. cap. 17. n. 228. Abb. in cap. nauiganti n. 6. de usura Ambros. de Vignat. de usur. par. 1. n. 66. Caroc. de locat. par. 7. conclus. 59.

& Molin. de contract. disput. 303. num. 6. & disput. 355. num. 2.

Et supradicta maximè procedunt, & colligi pos-
12 sunt ex probabilibus, & euidentibus coniecturis contractus vsurarij, quæ quidem coniecturę tales sunt.

Prima igitur coniectura est quando omnia pacta
13 posita sunt in fauorem conductoris, vt considerant Rim. Iun. consil. 218. numero 47. lib. 3. Natt. cons. 670. n. 10. Menoch. d. cons. 109. lib. 2. Bald. d. con-
14 sil. 311. num. 9. lib. 3. Item paupertas, qua grauatur fortè locator, & necessitas quærendi pecuniam, vt solueret creditoribus, à quibus astringitur personaliter, & in bonis, quæ esset in causa istius locationis, & conductionis tam vili pretio, vt aduertit Panor. cons. 113. col. pen. & fin. num. 5. par. 2. Ias. cons. 152. lib. 4. Rouescal. ad Bal. cons. 322. lib. 3. & cons. 301. lib. 5. Menoch. lib. 3. præsumpt. 122. num. 87. Mascard. conclus. 442. num. 5. Crauett. cons. 156. numero 13. vers. 8. Rol. à Vall. cons. 4. num. 37. lib. 2. quos congerit Cioff. cons. 97. lib. 1.

Altera coniectura esse potest incongruitas pensionis, vt per Bald. cons. 311. num. 11. lib. 3. vbi num.
12. subdit hoc iudicis arbitrio relinquendum, & de-
15 mum clausulæ insolitæ adiectæ in contractu, vt considerat latè Carroc. dict. quæst. 3. numero 6. de vsur. quæ omnia satis sufficiunt; cum ad probandum
16 contractum vsurarium sufficiant leues coniecturæ, vt latè per Carroc. decis. 41. num. 12. & seq. Honde. dict. cons. 33. n. 55. lib. 2. & maximè vbi læsio esset magna ex Ceual. decis. 1. num. 7. vers. tamen ista eorum opinio, & dicta decis. 32. num. 66. vers. item quando lib. 2.

RESOLVT. CCCCLXXI.

1 *Contractus simulatus in dubio non præsumitur.*
2 *Simulationem allegans illam probare tenetur.*
3 *Simulatio non probatur, nisi per coniecturas, & præsumptiones Iuris.*
4 *Vsura non præsumitur, nisi probetur, & maximè in foro fori, in quo inspici debet forma, & figura contractus, vt n. 5.*
6 *Crimen vsurarum potest probari ex præsumptionibus, & coniecturis, sed quomodo procedat hoc dictum vide n. 7. 8. 9. & 10.*

Vsura qualiter probetur.

1 IVris regula est in dubio non præsumi contractum simulatum, quod probat tex. in leg. sed si maritus §. fi. ff. qui, & à quibus notat. in leg. rogasti ff. si cert. pet. Bal. d. cons. 456. n. 1. lib. 4. & ad eum Rouescal. in sua Schol. sub d. num. 1. in verbo nunquam autem præsumitur simulatio vbi per multa, quæ allegat firmat dictum Baldi verissimũ esse in foro fori quicquid secus sit secundum eum in foro poli.

2 Et qui simulationem allegat illam probare debet concludenter, & liquidis probationibus, vt si volo probare, quod venditio fuerit simulata debeo probare, quoad paulò ante fuit conuentum, & firmatum inter contrahentes, quod quamuis instrumentum contineret venditionem, res tamen vendita esset loco pignoris, vt creditor interim posset lucrari fructus Alex. per hæc formalia verba in cons. 88. num.
3 6. libro 4. Neque sufficiunt coniecturæ; saltem nisi sint coniecturæ, & præsumptiones iuris Aym. dicto cons. 145. num. 2. vers. probari debet simulatio Bald. cons. 21. numero 2. col. 2. ante finem versicul. nec sufficiunt probationes coniecturales lib. 4. Bursatt. cons. 321. num. 52. lib. 3. Aym. d. cons. 145. num. 2. vers. probatur simulatio lib. 1. Honded. d. cons. 33. num. 51. lib. 2.

4 Sic, & vsuram non præsumi nisi probetur probat tex. in l. cum precibus, & ibi Bal. C. de probat. Soc. cons. 27. num. 12. lib. 4. Decius d. respon. 2. numero 61. 65. & seq. Rota diuers. decis. 228. num. 2. par. 2. & decis. 340. num. 1. par. 1. præsertim in foro contentioso, in quo inspici debet forma, & figura contractus c. in ciuitate ext. de vsur. & not. in c. cum Ioannes ext. de fid. instrum. Abb. cons. 15. ante finem vers. ad iudicandum autem lib. 1. refert, & sequitur Aym. d. cons. 145. num. 6.

Et licet dici soleat prout etiam dicit D. ex aduer-
6 so scribens, crimen vsurarum ex præsumptionib. & coniecturis probari. Hoc tamen dictum aliquas recipit declarationes casui nostro bene applicabiles.

7 Quarum prima est vt non procedat, quando agitur criminaliter, & ad puniendum, tunc enim qui dicit contractum vsurarium id legitimè probare debet per confessionem vel per testes concludenter deponentes sic enim argumento tex. in l. fi. C. de probat. & in leg. quí sententiam ff. de pœnis expresè post alios quos allegant antiquiores scripserunt Bursat. consil. 135. n. 17. lib. 2. & cons. 321. n. 88. & n. 54. vers. Decius lib. 3. Honded. cons. 33. n. 56. lib. 2.

8 Secunda est declaratio vt eadem conclusio non procedat quando agitur de vsuraria prauitate tanquam causa finali simulationis alicuius contractus, quod probetur ex eo, quoniam alleganti simulationem contractus incumbit etiam onus probandi causam simulationis Bart. cons. 65. n. 4. libro 1. Cepol. de simulat. contractus præsump. 24. n. 77. vers. debet intelligi, & præsump. 26. n. 69. Mand. cons. 9. num. 8. cons. 97. num. 24. & 25. lib. 1. quibus in locis prædicti Doctores communiter concludunt non solum concludenter constare debere de causa simulationis, sed quod etiam ipsa causa sit verisimilis, quibus etiam addo Honded. in cons. 41. numero 28. lib. 2. sed sic est quod in causa prætensæ simulationis vsura non solum non probatur, sed neque etiam est verisimilis cum D. Ioan. Baptista sustineat periculum sortis, quod facit cessare omnem suspicionem vsuræ glos. in cap. plerique 24. q. 3. Paul. de Cast. cons. 55. per totum, & cons. 114. num. 1. vbi ampliarent in solito fœnerari lib. 2. Corn. cons. 1. in 6. quæst. lib. 4. Aym. in terminis d. cons. 145. n. 5. & lib. 1. ergo, neque obstat de causa præsente simulationis, neque etiam de illius verisimilitudine, & per consequens in casu, de quo agitur vsurarum crimen non potest probari præsumptionibus, & coniecturis.

Tertia est declaratio, vt tunc demum præsumptio-
9 nes, & coniecturæ probent vsuram quando scilicet contractus est suspectus ab initio ratione subiecti, vt puta si agatur de mutuo pignore, societate, aut alio contractu mutuo proximo, & affine, vel etiam si probetur originalem causam fuisse contractum mutui. His inquam casibus facilius præsumitur vsura, illaque coniecturis, & præsumptionibus probatur secundum omnes in cap. consulnit. de vsuris, & in cap. ad nostram de empt. & vend. Bald. cons. 33. numero 2. vers. item si in contractu mutui lib. 1. Decius d. respons. 2. num. 188. & idem quando contractus esset
10 suspectus ratione personæ contrahentis, qui esset persona vilis, & solita fœnerari ad tex. in clem. 1. cum ibi not. de vsuris Bald. d. con. 133. vers. 3. cas. libro 1. verùm in casu nostro contractus non est suspectus ratione subiecti, cum contractus locationis sit bonæ fidei, & nihil habet commune cum mutuo, vt supra ostensum est: persona etiam cõtrahens non est suspecta immo ex eius qualitate, & nobilitate omnis vsuræ præsumptio tollitur ex Bald. d. cons. 133. num. 2. vers. 3. cas. lib. 1. Decius d. respon. 2. n. 83. & seq. & n. 162. lib. 1. Bursatt. cons. 320. num. 17. lib. 3. Honded. d. cons. 33. num. 54. lib. 2. Ergo nec pariter sumus in

casu,

casu, in quo præsumptionibus, & coniecturis vsura probetur.

In materia autem vsurarum non desinas videre Doctissimum, & Eruditissimum D. Io. Mariam Nouarium in collectanea dec. ad pragmat. primam sub rubrica de vsuratijs, vbi de more multas decisiones cumulat.

RESOLVT. CCCCLXXII.

1 *An vsurarij incurrant pœnam ipso facto, vel requiratur sententia iudicis n. 5.*
2 *Verba præsentis temporis inducunt effectum ipsius iuris.*
3 *Quomodo intelligatur c. quia in omnibus de vsuris.*
4 *Verbum subiaceat importat effectum ipso iure.*
6 *Quando pœna est priuatiua, & non vtitur lex, seu canon verbis præteriti temporis, tunc pœna non dicitur imposita ipso iure, sed iudicis sententia.*
7 *Verba præteriti temporis recipiunt interpretationem à subsequentibus.*
8 *Intellectus c. cum tu de vsuris, & n. seq.*
10 *Nunquam pœna ipso iure imposita censetur nisi expresse dicatur.*
11 *Respondetur contrarijs, & n. seq.*

An vsurarij incurrant pœnes ipso iure, an verò requiratur declaratio.

1 REspondeo iudicis sententiam non requiri, sed ipso iure infligi pœnas tenuerunt Abb. antiq. & moder. Innoc. & communiter Doctores secundum Bero. in capitul. quia in omnibus de vsuris numero quarto, Primo ex Doctrina Bartol. in lege prima in principio ff. de ijs qui notantur infam. dicentis, quod quando lex imponendo pœnam infamię notat, & considerat factum, tunc ipso iure irrogatur infamia, sed Concilium Lateranense imponendo supra relatas pœnas, notat, & considerat factum, & crimen vsurarium manifestum, vt constat ex dict. c. quia in omnibus, & cap. cum tu eodem titulo cap. quamquam eod. tit. in 6. ergo dicendum est pœnas illas ipso iure intelligi.

2 Secundo nam verba præsentis temporis inducunt effectum ipsius iuris, vt notat glos. & Bald. in leg. improbum pœnus per tex. ibi C. ex quibus caus. in fac. irrog. vnde cum Concilium Lateranense vtatur verbis, præsentis temporis, vt constat ex dict. cap. quia in omnibus ibi, nec à communione auertantur altaris, nec Christianam, si in hoc peccato decesserit, accipiant sepulturam, nec oblationes eorum quisquam accipiat, ergo dicendum est iudicis sententiam non requiri.

3 Tertio & vltimo nam in fine dicti capitul. quia in omnibus dicitur clericos contra facientes suspensos manere, donec satisfecerint, suspensi autem manere non possent, nisi suspensio esset iusticta ipso iure arg. cap. cupientes §. cæterum cum gl. verb. suspensos infra de electione, & elect. potestate in 6. maximè cum Concilium vtatur verbo maneat, quod idem importat, quod subiaceat ex doctrina Abbatis antiqui, &
4 moderni in d. cap. quia in omnibus, vnde cum verbum subiaceat importet effectum ipso iure, iuxta tex. in cap. 1. de iniurijs lib. 6. cap. si quis suadente 17. quæst. 4. sequitur euidenter iudicis sententiam non requiri.

Contrariam tamen sententiam nempe huiusmo-
5 di pœnas non infligi ipso iure, sed iudicis sententiam requiri tenuerunt Goffred. Host. & Anton. de Butr. in d. c. quia in omnibus Archid. & Io. Andr. in cap. 1. de homicid. lib. 6. Alex. & Moderni in l. si quis maior C. de transact. & Fely. in cap. 2. de spons. sequentibus moti fundamentis.

Primo nam quando pœna est priuatiua, & lex seu Canon non vtitur verbis præteriti temporis, nec ver-
6 bis sui natura importantibus ipso iure, qualia sunt mox, omnino, præcisè, ipso facto, vel ipso iure, vel illico iuxta text. in cap. si religiosus de election. in 6. cap. quicunque §. inhibemus de hæreticis, tunc pœna dicitur imposita non ipso iure, sed mediante sententia, vt inquit Bald. in l. iubemus col. fin. Cod. de sacrosc. Eccles. sed pœnę vsurarijs impositæ non sunt impositiuè, sed priuatiuè, vt constat ex dict. cap. quia in omnibus, nec canon vtitur verbis præteriti temporis, nec alijs importantibus ipso iure, vt ex eo patet ergo.

7 Secundo nam quando lex seu Canon imponeret pœnam etiam per verba præteriti temporis, quo casu censetur imposita ipso iure, & proximè dixi per alia iura, maximè quæ veniunt ad declarationem illius legis, vel Canonis punientis, probetur, vel inferatur, quod iudicis sententia requiratur, tunc illa verba præteriti temporis, quæ aliàs importare solent ipso iure, recipiunt declarationem ab alia lege, seu Canone vt requiratur sententia iudicis ad vitandam iurium contrarietatem, vt probat Bero. supra num. 46. vnde cum per tex. in cap. cum tu quod venit ad declarationem dicti cap. quia in omnibus, probetur, & inferatur quod pœnæ Lateranensis Concilij non dicantur ipso iure impositę, sed quod requiratur sententia, sequitur euidenter non infligi ipso iure pœnas vsurarijs manifestis impositas.

8 Quod autem tex. in dict. cap. cum tu veniat ad declarationem dict. c. quia in omnibus patet ex primis illius verbis ibi, cum tu manifestos vsurarios iuxta decretum nostrum, quod nuper in Concilio promulgatum est, & quod ex eo inferatur, & probetur, quod pœnæ Lateranensis Concilij non dicantur ipso iure iniunctę constat etiam ex illis verbis, communione altaris, &c. Ecclesiastica præceptoris sepultura priuandos, quod verbum priuandos, est participium futuri temporis, de cuius natura est importare sententiam iudicis, vt voluit glos. verbo priuandos, & in regu. in pœnis in 6. & in capit. quisquis de electione glos. & Abb. in cap. si à Clericis de vita, & honestate Clericorum Bartol. in l. si quis in tantam colum. vltim. C. vnde vi, & in l. iubemus §. sane C. de sacr. sanct. Eccles.

9 Propterea in dict. cap. cum tu dicitur, quod si aliqui sint vsurarij manifesti, qui non habent vnde vsuras soluere possint, non debeant vlla pœna mulctari, ergo quando habent, mulctari possunt argum. cap. hospitiolum 32. dist. sed mulctari tunc dicitur quando imponitur pœna mediante sententia Iudicis, & probat tex. cum glos. in l. in Criminali. Cod. de iurisdictione omnium iudic. auth. de non alienan. aut permutan. reb. Eccles. §. his solis collat. 2. l. si qua pœna ff. de verborum significatione l. aliud §. primo ff. eodem tit. ibi mulcta quidem ex arbitrio eius, qui mulctam dicit, ergo dubium non est iudicis sententiam requiri ad imponendas pœnas à iure contra vsurarios manifestos statutas.

10 Tertio, & vltimo nam nunquam pœna ipso iure imposita dicitur, nisi hoc expressè dicatur, vel inferatur ex verbis illud sua natura importantibus, vt probat gl. notab. in fin. de iure patronat. Domin. de Sancto Gemin. in cap. Romani §. sententias de appellat. in 6. & in cap. primo col. fin. de re iudic. eodem libro. Cardin. in cap. clericus 46. dist. sed Concilium Lateranense non vtitur verbis ipso iure, nec alijs illud importantibus, vt audistis, nisi in capit. quamquam hoc tit. in 6. vbi dicitur, quod testamentum ab vsurario manifesto factum non obseruata forma, & solemnitate ibi requisita sit irritum ipso iure, ergo dicendum est in alijs sententiam iudicis requiri.

Qua sententia, vt veriori retenta non obstant fundamenta supra pro contraria adducta, nam ad pri-
11 mum breuiter respondetur verum esse pœnam infamiæ ipso facto incurri, vt in dicta leg. 1. & in dict. l. improbum non ex hoc sequi pœnas Lateranẽsis Concilij ipso iure imponi, vt ex verbis Bartol. probat Bero. in dict. cap. quia in omnibus num. 47. Ad secundum respondetur, quod licet verba præsentis temporis, quibus vtitur Concilium in d. cap. quia in omnibus indicant ipso iure, recipiũt tamen declarationem ex text. in d. cap. cum tu, ex quo infertur, & probatur non ipso iure, sed mediante iudicis sententia, pœnas illas imponi vsurarijs manifestis, vt supra proximè probauimus in secundo fundamento pro hac veriori sententia adducto.

Non obstat tertium, & vltimum, fundamentum
12 illud enim quod in eo diximus habet locum quoad Clericos contra facientes, non verò quoad vsurarios, nec dispositũ in vno habet locum in alio cum diuersa militet ratio vt varijs, & probabilibus rationibus comprobat Bero. supra num. 48. & 49. ex quibus apparet manifestos vsurarios non incurrere pœnas Lateranensis Concilij in d.c. quia in omnibus relatas ipso iure, sed necessariam esse iudicis sententiam.

RESOLVT. CCCCLXXIII.

1 *Vsurarius pro restitutione vsurarum potest bonis cedere, & quis sit cessionis bonorum effectus.*
2 *Debitor dolo, & in fraudem creditorum non soluendo effectus si post cessionem bonorum perueniat ad pinguiorem fortunam potest conueniri in solidum vsque ad peram, & sacculum non deducto ne egeat.*
3 *In foro animæ beneficium cessionis non prodest nec obest.*
4 *Alimentis fraudari quis non debet.*
5 *Caritas bene ordinata incipit à se ipso.*
6 *Vsurarius actione personali tenetur ad vsurarum restitutionem.*
7 *Paupertas, & inopia an in foro animæ operetur idem quod cessio bonorum in foro contentioso.*
8 *Tempore necessitatis omnia sunt communia.*

Vsurarius an possit cogi ad vsurarum restitutionem integraliter, vel deducto ne egeat.

A Deo frequens est vsurarum materia, & ex voluntate Dei vsurariorum miseria, qui sæpe numero postquam pauperum sanguinem suxerunt ad talem paupertatem, & inopiam veniunt, vt non solum non habeant vnde illarum restitutionem facere valeant, sed neque vnde se alere possint, vt non inconsultè decreuerim quæstionem disputare an scilicet vsurarij possint cogi ad vsurarum restitutionem vsque ad peram, & sacculum, an verò deducto ne egeat.

In qua quæst. August. Ber. numer. 32. in cap. cum tu de usuris ita distinguendum ait, aut loquimur in foro contentioso, aut in foro animæ, si in foro contentioso, aut usurarius nec cessit bonis, & tunc tenetur, seu cogi potest ad usurarum restitutionem integraliter, etiam si post integram restitutionem remaneat pauper, & inops, itaut non habeat unde se alere possit, nam in foro contentioso etiam Ecclesiastico debitor, qui non cessit bonis, potest conueniri in solidũ, & ultra id quantum facere possit, etiam si egeret ut in cap. peruenit de fideiuss. & notant DD. in capit. Odoardus de solut. & in cap. 2. de pign. aut cessit bonis, & tunc in foro contentioso non potest cogi, ita ut non remaneat sibi unde se alere possit, quo-
1 niam si præsupponimus, quod usurarius possit cedere bonis, prout posse docet glos. uerbo facultatibus communiter recepta, in dicto cap. cum tu ex Ber. ibi num. 30. sequitur quod non possit conueniri post cessionem, nisi in quantum facere potest, & deducto ne egeat, iste enim est cessionis effectus, vt notant omnes in dicto cap. Odoardus, hoc tamen debet intelligi, quoad bona post cessionem acquisita, nam de ante acquisitis nihil potest retinere l. is qui la 2. ff. de cessione bonorum l. 1. & per totum C. qui bonis cedere possint dicto cap. 2. dicto cap. Odoardus.

Obiter tamen animaduertendum, quod hoc beneficium, quod debitor habet, vt scilicet non teneatur integraliter quoad bona post acquisita, si aliunde non habeat vnde se alere possit, habet locum in foro contentioso, quando absque dolo, & fraude creditorum factus fuisset non soluendo, vt in iuribus proximè
2 citatis: nam si dolo, & fraude effectus fuisset non soluendo, si post cessionem bonorum perueniret ad pinguiorem fortunam posset conueniri in solidum vsque ad peram, & sacculum non deducto ne egeret, vt docet glos. singul. in l. fin. ff. de his quæ in fraud. credit.

Secundo verò casu quando scilicet sumus in foro animæ ex sententia Abb. post glos. in d.c. cum tu, vsurarius tenetur ad integram satisfactionem, etiam si remaneat ita pauper, & inops vt non habeat vnde se alere possit, nam vsurarius de alieno viuere non debet argum. capitulo forte 14. quæst. 6. nec in casu isto est facienda differentia, seu distinctio an vsurarius cesse-
3 rit bonis, nec ne, quoniam in foro conscientiæ beneficium cessionis non prodest, nec etiam obest, vt supra diximus ex sententia Abb. in d.c. cum tu.

Sed quamuis videatur opinio communis, cui ferè nullus contradicit, difficilis tamẽ redditur ex sequentibus fundamentis. Primo, nam de iure ciuili, & in foro contentioso, in quo rigorosius proceditur in terminis nostris, vt in d. cap. cum tu, & in d.c. si res iuncta glos. in d. c. Odoardus, & in l. 1. C. qui bonis cedere possunt, socius enim omnium bonorum absq; alia cessione bonorum habet priuilegium vt non teneatur, nisi in quantum facere potest, & deducto ne egeat, non
4 enim fraudari debet alimentis ordinarijs l. sunt qui ff. de re iud. iuncta l. qui bonis suis cum ibi notat. ff. de cessione bonorum, sed quatenus se extendit necessitas famis, & alimentorum quotidianorum quoad forum conscientiæ quis dicitur socius omnium bonorum, quoniam tempore necessitatis omnia dicuntur esse communia, & quis de bonis suis non potest denegare alimenta illi, qui positus est in necessitate, c. sicut his 47. dist. & c. si quis, & ibi glo. & Abb. in c. 1. de empt. & vend. c. duo 12. q. 1. c. pasce 82. dist. alioquin denegando alimenta quis diceretur necare l. necare ff. de alen. vel agnosc. liberis, ergo quatenus se extendit indigentia, & necessitas famis non poterat quis in foro conscientiæ conueniri in solidum, sed tantum in quantum facere potest videlicet deducto ne egeat, vt in d. l. qui bonis.

5 Secundo nam quælibet ordinata Charitas incipere debet à se ipso l. præses cum gl. C. de seru. & aqua c. non satis 86. dist. sed quatenus vrget, & imminet necessitas famis, & alimentorum tenetur quis in foro conscientiæ subuenire posito in necessitate d. c. sicut hi cum simil. proximè citatis, ergo multo magis tenebitur sibimet subuenire, & alimenta sibi præstare, nec debebit pati, vt fame moriatur, & per consequens etiam in foro contentioso non poterit cogi, nisi ad integram satisfactionem deducto ne egeat.

Tertio nam quamuis vsurarius sit debitor vsura-
6 rum, & sit obligatus ad illarum restitutionem actione personali, tamẽ dicitur esse dominus illarum attento iure naturali, & eius æquitate iuxta doctrinam Villam. in c. si quis vsuram in fi. 14. q. 4. ergo ad illarum restitutionem non tenebitur in foro conscientiæ, nisi deductis alimentis suis necessarijs, quoniam in fo-

ro animæ

ro animę licitum est vnicuique sibi succurrere,& subuenire de alieno penitus, nec ob hoc dicitur peccare,vt habetur in d.c.sicut his,& in d.c.non satis,& not. glos.& Abb.in c.si quis de furtis, ergo licitum erit sibi subuenire de suo proprio, quamuis alteri sibi debitũ, & consequenter in foro conscientiæ non tenebitur ad integram satisfactionẽ si post eam remanet pauper, & inops, nec habet vnde se alere possit.

Quarto nam, quod operatur cessio bonorum quo
7 ad forum contentiosum operatur inopia & difficultas, quoad forum animę, nam facta cessione in foro contentioso non potest quis cogi ad integrã solutionem l.1. C. qui bonis cedere possit, & notant DD. in d.c.Odoardus, & in d.c.2.de pignor.nulla verò facta cessione si quis sit inops, & sit non soluendo in foro animæ, ex sola inopia excusatur perinde ac si cessisset bonis, vt in cap.super eo de raptor c.sicut dignum §. eos de homic. quinimo inopia simplex quoad forum animæ plus operatur, & magis releuat, quam cessio bonorum quoad forum contentiosum, quoniam si quis sit factus inops etiam dolo, & culpa sua, non tenetur insolidum, nec ad integram satisfactionem dicto cap. si res cum ibi notatis 14. quæst. 6. sed si cessit bonis exeo quod dolo, & fraude sua factus sit non soluendo conueniri potest in foro contentioso,& quo ad bona acquisita post cessionem insolidum, & vsque ad peram, & sacculum, vt voluit glos. communiter approbata in l.fi. in fin. de his quæ in fraud. cred. sed si quis cessit bonis post cessionem non potest conueniri in foro contentioso,nisi in quantum facere potest d.l.qui bonis cum simil. ergo propter inopiam simplicem, & difficultatem solam soluendi in foro conscientiæ non debet compelli insolidum ad integram solutionem, sed inquantum facere potest deducto ne egeat.

Quibus fundamentis fretus August.Bero,in d.cap. cum tu n. 39. hanc opinionem sequitur tanquã æquitatem,& pietatem continentem, & ad rationes supra adductas ex mente Abb. sigillatim respondet,& primo ad illam, nempe vsurarium non debere viuere de alieno argumento cap. forte cum simil. 14. q. 5. respondendum ait, illud esse verum regulariter,quando quis haberet de suo,sed quando nec habet de suo,nec aliunde potest habere alimenta, tunc etiam de alieno licitum est viuere,vt in dicto c.sicut hi iuncta glos.in dicto capite si quis de furtis. Secundo ad eandem rationem ita responderi posse ait,quod quatenus se extendit necessitas, & indigentia, qui viuit de alieno non dicitur de alieno viuere, sed de proprio seu com-
8 muni,quia tempore necessitatis omnia sunt communia vt supra dixi. Tertio ita responderi posse inquit, quod in casu nostro vsurarius diceretur viuere de proprio suo, non verò de alieno, quoniam vsuræ sunt ipsius vsurarij, & illarum dicitur dominus, vt supra dixi, & probat glos. in c. si quis vsuram 14. q.4. licet diceretur sunt ipsius vsurarij, sed sunt alteri debitæ,& subiacent restitutioni c. debitores de iur.iurand.cum simil.respondere poteritis,quod non: ex hoc infertur quod sint irregulariter soluendæ vsque ad peram, & sacculum, sed quantum vsurarius facere poterit,sufficit eas restituere deducto ne egeat, & deductis alimentis quotidianis,vt probatur arg.tex.in l.qui bonis ff. de cess. bon.cum simil. sup.cit.præcipuè cum, & si alteri sint debitæ, possint etiam dici debitæ ipsi vsurario pro alimentis quotidianis ob ordinatam charitatem de qua in d.l. præses. cum glos. C.de seruit. & acqua, & d.c. non satis 86.dist. & ita hanc sententiam, & opinionem Beroi quidquid dicat Abb. veriorem iudico ex rationibus, & iuribus pro ea deductis, licet pro vtriusque concordia quadam dist.vtatur Bero. ibi n. 4. quam ibi videas.

PRAXIS VARIARVM BENEFICIALIVM.

RESOLVT. CCCCLXXIV.

1 *Potest quis duplici officio fungi, quando officia se inuicem compatiuntur exercitiumque vnius alteri non contradicit.*

2 *Qui est simul Archidiaconus, & Canonicus, habet duplicem vocem in Capitulo.*

3 *Gerens vices plurium officialium meretur salaria plurium.*

4 *Vnus miles non potest sibi plurium stipendia vendicare.*

5 *Distributiones debentur ob personalem præsentiam in diuinis.*

6 *Magis est credendum dignioribus, quamuis sint minores numero, quam maioribus numero, non tamen ita dignis.*

7 *Non valet consuetudo quod quis percipiat plures distributiones quotidianas in eadem Ecclesia.*

8 *Appellatione fructuum non veniunt distributiones.*

9 *Papa potest dispensare vt quis obtineat duplices distributiones in Ecclesia.*

An dispensatus vt possit obtinere in eadem Ecclesia duo beneficia si præsens sit diuinis officijs, consequi debeat duplices quotidianas distributiones, an verò simplices.

QVoniam non semel, aut bis,sed frequenter apud viros Ecclesiasticos proposita quæstio in dubiũ reuocari solet, quam disputat Federicus de Senis relatus à Panor. in capit. cum olim ex numero 2. de sent. & re iud. à Philip. Franc. in cap. vnico de Cler. non resident. in 6. qui censet, quod duobus iuribus concurrentibus in eadem persona debet vti duplici voce, & recipere duplicem portionem, cui etiam opinioni se subscripserunt Felyn. in dicto cap. cum olim, & Ioan. Ocon. in repet. cap.vnic. de Cler.non residentibus in 6.n. 15. & Viuius lib.1. commun.opi. pag. 16. vers. Archidiaconus, vbi eam appellat magis communem,& idem fatentur Alph. Hoied.de benef. 1.p. c.12.ex n. 15.& Couarr. lib.3. var.c.13.n.6. qui plures DD. pro hac opin.recenset, & eam seruari in praxi in Regno Franciæ affirmat Rebuff. praxi 2. par.de dispens. rat. ætat. vers.in Chatedralibus ad fi. pag. 391. subdens, quod alioqui nihil ei prodesset habere beneficia; pro qua quidem opinione facit optimus tex. vt inquit Bald. cons. 344. volum.5. in l. Titia §. qui Marco ff. de ann. leg. vbi decidit, quod si legantur libertis annua alimenta, & Marco centum, debebuntur Marco annua alimenta, & simul centum si libertus is sit, nec mirum quidem,
1 nam potest quis officio duplici fungi, quando officia se inuicem compatiuntur, exercitiumque vnius alteri non contradicit, aut repugnat, vel alterius vsum non impedit, vt notat Bart. & glos. fin. in leg. si consul. ff. de adoption. l. 3. ff. de ritu nup. & in l. fistulas §. 1. ff. de contrah. emptio. & in l. quis quia Cod.de postulando, & tradunt Dec. in cap. ex literis num. 12.de probat.Hoied.& Couarr. vbi supra, asserentes id sine dubio licitum esse, præsertim si priuilegium Principis accedat, dispensatus igitur ad obtinenda duo beneficia sub eodem tecto cum debitum seruitium ministrando vni eorum seruiat, etiam alij sic dum præsens est diuinis officijs pro vno, lucrabitur similiter alterius distributiones, vnde duplices, & non simplices consequetur distributiones, quam etiam opinionem vt veriorem sequitur Zabarel.consilio 52. ob quam similiter rationem fatentur multi ex Doctoribus superius allegatis, quod qui est simul
2 Archidiaconus, & Canonicus habet duplicem

vocem in capitulo, quod etiam alia allegando fatetur similiter Gaspar. Passarellus in Scol. Capituli Barchinon. Ordinis Minorum fol. 142. pag. 2. quod intelligendum esse existimo ex Felyn. in d. cap. cum olim in prin. si quilibet eorum seorsum meretur vocem, vnde si electio Proconsulis debet fieri per Collegium sapientum, & per Collegium Consulum, & vnus sit de vtroque Collegio dicunt DD. quod ille habebit duas voces, & cum istis concordat Bald. in d.l. si consul. in fi. ff. de adopt. subdens quod gerens vices pluriũ
3 officialium meretur salarium cuiuslibet, sicque attestatur similiter Fely. in d.c. cum olim, n. 2. in fi. quod si funeralibus, in quibus debetur Cera, vel quid simile pro qualibet qualitatum existentium in vna persona se vidisse duplicari.

Hæc tamen opinio, quamuis communis, & verior à Doctoribus iudicetur; contraria tamen suas habet rationes, & auctores, eamque toto conatu defendunt Mich. Milis in repet. in verb. distributionis Roch. de Curt. in cap. fin. de consecr. fol. 94. vers. 17. infertur Ant. de Butrio in d. cap. cum olim, quem referunt, & sequuntur Ioan. Staphil. de Grat. expectat. in 4. form. num. 2. fol. 12. & Lud. Gom. de expectat. num. 54. asserentes quod non magis præsens est diuinis officijs qui est simul Archidiaconus, & Canonicus, vel qui habet duas prębẽdas in eadem Ecclesia, quam is qui vnicum tantum habet canonicatum, vel præbendam, & ideo nulla est ratio, quare duplicatas consequatur distributiones, sed sat erit, quod simplices tantum habeat, nempe vt Archidiaconus, vel vt canonicus, vt etiam censet Cosm. in prag. Sanct. tit. de collationibus §. item censuit in glos. in verb. dignitas fol. 326. Tho. Zerol. in praxi Episcop. §. distributiones quotidianæ fol. 160. versic. primum dubium est, & dicit rationem esse concludentem, quia vnus
4 miles non potest sibi plurium stipendia vendicare c. quia nonnulli de clericis non residen. quam opinionem de iure veriorem appellat Rebuff. in prax. tit. de dispensation. ratione ætat. vers. in Cathedralibus in fi. pagin. 391. opt. Alex. Monet. de distrib. quotidian. par. secunda quæst. 4. ex num. 6. quæst. 11. num. 50. ad fi. Zecchus de rebus Eccles. cap. vigesimoquarto, versiculo sexto, si habent Couarr. libro 3. var. cap. 13. numero 6. ibi docet distributiones quotidianas, non deberi Archidiacono, qui est Diaconus, Gratianus decisio. Marchiæ num. 5. 6. & 7. Alex. Monet. in tract. de distrib. par. 2. c. 4. num. 14. & 20. concl. 1. num. 12. col. 185. Azor. inst. Mor. to. 2. lib. 7. c. 7. col. 833. vers. Decimotertio quæritur an distributiones duplicatę Ioan. Bapt. Costa in tract. de rationę ratæ quæst. 106. num. 6.

Secundo id confirmatur ex eo, quia distributiones
5 quotidianæ assignantur Ecclesiasticis ob personalem præsentiam, & interessentiam in celebrandis officijs diuinis, vt tradunt Cassad. in decis. vnica tit. de cler. non resident. num. 2. Cęsar Grass. dec. 116. alias 5. de præb. num. 3. Couarr. lib. 3. var. c. 13. ex prin. Guttier. lib. 2. Canon. q. c. 15. ex num. 9. Spin. de testam. in gl. 9. prin. num. 28. Alex. Monet. in d. 2. par. q. 5. n. 19. & quidem cultus diuinus tanto honorabilior est, quanto est maior numerus Ecclesiasticarum personarum in canticis iubilationum, vt pulchre aduertit addit. ad Panorm. in d. c. cum olim num. 6. in litera C. cum ergo pro honorando diuino cultu dentur distributiones dicendum est cum cultus non sit ita honorabilis ex assistentia vnius, nec qui vices plurium gerit, ita decorat, quam sicuti si adessent duæ personæ quod non debet dari, nisi vnica distributio habenti duo beneficia sub eodem tecto.

Neque huic rationi obstat si apponatur, quod honestas, & grauitas personæ supplet interdum multitudinem Personarum arg. c. in nostra de testibus ibi tantæ præeminentiæ fuerint, quod eorum authoritas aliorum sit meritò multitudini præferenda, per quem tex. pulchrè annotauit Hoied. 1. p. c. 23. numero 145.
6 magis credendum esse dignioribus, & grauioribus quamuis sint minores num. quam pluribus alijs num. maioribus, non tamen ita dignis, quod etiam tradunt Gabr. lib. 7. commun. opin. tit. de testibus conclus. 4. ex num. 34. Tiraquell. de nobilit. cap. 20. ex num. 33. respondeo enim, quod plura concurrunt in fauorem Ecclesiarum, saltem quoad distributiones si plures obtineant beneficia, quam si vnus: eadem namque honestas personarum poterit esse si vnus sit Thesaurarius, & alius Canonicus, quam si vnus, & idem sit Canonicus, & Thesaurarius, tum etiam quia ex dicta diuisione præbendarum adest maior numerus personarum in Choro, per quem plus decoratur, & honoratur cultus diuinus, vt superius dicebatur, vnde forsan non immeritò existimat Roch. de Curt. in cap. final. fol. 49. in vers. 17. infertur
7 non valere consuetudinem, qua quis habet duas distributiones quotidianas in eadẽ Ecclesia, quod etiam sentire videtur Alphonsus Hoicda sibi contrarius d. 1. par. capitul. 77. num. 14. idemque videtur dicendum circą vocem in capitulo dandam cum maius commodum consequatur Ecclesia ex plurium consilio iux. tex. in capitul. Prudentiam de officio delegat. vbi dicitur, quod integrum est iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur, quod enim in pluribus quæritur sapientibus facilius inuenitur, vt habetur in cap. de quibus 20. dist. & alibi dicitur, quod per ampliores homines perfectissima veritas reuelatur l. quęstionem C. de fideicommiss. ex quibus planè dicendum videtur vt dispensatus ad plura beneficia obtinenda in eadem Ecclesia nec duas voces, nec duplicatas distributiones possit obtinere.

Rebuffus tamen in prax. ti. de dispensat. rat. ætat. in vers. Cathedralibus in fin. pag. 391. censet, quod quando in vna Ecclesia quis dignitatem habet cum præbenda, non debet obtinere duplices distributiones, quia vnius tantum seruitium impendit, & vicem vnius gerit, subdit tamen, quod quamuis hoc sit de iure, de consuetudine tamen duplicem recipere portionem in Regno Franciæ, alioquin nihil prodesset habere duo beneficia tamen in Ecclesia Beatæ Virginis Mariæ de Pilari ex immemorabili consuetudine nullus duplices distributiones quotidianas consequi valet, siue quis obtineat duo beneficia perpetua, & collatiua, siue vnum perpetuum, & aliud naturale, & amouibile ad nutum superioris, & obseruari vidi cum multis, quam opinionem tanquam veriorem defendit Alex. Monet. de distrib. quotid. par. 2. qu. 4. vbi ex numer. 8. eleganter satisfacit argumentis in contrarium adductis.

Ego autem arbitror supradictas Doctorum opiniones omni cessante consuetudine hac posse distinctione conciliari, aut enim quis simpliciter, & tantum est dispensatus vt possit obtinere fructus, & reditus duorum beneficiorum in eadem Ecclesia, & tũc quidem solum fructus non verò distributiones duplices lucrabitur, vt in secunda opinione asseritur,
8 cum quotidianæ distributiones regulariter nullo iure computentur in summa fructuum beneficij impetrati, nec debeantur appellatione fructuum, & prębendæ, vt notatur in cap. vni. de Cler. non residen. in 6. & multa congerunt in huius articuli confirmationem Selua de benef. 3. par. q. 12. numer. 80. Cosm. in Prag. sanct. tit. de collat. §. quod si quis in glos. in verb. intereſſendo fol. 238. Gomes in explicatione Bullæ in 4. clausula numer. 26. vers. quorum omnium Couar. lib. 3. var. capitul. 13. num. 1. Alphon. Hoieda de benef. 1. par. cap. 12. numer. 8. Ioan. Guttierez lib. 2. Can. quæst. cap. 15. ex numer. 12. & consilio 8. num.

1. & 2.

1. & 2. Flam. Paris. de resignat. benef. libr. 6. quæst. 2. numer. 30. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 9. num. 39. Hoieda 2. p. cap. 10. num. 16. Ioan. Ocon. in repet. cap. vni. de cler. non resident. in 6. num. 11. & dixi in 3. par. Collect. 15. num. 3. pulchrè Alexan. Monet. de distrib. quotid. 1. p. quæst. 6. vnde dispensatus, vt duplices fructus, vel præbendas obtineat sub eodem tecto, non quidem duplices distributiones, sed simplices tantum lucrabitur, cum. n. huiusmodi dispensatio sit odiosa, & in diminutionem cultus diuini, vt superius dicebatur, nullo iure debet fieri extensio vltra casum, in quo loquitur ex iuribus congestis in vol. 1. com. opin. pag. 71. vers. extensio Hoieda de ben. 1. p. c. 21. nu. 6. & probat tex. in l. vt si quis §. Diuus autem Marc. ff. de religios. quem tex. dicit notabilem Bal. in l. 3. in prin. C. Epis. & Cler. nec dispensatus in vno casu censebitur in alio, quando verò in dispensatione obtinendum est vt non tantum fructus duorũ beneficiorum sed etiam duplices distributiones conferantur alicui in eadem eccles. tunc quidem fructus, & distributiones eorundem beneficiorum lucrabitur duplices, obtinẽs huiusmodi gratiam, & priuilegium, cum non repugnet iuri,
9 vt in vno casu sicut in alio dispensare possit summus Pont. quemadmodum etiam dispensat aliquando, vt in absentia, & in alijs casibus, quibus quis consequatur distributiones vt suo in loco latius referam, ex quibus patet seriem dispensationis inspici debere, & ita prout fuerit gratia alicui concessa, ita illa frui debere.

RESOLVT. CCCCLXXIV.

1 *Quando pensio est decursa, & non exacta, & fructus percepti, transmittitur ad hæredes clerici pensionarij defuncti.*
2 *Debetur pensio hæredibus clerici pensionarij defuncti si fructus sint percepti, licet nondum venerit dies.*
3 *Pensio Ecclesiastica cedit loco alimentorum.*
4 *Pensio annua recipit diuisiones temporum, mensium, dierum.*

Pensio inexacta, & decursa, an per pensionarium defunctum transmittatur ad hæredes.

DE pensione autem Ecclesiastica, quam quis percipit, an illam inexactam, & decursam transmittat clericus ad suos hæredes, vel remaneat illi qui soluit pensionem? distinguendum est videlicet.

Aut pensio est decursa, & inexacta, & fructus percepti, sed tempore mortis pensionarij pendebant.

1 Primo modo, huiusmodi pensio hæredibus clerici defuncti debetur, quod idem dicendum est, quando pars fructuum esset collecta tempore mortis pensionarij, pars autem esset colligenda, & adhuc penderet, quod pro rata fructuum perceptorum pensio erit hæredum pensionarij leg. diuortio in prin. & ibi Alberic. col. 7. vbi testantur de communi Alex. Castr. Imol. & Roman. ff. solut. matr. Ferret. consil. 372. n. 6. & per totum Couar. var. resol. lib. 1. c. 15. nu. 13. Caccialup. in tract. de pension. q. 15. numer. 1. & 3. Gig. eodem tract. q. 52. per totam, & q. 13. in princ. & num. 3. Redoan. in tract. de spol. Eccles. q. 3. in prin. num. 26. & 27. in §. pen. num. 6. 7. & 8. & ita fuisse decisum per Rotam dicit idem Redoan. in d. §. pen. n. 12. & quod ita deciderit Rota in vna Papie. fructuum coram Lancellotto sub 12. Februarij 1601. obseruat Antonin. variarum resol. lib. 1. resol. 46. in fi.

2 Quod procedit, licet nondum venerit dies pensionis exigendæ, & fructus quorum occasione pensio debetur, erant iam percepti per debitorem dictę pensionis Alex. cons. 107. vol. 2. Gig. d. quæst. 531. nu. 2. Caccialup. d. q. 25. num. 2. Surd. cons. 333. num. 3. 4. & 10. vol. 3.

Si verò pensio soluitur ratione fructuum ciuilium, tunc pensio pro rata temporis diuiditur, & quia pensio Ecclesiastica cedere videtur in causa alimento-
3 rum Roman. cons. 388. Gig. d. tract. quæst. 51. num. 2. Couar. d. cap. 15. nu. 13. in fine, alimenta autem quotidie subministrari debent.

4 Secunda ratio est, quia pensio annua ducatorum puta quinquaginta recipit diuisiones temporum, mensium, dierum, & horarum, & est quædam venditio, seu æstimatio temporis, quod sui natura multipliciter diuiditur, & ideo ipsa pensio diurna, menstrua, vel annua succedit in locum temporis, quæ Iuris intellectu videtur diuisa in omne tempus præteritum, & futurum, nam fructus Ciuilis, qui consistit in pensione potest dici perceptus ratione obligationis iam natæ, & acquisitæ à principio, cuius quantitas est certa; quæ rationes cessant in fructibus naturalibus, qui non per diuisiones temporum, sed eodem tempore verè colliguntur, nec interim est nata aliqua obligatio, nec quantitas, vel species certa antequam percipiantur, & hanc rationem tradunt DD. in l. diuortio in prin. & maximè Alberic. col. 1. & col. 5. Ferret. d. cons. 372. num. 8.

RESOLVT. CCCCLXXV.

1 *In assignatione congruæ portionis, plurimum defertur iudicio Ordinarij, qui debet attendere multas circumstantias.*
2 *In assignatione congruæ debet ordinarius magis inclinare ad fauorem Rectorum, quam aliorum.*
3 *In congrua non computantur incerta, nec quotidianæ distributiones.*
4 *Pro Vicariis parochialium, congrua non debet esse minor summa quinquaginta ducatorum, nec maior centum.*
5 *In assignatione congruæ pro Vicariis parochialium computantur incerta, quæ ad certam summam reduci possunt.*
6 *Sententia lata super congrua portione, non suspenditur per appellationem.*
7 *Quando ecclesia parochialis habet redditus pingues, potest Episcopus (vt melius deseruiatur) facere dismembrationes, & constituere cappellanos.*

Portio congrua quanta sit.

ISta portio congrua, quæ venit assignanda Rectori Parochialis, soluitur arbitrio Ordinarij cap. final. §. vbi de decim. in 6. dict. clem. 1. de Iure patronat. Rota diuersorum p. 2. decis. 99. num. 9. in materia
1 etenim congruæ portionis plurimum defertur Iudicio Ordinariorum Seraph. decis. 173. num. 1. par. 1.

Qui Ordinarius considerare debet qualitates, & circumstantias loci, beneficij, personarum, necnon dignitatis beneficiati, onerum, morum regionis, & multa alia, de quibus latè per Rebuff. in tract. de congr. port. q. 8. per totam, & debet illam portionem assignare, vt beneficiati possint viuere non cum penuria, sed commodè, & congruè, vt post glos. & Abb. tradit Rebuff. d. tract. numer. 78. Rot. diuersorum, p. 2. decis. 5. num. 9.

2 Debet autem ipse Ordinarius magis inclinare in fauorem beneficiatorum, & Rectorum, quam possessoris illius, qui debet illam portionem soluere cum illi laborent in agro Domini spiritualia Parochianis ministrantes Rebuff. d. tract. nu. 82. in fin. Conc. Trid. c. 13. sess. 24. de refor. Rot. d. dec. 5. num. 10.

Non computantur autem in congruam portionem
3 incerta, qualia sunt anniuersaria oblationes, & distributiones, Rebuff. d. tract. numer. 83. & 85. & sequ. Rota d. dec. 5. secus verò vbi Ecclesia habet redditus incertos, qui communiter ad vnam summam redigi possunt

possunt Anch.in Clem.vnic. num.42. de concess.præbend.Rota d.decis.5.num.7.

Neque in assignanda dicta congrua portione, sunt computandæ quotidianæ distributiones Rebuff. de congru. port. quæstione 8. numero 82. & 86. Cæsar de Grassis dec.6.numer.12. & 13. de præbend. Rota dec.8. de præbend. in nou. & Rot. diuersorum p.2.dict.decis.5.num.4. per totam.

Nisi in congrua portione assignanda Vicarijs Parochialium, quia tunc computantur distributiones quotidianæ, vt statuit Pius Quintus in constit. 46. quæ incipit ad exequendum, in qua sanciuit, quod
4 Prælati debeant assignare Vicarijs summam, non minorem quinquaginta, nec maiorem centum scutorum annuorum computatis omnibus, etiam incer-
5 tis emolumentis, & alijs obuentionibus communiter percipi solitis.

Veruntamen in illis quinquaginta, siue centum non sunt computandæ eleemosinæ altaris, funeralium, & aliæ huiusmodi, quæ Vicarius postea ex suo labore, & officio percipit, sed illa incerta, quæ habent quandam certitudinem vt sunt decimæ, seu primitiæ frumenti, vini, & aliorum fructuum quamuis in dicta constitutione dicatur imposita eadem portio super emolumentis, & alijs obuentionibus etiam incertis communiter percipi solitis Rebuff. in d.tract.num.83.& 85.& 86.& post eum Thes. for.Eccl.c.31.num.6.

6 Et quamuis à sententia lata super congrua portione appellari possit Rebuff. d. tract. de congr. por. num.79. nihilominus hæc appellatio non suspendit, quominus iudex possit sententiam suam exequi gl. in Clem.1. verb. oneramus de Iurepat. Seraphin. dec. 173. num.3. part.1.

7 Quando tamen Ecclesia Parochialis habet redditus pingues tunc potest Episcopus, vt melius Ecclesiæ deseruiatur facere dismembrationem, & constituere Cappellanos Seraph. dec.428. per totam p.1.

RESOLVT. CCCCLXXVI.

1 *Beneficia dicuntur incompatibilia, quando ambo requirunt personalem residentiam, & per assecutionem vnius vacat alterum.*

2 *Statutum exorbitans à iure communi nos extenditur, ex identitate, vel maioritate rationis.*

3 *Extensio à paritate, vel maioritate rationis non datur de casu ad casum in his quæ veniunt ex dispensatione Apostolica.*

4 *Consuetudo contra ius requirit lapsum temporis quadraginta annorum.*

5 *Error excludit consensum, & consuetudinem.*

6 *Consuetudo iuri contraria debet strictè intelligi vt tantum habeat de effectu, quantum de vsu.*

7 *Magis creditur testibus quibus assistit aliqua iuris præsumptio, quam alij.*

Beneficia personalem residentiam requirentia dicuntur incompatibilia, & per impetrationem vnius alterum vacat, & quando contraria consuetudo probanda sit.

REspondi cum decis. Rotæ in vna Giennen. 5.Iunij 1613. coram Vbaldo, cuius tenor est. Rota censuit per assecutionem scholastriæ in Ecclesia Giennen. vacasse portionem, quam de scholastria prouisus in eadem Ecclesia obtinebat cum .n. vtrunq; beneficium requirat personalem residentiam ex dispositione sacri Concil. Trid. cap.12. vers. præterea sess.24. quod loquitur in portionibus & dignitatibus, qualem esse scholastriam in dicta Ecclesia non ambigitur, sequitur clara incompatibilitas vtriusque ex eod. sacr. Concil.sess.eadem 24. cap.17. & proinde per assecutionem vnius alterum vacare dicitur ipso iure, idem Concil.sess.7.c.4.& sæpe respondit sacra congregatio Illustrissimi Concilij interpretum, quam sæpe sequuta est Rota, & signanter in Zamoren. Canonicatus de toto 18.Martij 1598. coram bon.mem. Pacen. & in Salamantina dimidiæ portionis 11. Decemb. 1585. coram bon.mem.Orano, & in alijs relatis per moder. ad reg.8. glos.15. num.19.

Non obstant statuta, & consuetudo Ecclesiæ, quibus ex aduerso pretenditur inductum, & permissum retinere dignitatem cum portione, quia quoad statuta, fuit responsum, primo, quidem solum permittere retentionem dignitatis cum Canonicatu de portione verò nullam mentionem facit, & cum sit statu-
2 tum exorbitans a iure communi propter prohibitam retentionem incompatibilium non debet extendi etiam si adesset eadem vel maior ratio Bart. in aut. quas actiones nu.8. & 9. de sac. sanct. Eccl. Castr. in l. illam n.5.C.de collat.vt dec.88.& n.6.dec.95.& num. 10. & dec.177.& num.3. & lib.1. præsertim quia tale statutum validatur ex speciali confirmatione sedis apostolicæ, & in his, quæ veniunt ex dispensatione
3 apostolica non licet arguere à paritate, vel maioritate, Caput.dec.8.num.7.& dec.274. & n.5. par.1.vltra quod ratio diuersitatis videbatur manifesta inter canonicatus, & portiones quoad concursum cum dignitatibus, cum canonici habeant æqualia seruitia cum dignitatibus, portionarij verò inferiora, ideo esset inconueniens, vt dignitatem obtinentes retinerent etiam portiones, pro quibus tenerentur subire seruitia inferiora, vt alias censuit eadem sacra Congregatio Concilij, & Rota in Burg. seruitij coram Lita. Secundum verò statutum, quo cauetur vt scholasticus debeat habere vnam portionem, non releuat, quia non loquitur de portione, prout est titulus, & beneficium distinctum a dignitate, sed intelligitur de portione fructuum danda scholastriæ, pro illius dote, & congrua sustentatione, vt apparet ex eiusdem statuti lectura, quod integrum fuit, datum pro parte Francis. quo verò ad consuetudinem fuit responsum, illam non probari in primis quidem, quia cum talis consuetudo sit contra ius, vt patet ex supra dictis, ad
4 eius præscriptionē requiritur lapsus quadraginta annorū, iuxta not. in c.fi. vbi Doct. communiter de consuetudin. Bart. in repet. l. de quib. nu.14. in fi. ff. de legib. Rom. cons. 368. n.5. & in terminis nostris Hoeda de incompatib. benef. 2. par. cap. 11. num. 14.

Dicta autem quadragenaria præscriptio non videbatur probari ex prouisionibus de prioratu, & portione in dicta Ecclesia quæ fuerunt datæ, quia prouisio facta de anno 1563. Francisci de Valdimia portionarij fuit ex dispensatione apostolica, quæ excludit dictam consuetudinem retinendi incompatibilia. Imo confirmat statutum incompatibilitatis, vt in simili Rota dixit decision. 577. numero quinto, par. 3. diuers. sicut ex instrumento legitimationis probatur filium fuisse legitimum, & omnis dispensatio probat veritatem esse in contrarium Bal. in l. 2. numero 2. C. de iure iuran. Ias. in l. decem num. 18. Castr. & Alexand. ibidem ff. de verbor. oblig. Curt. sen. consil. 73. num. 14. Surd. consil. 556. numer. 12. lib. 4.

Vnde subducto tempore, quo Valdimia retinuit dignitatem, & portionem ex dispensatione apostolica, qui dicitur vixisse vsque ad annum 1579. non remanet quadragenaria ante motam litē, prout requiritur ex allegatis, quæ neque etiam probaretur ex duabus prouisionibus immediatè sequentibus ad fauorem Francisci Cordoi, & Martin. Ceron. Cum narratiua, quod prioratus consueuerit vna cum portione retineri absque dispensatione apostolica, hoc enim correctum detegitur ex præcedenti dispensatione, quia error consensum, & consuetudinem excludit,

cludit, Roman. consil. 386. numero quinto.

Non obstant testes inducti ad probandam prædictam consuetudinem, quia deponunt de compatibilitate dignitatis, cum canonicatu, quę non controuertitur vigore statuti, de quo supra, & quatenus etiam deponant de consuetudine retinendi dignitatem cum portione, restringunt suum dictum ad Prioratum, & alios duos supra dictos; & in omnem euentum consuetudo quatenus probaretur circa prioratum, & portionem, illa tanquam consuetudo non vniuersalis, & iuri contraria debet strictè intelligi, vt tantum habeat de effectu, quantum de vsu, nec extendatur ad alias dignitates, etiam similis conditionis Ioannes Andr. in capit. dilecto, num. 29. de offic. Archidiacon. Socin. Iun. in consil. 10. 12. 13. & sequent. libro secundo, benefacit Mohedan. decisione septima, de præscription. & dec. 107. libr. 1. decis. 310. lib. 2.

Idque eo magis cum quartus testis pro parte aduersa inductus expresè testetur, se nunquam vidisse in Ecclesia Giennen. obtineri dignitatem cum portione, nisi solum prioratum, vt in summario Francisci num. sexto, & quintus pro eadem parte super tertio articulo dicat se non cognouisse aliquem scholasticum obtinere aliquam portionem, vt in summario testium à Gomesio dato.

Quibus accedit depositio testium Francisci bene deponentium non fuisse visum nec auditum quod in Ecclesia Giennen. portiones, & dignitates fuerint simul retentæ, nisi ex dispensatione Apostolica, quibus testibus, vel maior fides adhibenda videtur, quam contrarijs, vtpote deponentibus iusta dispositionem iuris, & Concilij Tridentini, Gabriel de testibus conclusio. quarta, & num. vigesimosecundo, & rursus, numero nono, vbi firmat magis credi testi-
7 bus quorum dictis aliqua assistit iuris præsumptio, vel saltem ex istis eliditur contraria pro Gomesio testium depositio, & ita fuit decisum.

RESOLVT. CCCCLXXVII.

1 *Pensio imponi non potest nisi de consensu habentis beneficium, ex quo illa soluitur.*
2 *Probatio de consensu incumbit asserenti talem consensum interuenisse.*
3 *Actus sine consensu requisito nullus est ipso iure.*
4 *Literæ sunt nullæ si à tergo ipsarum non extenditur consensus resignantis.*
5 *Ad probationem consensus in resignat. requiritur quod resignans consentiens pensionis per se, vel per suum procuratorem consensum præstet coram notario Cameræ, vel Cancellariæ.*

Si consensus in impositione pensionis non appareat, an præsumatur, vel pensio dicatur nulla, & de practica imponendi consensum, ad intellectum regulæ Cancellariæ.

QVod in casu proposito bulla dictæ pensionis sit nulla apparet, quia non constat à tergo expeditam in esse de principalis, aut sui legitimi procuratoris consensu, ideo nullo modo ipsi præiudicat, nam
1 pensio non potest imponi, nisi de consensu habentis eam soluere, vt resoluit Ferretus cons. 388. Æmil. dec. Rotæ 11. numer. 4. par. 3. Puteus decis. Rotæ 368. num. 4. lib. 2. Paris. 8. de resignat. benef. quæst. 7. num. 169. nec literæ de ea expediri iuxta regulam Cancellariæ 43. de consensu, in resignationibus, & pensionibus ibi, nec literæ reseruationis, vel assignationis etiam motu proprio cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persoluere tunc habebit, idem Paris. quæ de stylo notariorum Cameræ, & Cancellariæ attestatur lib. 10. q. 3. num. 10. lib. 2. q. 2. num. 38. & 66. lib. 1. q. 12. num. 51. lib. 9. q. 27. num. 8. nec mirum, quia talis consensus perficit actum antea non perfectum arg. cap. si tibi absenti de præbend. lib. 6. Sarnensis regula de infirmis q. 31. Paris. d. c. 12. num. 22. pro-
2 batio autem consensus incumbit ei, qui asserit alicuius consensum in actu interueniisse, vt ex leg. ei qui dicit ff. de probation. l. actor Cod. eo tradit Gratus respons. 59. numer. 20. vol. 1. nam cum sit facti l. consilio ff. de curatore furios. non præsumitur, sicut nec alia, quæ in facto consistunt l. in bello §. factæ ff. de cap. & postlim. reuer. Gratus vbi proximè num. 19. quare cum non constet de tali consensu, nec d. regulæ Cancellariæ derogatum appareat, sequitur nullam
3 esse dictam reseruationem pensionis, quia actus sine requisito consensu nullus est ipso iure, vt per Tiraquel. de legibus connubial. glos. 4. num. 2. & gl. 6. & 7. Glossatores in leg. 55. Tauri, Gonzalez ad regul. 8. Cancellariæ de mensibus, & altern. gl. 47. num. 15. & in terminis nostris pensionis hoc tradit Gigas tract. de pension. q. 10. numer. 7. & seq. & q. 2. nu. 2. Glossator regularum Cancellariæ Inn. 8. regul. 43. ad fin. Paris. lib. 8. de resignat. benefic. p. 8. numer. 11. 25. & sequ. & numer. 73. vbi inquit, scribitur etiam consensus formalis, de quo loquimur à tergo in supplicatione originalis, & literis, prout tradunt Augustin. decision. 256. libro tertio Crescen. decision. 209. libro primo, Peregrin. dec. 69. l. 1. in manu scriptis, & ita fieri communiter, & practicari, & quod si non apponatur, lite-
4 ræ sunt nullæ, nec solere expediri, nisi extenso consensu à tergo ipsarum, vt tradit Mohedan. decis. 3. in eisdem manu scriptis, & hanc nullitatis exceptionem tradit in terminis Gigas tractat. de pension. q. vlt. n. 9. & conferunt quę Gambar. lib. 6. de officio, & potest. legat. de Later. num. 72. Sarnens. in compend. signat. numer. 82.

Nec obstabit dicere, quod in bulla pensionis dicitur per dictum principalem, cuius ad hoc expressus accedit assensus, nam sunt verba narratiua, quæ debebant verificari, & comprobari per consensum coram notario Cancellariæ, aut Cameræ, qui ponitur à tergo bullæ, vt dictum est, quia narratorum natura est, vt non probent, sed vt probari debeant, Probus post Monach. Andr. & dd. in c. si Papa de priuilegijs lib. 6. notab. 1. & 2. Abbas in c. fin. colum. 4. num. 14. de successionib. ab intest. Ferret. consil. 353. numer. 14. tom. 2. Paris. lib. 6. de resignat. benef. q. 5. num. 5.

Etiamsi fuerit narratiua Principis super facto alieno non facta motu proprio, vt post Alexand. consil. 112. num. 2. lib. 7. tradit Rota Romana decis. 154. n. 4. par. 2. diuers. Sac. Palat. Puteus decis. 338. n. 1. lib. 3.

Et cum non sit verificata narratiua per asserentem, vt necesse habebat facere, cum sit pars gratiæ, vt tradit Æmil. decis. Rotæ 271. num. 3. par. 1. & decis. 39. num. 2. par. 2. Rota Rom. decis. 655. num. 3. lib. 3. Puteus decis. 245. num. 1. p. 1. Abbas, & DD. in c. fin. §. constitutis de rescript. Rebuff. in praxi parte 1. in tit. bullæ declarat. num. 20. Cæsar de Grassis decis. 66. à num. 1. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. §. 4. progmij num. 79. & glos. 9. in annot. n. 231. & 239. & glos. 32. num. 57. & seq. Paris de resignat. benef. lib. 10. q. 3. à num. 3. & nominatim in pensione quod ipsius narratiua sit verificanda, tradit Æmil. decis. Rot. 291. num. 2. par. 1. & ex doctrina Imolæ in cap. super literis nu. 19. de rescript. alios allegans, tradit Garzia tract. de benef. par. 1. c. 5. §. 4. n. 442. & seq. & num. 477. Mohedan. decis. 35. de renunciat. Marchesan. de commissio. par. 1. cap. 14. n. 13. maximè si resultaret præiudicium tertio, vt per Aymon. consil. 294. num. 4. & in tract. de antiqu. tempor. par. 1. §. 1. num. 16. & 20. Crescent. decis. 89. Rot. Rom. Sac. Pal. decis. 388. num. 3. par. 1. Abb. in clem. 1. in fin. de probat. Ferret. consil. 172.

sil. 172. incip. præsupponitur n.6. & consil.249. num. 8.Grabiel concl.2.de probat.numer.28. Æmil. decis. Rotæ 337.num.2.& 3.par.3.

Et ad probationem dicti consensus, & voluntatis
5 requiritur per dictam regulam Cancellariæ, quod resignans, aut consentiens pensioni præstet ipsam per se, aut suum procuratorem in Cancellaria, aut Camera coram notario, aliàs non valeat, etiamsi supplicationem porrexisset ipsemet, qui pensionis reservationi consentire debebat, ita post Puteum lib. 3.decision.2.tradit Paris.lib.8.q.8. num.21. 14. & 33. qui num.118. ait, quod quando confertur absenti beneficium reservata pensione resignanti,aut alij,etiam si dicatur, quod prouisus consentit per illa verba, cuius ad hoc expressus accedit assensus, derogatur dictæ regulæ de consensu,nam alias non valeret, ita practicati videmus.

RESOLVT. CCCCLXXVIII.

1 *Beneficia resignata in manibus Episcoporum, non possunt conferri consanguineis resignantium.*
2 *Regula de triennali suffragatur etiam Bastardo possessori beneficij cum titulo colorato.*
3 *Regula de triennali fuit edita ad extinguendas lites.*
4 *Qui à superiore per triennium est toleratus præsumitur dispensatus.*
5 *Triennalis possessor eadem gaudet securitate,qua gaudet is, qui præscripsit per quadraginta annos.*

An si beneficium liberè resignatum in manibus Episcopi conferatur eius consanguineo valeat collatio, & an iuuetur possessor regul.de triennali.

FVit facta resignatio cuiusdam beneficij liberè in manibus Episcopi, verum idem Episcopus eius consanguineo contulit, dubitabatur an talis
1 collatio de iure sustineri posset, & dato, quod sit nulla, an ei suffragetur regula de triennali, & dicebatur super hoc extare bullam fe. rec. Pij Papæ V. qua prohibetur beneficia resignata in manibus Episcoporum, conferri consanguineis, vel affinibus resignantium, vel Episcopi, prout ex dicta bulla. Num verò talis prouisus si per triennium possederit, gaudere possit beneficio regulæ de triennali, & respondi affirmatiuè.

2 Primo, quia regula prædicta comprehendit, & defendit etiam Bastardum possessorem cum titulo colorato, Castad. in decision. 8. de causa poss. & propriet.Faber in decis.6.C. de sacrosanctis Ecclesijs, refert,& sequitur Gomez.in præallegat.regul. de triennali quæst.2. circa finem argumento text. in l.properandum C. de iudicijs, vbi habetur, quod extinguere
3 lites concernit bonum publicum, sed regula prædicta fuit edita ad lites extinguendas.

4 Tum quia, qui à superiore per triennium est toleratus, præsumitur dispensatus, iuxta notata per Anchar.in consil.107. Alban. in consil.29. volum.1. per text.qui ad hoc communiter allegatur in c.cum iamdudum de præbendis,& dignit.

Tum etiam, quia triennalis possessor eadem gaudet securitate, qua gaudet præscribens per quadraginta annos, Alexand. in consil.151. volumine secundo, & in cons.163.eodem volumine sequitur Gomes. dicta reg.quæst.58.nu.4.Crescent. in decis.4. de præscriptionibus, & Garz. in decis.7.

RESOLVT. CCCCLXXIX.

1 *Iudicis arbitrio relinquitur, quod nam beneficium sit sufficiens ad victum.*
2 *Canonicatus in cathedrali est dignitas.*
3 *In patrimonio sufficiente consideratur qualitas personarum,& regionis.*
4 *Beneficium valoris quindecim librarum Parisiensium est sufficiens ad victum.*

Beneficium quando dicatur sufficiens ad victum ad effectum,vt vnicum tantum, quis retinere valeat ex vi Concil. Trident.

CAutum est Concilio Tridentin. sess.22. capitul. 12. neminem posse plura beneficia retinere, quod si esset insufficiens ad victum, admittatur ad secundum, quare fuit pluries apud me dubitatum quando beneficium dicatur sufficiens ad victum ad effectum,de quo supra, & dicebam primo hoc indicis
1 arbitrio esse relinquendum, qui vti bonus vir, ad tex. in l.vir bonus ff.iudicatum solui, arbitratur, quæ nam quantitas sufficiat inspecta qualitate personarum, quæ ante omnia inspici debet, l.liber homo C. de petitione hæreditatis l. si quæramus ff. de testamentis, & cap.1. de accusationibus nouiss. in prax. cap.33.
2 dicens, quod cum Canonicatus in Cathedrali sit dignitas cap. statutum de rescriptis in 6. Verall. in dec.90. Mohed. in decis.1. de constitutionibus, sufficiens erit beneficium pro canonico Neapolitano obtentum à Canonico valoris quingentorum aureorum, quemadmodum dicimus in patrimonio, quod requiritur, vt quis valeat ad sacros ordines ascendere, in cuius quantitate consideratur etiam consuetudo re-
3 gionis, & personarum qualitas Sayr. in consil.3. de temporibus ordinationum volum.2. vnde varij varia hac in re existimarunt; & quidam dixerunt be-
4 neficium valoris 15.librarum Parisiensium esse sufficiens, vt probat Dyonis. Chartus. in tract. de pluralitate benefic. cap. 13. Ludolphus in 1.par.vitæ Christi cap.68.

RESOLVT. CCCCLXXX.

1 *Non habens intentionem suscipiendi ordinem præsbyteratus beneficio annexum, si intra annum voluntatem mutet,non tenetur restituere fructus perceptos.*
2 *Accipiens beneficium simplex, cui annexus est aliquis ordo non tenetur restituere fructus, secus si beneficium sit curatum.*
3 *Peccat mortaliter, qui non habet intentionem suscipiendi ordinem annexum beneficio.*
4 *Qui non sumit ordinem sacrum annexum beneficio in cathedrali, vel collegiata, amittit distributiones, & non habet vocem in capitulo.*
5 *Accipiens beneficium, cui est annexus ordo sacer, sed animo renunciandi peccat mortaliter.*
6 *Omnia beneficia postulant clericatum actu.*
7 *Beneficiatus nolens gestare habitum clericalem peccat mortaliter.*
8 *Clericus beneficiatus gestans habitum clericalem adimplens onera habens animum mutandi vitam si aliquid conuenientius superueniat, non peccat mortaliter.*

An accipiens beneficium curatum sine animo suscipiendi præsbyteratum, teneatur ad restitutionem fructuum.

CIrca propositi dubij resolutionem distinguendi sunt plures casus,videlicet.

Primus est si habens talem intentionem postea mutato animo recipiat ordinem sacerdotalem, & tunc dicit Sotus hunc talem teneri restituere fructus perceptos toto tempore,quo habuit animum non suscipiendi sacerdotium, Nauar. tamen in summa cap. 25.n.118. quem sequitur Reginald. d. tract.3.n.181.
1 probat contrarium,& rectè quidem, quia illa volun-

tas

tas præcedens purgatur per voluntatem sequentem, & satis est, quod intra annum ordinetur, & interim exerceat ea, quæ tenetur ratione beneficij.

Secundus casus est, quando haberet animum dimittendi beneficium illud curatum, si aliud beneficium pinguius sibi obuenerit, Abb. in cap. relatum de cleric. non resident. Rosell. Angel. & Sylvest. penes Reginald. dict. tract. 3. num. 182. dicunt peccare, & mutandum propositum, Nauar. tamen dict. numer. 118. cap. 25. Summ. tenet oppositum, vt non peccet, & satis est interim habere propositum satisfaciendi obligationi annexæ beneficio, quod retinet, & Nauar. hanc opinionem dicit probabilem speculatiuè, sed in praxi esse periculosam, Reginald. dict. num. 182. ob periculum agendi fraudulenter contra beneficium curatum.

Tertius casus est si quis reciperet alia beneficia,
2 quæ non habent annexam curam animarum, vt sunt personatus officia, præbenda, portiones, & sic de alijs, & tunc licet Gabr. in 4. dist. 15. qu. 8. artic. 3. dub. 1. teneat hunc talem teneri restituere fructus, si aliquod ex his beneficijs accipiat sine intentione suscipiendi ordinem annexum beneficio, quia fraudulentam habet intentionem nihilominus Nauar. loco citato, & Sot. quos probat Reginal. d. tract. 3. d.n. 183. oppositum tenet, scilicet talem non teneri ad restitutionem fructuum, quod etiam post Palud. & Sylvest. probat Vasq. d. dub. 1. num. 36. & seqq. siquidem iura solum statuerunt pœnam restitutionis beneficiario, qui recepit beneficium curatum sine tali intentione, vt in præcedentibus dictum est, & iure quidem, quia fructus beneficij curati natura sua ex iure naturali percipiuntur intuitu officij præstandi personaliter ab ipso beneficiato, & sic necessario annexum habet sacerdotium, vnde hic talis ageret contra ius naturale, & consequenter fructus restituere tenetur, quod non procedit in alijs beneficijs, quia de iure hoc non inuenitur expressum.

Est bene verum, quòd si ordo sit connexus beneficio, & haberet intentionem non suscipiendi illum or-
3 dinem, quod peccat mortaliter, vt post Sot. & Nauar. notat Vasq. d. dub. 1. num. 38. quia habet intentionem non obseruandi ius, & si in cathedralibus, vel collegiatis Ecclesijs talia beneficia acceperint, & intra annum non ordinentur ordine connexo ei-
4 dem beneficio, tunc priuantur voce in capitulo, & dimidia parte distributionum, quę dantur pro presentia horis canonicis, vt habetur in clement. vt ij qui, de ætat. & qualit. & in Trid. sess. 22. de reformat. c. 4. vbi renouantur pęnæ determinatę in d. clem. Vasq. d. dub. 1. num. 36.

Quartus casus est, quod si aliquis acceperit benefi-
5 cium simplex animo relinquendi illud, & redeundi ad statum laicalem, & hic aliquando peccat mortaliter, & aliquando non, secundum aliquorum sententiam, si enim beneficium haberet annexum ordinem sacrum peccaret mortaliter, secundum omnes, quia eo ipso haberet animum non suscipiendi ordinem sacrum, & sic in re graui contraueniret dispositioni iuris, ita Sot. & Nauar. quos probant Reginal. d. tract. 2. num. 184. quartum est. Vasq. d. dub. 1. sub num. 38. versic. quod si beneficium esset ex ijs verum non tenetur restituere fructus perceptos, si adimpleret ea, quæ sunt annexa beneficio, vt prosequuntur Auctores citati.

At si beneficium simplex non haberet annexum ordinem sacrum, & tunc Vasq. d. num. 38. quarto dicendum est: tenet hunc talem non peccare mortaliter subdit hæc verba, quia ista beneficia natura sua non postulant clericum actu, qui officium bene sequatur, aliud autem, quod animum habeat in eo permanendi statu non video esse necessarium, nec iure vllo, nec institutionem beneficiorum verum est, sed in cõtrarium est communis sententia, quam post Sot. & Nauar. probat Reginal. sub d. num. 184. tertium est quia eo ipso se exhibet indignum sua professione, & desertor se gerit sui status, dum nolit clericaliter viuere, vt ex text. in clem. 2. de vit. & honest. cleric. bene probant citati authores, & sic habet intentionem non obseruandi ius canonicum, & consequenter mortaliter peccat.

Nec vrget ratio Vasq. nam omnia beneficia natu-
6 ra sua postulant clericatum actu, nec possunt conferri non clericis, nam pro clericis sunt instituta etiam beneficia simplicia, vt superius dictum est, & ipsemet Vasq. affirmat, vt d. num. 69. & 272. relatum est, & sic non est recedendum a communi senten-
7 tia: itaque habens beneficium, & nolens gestare habitum clericalem, & tonsuram, peccat mortaliter etiam si beneficium sit simplex, nec debet absolui, si illam non mutat voluntatem, ita Sot. lib. 10. de iust. & iur. art. 6. Nauar. in summ. capit. 25. numero 118. in fin. Reginal. dict. tract. 3. num. 185.

Limitatur tamen si gestans habitum clericalem,
8 & tonsuram haberet animum conditionatum, videlicet mutandi vitam, si aliquid superueniat conuenientius proposito suo, interim adimpleret onera annexa beneficio, non enim tunc peccaret mortaliter, quia non diceretur desertor sui status, dum non simpliciter, sed sub tali conditione habet propositum mutandi statum, vt post Nauar. notat Reginal. d. tract. 3. num. 184. in fin. & ita intelligi potest opinio Vasq. & ex dictis in præcedentibus, & seqq. per eum sic intelligi debet, nempe vt beneficia simplicia ex natura sua non postulent, vt perpetuo sit clericus, qui illa habet, sed satis est, vt sit clericus de præsenti, dum illa possidet, in omni tamen sententia non tenetur fructus restituere si adimplet onera annexa beneficio, quia fructus respondet labori præsenti, & hæc est receptior sententia, vt dixi num. 72. cum seqq.

RESOLVT. CCCCLXXXI.

1 *Persona notoriè digna promoueri potest etiam absque examine.*
2 *Episcopus originis, domicilij, & beneficij possunt ordinare.*
3 *Laicus de proximo clericandus potest ad beneficium præsentari.*
4 *Episcopus non potest ordinare laicum exterum, nisi per triennium sit secum commoratus.*
5 *Efficitur quis ciuis loci, in quo habet beneficium.*

Prima tonsura an possit conferri ab Episcopo domicilij absque literis dimissorijs Episcopi originis.

LIteræ commendatitiæ requiruntur pro ignotis. Vnde qui sunt bene noti, siue sint clerici, siue laici, possunt absque huiusmodi literis recipi ad ordines ab Episcopo, in cuius loco commorantur, tum quia istæ literæ dicuntur commendatoriæ quasi commendent mores proficiscentium, quod in-
1 notis non requiritur, cum etiam notus possit promoueri sine examinatione distint. 23. ita omnia prædicta declarat Abb. in cap. fraternitati. 7. colum. 1. ad med. numero 4. versic. & limita hunc textum de cleric. non resident. quod etiam prius voluit Innoc. in cap. cum iam dudum 18. col. 2. in princ. num. 3. in fine versic. dictum illud verum de præbend. ideo in c. cum nullus tertio de tempor. ordinat. in 6. in materia ordinum, vel dimissorialium ad ordines, conceditur facultas ordinandi tribus superioribus, vel loci, in
2 quo quis est oriundus, vel in cuius diœcesi obti-

net

net beneficium Ecclesiasticum, vel vbi habet domicilium, quamuis alibi natus fuerit, quod etiam notat Nauar. consil.36. an Episcopus possit num.1. de tempor. ordinan.Franch.in d. cap. nullus in princ. & in num.4. vbi intelligit de habitatione per decennium, de qua etiam per doct. in l. ciues C. de incol. lib.10. Felyn. in c. dilectus filius il 2. quæst. 29. col.2. ad med. in 4. corol. versicul. limita nisi aliquis staret num.4. de rescript. Franc. in cap. eos qui 2.num.4.de tempor.ordinan.in 6.doctor.in c.1. de for. comp.

Ex prædictis videtur concludendum posse conferri tonsuram per Episcopum absque literis dimissorijs Episcopi originis stante habitatione per decem, & octo annos, vt præsupponitur, & quod sit bene cognitus in dicto Episcopatu ad effectum obtinendi beneficium iuris patronatus, quod poterit conferri ipsimet patrono, ad cuius preces Episcopus potest illum prouidere de dicto beneficio, maximè si non est curatum, & patronus sit indigens, iuxta ea, quæ ponit in specie Abb.in cap.per vestras 26.col.2. post med.in versic. puto etiam posse attentari de iurepatr. Lambert.eod. tit.p.1. lib.2.art.8. q.8. Ludou. conclusione 42. col.161. ante med. versic. ampliatur sexto, quod clericus patronus Caualc.decis.23. num.44. par.3.

Præsertim cum etiam laicus de proximo clericandus
3 possit præsentari ad beneficium, cum hoc casu presentatus non sit penitus indignus, si ante institutionem sit tonsuratus quidquid aliàs præsentatio facta de laico non subsistat, prout resoluit Rota coram R. P.D.Orano Imolen. iuris patronatus 19. Nouembris 1584.de qua per Paris.de resignat. lib.4. c.2.num.6.

4 Quoad aliud dubium an Episcopus possit ordinare laicum exterum ad effectum, vt consequatur beneficium in sua diœcesi videtur dicendum, quod non, quia Concilium Tridentinum sess. 23. cap.9. requirit seruitium per triennium, quod postea illi conferat beneficium, vnde cessante seruitio d. triennij cessat etiam facultas ordinandi, & ratio est, quia ad hoc vt Episcopus possit ordinare non subditum ratione beneficij, prius debet ordinandus habere beneficium, ob quod poterit postea promoueri ad alios ordines, quos prius non habebat, cum quis efficiatur
5 ciuis illius loci, in quo habet beneficium Boer. decis. 260. numer.20. post Ang. consil.23. nulla persona in fine versic. prædicta autem vera Alberic. in l. versic. vidi etiam dubitari ff. quod cuiusque vniuersit. quare ratione istius ciuilitatis datur facultas ordinandi, & sic collatio beneficij debet præcedere, vt ordinatio subsistat, vnde Luc. de Pen. in l. cum neque 4. in fin. versic. ex hac lege colligit C. de incol. & vbi quis domicilium habet libro 10. concludit, quod etiam clericus habens alicubi præbendam sortiatur ibi domicilium, nisi sit quæstio de ipsa præbenda, sed contrarium est verius, vt testatur Boer.d.decis.260. num. 20. prout etiam tenet Alber. in d. l.1. ff. quod cuiusq. vniuersit. nom.

Et quamuis prax. Archiep. cap.48. in fin. videatur tenere, quod possit prius ordinari, & postea conferri beneficium, tamen nihil allegat, sed eius dictum videtur posse procedere in familiari triennali Episcopi, qui potest ab ipso ordinari, & postea eidem beneficium conferri potest.

RESOLVT. CCCCLXXXII.

1 *Quamuis imponatur pœna ipso facto, tamen requiritur declaratoria.*

2 *Beneficiatus, qui habitum, & tonsuram deferre consueuit, & si aliquoties dictum habitum omiserit, non incidit ipso facto in pœnam bullæ Sixti Quinti.*

3 *Clericus gaudet priuilegio fori, etiam si aliquando seruitium intermiserit.*

4 *Clericus primæ tonsuræ non beneficiatus, si non incedit in habitu, & tonsura, amittit priuilegium, absque monitione.*

An bulla Sixti V. quemadmodum priuat clericum beneficio absque declaratione, ita etiam iudicat priuilegium fori.

QVamuis in constitutione Sixti Quinti non incedentes in habitu, & tonsura sint priuati beneficijs sine vlla monitione, citatione, iudicis decreto, aut ministerio, & ipso facto: Tamen non debent amittere priuilegium fori ante latam sententiam declaratoriam ab Ecclesiastico, cum illa semper prius requiratur, & debeat præcedere etiam quando
1 imponitur pœna ipso facto, licet enim non sit necessaria sententia, quæ irroget illam pœnam, nihilominus requiritur, quod declaretur actus, aut commissum, aut etiam omissum, ex quo pœna ipso iure lata est, ita in specie dictæ constitutionis concludit prax. Archiepiscopalis Neapolitana c.7. num.7.

Prout hoc generale est in omnibus criminibus tam læsæ maiestatis, quam similibus, in quibus licet incurratur pœna ipso facto, & absque aliqua sententia ipso iure, tamen semper requiritur declaratoria, quod talis commiserit ipsum delictum Franc. in cap. Felicis §. nullus num.3. de pœn. in 6. & est verior opinio quidquid alii contrarium sentiant, vt testatur latè Tiraquell. in l. si vnquam in verbo reuertatur, num.400. C. de reuocand. donat. post Felyn. in c. Rodulphus col.4. de rescript. & in c. cum non ab homine col.4. de iudic.

Item videtur dicendum quoad secundum dubium,
2 vt videlicet clericus beneficiatus non inseruiens alicui Ecclesiæ, qui habitum, & tonsuram gestare consueuit non incidat in pœnam amissionis beneficij in eadem constitutione Sixti V. imposita, quamuis aliquoties huiusmodi gestationem intermiserit. Vnde etiam lata declaratoria super facto, gaudebit priuilegio fori, nam clericus non perdit dictum priuilegium, quamuis etiam esset captus cum armis sine habitu, & tonsura, si aliàs probaretur, quod esset solitus illum deferre cum requiratur perseuerantia in non deferendo habitum, adeo vt publicè existimetur laicus Decian. in tract. criminal. tom.1. lib.4. c.9. n.109. Castell. in conclus. 5. n.9. quem sequitur Farinac. q.8. num.67. & 68. prax. Archiepiscopalis Neapolit. cap.7. n.5. vbi etiam addit in sacra congregatione Concilii fuisse declaratum, quod si aliquando seruitium diuinum inter-
3 mittatur clericus quoque debet gaudere dicto priuilegio cum etiam dicatur continuo fieri, quod fit pro maiori parte temporis Felyn. in proœm. decretal. in verb. rex pacificus num.3. & 4.

In clericis tamen primæ tonsuræ beneficiis carentibus dicendum videretur priuatos esse priuilegio fori eo ipso, quod non incedunt in habitu, & tonsura iuxta constitutionem Clemen.7. & Pauli 3. de quibus per Menoch. consil.912. num.34. post Vrsill. in addit. ad Afflict. decis.24.n.7. & Clar. in praxi crimin. §. vlt.q.
4 36. versic. hæc autem, cum etiam in talibus clericis primę tonsurę non requiratur trina monitio, & incorrigibilitas, Nauar. cons. vlt. n.6. de priuil. Menoch.d. consil.912. n.34. & de eadem constitutione Clementis meminit etiam Viuius decis.512. n.17. vbi quod fuit impetrata per Carolum V. Imperatorem, & promulgata Neapoli per Nuncium Apostolicum Decian. in praxi crim. lib.4. c.9. num.88.

RESOLVT. CCCCLXXXIII.

1 *Beneficiatus tenetur reficere Ecclesiam de redditibus eiusdem Ecclesiæ.*

2 Bene-

2 *Beneficiatus potest ex beneficio deducere in primis ea, quæ sunt necessaria.*
3 *Beneficiatus tenetur ampliare Ecclesiam, quando non caperet populum.*
4 *Beneficiatus est vsufructuarius, & tenetur rem bene conseruare, & ad sarcta tecta.*
5 *Rector parochialis si non habet redditus sufficientes, tunc parochiani tenentur ad Ecclesiæ reparationem.*
6 *Quando parochialis non habet dotem, tenentur parochiani ad præstandam dotem.*
7 *Clericus non potest renunciare beneficio, vt euitet onera.*
8 *Vasallus non potest renunciare feudo, ne scilicet ad onera domino persoluenda teneatur.*
9 *Parochiani tenentur ad congruam sustentationem parochi.*

An beneficiatus teneatur ad manutenendum oleum in lampadibus suæ Ecclesiæ.

TRita, & indubitabilis est iuris conclusio, beneficiatos teneri Ecclesias reficere de redditibus tamen earundem Ecclesiarum, non autem de proprijs
1 cap. si Monachus 16. quæst. 1. Concil. Trident. sess. 21. cap. 7. §. parochiales verò de reformat. dict. capitul. 1. & ibi Hostien. per totum, & Abb. numer. 1. & 3. de Eccles. ædif. Hostien. in dict. capitul. fin. numer. 1. de his quæ fiunt à maio. par. cap. Gemin. in dict. capit. si propter. col. 2. de rescript. in 6. Lambert. dict. artic. 2. num. 7. versic. aut sumus Barbat. dict. consilio 26. num. 3. Bero. dict. consil. 1. num. 7. de
2 consuetud. quia cum habeant commodum illius Ecclesiæ, etiam onus sentire debent, deductis sibi prius nec essarijs Abb. in dict. cap. 1. num. 3. & consil. 70. n. 2. par. 1. Ripa dict. consil. 1. num. 7. item tenetur be-
3 neficiatus ampliare Ecclesiam, quando ita populus excreuit, vt non possit capere in Ecclesia cap. præcipimus 16. quæst. 1. Rip. dict. consil. 1. num. 10. præterea clerici dum viuunt æquiparantur vsufructuarijs not. in capit. præsenti de offic. ordin. in 6. capit. requisiti de testam. capit. fin. de pecul. Cler. Abb. in dict.
4 cap. 1. nu. 2. sed vsufructuarij tenentur ex fructibus res conseruare in bono statu, & ad sarcta tecta, l. vsufructu legato 1. respons. in fin. & §. hactenus ff. de vsufruct. l. eum ad quem C. eodem glos. 1. in capit. 1. de Eccles. ædif. patet etiam ex deffinitione vsufructus, nam vsufructus est ius vtendi, & fruendi rebus alienis, salua rerum substantia l. 1. §. hactenus ff. de vsufruct. sic ergo tenentur beneficiati ad reparationem Ecclesiæ, & hanc rationem adducit Barbat. in dict. consil. 26. numero 3. vol. 3. quod si beneficiati non ha-
5 bent ab Ecclesia tot redditus, quibus præstare possint talem reparationem, tunc tenebuntur parochiani, si Ecclesia est parochialis, cum & ipsi parochiani in tali Ecclesia percipiant sacramenta, & quæcunque diuina, Concil. Tridentin. dicto §. parochiales vero Host. in dict. cap. per totum, & Abb. num. 4. de Eccles. ædif. Lambert. dict. artic. 2. num. 4. versic. tertius est casus, & nu. 7. versic. & si isti beneficiati Abb. consil. 70. num. 2. part. 1. Bal. consil. 132. in fin. lib. 1. Bero. dict. consil. 3. num. 43. versic. quidquid tamen: Sicut dicimus, quod vbi de necessitate est ædificanda Ecclesia propter periculum animarum ex abundantia populi, & non est vnde possit dotari, tenentur pa-
6 rochiani prouidere Rectori de dote, & victu Lamb. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quæst. 5. artic. 19. in fin. versic. aduertendum, & dict. artic. 2. num. 7. & versic. & si isti beneficiati: & in tantum tenentur parochiani, & etiam clerici beneficiati ad huiusmodi reparationem, quod si aliquis parochianus velit recedere à parochia,
7 vel clericus renunciare beneficium, vt euitet onera, & eorum præstationem, ac ipsius refectionem, non poterit hoc facere Abb. in dict. cap. 1. num. 4. in fin. dict. cap. vnico, & ibi dd. 10. quæst. 3. Lambert. dict. quæst. 7. articulo 2. numero 7. versic. & isti beneficiati, & artic. 5. num. 2. vbi dicitur de Episcopo volente renunciare Episcopatum, vt euitaret onera, & eorum præstationem idem dicitur de vasallo, qui non
8 potest renunciare feudo, vt ad seruitia Domino non teneatur glos. cum ibi notat. in cap. 1. §. similiter de capitan. qui cur. vend. dd. in c. 1. de vasall. qui contra constit. Lotha. Fel. in c. quæ in Ecclesiarum num. 78. versic. 3. fallit & ibi dd. de constit. dicimus etiam quod parochiani tenentur in subsidium vsque ad congruam
9 sustentationem parochi, quia si à parocho ipsis seminantur spiritualia debent parochiani prębere illi temporalia D. Paul. 1. Cor. 6. cap. si Episcopus de offic. ord. in 6. Conc. Trid. sess. 21. cap. 7. de reformat.

RESOLVT. CCCCLXXXIV.

1 *Res sita intra fines castri præsumitur allodialis, & libera.*
2 *Quæ sunt intra fines castri, subiecta eius iurisdictioni, non tamen sunt de eius vtili dominio.*
3 *Non potest cogi Baro ad ostendendum titulum sui castri.*
4 *Tenetur quis ostendere titulum suæ possessionis, quando fatetur rem esse alienam.*
5 *Sit intra fines castri, vel ciuitatis, si à nemine possideantur, præsumuntur esse dicti castri.*
6 *Si maior pars rerum sitarum intra fines castri sit feudalis reliquæ res feudales præsumuntur.*

An quicquid est intra fines alicuius parochiæ cedat parocho.

QVæstio hæc dependet ab illa conclusione, vtrum si res aliqua sit sita intra fines alicuius castri, oppidi, aut ciuitatis, præsumatur de dominio directo domini d. castri, oppidi, aut ciuitatis an vero præsumatur allodialis, & libera, & pro resolutione dico,
1 quod præsumitur allodialis, nam quod dicitur dominos terrarum habere suam intentionem fundatam, quoad ea quæ in finibus dictarum terrarum sunt, iuxta cap. si diligenti cum ibi no. extra de præscript. c. fin. de officio Archidiaconi, ibi cum monasterium intra metas sui Archidiaconatus sit situm. Illud verum quoad iurisdictionem vt omnia contenta intra fines alicuius castri oppidi aut ciuitatis præsumantur esse
2 sub iurisdictione domini dicti castri oppidi, aut ciuitatis, vt notat Oldrad. consil. 176. in fin. Giud. Pap. sing. 661. Ripa in l. 1. num. 16. ff. de acquir. possess. & ibi Socin. senior. num. 25. Afflict. decis. 267. n. 4. Boer. sing. 44. versic. præsumptio n. 18. non tamen habent fundatam intentionem super dominio directo, neque vtili rerum singularium sitarum intra dictum castrum, oppidum, aut ciuitatem possessarum, ab alio quam à dominio castri, oppidi, aut ciuitatis: quinimo ipsæ res præsumuntur allodiales, vt notat Pan. in cap. si diligenti de præscript. Steph. Bart. consil. 66. transactio, quam anno domini n. 3. versic. venio ad tertium, & consil. 299. pro faciliori solutione n 2. lib. 3. Natta consil. 460. num. 12. Paul. de Castro consil. 169. in causa quam magnificus numero 5. lib. 1. idem Steph. Ber. consil. 15. li. 2. Ant. Gabr. de præsumptio. conclus. 9. Couar. in reg. peccatum par. 2. §. nono num. 8. de reg. iurisdictionis in 6. nouissimè Iacob. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 100. per totum, vbi hanc esse communem opinionem dicit, & ante eum Ludou. à Peguer. in repet. c. item ne super laudemio præludio. 1. num. 5. & 6. quod etiam procedit in principe quoad res intra fines regni sitas, & per priuatos possessas, vt notat Hostiens. in d. cap. nimis de iur. & ibi Abb. Ioan. And. in c. fin. de iudi. Ant. Gab. in d. conclusione nona num. 5. & nobilis Ludouic. à

Peguera

Peguera vbi supra, hinc est, quod cum nec Rex habeat fundatam suam intentionem quoad res possessas per Barones, aut alios intra suum regnum vt eas scilicet teneant ab eo, iure feudi, vt non possit
3 citare Barones, aut quemlibet alium, vt ostendat sibi iura, quæ habet in tali castro: quia talis citatio esset nulla, vt notat Bart. in l.1. C. de conduct. & procura. fisca. li.11. & Steph. Ber. d. consil.299. cum nemo titulum suæ possessionis ostendere cogatur l. cogi. C. de petit. hæred. etenim si haberet super dicto dominio directo suam intentionem fundatam, posset cogere d. Baronem ad dictum titulum ostendendum, ita Stephan. Ber. d. consil.299. num.1. Bal. in l.1. C. quomodo, & quando iud. Afflict. decis.265. nu. 87. & multi consonantes quos refert Guid. Pap. sing. 55. nam dispositio d. l. cogi limitatur, vt procedat in eo, qui prætendit proprietatem rei, cuius titulum, ostendi ab eo postulatur, secus autem in eo, qui præ-
4 tendit titulum suæ possessionis ostendere cogitur c. ordinarij de officio ordinarij lib.6. notat Ioan. Andr. in addit. Spe. tit. de feud. §. quoniam in principio Afflict. d. decis.265. num.87. Marquill. in viu. magnates versic. sed quæro nunquid dominus, vbi iura patriæ de prædictis loquentia sic intelligenda esse dicit, quod diximus, dominum Castri, oppidi, aut ciuitatis non habere intentionem suam fundatam quoad dominium directum, aut vtile rerum particularium sitarum intra fines castri, aut ciuitatis, est verum, si res illę possideantur per aliquem, secus si à nemine possideantur, quia
5 tunc, quoad dictarum rerum proprietatem, dicti castri esse præsumuntur, ita Menoch. in d. præsumpt. 106. per totum, & Ant. Gabr. de presump. conclusione
6 9. num.11. Item si maior pars rerum sitarum intra dictum Castrum, oppidum, vel ciuitatem teneantur sub dominio directo domini d. Castri, aut ciuitatis, dominus habet fundatam suam intentionem, aduersus omnes alias res sitas intra d. fines oppidi, aut ciuitatis per alios possessas, ita Afflict. decis.167. num.3. licet in fine contrarium decisum dicat, tamen puto, quod si maior pars dictarum rerum sint feudales, vel emphyteuticariæ, quod & cæteræ præsumantur per tex. in c.1. §. cum autem si de feu. defun. fuerit conten. & expressus in cap.1. in fin. de controuers. inter mas. & fœm. vbi hoc tenent glos. Andr. de Iser. Iacob. Aluar. & Affl. no. Natt. consilio 460. num. 6. & nouissimè Menoch. de præsumpt. lib.3. præsump. 101. num.11. qui multos refert.

RESOLVT. CCCCLXXXV.

1 *Gratia est nulla non expresso vero beneficij valore.*
2 *Debet exprimi valor non solum beneficij impetrandi, sed etiam impetratorum.*
3 *Quando valor beneficij est affirmatiuè expressus debet plenè probari, nec sufficit semiplena probatio.*
4 *Quando valor non est necessario exprimendus, & male exprimitur, gratia est nulla.*
5 *Regula de valore procedit etiam in prouisionibus, quæ fiunt per legatos extra curiam.*
6 *Regula de valore non comprehendit administratores cappellaniarum, seu Hospitalium.*
7 *Valor debet exprimi non prout antiquus, sed prout tempore expeditionis.*
8 *Valoris probatio fieri debet deductis oneribus.*
9 *In valore beneficij non computantur quotidianæ distributiones.*
10 *Valor debet probari attento loco beneficij, non loco gratiæ.*

Notatu digna super regula de exprimendo vero valore.

1 GRatia est nulla non expresso vero beneficij valore, & gratia exprimentis falsum est subreptitia. Rota in antiquis in decision. 336. incip. nota secundum opinionem Cappell. Tholos. in decis.435. Verall. in decis.25. num.2. lib.1. nisi sit in modico non expressus verus valor, vt dicit Menoch. in cons.316. volum.
2 4. & non solum beneficij impetrandi, sed aliorum impetratorum debet per impetrantem certus valor exprimi secundum communem valorem. Rota in nouis. in decis.392. incip. licet impetrans Marcus in decis. Delphinat. 1180. sub numer. 11. vol.1. imo quan-
3 do valor beneficij est affirmatiuè expressus debet plene probari nec sufficit semiplena probatio Blanchett. in decis. nouissim. Roman. 381. num.1. & 2. volum.1. imò etiam cum pensione exprimendus est Peregrin. decis. nouissim. 185. libr.3. volum.3. adeò quod in casi-
4 bus, quibus valor non est exprimendus, si exprimitur male, gratia est nulla Card. Crescent. in decis.8. num. 1. de rescript. & hodie etiam in gratia in forma pauperum exprimi debet, Crescent. in decisio.9. de rescriptis Rota diuers. in decis.32. parte 2. quæ quidem regula de exprimendo valore habet locum etiam in
5 prouisionibus, quæ fiunt per legatos, & extra curiam, vt refert illo præsente, & primum responsale dante, fuisse per Rotam decisum Gomes. in regula de valore quæst.2. vbi latè, & eiusdem decisionis meminit Marcell. Cardinal. Crescent. in decis.10. titul. de rescript.

Declara tamen, quod regulariter quis non tenetur exprimere valorem beneficij Rota in antiquis in decision. 202. incip. nota quod quis, & in dicta decis. 336. incip. nota secundum opinionem, sed si exprimitur debet esse verus, & ita procedunt conclusiones supra allegatæ.

Declara secundo, quod regula de valore non comprehendit administratores Cappellaniarum, siue hospitalium, vt post Ludouic. Gomes. in d. regula quæst. 4. voluit Lancellot. in decis. nouissim. Roman. 182. nu. 1. cum sequente. volum.1.

7 Declara valorem beneficij probari oportere, non vt antiquitus, sed vt est tempore prouisionis, & impetrationis, vt post Oldrad. in consil.58. voluit Verall. in decisione 330. n.1. lib.2. Viui. in decis.70. n.8.

8 Declara etiam valoris probationem fieri oportere deductis oneribus perpetuis impositis super fructibus beneficij, quia si fieret probatio absque oneribus esset insufficiens Verall. in decisione 328. num.1. lib.3. Mohedan. in decisione 148. Cardinal. Crescent. in decisione 2. titul. de probat. Cassador. in decisione 19. titul. de præbend. Lancell. in decisione nouissi. Roman. 189. num.2. volumine primo, ante eos Rota in antiquis in decisione 702. incip. die, quod si Papa idem Lancellott. in decisione 380. in fine parte prima, volumine primo.

9 Declara tertio in valore beneficij non computari quotidianas, & diarias distributiones, & similia ex Petro de Anchar. in clement. vnica num.42. de concess. præbend. Francisc. Cantuccius in decisione nouissim. Roman. 5. numero septimo, volumine secundo, ante eos Rota in antiquis in decisione 407. incip. nota non sufficit, & in decisione 766. incip. quæritur an conditione eadem Rota in nouis in decisione 134. incip. quando impetratur Verall. in decisione 65. numero tertio, libro primo, & post Petr. Rebuff. in concord. titul. de collat. §.1. in capitulo distributionem, idem Verall. in decisione 29. numero quarto, & quinto, libro secundo, Marc. Anton. Marsil. Archiepiscop. Salernitan. de Ecclesiasticorum reddituum origin. & iure capitulo vigesimo sexto, numero septimo, par.3.

Ioan.

Ioann. Copus de fructibus libro 4. tit. 3. cap. 4. Marc. in decisione 1180. in fin. vol. 1.

10 Declara quarto, valorem probari opportere attento loco beneficij non in loco gratiæ Alexand. in cons. 21. volumine secundo, in consil. 37. volumine quinto, Hyeronim. Ceuallos pract. opin. com. contra com. quæst. 733.

RESOLVT. CCCCLXXXVI.

1 *Vbi forma non potest præcisè adimpleri, tunc illa remittitur.*
2 *Quando constitutio inducit nouam formam, & illa de facto non potest obseruari, sufficit quod actus fiat eo modo quo prius poterat.*
3 *Episcopus, quando non adsunt examinatores synodales, vel sunt absentes, vel impediti, potest alios examinatores deputare.*
4 *Episcopus si non deputauit examinatores synodales in casu proposito, & labitur tempus sex mensium, collatio parochialis deuoluitur ad sedem Apostolicam.*
5 *Non dicitur iustum impedimentum, quod ex culpa propria procedit.*
6 *Tempus sex mensium statutum in constitutione Pij V. debet ad vnguem obseruari.*

Episcopus si eo tempore quo debet fieri prouisio beneficij parochialis per concursum non adsint examinatores Synodales an possit nouos deputare absque celebratione synodi.

SI contingat tempore, quo debet fieri prouisio per concursum, quod non adsint examinatores synodales, de quibus loquitur Sac. Conc. Trid. sess. 24. c. 18. de refor. an Episcopus non obstãte forma Concilij possit deputare nouos examinatores absq; celebratione synodi dicendum quod sic, vt fuit resolutum per Rotam in vna Placentina parochialis de Malpartida 29. Nouem. 1593. coram Litta, nam vbi forma à lege
1 inducta non potest præcisè adimpleri, tunc illa remittitur, Roman. consilio 433. n. 5. cum alijs adductis per Aym. cons. 177. num. 1. & Tiraq. ad leg. Connubial. gl. 6. num. 6. & 32. & 69. Rolan. cons. 81. n. 25. & sequente lib. 1. & cons. 43. num. 36. l. 2. & cons. 30. num. 13. l. 3. Alciat. in l. 1. num. 41. de lib. & posthum. Concilium. n. loquitur præsuppositio, quod examinatores Synodales existant, ergo cessante hoc præsuppositio cessat eius dispositio, l. mancipia. C. de seru. fugit. & ibi Fulgos. & Salyc. n. 3. Dec. cons. 201. n. 2. Ruin. cons. 83. n. 5. lib. 5.
2 Præterea benè facit, quia quando constitutio inducit nouam formam, & illa de facto non potest obseruari, velut quia non adsint personæ, vel qualitates requisitæ, sufficit, quod actus fiat eo modo, quo prius poterat c. quia propter, & ibi Abb. n. 12. de elect. idem Abb. post Io. And. cons. 27. n. 12. lib. 2. & in c. 1. n. 11. de elect. Aym. consil. 16. num. 2.
3 Quare Episcopus, qui aliàs absq; Synodali. examinatoribus non potest perficere examen, occurrẽte casu, quod dicti examinatores non extant, vel sunt absentes, aut impediti potest per se ipsum examinatores deputare, sicut ante concilium ei permissum erat, vt in capitul. accepimus, & ibi glos. in verbo examinari de ætate, & qualitate.

Ex quo infertur valdè notandum, quod si Episcopus
4 examinatores non deputauerit, & interim labatur tempus, intra quod prouisio per concursum fieri debet beneficium ad Sedem Apost. deuoluitur, vt fuit tentum in allegata Placẽtina parochialis neque enim ex sua negligentia debet Episcopus commodũ reportare, & negligentibus non subuenitur, sed necessitate rerum impeditis, l. non. n. negligentibus ff. ex quibus caus. maior. nã cum extra Synodũ posset examinatores deputare, vt dictum est, vel si eos non deputauit possit de negligentia imputari, quia erat in eius potestate Synodum intra sex menses perficere, sequitur, quod impedimentum, quod potuit adhibita diligẽtia remoueri eum non excusset l. sed & si per Prætorem §. hæc clausula vers. sed nec ad eos ff. ex quibus caus. maior. c. quia diuersitatem de concess. præben. vers. & hæc Bart. in l. quibus in prin. & ibi Soc. num. 3. de condit. & dem. Ruyn. cons. 15. num. 1. lib. 4. communem dicit Soc. iun. cons. 76. n. 79. & 80. lib. 1.

Et quamuis in Concilio adsit decretum irritans, tamen illud tanquam accessorium est intelligendum, secundum ea, quæ sunt disposita Put. decis. 309. nu. 2. & sequ. l. 1. Cassad. decis. 10. n. 4. super regulis, & sic nihil facit, quod Episcopus non possit ante celebrationem Synodi prouidere de Ecclesijs parochialibus propter defectum examinatorum Synodalium, quia satis est eum potuisse examinatores deputare, nec iustum di-
5 citur impedimentum, quod ex culpa propria procedit c. 1. de ætat. & qualit. Gemin. cons. 42. n. 12. & seq. & cons. 42. n. 1. & ex prædictis colligitur, quod locum sibi vendicat etiam si sex, vel pauciores dies fuerint elapsi post semestre præstitutum ordinarijs ad conferendum Ecclesias parochiales ex cõstitutione fel. rec. Pij V. quæ est in ordine 37. quia Rota in d. Placentina
6 parochialis dixit tempus constitutionis ad vnguem obseruari oportere l. scire oportet de excus. tutor. ibi consequẽs autem est not. Fel. in c. cum dilecta. n. 62. de rescript. Curt. Iun. cons. 66. n. 4, Ruin. cons. 144. n. 6. l. 4.

RESOLVT. CCCCLXXXVII.

1 *Capiens possessionem beneficij cum sola supplicatione, literis non expeditis amittit ius in beneficio, & de cætero est inhabilis ad illud obtinendum.*
2 *Allegans captam fuisse possessionem beneficij absque literis, debet illud probare.*
3 *Capiens poßessionem nullam, & inualidam, non incurrit pœnas extrauagantis Iulij Tertij.*
4 *Non procedit pœna extrauagantis Iulij Tertij, quãdo possessio est capta per procuratorem absque literis sine tamen mandato speciali.*
5 *Mandatum generale non sufficit ad faciendum, quod dominus incidat in pœnam.*
6 *Non incurritur pœna extrauagantis, quando non habetur relatio ad supplicationem.*

An capiens possessionem beneficij cum sola supplicatione signata literis suę prouisionis non expeditis amittat beneficium.

CApiens possessionem ex sola supplicatione signata, literis suæ prouisionis non expeditis, omne
1 ius, quod in beneficio habet amittit, & de cætero ad illud obtinendum inhabilis redditur iuxta constitutionem ẽditam à Iulio Papa 3. de qua mentionem facit Gigas in epit. de intrusis num. 28. Bursat. cons. 393. sub n. 23. Mandos. in regu. de non iudic. iuxta formam supplic. q. 4. num. 2. & esse in viridi obseruantia omnes sciunt, vnde licet antea possessio posset capi vigore solius supplicationis, vt fuit tentum pluries in Rota, per rationes Sarnen. in dict. regul. quæst. 1. & in vna Abulen. coram bo. me. Card. Sanctæ Crucis teste Puteo decis. 229. lib. 2. hodie tamen requiritur expeditio literarum, alioquin ingrediens dicitur intrusus, & nudus detentor, & contra eum fieri potest impetratio, vt fuit tẽtum in vna Virdunen. parochialis 24. Iun. 1586. coram Gypsio, quod locum habet etiam in Episcopis, vt per Modern. de resignat. benefic. lib. 10. q. 1. n. 23.

Declara primo, nam vt intret dicta cõstitutio, alle-
2 gans possessionem beneficij fuisse captam literis non expeditis debet id cõcludenter probare, quia est ma-

teria obiecta, vt Rota tenuit coram Card. Quiroga in vna canonicatus ciuitatis Castelli 20. Martij 1556. quam habes in manuscript. diuers. decis. 15.

Secundo declara, vt dicta constitutio non procedat vbi agitur de possessione canonicatus capta non capitulariter per prouisum literis adhuc non expeditis ea ratione, quia talis possessio est nulla, Cassad. decis. 8. de caus. poss. & propriet. Puteus decis. 20. libro 2.
3 ideo illam capiens non incidit in pœnam d. extrauagantis cap. non puto de regulis iur. in 6. & fuit tentum in d. causa ciuitatis Castelli.

Tertio declara, vt non procedat vbi agitur de pos-
5 sessione capta literis non expeditis per procuratorē non habentem speciale mandatum ad capiendam possessionem literis non expeditis, ea ratione, quia mandatum generale non sufficit ad faciendum id, per quod Dominus incidat in pœnam, Rota decis. 7. vt lite pend. in nouis, & fuit dictum in eadem canonicatus ciuitatis Castelli.

Quarto notabiliter declara non procedere quando
6 ex instrumento adeptę possessionis non constat fuisse in adeptione habitam relationem ad supplicationem, & potuisse capi ex alio titulo propter multiplicationem, quæ datur in beneficialibus, adnot. per Fely. in cap. in nostra num. 2. de rescript. tunc etiam dicta constitutio non intrat, vt fuit resolutum in vna Placentina Cappellanię 21. Maij 1601. coram Card. Pamphilio, vbi contra petentem manutentionem fiebat similis obiectio, & fuit responsum, vt supra, & ita fuit euitata dicta constitutio, quæ vti exorbitans strictè venit intelligenda iuxta decis. Paleot. 16.

RESOLVT. CCCCLXXXVIII.

1 *Dispositio cap. auaritiæ de elect. lib. 6. extenditur etiam ad præsentatos.*
2 *Procedit etiam dicta dispositio cap. auaritiæ in beneficijs simplicibus.*
3 *Ampliatur dictum capitul. auaritiæ, etiam si institutio sit nulla.*
5 *Ignorantia iuris dubij, & ambigui excusat.*

De pœna clerici ingerentis administrationi beneficij ante confirmationem.

IN pœnam priuationis incidit clericus, qui ante confirmationem se immiscuit administrationi beneficij text. est in cap. auaritiæ de elect. lib. 6. vbi communiter doctor.

Amplia, idem esse in præsentato, qui ante institutionem, administrationi beneficij se ingessit, nam licet tex. in d. cap. auaritiæ de elect. libro 6. loquatur in electo, & contineat pœnam priuationis quo casu non videtur extendendus ad præsentatum cap. in pœnis de reg. iur. lib. 6. leg. præses, & l. interpretatione ff. de pœn. nihilominus, quia decretalis illa est inducta ad reprimendam auaritiam, & temeritatem clericorum, & ad coadiuuandum ius antiquum, tanquam
1 fauorabilis extendi debet, vt habeat locum etiam in præsentato, vt ibi not. Gemin. col. 2. vers. nota bene, & Franc. num. 2. & ista est communis opinio Calder. cons. 8. de elect. Lap. alleg. 8. n. 4. qui etiam subdit, ita se habere communem obseruantiam, & ita fuisse pronunciatum, idem tradit Gem. in d. cap. auaritiæ col. vlt. vers. sed est dubium Franc. num. 2. versic. item habet locum Roch. de iure patronat. in verbo honorificum q. 39. Lamber. in eodem tract. quæst. 5. princip. in 2. par. lib. 2. artic. 11. Abb. in cap. qualiter n. 4. de elect. Butr. in c. nostris n. 7. eodē tit. hanc quoque sententiam tenet Gabr. cons. 199. num. 3. lib. 1. & eam Rota sępius fuit amplexa, vt testatur Sarnen. de trien. q. 5. vers. postremo num. 23. & adest decisio Crescent. 6. de iure patronat. & fuit resolutum in vna Vrgellen. Abbatiæ 19. Ianuarij 1582. coram Card. Seraphino, & deinde in vna Iuuenacen. beneficij 4. Februarij 1594. coram Cardinale Mantica.

Secundo amplia, vt pœna dictæ decretalis auaritię
2 locum habeat etiam respectu beneficiorum simplicium. Nam licet Gemin. ibi in fine, & Lamber. d. q. 5. art. 11. dicant illum tex. procedere solum in dignitatibus, & consequenter eum, qui ante confirmationem, seu institutionem se ingerit in simplicibus beneficijs, non primari ipso iure, sed esse locum d. cap. qualiter de elect. tamen contrarium est verius, quia cum decretalis illa sit fauorabilis, vt dixi, & eadem ratio in simplicibus quoque beneficij locum habeat, diuersum ius constitui non debet leg. illud ff. ad leg. aqui. l. a Titio de verb. oblig. & ita in specie post Archid. in d. c. auaritiæ col. 1. vers. nullus, & Franc. num. 2. vers. sed certè tenuit Rota in dicta Iuuenacen. beneficij, & probatur ex eo, quod c. qualiter procedit etiam in simplicibus, vt ipse Gem. fatetur, vnde cum sit communis opinio, quod ius antiquum d. c. qualiter, sit adiuuatum, & ampliatum non correctum per d. cap. auaritiæ, atque in omnibus casibus, in quibus olim necessaria erat sententia hodie illa sit superflua, vt notant Card. & Abb. in d. c. qualiter n. 4. Butr. in d. c. nosti n. 7. & Card. n. 1. de elect. sequitur, quod sicut olim d. c. qualiter procedebat in simplicibus, ita procedat hodie d. c. auaritiæ, & ita tentum apud Crescēt. d. decis. 6. de iure patronat. & consuluit Gabr. dict. cons. 199. n. 4. lib. 1.

Tertio amplia vt d. cap. auaritiæ procedat etiam si
3 institutio fuerit nulla ex defectu iurisdictionis, quia talis institutio non excusat præsentatum, qui se ingerit administrationi, quamuis incidat in pœnam dict. decretalis Card. cons. 31. n. 6. cum seq. Rom. consil. 330. n. 21. cum seq. Peregr. decis. 11. lib. 1. & tenuit Rota in dicta causa Iuuenacen. beneficij, ex quibus apparet dictum Mill. in suo repertor. in verb. pœna decretalis auaritiæ, vbi vult dictum c. non procedere quando quis nulliter est institutus, non esse verum, quia vt respondet Peregr. in d. decis. 11. id non habet locum quando nullitas oritur ex defectu iurisdictionis, sed citationis, quod sentit etiam Gabr. d. cons. 199. n. 5. qui loquitur de institutione facta à cap. quod non apparet habuisse ius instituendi.

Illud tamen est aduertendum, quod clericus excu-
4 satur à pœna dictę decretalis ex errore iuris ambigui, & obscuri, vbi talis error sit probabilis, & sic tenuit Rota in vna Casal. parochialis 30. Maij 1586. coram Robusterio, & in eadem causa 5. Nouembris 1595. coram Card. Seraphino, vbi clericus presentatus fuerat ad parochialem, & fuerat examinatus ab examinatoribus, & facta fuerat relatio quoad scientiam tantum, & non quo ad mores, & ætatem, vt requiritur à Sacro Conc. Trid. sess. 24. c. 18. & Episcopus eum instituerat, sicque post institutionem se ingesserat administrationi, dubitatum fuit, ex quo institutio erat nulla ob non seruatam formam dicti Concilij, an ipse incidisset in pœnam d. c. auaritiæ, & fuit resolutum, quod non quia potuit credere se fuisse ab examinatoribus approbatum in omnibus, ex quo ordinarius eum instituerat.

RESOLVT. CCCCLXXXIX.

1 *Ius patronatus ex fundatione, & dotatione quæritur.*
2 *Ius patronatus non spectat ad laicos, nisi ex gratia, & dispensatione.*
3 *Episcopus non potest nouum onus beneficio imponere.*

An Episcopus beneficium iuris patronatus ad suam liberam collationem deuolutum possit iterum in seruitutem patronatus subijcere alicui laico concedendo absq; assensu Apostolico.

PRo parte negatiua faciebant sequentia, primo, 1 quia ius patronatus ex fundatione, & dotatione quæritur, glos. in cap. piæ mentis 16. qu. 1. Bellam. in decis. 712. Franc. March. in decis. 275. & in casu proposito nulla istoria adest, ex quo laicus, cui fuerat concessum nihil egit; addebatur, iuspatronatum 2 ad laicos de iure communi non spectare, nisi ex mera dispensatione, Rota in decis. 556. in antiq. & in decis. 404. & in nouis unde generalis dispositio, non compræhendit ius patronatus laicorum, Puteus in decis. 308. item pro eadem opinione faciebat Episcopum non posse nouum onus in beneficio imponere, 3 ut probatur expresè in c. scientes, & c. innouamus de censibus, & ita refert fuisse per sacram Congregationem declaratum Caler. in eius Margarita casuum conscientiæ verb. beneficium.

RESOLVT. CCCCXC.

1 *Ecclesia debet ædificari cum consensu prælati.*
2 *In aliena parochia, etiam si consensus prælati accedat parochi consensus requiritur.*
3 *Ecclesiæ reparatio Episcopi consensum non requirit, secus si esset in totum diruta, vt num. 6.*
4 *Iudæis est licitum reædificare sinagogas combustas, vel in totum destructas absque licentia Episcopi si remaneat solum Area.*
5 *Prohibitus ædificare castra, non prohibetur reficere.*
6 *Castrum funditus destructum dicitur nouum, si reædificetur.*

An licentia Ordinarij, quæ requiritur in Erectione Cappellæ, seu Oratorij sit quoque necessaria si fuerit destructa, & est reædificanda.

1 IN ædificanda Ecclesia requiritur prælati inferioris consensus arg. cap. 1. cum simil. extra de religios. dom. §. sancimus auth. vt null. Fabric. orat. Guid. Pap. in decis. 360. Rota diuers. in decisio. 52. numero 4. volum. 2. Reusner. in decisio. 1. numero 32. lib. 4. Cathedralis autem requirit Papæ consensum, & non Episcopi Faber. in §. Religiosum institut. de rerum diuis. Franc. Marc. in decis. 1009. num. 4. vol. 1. sed si 2 in Parochia esset Ecclesia, & vellet alia ædificari, & si accederet Episcopi, aut Prælati consensus id fieri nequit absque parochi etiam consensu, ne iuribus suę parochialis Ecclesiæ præiudicium fiat, vt argumen. cap. dilectus de appell. Monach. & aliorum iurium voluit Guid. Papæ in decis. Grationop. 361. Crescent. in decis. 1. num. 2. de oper. noui nunc. dicens præstari cautionem de demoliendo, & quod interim non consecretur pendente lite, adde Francisc. Marc. in decis. 1014. num. 3. volum. 1. licet in reparatione Ecclesiæ 3 Episcopi, vel prælati consensus non requiratur glos. in cap. de Monachis 18. quæst. 2. vbi allegat text. in cap. si quis vult 16. quem sequitur Reusner. d. decis. 1. sub numero 32. lib. 4. quando Cappella non est funditus destructa, vel alias materia penitus abolita, & sic intelligendus est Ang. in Auth. de non alienand. §. hoc ita ad finem collat. 2. quem citat Benedict. de Vadis in addit. ad Felynum in repet. in verbo sinagoga, vbi 4 dicit posse concludi, quod Iudæis sit licitum reædificare sinagogas combustas, vel in totum destructas absque licentia Episcopi cum remaneat solum, & Area quasi remanentibus vestigijs prioris, ædificij res non dicatur noua, quamuis esset in totum, & funditus destructa Decius in l. domum suam numero 3. de regul. iur. vnde etiam prohibitus ædificare castra non 5 prohibetur reficere Bald. & Angel. in l. 1. §. ædificare de mort. inferendo, quos citat Felyn. in cap. cum accessissent num. 33. de constit. cum alijs per Boer. in d. decis. 44. num. 4. Ias. in l. ex hoc iure num. 17. ff. de iustitia, & iure, vbi quod licitum est reficere muros fortalitij, seu villæ absque licentia superioris, glossa, & Bart. in l. sacra loca 1. §. muros de rerum diuisione, & illud quod diximus, vt in reparatione Ecclesiæ non requiratur Ordinarij licentia non procedit quãdo cappella fuerit funditus destructa, nam tunc requiritur licentia Ordinarij ex eo, quod quando ca- 6 strum est in totum, & funditus destructum, vel alias materia penitus abolita, tunc dicitur castrum nouum si reædificaretur, ideo non licebit illud reædificare absque Ordinarij licentia, & taliter ædificanti potest nunciari nouum opus, quoniam refectio antiquam non sustinet, sed cappellam nouam facit Boer. in decisione 44. numero 5. vbi complures allegat attestando sic fuisse decisum contra Dominum, qui volebat in Area Castrum ædificare Alber. qui ita etiam attestatur in l. 1. §. si quis ædificium ff. de nou. oper. nunciat. & in leg. inter stipulantem §. sacram de verb. obligat. Fely. in cap. consuluit in 2. notab. de iudæis, & in cap. cum accessissent colum. pen. in princip. vers. hæc, & similia limita num. 33. de constitut. Ias. in leg. 1. §. si quis ædificium de noui oper. nunciat. & in leg. quominus col. pen. num. 181. de Flumin. vbi per plura in simili adducit.

PRAXIS VARIARVM CRIMINALIVM.

RESOLVT. CCCCXCI.

1 *Accusatione pendẽte non potest quis ad officiũ promoueri.*
2 *Accusatus de aliquo crimine ob calumniam ita vt apud probos viros non sit diffamatus, non impeditur à promotione.*
3 *Stante mala fama accusatoris, reiici debet accusatio calumniosa.*
4 *Infamia canonica aboletur per pœnitentiam, vel purgationem canonicam.*
5 *Infamia facti tollitur per factum contrarium.*
6 *Infamia iuris tollitur abolitione criminis.*

Accusatus de aliquo crimine an possit interim obtinere beneficium.

VT regulariter accusatus, seu denunciatus de aliquo crimine non possit promoueri ad officium, 1 vel dignitatem denunciatione, seu accusatione pendente habetur in leg. reus ff. de muner. & honor. cap. omnipotens Deus, vbi omnes de accusat. Fely. Rom. Selu. Nauar. & alij quos probant Garz. cap. 8. num. 6. & seq. Azor. libro 6. cap. 7. num. 94. & alij infra citandi, nam dicitur eius fama in aliquo diminuta, donec appareat veritas rei, & proinde non debet interim promoueri.

2 Attamen si per calumniam, vel aliam causam iniquam esset aliquis accusatus, siue denunciatus de aliquo crimine, de quo non esset diffamatus apud bonos, & graues homines accusatio, siue denunciatio non impedit promotionem, quia dicitur facta dolosè, & per calumniam, ita Hostien. Io. Andreas, & alij in cap. meminimus de accusation. Rom. Selu. Nauar. Rodriquez & alii quos sequitur Garz. d. cap. 8. num. 7. & seq. idem Rodriquez tom. 2. quæstio. regular. q. 51. art. 11. ad primum cons. & q. 56. art. 1. Nauar. lib. 5. consiliorum tit. de accusation. cons. 2. & alii plures, itaque cauti debent esse electores, & iudices

benè prospiciendo qualitates accusati, seu denunciati, nam si penes bonos, & graues uiros habeatur
3 pro viro probo, reijci debet accusatio, præcipuè stante mala fama accusatoris, quod eo magis attendere debent, quando huiusmodi denunciationes, vel accusationes fierent, ne aliquis superior confirmaretur in dignitate, siue officio, & superior penes bonos viros non esset diffamatus, ita Hostien. & Io. Andr. in dicto capitul. meminimus de accusation. & omnes alij desuper citati, & ita pluries obseruatum vidi, quæ omnia notanda sunt, quia frequentiora: item aduertendum, vt habetur in cap. fin. de sent. excom. in 6. & per Federic. de Senis, Gemin. & alios quos probant Tusc. in verb. infamia conclu. 115. Azor. dicto cap. 7. quæst. 3. & plures alij recentiores, quod infa-
4 mia canonica proueniens ex peccato mortali abolet per penitentiam, vel per purgationem canonicam, nempe per iuramentum tale crimen non commisisse, & alij compurgatores iurant se credere illum iurare veritatem, vt habetur in cap. 1. & in c. quoties de purgat. canon.

5 Infamia facti tollitur per factum contrarium, nempe per emendationem ipsius delinquentis, infamia
6 verò iuris tollitur abolitione criminis, nempe si ab eodem iudice, vel eius superiore sit declaratus innocens, si etiam per restitutionem summi Pontificis, cuius est habilitare infames ad dignitates, & beneficia Ecclesiastica, & sic de alijs superioribus Ecclesiasticis, vt est capitulum generale quoad religiosos.

RESOLVT. CCCCXCII.

1 *Fiscus de consuetudine non appellat.*
2 *De consuetudine notoria, iudex potest in camera se informare extraiudicialiter.*
3 *Stilus Romanæ curiæ facit ius quoad omnes.*
4 *Fiscus appellat non solum à liberatione, sed à modicitate pœnæ.*
5 *Si reus appellat, ipso iure fiscus intelligitur adhærere.*
6 *In prouincijs status Ecclesiastici, legati discutiunt num sit admittenda, vel non admittenda fisci appellatio.*
7 *In Regno Neapolitano fiscus potest habere recursum contra sententiam liberatoriam, si constat de notoria iustitia.*
8 *Iudex seruare debet ordinem narratorum.*
9 *Fiscus non admittitur ad restitutionem in integrum.*

An fiscus in criminalibus appellet.

1 DE consuetudine totius Italiæ prohibetur fiscus appellationem interponere, vt testatur Iosephus Ludouic. decis. Lucens. 1. numro 47. & refert Roman. in quæst. 101. numero 32. & de consuetudine Mediolani Clar. quæst. 46. numero 2. & de consuetudine Regni Neapolis Grammat. decis. 14. circa fin. & Baiar. quæst. 94. numero 32. vbi adducit tit. 258. Vinc. de Franch. decis. 148. num..... parte 1. decisio 467. num. 6. par. 3. Marchesan. in tract. de commiss. par. 2. in commiss. appell. cap. 2. num. 75. Scac. de appellat. lib. 3. cap. 2. quæst. 17. lim. 49. numero primo, & seq. vbi subdit, quod de tali consuetudine
2 tanquam notoria iudex potest ex se ipso in camera extraiudicialiter se informare, & quod in Curia Romana de laudabili consuetudine fiscus non appellet per Bullam Pij V. constit. 74. versicul. minus etiam Macerat. dict. resolut. 41. n. 2. vbi firmat talem consuetudinem Curiæ Romanæ vbique locorum esse obseruandam tanquam omnium Magistratũ, cum Sty-
3 lus Romanæ Curiæ faciat ius quoad inferiores Grauat. ad Vestr. lib. 5. cap. 3. num. 5. & talis consuetudo procedit in omnibus decretis fisco præiudicialibus, vt pura si diceretur inquisitum esse remittendũ ad suum domicilium, fiscus non appellet, & etiam si absolueretur ab obseruatione iudicij propter peremptam instantiam, vt est latè videre per Scacc. de appellat. dict. limit. 49. numer. 5. & seq. Ac etiam si accusator appellauit qui si deinde desistit ab accusatione, illius appellatio non suffragetur fisco, qui de consuetudine appellare non potest, vt fuit decisum per cons. Neapolit. teste Vincent. de Franch. decis. 685. per totam par. 4.

Ceterum supradictis minimè suffragantibus contrarium fuit resolutum in curia Archiepiscopali cum secundum iuris dispositionem fisco permittatur appellare, l. illud la 2. ff. de app. Gram. decis. 14. num. 2. Gabr. cõcl. 14. per not. lib. 7. Ioseph. Ludou. Dec. Luc. 1. n. 41. Baiar. quæst. 94. sub num. 32. Pereg. de iur. fisci lib. 7. tit. 4. sub num. 1. Prax. Archiepis. Neapolit. cap. 38. per tot. vbi testatur, ita pluries fuisse obseruatum in illa Curia Archiepiscopali, & post longam disputationem etiam in curia fuisse resolutum, & non
4 solum à tali liberatione, sed etiam à modicitate pœnæ, Gram. d. decis. 14. num. 2. Baiard. quæst. 57. n. 23. & quæst. 94. n. 27. Caualcan. de Brach. reg. par. 4. num. 286. & in tantum est verum, quod si reus ap-
5 pellet, ipso iure fiscus intelligitur adhærere, ita vt possit sententia contra reum reformari in peius, vt post Franch. decis. 148. num. 1. par. 1. firmat. Baiard. quæst. 94. num. 32. vers. sed quando Mar. Ant. Macerat. var. resol. lib. 3. resol. 41. n. 2. idem Franch. decis. 467. nu. 6. & seq. vbi tamen subdit, quod Pragmatica Regni non procedat, vbi adesset pars, quæ querelam exposuit, & non appellasset, & per bullam super reformatione tribunalium constitut. 85. versic. cum ad signaturam, statutum fuit fiscum posse appellare, ideo hodie seruatur in curia, vt citato reo absoluto signatura arbitretur, an appellatio fisci sit, vel non sit admittenda, prout etiam dicit Modern. Roman. dicta quæst. 101. num. 32. Baiard. quæstione nonagesima quarta, numero 23. seq. & idem dicit
6 seruari in Prouincijs status Ecclesiastici, vt legati, vel alij superiores videant an sit admittenda appellatio fisci, vel reijcienda, Ioseph. Ludou. dicta decision. Lucen. 1. numero 40. sequent. latè Scacc. de appellat. dict. q. 17. limit. 39. num. 10. & Vinc. de Franch. decis. 148. par. 1. vbi quærit an possit saltem fiscus petere recursum à sententia liberatoria, & relatis opinionibus contrarijs concludit, quod in illo Regno inspiciatur grauamen, & si fuerit notoriè iniustum fi-
7 sco concedatur recursus, vel supplicatio, aliàs secus, & ita censuit etiam curia Archiepiscopalis, sed licet fiscus admitteretur ad appellationem iuxta resolutionem signaturæ, tamen prosequi non posset appellationem si daretur instigator secretus, vel apertus nisi præstiterit dictus instigator, cautionem de reficiendo expensas etiam vlterioris instantiæ vigore dictæ Bullæ Pij V. constitution. 85. vers. non prosequatur, Farinac. d. quæst. 101. numero 32. Baiard. d. quæst. 94. num. 24. & ita passim obseruatur, absque aliqua contradictione: Scacc. d. limit. 49. num. 11. & sub num. 12. dicit dummodo petatur à parte, alias non teneretur dare dictam cautionem, & quotidie scribitur per signaturam, vt dicta cautio sit præstanda tunc talis fideiussio erit præstanda per instigatorem absque alia interpellatione, vel requisitione facta à iudice, vel ab inquisito cum ita de forma censeatur rescriptum à signatura, & iudex debeat seruare ordinem narra-
8 torum, & omnia adimplere prout sunt descripta per text. in c. cum dilecta de rescr. ubi Abb. n. 4. firmat, quod ille tex. quotidie ad hoc allegatur, sed an fiscus si non possit appellare, saltim possit petere restitutionem in integrum conclusio est negatiua, vt minimè
9 admittatur ad restitutionem, de qua opinione latè dixi in dicta conclusione trigesima, numero 25. usque

ad

ad fin. conclusionis, & vide Farinac. q.101. n.35.seq. nec minus petere recursum, vt est videre latè per Vinc. de Franc.d. decis. 148.nec potest fiscus se tueri si appellatio fuerit interposita per accusatorem,si deinde ipse accusator renunciauerit appellationi,vt profit illius appellatio eidem fisco Franch.d. decis. 658.

RESOLVT. CCCCXCIII.

1 *Pater, & filius pro vnica persona reputantur, & ita filius infamis etiam incapax sacrorum ordinum videtur.*

2 *Pater mortuus viuere quodammodo dicitur,cum conseruetur in filio, cuius propago ad omnes eius nepotes, & descendentes extenditur, cum sit quædam sanguinis continuatio.*

3 *Pater, & filius propter coniunctionem, quam habent ex iuris fictione vnum videntur habere patrimonium.*

4 *Filius in bonis patris dicitur quasi dominus, ita vt possessio promiscua dicatur.*

5 *Filius cum patre vnum caput faciunt, & pro vno reputantur in oneribus etiam subeundis vniuersitatis.*

6 *Infamia patris de iure non nocet filio, quia pœna patris non transit ad filium.*

7 *Confessio patris, quod nec ipse, neque familia sua gauisa fuit aliquo sedili non nocuit filijs.*

8 *Vilitas, & infamia patris nocet filio, quando de iure ita expressum est, vt est de hæresi.*

An filius infamis prohibeatur ad sacros ordines ascendere.

SVpposita illa conclusione pro verissima infamem esse incapacem sacrorum ordinum, vt probat expresse in cap. infames 7. quæst. prima, fuit dubitatum apud me in quadam causa an istud procederent etiam in filio infamis, & prima consideratione videtur dicendum, quod sic, propter repræsentationem vnius eiusdemque personæ filij in patre, & è contra, latè per Bald. in consilio 129. volum. 1. pater enim, & filius ita sunt naturæ lege coniuncti; quod pro vni-
1 ca persona reputantur leg.fin.Cod. de impub. & alijs substit. adeo, quod vbi vnus est alter esse videtur, c. cum contra dicimus §. authoritate 35. q. 3. vnde filius vocatur sanguis patris l. 4. ff. de inoffic. test. & vox patris dicitur vox filij, & è contra §. ei qui instit. de inutil. imo filius censetur portio viscerum patris l. cum scimus,cum ibi notat per Luc.de pen.C.de agricol. & censit. lib.11.licet enim verè sit nouus homo, propter animam, quæ non est eadem cum anima patris, nihilominus caro paterna non dicitur omnino extincta, sed potius aucta, & propagata, vt pluribus authoritatibus, & exemplis probat Gug. de Benedictis in red. cap. Raynutius de testam. in vers. mortuo itaque testatore in 2. parte num. 31. & quamuis
2 pater sit defunctus, caro tamen ipsius conseruatur, & viuit in filio eiusque propago extenditur ad omnes eius nepotes, & descendentes, adeo quod nepos dicitur quodammodo natus ex corpore aui.l. Lucius Titius, qui fratrem ff. de hær.instit. est enim quædam sanguinis continuatio inter auum, & nepotem, quæ facit vnum corpus, vt inquit Alexand. Rauden. in resp. 24. num. 42. vol. 2.post Paul.de Castr. in consil. 164. numero 3. & seq. vol. 2. Plaz. in epitom. delict. lib.1. cap.22.numero 10.& adeo est coniunctio inter
3 patrem, & filium, vt ex iuris fictione censeatur vna, & eadem persona l. fi.Cod.de impub. & alijs substit. vnde eadem quoque coniunctio operatur, quod vnicum quodammodo,videantur habere patrimonium,
4 & filius in vita patris dicitur quasi dominus in bonis illius, ita quod promiscua est possessio patris, & filij, & quod ab vno possidetur censetur ab alio possideri;

vt dicit Bald. in l. 2. in fine C.de legit. hæred. & ideo æstimum patris prodest filio etiam seorsum habitati, vt inquit idem Bal. in leg. prætor. §. sed, & filius ff. de edend.& in l.1. §. Domini ff. ad Syllan.& in c. quæ in Ecclesiarum in fi. de constit. & refert Gugliel. de Bened. in repet. c. Raynutius de testam. in vers.mortuo itaque testatore in 2. par. num. 45. & Ioan. Ant. de Nig. in cap. regni porrecta n. 105. hinc est,quod si adsit statutum, quod nemo possit esse de antianis nisi alibratus sit in appretio vniuersitatis in mille, & pater multorum filiorũ habeat bona alibrata ducatorum mille, donec pater viuit illud appretium prodest omnibus filijs insolidum, vt pulchrè dixit Ias. in leg. filius paciscendo numero 3.Cod. de pact.& plenius in l. sciendum. num. 25. cum seq. ff. qui satisd. cog. pa-
5 ter enim cum filijs pro uno capite reputãtur secundũ Bal. in l.etiam n.15.C.de exeq.re iud.& domus habitationis patris censetur domus habitationis filij, ut dicit gl.fing.in l.2.C.qui ætat.lib.10.quam refert Bal. in l. 1.§. illud. num. 2. C. commun. de manumiss. & Ias. in l. sciendum num. 28. ff. qui satisd. cog.

Contrarium tamen de iure verius existimaui ex eo,
6 quod infamia patris non nocet filio l. filiam ff. de senatoribus,sicut pœna patris non transit ad filium l.crimen ff.de pœn. Natta cons. 557. sicut vile ministerium patris non nocet filio quoad nobilitatem. Anna consil. 80. vol. 1.sicut Mercatura patris non nocet filijs Caballin. Milleloquio 794. par. 2. hinc in nostro S.C. fuit decisum non nocuisse filijs patris confessio-
7 nem, qua declarabat se, suamque familiam in aliquo ex quinque sedilibus huius ciuitatis gauisum non fuisse, quia filij ipsius confitentis fuerunt ad honores sedilis Capuani reintegrati in causa illorum de Acciapaccia in anno 1577. si male non recordor. Vnde Molfes. in summa c. 16. num. 26. dixit, per hæc verba, quod attinet ad filios personæ uilis, & infamis regulariter non sunt prohibiti suscipere ordines, nisi in casibus ubi de iure reputarentur uiles, & infames ex paterno delicto,ut euenit in hæresi,& ideo licet pater histrio, mimus, macellator, & sic de alijs non posset promoueri ad ordines,quia est uilis persona ob ignominiosam artem quam exercet: filij tamen possent
8 ad ordines promoueri; ex quo uilitas,seu infamia patris non nocet filijs in ordine ad Ecclesiastica munera nisi sic de iure inueniatur expressum, glos. in c. quoniam uerus in uerb. inuidia 24. q.1. & alij quos proban. Suar. d.disput.48. sect. 3. Regin. d.tract.2.num. 198. ut alios reticeam.

RESOLVT. CCCCXCIV.

1 *Ad incurrendam pœnam legis requiritur quod sit secutus effectus.*

2 *Stante statuto quod si quis voluerit aliquem venenare capite puniatur non habet locum in eo qui præparauit venenum, & delictum non fuit consummatum.*

3 *Verbum, voluerit, intelligitur cum effectu.*

4 *Statuta punientia delicta, intelliguntur de consumatis.*

5 *Statuta debent intelligi in casu vero, & non ficto.*

6 *Non punitur conatus non sequuto effectu, de generali consuetudine.*

7 *Lex quãtumcunque dura vbi clare loquitur est sequenda.*

8 *Verba statuti sunt propriè intelligenda vbinõ est absonus intellectus.*

9 *Quando sumus in atrocissimis, punitur conatus.*

An incidat in Pœnas Bullæ Gregorij XIV. qui conatus fuit extrahere Reum ab Ecclesia effectu non sequuto.

AD propositum dubium Respondi negatiuè consultus à D. Vicario ciuitatis. N. ex glos.not.per

illum tex. in l. fi. ff. de rer. diuis. quæ verba ibi posita, s. muros transcendere voluerit, interpretatur, & intelligit, quod re ipsa transcenderit muros, & Bar. ibi per illam gl. infert ad statutum, quo cauetur quod si quis
1 voluerit aliquam mulierem corrumpere capite puniatur. Nam intelligitur quod cum effectu illam corruperit, & ex hoc d. Bar. infert, Fran. de Crem. in
2 suo not. 49. defensani semel quod stante statuto, quod si quis voluerit aliquè venenare capite puniatur, quod tale statutum non haberet locum in illo, qui præparauerat venenum, si delictum non fuit consummatũ;
3 quia verbum illud, voluerit, intelligitur de re ipsa, quod fecerit, & pro tali expositione etiam est glos. in l. 1. in verbo voluerit ff. de leg. 2. & illum not. ibi Alex. in fi. post Paul. de Castr. & ad idem glos. in leg. fi. in princip. Cod. de condit. infer. in vers. voluerit, quam exponit voluerit idest elegerit, & in l. si constituerit in vers. voluisse ff. si reg. & in leg. quod si ab initio ff. si cer. pet. & in cap. si diligenti in verbo purgare de foro compet. & not. Bal. Ang. & Imo. in leg. si quis Sempronium. ff. de hæred. instit.

4 Facit etiam ad hoc, quod statuta punientia delicta, intelliguntur de consumatis iuxta doctrinam Bar. & omnium in leg. 1. ad leg. Corn. de Sicar. & sta-
5 tuta debent intelligi in casu vero, & non ficto, leg. 3. & ibi Bald. §. hæc verba de neg. gest. leg. quicquid de verb. obligat. §. & sine ista, voluntas venenandi etiam si processit ad actum propinquũ dicitur ficta, vnde non potest puniri per statutum, quia requirit factum verum, & consumatum, pro vt in simili consuluit Bal. in cons. 356. incip. statuto Placentiæ in 1. vol. vbi vult quod stante statuto Placentiæ, quod quisquis nixus fuerit adulterium committere decapitetur, quod si quis tentauerit, & non potuit adimpleri quod non sit decapitandus, sed quod puniatur illa pœna pecuniaria per notat. per Cyn. & doct. in leg. 15, qui cum telo ad leg. Cornel. de Sicar.

6 Tertio facit, quia per consuetudinem totius mundi est derogatum omnibus legibus disponentibus conatum punire, vt vult Specul. in tit. de accus. in §. 1. quem sequitur Bal. in cons. 361. in 1. vol. incip. quidam rumor, & Alex. in cons. 15. in 1. vol. 2. col. Ang. & Mod. in l. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisq; iur. Fely. in tract. quando conatus puniatur in 3. col. Ang. in tract. malefic. in vers. ex interuallo Bertac. in suo repert. in vers. venenatio, vbi dicit se pluries iudicasse Romæ Bart. latissimè in cons. 33. in 2. vol. & hæc est communis opinio, prout ipse dicit, & sic videtur, quod benè iudicauerit Franc. de Crem. exponendo venenauerit, idest re ipsa fecerit, & mors sequuta est: his tamen non obstantibus credo opin. D. Philip. veram, per ea quæ ipse subtiliter dicit.

Nam negari non potest, quod voluntas sit separata ab ipso facto text. c. 1. hic per eum alleg. vbi glos. in vers. voluntatem alleg. plures concor. latè Card. in clem. 1. de vsur. in 3. q. sed vbi processum est ad actum exteriorem efficitur punibilis, vt not. dicit Bal. in leg. non ideo minus C. de accus. 7. col. dicens, quod etiam in atrocissimis voluntas, seu ordinatio ad deliquẽdum non punitur, nisi processum sit ad aliquem ordinatum de præsenti ad ipsum factum, quo casu venit puniendа, sic ergo in presenti casu.

Secundo vbi quis est impeditus impedimento facti, vt quia fuit detectus non venit puniendus conatus, vt uolunt DD. maximè Card. in dicto cap. 1. de eo qui mit. in pos.

Tertio statutum loquitur clarè, & expressè puniẽdo ipsam uoluntatem ergo debemus sequi illud, quia
7 lex, uel statutum quantumcunque durum & rigorosum sit, vbi clarè loquitur est sequendum leg. prospexit ff. qui & a quibus.

8 Quarto uerba staruti sunt intelligenda propriè vbi absonus intellectus non sequitur, ut in leg. 3. §. hęc verba, & ibi Bart. fi. de neg. gest. ita in casu isto cum clarè constet voluntatem statuentium velle punire ipsam voluntatem delinquendi propter atrocitatem delicti, vt in l. 1. C. de malefic. vbi glos. Salyc. & Io. Fab. & Ang. post glos. in §. alia inst. de publ. iud. Bal. in suo cons. 164. in 3. vol. vbi appellat. istud delictum grauissimum dicens, quod committens tale delictum proditor, & homicida nuncupatur, ergo est grauissimum, quare non punietur eius conatus, sicut in alijs etiam hodie vt in crimine læsæ maiestatis, & in assassinamento, vt vult ipse Bal. & Ang. post glos. ibi in d. §. hæc verba, & magis latè Ludouic. Bolog. in suo consilio 8. in 3. col. vers. quo assassinamento.

Quinto facit dictum cons. Bal. 356. vbi vult quod si ibi probatum esset quod ille, qui tentauit committere adulterium fecisset quicquid potuerit, & per eum non steterit, quod veniret puniendus tamen quia ibi non perseuerauit, quia pœnituit, non venit puniendus.

Ad contraria supra adducta respondeo, quod nos loquimur vbi statutum clarè vult punire conatum, quja tunc non potest dici casus fictus immò verus, quia ipsa voluntas delinquendi vera est nec etiam cõsumatum, quia satis est consumatum illud, quod punit statutum.

Nec etiã obstat opinio communis, quę habet quod generali consuetudine est hodie derogatum omnibus legibus punientibus conatum, quia illa non extendi-
9 tur ad atrocissima delicta, vt supra dictum est, nec etiam obstat d.c. consulere quia respondet, prout ad l. fi. de rer. diuis. est bene verum, quod in iudicando esset durum recedere a prima opinione, quam sequũtur omnes, de quo vide ibi per Dom. Philip. allegat. maximè Bar. vnum tamen dico, quod si casus eueniret vbi esset in practica talis species delicti prout est Romę, quod iudicarem contra communem.

RESOLVT. CCCCXCV.

1 *Delinquentes gaudent immunitate Ecclesiastica.*
2 *Hæretici propter crimen hæresis non gaudent Ecclesiastica immunitate.*
3 *Impetratio beneficiorum, vel dignitatum facta ab hæretico est nulla.*

Hęretici an gaudeant immunitate Ecclesiæ.

1 IMmunitate Ecclesiarum delinquentes gaudent, vt ab Ecclesijs propter sua delicta non extrahantur c. diffiniuit 17. quæst. 4. leg. 2. & l. presenti Cod. de his qui ad Eccles. confugi. l. 2. tit. 11. par. 1. l. 3. tit. 5. lib. 1. fori. ll. & habetur in Exodo cap. 21. ibidem constituam tibi locum, in quo fugere debeas, & filijs Israel delinquentibus sex ciuitates ad eorum refugium fuerunt constitutæ, vt habetur Iosue cap. 20. & Deuter. cap. 19. sed quare Ioab fugiens ad Ecclesiam non euasit mortem vt 3. Regnum cap. 2. nam vt ibi apparet duos interfecit Iudæos per insidias, videlicet Abner & Amasan tales autem homicidas, per insidias non tuetur Ecclesia, vt in dicto cap. 21. in Exodo, & capitul. 1. de homicidio, & olim nefas erat quemquam à Deorum templis extrahere, ideo prouerbium est ad aram confugisti, vel ad Asylum, quod erat tem-
2 plum Dianæ, sed hæretici hac Ecclesiarum immunitate non gaudent propter suum crimen hæresis leg. 1. Cod. de his qui ad Eccles. confugi. Archid. in cap. vt inquisitionis in fin. de hæret. lib. 6. Oldrad. consil. 64. an fugiens num. 3. Abb. in c. inter alia num. 23. de immunit. Eccles. Sylvestr. in verbo immunitas 3. quæst. 3. Gundis de Villa de hæret. quæst. 11. num. 15. Hyppol. in l. ex Senatus consulto num. 10. ff. de Sicarijs

tijs Nicol. Boerius decis.110. Couarr.libro 2.resolut. cap. 20. num. 11. Iaco. Sept. in instit. Cathol. cap. 45.num.21.quia si delinquens in Ecclesia hac immunitate priuatur c. fin.de immunitate Eccles. a fortiori hæreticus qui contra Ecclesiam vniuersalem delinquit, gaudere non debet, alias verò personas, quæ ab Ecclesijs possunt extrahi, refert glos. & doct.in dicto cap. inter alia,& l.pen. & fin.titul. 11. par.1.& Nicol. Boerius, & Couar. in locis retro citatis, & nota incidenter hic quod impetratio beneficiorum, vel dignitatum ad preces hæreticorum est nulla capitul. 2. §. ad hęc de hær. lib.6. cap.Felicis de pœnis eod. libro alias regulariter nihil refert à quo sit impetratum dummodo à principe sit concessum, vt his verbis inquit l. vniuersis C. de princib. Impera.offeren. neque hæreticus rescriptũ aliquod poterit impetrare Specul. de rescriptis §. 5. Ludou. Carrer. de hære. §. de pœnis num. 21.

3

RESOLVT. CCCCXCVI.

1 *Cognitio de habitu clericali est remittenda Iudici Ecclesiastico.*

2 *Reprobatur opinio Guid. Papa in decis. 138.*

3 *Si clericus dicit se ferre habitum, & tonsuram, attamen denudato capite ante iudicem sæcularem, contrarium reperitur, potest denegari remissio ad iudicem Ecclesiasticum tanquam calumniosa.*

An cognitio habitus Clericalis sit rimittenda iudici Ecclesiastico.

QVæro an controuersia super habitu Clericali scilicet si habitus sit,vel non sit clericalis pertineat ad iudicem sæcularem, an verò sit remittenda iudici
1 Ecclesiastico, & respondetur debere remitti ad Ecclesiasticum, vt tenent Gemin. in capitul.1. in fin. 1. colum. de clericis coniugatis, & in cap. iudex laicus col. 3. de sententia excommunicationis Card.in Clemen. 2. q. 8. de vita, & honest. Clericorum, & in conf. 41. num. 3. Bald. in conf. 117. num. 9. vol. 3. Alex. in conf. 8. num. 5. vol. 1. Auffrer,in repet. Cle. 1. Fall. 20. de officio ordinarij Mascard. de probat. conf. 698. num.8.post. de Franch. in decis. 189.num. 6. par. 1. Ant. de Ballis lib. 5. variar. iuris tract. fol. 20.21. Boer. in decis. 69. num. 16.

2 Quidquid dixerit Guid. Papa in decisio. 138. qui voluit quod dispositio cap.iudex laicus de sententia excommunicationis libro 6. locum sibi non vendicet in habitu, quia cognoscere de habitu spectet ad iudicem sęcularem, non autem Ecclesiasticum, quę doctrina procedere tantum poterit quando dubitatio est an is qui non incedit in habitu clericali, sed prætendit se clericum, & dubitatur an sit talis, quod autem dicta habitus cognitio spectet ad Ecclesiasticum probatur.

Primo quia habitus est quid accessorium ad clericatum qui est res spiritualis, quare iudex Ecclesiasticus non sæcularis,argumento text.in cap.accessorium de regulis iuris, & tenent Gemin. loco citato.

Secundo ex authoritate Rotæ in decis. 3. de sententia excommunicationis in nouis, vbi per optimè hoc idem probatur.

Limitarem tamen vbi reuocaretur in dubium id quod statim potest probari, vt de tonsura, quæ potest statim videri ad oculum deposito bireto, vt si aliquis allegaret se clericum propter habitum,& ton-
3 suram,si iudex sæcularis statim denudato capite contrarium cognouerit, poterit tunc denegari remissionem ad iudicem Ecclesiasticum, tanquam calumniosam, vt per Franch. in cap. 1. §. de Clericis coniugatis in 6.& Mascard. loc. cit. secus verò si dubitaretur num tonsura sit clericalis vel ne, nam tunc in tali casu Ecclesiasticus deberet cognoscere.

RESOLVT. CCCCXCVII.

1 *Duo necessariè, & copulatiuè concurrere debent vt delinquens remittatur ad curiam artis lanæ, & n.7.*

2 *Miles non militans si delinquit non remittitur Magistro militum.*

3 *Idem de scolari non studente.*

4 *Mercator non exercens mercaturam non remittitur superioris mercatorum.*

5 *Idem de Artifice.*

6 *Clericus non seruiens in diuinis non remittitur Episcopo.*

Vt quis remittatur ad consules artis lanæ, quæ nam concurrere debeant?

QVæro quæ nam requirantur vt delinquens remittatur ad curiam artis lanę,respondetur duo esse
1 necessaria, primum vt exerceat artem illam Bar. in l. scriniarios Cod. de tes. militis,vbi Franc. Aret.in not. & Corn. col. 1. vers. nota idem Bart. per illum text. in l. semper §. penult. ff. de iure immunitatis, & c. qui sub prætextu col. 2. C. de Sacrosanctis Ecclesijs, & in l.duos §. primo num.3. ff. de excusatione tutorum Bald. in l. 1. in 7.col. in fin. C.de collegiatijs lib.11. & in conf. 21. num. 4. vol. 2. Ias. 127. num.3. vol. 3. Burs.conf.37. num. 4. & sequente col.1.ex quo infertur ad plura.

2 Infertur primo, quod non militans si deliquerit non venit remittendus Magistro militum l. nec quidam C.de testam. milit. vbi Bal. in 7.not. Bal. in leg. Diuus in fi.ff.eodem Bart. in l. si duas §.grãmaticę ff. de excusatione tutorum Alex. in l.Centurio in 2. col. num.15. ff. de vulgari, & pupillari substit. & in conf.3. num.4. vol. 1. Afflict. in const.Regni intentionis nostræ sub num. 28. lib.1. Anto. de Nigris in cap.Regni emergentium num. 16. & Viuius loc. cit. decis. 153. vol. 2.

3 Infertur secundo quod scolaris non studens, si deliquerit non venit remittendus rectori studij,ita Bart. in §. omnem in fin. proœm. ff. & in Aut. habita, vbi etiam Bal. in 3. col. num.25. Cod. ne filius pro patre idem Bar.in l. sub. prætextu in fi. Cod.de Sacrosantis Ecclesijs 10.de Lignar.in proœm. Clem. num. 5. Fely. in cap. quando in fi.de magistris, & proœm.decret.in 3. col. num. 21.

4 Infertur tertio, quod mercator qui mercaturam non exerceat si deliquerit non venit remittendus superiori illius professionis iuxta terminos text.in l.per iniquum C.de iurisdictione omnium iudicum Bar.in dict.l.sub prætextu in fine C.de Sacrosanctis Ecclesiis Alex. conf. 91.num.3. vol. 1. Rolan.in conf. 37.n.10. vol.2. Dec. conf.81. num.4. vol.1. Mandos. conf.37. vol. 1. & Guid. Pap. in decis. 41. & Ann. Alleg.1011. num.2. vol. 2.

5 Infertur quarto,quod artifex,qui artem non exerceret, si deliquerit non venit remittendus rectori illius artis, ita Calcan.in conf. 33.Carret.in conf.21. n. 4.vol.1.Borell.in conf.15. n.16.vol.1.& de Franch. in decis. 176. par. 1.& idem in decis. 481. par.2.

6 Infertur in clerico non beneficiato qui non seruit in diuinis, qui si delinquat non veniat remittendus Episcopo iuxta dispos.S.C.T.sess.23. cap. 6. qui requirit seruitium in diuinis, vt clericus fori gaudeat priuilegio,& ita etiam not.Gemin.in cap.fi.per illum tex.de rescriptis Anchar. in conf. 333.

Secundum quod requiritur est, quod sit descriptus
7 in Matricula illius artis Bal. in l. scriniarios Cod. de testam. militis, dicit vtrumque requiri scilicet matriculam, & exercitium, vt delinquens remittatur, nec

sufficit matricula ad obtinendam remissionem sine exercitio, nec est contra exercitium absque matricula, prout idem tenet Pau. Cal. qui in specie ponit quæstionem in 2. col. 16. in tex. eandem opinionem tenet ibidem Corrad. col. 1. vers. in text. ibi exercens, & ibidem Dec. col. 2. vers. requiritur tamen Ang. in l. miles §. eo tempore ff. de testamen. militis Rimin. in l. scriniarios 1. col. vers. pro quo facit Cod. eodem, & ita nouissimè fuisse in proprijs terminis decisum est de Franch. in decis. 481. par. 2.

RESOLVT. CCCCXCVIII.

1 *Delegatus Principis dicitur maior Ordinario.*
2 *Delegatus Principis repræsentat ipsum Principem.*
3 *Delegatus Principis delinquens in non procedendo, nisi per ipsum Principem puniri potest, & de ratione n. 4.*

An delegatus Principis delinquens sit remittendus ipsi Principi, an verò puniri debeat per ipsum Ordinarium.

QVæro an delegatus Principis sit remittendus ipsi Principi an verò puniri debeat per Iudicem Ordinarium, & pro vna parte videtur resolnendum, quod sit remittendus Principi ex multis.

Primo per tex. in capit. sanè il secundo vbi DD. de
1 officio deleg. vbi delegatus Principis dicitur maior quolibet Ordinario, vt tradunt com. DD. in verb. ff. de officio eius si maior. ergo nullo modo poterit per ipsum puniri, quia minor non habet iurisdictionem in maiorem l. maiorem, ff. de iurisdictione omnium iudicum l. pen. ff. de iudicijs, & in cap. cum inferior de maioritate, & obedientia.

2 Secundo facit, quia delegatus Principis repræsentat ipsum Principem l. eos C. de appellationibus cap. pastoralis de officio delegati, & tradunt DD. in l. 1. C. qui pro sua iurisdictione qui Princeps à nemine iudicari potest, ergo nec eius delegatus ipsum repræsentans.

Prædictis non obstantibus contrarium dicendum est cum hac distinctione, quod aut delegatus delin-
3 quit in non procedendo, & tunc quia solum excessit contra Principem in non parendo mandatis ipsius, non poterit per alium inferiorem puniri, sed ipsi Principi remittendus est puniendus, Bald. post Petrum, & Cyn. in Auth. qua in Prouincia Cod. vbi de Crimine agi oportet Alexand. in l. a diuo Pio §. sententiam post num. 17. in fine ff. de re iudicata Alci. in leg. pronunciatum num. 4. ff. de verborum significatione Ias. in l. fin. numero 7. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & Ioan. And. & Sicul. in capit. fin. de rescriptis in 6. Abbas in capit. primo in princ. de raptoribus, Felyn. in cap. cum inferior in 3. not. de maiorit. & obedientia Mar. Soc. in capit. postulasti in 4. col. num. 16. de foro competenti post Feder. de Senis in cons. 17. & add. ad Capell. Tholos. dec. 424. vel delegatus delin-
4 quit in agendo, & tunc potest puniri per ordinarium loci, & nullo modo remittendus est Principi, & alij in l. ciues libertatem ff. de petitione hæreditatis Spec. & Ioan. Andr. in tit. de inquisitione §. primo vers. sed pone in fine Bar. in l. si quis violauerit in fine ff. de rerum diuisione Ias. in l. si duo patroni §. idem Iulianus numero 8. ff. de iure iurando Pet. de Anchar. in repet. cap. ea quæ in 6. col. numero 42. de regulis iuris Mar. Soc. in capitul. super eo in fine de raptoribus post Ioan. Andr. ibidem in 3. not. ad quod facit tex. cum glos. in cap. cum Episcopus de officio Ordinarij.

RESOLVT. CCCCXCIX.

1 *Clerici à laicorum iurisdictione sunt exempti.*
2 *Iudex laicus non potest cognoscere de causis Clericorum, directè vel indirectè, nec in actione personali, nec reali, siue incidenter, siue per viam exceptionis.*
3 *Clericus etiam volens non potest consentire in iurisdictionem Iudicis laici.*
4 *Bona mobilia clericorum sunt exempta à iurisdictione laicorum.*
5 *Bona patrimonialia laicorum gaudent priuilegio clericorum.*

Sequestrum licet de facto in periculo morę à iudice sæculari factum fuerit in bonis Clerici sub prætextu periculi in mora, tamen creditor debet coram Ecclesiastico causam agere.

FVndamentum præsentis articuli constat ex illa conclusione bona Clericorum esse exempta à iurisdictione cuiuslibet laici iudicis, Clerici enim
1 omni iure à laicorum iurisdictione sunt exempti, capit. si quis Clericus, vbi Abb. & Fely, in eodem tit. constitut. Federici II. hoc edictali §. Sancimus 36. numero 11. & seq. Fulu. Pacian. consilio 746. numero 115. Duaren. de sacris Eccles. minist. lib. primo cap. 2. in fin. & laici iudices, nec principaliter, nec incidenter cognoscunt de causis Clericorum cap. nunquam si Imperator capit. cum ad verum 96. distinct. Michael. Agia tract. de exhibendis auxilij fundam. 26. Rolan. à Valle cons. 12. numero 37. lib. 2. dicens quod clericus non potest trahi coram sæculari, siue agatur reali, siue personali, siue possessorio, siue petitorio, siue iudicium sit ordinarium, siue summa-
2 rium, nec sæcularis iudex potest indecenter nec per viam exceptionis contra clericum iudicare, & probat idem Rolan. à Valle vbi proximè num. 38. & 41.
3 nec etiam de voluntate ipsius clerici, qui etiam iuramento nequit in laicum consentire, & ipsum capacem facere dict. capit. significasti, vbi glos. Alexan. cons. 8. libr. 1. Speculator. lib. 2. titul. de competentis iudicis additione §. primo nu. 21. Lapus allegat. 58. numero 14. Philipp. Franch. in quæstionibus super materia petitorij dub. 4. numero 11. Abb. quæst. 6. numero 3. Lapus allegat. 58. numero 14. Pau. Castr. cons. 259. incip. omnis difficultas numero 5. parte 1. Celsus Hugo cons. 46. numero 3. Federic. de Senis quæst. 275. nu. 2. Menoch. lib. 2. de arbitrarijs casu 430. numero 2. Rol. à Valle cons. 4. numero 10. vol. 1. Matth. de Afflic. decis. 24. & 25. vtrobique numero 1. Clerici enim omnes etiam in minoribus ordinibus constituti maximè beneficiati, sunt de foro Ecclesię capitul. cum non ab homine de iudicijs cap. 2. de foro competenti cap. clericum capit. nullus 11. quæstion. prima Dec. in cap. Ecclesia sanctę Mariæ numero 19. de constitution. & in cap. decernimus num. 166. de iudicijs Rebuff. in commentar. ad leg. Gallicas tract. vt laici non conueniantur coram iudicibus Ecclesiasticis numero 10. Concil. Trident. sess. 23. sub decreto de reformat. capit. 6. Roland. à Valle cons. 23. numero 12. lib. 2. dicens quod Clericus debet conueniri coram iudice suo Ecclesiastico, siue conueniatur à laico, siue à clerico Iosephus Cumiæ in ritus Mag. Cur. Vic. Regni Sicilię capitulo 2. numero 40. latè Grammat. decision. 61. à numero 4.

Idemque procedere in bonis clericorum mobili-
4 bus, nam bona mobilia Clericorum sequuntur conditionem, & priuilegium personæ capit. final. de vita & honest. clericorum Io. de Plat. in l. 2. in fine Cod. de priuileg. eorum qui sacro Palatio militant lib. 12. Rebuff. in proœmio ad constitut. Franciæ glos. 5. num. 56. Bald. in l. mercatores, Cod. de comm. & mercat.

quem

quem refert, & sequitur Alex. consil. 31. viso titulo quæstionis præmissæ volum. primo, & alij relati per Celsum Hugonem consil. 60. numero 51. Caballin. milleloq. 617. numero 2. Cephal. consilio 178. num. 105. vol. 2. Hieronym. Grat. consil. 61. numero 47. vol. 2. vnde sicut personę Clericorum non ligantur statuto laicorum, non ligabuntur bona, quæ gaudent priuilegio clericorum glos. 2. in cap. Ecclesia Sanctę Mariæ, vbi Abbas numero 7. & 21. de constitutionibus, qui post alios, quos citat dicit, quod etiam patrimonialia clericorum non ligantur laicorum statuto, sequitur Felyn. ibi num. 10. circa principium Dec. n. 18. Ripa cons. 81. num. 6. And. Sicul. cons. primo num. 66. vol. 3. Ioan. Petr. Surd. decis. 160. n. 10. & 11. Puteus lib. 1. Rota decis. 63. num. 2. vbi dixit, quod clericus est eiusdem fauoris, cuius est Ecclesia Greg. Lopez gl. 7. in l. 58. tit. 6. par. 1.

RESOLVT. D.

1 *Merces prohibitas non licet deferre ad Barbaros, & hostes Romani Imperij talia sunt vinum, oleum, arma, ferrum, cotes.*
2 *Ad saracenos non sunt deferenda lignamina, naues. &c.*
3 *Non est licitum deferre ad saracenos merces prohibitas, etiam pro redemptionem captiuorum.*
4 *Merces etiam non prohibitæ non possunt deferri ad saracenos tempore belli.*
5 *Tempore pacis licitum est deferre saracenis merces non prohibitas.*
6 *Asportantes prohibita ad Barbaros puniuntur de iure ciuili, pœna confiscationis bonorum, de iure verò canonico pœna excommunicationis.*

Christianis an licitum sit negociari, & mercari cum Saracenis, & Barbaris.

AN licitum sit Christianis negociari, & mercari cum Sarracenis, & Barbaris, dicas de mente Doctorum considerando, seu faciendo aliquas conclusiones pro huius dubij vera resolutione.

Prima conclusio est quando quærimus de Sarracenis, ac de alijs Barbaris, qui sunt hostes Romani Imperij.

Secunda est quando præter istos quærimus de alijs.

In prima conclusione pro eius resolutione duo sunt considerandi casus.

Primus est tempore belli.

Secundus est tempore pacis, seu treguæ.

In primo casu facias duas conclusiones.

Prima est in mercibus prohibitis.

Secunda est in mercibus non prohibitis.

In prohibitis conclusio est, quod non licet eas ad Sarracenos, seu alios Barbaros Romani Imperij hostes deferre, vt probatur in l. 1. & 2. C. quæ res exportari non deb. vbi ad Barbaros vinum, aut oleum, aut alia liquamina deferre non licet causa negociationis, vel commerciorum, & idem dicit glos. in dict. l. 1. esse in quibuscumque aridis, scilicet victualibus non solum in vino, oleo, & alio liquamine, quia est eadem ratio, & in ferro, & in omni armorum genere, vt habetur in dict. l. 2. & idem est in cotibus, seu lapidibus, qui sunt ad ferrum acuendum l. cotem ff. de publican. vbi expresse idem dicitur esse in frumento, sale, & hoc etiam declaratur in l. 1. cum glos. Cod. de lictorum, & itinerum custod. lib. 12. vbi glos. dicit, quod merces, quæ prohibitæ sunt deferri ad nationes Barbaras sunt victualia, & arma, nec deniq; mercatoribus nostris licet aurum pro mancipijs, aut quibuscumque speciebus comparandis ad Barbaros transferre l. 2. C. de commerc. & mercator. nec animalia licet transducere in Barbaricum solum l. vsurpatione, & ibi not. C. de Vectig. & commiss.

Hæc conclusio primo procedit etiam de iure Canonico c. ita quorumdam c. significauit c. quod olim, & c. ad liberandum extr. de Iudeis, vbi etiam exprimitur idem in deferentibus ad Sarracenos ligamina
2 galearum, & in vendentibus eis galeas, aut naues, & in summa ex d. c. significauit elicitur, quod nullæ res, vel merces ad Sarracenos, seu in Alexandriam deferri possunt, ex quibus possit ad Sarracenos aliquod commodum, vel subsidium peruenire.

Habet locum dicta conclusio secundo etiam si Christiani ferant huiusmodi res prohibitas absque intentione, vt impugnentur Christiani, satis est, quod Christiani possint impugnari gl. Io. And. & Abb. in d. c. ita quorumdam in glos. vers. ferrum.

Tertio d. conclusio locum habet etiam si quis mer-
3 ces prohibitas deferre vellet pro redemptione captiuorum, dato quod aliter captiuos Christianos redimere non posset glos. Abb. & Doctores in d. c. significauit, & licet aliqui Doctores contrarium tenuerint, tamen hæc est magis communis conclusio vt dicit Alex. in cons. 130. vol. 7.

Quarto declaratur procedere etiam si portetur aliquod liquamen quantumcumque modicum etiam causa degustandi l. 1. C. quæ res export. non deb. ex hoc ibi Baldus infert quod illi, qui non possunt portare vinum extra districtum etiam vnam materiam portare non possunt gustus causa.

Contra hanc illationem tenet ibi Salicetus, quia dicta l. loquitur quando fertur ad hostes, & ideo non extendenda.

In secunda conclusione in dict. capit. significauit videtur tenere, quod merces non prohibitæ possint
4 ad Sarracenos portari etiam tempore belli, tamen ibi Abb. & alij Doctores tenent contrarium, & Alex. in cons. 130. vol. 7. quæ conclusio probatur in d. cap. quod olim secundum verum, & magis communem intellectum, vt ait Alex. in dict. cons. 130. & ibi idem tenent Inn. Goffred. & Abb. & sic hæc est communis opinio, & vera, vt probatur in dicto cap. quod olim in verbis illis eis reliqua rerum subsidia, & in illis alijs verbis eis mercimonia consilia, vel alia subsidia transmittatis.

In secundo casu primæ conclusionis, qui est quando loquimur tempore pacis concludas, licitum esse indistinctè mercimonij causa cum Sarracenis habitare, & ad eos merces & res quascumque transferre, ex quibus possit Sarracenis commodum, & subsidium prouenire dummodo non sint de rebus specificè prohibitis, quas supra enumerauimus, ita probatur in dicto cap. significauit, & in dicto cap. quod olim tradit Hostien. in summa in tit. de Iudę. & Sarracen. §. fin. & eandem opinionem tenent Innocen. Abbas, & alij Doctores communiter in dict. capit. quod olim, & Abbas in dicto cap. significauit, & ita est tenendum, licet aliter in dict. c. significauit glossa senserit, & opinionem communem etiam tenuit Alex. in dict. cons. 130.

In secunda conclusione principali quando loquimur non de Sarracenis, nec de alijs Barbaris qui sunt hostes Imperij Romani, sed de alijs præter ipsos de mente Doctorum duo sunt considerandi casus.

Primus est in mercibus non prohibitis, & in hoc casu dicas illas deferri posse, tradit Alexand. in dict. cons. 130.

Secundus est in mercibus prohibitis deferri ad Sarracenos, & in hoc casu dicas illas deferri posse, quia illas deferri ad istos non reperitur prohibitum, & ita concludit Alexan. in dicto consilio 130. n. 6.

Nota quod Sarraceni illi dicuntur, qui nec nouum testamentum, nec vetus, recipiunt, sed Deos plu-

res

res colunt Host. in summa in titu. de Iudæ. & Sarracen. §. qui sunt Sarraceni cum §. seq.

Nota etiam quod inter populos extraneos quidam sunt, cum quibus habemus pacem, vt cum Tartaris, & mercatores nostri vadunt ad eos, & illi ad nostros; quidam sunt, cum quibus habemus non pacem neque guerram, nec aliquid facere possumus, vt cum illis de India; quidam sunt, cum quibus habemus guerram interdictam, vt cum Sarracenis, & Turcis, ita dicit Bart. in l. hostes numero 8. ff. de capitul. & postlim. reuers. & quæ sit ratio videas apud eundem Bart. in l. Christianis Cod. de pagan. & sacrif. & templis eorum.

Pœna istorum, qui portant ad Sarracenos, & ad alias nationes Barbaras Populo Romano inimicas arma, & alias merces prohibitas de iure ciuili est con-
6 fiscatio omnium bonorum, & capitis vt probatur in leg. 2. C. quæ res exportar. non deb. quæ pœna habet locum etiam quando ad dictas gentes deferuntur, fructus aridi, vt concludit Alex. in dict. cons. 130. de iure Canonico imponitur pœna excommunicationis confiscationis bonorum, nec non serui capientium efficiuntur captiui, ita quorundam de Iud. & Saracen. de iure huius Regni virtute Regiæ pragmaticæ est pœna mortis.

An sub appellatione armorum prohibitorum veniant, & censeantur prohibitæ etiam vaginæ videas Iacobum Menochium in tract. de arbit. iudic. lib. 2. cent. 1. numero 23. cum seq.

RESOLVT. DI.

1 *Hæresis est error in intellectu hominis Christiani fidei catholicæ contrarius in toto, vel in parte cum pertinacia.*

2 *Hæreticus propriè dicitur Baptizatus, & instructus in fide catholica.*

3 *Faciens actus hæreticales, si non habet errorem in intellectu non est hæreticus in foro interiori, sed solum in exteriori.*

4 *Pertinacia est consensus, habitam notitiam præsupponens.*

5 *Habens errorem in intellectu, si sit paratus credere quod credit Ecclesia, non est hæreticus.*

An Christianus non chatechizatus dici possit hæreticus.

PRo huius articuli dilucidatione, ne incautè procedamus videndum est quid sit hæresis, ex quo deinde clarissimè patebit responsio ad dubium prædictum, & vt ordinatè hoc fiat duo principaliter consideranda sunt primo, quid sit hæresis, secundo quæ requirantur vt quis dicatur verè, & propriè hæreticus.

Et quoad primum .s. quid sit hæresis. Respondeo
3 hæresis est error in intellectu hominis Christiani fidei catholicæ ex toto, vel in parte contrarius cum pertinacia, Caiet. in verbo hæresis, & Nauar. cap. 11. num. 22. Dixi error in intellectu quia nullus error dicitur hæresis, nisi sit in intellectu ideo error in lingua, seu in voluntate non est hæresis, vnde si quis ex lapsu linguæ, vel ex subitanea ira diceret Deum esse iniustum, vel non esse omnipotentem, iste non esset verè, & propriè hæreticus, quia non habet errorem in intellectu, esset tamen blasphemia hæreticalis si quis ex ira diceret, dummodo cessante ira se corrigat. Dixi hominis Christiani quia infidelis nempe Turca Iudæus, seu paganus non potest esse hæreticus, sed solum Christianus dicitur hæreticus si retrocedit à fide catholica christianorum postquam est baptizatus, quia non licet transire ad aliam sectam, vt supra diximus, quamuis ante vsum rationis sit baptizatus, quia postquam peruenit ad vsum rationis tenetur assentire omnibus articulis fidei catholicæ c. minores in fin. de Bapt. neque possunt confundere l. simul obseruare religionem christianam, & Iudaicam, cap. quidam de Apostat. Dixi contrarius fidei catholicæ 1. alicui determinationi de fide Ecclesiæ catholicæ. v. g. si quis velit pertinaciter tenere, seu credere B. V. esse conceptam in peccato Originali non esset hæreticus, quia id nondum terminatum de fide ab Ecclesia catholica, vt in extranag. 3. de religion. & sumpt. funer. & in Concil. Tridentin. sess. in decreto de peccato Originali in fin. item circa alia quæ non sunt de fide. Dixi ex toto, vel in parte vt comprehendam tam hæreticos, quam Apostatas, quam Atheos quia omnes isti conueniunt, & differunt in aliquibus, hæreticus enim est qui licet omnia credat, & omnia præcepta adimpleat in vno tamen deficit siue in duobus, vel pluribus; Apostata est qui abrenunciata in totum fide nostra catholica aliam amplectitur sectam puta Mahumetanam siue aliam, tamen credit Deum inueniri eumdem adorat ritu eorum hic nihil differt realiter, ab hæretico sed tantum secundum magis, vel minus, & dicitur Apostata .s. retrocessor à fide nostra catholica; Athei autem dicuntur illi, qui nihil credunt neq; Deum inueniri iuxta illud Psal. 52. Dixit insipiens in corde suo non est Deus, ideo sequitur, corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, vnde hæreticus deficiens in vno est excommunicatus per Bullam Cœnę Domini, prima clausula, & multo magis Apostatæ, & Athei, quia sunt hæretici consumati, & Athei dicuntur ab Atheos verbo greco, quod sine Deo significat: Dixi cum pertinacia non ex eo quod sit inflexibilis, & immutabilis, sed vt sciat se errare circa fidem vult suam opinionem tenere non obstante quod Ecclesia oppositum decreuerit.

Quoad secundum .s. quæ requiruntur vt quis verè, & propriè dicatur hæreticus dico quatuor copulatiuè requiri, primum requisitum est, vt sit homo christianus .s. sit baptizatus, siue ritu Ecclesiæ Occidentalis, siue Orientalis. Infidelis enim vt supra dixi non potest propriè dici hæreticus, & per consequens non ligatur excommunicatione Bullę cenę neque alijs Ecclesiasticis censuris iuxta illud Apost. Pauli. De his qui fori sunt nihil ad nos, & non sufficit, vt sit baptizatus, sed debet esse instructus in fide catholica alioquin non potest dici hæreticus vt bene notat Alphons. de Castr. de iusta hæret. pun. primo cap. 7. 8. & 9. nam puer christianus vnius mensis, si fuit captus à Turcis, & in captiuitatem eorum datus, & eorum lege instructus illam obseruandi post annos discretionis, postea fuit redemptus à parentibus, vel fuit à Christianis captus dubitatur vtrum iste possit absolui à quocunque sacerdote, partem affirmatiuam tenemus cum eodem Alphons. de Castr. loc. cit. ratio est, quia iste verè, & propriè non dicitur hæreticus, & consequenter non est ligatus excommunicatione Bullæ, nam licet sit baptizatus cum non sit instructus in fide catholica, ideo non dicitur verè hæreticus. 4

Secundum requisitum est vt habeat errorem in intellectu v. g. quidam christianus dilacerauit imagines Crucifixi. B. Mariæ V. & pedibus conculcauit vtrum est hæreticus? & prima facie videtur dicendum quod sic, ratio est, quia facto nō ore negauit imagines, quod est contra catholicam fidem, tamen si error non est in intellectu puta quia calore irracundię, vel ex subita animi passione illud fecit, non est verè hæreticus sed commisit graue peccatum blasphemiæ hęreticalis quæ prefefert animum hæreticum, ideo in foro exteriori vbi iudicatur per actus exteriores, & per præsumptionem puniretur tamquam hæreticus, & re vera in foro interiori hæreticus non est, neque excō-

municatus.

municatus, similiter si christianus auaritia ductus vt possit thesaurum inuenire persuasus ab astrologo, seu negromante Demonem in phsala adorauit, eique incensum obtulit, dubitatur an iste sit excommunicatus in Bulla Cœnę, & quidem si non habebat errorem 3 in intellectu partem negatiuam tenemus, hac ratione, quia iste ex animi passione demonem adorauit, vt inueniret Thesaurum, vel frueretur aliqua muliere, non tamen credebat demonem, vel eum dignum adoratione, neque illum habere in se aliquod diuinitatis, ideo non est hæreticus, neque excommunicatus, in foro interno, quia non habet errorem in intellectu, sed in foro exteriori potest tanquam hæreticus puniri, sed si haberet errorem in intellectu ex eo quod prudens, & sciens credidit demonem esse adoratione dignum, tunc in vtroque foro hæreticus esset, & consequenter excommunicatus.

Tertium requisitum est, quod christianus habeat errorem in intellectu cõtrarium fidei catholicę, nempe contra sacram scripturam, quæ scripta fuit spiritu sancto inspirante, vel contra traditiones Apostolicas, vel contra concilia confirmata à sede Apostolica, vel contra ea, quæ sunt à Papa de fide diffinita, vel contra ea, quæ vnanimi consensu omnes Doct. sentiunt, vel contra ea, quæ ex iam dictis euidenter deducuntur, sed si quis haberet aliquam falsam opinionem in his, quæ non sunt fidei, non esset hæreticus D. Thom. 2.2. q. 11. articul. 2.

Quartum, & vltimum requisitum est pertinacia, ex S. Augustino in cap. dixit Apost. &c. quæ in Ecclesia 24. quæst. 3. circa quod est aduertendum, & diligentissimè quod pertinacia ita est de necessitate hæresis vt sine ea hæresis esse non possit, & ex hoc patet, quod pertinacia ista non importat obdurationem, seu obstinationem, vt distinguitur contra infirmitatem passionem, & transitorium, seu leuem consensum, sed sumitur hic pertinacia vt æquiualet vero consensui, 4 præsupposita notitia, quod sit error in fide, siue ex passione, siue ex infirmitate, siue quacunque alia de causa perueniatur ad verum consensum, nam talis vere pertinax est: ita tenet Caie. in D. Tho. 2.2. quæst. 11. art. 2. & est hæreticus, & proinde excommunicatus in Bulla Cenę. Sed si personæ idiotæ, puta, fœminę, simplices, seu rustici ex simplicitate, & ignorantia crederent. v. g. animas nostras rationales esse puellas quasdam pulchras, vel crederent Angelos etiam corporeos, vel Deum patrem esse venerandum senem, Filium pulchrum iuuenem, & Spiritum sanctum esse albam columbam, tales personæ non sunt hæreticæ, 5 quia licet habeant errorem in intellectu fidei catholicæ contrarium, quoniam tamen pertinaces non sunt, sed paratę sunt credere quicquid sancta Ecclesia catholica credit, ideo ignorantia, seu simplicitas eas excusat Nauar. cap. 11. numer. 22. sed non excusantur à peccato si alioquin doctæ essent personæ, quia tenentur scire, & discere sub precepto vt docet S. T. 2. 2. quæst. 2. artic. 5.

RESOLVT. DII.

1 *In vestibus clericalibus deferendis attendenda est consuetudo regionis, & nu. 2. & similium personarum, & clericorum num. 3.*
4 *Habitus clericalis debet esse honestus.*
5 *Habitus clericalis vt dicatur quæ concurrere debent nu. 6. 7. 8. & 9.*
10 *Non creditur iudici laico asserenti cepisse clericum absque habitu, & tonsura.*

Habitus clericorum quomodo esse debet, vt clericus delinquens remittatur ad iudicem Ecclesiasticum.

QVæro quomodo esse debet habitus clericorum, vt clericus delinquens remittatur ad iudicem Ecclesiasticum stante Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. quod disponit, vt clerici fori non gaudeant priuilegio, nisi deferant habitum, & tonsuram: respondetur, quod nullus à iure determinatus est habitus, sed attẽdenda est regionis consuetudo, vt testatur gl. & Inn. 1 in c. pen. de vita, & honest. clericorum gl. sing. in Cle. 1. in fi. de elect. vbi And. Sicul. & in c. si quis virorum 30. dist. & in cap. clerici in verb. deauratis de vita, & honest. clericorum Laudun. & Card. in Cle. fin. in fin. eod. tit. & Abb. in d. c. clerici, vbi etiam Bened. Capra n. 5. eo. ti. de vita, & honest. clericorum Ale. cõs. 8. vol. 1. & in cons. 149. in causa inquisitionis col. 3. vol. 6. Fulgos. cons. 124. col. 1. Corn. in cons. 157. n. 10. vol. 2. Cap. Tol. in decis. 227. & in dec. 252. Iac. de S. Georg. in l. quoties in 4. q. n. 7. C. de iudicijs, idem Abb. in c. 1. de apostatis Roc. de Curt. in cap. vlt. de consuet. fol. paru. 18. c. 2. & 59. col. 4. Diaz pract. Crim. can. cap. 69. per totum Foll. pract. crim. in verbo audiantur excusatores n. 43. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 36. n. 11. dicẽs in hoc attendendam esse regionis consuetudinem, 2 & propterea ad iudicandum, an aliquis incedat in habitu, & tonsura clericali videndum est, an ille, qui in aliquo habitu incedit prima facie si videatur in populo, iudicabitur clericus, aut laicus, vt idem testatur Couarr. lib. 2. titul. 2. col. 2. vers. curare Borell. ad Bellu. n specul. prin. Rub. 11. §. videamus num. 6. argum. glos. in princ. 24. quæst. prima.

3 Intellige tamen, vt illa consuetudo attendi debet, idest similium personarum, & clericorum eiusdem consuetudinis Clar. loco citat. Farinac. pract. crimin. quæst. 7. post n. 60. Add. ad Quar. in summ. Bullarij in verbo habitus clericalis in fine.

4 Et licet clericalis habitus non sit à iure determinatus, debent tamen clerici deferre habitum honestum, vt habetur in Clem. fin. §. dignitatem de vita, & honestate clericorũ Clem. 2. codẽ titulo, & probatur in capitul. omnis 21. quæstion. 4. & ibi Anch.

5 Item debet esse condecens clericis à capite vsq; ad pedes glo. in dicta Clem. 1. in fine de electione, & DD. locis supra citatis.

6 Item non debet ferre in capite pileum lineum, nec de serico dict. Clem. fin. §. dignitatem, vbi glossa & Card.

7 Item clerici non debent vti veste virgata, vel partita diuersorum colorum, vt in dict. Cle. fin. Afflict. in const. Regni apostatantes col. 4.

8 Item debet non vti veste rubea capitul. clerici de vita, & honestate clericorum.

9 Nouissimè tamen vestes remittuntur arbitrio Episcopi, vt sancitum est per Concilium Tridentinum sess. 14. de reformat. c. 6. & vt refert Bellug. loc. cit.

10 An autem standum sit dicto simplici iudicis laici dicentis se cepisse clericum incedentem absque habitu, & tonsura respondeturne gatiuè teste Inn. in c. super literis de rescriptis Archid. & Ioa. And. in c. Romani §. contrahentes de foro competenti in 6. & Bar. & Alex. in l. 2. ff. si quis ius dicent. & per Foller. in pract. crimin. in verbo audiant excusatores. n. 43. in fine.

RESOLVT. DIII.

1 *Vim vi repelli posse diuina, & humana lege statutum est.*
2 *Percutiens clericum causa defensionis nullam incurri excommunicationem.*
3 *Episcopus potest excommunicare pro defensione suorum iurium absque ordine iudiciario.*

4 Cef-

4 *Cessante actu instantaneo non habet locum defensio.*
5 *Episcopus excommunicans absque ordine iudiciario incidit in pœnam cap. sacro de sentent. excomm.*

An elapso mense possit Episcopus pro defensione suorum iurium molestantem excommunicare absque monitione.

1 VIm vi repelli posse non solum humana, sed etiam diuina lege constitutum est, vt ex Cephalo refert Menochius cons.61. volum.2. quæ naturalis defensio etiam animalibus competit Plaza in epitome delictor. capit. 29. quod procedere etiam aduersus Cardinales ait Isern. in const. Regni, vt participatio, & multo fortius contra sacerdotes, & religiosos c.3. de sent. excom. vbi qui clericum percutit
2 pro sua defensione excommunicationis pœnam non incurrit, nec in aliquam irregularitatem incidit Cle. 1. de homic. qui optime explicat, idque etiam Monacho aduersus Abbatem conceditur Card. in Cle. 1. ver. præfati quoque de statu Monach. quinimo procedit etiam aduersus Principem Clem. Pastoralis §. cæterum de re iudic. ex quibus clarum erit, quod iudici de facto procedenti, iuste resisti possit.

Quare fuit dubitatum, an Regula illa posse Episcopum pro defensione suorum iurium excommunicare
3 subditos nulla præcedente monitione, & ordine iudiciario, procedat elapso mense à die resistentiæ, & videbatur prima facie dicendum affirmatiue resoluendum, cum adhuc vigeat oppressio, & consequenter dum adest eadem ratio eadem debet esse iuris dispositio l. quod dictum ff. de pactis.

Cæterum contrarium respondi ex eo, quod ad hoc vt prædicta excommunicatio Episcopo permittatur necesse est, ut adsint termini defensionis, unde cum
4 elapso mense cesset actus instantaneus, ac proinde minimè dici possit in continenti, l. 3. §. fin. ff. de ui, & ui arm. l. 1. Cod. unde ui Francisc. Marc. decis. 534. latè Anna in cons. 7. propterea sum voti ex supradictis nõ licuisse præfato Episcopo pro defensione suorum iurium elapso mense à die resistentiæ excommunicare absque monitionibus, & consequenter incidisse in pe-
5 nas capituli sac. de sentent. excommun. de cuius intellectu latè Marta in decis. 72.

PRAXIS VARIARVM RESOLVTIONVM.

RESOLVT. DIV.

1 *Pendente purgatione creditoris, debitor non incurrit in excommunicationem, si dilatio præstatur ante commissam pœnam.*
2 *In prorogatione termini, censetur etiam prorogata pœna, quæ erat in primo termino.*
3 *Iudicis tamen consensus requiritur, ne propter creditoris dilationem, quis non incurrat excommunicationem.*
4 *Excommunicatio non potest suspendi, & differri, vt semel sublata, iterum incurratur ob creditoris voluntatem.*
5 *Qui potest virtute bullæ cruciatæ absoluere ab excommunicatione, lata etiam ad partis instantiam, non potest absoluere cum reincidentia.*
6 *Absolutio cum reincidentia, continet in se excommunicationem in casu reincidentiæ.*
7 *In bulla cruciatæ nomini partis non intelligitur iudex, sed pars ad cuius instantiam lata est excommunicatio.*

An liget excommunicatio si ante finitum terminum datum à iudice à parte prorogetur.

IVdex præfixit terminum debitori ad soluendum creditori sub pœna excommunicationis, creditor prorogauit intra præfatum terminum, diem solu-
1 tionis debitoris in hoc casu non esse excommunicatum lapso illo die primi termini, pendente prorogatione alterius censent Barth. in l. 1. §. & post operis num. 6. & Paul. de Castr. nu. 4. ff. de nou. oper. nunciat. quos sequitur Abb. in c. 1. n. 7. locat. in cap. præterea el 2. num. 4. & ibi Dec. num. 7. de Appellat. qui dicit hanc opinionem veriorem, & magis communem, & idem affirmant Ceuallos in quæstion. 493. Didacus Perez lib. 8. tit. 5. l. 1. pag. 176. versicul. præterea Cardin. in Cle. 1. §. nos itaque numer. 18. de iureiur. Rebuff. in concord. in rubr. de prorogation. dilation. pag. 783. in princ. Lud. Lopez 2. par. instr. conscient. tit. de excommunic. c. 13. pag. 882. vers. tertiodecimo Angel. in sum. in verb. excommunicatio el 2. num. 14. Neuizan. in Sylua nupt. lib. 3. nu. 55. in fin. Felyn. in cap. de causis numer. 2. de offic. delegat. & ibi Dec. numer. 44. Pedraza in explicat. 7. præcept. decalogi §. 15. vers. Però veamos. Alphon. Vega in prima parte sum. capitul. 85. cas. 111. in principio Spin. in Specul. testam. in glo. rubr. in 11. par. numer. 43. quod verum esse intelligo, si consensus creditoris præstatur ante commissam pœnam, quia post pœnam, & excommunicationem inflictam, consensus superueniens non tolleret eam Ang. verb. excommunicatio el 1. nu. 20. vers. intellige Nau. in d. num. 15. & Beia post alios in d. cas. 111. vers. lo qual se prueua, & quod facta prorogatione non maneat reus excommunicatus satis expresse prob. ca. 1. de locat. vbi excommunicatio lata in fauorem partis cessat accedente consensu illius, cuius conclusionis ratio ea potissimè assignatur, quod
2 in prorogatione termini censetur etiam prorogata pœna, quę erat in primo termino, vt probatur eleganter in l. lecta vers. dicebam, & ibi scribentes ff. si cert. pet. vbi prorogatio termini facta debitori super mutuo intelligitur cum vsuris, nullique dubium est pœnam esse soluere vsuras l. qui sine ff. de negoc. gest. & quod pœna censeatur etiam prorogata tenet Bal. in c. per venerabilem col. penult. de elect. & in l. acceptam mutuo in 7. qu. C. de vsuris, & in leg. 1. 10. q. C. de his quæ pœn. nomin. Paul. de Cast. in l. cum stipulatus sim mihi à Proculo vers. sed hic quæro, & ibi Alex. in versic. in gl. fin. verb. proficere de verb. obligat. Alex. in leg. 1. §. & post operis vers. tu ergo pro regula, ff. de noui oper. nunciat. Boer. decis. 284. numer. 9. & 10. Fely. in cap. præterea num. 34. vers. & pro hac parte de sponsal. subdens quod in sententia excommunicationis, & in iuramento præstito de soluendo in termino si creditor concesserit maiorem dilationem, non incidit in periurium, nec in excommunicationem si debitor non soluat in primo termino, quia censetur prorogasse cum appendicibus præcedentibus, scilicet excommunicatione, & iuramento, & cum eisdem qualitatibus, & conditionibus, quæ continebantur in illo primo actu glos. in leg. sed & si manente ff. de precar. & tradunt Felyn. in cap. De causis numer. 20. de officio deleg. Zabarella in dict. num. 18. Anton. Gabr. lib. 2. commun. opin. titul. de dilation. conclus. 2. num. 10. 11. & 12. Ias. in dicto §. & post operis numer. 8. Felyn. in cap. de causis num. 2. de officio delegat. & ibidem Dec. ex num. 45. & in cap. præterea numer. 11. de Appellat. Couarru. in capit. quamuis pactum. 1. par. in initio num. 6. Guttierez de iurament. confirmat. 1. par. capitul. 49. num. 9. & ratio est, quia ille dies assignatus per iudicem est præfixus in gratiam creditoris, ideo per ipsum potest prorogari, intra quem tamen terminum prorogationis solutione non facta, statim pars incidit in excommunicationem, vt ex Ant. Gabr. vbi supra n. 13. & Guttierez super numer. 11. Rebuff. in d. pag. 783. versicul. si tamen creditor Ioa. Monachus in c. quicunque numero 8. de sent. excommu. in 6. Innoc. in d. capit. præterea de appellat.

num. 5.

num.5. versic. item si aduenient termino Couarru. in capit. quamuis pactum in 1. part. in initio num.6. versic. quo in loco, vbi allegat pro hac opinione Dec. in d.cap.præterea nu.9.versic.si tamen, & idem Dec. consil.145. per totum quam opinionem vt veriorem, & receptiorem sequitur Anto. Gomez. in explicat. Bullæ Cruciatæ in clausula 10. numer.26. quia cum Iudex in vtilitatem creditoris protulerit,sequitur bene quod si creditor vult differre terminum, Iudex in vtilitatem creditoris id etiam velle videatur præsertim cum prorogatio, vt dictum est semper intelligatur facta cum omnibus qualitatibus, & clausulis rei, quæ prorogatur censeaturque esse eiusdem omnino naturæ, vt probat textus in l.2.§.sed si iudex ff. de iudi. & in l. Æmilius cum glos. ff. de minor. & in l. Labeo 2. in princip. & ibi Bar. & iterum in §.vlt. ff.de arbit. & tradunt Afflict.dec.110.numer.1. ad finem Dec. in l. Certi conditio §. si nummos in fine ff.si certum pet. & in consil.394.numero 5.Tiraquell. in Retract. connub. §.1. glos.7. numero 27. Anto. Gabr. lib.2.commun.opin.tit. de dilat. concl.2. numero 4. Boer.dec. 284.numero 9.Couarr. in dict.numero 6. versic. quia prorogatio.

Contrariam tamen sententiam,quod inquam prę-
3 fatus debitor incidat in excommunicationem si labatur dies, qui sibi fuit per partem prorogatus, nisi in ipsa prorogatione adfit iudicis consensus sequuntur Nauarr.in Man.Prælat.cap.27. num. 15. Pedraza in summ.in 7. præcept. decalogi §.15. verficulo Mas si la dilacion. Vega in 1.part.capitul.85.cas.111.Lud. Beia in cas.conscient.47.in princip. Ang. in summa verbo excommunicatio el 1. numero 20. verficulo sed pono. Henriquez libro decimotertio,capitulo 20. numero primo verficulo si iudex. Rodriquez in summa prima parte capitul.84. numero quarto ad finem verficuli Guttierez de iurament. confirm. prima parte capitulo 49. numero 11. in fine, & in allegat.q. numero quarto Graffius libro quarto capitul.2. num. 41. qui rationem assignant, nam licet excommunicatio lata ad petitionem partis tolli possit antequam incurratur de consensu eiusdem, non tamen potest
4 suspendi atque differri, neque ita mutari, vt semel sublata iterum incurratur, quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere l. priuatorum C. de iurisd. omn. iud. quod ampliat Sylvestr. verbo excommunicatio el 2. numero primo verficulo decimus tertius, etiam si appositum fuerit pactum per partes, vt debitor reincidat in excommunicationem, si non soluat ad diem prorogatum, adhuc enim non incurrit ipsam, si prorogatio non fiat authoritate iudicis,vnde quando creditor prorogat terminum, non videtur illum prorogasse cum pœna excommunicationis,quandoquidem non est in sua facultate excommunicationem inducere, vt tradit Angel. addit. in dicto numero 20. in litera F. & ita respectu solutionis, & non excommunicationis censetur facta prorogatio Tabien. in verb. excommunicatio el secondo, numero decimoquarto, quia excommunicatio iudicis, & eius intentio tantum habet relationem ad primum terminum ab eo prefixum, & ideo eo transacto cessabit arg. text.in l. Imp.ff.de postul.cum similibus supra alleg. vnde in termino prorogato per partem sine iudice non potest dari reincidentia excommunicationis cum iam non adsit iudicis sententia, nec eius intentio, nec vt dictum est excommunicatio ex solo partium consensu possit induci, quo pacto sunt intelligenda quæ in contrarium fuerunt adducta, vt non censeatur facta prorogatio cum alijs qualitatibus,quam sibi permissis.

Ex quibus infertur intellectus ad illam clausulam Bullæ Cruciatæ, in qua datur facultas, vt parte satisfacta possit quicunque sacerdos electus absoluere pœnitentem ab excommunicatione etiam ad instantiam partis lata, nam minimè poterit etiam consen-
5 tiente parte ad reincidentiam absoluere, vt docent Sot.in 4. dist.22. quæstion. 2. art.3. Rodriq. in explicat. Bullæ Cruciatæ §.9. numer. 57. Cordou. de cas. conscien. quæst.20. versic. lo segundo. Guttier. allegat.9. per totum, & maximè num.9. Rodriquez in summ.tom.1.capitul.84.numero 3. Vega 1.part. cap. 85. cas.111. versic. la primera, & probatur, quia priuilegium non debet extendi vltra id quod verba sonant capit. Porro de Priuileg. per Bullam Cruciatæ solum datur facultas absoluendi simpliciter,vt ex eius verbis satis aperte constat; ergo non datur facultas excommunicandi: absolutio vero ad reincidentiam
6 continet in se excommunicationem in casu reincidentiæ, vt supra dixi, ergo sacerdos virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi non poterit ad reincidentiam absoluere, quoniam deficit sibi iurisdictio quæ ad excommunicationem necessaria est iuxt. trad. Henriquez lib.13. capitul. 20. num. 1. in fine dicens quod quemadmodum Confessarius per Bullam non potest de nouo excommunicare, ita nec absoluere ad reincidentiam, sed simpliciter, & ita quod confessarius electus per Cruciatam, vel Iubilæum, vel per alias Bullas Apostolicas non possit absoluere ad reincidentiam,neque ad tempus, tenet Lopez in Inst. consc. 2. p. tit. de Bull. capit.8. pag. mag.830.versic. igitur his.Memoria tamen recolendum est hic, quia suum aptum obtinet locum,quod alibi dixi pro interpretatione istius clausulæ, in diplomate Cruciatæ concesso, quo conceditur facultas absoluendi ab excommunicatione satisfacta parte,vt in nomine partis cui debitor satisfacere tenetur,non intelligatur iudex, cui ipso iure applicatur pœna pecuniaria, vt explicat Henriq.lib.13. tit. de excommunicatione capitul.28. numero 1. pag.1176. vbi addit.marg. in litera L. allegat iura, & Doctores ad quod etiam est consulendus idem Henriq. lib.7. tit. de indulgen. c.13. numero 1. vbi etiam addit in litera M. pag. 514. ait nomine
7 partis non intelligitur ipse iudex, cui forte ex lege vel statuto reus in pœnam debet satisfactionem pecuniariam,sed per partem in dicta Bulla intelligitur ille, cui res debita est,ad cuius instantiam lata est excommunicatio, vt animaduertit Ludou. Lopez instruct. consc.2.part.tit.de Bulla capit.8.versic. per partem, non verò Iudices excommunicantes, neque eorum officiales, idem etiam asserit Franciscus Ortiz in resol.cas.resol.9.notab.6.

RESOLVT. DV.

1 *Actus correspectiui sunt, quando vnus fit propter alium.*
2 *Actus correspectiui dicuntur vnus contractus.*
3 *Intentio facit actus correspectiuos.*
4 *Actuum vicinitas inducit præsumptionem actus illiciti.*
5 *Multiplicatio instrumentorum auget suspicionem fraudis.*
6 *In materia suspecta sufficit breuitas temporis ad fraudem coniunctionis actuum præsumendam.*
7 *Incontinenti dicitur fieri quod fit ex interuallo quando ab initio conuentum est vt illud fieret.*
8 *Dum adhibetur cautela maior, fraus magis præsumitur.*

Actus correspectiui quinam dicantur.

1 ACtus dicuntur correspectiui,quando vnus fit propter alium,& propterea de illis iudicatur, quod de vno leg.si ventri.§.1.ff.de priuileg.credit. l. lecta, vers.dicebam,vbi doctores hoc notant ff. si cert. pet. l. patris, & filij ff. de vulgar. & pupill. substit. l. cum antiquitas C. de testamentis Rota dec.1160. numer. 5. part.3. libr.3. diuers. fac. palat. & decision.492.

num.2.

num.2.par.1.& quando sunt actus seu contractus correspectiui dicitur vnus alteri, ita inesse, vt vnus cen-
2 seatur contractus, Tiraquell. in leg. si vnquam verbo donatione largitus num.117. cum seqq. C. de reuocand.donation.Aut.Gabriel conclus.13.de præsumpt. n.17.Rota decis.178.numer.5.par.2.Mohedan. decis. 224.alias 3.de simonia num.1.Paul.Æmil. decis.Rotę 297.par.2.Menoch.lib.3.præsumpt.12. num.87. Flamin.Paris.lib.14.de resignat. benefic.q.9. num.12.

Et duo actus ex vicinitate reputantur pro vno, vt probat pluribus Franc. Curt. senior. cons.45. numer. 10. Ioan. Andr. Georg. allegat.32. num.9. l.5.§.conuentionales ibi,pendent ex negotio contracto leg.Titia §.idem respondit ff.de verbor.obligat. facit leg.4. §.si ab ignoto ff.de manumis. Alex. cons.29. num.19. lib.7. Brunus cons.38. numer.13.Ioan. Vinc.de Anna allegat.35.num.19.

Et intentio est, quæ facit actus correspectiuos,
3 non solum in vna, sed in diuersis scripturis Aym. Crauetta consil. 170. numer.6. Mohedan. decision. 224.Cæsar de Grassis decision. 86. numer. 8. & 9. & licet dictæ scripturæ non fiant in vno, & eodem die,
4 sed diuersis; nam actuum vicinitas præsumptionem inducit contractus illiciti, seu vsuræ leg. post contractum,vbi Bartol.ff.de donation.leg. si ventri §. in bonis supra citata,Soc.Senior.cons.26. num.4. lib.3. Paris.cons.13.n.56. lib.1. Rom.cons.179. num.14. Morot.respon.38.num.8.Io.Andr.Georg. allegat.22. nu. 6.Cępolla de simulat.contract.præsumpt.1. n.1. num. 34.& seqq.Barbatia cons.72.num.22.lib.4. Pau. Æm. dec.Rot.143.num.5.par.1.& quia teste Caballin.mil-
5 leloqu.418.par.1.multiplicatio instrumentorum non minuit, sed auget præsumptionem fraudis, vel simulationis,vt pulchrè Corn.cons.23. ad finem lib.3.ma-
6 ximè quando sumus in materia suspecta sufficit breuitas temporis ad fraudem coniunctionis actuum præsumendam l.1.§.quæ onerandæ vers.sed si post interuallum ff.quarum rerum actio non detur l.dubium ibi, breui tempore C. de repudijs, ex quibus iuribus apparet hanc præsumptionem non restringi ad vnum, duos, vel tres, sed ad paucos dies iudicis arbitrio, vt rectè tradit Angel. in dicto §. in bonis, Cæpolla de simulation. contract. secundo casu principali, versic. quando; Caballinus vbi supr. imò secundum Crauett. consil.156. numer.19. incontinenti fieri dicitur,
7 quod fit ex internallo, quando ab initio conuentum est,quod illud fieret,ex Anchar.consil.7.colum.2. nu. 3.incipit in quæstione agitata.

8 Quia dum adhibetur cautela maior, magis præsumitur fraus leg.ita fidei ff.de iure fisci,Tiraquel.de retract. linag. §.36. glos.2. numer.35. dicens, quod maior fraus præsumitur quando constat in contrarium de eius effectu l.1.& tot.tit.C. plus valere, quod agitur l. multum interest vers. quod si tu quidē emisti C.si quis alteri, vel sibi,vbi res gesta potior habetur, quam quod scriptura sonat,Caualc.dec.Fiuiz.1.num. 94.par.2. Paris. cons.54. numer.16.libr.1.Auend. respons.12.numer.4. vers. & istud,& ita non sunt attendenda ea, quæ scripturæ, venditionis scilicet iocalium, & census sonant, sed tractatus, & effectus dandi ad censum pro iniusto pretio iocalia prædicta, vt colligatur fraus prætensa fieri legi leg. sed & Iulianus §. proinde ff. ad senatusc. Macedon. Crauetta consil. 143. num.9. Mascard. de probat.concl.815. num.26. Morotius respons.93. num.17.

RESOLVT. DVI.

1 *Dictio nisi de sui natura est exceptiua, & in effectu aduersatur præcedentibus, vnde si oratio negatiua præcedit, dictio nisi ponit, & affirmat, si verò affirmatiua præcedit, negat, & priuat.*

2 *Est dictio exceptiua, & necessario significat oppositum antecedentis,cui immediatè aduersatur.*

3 *Denotat, & importat conditionem suspensiuam.*

4 *Facit conditionem in vltimis voluntatibus, secus autem in contractibus, quia non facit dispositionem conditionalem,sed facit sub conditione resolui.*

5 *Dictio nisi negat potentiam, quando ratio negatiua respicit futurum tempus, quando ratio negatiua respicit præsens tempus,tunc dicitur negare actum.*

6 *Dictio nisi importat formam,et idem quod non,significat.*

7 *Dictio nisi si subsequitur orationem negatiuam illam tollit in casu excepto: tamen nihil asserit ex propria vi, ac natura negatiuæ orationis, nisi aliquid extrinsecum additum fuerit affirmatiuè, vel sub intellectum ex materia subiecta.*

Dictio Nisi,quid importet,explicatur.

DIctio ista, Nisi, de sui natura est exceptiua, & in
1 effectu aduersatur præcedentibus, vnde si oratio negatiua præcedit, dictio nisi ponit, & affirmat, si verò affirmatiua præcedit, negat, & priuat, quas regulas ponit Dynus in Reg. peccatum ex numer.1. & ibi addit de reg. iur. in 6. Bar. in l. si eum §. qui iniuriarum numer.3. in fin. & ibi Ias. ex num.26. ff. si quis caution. Grat. cons.126. numer.19. volum.2. Gerard.singul.46.Surd.decis.264.num.17. Guttierez lib.1.Canon.q.c.21.n.2.idem tenet Bart. in l. actione n.1.& ibi Ias.n.3.& 4.& Dec.n.5. & 6. C. de transact. vbi easdem regulas latè reassumunt, & easdem ponit Chassan.in consue.Burg. rub.1.§.5. in versic. silna grace ex num.10.& eas latè deducit Mandos.in tract. de monitor.q.31.num.10.& 11.vbi latè examinat naturam huius dictionis, nisi, quem vide post Dec. in d. leg.actione ex n.5.& Ias. ibid. ex num.3. ratio autem differentiæ, quare nonnunquam dictio, nisi, affirmet
2 nonnunquam verò neget est, quia eius natura est aduersari præcedentibus immediate, vt per Dec. in cap.preterea 1.post princ.vers.& natura huius dictionis de appellat.Berous in c.quod autem nu.36. de iur. patron.& in cap.nauiganti num.18.de vsuris Mandos. de monitor.q.31.num.11. Gomes.in c.1. num.88. de constit.in 6.Paris.cons.17.n.22. & cons.96. num.109. vol.1.Grat.cons.138.num.9.vol.1.Bertran.consil.53. n.1.vol.3.in 2.par. & cons.45. numer.3. vol.3. in 1.p. Rebuff. in concord. titul. de collation. §. statuimus el 2.in verb.nisi Dec.cons.386.num.2.Cępol.cons.1.nu. 14. in ciuilibus Rebuff. in tract. de alien. rerum Eccles.num.70.quibus in locis plenè examinant Doctores naturam huius dictionis, nisi, & dicunt quod cum sit dictio exceptiua necessario significat oppositum antecedentis, cui immediatè aduersatur, quod etiam asserunt Arch.in cap.cum plures nu.1. & ibi Io. And. numer.1. de offic.deleg.in 6. Dec. in l.bonorum in 2. lect.num.27. C. qui admit. & in l. si quis in aliquo nu. 2.C.de edend. Ale.cons.83.vol.1.num.3.Chass.sup.n. 13.vbi ait quod ista dictio est exceptiua, & sic potest extendi ad casus similes.

3 Dictio nisi denotat, & importat conditionem suspensiuam Grat. cons.138.n.7. vol.1.Cass.in consuetud.Burgund.Rubr.1.§.5.in verbo silna grace, nu.12. vbi inquit, quod in dispositionibus importat conditionem aduersatiuam, & resolutiuam, & quod importat conditionem tenet etiam Grat.cons.54.n.55. vol.1.& cons.48.num.6.vol.1.Ias.in l.si eum qui §. qui iniuriarum nu.26. ff.si quis caut.quod procedit,vt faciat conditionem in ultimis uoluntatibus,secus autem
4 in contractibus, quia non facit dispositionem conditionalem,sed facit eam sub conditione resolui Bar. in l.quibus diebus §.quidam Titio ff.de cond.& demōst. Ias.in l.si eum §.qui iniuriarū nu.26.ff.si quis caution. ubi affert rationem diuersitatis,& tenet etiā Chass.in

d.§.5.

d.§.5. uerſ. ſilua grace, num.12. col.185.& Rip.lib.1. reſpon.c.2.num.24.vbi dicit,quod dictio addita verbo præſentis temporis in contractibus non facit actũ conditionalem, ſed reſoluendum in euentum conditionis,niſi in cõtractu ſint appoſita alia verba ſuſpenſiua,ſed quod in ſententia faciat conditionem ſuſpenſiuam,tenet Dec.c.præterea el 2. in prin. de appellat. & Mandoſ.in tract.de monitor.q.31.n.11.in prin. fol. 134.Bald.in l.quibus diebus §.quidam Titio verſ.quero quedam ſententia ff. de condit.& dem.& ibi Soc.n. 9.verſ.& prædicta,& ſciendum eſt ẽt quod dictio, niſi,
5 negat potentiam quando ratio negatiua reſpicit futurum tempus leg. Titia §. fi. de manumiſ. teſt. quando verò ratio negatiua reſpicit præſens tempus, tunc dicitur negare actum, qui actus dicuntur de præſenti, quando in eſſe deducuntur potentia verò reſpicit futura,vt tradit Rebuff.in concord.rubr.de collat.§.ſtatuimus el 2.in verbo niſi verſic.nota quod pag.463. & poſita prohibitione alienationis concedit potentiam in illo caſu faciendi Pariſ.conſ.31.num.35.vol.2.Dec. conſ.532.n.1. poſita poſt orationem affirmatiuam, nihil plus excipit,quam fuerit affirmatum in oratione
6 præcedenti, vt pulchrè tradit And. ab Exea in c. cum omnes n.157.de conſt.& Dictio niſi importat formam Oſaſc.dec.174.n.2.& idem quod non ſignificat.Grat. conſ.15. n.15. vol.1. fol.31. ſicut etiam Dictio niſi ſi
7 ſubſequitur orationem negatiuam illam tollit in caſu excepto,tamen nihil aſſerit ex propria vi,ac natura negatiuæ orationis, niſi aliquid extrinſecus additum fuerit affirmatiuè, vel ſubintellectum ex materia ſubiecta vnde intelligitur reg.peccatum de reg.iur.in 6. dum dicitur in ea peccatum non remittitur,niſi reſtituatur ablatum,non ſequitur quod ſtatim quod ablati facta eſt reſtitutio peccatum dimittatur, ſed quod intelligitur eſt, quod facta reſtitutione non eſt locus illi negatiuę rationi præcedenti dictionem niſi,ſed potius dimitti peccatum,dummodo concurrant alia,quæ ad peccati remiſſionem neceſſaria ſunt ſic dum in eiſdem iuris regulis dicitur peccati venia non datur, niſi correcto, cum ex natura rei appareat peccati veniam concedi verè correctis, manifeſtiſſimum eſt dictionem niſi,ibi affirmare,& ponere, quod præcedens oratio negauerat,nec hoc ex propria vi, ſed ex materia ſubiecta, & id maximè ea ratione procedit, quod regula illa loquatur de remiſſione peccatorum, quæ remitti à Deo conſtat, & tamen non niſi correctis, ergo correctis datur peccatorum venia.

RESOLVT. DVII.

1 *Tabellionatus curiæ Epiſcopalis an vendi poſſit.*
2 *Alienari non poſſunt ea, quæ ſunt dignitatis Epiſcopalis.*
3 *Reipublicæ præcepta quæ nam ſint.*
4 *Quænam officia locare non licet.*

An Epiſcopus valeat in ſuo Epiſcopatus vendere, vel locare Notarias, uulgo bancas, & Tabellionatus, uel ſimilia officia.

1 REſpondi conſultus à quodam prælato, negatiuè, & ſic quod ipſe non valeret vendere, vel locare tales Notarias, & Tabellionatus ſui Epiſcopatus, quoniam ſuppoſito clariſſimum eſſe quod Notariæ hæc, & Tabellionatus ſint dignitatis Epiſcopalis, etiam de iure abſque dubio non poſſe vendi, neque ad vitam locari, eo quod eſſet alienatio ſecundum gloſ. in l. filius familias §. diui ff. de leg. primo leg.1. §. quod autem ff. de ſuperfic. declarat optimè Molin. de primogen. Hiſpan. lib.1. cap.21. numer.15. cum ſequent. & alienare ſimiles res di-
2 gnitatis Epiſcopalis non eſt licitum, niſi præcedente cauſæ cognitione, & in caſu vtili, & neceſſario, vt per totum titulum ext. de Rebus Eccleſiæ non alienand s capit.ſine exceptionem in quæſt.2. & hæc alienatio Notariæ, aut Tabellionatus non ſolum non eſt vtilis, nec neceſſaria, verum præiudicialis Reipublicæ, & ipſi dignitati Epiſcopali, vnde in Hiſpania, ex leg.4. titul.25. libr.4. Nouæ Recopil. innouata, & confirmata per capitul. 44. de Cortes de Madrid Anni 1573. iuſſum extat, quod nulla Tabellionatus officia locentur, & per leg. 8. titul.3. libr.6. recopil.id ad omnia officia extenſum in Anno 1490. ſub leg.42. titulo ſecundo, & ex dictis iuribus imponitur pœna correctoribus ciuitatum aliud permittentibus, quod ſi in ſæcularibus officijs id extat diſpoſitum, & prohibitum, in Eccleſijs erit cenſendum omninò prohiberi, cum propter quod vnum quodque tale, & illud magis Auth. multo magis C. de Epiſcopi, & clerici, Prælatique ad ſagittam ſunt appoſiti, & quod non licet ſæcularibus circa hoc neque eis à fortiori licebit, & pro hac reſolutione inſurgit diſpoſitio Iuſtiniani in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffragio, quod perſonæ, quæ publicis officijs addicuntur ſingula ſine mercede percipiant,& præter hæc demum Sotus de iuſtitia & iure lib.3. quæſt.6. Artic.4. col.6. inquit quod ſcriba, aut prętor, aut quiuis alius officialis, qui pretium empti, officij extorquere debet à miſeris ciuibus, quoniam putas modo non violabit fidem ſuam,quam non iniuriam intentabit, vt miſerorum pecuniam emungat, nam dato vno principio illicito, vt habetur in D. Aut. vt iudic. ſine quoque an certè, neceſſe eſt plurimas manus circumire, præcedente enim vno malo ſequuntur, & alia l. ex diuerſo §.1. ff. de rei vend. nam quæ malo ſunt inchoata principio, vix eſt vt bono exigantur exitu capitul. principatus 1. quæſt.1. & ſic illi, qui pauperibus ſolebant iura remittere, & à diuitibus minora percipiebant iura, nunc habentes pretio, aut annuo cenſu officia hæc acquiſita nulli non parcent, verum excoriare eos procurabunt, prout ad oculum videmus fieri, quod eſt in maximum Reipub. detrimentum, & finem habendum per dominos in terris ſuis, quoniam omnes Principatus,Regna,Imperia,Potentatus, legitimos legum, & hominum, ob publicam ipſorum ciuium vtilitatem, non etiam ob regentium commoda inuitos creatos,receptos,admiſſoſq;fuiſſe communi frequentiſſima Philoſophorum, & legumlatorum, & Sanctorum ſententia proditum,& teſtatum eſt,non ſecus quam reliquos magiſtratus, ita ſcriptum reliquit Plato relatus per Ciceronem l.1. officiorum, omnino inquit,qui Reip.præſunt duo Platonis præce-
3 pta teneant,vnum,vt vtilitatem ciuium ſic teneantur, vt quicquid agant ad eam referent obliti commodorum ſuorum,alterum vt totum Reipublicę corpus curent, ne cum partem aliquam tueantur reliquas deſerant, ſubiungitque idem Cicero vt .n. tutela, ſic procuratio Reip.ad vtilitatem eorum,qui commiſſi ſunt non ad eorum,quibus commiſſa eſt,gerend a eſt,idem vult Ariſt.lib.5.ethicorum,& 3. Politic. c.11. Boerius in tract.de regimine Ciu.gl.& Abb. in Clem. vnic. de Baptiſmo Lucas de Penna in l.militaribus C.de decurio.lib.10.tradunt communiter Doctores,maximè in l.decernimus C.de Epiſcopis,& Cl.Alph. Generius in Theſ.Chriſt.relig.c.54.n.1.& 19.poſt S.Thomam in opuſculo 21.ad Ducifſam Brabantiæ,& S.Ireneus lib. 5.contra hæreſes Regnum .n. non eſt propter Regem ſed Rex propter Regnum, ex quibus fit quod neque Regem decet, niſi ob eius maximam neceſſitatem ſubueniendam vendere, neque locare ſimilia officia ſecundum Thomam, & Sotum vbi ſup. & per conſequens multo minus Principibus inferioribus id dicebit,& inter omnes iniuſtiſſimè,ac fediſſimè inquit Soto in d.art.4.in fin. Eccleſiaſtici Antiſtites huiuſmodi officia vendunt, nam præter abſurda, quæ ſuperius

dicta

dicta sunt, & ipse Sot. ibi refert scandalo Christianos oculos offendunt, gratis .n. acceperunt, gratis dent, non solum spiritualia, sed sæcularia, quæ ad custodiam spiritualium instituta sunt, vt & nouissimè inquit & tenet Mich. Salon. in S. Tho. 2.2. qu. 63. art. 2. col. 1071. & Salze. in addit. ad pract. can. Ber. Diaz c. 4. addit. 2. ex quibus inquit Bar. Soc. cons. 146. num. 2. vol. 1. omni iure prohibitum officia, & potestarias vendi, emens .n. officia hæc præsumitur, quod omnia mala perpetrabit secundum Paris. de Put. in tract. de Synd. verbo officialis c. 3. num. 2. fol. 139. & vitium Simoniæ committere inquiunt Soci. vbi sup. & Reb. in 3. to. constit. Franc. tit. de salarijs taxam prouis. proces. glos. prima art. 1. num. 11. & 2. tom. ti. de magist. artif. art. 3. glo. 1. & Franc. Marc. decis. Delphi. n. 749. emensque officium publicum eius priuilegio gaudere non debet ex lege vniuersi. C. de leg. lib. 11. allegato ad hoc per Rebuff. in tract. de nominatio. quæst. 5. n. 11. & in concor. Reg. Francisc. tit. de elect. derog. glos. sanguis pag. 60. cap. ementes male viuunt, quibus de causis decre. 24. actio 3. Concil. Prouincial. Compost. cautum est ne
4 notoriæ Ecclesiasticæ vendi, vel locari possint per Dominos earum sub pœna ibi contenta, & iure optimo, plurimum enim nociuę sunt locationes ac venditiones talium officiorum neque minores Domini ea possunt permittere, neque facere, & multo minus Antistites, vt dictum est.

RESOLVT. DVIII.

1 *In dubio præsumitur pro sententia.*
2 *Verbis sententiæ semper est standum, & præsumendum, omnia legitimè præcessisse, licet de eis non appareat per processum.*
3 *Sententia in antiquis, probat acta.*
4 *Non appellans per decem dies, censetur acceptare sententiam.*
5 *Sententia cuiuscunque iudicis tranfacta in rem iudicatam habetur pro veritate, nec contra eam admittitur probatio in contrarium, nisi per partis confessionem.*
6 *Præsumitur pro sententia sine actis, quando lata est contra absentem, & elapsum est biennium.*
7 *Appellans à sententia, tenetur docere, se iustè appellasse.*
8 *Longum tempus dicitur post biennium.*
9 *Copia copiæ producta in actis facit plenam probationem.*

An sententia probet acta in antiquis.

CLerici terræ Chauani prætendunt fundare eorum intentionem aduersus præcedentiam petitam per Clerum terræ Iuliani ex nullitatibus sententiæ antiquissimæ latę à quodam Vicario camerario ciuitatis Auersæ in fauorem ipsorum.

Nullitates minimè obstant, & proinde Dominum vicarium Auersæ omnino iudicare debere dictos clericos terræ Iuliani non esse præferendos, nam de iure
1 clarum est in dubio præsumi pro sententia c. in præsentia de renunciatione latè Bart. in l. Herennius §. Caia ff. de euictionibus, verbis enim sententiæ semper
2 standum est, & præsumendum omnia legitimè præcessisse, licet de eis aliter non appareat per processum, cum ex decursu, & antiquitate temporis omnia necessaria requisita interuenisse, & solemniter præcessisse præsumatur Bal. in c. primo de mil. vasal. qui contum. est, & in c. quoniam contra de probat. Cast. in l. emancipatione C. de fid. instrum. Port. in tr. reg. vtr. iur. in Reg. præsumitur verum vtrum, & quod si processus est deperditus.

Nec obstat dicere de nullitate, quia licet non appareant acta, nihilominus sententia in antiquis pro-
3 bat acta iudicij præcessisse, & processum, quia cum transiuerit in rem iudicatam habet præsumptionem pro se quoad rectitudinem processus, & etiam quoad instantiam vt no. glo. Innoc. Ant. de Butr. & cæteri doc. in d. c. quoniam contra falsam, Inn. in cap. Bonæ, el 1. de elect. & in c. cum in iure de off. del. Fed. de Senis in consil. 165. Gul. de Cu. in l. 2. ff. de in ius voc. Domini de Rot. in decis. 417. & videtur casus in d. cap. bonæ, & Bald. in l. 1. in fin. C. de exc. rei iud. nam per lapsum decem dierum in non appellando dicitur, quis acquiescere sententiæ l. ad solutionem cum ibi not. C. de iud. Bart. & doc. in l. si quis separatim
4 in fi. ff. de app. ergo non appellans videtur tacitè in sententiam consentisse l. ab eo C. quo, & quando iud. ca. quoad consultationem de re iu. & sic cum à dicta sententia non fuerit aliter prouocatum, pro veritate seruanda est in l. ingenuum ff. de stat. hom. cap. cum inter vos de re iud. & sic omnino pro sententia ipsa, a qua non fuit appellatum, & quæ transiuit in rem iudicatam præsumendum est, vt supra, & idem etiam firmat Ian. in c. cum inter nos, & in c. sicut de re iud. & in c. pactum §. quia verò de off. del. Rot. decis. 216. Item si petatur executio, vbi indefinitè firmat, quod siue sententia fuerit lata in præsentem, siue in contumacem absętem, quomodocunq;, quia absentia contumacis repletur rei præsentia c. veritatis de dolo, & cont. capit. 2. de arb. in 6. l. properandum §. fin. autem reus de iud. ita decidit Anton. de But. in præall. capit. quoniam contra falsam, vbi ostendit esse casum in d. c. & tenet Spe. Ioan. Andr. in tit. de sen. prola. §. vt autem Io. Cal. in d. c. quoniam contra Imol. & Ro. in l. 4. §. condemnatum de re iud. & in cap. cum in iure de off. del. & ibi subdit Ioan. de Imo. quod illa est communis opi. & idem firmat Imo. & Anton. de But. in capit. in præsentia de renunc. postquam enim sententia transiuit in rem iudicatam cuiuscunque iudicis
5 fuerit habetur pro veritate l. res iud. ff. de reg. iur. c. cum inter ff. de re iud. & ex ea resultat præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, nisi per confessionem partis Bart. in l. Iulianus verum debitorem ff. de cond. ind. Bal. in l. quis C. de iur. & facit. Ign. Bart. in l. filium C. fam. herc. Cęp. in caut. 24. si sententia lata, quia postquam transiuit in rem iudicatam præsumitur pro rectitudine, & rectitudine, quando non fuit ab ea appellatum, prout hic, quia omnia præsumuntur rectè, & rectè, & iustè facta secundum Inn. Pan. & omnes in cap. bonæ de elect. & plenè consuluit Cur. Senior. in consil. 65. 16. co. vers. postquam enim transi-
6 uit, maximè si esset lata contra absentem, & elapsum fuisset biennium post sententiam, quia tunc præsumitur pro sententia etiam sine actis, secundum Host. in c. cum inter de re iud. & in cap. in præsentia de renunc. quem sequitur Ioan. And. & Card. in cap. quomodo contra falsam de prob. Bal. in cap. 1. de mil. vas. qui contumax est, & in l. emancipato C. de fide instr. & in l. 1. versic. extra quæro C. quando liceat tertio prou. Ioan. de Imo. in l. ex hac scriptura C. de don. & ita consulendo tenet Alexan. de Imo. in consil. 22. vol. 2. subdens opin. hanc se solitum tenere semper in legendo, & consulendo quando biennium esset elapsum à tempore sententiæ antequam contra eam opponeretur per dictum Hostien. in d. c. in præsentia, & idem consuluit ipse Alexan. in consil. 136. in 2. vol. nam eo casu post biennium dicitur sententia antiqua, & sic lata de longinquo, & ista est verissima opin. quam etiam tenet Frac. de Are. in cons. 36. & plene Calc. in consil. 15. præsertim, quia appellans
7 à sententia docere debet se iustè appellasse cap. cum in Ecclesia de app. & satis probatur ritè lata, eo maximè, quod non probatur contrarium arg. l. super seruis Cod. qui mil. non pos. libro 12. & facit, quia licet petens executionem sententiæ debeat vltra senten-

tiam

tiam producere acta, tamen si transactum est biennium post sententiam, non tenetur acta producere, ita Bal. in l. 1. vers. extra quæro ne liceat tertio prou. quia tunc pro sententia transacta in rem iudicatam præsumitur etiam pro rectitudine processus: ita Alexand. in l. aliud in add. ff. quando app. sit, facit etiam benè, quia breue tempus dicitur, quod est ante bien-
8 nium, & post biennium dicitur longum tempus, vel vetus: ita Io. And. in cap. clerici de vita, & hon. cleric. in gl. in verb. breuiori, & idem, vt supra, quod presumitur pro sententia lata post biennium sequitur Guid. Papæ in suo tract. de præsump. quia eo casu dicitur de antiquo lata, & eam plenissimè tenet Bertrandus Moder. doct. Gallicus in suo consil. 232. addendo eleganter in 3. vol. idem etiam tenet Afflict. in constit. regni vniuersos 4. not. & rectè dixit Host. originaliter post biennium, quia tunc sententia fecisset transitum in rem iudicatam.

Non obstat oppositio partis, quod scriptura producta sit copia copiæ, quia respondetur non procedere quando copia copiæ esset producta in actis, quia
9 tunc inducit plenam probationem, Mohedan. decis. 1. de fid. instrum. Caputaquen. in decis. 238. num. 4. par. 1. & in decis. 117. numero 4. part. 3. Put. decis. 159. num. 2. lib. 2. & in decis. 99. numero 2. lib. 2. tenuit Rot. diuersorum in decis. 151. lib. 3. & ita nouissime censuit Curia Archiep. Neap. vt refero ego ipse in decis. 198. vol. 1.

RESOLVT. DIX.

1 *Conditio adiecta à testatore, debet adimpleri in forma specifica.*
2 *Vbi constat de mente testatoris, omnis verborum rigor derelinquitur.*
3 *Nunquam verborum interpretatio debet tantum posse, vt voluntatem testantis prosternat.*
4 *In fideicommissis inducendis, sufficit præsumptionibus, & coniecturis voluntatem colligere.*
5 *Ingrediendo quis religionem, censetur mori mundo.*
6 *Monasterium habetur loco filij, quod non procedit contrario apparente, ex coniecturata mente testantis.*
7 *Monasterium excluditur à substituto, quando substitutus est de personis, in quibus cadit affectio, vt si substitutus sit filius.*
8 *Dispositio in vno casu extenditur ad alium omissum, similem tamen expresso.*
9 *Ex verosimili voluntate testatoris fit extensio, etiam de casu ad casum.*
10 *Mors ciuilis æquiparatur naturali.*
11 *In testamentis fit larga interpretatio.*

Monasterium an excludat substitutum vbi contrarium præceperat testator.

IN præsenti dubiosum in opinione substitutum excludere monasterium ex infra dicendis.

1 Primo quia conditio adiecta à testatore debet adimpleri in forma specifica l. Mæuius ff. de condit. & demonstrat. quare cum testator præceperit, vt vno ipsorum filiorum decedente in ætate 25. annorum sine filijs, alter succederet, propterea sequitur regula iuris, quod si ingrediatur monasterium in dicta ætate non potest de bonis aliter disponere, sed substitutum succedere in dictis bonis, & ex coniecturata mente testantis fideicommissum inducere volentis, voluntas enim testatoris in primis attenditur, & ipsa totum facit, l. in conditionibus ff. de condition. & demonstrat. l. ex facto ff. de hæred. instituend. ibi, & facit quidem totum, & in fideicommiss. sola ipsa seruatur l. penul. ff. de leg. 1. l. voluntas C. de fideicommiss. ipsaque regit, & dominatur l. cum quæstio C. de fideicommiss. etiam contra verba l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebellian. & vbi de mente
2 constat in vltimis voluntatibus omnis verborum rigor, & forma derelinquitur inquit Angel. consil. 222. benè, & egregiè in princip. hinc Bald. in l. quidam C. de necessarijs seruis hæred. instituit. dicebat, quod voluntatem testatoris per vestigia inquirere, & sectari debemus, sicut venator lepotē, & ea reperta omnino debet attendi, etiam quod verba aliud importare viderentur in eorum interpretatione, quia nunquam
3 interpretatio verborum debet tantum posse, vt voluntatem testantis prosternat. l. 3. in fin. C. de liber. præterit. l. cum virum C. de fideicommiss. quibus accedit tex. in l. quisquis mihi ff. de verbor. signific. & alius satis egregius in l. vnum ex familia §. si omissa ff. de leg. 2. vbi si omissa fideicommissi verba sint, &c. quæ leguntur, cum ijs, quæ scribi debuerunt congruant rectè dictum, & minus scriptum intelligitur, quem text. ponderat Curt. Iun. consil. 121. numero 10. dicens tex. illum esse semper ante oculos habendum, hocque adeo procedit, vt sufficiat in fideicom-
4 missis inducendis, præsumptionibus, & coniecturis voluntatem colligere l. qui solidum §. 1. & l. cum proponebatur, vbi glos. & DD. ff. de leg. 2. l. hæredes mei §. cum ita, vbi doctores præsertim Torniellus numero 22. l. fideicommissa §. item si quis ff. de leg. 3. quæ, & alia extant apud Alexand. consil. 100. numero 5. 47. vol. 4. Curt. Sen. consil. 76. col. 3. numero 2. & 3. Dec. consil. 470. numero 2. & 3. Socin. Iun. consil. 40. numero 7. volum. 1. consil. 167. numero 6. consil. 181. numero 16. vol. 2. consil. 110. numero 14. & seq. vol. 3. Grat. respons. 5. num. 14. vol. 2. Ias. consil. 52. vol. 3. Marzar. consil. 4. col. 1. & Decian. consil. 50. numero 10. lib. 1. consil. 89. num. 8. lib. 3.

Vnde cum ex voluntate testantis euidenter appareat, vt decedenti infra ætatem 25. annorum alter succedat, illa est attendenda, & ab ea nullatenus recedendum, iuxta tradita in l. non aliter ff. de leg. 3. & latè per Ant. Fabr. in decisione decima septima, de verb. signific.

5 Et ingrediendo quis religionem censetur mori mundo cap. si religiosus de elect. in 6. capit. placuit, & cap. nullus 2. q. 7. Vantius in tract. de nullitat. in tit. de nullitat. ex defect. mandat. num. 47. Thes. decisione 129. & latè Felyn. in cap. 27. col. 24. de rescript. & proinde vti moriens debebat de suis bonis disponere vti præceperat testator.

6 Non obstat monasterium haberi loco filij cap. in præsentia de probat. auth. nisi rogati C. ad Trebell. latè Mastrill. in decis. 155. & excludit alios hæredes substitutos §. sed & hoc præsenti Auth. de Sanctiss. Episcop. plures recenset Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 83. num. 58. versic. secundum caput Ripa in l. ex facto §. si quis ita el 1. numer. 36. versic. circa, secundum ff. ad Trebellian. text. in Auth. nisi rogati C. ad Trebell. Tiraquell. ad leg. si vnquam C. de reuocand. donat. in verb. libertis numer. 91. versicul. ex quibus etiam.

Quia respondetur illud minimè procedere contrario apparente ex coniecturata mente testantis, prout in casu nostro, vbi testator vocauit totam familiam Spinulorum, supradictis decedentibus absque filijs: testatorem enim eo casu in suo testamento legem dicere posse, vt scilicet decedentibus institutis sine filijs exclusa Ecclesia, vel Monasterio, quod quispiam ex institutis ingrederetur, fiat locus substituto, licet negauerint aliqui, Bart. nimirum consil. 1. lib. 1. Felyn. in cap. in præsentia num. 33. de probat. Ruin. consil. 189. num. 13. lib. 2. Curt. Iun. consil. 193. num. 17. lib. 2. affirmarunt tamen longè plures Alex. consil. 121. num. 13. lib. 2. Corn. consil. 18. num. 17. lib. 4. Ruin. consil. 94. n. 20. lib. 2. Dec. consil. 259. num.

3. vers. circa primum, idem cons. 426. num. 2. Odd. in tract. de compendios. in 6. par. artic. vltim. versic. quoad primam, & ita decisum fuisse pluries a Rota Florentina testatur Marzar. in epit. de fideicomisso q. 31. Vincent. de Franch. decis. 29. par. 1. num. 7. Osasch. decis. Pedemont. 126. Bal. cons. 407. num. 13. vers. tangitur etiam de illa vol. 1. quidquid dicat Menoch. de præsumpt. lib. 4. presumpt. 83. num. 16. vers. nunc superest, vt diluamus.

7 Et maximè monasterium excluditur à substituto, quando dictus substitutus est de personis, ex quibus cadit affectio, vt in casu, de quo disputamus, in quo maxima versatur testatoris affectio, ne bona exeant à familia, vnde Menoch. in supra cit. præs. 83. refert monasterium excludi per substitutum, si nimirum sit substitutus filius ex hæredis proprio corpore procreandus, & de legitimo matrimonio n. 27. vbi de communi potest Calcan. cons. 7. n. 24. & alios ibi allegatos Bal. cons. 407. n. 13. vol. 1. si sit substitutus filius alter testatoris Ripa in l. si ex facto §. si quis rogatus el 1. num. 41. ff. ad Trebell. Grat. cons. 111. num. 9. vol. 2. & de magis communi Osasch. d. decis. 126. n. 26. & alia plura, quæ videre poteris apud recitatos DD. inter quæ illud non est minimi momenti quando hæres monasterium ingreditur, vt data opera substitutum excludat Bal. in Auth. nisi rogati num. 24. vers. quæro quid si rogatus C. ad Trebell. Anchar. Roman. Barb. & alij quam plures, quos refert Menoch. d. præsumpt. 83. n. 7. vers. declaratur sexto, libro 4. vbi etiam de communi, & de communi Dec. in cap. in præsentia, num. 204. vers. quid autem de probat.

Accedat pro confirmatione principalis conclusionis, quod si testator fuisset interrogatus, vel cogitasset de ingressu religionis idem, & similiter disposuisset leg. Titius §. Lucius, vbi Bart. Castrens. & reliqui ff. de liber. & postum. glos. in lege tale pactum §. fin. vbi Ias. ff. de pactis Tiraquell. in leg. si vnquam num. 59. C. de reuocan. donation. Berous cons. 73. Ann. cons. 84.

Et licet casus religionis non fuerit prouisus, nihilo-
8 minus dispositio concepta in vno casu, extenditur ad alium omissum similem tamen expresso, & eundem effectum habentem l. fi. in fine ff. mand. & tradit Bart. in l. Gallus §. & quid si tantum num. 3. vers. 1. casu, aut casus omissus ff. de liber. & posthum. quem ibi DD. sequuntur.

9 Immò innumeri alij tenuerunt, quod ex verisimili mente testatoris fiat extensio etiam de casu ad casum quales fuerunt Angel. in dict. §. & quid si tantum, col. 3. vers. fallit etiam, & ibi Garzias num. 86. Crot. num. 27. Ias. in leg. Titius §. Lucius n. 7. ff. de liber. & posthum. & cons. 115. num. 4. vol. 4. & alij quos refert, & probat Molin. de primogenit. Hispan. lib. 1. cap. 4. num. 25. quibus addo Crauett. cons. 115. n. 7. Mant. cons. 22. num. 72. lib. 1. Marzar. cons. 4. pag. 28. & 31. & cons. 5. pag. 47. cons. 6. pag. 55. Cephal. cons. 252. num. 21. lib. 2. & Rim. Iun. cons. 21. num. 59. lib. 1.

10 Et quod mors ciuilis æquiparetur morti naturali est tex. in leg. Deo nobis, vbi DD. communiter C. de Sacrosanct. Eccl. & proinde quemadmodum moriendo naturaliter non potest disponere de prædictis bonis, ita & ciuiliter.

11 Addo denique in testamentis fieri largam interpretationem leg. in testamentis ff. de reg. iur. & sic in hæredis institutione, vt per Dec. in d. l. in testamentis, & Ann. in cons. 84.

RESOLVT. DX.

1 *Inhibitio operatur, vt omnia remanere debeant in eodem statu, in quo erant tempore emanatæ inhibitionis.*

2 *Propter irretractabile præiudicium, recedendum est à regulis iuris communis.*

3 *Inhibitus ne ædificet non est inhibitus ne reficiat.*

4 *Reficiens Ecclesiam funditus destructam dicitur de nouo facere, & acquirit ius patronatus, antiquis patronis exclusis.*

Si inhibitum sit alicui ne ædificet, pendente lite, an possit reficere, vel reædificare.

CIrca propositam quæstionem, cum casus occurrisset

1 Pro negatiua considerabam, quod inhibitio operatur, vt omnia remanere debeant in eodem statu, in quo erant tempore quo emanauit inhibitio, & sic præseruantur iura partium Feder. de Sen. consil. 290. & dixi supra quæstione 22. numero 4. sed tempore præsentatæ inhibitionis infectum supponitur ædificium, ergo remanere debet in eodem statu, in quo reperitur, ita vt vltra procedi non possit: insuper supponimus castrum, quod reficiendum erat alias dum in priore forma erat fuisse inexpugnabile, & si nunc reficeretur eandem qualitatem inexpugnabilitatis re assumeret, quo fit vt affirmemus, quod si hodie castrum huiusmodi esset in suo priori
2 esse propter irretractabile præiudicium, quod imminere posset, ne postea irrecuperabile redderetur, recedendum esset à vijs ordinarijs, & a regulis iuris communis, inter quas illa est, quod prius cognoscatur causa possessorij, quam dominij, seu proprietatis, & quod spoliatus ante omnia restitui debeat, l. si de possessione C. vnde vi leg. si quis ad se fundum C. ad l. Iul. de vi publ. cap. in litteris, & cap. conquerente de restit. spoliat. cap. nullus cap. 2. quæstio. 2. cum alijs, tamen si imminent, vt præmisi, præiudicium irretractabile admittetur quæstio, seu cognitio dominij, prout si ageretur, vt dixi de recuperando fortilitio, seu castro difficilis expugnationis, prout voluerunt Paul. Castr. & Ias. in leg. 2. C. de edict. Diu. Adria. tollen. & alij, quos citat Marches. in 14. formula commiss. in ver. in primis quæstion. 4. iuxta nouam impressio. vbi etiam ostendit idem dicendum esse in attentatis, quod in possessorio, cum hoc casu non sit constituta differentia inter remedium possessorum, & attentatorum, melius est igitur occurrere in tempore, & sic statim facta inhibitione, cessat omnis refectio, & omnis munitio ne præiudicium aliquod irretractabile sequatur.

In contrarium, quod imo refectioni, seu reædificationi locus esse possit probatur, quia si dicamus in-
3 hibitum, ne ædificet, non per hoc censeri debet inhibitum, ne reficiat. Hæc enim inter se longè differunt iuxta text. in l. 3. §. reficere ff. de itin. actuque priuat. §. reficere in l. 1. §. penult. ff. de mort. infer. l. 4. C. de oper. publi. l. 1. §. si quis ædificium, & ibi Ias. post alios numero 1. & sequent. ff. de nou. ope. nun. idem Ias. in l. ius ciuile num. 11. cum sequent. ff. de iust. & iur. glos. vlt. & docto. & ibi D. meus num. 96. & seqq. in capit. cum accessissent de constit. idem Dec. & Cagno. in l. domum suam ff. de regul. iur. & cum reficere non sit aliquid de nouo facere, nec innouare, idem dicendum erit, vt etiam si in inhibitione non dicatur expresse, quod non possit ædificare, sed solum ne aliquid attentet; nec nō dicetur attentare si reficiat. Hac autem distinctione vtendum erit, vt cessent, & tollantur omnia contraria, videlicet aut supponimus ædificia non esse penitus diruta, vel solo æquata, quo casu procederet prima opinio negatiua; tunc enim reficiens rem pœnitus destructam diceretur facere, & ædificare capit. consuluit, & ibi Abb. & Felynus post alios de iudic. Hostien. in tit. de Eccle. ædific. in fine, & dixit glos. in cap. 3. de iur. patr. quod reficiens

Eccle-

4 Ecclesiam funditus destructam, dicitur de nouo facere, & acquirit ius patronatus antiquis exclusis, & quod talis refectio sit noua constructio probant Moder. Asten. in tract. de refect. Iason, & alii, idem Iason in l. quominus ff. de flum. nec mirum si hoc casu refectio prohiberetur, quia esset impropria refectio, sed ædificatio ex integro, & esset nouum ædificium, quod (vt præmisimus) interdictum fuit. Aut loquimur in vera, & propria refectione, & procedat secunda opinio, & sic cessabunt omnia, quæ in contrarium adducta fuerunt, & adduci possent.

Nec illud argumentum, obstat, quod si castrum prius inexpugnabile ad eandem formam reduceretur, in qua prius erat, parare posset præiudicium irreparabile, tum quia nulli iniuria fieret per refectionem, & reductionem ad eandem priorem formam, quo casu præalleg. tex. ibi, dum non officiat inuito, & ibi declarant ff. de reg. iur. & per alios ibi supra; tum quia non esset præsentis speculationis considerare quale præiudicium afferri posset per refectionem, dummodo, vt præmisi, non excederetur addendo, vel minuendo, & circa alia, de quibus Ang. & Ias. numero 9. & seq. in allegat. l. ius ciuile ff. de iust. & iur. & pro hac opinione, quod post præceptum sibi factum reficiens non dicatur innouare, consuluit in causa propria Alciat. consil. 100. incip. Alciati in causa numero 8. vol. 5.

RESOLVT. DXI.

1 *Clericus tutor, non potest coram laico conueniri.*
2 *Clericus non potest esse tutor, nisi propria voluntate legitimam acceptet.*
3 *Clericus etiam volens, non potest se summittere laicorum iurisdictioni.*
4 *Tutor legitimè datus, censetur datus etiam super bonis quæ sunt extra dantis iurisdictionem, quod procedit etiam in testamentario.*
5 *Administrator tenetur exhibere libros, cum redditur ratio administrationis.*
6 *Contra administratorem, qui non confecit libros, iuratur in litem.*
7 *Lex de iurando in litem, non habet locum contra Ecclesiasticos.*

Clericus tutor an possit conueniri pro reddenda ratione administrationis coram iudice laico.

2 AD propositum dubium respondi quod non, ex quo de iure clericus, neque vt tutor, neque vt quilibet administrator porerit coram laico conueniri l. si quis ad declinandam C. de Episcop. & cleric. & scribit Alexander in consil. 98. vol. 2. & in primis quantum pertinet ad tutelam considerandum est clericum non
2 posse esse, vel dari tutorem, nisi is propria voluntate legitimam acceptet auth. presbyteros C. de Episcop. & cler. in verficul. sua sponte &c. sed hæc voluntas exercendæ tutelæ non potest parere præiudicium iurisdictioni Ecclesiasticæ, quia dispositum est, vt
3 etiam si is voluerit non possit se summittere iurisdictioni laicorum cap. si diligenti de for. compet. item quotiescunque tractatur de iurisdictione iudicis super ipso tutore, semper doctores nostri considerarunt illum esse iudicem competentem, siue super tutela danda, siue exercenda, cuius iurisdictioni persona, quę tutelam exercet subdita est, licet etiam bona alibi sita sint Alexander in consil. 44. num. 17. vol. 5. per textum in leg. 1. in fine, ff. de tutor. & curator. datis ab his, & l. propter litem §. licet ff. de excusat. tutorum, & plenè not. per doct. in l. 1. C. vbi tutor. & in l. si curatores per illum textum C. de excusat. tutorum, atque scribit Alberic. in rubric. C. de in litem dando tu-

4 tore, quo casu sic legitimè datus, qui de sua iurisdictione fuerit omnibus censetur datus bonis, etiam sitis extra ditionem dantis §. datus instit. de excusat. tutor. Alexander in consil. 128. numero 5. & seq. vol. 1. per textum in lege propter litem §. licet ff. de excusat. tut. & lege magis puto §. illud ff. de rebus eorum, & licet contrarium velit glossa in l. non solum §. qui testamento ff. de excusat. tut. tamen eam ibi reprobant Dyn. & Iacobus de Aret. atque Cyn. in lege locum C. qui petant tutores, & sequitur Tiraquell. in tract. de iure primogenit. quæst. 46. num. 20. & num. 26. vbi allegat plurimos doctores pro hac opinione, & ita respondit Paulus de Castro in consil. 412. num. 1. vol. 1. Ioan. Faber. instit. de Attiliano tutore num. 3. & hæc opinio procedit non solum in tutore datiuo, sed etiam testamento, prout ita respondit Socin. Iunior. in consil. 148. numero 2. vol. 1. quia non qualitas tutoris, sed iudicis, vel superioris dantis inspicitur Dec. in consil. 150. nu. 9. ex quibus satis clare licet intelligere iurisdictionem respectum bonorum tutelę dependere principaliter a persona, quę tutelam exercuit, vt subdita sit iurisdictioni illius iudicis, sed clerici nullo modo sunt subditi iurisdictioni laicorum, neque volentes possunt fieri subditi; ergo nullo modo cogi possunt ad reddendam rationem administrationis coram iudice sæculari.

Confirmari potest, nam cum quilibet administra-
5 tor teneatur reddere rationem cum exhibitione librorum secundum Bartolum, & alios in d. l. 1. §. officio ff. de tut. & rat. distrahen. Bald. in consil. 152. ad euidentiam vol. 3. Angel. in consil. 297. puncta sunt multa, & in consil. 286. quoniam in facto in fine Paris. in consil. 189. vol. 1. etiam si vt amicus administrauerit, quia licet non ita exacta diligentia libros conficere debet, tamen adhuc cum libris quomodolibet confectis tenetur conficere inuentarium, Speculat. in tit. de instrumentor. editione §. 14. vers. sed cum teneatur inuentarium, & ibi Bald. in additionibus in versic. executor tenetur Bertachin. in tract. de Episcop. in 6. p. 4. lib. num. 32. scribit Ioan. de Canib. in tract. de vltim. voluntat. in 2. par. versic. deinde, alias aduersus administratorem iuratur in litem, Bursat. in consil. 105. n. 5. & n. 7. vol. 1. qui attestatur esse communem opinionem cum alijs ad hoc scriptis per Gabriel. in d. cons. 148. & Menoch. de arbitrar. casu 208. n. 19. atque per Cacheran. decis. 65. & quod contra administratorem
6 bonorum non facientem inuentarium iuratur in litem diffusè probat Riminald. Iunior. in consil. 53. vol. 1. sed leges de iureiurando in litem loquentes
7 non habent locum contra Ecclesiasticos, quare concludendum est non posse clericos tutelam, siue testamenti executionem suscipientes cogi coram iudice sæculari ad reddendam rationem, sed coram Ecclesiastico Iudice dumtaxat conueniendos esse.

RESOLVT. DXII.

1 *Clausula motu proprio aufert surreptionem.*
2 *Clausula motu proprio non aufert surreptionem in præiudicium tertij.*
3 *Motus proprius non tollit ea, per quæ potest reddi gratia nulla.*
4 *Clausula motu proprio non aufert surreptiones in præiudicium tertij si ius ad rem esset acquisitum.*
5 *Clausula motu proprio operatur in præiudicium tertij cum verba expressa hoc important.*

Clausula motu proprio an auferat surreptionem in præiudicium tertij.

1 CLausula motu proprio aufert surreptionem, vt est tex. apertus in cap. si motu proprio de præ-

bend. in 6. & decidit Cassad. in decis. 3. sub titul. de pens. numero 4. & sequent. Dec. in consilio 33. num. 20. & in consil. 341. numero 4. glos. in clem. iras in verf. directa. de præb. Cald. in consilio 13. de rescript. Gram. in cons. ciuil. 100. Gigas de pensionibus quæst. 22. num. 7. tamen cum in facti contingen-
2 tia euenisset limitatu tex. & iura supradicta, quod licet dicta clausula auferat surreptionem, tamen non procedit quoties agitur de præiudicio tertij, vt in proprijs terminis sequuti sunt Alexand. in cons. 215. volum. 2. Dec. in cons. 407. & Bellamer. in decisio.
3 393. vbi dicit, quod motus proprius minimè tollit ea, per quæ potest reddi gratia nulla, quæ non venit ex dolo, vel culpa impetrantis, sed potius ex verisimilitudine mentis ipsius concedentis, sequitur Gozad. in cons. 5. num. 9. Paris. cons. 1. num. 75. & sic fuit resolutum per Rotam in antiq. in decis. 445. & in nouis in decis. 522. imo secundum Doctrinam Soccin. in cons. 120. col. 5. vol. 3. hæc omnia procedunt non obstante, quod præiudicium tertij esset, & versaretur in sola possessione, de qua Princeps minimè fuit informatus, vt etiam sequuntur Butr. in cap. cum in nostris col. 6. de concessione præbendæ, vbi & Abbas num. 19. & Fely. in capitul. nostra in verf. 11. nota de rescriptis, qui etiam in cap. ad aures col. 3. verfic.
4 3. casus eodem citato tit. de rescriptis, dicit etiam si ius ad rem esset quæsitum, nam hoc non obstante per hanc clausulam motu proprio minimè tollitur tale ius in tertij præiudicium, vt post eum voluit Ruin. in cons. 63. colum. pen. vol. 5. vt dixit Iaf. in Authent. quas actiones C. de Sacrosan. Eccl. col. 4. licet idem Fely. vbi supra dicat non procedere quotiescunque
5 verba expressa importarent tertij præiudicium, vt dicit Iaf. in leg. fi. ff. de constit. Principum verfic. 3. limit. col. 6. Abbas in cap. 2. col. penult. verf. si autem sunt priuilegia de immunitat. Ecclesiæ Beltrand. in cons. 35. vol. 1.

RESOLVT. DXIII.

1 *Pretium rei feudalis non est feudale, sed vide n. 8.*
2 *Pretium datum loco fundi dotalis adiudicati non subintrat in locum ipsius.*
3 *Subrogatus sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
4 *Pensio subrogata in loco alterius pensionis sapit naturam ipsius.*
5 *Permutatio rerum assumit naturam permutatarum.*
6 *Res fideicommisso suppositа permutata fideicommissaria efficitur.*
7 *Refertur decis. Sacri Concilij.*

An res libera permutata cum re fideicommisso subiecta assumat naturam fideicommissi?

PVlchra proposita mihi fuit facti species, si res libera permutata cum re fideicommisso subiecta assumat naturam fideicommissi, in cuius dubitationis resolutione videbatur negatiuè respondendum
1 ex illa iuris regula, quod pretium rei feudalis non sit feudale, neque ex pretio feudi emptæ res feudales sunt, nisi id expressè actum sit. Afflict. in capitul. 1. de feudo non hab. prop. nat. feud. numero 11. & 12. Andr. in cap. 1. §. si vasallus de feudo suo col. fin. si de feud. defunct. militis Molin. de primogenitura Hispan. lib. 4. cap. 4. n. 28. par. 2. Loffred. cons. 11. num. 10. cum sequente de Franch. in decis. 64. num. 3. item ad hanc opinionem amplectendam ostendebat mihi text. in leg. cum in fundo §. si fundus ff. de iure dot.
2 vbi pretium datum loco fundi dotalis adiudicati non subintrat in locum ipsius nisi modo, & forma, prout in tex. habetur, prout pro hac parte etiam facit tex. in l. si prædia in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi si donaui concubinæ quædam mobilia, donatio vti concubinæ facta valet, si postea duco in vxorem, & loco priorum datorum mobilium concedo alia, erit nouus contractus permutationis, & hæc secunda non sunt loco priorum.

Cæterum his nihil suffragantibus contrarium respondi, ex eo, quod subrogatus sapit naturam eius,
3 in cuius locum subrogatur, cum omnibus suis qualitatibus ex text. in leg. si eum §. qui iniuriarum ff. si quis cautionibus, & ex leg. si donatæ res §. si sponsus ff. de donat. inter virum, & vxor. leg. si pater ff. de adimendis legatis, & ex l. Imperator §. fi. ff. de legat. 2. & l. si & rem, & pretium ff. de petit. hæreditatis, & in l. 1. §. hæc actio, & ibi Bar. ff. si quis testamento liber esse iuss. fuerit, & l. res quæ ex dotali, & l. ita constante ff. de iure dotium, & l. filiæ §. Titia. & ibi Socin. ff. de cõditionibus, & demõstrat. & l. si cum dotem §. fi. ff. soluto matrim. & l. vlt. §. & vt plenius de rei vxoriæ actione Tiraquell. in tract. de vtroque retract. l. 1. §.
4 32. fol. fi. à n. 2. cum sequen. & hinc pensio, quæ subrogatur in locum alterius pensionis sapit naturam ipsius Ruin. in cons. 269. Gabriel. lib. communium conclusionum conclus. 2. num. 54. de regulis iuris Caroc. de locat. & conducto q. 36. p. 2. & permutatio rerum
5 assumit naturam permutatarum: And. in cap. 1. §. factorum col. 2. quæ sint regalia Socci. in cons. 168. vol. 2. Dec. cons. 3. & cons. 50. & cons. 183. Afflict. in decis. 336. Anna in sing. 993. Vrsill. in addit. ad Afflict. in d. decis. 136. vbi ait rem permutatam cum dotali effici dotalem, & iuxta hanc meam opinionem consuluit Iaf. in cons. 231. cui assentiri nixi sunt Alciat. cons. 66. num. 19. lib. 9. Mandel. cons. 67. n. 21. quibus in locis concludunt hæredes bona aliqua alienantes, & ex pretio nonnulla alia comparantes fideicommisso restitui debere, tãquam subrogato in loco bonorum
6 fideicommisso sequuntur Menoch. cons. 70. libro 1. vbi inquit rem cum re fideicommisso suppositа permutatam fideicommissariam effici Decian. cons. 9. n. 25. lib. 1. & cons. 52. n. 33. Mantic. de coniecturis vltimarum voluntatum libro 7. tit. 8. n. 26. & fuit
7 decisum in Sacro Consil. Neap. teste Anna in singulari 204. vbi inquit fuisse decisum, quod pretium peruentum ex venditione rerum feudalium deberet consignari creditoribus feudatarij cum assensu in causa Martini Securæ, & multis causis.

Non obstant in contrarium allegata, & primo, quod pretium rei feudalis nõ sit feudale, quia respon-
8 deo, quod in contrarium est authoritas Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. C. de imponenda lucratiua descript. lib. 10. Afflict. in ca. 1. n. 8. & 9. de vasal. decrep. ætat. in vsibus feudor. Cassaneus in consuet. Burgund. in tit. de scrip. §. 2. verf. & quæstum n. 7. qui omnes vno ore affirmant, quod res siue feudalis, aut emphyteutica, aut libera, empta de pecunia alterius rei feudi, vel emphyteusis, vel patrimonij antiqui est in eius locũ subrogata, vel etiam habita ex permutatione rei antiquæ iudicatur, vt antiqua, & patrimonialis, & in ea succedunt omnes, qui in talibus patrimonijs, aut feudis antiquis debebant succedere, & non qui solum in bonis acquisitis his succedunt.

Non obstant secundo alia iura pro contraria parte etiam allegata, quia loquuntur in casu suo satis diuerso, vt in dictis iuribus apertè videri potest.

RESOLVT. DXIV.

1 *Pragmatica disponens, quod iudex non interueniat in causa, in qua coniunctus doctor est aduocatus vsque ad quartum gradum: intelligitur de gradus computatione secundum ius ciuile.*

2 Gra-

2 *Gradus computari debet ex illo iure, à quo procedit dispositio.*
3 *Ad cognoscendam proximitatem, computatio est facienda secundum ius canonicum in matrimonijs, secus in reliquis dispositionibus, & successionibus, & retractibus etiam in terris Ecclesiæ.*
4 *Statutum prohibens eligi in rectorem propinquum vsque ad talem gradum intelligitur secundum ius ciuile.*
5 *In beneficijs, & Cappellanijs collatiuis, non datur successio, nec dilatio iure hereditario.*
6 *In causa mere beneficiali attenditur computatio secundum ius canonicum.*
7 *In materia prophana causæ sunt decidendæ secundum leges, si canones non contradicunt.*
8 *Statutum imponens pœnam contrahentibus in quarto gradu intelligitur de computatione secundum ius canonicum.*

Pragmatica prima de suspicione officialium prohibens ne iudex interueniat in causa, in qua coniunctus doctor est aduocatus vsque ad quartum gradum, de quo gradu intelligitur.

FVit in anno 1555. edicta pragmatica, quod iudex non interueniat in illa causa, in qua coniunctus doctor est aduocatus vsque ad quartum gradum, vnde cum fuissem interrogatus, de quo gradu dispo-
1 sitio illius pragmaticæ intelligeretur, respondi esse intelligendam iuxta dispositionem computationis iuris ciuilis, vt docuerunt Rom. in lege si auia Cod. de successorio edicto Ann. in singulari 399. vbi de simili pragmatica Regni mentionem facit, & assignat rationem, quod computatio debet procedere
2 ex illo iure, à quo originem habuit dispositio, vnde cum dicta pragmatica processit à legibus ciuilibus, nimirum iuxta illius tramites computari debet, & gradus, sequitur Viuius in decis. 319. & ante omnes hoc etiam voluit Hernia in cap. 1. in vers. hoc quoq; de his qui feudum dare possint, licet .n. ad cognoscendam proximitatem computatio sit facienda secundum ius canonicum tamen illud procedit quoad
3 matrimonia tantum, non autem in reliquis dispositionibus, & successionibus Bar. cons. 224. numero 2. libro 1. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 23. ad medium, vbi de proximiore retrahente, quod computatio gradus fiat secundum ius ciuile, nam ista computatio est propria, & naturalis cum ius ciuile procedat per gradus, per quos non vadit ius canonicum, sed per saltus, ideò cum sit inducta tantum in causa matrimonij, in ceteris standum est regulæ Socc. iun. in cons. 94. n. 16. lib. 1. Corneus in cons. 248. num. 7. col. 2. libro 3. quod habet locum etiam in terris Ecclesiæ, vt per eundem in d. cons. 248. sequitur Gozad. in cons. 19. Surd. in cons. 568. numer. 13. vol. 4. Bal. in l. 2. ad finem versic. sed hic quæro C. de successorio edicto, vbi de statuto prohibente eligi in re-
4 ctorem ciuitatis eum, qui habet propinquum vsque ad talem gradum, quod intelligitur iuxta ius ciuile, latè Ceual. q. 398. num. 9. vbi in fine intelligit procedere in rebus sæcularibus, & inter personas sæculares, & in statutis, quæ sunt partes iuris ciuilis, & appellantur ius ciuile illius Ciuitatis l. omnes pupilli ff. de iust. & iure Bald. in leg. 2. in final. versic. è contra mihi videtur C. de successi. edict. vbi ampliat ad contractus, & alias dispositiones.
5 Propterea infertur, quod si debet conferri cappellania ex dispositione defuncti proximiori fiet computatio secundum ius canonicum, & non ciuile, quia in beneficialibus, & cappellanijs collatiuis non datur successio, nec dilatio iure hæreditario c. apostoli. 8. q. 1. neque in foro Eccles. seruantur decisiones iuris ciuilis, quando inuicem sunt contrariæ, prout in specie concludit Ceual. q. 398. n. 29. subdens tamen hoc pro-
6 cedere quando causa esset mere beneficialis, & fundator cappellaniæ esset clericus in sacris cõstitutus, quasi tunc potius sit disponendum secundũ regulas iuris canonici, quam ciuilis, & dicit esse notandum, & sic fuisse iudicatũ, & alibi non reperiri, quare in cappellanijs, quæ fundantur sine authoritate Episcopi, & quę non habent requisita in beneficijs Ecclesiasticis, si vocentur clerici consanguinei, dubia quoad eos orta definiẽtur per leges, & iura de maioratu loquẽtia, prout in causis Hyspaniæ, latè Gonzal. de alternat. glos. 1. in prin. num. 34. Rot. diuers. decis. 100. par. 2. n. 6. vers. 2. non obstat Gomez. in l. 4. n. 65. in fine, & regulare est,
7 quod causæ sunt decidendæ secundum leges, si canones non contradicunt, cum distinctionibus, de quibus per glos. in cap. 2. de reg. iur. in 6. Bar. in l. priuilegia. n. 2. C. de sacrosan. Eccl. Dec. in c. clerici de iudicijs, & in c. 2. in princ. num. 2. de testibus.

Quæ tamen sunt intelligenda, dummodo non simus in materia spectante ad canones, quia tunc verba statuti, quamuis laicorum intelliguntur secundum
8 canones, prout in statuto imponente pœnam contrahentibus in quarto gradu, intelligitur .n. de computatione secundum ius canonicum, quia agitur de materia matrimonij, spectante ad sacros Canones, Dec. in cl. 1. de iudic. & in cap. 2. in princ. num. 3. de testibus Io. Andr. ad Specul. de successi. ab intest. §. 1. vers. & quia de gradibus Alex. in l. si auia in fin. num. 7. vers. limita tamen prædicta, C. de successor. edict. & sic sum in voto.

RESOLVT. DXV.

1 *Filius familias de iure communi ex contractu mutui tantum non obligabatur beneficio Macedoniani, de quo dubium erat an locum haberet quãdo asseruerat se patrem familias, sed in alijs contractibus obligabatur.*
2 *Hodie verò per Regiam pragmaticam omnes contractus filij familias sine præsentia, & consensu patris sunt nulli non obstante falsa assertione cum iuramento, quod habitet seorsum à patre.*
3 *Si quis allegat titulum solemnem, vel legitimum puta stipulationis, quia ex præstatione decennali probatur titulus allegatus præcessisse, adeo quod eius virtute potest debitor in futurum compelli.*
4 *Ex longa patientia decennali præsumitur dominum consensisse, quod emphyteuta alienaret ius suum.*
5 *Si quis per decennium rem tenuit tanquam emphyteuta, & pro ea soluit debitum canonem præsumitur emphyteuta, & solemniter inuestitus.*
6 *Ecclesia, vel cappella iam decennio ædificata patiente diœcesano præsumitur ædificata cum Episcopi authoritate.*
7 *Ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis inter fratres qui decem annis reperiuntur diuisim possedisse.*
8 *Qui per decennium se gessit vt notarius præsumitur creatus solemniter notarius stante statuto, quod minor, vel mulier non possit obligari sine consensu propinquorum per lapsum decennij præsumitur talem solemnitatem statuti intercessisse.*
9 *Si filius familias habitans seorsum à patre per decennium præsumatur emancipatus, & domicilium acquiratur per decennium.*
10 *Ad effectum contrahendi sufficit, quod filius familias per momentum habitauerit seorsum à patre refertur decisio magnæ curiæ, & Sacri Concilij.*
11 *Viuere seorsum non tantum respicit habitationem, sed etiam separationem bonorum.*
12 *Pater, & filius sunt vna identitas personarum, & domicilium vnius censetur alterius.*

Quod nam temporis spatium exigatur vt filius familias dicatur habitare seorsum a patre, ad effectum contrahendi virtute pragmaticæ per excellentem ad Senatus consultum Macedonianum.

EX patrio potestatis iure descendit illud, quod ex Senatus Consulti Macedoniani beneficio cautũ fuit, ne filij familias ad restitutionem pecuniæ, mutuo
1 acceptæ absque patris consensu cogi possint, vt toto titulo ff. & Cod. ad Macedonian. quod laudabile iuris communis beneficium per huius Regni pragmaticas multipliciter ampliatum fuit, dum enim illud beneficium in vno tantum casu filijs familias prospexerat, si quidem ex reliquis contractibus obligari poterant leg. filius familias ff. de action. & obligat. leg. tam ex contractibus ff. de iudic. cum alijs adductis per Gomes. in libro variarum resolut. capitul. primo, numero secundo, libro 2. & in capitulo 15, numero 11. cum alijs seq. & per Afflict. in decisione 308, numero tertio, sed si pecuniam mutuo accipiebant illis exceptio Macedoniani ne molestari possent succurrebat, vt cauetur in leg. prima, & toto titulo ff. & Cod. ad Macedonianum, & per belle explicat Gomes. in dicto libro variarum resolut. capitulo 6. numero secundo, iam plenius hoc beneficium fuit am-
2 pliatum per Regiam pragmaticam per excellentem sub rubrica ad Senatus Consultum Macedonianum, quæ sanciuit, vt omnes contractus, qui quomodocunque aguntur à filijs familias absque consensu, & præsentia paterna sint nulli, insuper, quod attenta iuris communis dispositione dubitationis articulus apud nos insurgebat si dicti Senatus Consulti beneficium locum haberet quoties filius familias falso asseruerat cum iuramento viuere seorsum à patre Canar. de exequutione instrum. in q. 18. n. 30. & seq. per eandem Regiam pragmaticã videtur esse resolutũ, quod minime obstante dicta falsa assertione iurata, nulla sit obligatio, idq; à Principe seculari fieri potuisse pluribus probat Carauit. in Commentar. ad eãdem pragmaticam §. 17. nu. 3. cum seq. cap. habetur per Gutierez in repetition. authent. sacramenta puberum num. 45. cum pluribus sequentibus C. si aduers. venditionem post Gramat. in cons. ciuili 159. & in decis. 12. sed quia filij familias ex huiusmodi falsa assertione in periurium incidebant aliquando criminali pœna fuisse punitos testatur Vrsill. in lucubrat. ad Afflict. in citata decisione 308. numero 16. hac de causa alia fuit edita pragmatica 64. §. 9. sub rubr. de offic. procuratoris Cæsaris, qua fuit sancitum, quod filius familias pro huiusmodi falsa assertione iurata nullam pœnam incurrat, nam qui contrahit cum filio familias, eius conditiones scire tenetur, imo ex priuilegio concesso ad supplicationem fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, fuit specificè ordinatum, quod in obligationibus filiorum familias nullo modo notarij apponant clausulas, quod viuunt seorsum a patre, & si secus quam de consensu, & præsentia patris fiant, sint nullæ, vt patet in capitulo decimo, inter gratias concessas per Ducem Ossunæ insertas in volumine capitulorum, & priuilegiorum Ciuium Neapol. cuius etiam meminit Rouitus in citata pragmatica per excellentem numero 1. sub rubrica de Senatu Consulto Macedoniano.

Sed deueniendo ad casum propositum, quod similiter temporis spatium exigatur, vt filius familias dicatur habitare seorsum à patre ad effectum contrahendi virtute dictæ pragmaticæ per excellentem ad Senatum Consultum Macedonianum, prima facie videtur dicendum, quod requiratur decem annorum
4 spatium, ex eo quod si aliquis allegat titulum solemnem, vel legitimum puta stipulationis, quia ex præstatione decennali probatur titulum allegatum præcessisse, adeo quod eius virtute potest debitor in futurum compelli pro ista conclusione facit, quod decidit tex. singularis in l. si filius familias C. de petitione hæreditatis, quem Bart. dicit esse singularem de possessione decennali, quæ in filio facit præsumi iussum patris, lege qui in aliena in principio versiculo sed si non adierit ff. de acquir. hæredit. & per ista iura consuluit Alexand. in cons. 105. volumine 4. colum.
5 penult. quod ex longa patientia decennali præsumitur dominum consensisse, quod emphyteuta alienaret ius suum, & facit, quod notat Bald. Angel. & moderni in d. leg. qui in aliena in principio per illum tex. quod si Prælatus diu fuerit in possessione prælaturæ præsumitur, quod ritè fuerit institutus, & facit simile, quod si aliquis per decennium rem tenuit tanquam emphyteota, & pro ea soluit, debitum canonem præsumitur emphyteota, & solemniter inuestitus, & idem in eo, qui decem annis tanquam vasallus possedit castrum presumitur inuestitus de feudo glos. in l. 2. in glos. magna Cod. de iure emphyteota Bart. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poss. & in lege litibus Cod. de agri, & censit. libro 11. Bald. in cap. cum Ecclesia Sutrina ad finem de causa possess. & propriet. Ang. Moderni in l. prætor in princ. ff. de edendo, & facit text. in cap. primo, qualiter olim feudum poterat alienari Fely. in cap. sicut de re iudic. col. 15. Alex. in cons. 79. vol. 1. Socc. cons. 50. lib. 4. & ad idem extenditur, quod vult Archid. in c. nemo de conces-
6 sione distinct. 1. quod Ecclesia, vel cappella iam decennio ædificata patiente diœcesano præsumitur ædificata cum Epis. authoritate, & dicimus, quod ex pos-
7 sessione decennali præsumitur diuisio inter fratres qui decem annis reperiũtur diuisim possedisse glo. est singularis, & ibi magis communiter approbata in l. penul. C. commun. diuidun. Bal. in l. 1. in 3. col. 6. de fideicommiss. & in leg. si certis annis C. de pact. & facit, quod vult Bal. in l. 1. C. de fideicõmiss. col. 4. vbi qui per
8 decenniũ se gessit vt notarius, præsumitur solemniter creatus, & hinc stante statuto, quod minor, vel mulier non possit obligari absq; consensu propinquorũ, per lapsum decennij præsumitur talem solemnitatem statuti interceßisse, secundum Bal. Ang. & Imol. in leg. sciendum est ff. de verb. oblig. & hanc opinionẽ, quod s. requiratur decennium sequutus est Bal. in l. 2. ad finẽ ff. de adoption. & in l. 1. C. si aduersus rem iudicatam Ias. in d. lege si certis annis Cod. de pact. num. 12. vbi
9 dicit, quod si filius per decem annos habitauit seorsum à patre præsumitur emancipatus, vt in domicilij acquisitione sequitur Accurs. in l. hæres absens §. proinde in verb. debebit, vbi, item rationem cursus temporis ff. de iudic. & in l. 2. in verbo constituerint, & in l. 3. in verb. incolas Cod. de incolis lib. 10. Bal. in consil. 393. Alex. in d. l. 2. C. de incolis lib. 10. Roland. à Valle in cons. vigesimo nono, n. 63. & seq. volumine secundo, Ruin. in cons. vigesimo octauo, numero secundo volumine primo, Burs. cons. trigesimo sexto, numero sexto, volumine primo, & reliqui, quos citat Mascard. de probationibus conclus. 535. num. 6. & 7.

His tamen nihil obstantibus contrarium resoluendum censeo, & sic, quod non requiratur decennij spatium; sed sufficere, quod momento temporis habitasset seorsum à patre tempore obligationis, vt teneat obligatio per ipsum facta, non obstante dicta pragmatica, ex quo non determinat
10 tempus requisitum ad habitationem, & simpliciter loquitur, & verba sunt accipienda prout sonant, ergo simpliciter est intelligenda, & consequenter momento sufficit, vt in proprijs terminis consuluit Castren. in consil. 172. & sequent. Vrsil. in additione ad Afflict. in decisione 308. numero 18. & 19.

vbi

vbi refert Sacrum Concilium Neapolitanũ post magnam Curiam Vicariæ in hanc sententiam determinasse. Verùm hæc decisio est intelligenda dummodo filius faceret aliquem actum, ex quo posset argui, quod habeat animum habitandi seorsum à patre, vt quando separatur à patre non solum quoad habitationem cum vxore, & familia, sed etiam cum bonis,
11 nam viuere seorsum non respicit simpliciter habitationem, sed bona, & separationem bonorum, & redditum, vt plenè probat Carauit. in citat. pragmat. per Excell. §. 13. num. 1. cum sequent. filius enim non dicitur seorsum à patre habitare quamuis cum vxore, & familia separatim habitet in alio loco, nam cum
12 pater, & filius sint vna identitas personarum, domicilium vnius censetur domicilium, & habitatio vtriusque, vt notabiliter inquit Bald. in cons. 234. libro 1. Roland. a Valle in cons. 54. numero vigesimo tertio, & sequenti libro, & ideo dicta Regia Pragmatica per excellentem, quæ excludit a beneficio Macedoniani filios, qui viuunt seorsum à patre non est simpliciter intelligenda respectu illorum filiorum, qui seorsum habitant cum familia, si inuicem sibi honores præstant, & durat eadem reuerentia, & alimentorum præstatio, vt benè animaduertit Scaglion. in commentario eiusdem pragmaticæ num. 47.

RESOLVT. DXVI.

1 *Sententia quæ non est lata iuxta formam rescripti inualida est.*
2 *Ablatiuum absolutum inducit formam.*
3 *Nulla causa excusat ab obseruantia formæ.*
4 *Vtilitas Ecclesiæ debet esse euidens.*
5 *Humanum iudicium fertur circa certa, & non circa occulta.*
6 *Clausula vocatis vocandis, requirit citationem partis.*
7 *Ex productione rescripti resultat scientia, & approbatio.*
8 *Cum extat certus contradictor non sufficit processus factus per affixionem.*
9 *Notario sine testibus non creditur.*
10 *Terrula adhoc vt possit alienari, requiritur præcisa necessitas, quod prædium sit exiguum inutile, & longe distans.*
11 *Decimarum, tametsi exiguæ sint, laici tamen sunt incapaces.*

Alienatio bonorum Ecclesiæ non facta seruata forma rescripti Papæ an sit nulla.

IN hac quæst. respondi cum decis. Rotæ in vna Ferrarien. bonorum 16. Iunij 1614. coram Dunozetto, cuius tenor est.

1 Fuit resolutum sententiam esse inualidam, quia lata vigore rescripti, si ineuidentem non seruata illius forma c. cum dilecta, & ibi doct. de rescrip. Abb. cons. 41. num. 3. lib. 1. Gozad. cons. 67. num. 2. Card. Seraph. decis. 337. n. 60. & in puncto respondet Rota in Cortonen. rescisionis locationis 26. Ianuarij 1590. coram Orano, aderat enim in literis præter alia clausula, quatenus illis rebus, & bonis prædictis prius coram nobis specificatis, &c. formæ indu-
2 ctiua propter ablatiuum absolutum l. à testatore ff. de condit. & demonstrat. Paris. cons. 14. numero 14. Caputaq. decis. 150. numero 1. & par. 1. & tamen non præcessit talis specificatio, cuius omissio non potest excusari, eo quod bona, quæ concedebantur essent
3 incognita, tum quia respectu validitatis actus nulla, tametsi iustissima causa excusat à seruatione formæ, vt post Bald. scribit Dec. cons. 466. numero 14. & Franc. Becc. cons. 66. numero 26. tum quia Summus Pontifex sic scribendo excusationem hanc reijcit, nec voluit admittere assumptum illud partium, quod ea, quæ concedebantur, essent penitus incognita tamquam aduersans naturæ rescripti, pro quo instabant; nam cum validitas alienationis tota penderet ab vti-
4 litate Ecclesiæ, quæ debet esse euidens cap. fine exceptione ibi, quod non sit dubium profuturum Ecclesiæ 12. q. 2. c. 1. ibi præsertim cum euidens necessitas, vel vtilitas subesset, de reb. Eccles. non alienan. in 6. Card. Seraph. decis. 508. in princ. & num. 11. Rota decis. 65. num. 17. & decis. 178. n. 10. par. 2. vix est quod vtilitas certa aliqua ratione posset haberi, nisi mediante specificatione huiusmodi, cum humanum iu-
5 dicium circa manifesta feratur, non autem circa occulta, can. erubescat distin. 32. & denique, quia excusationem hanc non patitur ipsa principalis ratio adijciendi clausulam hanc, quæ est, quia cessante specificatione Episcopus pro tempore existens nõ sit certus de quantitate bonorum in alienatione compræhensorum, in quo plurimum etiam fauor versatur, & vtilitas Ecclesiæ, & ne quando ipsa liquidatione bonorum litigare cogatur glos. in capitul. peruenit in verb. existere, vbi etiam Butr. numero 6. & 7. de arbitr. prout esse quoque nullam dixerunt DD. ex defectu citationis Episcopi, vel eius promotoris omnino
6 necessariæ, tam vigore clausulæ vocatis vocandis c. exhibita, vbi Abb. in vlt. notab. de iud. Card. consil. 63. in princ. Rota decis. 30. de rescript. in nou. quam vigore alterius clausulæ, si tibi constiterit glos. in capitul. præsenti in verbo. constiterit de censib. Abb. in cap. conquerente numero sexto, de restit. spoliat. Aegid. decisione 68. Card. Seraph. decisione 601. Qui defectus non potest euitari sub prætextu, quod supplicatio cantet etiam nomine Episcopi, vt propterea clausula vocatis debeat intelligi de alijs, qui forsan possent prætendere interesse ratione possessionis, vel proprietatis Rot. decis. 636. n. 4. par. 1. nam præter id, quod non constat de mandato Episcopi in personam eius, qui dictam supplicationem porrexit ad tex. in cap. nonnulli §. cum autem de rescriptis, & solus Marchio potuit eam porrigere, motiuum forte procederet si Papa simpliciter rescripsisset iuxta supplicationem. Verum cum rescriptum nouam formam pro validitate contractus adiecerit mandando prius bona specificari, per illud fuit acquisitũ nouum ius Ecclesiæ extra instrumentum, & extra supplicationem, vnde cum non possit inferri à supplicatione ad scientiam qualitatem rescripti ab illa difformis, & separati, arg. leg. non est ferendus ff. de transactionib. non potuit valide procedi ad executionem talis rescripti, nisi pro hoc nouo interesse legitimè citato ipso Episcopo, aut eius mense promotore l. de vnoquoque ff. de re iudicat. atque ita visum fuit non posse huic propositę facti speciei applicari supra relata decis. 636. quia in casu illo rector Ecclesiæ supplicationem porrexerat, & mox illam signatam cum instrumento locationis produxerat, ex qua productione
7 resultabat nedum scientia, sed etiam approbatio respectu rescripti, & illius formæ, & confessio contentorum in scripturis productis Aymon. cons. 201. nu. 5. Paris. cons. 125. num. 20. lib. 1. & cons. 79. num. 3. lib. 3. neque dici potest nil potuisse opponi per Episcopum, aut per dictum eius promotorem, imò verisimiliter curasset, vt diligenter specificarentur, & liquidarentur bona infeudata, illorumque qualitates, & quæ impensa foret necessaria pro illis ad cultum redigendis, vt omnibus tandem diligenter perspectis, possit instare, vel pro confirmatione contractus, vel pro declaratione illius nullitatis. Vnde fit vt non præmissa tali citatione non possit dici quicquam gestum per delegatos causa cognita, vt in fortioribus terminis videlicet in facto ipsiusmet Episcopi non vocato promotore mensæ, aliàs considerauit Rota

apud Card. Seraph. decis. 1395. sub num. 7. & euentus docuit propter dictam citationem non fuisse factam dictam specificationem, & ex his corruit totus pro-
8 cessus veluti factus per affixionem, & cum tamen extaret certus contradictor. capit. vltimo de elect. in 6. Castad. decis. vltima n. 6. vt lite penden. quem ideò oportuerat citari personaliter priusquam processus decerneretur per affixionem, aut per edictum Abb. in cap. ex tua n. 3. de cleric. non resident. Rota dec. 8. & ibi adden. de dolo, & contumac. in nou. Caputaq. decis. 117. n. 1. par. 1. Card. Seraph. decis. 973. n. 4. & decis. 1276. n. 4. vltra quod fuit per iudices mandatum exequi citationes ad valuas Cathedralium Adriæ, Ferrariæ, & S. Stephani Rodigij, & tamen non apparent executæ vniformiter ad omnes prædictas Ecclesias iuxta dictum decretum, vnde consequitur nullitas actus Bald. in leg. non sunt liberi in prima lectura ante primum numer. vers. sic remota forma, de statu hominum Achil. decisione 14. de dolo, & contumac. Caputaq. decis. 160. incip. citatio lib. 1. in impress. & de executione ad valuas Ecclesiæ S. Stephani Rodigij aliter non constat, quam ex simplici asser-
9 tione notarij, cui sine testibus non creditur. Put. decis. 5. lib. 3. & quod executa fuit ad valuas Ecclesiæ Cathedralis Ferrariæ, minus quoque legitimè apparet exequuta cum non fuerit lecta, neque ibi dimissa per aliquod temporis interuallum, prout requiritur Castad. decisione 4. de dolo, & contumac. Rot. d. decis. 8. eodem titul. in nou. & in nouissimis decisione 325. num. 6. lib. 3. par. 3. neque obstare putarunt domini id, ad quod refugiebant informantes pro D. Marchione videlicet sustineri infeudationem hanc etiam sine beneplacito Apostolico, quia propter incertitudinem videtur intrare dispositio. capit. terrulas 15. quæst. 2. nam præterquam quod iudicarũt illud prorsus esse extra terminos susceptæ disputationis restrictæ, ad validitatem sententiæ delegatorum, censuerunt ex facto tolli, cum illa incertitudo reducibilis esset ad certitudinem per specificationem de iure omnino necessariam, secundo quia agitur non de terrulis, sed de bonis magni redditus, & vt intret dispositio dict. tex. multa debent concurrere, videlicet præcisa necessitas, quod prædium sit exiguum, quod sit inutile, & denique, quod sit longè distans, vt ibi scripserunt Gemin. in 1. not. Archidiaco. in
10 verbo quicunque, & Aegid. sub num. 2. vers. nam si magna, & remouet omnem difficultatem, quod in-
11 feudarentur etiam decimæ, quarum, tametsi exiguæ sint, laici sunt penitus incapaces sine beneplacito Papæ cap. quamuis vbi glos. in verb. concessit de decimis Caputaquen. decis. 241. num. 3. par. 1. Card. Seraph. decisione 1424. ad fin. vnde etiam tale beneplacitum expressum reseruatum fuit, quæ sanè reseruatio operatur, vt actus antea gestus nullum producat effectum Verall. decisio. 205. numero 3. parte prima, Mohed. decis. 1. de Simon. & quod interim sit locus pœnitentiæ, vt respondit Rota in vna Siracusana Præsentiarum 5. Decembris 1588. coram bonæ memo. Cardinale Platto, ex quibus ita fuit decisum vtraque parte informante.

RESOLVT. DXVII.

1 *Nemo potest admitti ad confessiones secularium, nisi sit approbatus ab Episcopo.*
2 *Propter iuris assistentiam datur manutentio Episcopo.*
3 *Immemorabilis, quod inferior possit approbare confessarios, sublata est per Concilium.*
4 *Inferior probare debet immemorabilem per tres conformes.*

Ius approbandi confessarios ad quem spectet.

REspondi cum decis. Rotæ in vna Calaguritana iurisd. Attrebaten. cuius tenor est.

Proposito dubio an Episcopus Calaguritanus sit manutenendus in approbandis Confessarijs Ecclesiarum S. Crucis, & S. Michaelis Oppidi de Hegera, inquarum Ecclesiarum clericos, & cappellanos Abbati S. Mariæ, ordinis Sancti Benedicti competit iurisdictio priuatiuè, Domini pro Episcopo respondetur, nam decretum Concilij Tridentini sessio. 23. cap. 15.
1 de reformatione disponit, quod nemo admitti possit ad confessiones sæcularium audiendas, nisi approbatus ab Episcopo, ita quod assistentia est clara, propter
2 quam datur manutentio absque alia probatione possessionis, vt in cap. cum personæ de priuil. in 6.

Non obstant in contrarium adducta, quod enim attinet ad immemorabilem, illa non est probata, &
3 probata non releuat, vtpote sublata per Concilium, quod Abbas sit nullius diœcesis, ideoque ipse possit suos clericos, & cappellanos ad audiendas confessiones approbare fuit decisum 4. Iulij 1603. & 16. Iunij 1604. coram R. P. D. Pegna, & 26. Iunij eiusdem anni, & nouissimè 5. Maij 1608. coram me monasterium esse in, & de diœcesi Calaguritana. Hinc est, quod iam ante aliquot annos Illustrissima Congregatio Sacri Concilij Tridentini interpretum respondit eos, qui approbandi sunt ad confessiones audiendas in Ecclesijs Abbati subiectis ab ipso Abbate offerri debere Episcopo.

Nec facit, quod donec Abbas probare potest se habere territorium separatum, non debeat sua quasi possessione priuari, vt in Conchen. iurisdictionis 4. Decembris 1592. coram Illustrissimo Cardinali Mantica, quia loquitur in casu specialiter præseruato à Concilio, & in quo ius commune non refragabatur, sed suffragabatur, vt in ea dicitur.

Hic autem ius refragatur, tam quoad approbationem confessariorum, quam, quoad status nullius diœcesis, vltra quod mens, & verba Concilij stant pro Episcopo, qua ratione Illustris. Congregatio, Sacri Concil. interpret. in causis matrimonialib. & criminalib. in quibus Concil. non sublstulit immemorabilem declarauit Episcopum manutenen. esse
4 in earum cognitione, donec per tres conformes inferior immemorabilem probet, & fecuta est Rota in Baren. iurisdictionis 18. Maij 1609. coram R. P. D. meo Coccino.

Postremo, quod attinet ad sententiam arbitralem Roberti à Sede Apostolica confirmatam, in ea nullum legitur verbum de approbatione Confessariorum, eadem loquitur de iurisdictione competente Abbati, potest intelligi de iurisdictione contentiosa, non de voluntaria, non potest fieri illatio de exemptione clericorum ad exemptionem loci, præsertim cum verba sententiæ sint stricti iuris, nec debeant plus operari, quam de necessitate important, vt in terminis istius sententiæ fuit dictum in hac causa 12. Ianuarij 1609. coram me.

RESOLVT. DXVIII.

1 *Alienans feudum cum clausula, saluo assensu domini, &c. si tradat possessionem ante assensum perdit feudum.*
2 *Contraria opinio videtur verior, dummodo postea infra annum recipiatur inuestitura.*
3 *Qui alienat feudum irrequisito domino, non videtur alienare nisi dominium vtile, quod habet, & non læditur dominus.*

Alienans

Alienans rem Ecclesiæ cum clausula saluo assensu Apostolico, si possessionem tradit an rem amittat vltra censuras.

REspondi ad propositam quæstionem à simili vt in feudo, quod alienans feudum sine consensu Domini hac clausula, saluo, & reseruato consensu domini, & non aliter nec alio modo, & realem possessionem tradens, secundum aliquorum opinionem amittit feu-
1 dum non obstante dicta protestatione, & clausula Menoch. in consil. 2. causæ Serra num. 84. artic. 3. ita videtur regula generalis quam latè sequitur, & dicit communem Decius consil. 160. num. 4. dicens, quod ab ea in iudicando, & consulendo non est recedendum, & ita iudicatum fuisse in Consilio Neapolit. testatur Gramma. decision. 49. numero 5. & ita obseruari in practica Alcia. 753. num. 2. dicens idem esse si per clausulam constituti facta esset traditio, & hanc opinionem testatur magis communem, & sequitur Paris. consil. 86. num. 14. & seq. lib. 1. Bero. consil. 120. num. 3. lib. 1. Rol. consil. 51. num. 3. lib. 2. & vult etiam Alciatus procedere si statim sit recuperata, qua de re vide Ant. Gammam decision. Lusitan. 274. & communem etiam attestatur Rub. in l. non solum §. morte num. 469. de oper. nou. nunc. sequitur etiam Felynus in cap. quæ in Ecclesiarum num. 25. de const. post Bal. in l. voluntas C. de fideicō. Curt. de feud. p. 4. quib. ex causis feud. amitt. vers. 21. quero ius in d. §. morte.
2 In contrarium, quod talia verba (& non aliter &c.) excusent vasallum voluit Abb. in cap. 2. extra de feu. Bal. in cap. 1. qui feu. dar. pos. Cur. Sen. consil. 8. viso instrumento, quos sequitur Rip. consil. 3. libro 3. & latius in cap. cum M. Ferrarien. n. 70. de constit. vbi dicit ab hac opinione non recedendum, & eam esse cōmunem, & hanc etiam sequitur rub. d. §. morte n. 469. & ita iudicatum in sacris audientijs Sabaudiæ; & plures allegat pro hac sententia Dec. consil. 1. nu. 32. volu. 3. & in patria nostra hæc videtur recepta sententia, modo infra annum postea recipiatur inuestitura, vel à partibus contractus petatur approbatio, postquam fuit ad effectum deductus, & quod dicit Alc. de rei recuperatione non obseruatur quando intra tempus inuestituræ recuperaretur de quo vide Corbul. de caus. ex quib. emph. iure suo priuetur titul. de caus. priu. ob alien. ampliat. 29. quod tamen dubium haberet locum in contractu perfecto circa solutionem laudemij, vt dicemus suo loco, & hæc opinio fortius obtinebit quando facta est cū clausula geminata, non aliter nec alio modo, nam tūc magis cōmunis est opinio, quod caducitatem euitet alienans, vt dicit Clar. in §. emphyteusis q. 13. & quicquid dixerit Corbul. in tit. de caus. priuat. ob alien. ampl. 13. circa veritatem huius opinionis ego semper tenui verissimam modo non transierit in contemptum ob non impetratam tempore debito confirmationem, nam qui hoc modo
3 non vendit dat ius vtile, quod habet reseruato consensu domini, & conditionalis efficitur venditio, quæ semper nulla est, donec fuerit approbata, & non lædit dominum suum, vt etiam à priori opinione recedendo tenuit Menoc. consil. 38. n. 24. & seq. & pro hac parte pondero tex. in l. necessario §. quod si pēdente, emptor non efficitur Dominus, & dixi ad rem istam latè dec. 843. & plenè examinat Rol. consil. 63. lib. 4. post Cæphal. consil. 118. Surd. consil. 482. num. 9. lib. 4. Retenta igitur hac secunda opinione poteris colligere resolutionem quæstionis propositæ.

RESOLVT. DXIX.

1 *Claues sunt pars rei, & per eas intratur ad possidendum.*
2 *Per claues intelliguntur traditæ res ipsæ, dummodo titulus præcedat.*
3 *Traditione clauium intelligitur tradita possessio, si tradens claues possidet.*
4 *Duo non possunt insolidum possidere.*
5 *Tradens claues extra domus præsentiam, videtur tradere illius possessionem.*
6 *Clauium traditio non sufficit ad possessionem mercium, quæ continentur in domo.*

An per traditionem clauium rei Ecclesiasticæ alienatæ cum clausula saluo assensu Apostolico censeatur translata possessio ante assensum, ita quod contrahentes incidant in censuras.

DIxi, quod sic, nam concurrebant omnia, quæ sunt necessaria, vt clauium traditio inducat translationem possessionis, nam per claues intratur
1 ad possidendum, & claues sunt pars rei Bal. in l. 2. C. de verb. signif. & in l. 1. C. de crim. expilat. hæred. & notat Alex. in l. 1. col. 19. post med. vers. sed sufficiat eas num. 78. ff. de acq. pos. & ibi Castr. in fi. prin. vers. dic ergo, quod volendo num. 18. Dec. consil. 56. in causa appellationis num. 2. versic. & huiusmodi traditione colum. 2. post med. Tiraq. de iur. constit. par. 2. ampliat. 3. num. 3. & 4. Mascard. concl. 298. n. 78. Rebuff. de mater. possessor. in præfat. num. 57. vsque ad 66. tom. 3. fol. 231.

Præsertim, quia constat de titulo, tunc enim traditio clauium probat rei consignationem, ac possessionem, nam aliàs illo non probato censetur talis traditio facta causa custodiæ, Cæphal. consil. 225. num. 25. & 26. lib. 2. Affl. dec. 299. ad fin. num. 32. vbi quod etiam debet esse titulus validus Rip. in l. 1. n. 59. vers. tertio requiritur ff. de acq. pos. vbi vult, quod titulus sit habilis ad acquirendam possessionem Dec. consil. 35. nu. 38. & lib. 2. vbi quod claues conseruant res ipsas, adeo
2 vt perinde sit ac si res ipsæ traditæ fuissent dummodo titulus præcedat, Honded. consil. 100. num. 52. l. 2. vbi quod tam retentio clauium, quam redditio illarum indicat solum custodiam quando deficit titulus Anchar. in clem. Sanè n. 5. de hæretic. vbi, quod debet procedere titulus habilis ad translationem dominij Ias. in l. 1. §. si iusserim in fin. de acqu. pos. vbi, quod debet præcedere titulus puta venditio, vel similis iuxta doctrinam Bar. in l. cum pater pluribus per illum tex. ff. de legat. 2. Mascard. conclus. 298. in fin. & latè addit ad Abb. in c. 2. num. 11. in verb. clauium de consuetud. Dec. consil. 56. in causa appellationis n. 2. Rebuff. de mater. possessor. in præfat. num. 67. & 68. tom.
3 3. fol. 232. vbi etiam requirit, quod tradens claues possideret, prout est casus noster, cum secus sit si alius possideret, quia tunc non transfertur, quod non habetur
4 cum etiam duo insolidum non possint possidere l. si vt certo §. si duobus vehiculum ff. commodat. cum etiam non auferatur possessio à tertio ipso non audito c. licet Episcopus de præben. in 6. Socin. consil. 131. n. 8. lib. 1.

Quod magis est, quia sumus in ipsa domo, cuius
5 claues traduntur, nam quamuis illas tradam extra domus presentiam, videor tradere possessionem domus, quasi partem rei tradendo dicat totam rem tradidisse, vt dictum est, cum aliud sit in rebus, seu mercibus in domo, seu horreo inclusis, nam tunc ita demum transfertur possessio, si apud horrea claues tradantur, licet recipiens claues tunc non aperuerit: diuersum est si traditæ sint extra præsentiam horrei, quia nisi is, qui recipit claues aperuerit horrea non acquirit possessio-
6 nem mercium, nam claues non dicuntur pars mercium sicut domus l. fundi de act. empt. & ideo non censetur tradita possessio mercium, quamuis aliud sit ipsa domo, seu horreo vendito, prout in specie distinguit dicens multum notandum Rebuff. de mater. possessor. in prefat. n. 63. vsque ad 67. tom. 3. fol. 223.

RE-

RESOLVT. DXX.

1 *Per possessionem iure familiaritatis, nemini est ius acquisitum, nec alicui præiudicatum.*
2 *Cum vnus habet titulum, & alter possidet, præsumitur possidens facere iure familiaritatis, nisi contrarium probet.*
3 *Iurisdictio, quæ spectat in solidum primogenito, non videtur communicata aliis fratribus, quamuis simul cum eo alij fratres exercuerint, quia præsumitur fecisse iure familiaritatis.*
4 *Vsus ex causa seruitutis, debet esse sciente, & patiente aduersario, aliàs non esset probata possessio.*

Possidens iure familiaritatis rem Ecclesię pendente assensu Apostolico an incidat in pœnas Paulinę.

CVm possessio, de qua agitur intelligatur iure familiaritatis per consequens nullum est ei ius
1 quæsitum nec alicui præiudicatum, l. qui iure familiaritatis ff. de acqu. pos. prout de filio, qui fundum matris coluit, & possedit, qui non dicitur id fecisse iure suo, sed familiaritatis, adeo vt non ex hoc mater priuetur sua possessione, quod etiam dicendum est in muliere vnà cum viro domum habitante, item fratre, bona fratris administrante, & filio, qui negotia patris pertractauit cum similibus casibus, quos adducit Menoc. de arbitr. cas. 160. num. 12. vsque ad 21. post Bart. Alex. & alios in d. l. qui iure familiaritatis ad cuius materiam multa Tiraq. de iur. primogen. q. 25. nu. 2. Alex. cons. 88. n. 6. l. 2. & cons. 213. eod. l. Gozad. cons. 99. n. 7. Cephal. cons. 4. & n. 38. cum seq. Curt. iun. cõs. 108. n. 26. Ruin. cons. 34. n. 13. l. 1. & cons. 162. num. 26. l. 3. Dec. cons. 400. viso legato n. 5. latè Suarez ad l. 8. for. lib. 3. tit. de adit. hereditn. 7. cum seq. fol. 507. Mascard. de probat. concl. 1197. p. 3. fol. 140. Quæ etiam procedunt, quamuis titulus sit inutilis Aym. cons. 61. n. 2. Cephal. cons. 4. num. 39. Alciat. præsumpt. 23. reg. 2. Socin. consil. 13. num. 17. lib. 3.
2 Vnde cum vnus habet titulum, & alter possidet, præsumitur possidens facere iure familiaritatis, nisi probet quod vsus est iure proprio Abb. Castr. Rom. & alij, de quibus per Surd. cons. 260. num. 17. & 18. vbi etiam de iurisdictione, quæ si ex dispositione auctorum
3 spectat in solidum ad vnum fratrem primogenitum, non tamen illa videbitur communicata aliis fratribus, quamuis simul cum eis longo tempore fecerit actus iurisdictionales, quasi videantur isti fratres admissi ad exercitium dictæ iurisdictionis ex quadam familiaritate fraterna, Castr. cons. 179. in causa n. 4. l. 1. Natt. cons. 502. n. 16. cum declarationibus, de quibus per Tiraq. de primogen. q. 25. & regulariter vsus debet esse tanquam ex causa seruitutis sibi debitæ, pa-
4 tiente, & sciente aduersario, aliàs non esset probata, possessio Alex. qui testatur ita seruari in l. si certis annis in fin. vbi Salic. etiam in fin. C. de pact.

RESOLVT. DXXI.

1 *Qui decimas subtrahunt, aut impediunt, sunt excommunicati.*
2 *Negans decimas soluendas esse est hæreticus.*
3 *Non soluentes decimas multas pœnas incurrunt.*

Parochus non soluentibus decimas an possit denegare sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.

REsponsio patet ex Trident. sess. 25. de refor. c. 12. ibi qui decimas subtrahunt, aut impediunt ex-
1 communicentur, nec ab hoc crimine sine plena restitutione sequuta absoluantur, quia detinentes decimas committunt crimen sacrilegij, & reatum damnationis æternæ incurrunt c. decimas 16. q. 7. ideo prius admonentur, & si non soluunt excommunicari possunt, nec sunt absoluendi nisi integrè satisfaciant.
2 Imo si quis negaret decimas esse soluendas iudicaretur tanquam hæreticus; quia negaret debitas esse de iure diuino, & simul præceptum Ecclesiasticum, quo quantitas decimarum taxata est, vt post alios notat Ioan. a Capistran. in tract. de auth. Papæ in 2. p. secundæ par. principalis num. 80. vt legitur tom. 13. tract. par. 1. fol. 42.
3 Insuper in varias alias incidunt pœnas, qui decimas non soluunt; nam priuantur bonis temporalibus ex iusto Dei iudicio, quia illa amittunt, & paulatim consumuntur, vt docet Andr. in const. Regni incip. quanto sub tit. de decimis, & vltra quod sunt in continuo peccato mortali, iudicantur tanquam sacrilegi, & homicidæ, ac mortui priuantur Ecclesiastica sepultura, & sic de alijs, vt post alios probat Rebuff. in tract. de decimis qu. vlt. vt legitur tom. 15. tract. par. 1. fol. 42. cum seqq. Quare ad dubium Respondetur ex prædictis, quod si tales personæ cum possint, & debeant soluere decimas, illas renuunt soluere, stante quod sunt in peccato notorio, potest denegari sanctissimum Euch. sacramentum.

RESOLVT. DXXII.

1 *Compatronus non potest se ipsum præsentare ad Ecclesiam vacantem.*
2 *Inter præsentantem, & præsentatum debet esse differentia.*
3 *Potest patronus consentire præsentationi de se factæ.*
4 *Quando proceditur per viam scrutinij publici, tunc electus consentire potest suæ electioni, & auget numerum vocum.*
5 *Compatronus præsentatus publicè debet consentire, & non se præsentare, quia aliàs esset ambitiosus.*

Compatronus, an possit consentire præsentationi de se factæ per alios compatronos, ita vt vox eius augeat vocem ad sui commodum.

LIcet compatronus non possit se ipsum præsentare
1 ad Ecclesiam vacantem, & præsentatio per eum de sui persona facta vti ambitiosa de iure non valeat; cap. per nostras extra de iure patron. & ibi not. Canonistæ omnes, & est ratio secundum glos. ibi quia debet esse differentia inter præsentantem, & præsen-
2 tatum, sicut inter instituentem, & institutum, inter dantem, & recipientem cap. fin. de institution. & inter baptizantem, & baptizatum cap. debitum extra de baptis. & est recepta ab omnibus conclusio per alias etiam rationes Roc. Curt. in suo tractat. de iure patron. in verbo Honorificum numer. 20. & plenius Cæsar. Lambertin. in suo tract. lib. 2. part. 1. in primo artic. 8. quæst. princ. & procedit etiam conclusio in beneficijs paruis, & simplicib. Abb. post Ioan. Andream in dict. cap. per vestras, licet Lambertin. contra in articul. sequen. ac etiam si procurator constitutus ad præsentandum præsentaret dominum constituentem, Io. Andreas Card. & Abb. in d. cap. per vestras Lambert. in 9. artic.

Attamen si alij compatroni præsentauerint cum,
3 potest ipse accedere cum suo voto, & consentire illi præsentationi de se factæ, & data paritate vocum patronorum contrariarum, vox sua, & accessus suæ vocis augebit numerum ad sui fauorem, ita vt prævalens in vocibus, concurrente in cæteris idoneitate institui debeat, & sic concludit Roc. dict. loco, & latius Lambertin. d. lib. 2. par. 1. in artic. 8. q. princ.

per

per totum vbi retulit, quod & si glo. in dict. c. per vestras aliud videatur sensisse, attamen illa glos. improbatur ab Hostien. Io. Andrea Cardin. & Abb. ibi
4 distinguendo tamen, quod aut proceditur ad electionem per viam scrutinij secreti, & eo casu vox sua non faciat numerum, aut proceditur palam, prout in præsentationibus patronorum, & eo casu vox vnius de corpore consentiens præsentationi, & nominationi de sua persona faciat, & augeat numerum, sicut contingit in electionibus, quæ fiunt non per modum clandestini scrutinij, nam electus potest cum voto suo accedere, & consentire electioni de se factæ ab alijs electoribus, & data paritate vocum contradicentium, iste electus cum sua voce auget numerum, tex. ad hoc iuxta communem intellectum in cap. cum in iure ext. de electio. vt ibi per Abb. sub num. 5. & 6. & clarè idem Abb. in suo cons. 15. n. 3. lib. 2. & si hoc est in electione, fortius ergo in presentatione, quæ minus iuris tribuit, & refert Lambertin. eiusdem opinionis Philip. Andr. Barbat. Firman. & plures alios per textum in d. cap. cum in iure.

Quare conclusio sit quod consensus vnius ex compatronis accedens nominationi, & præsentationi factæ de sui persona per alios compatronos, auget, & facit numerum, & si voces sunt æquales, vox sua auget, & ipse obtinet, si verò pars sua minor esset vna voce, vox sua, quia facit numerum æquabit voces, & locus erit gratificationi superioris data paritate in cæteris, & sic tandem concludit idem Lambertinus, cum quo transeundum esse putauimus, tenendo pro indubitato vnum ex patronis posse præsentare compatronum, glos. Inno. Gost. Hostiens. & Ioan. Andr. in cap. consuluit eod. titul. Ioann. Andr. & Abb. in d. c. per vestras, plenè Lambertin. loco præalleg. in 5. artic. Roc. Curt. in verbo honorificum in 4. quæst. princip. quo casu compatronus præsentatus
5 debet consentire non se compræsentare, quia ambitio esset vt idem Lambertin. ait in sexto, & septimo articulo.

RESOLVT. DXXIII.

1 *Signatura Papæ retrotrahitur ad diem paruæ datæ.*
2 *Quousque paruus consensus non sit extensus, resignantem potest pœnitere.*
3 *Resignationes non possunt expediri nisi prius expressus consensus fuerit præstitus in cancellaria.*
4 *Signatura Papæ habet tacitam conditionem, dummodo resignantes persistant in eadem voluntate.*
5 *Resignans non obstante resignatione facta per procuratorem in curia, potest resignare in manibus ordinarij.*
6 *Parua data facit actum perfectum.*
7 *Consensus perfectus est ille, qui datur in cancellaria, per quem abdicatur ius à resignante.*
8 *Quando actus est informis, & res integra, admittitur variatio.*
9 *Superioris authoritas non debet illud.*
10 *Stilus curiæ facit ius.*
11 *Resignatio facta coram ordinario, & admissa, statim operatur, quod beneficium vacet.*
12 *Mutatio voluntatis resignantis debet intimari procuratori constituto.*

Resignans beneficium quando possit pœnitere, vel cogatur ad renunciandum.

PRo huius articuli dilucidatione est sciendum, effectum paruæ datæ esse, vt sequuta signatura Papæ in supplicatione apponatur illa parua data, quamuis signatura longo post tempore secuta fuerit, Gratia. n. quæ per eandem signaturam recipit perfectionem fingitur obtenta ex die, quo parua data facta fuit, itaut non detur probatio in contrarium ideo reijciuntur articuli tendentes ad probationem, quod gratia alio die facta fit, & omnia quæ post paruam da-
1 tam gesta sunt sequuta signatura Papæ retrotrahuntur ad diem, quo obtenta est parua data, & perinde est ac si sub eodem die cuncta facta fuissent, cum etiam solum inspiciantur literæ, quæ sub eadem data sunt expeditæ, & secundum eas iudicatur, neque aliud inquiritur, prout latè omnia supradicta explicat Gabr. cons. 193. n. 1. vsque ad n. 8. lib. 2. post Cassad. decis. 1. & 2. de renunciat. Rot. per Card. Paleott. decis. 72. in fin. & huiusmodi stylus facit ius, & habetur pro lege etiam contra dispositionem iuris communis Abb. in c. ex literis n. 6. de constit. Fely. n. 9. vsque ad n. 23.

Secundo est animaduertendum, quod in resignatione facienda datur supplicatio, & si resignans est præsens, ipse præstat consensum, alias ipso absente, procurator cum eius speciali mandato, quem consensum notarius non extendit, sed solum annotat à tergo mandati diem, in quo consensus præstatur; qui dies vocatur paruus consensus, vel parua data, si resignatio precedit extenditur consensus sub eadem die dicti parui consensus, vel de nouo præstatur, & do-
2 nec ille paruus consensus non est extensus resignans potest pœnitere, & fit intimatio procuratori reuocationis mandati, quia alias semper procurator posset præstare consensum, & facere esse locum resignationi, itaut ista extensio consensus fiat etiam post mortem resignantis, cum retrotrahatur ad diem parui consensus, vt dictum est, & latius omnia declarat Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæstione 12. per tot. & lib. 8. quæst. 8. & facta resignatione dantur sex menses ad illam publicandam, qui quando currant cum alijs casibus, in quibus conceditur prorogatio secundum formam constitutionis Greg. XIII. de public. resign. ponit idem Paris. de resignat. q. 7. lib. 11.

Tertio notandum est, quod per regul. Cancell. 43.
3 prohibentur expediri resignationes, nisi prius expressus consensus fuerit præstitus in Camera, seu Cancellaria, in qua cum non adhibeatur paruus consensus, ille non sufficiet, sed iterum est dandus; Papa enim non admittit resignationem, nisi constet de mente resignantis, & signatura Papæ habet tacitam conditio-
4 nem quatenus supplicantes persistant in eadem voluntate, quo casu gratia trahitur ad diem paruę datæ, cum præsertim Papa, non datarius concedat gratias, & consensus super parua data nullum ius tribuit, & res est adhuc integra, & est locus pœnitentiæ; Vnde de stylo curiæ etiam huiusmodi paruus consensus, vt plurium remaneat apud ipsas partes nō apud Notarium, & interim licet vnicuique res pro arbitrio suo tractare, quod non concederetur, si iste paruus consensus esset irreuocabilis, cum etiam iuxta eundem stylum Curiæ post porrectam supplicationem, & solutam compositionem ante extensum consensum, possit resignans pœnitere, vltra quod etiam secundum regulam de præstando consensu, Papa denegat extensionem post quindecim dies à tempore missæ supplicationis ad registrandum, propter fraudes, quæ fiebant, dum differebatur extensio consensus, cum interea status beneficiorum esset incertus, quod ideo contingebat, quia interim in arbitrio cedentis erat, an valeret resignatio nec ne, prout omnia prædicta colliguntur ex Cassad. Put. Mohedan. & alijs de quibus in decisione Rot. coram Card. Paleott. Compostellan. Archidiaconatus 21. Octobris 1587. quæ est inter decis. Rot. diuers. 458. num. 1. vsque ad num. 8. p. 3. lib. 3.

Ex istis colligitur in casu mihi proposito, veriorem esse opinionem, quod resignans potuerit non obstante resignatione facta per eius procuratorem in Curia
5 resignare secundo loco in manibus Ordinarij, nam ante extensionem parui consensus, & paruæ datæ,

sub

sub quibus prima resignatio fuit facta, licuit resignanti mutare voluntatem, & alteri resignare, vt dictum est supra, & est etiam decisio Rotæ coram Card. Lancellotto in vna Barchin. parochialis de Corneliano 13. Decembris 1571. post Mohed. decis. 186. & alios
6 ibi allegatos, illa enim parua data non facit actum perfectum, nisi super ea sit extensus consensus, vnde non mirum si est licita pœnitentia, Caputaqu. decis. 237. p. 1. cum consensus formalis, & perfectus sit ille,
7 qui datur in Cancellaria, per quem abdicatur ius à resignante, non per alium, latè Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 8. num. 40. & 41. cum seq. vnde quamuis consensus semel præstitus non debet reuocari, c. quod semel de regul. iur. in 6. tamen iste non dicitur præstitus, cum sit solum adhibitus super parua data,
8 & sic super actu informi, & non perfecto quo casu res dicitur integra, & potest admitti variatio. Ias. in l. fin. de pact. Alex. in l. si pecuniam de condic. ob caus. Rota diuers. in specie decis. 458. num. 9. p. 3.

Non obstat, quod clericus possit cogi ad renunciandum beneficium, quando petijt, & obtinuit licentiam renunciandi, c. quidem 12. de renunc. cum variatio in iure sit prohibita. Clem. vnic. eod. tit. Maximè personis Ecclesiasticis, Felynus in c. cum olim, numer. 5. de re iudic. Sylu. de benef. q. 16. præsertim quia paria sunt cedere, & cedere velle, post obtentam licentiam Anchar. in d. c. quidam, & ibi Anan. num. 2. vbi etiam Abb. & Butr. num. 10. quod hoc non permittitur, quamuis solum quis petierit præambulum ad aperiendum viam cedendi, cum non
9 debeat illud authoritas superioris, in qua ratione fundatur potissimum tex. in d. c. quidam, vt ibi notat Host. & Ægid. in princ. Card. in 1. & 2. oppos. num. 5. idem Host. in summ. de renunciat. numer. 6. vers. non potest Petr. Rauenn. in compen. iur. canon. par. 3. tit. de renunciat. col. 8. vers. & nota pulchrum sum. Anton. p. 3. tit. 19. c. 5. in fin. Sylvest. in verb. renunciatio, & ibi Tabien. num. 11. quamuis etiam non fuerit ius tertio quæsitum cùm Doctores solum se fundent, vt euitetur illusio superioris, & variatio. Cæuall. quæst. 283. num. 9. post Paris. de resignat. lib. 3. quæst. 18. num. 64.

Quia prædicta procedunt de rigore iuris, quæ de
10 stylo Curiæ non seruantur, qui stylus facit ius cap. quam graui de crim. falsi. Fely. in c. ex parte il 1. n. 16. de rescript. Dec. consil. 699. nu. 5. etiam contra dispositionem iuris communis. Gabr. consil. 193. num. 1. lib. 2. & ita in specie concludit Put. decis. 204. lib. 2. Achil. decis. 1. de renunciat. Mohed. decis. 11. & 189. Ant. August. Cott. Accorambon. & alij, de quibus per Paris. de resign. benef. lib. 3. capitulo 18. vbi de recepta, & communi obseruantia attestatur, & latius libro primo, quæst. 12. numero decimoquarto. Cæuall. quæst. 283. in fin. parochialis de Corneliano 13. Decembris 1571.

Qui stylus fundatur in illa ratione, nam admissio, & signatura gratiæ, quæ perficit resignationem, habet tacitam conditionem, quatenus supplicantes persistant in eadem voluntate, & ob id consensus retrotrahitur ad diem datæ supplicationis, & literæ sub eodem die expediuntur, vnde ante præstitum dictum consensum resignatio non dicitur in totum perfecta, ex supra allegatis, & declarat latè Bursat. consil. 393. per tot. lib. 4. ideo ante præstitum consensum in Camera, semper licitum erit pœnitere, ne cum post porrectam supplicationem, sed post admissam resignationem à Summo Pontifice, & manu eius signatam per verbum fiat vt petitur, vel fiat motu proprio, & illam registratam, & post solutam compositionem, quod procedit etiam quod interuenerit iuramentum, siue quis peniteat, vt alter resignet, siue vt velit pro se retinere, siue resignatio sit simplex, seu ex causa permutationis, itaut si post prædicta moriatur resignans semper dicatur vacare beneficium per obitum, non per resignationem, cum requiratur consensus præstandus in Camera, seu Cancellaria quicquid sit in
11 resignatione facta coram Ordinario, quæ statim admissa operatur, vt beneficium vacet, & res non dicatur amplius integra, neque per consequens sit locus pœnitentiæ, prout omnes supradictos casus multis comprobat Paris. de resignat. quæst. 18. lib. 3. n. 15. & 26. vsque ad num. 55.

Infertur etiam ex prædictis, quoad secundam dubitationem, idem esse quando resignatio facta in curia per procuratorem, & per eum præstitus fuerit paruus consensus, nã quemadmodum quis potest pœnitere in resignatione facta per se ipsum, multo magis per alium, cum in vtroque casu militet eadem ratio. Gabriel. consil. 198. num. 3. lib. 1. Bursat. consil. 394. l. 4. Put. dec. 206. lib. 3. & est tex. in Clem. vnic. de renunc. vbi Card. & alij intelligunt tam de expressa, quam de tacita reuocatione, constituendo alium procuratorem ad renunciandum propter generalitatem verbi quomodolibet, vt per Card. Lancell. d. Barchinonen. parochialis.

Quæ tamen sunt declaranda dummodo huiusmodi
12 mutatio voluntatis fuerit intimata procuratori, prius constituto ad resignandum, nam alias non præcedente ista intimatione procurator poterit consentire resignationi, & valida erit resignatio etiam si consensus fuerit præstitus post mortem constituentis, Caputaq. decis. 224. par. 1. & decis. 110. p. 2. vbi quod d. Clem. vnic. dum loquitur de reuocatione procuratoris multo magis militat in mutatione voluntatis re non integra, cum iam ante mutatam voluntatem procurator porrexerit supplicationem ipsius resignationis, & supplicatio data fuerit, & sic actus resignationis est quasi perfectus, & procurator incepit tractare negotium resignationis, etenim ille est stylus curiæ, & per quem in resignante licita est pœnitentia ante extensũ consensum, est exorbitans à regulis iuris, vnde est intelligendus, facta scilicet intimatione requisita per clem. vnic. de renunciat. prout declarat Rot. coram Card. Lancellott. Barchinonen. parochialis de Cornelian. 28. Ianuar. 1572. itaut ista intimatio sufficiat non solum si fiat procuratori, vt dictum est, sed etiam si fuerit facta in Camera, seu cancellaria, vel ipsimet resignatario, aut per literas scriptas ipsi procuratori, & in alijs casibus, de quibus per Paris. resignat. q. 25. 26. 27. & 28.

RESOLVT. DXXIV.

1 *Beneficium simplex sufficit, quod conferatur idoneo.*
2 *Beneficia curata etiam reseruata, requirunt concursum.*
3 *Examen per concursum fieri debet ab examinatoribus synodalibus.*
4 *Concursus non habet locum, quando cura est pœnes collegium.*
5 *Concursus debet fieri in parochiali de iure patronatus Ecclesiastico.*

Concursus an requiratur in beneficijs simplicibus.

BEneficia an debeant per concursum prouideri est distinguendum, quia si beneficium est simplex,
1 sufficit quod conferatur idoneo, nec necesse est quod fiat concursus ad effectum vt magis idoneo conferatur gl. in cap. Monasterium 16. quæst. vlt. cap. tertio vers. quia in minoribus, vbi Abb. de iure patronat. idem Abb. in cap. constitutus il 2. & ibi Franch. num. 4. de appellation. Caputaqu. decis. 69. lib. primo in manuscript. Crescent. dec. 12. de concess. præben. & idem velle videtur Concilium Tridentinũ postquam

in sim-

in simplicibus nullam præscribit formam examinis, & concursus, sed tantum requirit habilitates de iure communi necessarias capitulo 4. cap. fin. de reformat. sess. 22. & cap. 13. sess. 7. sicque tenuit Rota in vna Calaguritana reductionis motus proprij 29. Martij 1595. coram Card. Seraphino.

In beneficijs verò curatis iuxta eiusdem Concilij Tridentini præscriptum sess. 24. capitul. 18. debet fieri
2 prouisio per concursum, quamuis constet de reseruatione, vt quia beneficium vacet in mensibus Apostolicis, nam adhuc debent proponi edicta ab Ordinario, & facto examine ab eo, siue eo impedito ab eius
3 Vicario, atque ab alijs examinatoribus non minus quam tribus in Synodo Diœcesana deputatis illi, qui fuerit ab examinatoribus approbatus, & ab Episcopo electus collatio Ecclesiæ à Papa facienda est, & non alteri, & dispositio Concilij procedit etiam in beneficio reseruato, vel affecto specialiter vigore indulti, seu priuilegij in fauorem S. R. Ecclesiæ Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum, vel etiam si eius cura Episcopo incumbat per vnum, vel plures administretur; in Ecclesijs verò collegiatis licet opinio Oldr. in cons. 67. num. 1. quod beneficium non dicatur curatum quando cura apud plures residet tanquam repugnans Concilio reprobatur per Rotam in vna Gerunden. Sacristiæ, quæ habetur inter impressas diuers. decis. 48. n. 8. par. 1. tamen communiter approbatur; simili quoque modo Concilium Tridentinum locum habet, quamuis beneficium vacet per resignationem in curia, dummodo resignatio sit simplex, & etiam si Ecclesia sit patrimonialis vel receptiua, in quibus consueuerit Episcopus vni vel pluribus curam animarum dare, item procedit in beneficio reseruato quod sit iuris patronatus Ecclesiastici, quia nulla habita ratione patronorum ordinarius debet edicta concursus
5 apponere & idoneum eligere, ac Romam mittere cum fide à Summo Pontifice instituenda, sicut fit in alijs quæ non sunt de iure patronatus, & adhuc concursum admitti debent tam nominati à patronis quam alij, vt censuit Congregatio eiusdem Concilij in vna Florentina parochialis Anno 1599. quam declarationem sequuta fuit Rota in dicta Florentina 28. Maij eiusdem anni coram Iusto, in qua fuit tentum quod nominato, seu præsentato à patronis ante concursum non potest dici aliquod ius quæsitum.

RESOLVT. DXXV.

1 *Quando beneficium parochiale resignatur in manibus Papæ, non fit concursus.*
2 *Concursus non fit in beneficio iuris patronatus laicorum.*
3 *Concursus non fit quando approbatus non vult consentire pensioni impositæ per Papam.*
4 *In parochiali exigui redditus non requiritur concursus.*
5 *Quando parochialis est vnita dignitati, non fit concursus.*
6 *Quando beneficium est litigiosum non fit concursus.*

In quibus casibus in prouisione parochialium non requiratur concursus.

SEd quamuis in beneficijs curatis regulariter fiat prouisio per concursum, vt dictum est, tamen illud fallit primo quotiescunque resignatio fit in
1 manibus Papæ ad fauorem certæ personæ, & ratio est, quia resignatio huiusmodi non inducit propriam vacationem Cassad. dict. decis. 3. de renun. Pur. decis. 357. numer. 1. lib. 1. & dec. 314. num. 2. lib. 2. Gabr. cons. 199. numer. 1. & seq. lib. 2. & consequenter dispositio Concilij super concursu in ea locum non habet, sed resignatarius prouisus à Papa, vel mandatum de prouidendo in forma dignum obtinens solum examinari debet absque concursu, & approbari si idoneus repertus fuerit, siue resignatarius sit prouisus in Curia, siue in partibus, vt censuit sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum eiusdem Concilij in vna Aurien. parochialis 3. Kalend. Februar. 1565. & in vna Illerden. 3. Octobris 1566.

Secundo fallit quando beneficium est iuris patro-
2 natus laicorum, nam tunc præsentatus à patrono debet simpliciter examinari, & si idoneus fuerit repertus institui, vt in eodem Concilio disponitur d. c. 18. sess. 24. vers. quid si iuris patronatus, nisi ab eodem patrono plures fuerint præsentati, quia tunc inter eos debet fieri concursus iuxta declarationem alias factam ab eadem Sacra Congregatione.

Tertio fallit, quando approbatus per concursum,
3 & electus non vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio de tempore prouisionis reseruatur, nam ipso sic recusante Papa solet beneficium alteri conferre absque concursu præuio solo examine simplici ad curam animarum cum derogatione expressa, vel tacita dicti Concilij propter decretum irritans, vt tenuit Rota in dicta decisione 48. num. 2. & 11. par. prima diuersorum vbi dicitur, quod non sufficit Papam habere notitiam dicti decreti, vt illi derogatum censeatur: neque obstat hoc casu quod approbato per concursum sit acquisitum ius ad rem, vigore dicti Concilij, quoniam quando collatio spectat ad solum Papam tanquam de beneficio reseruato non dicitur acquisitum ius ad rem considerabile, vt fuit tentum per Rotam in vna Dertusen. parochialis 12. Februarij 1593. coram Penia, & in vna Placentina parochialis de Anno 1585. coram Cardinale Seraphino.

4 Quarto etiam fallit si parochialis adeo exigui redditus sit, vt examinis per concursum operam non ferat, aut nemo sit qui se dicto examini quærat subijcere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperiuntur facile gratiores rixæ, aut tumulus possint excitari, nam illo casu poterit dictum examen omitti, & priuatum aliud adhiberi, vt disponit Concilium in dict. c. 18. ad finem §. si tamen.

5 Quinto fallit quando parochialis est vnita alicui dignitati, hoc enim casu cessat prouisio per concursum, vt sacra Congregatio censuit.

6 Sexto fallit quando beneficium est litigiosum, quia tunc si alter collitigantium cedat, vel decedat, siue possessor parochialis sit, siue non, cum ab Ordinario alius subrogari nequeat, ne multiplicentur collitigantes cap. 1. & 2. vt lit. pen. lib. 6. Cle. prima eodem tit. solet Papa alium collitigantem gratiose subrogare quoad ius, & possessionem defuncti, absque alio concursu, secus si vterque collitigans, obierit, quia tunc fiet prouisio per concursum, ex quo per mortem vtriusque lis dicitur extincta, vt in d. Cl. t[illegible]t. pend. vbi Vitalin. n. 2. & 34. Card. decis. 3. n. 3. eodem titulo.

RESOLVT. DXXVI.

1 *Episcopus in electione facienda de magis idoneo, debet se regulare secundum iuris dispositionem.*
2 *Quando plures præsentati sunt pares, Episcopus potest gratificari.*
3 *Quando Episcopus dolose, & irrationabiliter iudicat in electione magis idonei, datur appellatio.*
4 *Pro iudicio Ordinarij præsumitur.*

A iudicio Episcopi in electione magis idonei pro regimine Parochialis an detur appellatio.

IN huiusmodi concursu, & electione facienda Episcopus tenetur iudicium suum regulare secundum
1 iuris dispositionem, nam quicquid sit in beneficijs simpli-

simplicibus, quo casu quando duo sunt præsentati, vel plures est in arbitrio Ordinarij attendere merita &
2 gratificari vt per Ancharan. in Clem. plures num. 14. versiculo primo casu, & ibi Card. §. fin. sub numero 1. versiculo primo autem de iure patronat. & fuit tentum in vna Aquilegien. iuris patronatus de Anno 1585. & de Anno 1586. 5. Maij coram Joanne Baptista de Rubeis. Adeo quod si ex duobus præsentatis Episcopus instituerit vnum non sit amplius quærendum de meritis, sed satis sit quod is, qui fuit institutus sit idoneus, quamuis potuerit eligi alius idoneus, vt declarat Dec. cons. 129. sub numer. 2. quem sequitur Lambert. de iure patronat. in 3. par. lib. 2. q. 5. art. 2. in fine, & tradit Butr. in cap. tuam per illum tex. sub nu. 13. de ætate, & qualitate. Nihilominus in concursu ad beneficia Curata, in quibus dispositio Concilij procedit ex pluribus idoneis iudicatis ab examinatoribus Episcopus debet eligere magis idoneum, quia Concilium non dat Episcopo facultatem eligendi quem velit, sed quem magis idoneum iudicauerit, quod quidem iudicium tenetur Episcopus regulæ secundum dispositionem iuris, vt dixi, vnde à dicto iudicio admittitur appellatio secundum constitutionem Pij Quinti super collatione parochialium edita, & potest appellans præelectum prouocare ad nouum examen, & si ipse in eo magis idoneus repertus fuerit reuocare electionem primam ipse parochialem obtinebit, ita fuit decisum Rotam in vna Dertusen. Parochialis 18. Decembris 1581. coram Gypsio.

Sed illud temperari debet, vt procedat quando iudicium Episcopi est irrationabile. Nam ex constitutione Pij Quinti non conceditur simpliciter appellatio,
3 sed solum quando Episcopus dolosè & irrationabiliter iudicat, vt probant verba cõstitutionis expressa alias ad hoc ponderata per Rotam in vna Rauennaten. parochialis 2. Decembris 1592. coram Cardinale Arigonio, & de huiusmodi irrationabilitate, & dolo Episcopi liquido constare debet, cum in dicta Bulla verba ponantur in conditione, ibi constito, de prioris eligentis irrationabili iudicio, l. Lucius, & ibi not. ff. de condit. & demonst. Alex. in l. Imperator sub n. 4. & 5. de leg. 1. Dec. in rubr. de probation. n. 115. & fuit relatum in vna Pamphilonen. beneficij 17. Maij 1577. coram Cardinale Blanchetto, & in vna nullius parochialis concursus 4. Octobris 1600. coram Gre-
4 gorio XV. pro iudicio enim Ordinarij præsumitur in c. præsentia de renunciatione, quod etiam colligitur ex dicta constitutione, & quod de Ordinario dicitur habere locum etiam in Episcopo subrogato ad l. si cum §. qui iniuriarum ff. si quis caut.

RESOLVT. DXXVII.

1 *Idoneus dicitur ille, de cuius qualitatibus Episcopus est melius informatus.*
2 *Præferri debet is qui est magis vtilis Ecclesiæ, & habitat in loco beneficij, & potest residere.*
3 *Dignior dicitur is qui iuxta munus, & rem cui præficiendus est aptior apparet.*

Quis dicatur magis idoneus in materia concursus.

1 Est etiam aduertendum, quod in hac materia ille magis idoneus reputatur, & cæteris præferri debent, de cuius moribus vita, & alijs qualitatibus Episcopus est melius informatus, Caputaqu. decis. 406. & post alios Lambert. de iure patronat. lib. 2. & 7. q. princ. parte prima artic. 2.

2 Similiter qui habitat in loco beneficij, & potest residere, & prouidere necessitatibus Ecclesiæ tamquam magis vtilis cæteris præferri debet iuxta tradita per eundem Lambert. de iure patronat. in 3. p. lib. 2. quæstion. 5. art. 17. in fine, & melius in fine dict. q. versicul. collige ex omnibus dictis &c. vbi concludit semper esse præferendam vtilitatem Ecclesiæ omnibus alijs qualitatibus præsentati, quod procedit, quamuis alij sint Doctores, quia non propterea sunt
3 iudicandi digniores, sed is qui iuxta munus, & rem cui præficiendus est aptior eius ministerio apparet, vt post alios aduertit Couar. in regula peccatum part. 2. §. 7. num. mihi 4. versicul. dignior verò, & tenuit Rota in vna Beneuentana parochialis 13. Iunij 1590. coram bo. me. Orano.

RESOLVT. DXXVIII.

1 *Ordinarius potest admittere aliquem ad concursum post lapsum termini.*
2 *Interest Ecclesiæ quod plures oppositores concurrant.*
3 *Iudex potest expectare reum contumacem, etiam contradicente actore.*
4 *Vocati ad synodum recedere non debent non finita synodo, etiam si fuerit prorogata.*
5 *In electionibus, & prouisionibus non circunducitur edictum, secus in iudicijs.*

An Episcopus possit aliquem ad concursum admittere non obstante, quod terminus ab ipso præfixus iam sit elapsus.

1 NOtandum est, quod Ordinarius potest aliquem ad concursum admittere non obstante quod terminus ab eo præfixus sit elapsus, & aduersarius qui comparuerat durante termino contradicat, vt fuit resolutum per Rot. in vna Calaguritana dimidii beneficii 22. Aprilis 1602. coram Ortembergo, idque æquitas, & fauor Ecclesiæ suadere videtur cuius in-
2 teresse plures oppositores concurrere, & hanc opinionem tanquam receptiorem, & de iure veriorem approbauerunt Domini argum. l. & si post tres ff. si quis caut. si enim iudici circa iudicia data est potestas parcendi reo contumaci expectando eum actore etiam
3 contradicente, c. consuluit, & ibi glos. in verbo gratiam, & singulariter Felyn. num. 1. de offic. delegat. l. 1. C. quomodo, & quando iudex l. si cum dies §. si quis ex arbitratoribus ff. de arbitris quanto benignius est hoc fieri posse in electionibus, & prouisionibus, aliisque extraiudicialibus?

Ita in electione si quis vocetur ad electionem faciendam, nec veniat ad diem per capitulum assignatum, & capitulum dicat expectandum esse, præsentes non possunt recedere non finita electione, sicuti voca-
4 ti ad synodum recedere non debent, nisi finita synodo, vel ad alium terminum prorogata. Nec enim in
5 electionibus & prouisionibus sicut in iudicijs circunducitur edictum, c. Ecclesia il 2. & ibi glos. 1. & 2. de election. Inn. in d. c. consuluit num. 3. Host. n. 5. Butr. n. 27. & fuit decisum in Firmana parochialis 6. Martii 1592. coram Cardinale Pamphilio, ibi non solum agebatur de potestate, verum etiam de necessitate admissionis.

Non obstat cons. Old. 3. quia ibi agebatur de accusatione, & oppositione criminum, quæ statum hominis respicit, ideoque lapsus temporis à iudice præfixi omnibus viam claudit vt amplius audiri non debeant, aliud est si quis ius suum, vel sibi debitum prosequatur, aliud etiam respectu superioris, vt ad deliberationem, & negotij expeditionem per proposita intra tempus viam aperiat Old. d. cons. 3. num. 6. & 7.

RESOLVT. DXXIX.

1 *Præstatio vocis est fructus canonicatus.*
2 *Eligeres est fructus possessionis, non autem proprietatis.*

3 Pos-

3 *Possessio, non titulus est causa acquisitionis fructus.*
4 *Ex solo titulo beneficii absque possessione quis non gaudet priuilegio fori.*
5 *Baro si solum habet possessionem debet habere vocem in parlamento.*
6 *Ad dominum spectat dare suffragium, quando nullus est in possessione.*

An obtinens solum titulum Canonicatus absque tamen possessione possit dare vocem in Capitulo.

CAnonicatus beneficium circa duo præcipuè versatur scilicet habere stallum in Choro, & vocem in capitulo, vt probat text. & quod ibi notatur in cap. Iacobus de simonia Bald. cons.63. vol.1. Alexander cons.16. vol.3. & conferunt adducta per Panormitanum in quæstion.3. quare fuit apud me dubitatum an obtinens solum titulum canonicatus, absque tamen possessione possit præstare vocem in capitulo, sicut cæteri canonici, iuxta terminos Clementinæ vt ij qui de ætate, & qualitate, & prima consideratione mihi persuadebatur prædictum canonicum minimè esse
1 admittendum, si quidem præstatio vocis est fructus Canonicatus, Cardinalis in citata Clementina quæst. 3. Felyn. in cap. cum olim de maioritate, & obedientia Alciatus respons.7. Moneta de optione quæst.4. n.7. Mastrillus dec.18. vol.1. vbi ait quod præstatio vocis est fructus Canonicatus, & alios allegat Decianus respons.8. n.228. qui loquitur in fortioribus terminis Petrus à Biax in suo tract. electio. cap.28. par.1. vbi pro indubitato hoc firmat Nicolaus Mil. in suo repertor. in verb. canonicus cui collata est præbenda; vbi post alios dicit, quod licet canonicus, qui habet titulum possit dare vocem, tamen non procedit quando alius est in possessione, & bona fide, quia ille erit vo-
2 candus, ex quo eligere est fructus possessionis, non
3 autem proprietatis, & possessio, & non titulus est causa acquisitionis fructus, vt notabiliter tradit Bartolus in l.3. §. ex contrario ff. de acquirenda possessione Guido Pap. decis. 318. & quando cum possessione agitur bona fides semper fit acquisitio fructuum l. certum C. de rei vendicatione de Franchis decis.31. Anna allegat.113. volum.1. & Beninten. in decis. Rotæ Bononien. decis. vigesima, & ad hoc facit Glos. notabilis in l. si vt proponis C. eod. tit. hinc etiam
4 prouenit, quod ex solo titulo beneficij absque tamen possessione non gaudet quis priuilegio fori, sicuti reliqui obtinentes beneficia, iuxta formam Concilij Tridentini sess. 23. canon.11. ita Clar. quæst. 36. num.18. Farinac. de exquisit. quæst.8. num.23. referens in vrbe iudicatum Zenera lib.1. quæstionum canonicarum quæst. 4. num.7. addebatur supradictis illud simile, quod traditur à Barone, qui &si non habeat
5 titulum, sed tantummodo realem possessionem, quod ipse debeat habere vocem in parlamento, dixit Io: Franc. de Pont. in cons. 31. num.17. & 19. subdens in tantum hoc esse verum, quod sequuta sententia contra possidentem non retractentur voces datæ, præsentationes factæ, & similia tanquam fructus ad possessorem legitimè spectantes, & allegat eundem Innocent. in cap. Cumana col. fin. de election. vbi dum
6 tradit quod ad dominũ spectat dare suffragia, etiam si non esset in possessione, subdit hoc intelligi quando nullus alius est in possessione, vel si sit quis in possessione, sed mala fide, vnde dum quis est in possessione iuridica, & bona fide, tunc hic est fructus possessionis, & possessor facit suum ad text. in cap. consultationibus extra de Iure patronat. vbi Abb. & Butr. & idem dixerunt post multos, quos allegant Thom. Zerol. in Praxi Episcop. in verb. ius patronatus. Desider. Guid. inter decis. Triuis. 45. numer. 80. & seq. Menoch. cons.90. à num.116. cum seq. lib.1. & ita censui in supra dicta causa mihi commissa habita pro absoluta prima consideratione.

RESOLVT. DXXX.

1 *Quando is, qui consensum præstare tenetur non vult consentire potest superior in eius contumaciam præstare consensum.*
2 *Iudex potest compellere maritum ad dandum consensum, seu licentiam vxori ad faciendum omne illud, quod sine eius licentia non potest facere, aliàs solus iudex hoc præstare potest.*
3 *Si actus, super quo fuit præstitus consensus, sit nullus, tenetur quis de nouo præstare consensum.*
4 *Stante iusta causa non præstandi consensum: superior non poterit ad id cogere, quod si coegerit, potest appellari.*

An qui debet præstare consensum possit ad illum præstandum cogi, & qua via.

FVit quæsitum si ille, qui debet præstare consensum, & tamen consentire recuset, an possit compelli, & respondi, quod potest adiri superior vt mandet consentire debenti, quod consentiat, aut
1 in eius contumacia ipse superior loco eiusdem consensum præstabit, & tali casu si absque aliqua causa iuste consentire recuset, superior consentiet, ac eius consensus sufficiet, l. cum non solum §. necessitatem C. de bonis, quæ liberis cap. nullus 17. in fine, & ibi glos. fin. & omnes de Iure patronatus Abb. cons.65. quidam Raynerius in 5. dubio lib.2. Felynus in
2 capit. cum venerabilis num.33. vers. si Episcopus iniustè recuset consentire, de exceptio. latissimè Lambertin. de Iure pationatus, lib.1. p.2. quæst.1. art.20. per totum num.3.4. & 5. adducit in proposito 24. doctrinas similes, & à num.6. vsque ad finem ponit.9. declarationes, seu limitationes in articulo sequenti, materiam reassumit, Ludouicus Gomesius in regula de impetrand. benefic. per obitum famil. Cardin. vacan. quæst.30. & Mandos. ibidem quæst.32. num.1. & 2. Rodericus Suarez in titulo de las deudas à num.21. & seqq. Roland. à valle cons.59. numero.17. lib.4. Menochius de arbitrarijs cas.182.

Sic etiam per legem 57. Tauri quæ est l.4. tit.3. lib. 5. recopil. disponitur, quod Iudex potest compellere
2 maritum ad dandum consensum, seu licentiam vxori ad faciendum omne illud, quod sine illius licentia non poterat facere, aliàs ipse solus Iudex eam præstare potest, vbi omnes Scribentes copiosè tradunt, & Acebedus ponit ex num.29. vsque ad 98.21. ampliationes, & decem limitationes.

Similiter si actus, super quo fuit primo præstitus
3 consensus fuit nullus, tenetur de nouo præstare consensum si ille qui ad præstandum fuit obligatus, vt actus valide fiat Put. dec.258. n.1. & 2. ac per totũ l.3.

Paria enim sunt non præstare consensum, vel inutiliter præstare Alexander in l. quoties numero 5. ante medium verfic. paria enim sunt C. de hæredib. instit. Puteus decis.160. num.6. lib.2.

Quando autem primus consensus fuit validè præstitus tunc secundus nihil valet, nec est locus variationi Caputaquen. post alios decis.54. num.3. & 4. ac per totam par.2.

4 Si verò adest aliqua iusta causa denegandi consensum, tunc minimè potest quis per superiorem compelli ad consentiendum Abbas in c. licet n.9. de regularibus Lambertinus de Iure patronatus lib.1. par.2. quæst.1. artic. vigesimo, numero decimo tertio, vbi etiam addit quod si superior compelleret ad consentiendum in hoc casu, quod esset locus appellationi ad superiorem superioris sui.

RE-

RESOLVT. DXXXI.

1 *Cuilibet liberum est emere, vel vendere.*
2 *Permutatio similis est emptioni, & venditioni.*
3 *Prohibita alienatione, prohibita etiam est permutatio.*
4 *Validum est argumentum à resignatione ad permutationem.*
5 *Pensio sapit temporalitatem.*
6 *Pensio non potest permutari cum beneficio.*

An pensio possit permutari, vel in alium transferri inuito titulari.

SEries facti, quæ mihi proposita fuit talis est: quidam pensionarius obtinens pensionem super certo beneficio cupiebat eandem pensionem cum dicto beneficio, quod obtinebatur à titulari, permutare, & proinde in eundem titularem transferre præfatam pensionem, fuit dubitatum si hoc de iure fieri potuisset contradicente ipso beneficiato titulari, à quo soluebatur dicta pensio, & dubium faciebat pro opinione affirmatiua, quod quemadmodum cuilibet liberum
1 est emere, vel vendere l. durum C. de contrahenda stipulatione leg. nec emere C. de iure deliberand. sicut & locare l. ne cui C. locati l. inuitos Cod. eodem, ita & consequenter permutare, postquam permutatio
2 similis est emptioni, & venditioni l. 2. C. de rerum permutatione cap. nulli de rebus Ecclesiæ non alienand.
3 hinc est, quod prohibita alienatione censetur pariter prohibita permutatio l. fin. Cod. de rebus alienis non alienandis latè Cappella Thol. decis. 27. Guid. Pap. decis. 92. accedebat etiam supradictis validum esse
4 argumentum, de resignatione ad permutationem, vnde cum liberum sit cuilibet beneficium suum alteri resignare, accedente tamen superioris consensu cap. admonet de renunciatione capitulo 1. eodem titulo ita & permutare.

5 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium resoluendum censui, tum quia pensio sapit temporalitatem ad tradita in capitul. postulasti de rescriptis, & in Clement. per literas de concessione præbendæ Crescent. dec. 14. de sent. & re iud. non
6 potest cum beneficio, quod est spirituale, permutari capit. exhibita de rerum permutatione Afflictus decis. decima septima, tum etiam quia cum huiusmodi permutatio fieri nequeat, nisi coram summo Pontifice capit. ex parte, & quod ibi communiter notatur de officio delegat. Garzias dec. 3. Faber. decis. 5. de sacrosanct. Ecclesijs, propterea huiusmodi permutatio fieri minimè solet in præiudicium tertij cap. quamuis de rescriptis in 6. Rot. Auenionen. decis. 8. latissimè Felyn. in cap. inter quatuor de maioritate, & obedient. cum non sit de mente principis priuilegia in alterius præiudicium concedere l. nec auus C. de emancipat. liberorum l. prima si quis à Principe ff. ne quod in loco publico, etiam si vtatur clausula plenitudinis potestatis Marlianus Rot. Genuæ in dec. 20. & consequenter non intelligitur concessa prædicta gratia à summo Pontifice inuito eo, à quo dict. pensio est soluenda.

Grauis tamen dubitatio fuit, an idem dicendum veniret, si ille, in cuius fauorem transfertur, esset decrepitus, & censui similiter iuxta prædicta.

RESOLVT. DXXXII.

1 *Præsumpta mens testatoris habetur pro expressa.*
2 *Quando dilatio est concessa fauore hæredis, ille potest renunciare iuri suo.*
3 *Rogatus restituere bona fideicommissi, potest in vita sua restituere.*

Pauperibus alicuius Parochiæ legatum relictum post mortem hæredis, an hæres possit illum soluere in vita sua in præiudicium futurorum pauperum.

INdubitabilis est quæstio, si legatum relictum pauperibus talis parochiæ, vel castri per mortem filij, vel alterius possit de eius consensu solui præsentibus pauperibus in præiudicium futurorum pauperum, vel si mandetur restitui post quatuor menses pauperibus, possit statim fieri restitutio, Bart. sane in l. cum pater 77. §. à filia num. 1. per tex. ibi ff. de leg. 2. dicit quod non, quia esset in præiudicium futurorum pauperum, quod dicit esse notandum, & perpetuo menti tenendum, & Bart. sequuntur ibidem Imola, & Castrens. n. 2. idem tenet Bart. in l. post mortem n. 2. C. de fideicommissis, & ibi Imol. n. 3. Castrens. n. 2. Salicet. eo. n. 2. & infinitis vicibus se ita practicasse dicit Angel. in eo. l. post mortem n. 2. Ias. n. 6. qui plures casus in facti contingentia afferunt, & communem opinionem esse dicunt Rom. cons. 45. circa primum n. 1. & 2. ac per totum: Alex. post alios, quos refert in l. stipulatio ista §. si quis dolum n. 6. ff. de verb. obligat. Dec. cons. 146. in testamento num. 2.

Cæterum contrarium tenent Bald. & Fulgosius n. 2. in d. l. post mortem C. de fideicommissis Anch. cons. 122. circa primum num. 4. Abbas in cons. 11. factum sic proponitur num. 1. lib. 2. Dec. sibi contrarius in l. cum tempus 17. num. 2. & 3. ff. de reg. iur. qui mouentur ex sequentibus rationibus: prima, quia huiusmodi restitutio inter pauperes est principaliter facta pro salute animæ defuncti, cui expedit quod celerrime prouideatur.

Tum quia si testator cogitasset de voluntate grauati bene permisisset, quod statim fieret restitutio, &
1 sic talis præsumpta mens testatoris habetur pro expressa leg. licet Imperator 14. ff. de leg. 1.

Tum quia huiusmodi legatum non videtur incertum, nec conditionale cum Deo censeatur relictum, iuxta illud quod vni ex minimis feciſtis, mihi feciſtis.

Tum quia illa dilatio fuit adiecta ad fauorem
2 hæredis, seu grauati, qui fauori suo renunciare poterat l. si quis in conscribendo Cod. de act. cum similibus.

Tum etiam, quia licet persona singularis, vel particularis sit certa, tamen vniuersalis est incerta, & necessaria, ideſt collegium pauperum, argumento tex. in authentic. omnes peregrini C. communia de successionibus, & comprobatur authoritate Domini dicentis pauperes autem semper habebitis vobiscum.

Tum denique, quia testator non videtur habuisse magis affectionem ad vnos pauperes, quam ad alios, nec ad futuros, quam ad presentes, sed ad genus personarum pauperum, & pietatem, & sic eius voluntas verificatur in præsentibus pauperibus.

Et pro hac opinione videntur text. expressi in l. vxorem §. Sceuola ff. de leg. 3. & in d. l. post tempus C. de fideicommissis, vbi habetur, quod rogatus restituere bona fideicommissi poterit viuens cum voluerit
3 illa restituere, & hanc sententiam contra Bartol. cum Bal. & alijs supra relatis tenent quam plures recentiores Couar. in c. tua n. 3. de testam. Padilla in l. vnum ex familia in princip. num. 12. ff. de leg. 2. Anton. Gomesius in l. 17. Tauri n. 7. Menchaca de succes. creatione p. 1. §. 7. n. 19. Spinus de testamentis gl. 28. n. 71. Aluarus Valascus in consultationibus Lusitanis consultat. 102. n. 27. vbi post Padillam vbi supra num. 13. dixit Modernam praxim hanc postremam opinionem admisisse, firmat eam Mantic. de coniecturis lib. 8. tit. 5. num. 20.

Adde etiam, quod si testator reliquit aliquibus certis pauperibus, quos nominauit certas quantitates, &

tes, & postmodum mandauit reliqua bona sua distribui inter pauperes per suos testamentarios eligendos, quod prædictis pauperibus certis, & nominatis a testatore nil amplius possunt testamentarij distribuere, nisi illud dumtaxat, quod testator specialiter illis reliquit lex 3. titulo 10. partitc.6. vbi Gregor. Lopez post alios bene declarat, & an per testamentarium possit eligi vnus pauper tantum,& quando vide Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsumptione 125. ex num. 20.

RESOLVT. DXXXIII.

1 *Testator non potest in suo testamento derogare legum sanctioni.*
2 *Testator fundans hospitale, non potest statuere, quod Episcopus illud non possit visitare.*
3 *Non potest testator prohibere,quin elapso anno exequutio deuoluatur ad Episcopum,quando non prouidet sibi de exequutore in suo testamento.*
4 *Testator habet facultatem remittendi ea quæ sunt ad sui fauorem, non autem derogandi legibus.*
5 *Testator non potest auferre ius accrescendi hæredi vniuersali.*

Num testator aliquid legans in suo testamento, possit statuere, quod R. Fabrica non se intromittat.

STante Pontificia sanctione qua cauetur, vt omnia legata ad pias causas si infra Annum exequutioni non mandentur, illa applicentur fabricæ Diui Petri.

Pro resolutione difficultatis videtur dicendum resolutiuè conditionem istam non impedire,quo minus fabrica non consequatur legatum, secundum legem circa statutum, & pro rei dilucidatione supponendū est, quod testator in suo testamen. nihil potest disponere contra statuta, & sanctiones legum, idque pro-
1 batur, nam testator non habet facultatem in suo testamento derogandi legum dispositioni, prout voluit Ias. in l. nemo potest. digestis de legat. primo, & Abb. in cap. requisiti de testament. & hac de causa ipse Testator non potest facere, quod actiones personales ex testamento, quæ sunt perpetuæ finiantur ipso iure, citeriori tempore, loco, vel conditione Ias. in d. leg.
2 nemo potest n. 8. Præterea testator fundans Hospitale clausula adiecta, in suo testam. vt Episcopus illud visitare non possit, d. clausula non obstat quin Episcopus illud visitare possit iuxta dispositionem Sacri Cōcilij Trid. sess. 7. cap. fin. & per text. in cap. sua nobis de testam. & ibi Couar. n. 6. & 8. & Rota decisione 868. in antiquis: & ratio est, quia testator facere non potest, quin leges in casibus suis locum suum habeant, ita voluit etiam Nauar. consilio tertio, de religio. domi. Zerola in Prax. Episco. in verb. Hospitale versicul. ad secundum vlterius testator non po-
3 test prohibere, ne elapso anno exequutio deuoluatur ad Episcopum quando non prouidet sibi de alio exequutore in suo testamento, Ias. in leg. si fundum sub conditione §. Stichum ff. de leg. 1. numero decimo secundo, & confirmantur dicta, nam sicuti testator non potest prohibere solemnitatem actus a iure ciuili requisitam in testamentis, quia & contra legem, vt voluit Vinc. de Franc. in decisione 429. eodem modo neque poterit disponere contra statuta fabricæ præfatus testator requirentia sibi competere tale legatum elapso anno non adimpletum; nam
4 testator habet facultatem remittendi ea, quæ sunt in sui fauorem, secus autem derogandi legibus; aliquid inducentibus pro forma, & validitate alicuius actus, ita Ias. in dicta leg. si fundum sub conditione, §. Stichum.

Nec obstat si dicatur, quod voluntas testatoris est seruanda, & quod ipsa voluntas lex sit in rebus suis, vt est text. in §. disponat Authent. de nup. Dec. consil. 101. nam respondetur id intelligendum in iustis,& non in iniustis, & ideo voluntas testatoris attenditur circa ea, quæ dependent ab eius sola voluntate, quæ non sint contra leges, prout dixit Surdus decis. 62. num. 29. vbi habetur, quod leges in testamento locum habent non obstante contraria testatoris voluntate, vel dispositione quam rem ipsemet confirmat in decis. 101. num. quinto, cum qua opinione concurrit Flauius Amen. in additiones decision. de Franchis decis. 429. citata.

5 His accedit, quod testator per suam dispositionem auferre ius accrescendi hæredi vniuersali minimè potest, & ratio tota pendet ex eo, quia testatoris voluntas habetur pro lege in licitis, secus in illicitis: ita Rota Rom. in nouis. decis. 1. de testa. alias 333. sic voluntas testatoris erit seruanda quando ei lex in contrarium non resistit, vt voluit Bal. in l. præcibus num. 44. C. de Impub. & ali. substitution. & olim sic fuit decis. testatur Farinac. in suis decis. decis. 460. in fine parte prima, tomo primo.

Quare ex deductis benè concludendum dispositionem prædictam a testatore factam minimè obstare priuilegijs fabricæ quo minus possit legata relicta ad pias causas sibi applicare non exequutioni mandata elapso anno.

RESOLVT. DXXXIV.

1 *Priuilegia personalia non debent personam egredi.*
2 *In dubio priuilegium censetur personale.*
3 *Quilibet respectus personalis sufficit, vt gratia dicatur personalis.*
4 *Quando persona est propria, & immediata causa, beneficium est personale.*
5 *Priuilegium Clementinæ de sequestratione possess. & fruct. non habet locum in successore.*
6 *Personalis actio non sequitur successorem.*
7 *Ex identitate rationis, non fit extensio de persona in personam.*
8 *Ius capiendi possessionem nomine cameræ, est personale.*
9 *Datio executoris gratiæ fit intuitu eius, cui fit gratia.*

Declaratur regula illa priuilegium personale non egredi tur personam.

1 REgula Iuris est priuilegia personalia non debere personam egredi, maximè quando persona ipsa fuit causa, vt concederentur, sed extinguuntur cum ipsa l. Paulus in fine ff. de acquirenda hæreditate Bal. in rubr. quæst. 4. C. de vsuris Ias. in leg. 1. numer. 11. ff. de constitution. principium Vesembecius consilio quadragesimoquinto, numero trigesimotertio vol. 5. Canalcan. decisione Fiuiz. vigesimanona, num. 4. par. 5. Peregrin. conf. 12. num. 4. lib. 2. Surd. conf. 103. numero decimoquarto, & conf. 127. numero 67. libro primo, & consilio 444. numero primo, libro tertio Magonius decisione 98. numero 15. Barbos. in leg. quia tale numero quarto, ff. solut. matrimonio.

Et mutatione personæ quæ fuit immediata causa concessionis, & priuilegij illud extinguitur, lege licitatio §. fin. ff. de publi. & vectig alibus Tiraqu. tract. cessante causa parte prima num. 127. Socc. conf. 135. libro secundo Gomes. in regula de triennali quæstio. 3. Alexand. Raud. consilio primo, numero 492. libro secundo.

2 Et confirmatur, nam in dubio concessio & priuilegium personæ priuatæ concessa censentur personalia, glossa in summa 21. quæst. secunda, versiculo

in dubio autem cap. possessionis 16. quæst. prima, cap. cum venissent de institut. vbi glos. verbo præsumitur, & Abb. numero decimo tertio. Dec. in leg. in omnibus, num. 3. ff. de regul. iur. Marc. Anton. Eugen. cons. 92. numero septimo, Vrsil. ad Afflict. decisio. Neapol. 128. numero 1. qui num. 2. ait quod quando est nominata persona nomine proprio, aut aliquod priuilegium conceditur ad hæredes non transit, Gregor. Lopez in leg. 27. titul. 34. parte 7. glos. 1. personalia enim iura non transeunt ad hæredem leg. 1. vbi Doctores ff. de mandatis principum Petr. Surd. tract. de alimen. titul. 2. quæst. 15. numero 202. Bald. in leg. idem §. personale ff. de pactis leg. cum patronus ff. de legat. 2. Aluar. Valasc. in praxi partit. cap. 26. numero 9. Ioann. Monachus in cap. primo num. 11. & seqq. versic. sed illa non obstant de filijs Præsbyteror. libro 6. vbi inquit, quod priuilegium personale cum persona durat, Bald. in leg. cum patronus numero 1. ff. de legat. 2. & l. si quis §. quod autem numero 2. ff. quod quisque iuris, & in lege prima in additione numero 1. ff. de constitut. princip. in leg. maritum num. 2. ff. solut. matrim. Surd. consil. 444. numero 1. lib. 3. Caualc. decis. 19. num. 30. part. 3. & comprobat Iacob. Consenatius lib. 2. singul. quæst. iuris, quæst. 12. num. 13. dicens quod priuilegia viuenti concessa eo mortuo amplius concessa non videntur, l. Neratius ff. de regul. iur.

Rursus quia negari non potest, quod gratia nominandi iudices executores, & procedendi via executiua vigore processus fulminati non sit personalis cũ referatur expresè ad pensionarium, vt autem gratia
3 non realis, sed personalis dicatur sufficit quilibet respectus personalis, Bald. consil. 217. numero 3. libro 3. & quicquid minimum personalitatis apparere, vt ex Simone de Pretis consil. 260. num. 46. tradit Burfattus cons. 31. num. 50. Cassanate consil. 13. num. 7. vel quod possit colligi potius fauor personæ, quam rebus impensis, Bertrandus cons. 286. art. 1. volum. 2. Berous cons. 133. num. 1. vol. 1.

Et quod in casibus, in quibus persona est propria,
4 & immediata causa, beneficium sit personale, & cum persona extinguatur ex cap. priuileg. de regul. iur. in 6. vbi Dyn. num. 6. leg. priuilegium, l. in omnibus 68. ff. eodem tit. l. 1. ff. de constitution. principum, ibi personam non egreditur, leg. Lucius 37. ibi Paulus respondit vsum aquæ personalem ad heredem Scij quasi vsuarij transmitti non oportere ff. de seruitut. rusticorum prædiorum, Roder. Suarez consil. 7. num. 11. Ioann. Faber. in §. quodcunque ergo versicul. item est concessum numer. 2. instit. de iure nat. gent. & ciuil. Franch. decis. 694. numer. 1. dicens quod confessio facta intuitu personæ etiam quod effectus realis resultet personam non egreditur Rot. Romana decis. 777. num. 2. par. 3. lib. 3. nouissimarum Sacri Palatij Doctores communiter in leg. fin. ff. de interrog. action. & faciunt tradita per Card. consil. 145. qui voluit quod
5 priuilegium Clementinæ primæ de sequestratione possessionis concessum habenti diffinitiuam sententiam pro se, non habet locum in eius successore, ex quo est priuilegium personale competens illi, qui sententiam pro se obtinuit, quæ quidem qualitas in subrogato non currit, glos. in reg. is, qui in ius in fin. ff. de reg. iur. in sexto.

6 Ex quo fit quod ius personale, vel personalis actio non sequitur successorem, l. 1. §. si hæres, ff. ad Senatusconsultus Trebellian. & ibi notat Bart. ad idem facit l. fin. ff. de contrahend. empt. & l. fin. C. de hæreditar. action. l. æris alieni, Cod. de donationibus. Ludouicus Gomes. regul. cancell. de triennali possessore, quæst. 13. versic. quid tenendum cum sequent. vnde Bellamer. decision. 156. rubr. vt lite pendente, dicit quod mortuo actore, moritur cum eo sua petitio personalis, authen. de nupt. §. deinceps collat. 4. in quibus. vis iuribus, quæ certis personis singulariter, & in priuilegium sunt concessa, quod ad alias non transeant per leg. ex pluribus ff. de administrat. tut. l. non solum §. si puellæ ff. de ritu nuptiarum, l. cerdonem, ff. de oper. libert. tradunt Tiraquel. de retract. Lignag. §. 26. glos. 1. num. 58. Vvesembec. consil. 45. de regularibus numero 33. volum. 1. Ant. Thesau. qu. Forens. 5. num. 2. & quæst. 90. num. 4. & quod etiam ex identi-
7 tate rationis non fiat extensio, de persona ad personam ex Butr. in cap. sanè de priuileg. Bald. in leg. 1. in princ. C. de legibus tradunt Dec. in l. in omnibus n. 6. ff. de regul. iur. Surdus de aliment. tit. 2. q. 15. n. 94. & in materia rescriptorum, quod sint merè personalia, nec transgrediantur personas in eo contentas, capit. P. & C. de offic. delegat. cap. fin. de præbend. in 6. capit. eam te de rescript. & cap. cum olim eodem titul. de offic. delegat. tradit Bald. in cap. fin. de rescript. Roman. consil. 388. num. 4. Rot. decis. 10. num. 1. vt lite pendente in nouis Vvesembec. vbi proximè num. 32. quemadmodum executor, & delegatus ad tempus ipso elapso non potest exequi. Soccin. iun. consil. 132. num. 7. vol. 2. Odofred. in l. si iudex ff. de iudicijs Berous cons. 14. num. 8. vol. 3. Aufrer. ad Cappellam Tholosanam decis. 336. Caualcan. decis. 22. num. 20. par. 1. & in conseruatore ad certum tempus dato. Rota decis. 5. n. 1. de offic. deleg. in antiquis.

8 Et in comprobationem facit etiam quod ius breuius de capienda possessione beneficij nomine cameræ cum sit ad vtilitatem prouisi, & impetrantis, vt gratia eius melius executioni mandetur, iuxta constitutionem 24. Gregorij XIII. & per Nicol. Garzia in tract. de benefic. 6. par. cap. 3. num. 13. & 14. Hieronym. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. de alternatiua mensium glos. 35. ex num. 113. est personale, & expirat per mortem obtinentis ante captam possessionem nomine cameræ, vt post Lancellott. attentat. 6. par. cap. 3. num. 23.

Ratio autem executionis gratiæ fit fauore, & respectu personæ, cui gratia fit, vt tradit Gigas de pensionibus quæst. 69. numero 3. quare cum pensio censeatur vsusfructus, qui extrahitur ex proprietate beneficij, vt tenet Imol. in Clem. 1. §. 1. quæst. 3. de suppl. neglig. Prælat. Hieron. Gigas quæst. 1. in fine quæst. 51. num. 17. quæst. 83. in fine Ioannes Baptista Ferret. consil. 388. num. 22. & pensionarius æquiparetur vsufructuario Bald. in leg. habentes ff. de vsufruct. Gigas de pensionibus quæstio 52. numero 4. Ioann. Baptista Ferret. vbi proximè num. 8. Gambar. lib. 6. de offic. & potest. leg. de latere numer. 220. sequitur quod pensio finitur, seu extinguitur morte pensionarij quomodocumque sit constituta, sicut annua præstatio, & vsusfructus §. finitur instit. de vsufructu, leg. in singulos ff. de annuis legatis. Gambar. lib. sexto, de offic. & potestat. leg. de latere, Gigas de pensionibus quæstion. 12. numero primo, vbi ponderat, quod semper in literis pensionis apponitur clausula, tibi quoad vixeris, relata ad personam pensionarij, vt notauit etiã Achilles de Grassis decis. 246. alias 15. de pension. num. 2. quæ clausula legitur in Bullis pensionis, de qua agitur, verba autem quoad uitam, quoad uixeris, uel donec uixeris ui sua gratiam, ac dispositionem personalem reddunt Bald. in præludijs feudorum numero 50. Hieron. Gabriel. cons. 84. num. quinquagesimo sexto, libro primo.

RESOLVT. DXXXV.

1 *Præsentatio à principio nulla, non conualidatur.*
2 *Attenditur tempus commissi delicti.*
3 *Spectatur initium delicti, vt sciatur ad quem pertineat punitio.*

4 In

4 *In natalibus spectatur initium.*
5 *In statuto pœnali est ponderandum initium temerariæ absentiæ: si statutum imponat pœnam se absentandi per quindecim dies, si quis obtinuit licentiam se absentandi per quindecim dies, & post illud tempus non residet per alios quindecim, non incurrit pœnam.*
6 *Non dicitur accessisse ad hostes qui cum eis erat.*
7 *Statutum prohibens acquisitionem, non prohibet retentionem.*

An ætate superueniente lite pendente super eadem ętate proficiat minori, cui collatum fuit beneficium.

FActi series mihi proposita ita se habet: fuit præsentatus ad beneficium iuris patronatus quidam minor ætatis quatuordecim annorum, & sic contra formam Concilij Tridentini quæstione vigesimatertia, Canon. 11. & cum per competitores fuisset oppositum de inualiditate præsentationis ob defectum dictæ ætatis; fuit igitur dubitatum si pendente lite dictus præsentatus efficiatur ætatis quatuordecim annorum reconualescat præsentatio à principio nulla, & respondi minimè reconualidari, nam initium
1 spectandum est lege tertia §. scio, digestis de minoribus, lege si filius, digestis de verborum obligationibus, lege si procurator, digestis de mandat. lege item illa §. primo ff. de constitut. Sicil. titulo de pœn. contum. Ioann. Cephal. consilio 91. numero vigesimoseptimo, latè Iason. in lege clam possidere à numero decimoquinto, digestis de acquirenda possessione. Mandos. regul. decimaoctaua Cancellariæ de ætate pro canonicis quæstione duodecima, numero duodecimo. Ioann. Monachus in capitulo si eo tempore, numero tertio de rescriptis libro sexto, dicens magnum esse habere bonum primordium, lege cum filius §. hæres, ff. de legat. secund. lege si tamen, ff. ad Senatus consultum Macedon. ibi quia initium contractus spectandum est: sic initium, & caput rationis attendi debet, & secundum ipsum tota ratio intelligi, leg. Prætor ait §. initium: vbi DD. ff. de edend. Hieronymus Grat. responsi. 53. num. 62. volum. 1. & initium, spectamus etiam in delictis fauore rei, l. si quis 1. ff. de furtis, ibi non posse eum manifestè conueniri; quia origo furti in seruitute facti non fuerit manifesta: hinc Thom. Grammat. decis. 10. num. 3. ait quod si clericus commisisset delictum, demum duxisset vxorem, non posset per sæcularem cognosci, quia attendi-
2 tur status, in quo erat tempore commissi delicti, ex doctrina Bald. in l. affines, cod. communia vtriusque iudicij, & ex alijs Vinc. de Franch. decis. 412. num. 3. & decis. 571. num. 2.

Vnde bannitum offendens eo deinde à banno exẽpto non tenetur, l. qui cum maior, versiculo sed si minor ff. de bon. libert. l. quod ait lex §. ait vbi Bart. ff. ad l. Iul. de adulter. DD. in l. Gracchus, cod. eodem Bart. in l. si constante §. si vxorem ff. solut. matrimon. Hippolit. de Marsil. singul. 225. Anton. de Burgos in cap. cum dilecti numero 41. de emptione, & venditione.

3 Similiter spectatur initium delicti vt sciamus ad quem pertineat eius punitio, Bart. in d. l. quod ait lex §. 1. ff. ad l. Iul. de adulter. Abb. in cap. fin. num. 2. de sentent. excommunication. Bald. in cap. primo, in §. iniuria de pace iurament. firm. in verbo feudum, & in capitulo olim ad fin. de dol. & contum. Iason. in leg. more numero 22. digestis de iurisdict. omn. Iud. Roland. à Valle consil. 77. incip. Magnificus numero sexto lib. quarto, facit quod notat Bald. in capit. innotuit numero 11. versiculo item, vbi de elect. vbi dicit,
4 quod vbi de natalibus quærimus, initium spectandum est, per textum quem dicit solemnem, & optimum, in leg. quid ergo in princip. digestis de his qui notantur infam. Rolandus à Valle consil. 100. numero 28. libro 2.

Sic initium, & origo possessionis debent inspici ad vsucapionem, l. clam possidere in principio, vbi Alexand. numero 7. ff. de acquirend. possess. Bart. in leg. iusto errore §. si possessionis numero 1. ff. de vsucapion. Iason. in leg. si is, qui pro emptore num. 54. eodem titul. Bald. in l. cum ancillis numero 10. C. de incest. nupt. Petr. Gregor. in sintaxi artis mirabilis tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 2. cum principium sit pars potissima cuiuslibet rei, vt in leg. 1. ff. de orig. Iur. & ait Philosophus lib. 1. ethicor. Paul. Fusc. in tract. de visitat. lib. 1. cap. 1. num. 2. decis. Rot. 11. num. 2. tit. de iure patron. in antiqu. Lucian. in dialog. de domo Angel. de Sancto Ioanne consil. 19. num. 3. est inspiciendum, l. quamquam, vbi Bart. numero 1. ff. de aqu. pluu. arc. quia bonum initium est valdè considerandum, secundum Riminald. in leg. vt vim num. 38. ff. de iust. & iur. & in l. posthumo num. 311. C. de bonorum possess. contra tabulas, & in leg. precibus num. 287. C. de impuber. & alijs substit. nam teste Bald. in dict. l. 1. numero 11. principium bonum processum bonum facit Ioann. Salisterien. in Policr. libro 9. de curia leg. nugis cap. 20. & finem licitum, qui aliàs illicitus esset, leg. qui cum natu maior §. 1. ff. de bonis libertorum. Hugo Celsus consil. 65. incip. ex processu numero secundo post Bartol. in leg. quod ait lex. §. quod ait ff. ad leg. Iul. de adult. sicut è contrario, vbi principium est vitiosum, processus est vitiosus, idem Bald. leg. 3. numero 1. Cod. commun. de vsucap. Crauett. in respons. pro genero numero 37. Policrat. lib. 8. cap. 23. Angel. de Perus. consil. 268. incip. statutum Dalmatiæ numero secundo, versicul. & ideo, vbi interpretatione eiusdem statuti, quo disponebatur quod nullus masculus ante ætatem quatuordecim annorum, aut fœmina ante ætatem duodecim annorum posset testari, vel de suis bonis aliquod ordinare, & quod talis decedentis bona deuenirent ad propinquiores, & intelligantur propinquiores omnes illi, qui fuerint ex linea parentelæ, vnde bona defuncti exiuerunt, ait, ad initium exitionis, vt ita dixerim, statutum refert argu. text. in Clement. exiui de Paradiso, de verborum significat. pro quo est pulcher text. in leg. Cæsar. 15. ff. de publicat. & vectig. in illis verbis, si inde exisset non videri contra legem fecisse, propterea quod iam initio euectæ cotes viderentur, cum ex portu nauis profecta esset, Lasarte de decim. vendit. cap. 19. numero 102. ergo in nostro casu solum initium spectandum est leg. tertia, §. scio, digestis de minor. quoniam ad ipsum initium statutum se retulit, & ad exitionem, vt ita dixerim, vt patet ex illis verbis positis in statuto es obligado à pedixantes, que salga de la Ciudad ante el Pitauero la licentia, more solito, & ibi si de otra maniera se absentare pierda la spirancas y pan: ex quibus verbis patet quod solum habuit considerationem, quod præbendatus non exiret, nec absentiam faceret licentia more solito non petita.

Et magis in nostris terminis facit notabilis determinatio. Felyn. in capitulo quoniam frequenter, §. porro vt lit. non contest. num. 23. versicul. etsi statutum, & Iason. in leg. clam possidere in princip. numero 17. digestis de acquirend. possession. vbi aiunt,
5 quod si statutum priuat ipso iure absentantem se à beneficio sine licentia vltra quindecim dies, & aliquis cum licentia pro certo tempore se absentat, & si post illud tempus stet absens vltra alios quindecim dies non incurrit pœnam statuti, quæ fuit doctrina Cardinalis Zabarell. consilio 132. incipit Titius Archipræsbyter numero 1. vbi in simili statuto priua-

tionis pœnam ponente absentanti se a beneficio licetiam se absentandi, & si post tempus licentiæ steterit absens vltra dictos dies in statuto expressos, quia statutum inquit ponderat initium temporariæ absentiæ argum. text. in capitulo dudum & primo iuncta glossa verbo. electionis de elect. quæ ait initium spectandum esse, & capitul. Principatus 1. quæstione prima, & capitulo si sacerdotes 16. quæst. 3. capitulo præcepta 55. distinct. capitulo post cessionem de probat. & l. quod initio ff. de regul. iur. l. denique §. 1. ff. de minoribus l. cum quædam ff. de iurisd. omn. iudic. leg. si procuratorem ff. mandat. leg. si tamen ff. ad Macedon. leg. prima ff. de pœnis leg. prima Codic. de testament. leg. secunda §. qui ad munera ff. de vacation. munera l. licet §. si filius ff. de pecul. capitulo eam, & de rescriptis capitulo proposuisti de foro competenti glossa verbo per collusionem in lege eum qui §. in popularibus ff. de iur. expressius glossa in Clemen. vnic. verbo. scienter de consanguinit. & affinit. vbi dicit, quod is, qui contraxit matrimonium in gradu prohibito ignoranter non incidit in pœnam illius clementinæ, licet postea cohabitet scienter, quam glossa sequitur ibi Cardinal quæst. 3. & in dicto cons. 131. numero 1. & Fely. dict. num. 23. vers. & si in cap. examinata col. 4. num. 7. vt lite non constat. Ias. in d. clem. possidere num. 16. Francus in cap. decreuit de hæret. lib. 6. vbi glos. fin. eandem sententiam probat, quam etiam sequuntur Couar. in 4. decretal par. 2. cap. 6. §. 5. num. 19. & Nauar. in Manuali cap. 27. num. 141. vers. sexto, qui omnes sequuntur d. glos. dicentes eam singularem Emanuel Suarez, & Fichard. inter commun. opin. doctorum lib. 9. tit. 7. C. ad l. Iul. de adul. num. 131. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. incestus vers. sed pone facit Oldrad. cons. 43. versicul. sexto facit quem refert, & sequitur Thom. Grammat. decis. 15. num. 5. quod non potest dici accessisse ad hostes, qui cum
6 eis erat citra tamen vsum, & opem armorum, idem decis. 18. num. 14. & facit in simili glos. in d. cap. si quis iubente 31. q. 1. verb. occidisse, quæ tenet, quod qui mortem alicuius coniugis ratam habuit, si tamen non præcepit eam fieri non prohibetur cum superstite contrahere, quod etiam tenet glos. final. in capit. 1. de conuers. infidel. facit bona determinatio Alexandri cons. 83. incip. visa facti narratione numer. 4. lib. 2. vbi ait, quod statutum loquens, contra ingredientem possessionem non habet locum in retinente ipsam ante sibi traditam, nam ingredi est quando ab initio ingreditur, vt in d. l. clam possidere in princip. & in l. si id quod §. 1. ff. de acquirend. possess. & in cap. 1. de eo qui mitt. in possess. lib. 6. & in capitulo eum, qui de præb. eodem lib. sed qui non apprædendit de nouo, sed continuat possessionem non dicitur eam ingredi, sed retinere, vt in cap. ex literis de desponsat. impuber. & in d. l. si id quod ff. de acquiren. possess. & in cap. monacum 2. q. 1. leg. 1. C. commun. de leg. glos. verbo innouare in clem. 2. vt lite pendente Io. And. in rubr. eod. tit. Bertrand. cons, 253. incip. testes num. 1. vol. 2.

Similiter statutum, quod prohibet acquisitionem
7 non prohibet acquisitorum retentionem teste Abb. in cap. iudæi numero 2. de iudæis, & Sarracenis, ex quibus omnibus comprobatur dicta resolutio Cardinalis, & Felyni, & sequacium vbi supra dicentium, quod statutum, de quo loquitur, solummodo habet pro delinquente eum, qui temere, & non petita licentia se absentat, & eadem causa ipsum mulctat non eum, qui petita licentia ante discessum post eam remanet absens pluribus diebus, quam in statuto contentis, & cum statutum præfatæ Ecclesiæ supra relatum sit conforme illi de quo præfati DD. loquuntur, quia solum differunt in eo, quod pœna grauior, in vno quam in altero statuitur, sequitur, quod Cardinalis decisio debet locum habere in casu nostro, nam quæ differunt secundum plus, aut minus non differunt substantia leg. fin. ff. de fund. instr. vbi Bar. & alij leg. humilem C. de incest. nupt. vbi glos. vltima Petr. Greg. in Syntaxi artis mirabilis tom. 1. libro 2. cap. 9. num. 6. & ita non potuerunt tolli D. Ludouico fructus, & pitantiæ ablatæ cum absentiam fecerit præuia licentia.

RESOLVT. DXXXVI.

1 *Cappella est causa pia, & locus Ecclesiasticus erectus ad diuini cultus augumentum, & pro suffragijs defunctorum.*
2 *Cappella dicitur locus in Ecclesia, vel extra eam Deo dicatus.*
3 *Tempore interdicti celebrari non debet in cappellis, sicut in Ecclesia.*
4 *Cappellæ tanquam accessoriæ dependent à locis, in quibus sunt.*
5 *Priuilegium concessum Ecclesiæ intelligi debet concessum per triginta passus circum circa.*
6 *Captus in scalis, vel in Porta Ecclesiæ dicitur captus in Ecclesia.*
7 *Accessorium iudicatur eiusdem naturæ sicut principale, & num. 8.*
9 *Religiosa sunt quæ religiosis adhærent.*
10 *Contentum sequitur naturam continentis.*
11 *Appellatione Ecclesiæ venit cappella, & altare.*
12 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*

An interdicta Ecclesia possit in cappellis, celebrari.

PRo dicti quæsiti resolutione respondetur negati-
1 uè; nam cappella est causa pia, & locus Ecclesiasticus, & pius erectus ad diuini cultus augumentum, & suffragia animarum facienda pro fidelibus defunctis alicuius familiæ Roccus de Curte de iure
2 patronat. verbo in Ecclesia numero 13. & dicitur cappella locus in Ecclesia, vel extra eam Deo consecratus capitul. Ecclesiæ de consecrat. distinct. prima, capitul. ad hæc de religiosis domibus Paul. de Cittadinis de iure patronatus parte 3. causa prima, acquirendi num. 79. cap. concedimus de consecratione distinctione 1. & per totum 16. q. 2. cap. peruenit eum seq. 16. quæst. 1. & in tit. de cappellis monachorum
3 ideò tempore interdictis non debet in cappellis celebrari, sicut nec in Ecclesia, glos. in clemen. 2. verbo cappellis de sententia excommunicationis, & ibi Cardinalis opin. 1. Paul. de Cittadinis vbi proximè
4 qui assignat rationem, quod cappellæ tanquam accessoriæ dependent à locis, in quibus sunt, & vt accessoriæ cum eis tranfeunt, & Lambertinus lib. 1. par. 1. quæst. 11. principali artic. 6. num. 1. sicut Ecclesia sequitur naturam hospitalis, cui annectitur clement. 2. vbi Cardinalis de prebendis addit. ad Ioan. Andr. in cap. cum secundum leges n. 5. de hæreticis lib. 6.
5 vlterius, quia videmus, quod priuilegium concessum Ecclesiæ dicitur etiam concedi per triginta passus in circuitu eius, cap. quisquis inuentus 17. quæstion. 4. cap. sicut antiquus cap. diffiniuit eadem causa, & quæst. Abbas Henricus, & Doctores in cap. Ecclesiæ de immunit. Ecclesiarum Couar. lib. 2. variarum cap. 20. num. 5. l. 4. tit. 13. par. 1. Anton. Gomes. tom. 3. variar. c. 10. n. 1. & 2. Angel. in tract. de maleficijs verbo in scalis S. Petronij num. 3. dicens ex eo,
6 quod captus in scalis, vel ostio Ecclesiæ dicitur in Ecclesia captus leg. præsenti §. sanè ff. de his, qui ad Ecclesias confugiunt, vbi Bartol. ergo multo magis hoc dicendum est in cappella ista, quæ est annexa accessi-

accessoria, & incorporata in ipsa Ecclesia Cathedrali, & ad quam per Ecclesiam ipsam patet aditus, nam accessoriũ dicitur quid indiuiduũ est à principali ratione descendentiæ leg. tunc inutile ff. de pecul. legat. Bartol. in leg. grecè §. illud numero 4. ff. de fideiussoribus Menoch. de retin. possess. remed. 1. num. 129.
7 & accessorium debet iudicari eiusdem naturæ, cuius est principale, leg. etiam, vbi Bartol. & alij C. de iure dotium l. inter socerum §. cum inter versic. fin. ff. de pactis dotalibus leg. fin. §. 1. in fine de leg. 3. Ias. in l. si ex toto 8. n. 6. ff. de legat. 1. & in leg. quod in rerum §. si quis post num. 2. eodem titulo: Et secundum eam regulari, secundum Menoch. cons. 26. num. 35. lib. 1. & de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 86. num. 16. l. cum principalis ff. de regul. iur. Nauar. consilio 23.
8 numero 1. de præbend. ex vulgari iuris regula, quod accessorium sequitur naturam principalis cap. si super gratia de offic. delegat. in 6. leg. fundi ff. fundo instruct. leg. 1. cum sequent. ff. de pecul. legat. Io. And. in cap. volentes numer. 2. de priuileg. in 6. Rebuff. respons. 48. versic. non obstat, & ita idem dicendum, & iudicandum est de cappella prædicta, quod de Cathedrali Ecclesia, cui accedit, quia de accessorio idẽ iudicandum est, quod de eo, cui accedit l. sed addes §. si quis ad mulierem ff. locati l. si quando cum similibus Cod. de bonis vacantibus libro 10. Menoch. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 110. num. 36. Florian. de Sancto Petro in l. quæ pater inter filios num. 5. ff. famil. ercisc. vnde dicamus, quod legata vacca venit vitulus, qui lactatur: Florianus vbi proximè n. 6. allegans pro eo l. si vt certo §. vsque adeo ff. commodati Ias. in leg. si extraneus num. 14. ff. de condict. causa data: maximè hoc dicendum est inspecto, quod cappella prædicta in tãtum est connexa Ecclesiæ Cathedrali, vt non alia ex parte, quam per Ecclesiam ipsam possit ad eam aditus patere, connexorum autem idem est iudicium, c. quanto de iudicijs c. præterea de transactionibus c. de iure patronatus Paul. de Cittadinis par. 3. causa 6. acquirendi n. 25. c. translato de constitutionibus Abb. in cap. querelam 24. num. 9. de elect. Paul. de Castr. cons. 12. n. 14. lib. 3. nam ea quæ
9 religiosis adhærent religiosa sunt l. quæ religiosis 44. ff. de rei vendicatione cap. quod in dubijs de consecratione Ecclesiæ, vel altaris. Gregor. Lopez in l. 14. tit. 10. par. 1. glos. 3. & in leg. 2. tit. 12. q. 7. glos. 6. post medium, atque ita cappella prædicta ijsdem priuilegijs, quibus Ecclesia potitur, & gaudet, etiam gaudere debet: Pro quo magis in terminis facit, quod cappella accessoria Ecclesiæ eius vti debet priuilegijs, glos. 1. in cap. cum cappella versic. in primo casu de priuilegijs, quam sequitur, & approbat Alexan. cons. 193. ex themate n. 5. vol. 2. Anton. de Butr. in dicto cap. cum cappella num. 5. dicens, quod si Abb. quæsiuit priuilegium, quod monasterium suum esset exemptum cum omnibus cappellis suis, si tempore accedẽte acquisiuit cappellas prioribus accessorias, tunc eodem participant priuilegio, facit, quod contentum
10 sequitur naturam continentis leg. adeo §. insula ff. de acquir. rer. domin. l. ad testium §. final. ff. de testam. l. quod sine §. materia ff. de periculo, & commodo rei venditę Hieronym. Gonzalez ad regul. 8. Cancellarię glos. 10. num. 10. facit Bar. in l. si finita §. ex eod. dicto num. 5. ff. de damn. infect. vbi per eum tex. post Guillelm. de Cuneo ait, quod si Imperator concessit priuilegium Castro, videtur etiam concessisse villæ, quæ sit ei iuncta l. prædijs §. Balneas cum seq. ff. de legat. 3. l. Seiæ §. Tirannæ ff. de fundo instructo l. si quãdo C. de bon. vacat. lib. 10. Paul. de Castr. cons. 373. num. 2. lib. 1. Abb. in cap. quia monasterium n. 5. de religiosis domibus: Facit etiam, quod quælibet cap-
11 pella, vel altare dicitur Ecclesia, & Ecclesiæ appellatione continetur, vt ex d. cap. cum cappella de priuilegijs c. 1. & per totum de cappellis monachorum, & argumento notatorum per glos. in cap. fin. ne Prælati vices suas in 6. tradit Lambertinus in tractatu magno de iure patronatus lib. 1. par. 1. 5. quæst. principali artic. 19. n. 1. Anton. in cap. recolentes num. 6. de statu monachorum Aufrer. quæst. 57. Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus num. 89. quia vbi est eadem ratio, ibi debet eadem esse iuris dispositio l. illud ff. ad l. Aquiliam l. à Titio ff. de verborum obligat. cap. inter cæteras de rescrip. Alexand. cons. 53. n. 3. lib. 4. Cephal. cons. 1. num. 33. tom. 1. sed sic est, quod eadem est ratio in cappella, quæ in Ecclesia, ergo idem dicendum est in vno, quod in alio casu, & ita in proprijs terminis, quod pro fundanda cappella, vel alia simplici Ecclesia vendere quis locum prophanum cogatur, maximè si communis sit cum fundante authoritate Bal. in l. vnica n. 12. C. de communi seruo manumisso, tradit Cæsar Lambertinus in tract. de iure patronat. lib. 1. par. 1. quæst. 3. principali art. 14. n. 8. circa finem, eam subiungens rationem, quod cum vna pars, sit deputata pro huiusmodi causa pia,
12 quæ est magis digna trahit ad se minus dignam, & ita socius cogitur vendere partem suam argum. cap. vnico de iure patronatus in 6. & eorum quæ de virtute mixturæ idem Lambertinus tradit dict. par. 1. quæst. 1. principali articul. 6. vnde apparet in huiusmodi priuilegio cappellam cum ipsa Cathedrali Ecclesia concurrere.

RESOLVT. DXXXVII.

1 *Tempus capiendi possessionem non est à iure præfixum.*
2 *Tempus ad confirmationem præsentati non est à iure præfixum.*
3 *Sententia lata contra iuris constitutionem est nulla ipso iure.*
4 *Forma non seruata actus redditur nullus.*
5 *Nouus beneficiatus censetur res, & iura sui beneficij possidere.*
6 *Ius in re acquiritur in spiritualibus, ex solo titulo, etiam absque traditione, & ratio ponitur n. 7.*
8 *Priuatio restringenda est, quia odiosa.*
9 *Iudex non nisi ex iusta causa, & maturè debet priuare quem suis beneficijs.*
10 *Priuatio regulariter non inducitur, nisi ex graui delicto.*
11 *Priuatio non imponitur, nisi in casibus à iure expressis.*
12 *Citatio personalis exigitur quando de graui præiudicio agitur.*
13 *Reo semel personaliter citato, & non comparente, sententia non dicitur nulla ex defectu citationis.*

An Episcopus possit priuare aliquem beneficio ex eo quod cum non cepisset possessionem sui beneficij intra sex menses, requisitos non exhibuerit bullas dicti beneficij

CVm casus accidisset in quadam diœcesi, in persona Archid. N. fuit priuatus suo Archidiaconatu: quam tamen priuationem dixi non posse de iure subsistere ex sequentibus.

Nam licet bullis expeditis omnino sit capienda possessio, vt ait Couar. lib. 3. variarum resolut. cap. 16. glos. in cap. 2. verbo signum de consuetudine in cap. ex ore in verb. anulo de his, quæ fiunt à maiori parte capituli, & in cap. cum quis de præbendis in 6. & latè auctor Praxis Episcopalis parte 1. verb. beneficia §. 3. circa finem, verum tamen dictum tempus
1 non est à iure præfixum, vt in proprijs terminis voluit Boer. in decis. 24. n. 10. & in decis. 312. in 1. col. circa medium allegat Panorm. in cap. capitulum col. penult. versic. his præmissis de rescriptis, vbi ad hoc tres casus distinguit, sicut etiam non est præfixum

2 tempus ad præsentati confirmationem Abb. in cap. 2.num.12.& seq. de conces.præben.Rota decis.4.de iure patronat. in nouis Selua de beneficijs 3. parte quæstion. 64. n.1. & idem in beneficijs resignatis ex causa permutationis, ad quorum collationem tempus præfixum non fuit Franch.in cap. vnico nu.10. de rerum permutatione lib.6. Feder. de Senis de permutatione beneficiorum quæstion.19.& Garsia de beneficijs parte 10.cap.4. num.2. igitur nulla fuit sententia priuationis,

Et licet per regulam cancellariæ sancitum reperiatur, vt si ille cui beneficium intra mensem in partibus, & intra sex in curia Romana fuerat collatum non adeptus fuit possessionem, possit illo priuari vt referunt, ac sequuntur Boer. & Garsia locis ante signatis Tepact. lib.1. variarum iuris sentent. num.10. tamen ad præsentem articulum eius dispositio non

3 potest applicari.

Primo quoniam, vt ex processu apparet, priuatio fuit intra dictum tempus sex mensium, & sic illo minimè elapso non est locus regulæ, quare sententia redditur nulla ipso iure, tanquam lata contra iuris constitutionem l. Paulus ff.de re iudicata capit.1. vbi Abb. & reliqui eodem, tempus enim inducit formam auth. quæ supplicatio, vbi glosa C.de precibus Imperatori offerendis latissimè Ias. in leg.1. C.si contra ius, vel vtilitatem publicam, quæ ad vnguem est seruanda leg. Iulianus ff. ad exhibendum, & forma non

4 seruata actus redditur nullus, Vinius cum innumeris per eum adductis in decis. 350. & ad hoc facit text.in leg.Fulcinius §.1.ff.ex quibus causis in possess. vbi quando lex considerat actum cum certa qualitate, non sufficit actum fieri sine prædicta qualitate, quare cum per regulam fuerat consideratum qualitas illius temporis debet in totum seruari, & consequenter si intra tempus priuatio contigerit censeri debet nulla ipso iure tanquam facta absque qualitate temporis.

5 Secundo, quia nouus beneficiatus censetur res, & iura sui beneficij possidere, vel quasi sine noua apprehensione, vt pulchrè decisum refert Guid. Pap.in decis.355. Rub. in decis.99. ex quo in beneficialibus possessio continuatur idem Guid. Pap. in decis.629. & propterea iure optimo voluerit Cassad. in decisio. 21. numer. 9. ius in re in spiritualibus ex solo titulo

6 etiam absque traditione acquiri, & ratio est, quia

7 ipsa Ecclesia possidet, & ex quo ipsa non moritur, nec mutatur c.liberti 12.quæst.2.facit tex.in leg.iubemus in fine C. de sacrosanctis Ecclesijs leg. raptores versic. sin autem diaconissa ibi, & plenam possessionem earundem C. de Episcopis, & clericis, & in Ecclesiam, eiusque beneficiatum ipso iure transfertur possessio Archidiacon. in cap.moderatione 16.quæst. 1.addit.ad Guid. Pap. in resignata decis.355.& Bald. in leg.fin.C. de sacrosanctis Ecclesijs, vbi hanc possessionem appellat ciuilissimam.

8 Tertio quoniam priuatio est odiosa, vt dixit Artaman. consil.22. & latè Ias.in l.2. ff.de officio procuratoris Cæsaris, & proinde restringenda argumento tex.in cap. odia de regulis iuris cap. statutum de electione in 6. & leg. cum quidam ff. de liberis, & posthumis, quare in dubio illam regulariter non induci, præterquam in casibus à iure expressis, vt notabiliter voluit glos.communiter sequuta in capit. final. de iure patronat.Nauar. consil.8.num.4.versic.6.de prę-

9 bendis, vbi dicit iudicem non debere esse leuem, & facilem ad condemnandum, & priuandum quem suis beneficijs, nisi ex graui vrgenti, & iustissima causa Zerol. in prax. Episcopal. par.2. verb. priuatio latè Merend.consil.91.numer.5.& sequent.allegat.tex. in cap.inuentum 16. quæst.7. vbi non debet suo iure quis priuari,nisi pro grauissima culpa, pro quo adducitur etiam cap. satis peruersum 56. distinct. vbi satis peruersum est quem beneficio priuari pro leuitate animi iudicis, facit cap.cognoscentes de constit.pri-

10 uatio enim regulariter non inducitur, nisi propter graue delictum, vt homicidium, simoniam, & periurium,Selua de beneficijs parte 3. quæstion. 2. Diaz in prax.cap.131. Rebuff.in praxi tit. de modis amittendi beneficium capit.61.& 62. & mouentur omnes, ex

11 eo quod supra dixi priuatio non imponitur, nisi in casibus à iure expressis Achil. de Grass. in decis. vnica de iniurijs Rota diuersorum in decision.269. num. 2.par.1.imò dicit Abb.Panorm.in capit.1. de probationibus, nec Papam posse quem beneficijs priuare absque graui causa,& si in beneficialibus plenissimam obtineat potestatem cap. licet, & ibi plenè per DD. de præbendis lib.6.

Optimè etiam confert pro nullitate præfatæ sententiæ, illam scilicet latam absque citatione personali, quę tamen de iure requiritur glos.in clem. final. de vita,& honest. clericorum Mohed. in decis. fin. de dolo,& contumacia plenè Fel. in cap. cum contingat colum.pen.de rescriptis Roman. consil.481.Crauett. consil.182.num.82. vbi semper citatio personalis exi-

12 gitur quoties de graui agitur præiudicio, nec hoc casu sufficiunt coniecturæ, Sarnen. in compendio vtriusque signaturę num.82.Rota in decis.770. in antiquis,& aliter facta priuatione censetur nulla sententia ipso iure, vt in proprijs terminis refert fuisse decisum Verall. in decis. 117. par. 1.& idem Verall. in decis. 375. par. 2. vbi etiam refert alias idem iudicatum fuisse, & idem in decis. 135. parte 3. vbi limitat

13 dictam doctrinam quando reus semel personaliter citatus fuit, & non comparet, & idem Verall. in decis. 114. par. 1. ampliat supradicta,etiam si priuando non competeret aliqua defensio, quia satis est, quod in potentia possit ei competere,quæ poterat allegari per priuatum, si fuerit citatus, & ita refert per Rotam resolutum fuisse, & in casu quo dictus Archidiaconus potuisset priuari, non debebat Episcopus obseruare formam traditam à Concilio Tridentino, scilicet quod prius in dicta Ecclesia ter successiuè citaretur, Abb. in capitul. 67. & Seraphin. in decis. 35. par. 1.& per spatium sex mensium priuatio contingat, vt in Concilio.

RESOLVT. DXXXVIII.

1 *Deficiente forma à lege tradita,corruit actus.*
2 *Forma dat esse rei, atque illius perfectionem.*
3 *Formæ nihil addi,vel detrahi potest.*
4 *Paria sunt aliquid agi contra legem, vel non seruari formam.*
5 *Non valet sententia lata contra statutum.*
6 *Omnis forma censetur lata propter publicam vtilitatem.*
7 *Clausula annullatiua inducit formam.*

An consensus præstitus per procuratorem, qui reuocatus est, & formam, ac fines mandati non obseruauit, actus sit nullus, & resignatio inde secuta infirma.

REspondeo resignationem inde secutam nullam, & inualidam esse ex eo, quod deficit forma

1 a lege tradita, & consequenter corruit actus, l. cum hi §. si prætor ff. de transact. leg. scimus §. si verò postquam C. de iure deliberandi Bartol. in consil. 193. incip. quamuis, maximè dicto numer.2. par. 1.l. certa forma C.de iure fisci libr.10. Abb. in c. prudentiam 21. num.5. de offic. delegat. melius in cap. cum post 46.n.1.de elect. & in cap.1. numer.1. de authoritate,& vsu Palij Alexan.consil.18. incip. viso numer.14.vol.7.Grammat.decis.79.num.11.& 14. Rebuff.

buff. tom. 2. constit. Regia Franciæ tract. de rescissione contractus in præfat. n. 22. Faber in §. sed ne huius institut. de eo cui libertatis causa bona addicuntur, qui de electionis forma loquitur, forma autem iure præscripta tunc seruanda est cum seruari commodè potest, Couar. in cap. alma mater par. 1. relict. §. 11. n. 7. vers. igitur, & materia habet vim talem, quod vbi ea deficit, substantia etiam deficere dicatur Bal. num. 4. in leg. non codicillum C. de testam. & modi, & formæ defectus semper vitiat actum, Bal.
2 in l. testamentum num. 2. eod. tit. forma enim dat esse rei, atque ipsius esse perfectionem, secundum Tiraquell. in leg. si vnquam verbo reuertatur n. 67. C. de reuoc. donat. Ias. in leg. cum quis n. 12. ff. de iuris, & facti ignorantia, & in l. nemo potest lect. 1. num. 13. & lect. 2. num. 3. ff. de l. 1. Christophor. de Castell. consil. 17. n. 9. Boer. decis. 1. n. 39. & sequente Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. n. 710. Dec. in leg. semper in stipulationibus 34. n. 4. ff. de reg. iur. decis. Rotæ 2. n. 5. de iure patronatus in antiquis Tiraqu. leg. 16. conubia glos. 4. numro 4. Rebuff. in repit. cap. nulla verficul. 7. quæritur de conces. præbend. & taliter, quod ab ea non est recedendum leg. Iulianus §. si quis ff. ad exhibendum l. proponebatur in fin. de iudicijs, l. Seia 6. ff. de auro, & argento legato l. si is, qui quadringenta §. quædam ff. ad l. Falcid. Azo. in summa numero 15. C. ad exhibend. Bal. in l. pro hæreditarijs num. 6. C. de hæredit. action. & in l. seruum §. publicè num. 4. ff. de procurat. idem in tractat. de pact. num. 18. & in §. nos autem n. 34. instit. de Attil. tut. Paul. de Castr. in d. leg. si is §. quædam num. 2. ff. ad l. Falcid. Alexand. cons. 137. incip. in causa, & lite num. 15. vol. 2. dicens ad vnguem obseruandam esse, Ias. in l. 1. num. 7. 18. & seq. ff. de liber. & posthu. & in l. hæc verba num. 37. ff. de leg. 1. Ozerius in princ. num. 34. instit. de testam. & in princ. num. 8. instit. de vulgari Rolan. à Valle cons. 72. incip. stante statuto num. 57. & seq. vol. 3. & cons. 72. num. 40. vol. 2. &
3 formæ nihil addi nec detrahi potest l. 1. §. opus nouum ff. de noui oper. nunc. Bal. in leg. quoties num. 4. C. de suis, & legitimis hæredibus post Bart. à se allegatum Alex. cons. 42. num. 16. vol. 1. qui plures allegat Tiraq. de retract. conuent. §. 4. glos. 6. n. 31. Roland. à Valle cons. 73. incip. viso testamento numero 39. vol. 4. & cons. 33. incip. visis ac diligenter n. 3. vol. 2. Rebuff. in repet. l. quo iussit in præfat. num. 18. ff. de re iud. Boer. dicta decis. 1. num. 45. & à forma contractus stricti iuris recedendum non est, l. si seruum 91. §. effectus cum sequente ff. de verborum obligat. Florian. in l. Lucius num. 13. ff. de legat. 2. forma enim mutata, rei mutatur substantia Lopez in leg. 19. tit. 2. par. 3. glos. 1. iunctis quæ tradit Rebuff. in c. nulla vers. 7. quæritur de conces. præbend. & neglecta forma, quidquid agitur infirmatur l. 1. C. de prædijs Curialium lib. 10. Bal. in l. diligenter num. 1. ff. mandati Alexand. cons. 138. incip. viso pucto numero 8. vol. 7. Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. glos. 7. num. 6. Ozerius in princ. instit. de exhæredatione liberorum num. 2. Rolan. à Valle cons. 30. num. 16. & consil. 60. num. 24. & cons. 63. num. 30. volum. 4. iunctis, quæ tradit Euerard. in centiloquio argumentorum loco à defectu formæ num. 1. & 2. Pariaque sunt
4 aliquid contra legem fieri, vel non seruata forma legis authent. qui res cum ibi notatis C. de sacrosanctis Ecclesijs Abb. in cap. super quæstionem §. verum n. 4. de offic. delegat. vnde formę omissio etiam in actu fauorabili impedit legis dispositionem l. qui Romæ §. Flauius Hermes ff. de verborum obligat. Bal. in l. si quis mihi 28. §. si coram num. 2. ff. de acquir. hæred. & in l. idemque 5. num. 2. ff. de pignor. action. idem in l. Celsus num. 4. ff. de recept. arbit. & num. 1. in dicto §. Flauius Sylvester Aldobrandin. in §. eadem lege num. 8. instit. quibus ex causis manumittere non licet Roland. à Valle cons. 72. num. 99. Lopez in leg. 9. tit. 16. par. 6. glos. 7. Tiraq. dict. lib. 1. de retract. §.
5 1. glos. 21. num. 71. & sententia lata contra formam à statuto traditam, non valet, Paul. de Castr. cons. 34. incip. visis, & ponderatis omnibus num. 1. vol. 3. etiam si defectus sit modicus in forma, quia vitiat ipso iure actum, Ias. in l. si vnus num. 4. C. de testam. Fely. in cap. cum dilecta vers. amplia num. 10. in princ. de rescriptis Tiraq. d. num. 11. & tract. de iudicio in rebus exiguis seru. vers. hoc autem, & ita in terminis formæ, & solemnitatis præfixæ alienationi rei Ecclesiasticæ Abb. in cap. 1. num. 17. de integr. restitut. quia quælibet forma à lege tradita censetur in dubio substantialis Alexand. cons. 50. incip. in causa, & lite num. 5. lib. 5. Ias. in leg. moribus §. prius autem num. 12. ff. de vulgari. Laurentius Siluanus in tractat. de feudi recognitione quæst. 7. nu. 1. & 2. Roland. à Valle cons. 43. incip. in præsenti consultatione n. 13. vol. 2. & cons. 33. incip. Illustris num. 9. vol. 3. post Bal. in leg. comparationes num. 8. C. de fide instr. Tiraq. de retract.
6 lignag. §. 36. glos. 2. num. 26. forma enim omnis censetur propter publicam vtilitatem inuenta Paul. de Castr. in l. testandi causa numero 3. C. de testamentis præcipuè cum clausula annullatiua, & irritans in di-
7 ctis iuribus ponatur, quæ formam substantialem efficit, vt per text. in l. 2. iuncta l. statutis vers. hinc dicimus C. de sentent. ex periculo recitandis, tenent Aegidius magister in tract. de bonis proscriptorum cap. 18. n. 1. Guttierez lib. 3. pract. q. 54. n. 7. glos. in clement. 1. verbo inhibentes de iure patronatus, sequuntur allegati per Auend. respons. 40. n. 2. vnde etiamsi renunciatum esset prædictæ formæ, non valeret renunciatio.

RESOLVT. DXXXIX.

1 *Excommunicatio lata vigore monitorij absque clausula iustificatiua, est nulla.*
2 *Quando non tenet præceptū, nec tenet excommunicatio.*
3 *Mandata quæ non fiunt cum causæ cognitione, sed ex abrupto non habent vim definitiuæ, vel interlocutoriæ, nec transeunt in rem iudicatam.*
4 *Præceptum factum absque clausula iustificatiua in re magni momenti non tenet.*
5 *Quæ desiderant causæ cognitionem, per libellum non possunt expediri.*
6 *Per clausulam si te grauatum senseris, præceptum resoluitur in citationem.*

Monitorium sine clausula iustificatiua an inducat nullitatem censurarum.

DIxi monitorium intimatum cuidam cum censuris fuisse nullum, ex quo sub censuris intra certum terminum factum sine clausula iustificatiua si te grauatum senseris intra talem terminum compareas,
1 & excommunicatio per illud lata est etiam nulla, vt resoluit Nauar. consilio 13. incip. cuidam numero 1. de clerico excommunicato, vel interdicto minist. & consilio 35. incip. inter numero 2. de sententia excommunicat. & in capitul. cum contingat de rescriptis 8. causa numero 2. & 5. Probus in additionibus ad Ioan. Monachum in cap. 2. numero 27. de constitut. in 6. Guttierez dicto cap. 4. canon. quæst. numer. 18. post Bal. in leg. 1. num. 14. C. de re iudic. & clericus in leg. 1. num. vlt. in final. verb. C. quomodo, & quando iudex, & in l. consulta diualia num. 1. C. de testa-
2 mentis, vbi ait, quod quando non tenet præceptum non tenet excommunicatio, & ante eos Innocentius in cap. proposuit de conces. præbend. num. 10. in fin. Oldrad. cons. 81. num. 7. Dec. cons. 124. num. 3. nam

vt proximè diximus, & tradit Innocent. in cap. tua de cohabitat. cleric. num. 7. 8. huiusmodi monitiones per clausulam audientię promissiuam non iustificatas, contra eum, qui excusationem habet iniustas, & nullas esse, neque vim citationis habere, idem in cap. cum venissent de in integr. restitution. numer. 8. dicens, vel
3 dic melius talia mandata, quæ non fiunt cum causæ cognitione, sed ex abrupto non tenere vim sententiæ diffinitiuæ, vel interloquutoriæ, & ideo non transire in rem iudicatam, etiam si non appelletur argum. l. ea quæ cum alijs Cod. comminat. vel Epistol. Probus in additionibus ad Ioan. Monachum in capitul. 2. de constitutionibus in 6. Palat. Rub. in tract. de beneficijs vacantibus in curia §. penult. colum. 2. Messia ad l. Toleti par. 2. fund. 17. num. 6. Lopez in allegat. l. 22. tit. 22. part. 3. glos. 3. & 4. qui omnes ponderant text. in dict. l. nec quicquam §. vbi decretum ff. de officio Proconsulis, & legati, secundum intellectum Iacobini, qui communiter recipitur, ex quo, & alijs Ias. ibi col. 2. numero 6. ait præceptum executiuum
4 factum sine causæ cognitione, & clausula iustificatiua esse ipso iure nullum, & posse sperni, & inobedientem non incurrere in pœnam eius, maximè in casu præiudiciali, & magni momenti, vti est casus iste censurarum sacerdotis respectu, vt tradit Parlador. dict. num. 22. sequutus Bartol. in dict. leg. 1. C. de executione rei iudic. ex leg. fin. C. comminat. vel epistol. ibi quod magno conflictu sententię discerni solet, id paucis literis temerè descriptis definiri fas non est, dict. §. vbi decretum ibi omnia quęcunque causę co-
5 gnitionem desiderant per libellum expediri non possunt: nam ad minus requiritur clausula illa iustificatiua si te grauari sentias, compareas, per quam
6 clausulam præceptum executiuum resoluitur in citatorium, iuxta glos. singularem verbo pro contumacia in capitul. ex parte de verborum significat. & in l. g. de pupillo §. meminisse ff. de noui oper. nunciat. quas sequitur Nauar. dict. consil. 35. numer. 2. de sentent. excommunicat. & in dict. cap. cum contingat. 8. causa num. 5. & 6. Messia dict. l. Toleti tit. de los terminos par. 1. fundam. 11. num. 1. eo ipso, quod monitus comparet, & se opponit Ias. in d. l. nec quicquam §. vbi decretum num. 5. & 6. Viuius inter communes opiniones tit. C. de execut. rei iudic. num. 95. Marant. in specul. aduocat. tit. de sentent. numer. 27. Parlador. dict. num. 22. Alexan. consil. 143. viso statuto Mediolanensi n. 6. lib. 7. & consil. 255. numer. 7. vol. 6. alij relati per Rebuff. dict. tract. de liter. obligat. art. 6. glos. 2. num. 4. Caualc. decis. Fiuiz. 19. num. 1. Guttier. dict. cap. 4. n. 18. Paul. Castr. consil. 20. num. 42. lib. 3. Neuiz. dict. lib. 3. num. 51. Ferret. consil. 209. n. 2. tom. 1. nam eo casu dictum monitorium, & præceptum tali clausulà iustificatum non continebit grauamen, dict. leg. de pupillo §. meminisse ff. de noui oper. nunciat. capitul. dilecto de appellationibus Aldobrandin. in §. qui autem numer. 5. instit. de excusat. tutor. in cap. ex parte 1. col. vltim. de verborum significat. & in cap. 1. n. 6. de caus. possess. Cæphal. consil. 100. processus nu. 2. tomo 1. Nauar. in dict. cap. cum contingat causa 6. num. 5. nam iudex non excommunicat, nisi alternatiuè in casu quo non soluerit, aut contumaciter non comparuerit, vt notant doctores in dict. leg. de pupillo §. meminisse: vbi Ripa numer. 24. Afflict. decis. Neapol t. 167. numer. 4. Parlador. dict. numer. 22. Viuius vbi proximè: nam praxis hæc fuit adinuenta pro faciliori exitu iudiciorum secundum Abbatem in dict. cap. ex parte Bald. in l. scire oportet in princip. ff. de excusat. tutor. & in leg. ius alimentorum ff. vbi pupillus educari debeat Corset. in singulari in verbo citato lo 1. & alij relati per Rebuff. vbi proximè num. 5. & 6. Palat. Rub. in tract. de beneficijs vacantibus in curia §. 15. Messia in leg. Regia Toleti titulo de los terminos fundam. 11. par. 1. num. 1. Guttier. dict. cap. 4. num. 18. Orosius in d. §. vbi decretum.

RESOLVT. DXL.

1 *Hæres conductoris potest cogi ad perseuerandum in locatione.*
2 *Loca pia non possunt conductiones facere, nec fideiubere pro conductore.*
3 *Argumentum de fisco ad Ecclesiam valet.*
4 *Fiscus succedens pro tempore anteriori vtitur iure priuati, pro posteriori vtitur suo priuilegio.*
5 *Ecclesia succedens præscribenti præscribit suo priuilegio.*
6 *Priuilegiatus succedens conductori potest in conductione perseuerare.*
7 *Difficultas excusat à pœna.*
8 *Priuilegium fisci, vel Ecclesiæ transit etiam in voluntarium successorem.*
9 *Fiscus, vel Ecclesia succedens laico trahit causam ad suum iudicem.*

Ecclesia hæres conductoris an possit cogi ad perseuerandum in conductione.

1 HÆres conductoris regulariter potest cogi per locatores in conductione perseuerare, quia hæres succedit in omnibus obligationibus defuncti, ita nouissimè concludit Rota Lucensis decis. 85. numer. 1. dubitatum fuit, an istud haberet locum in Ecclesia, hospitali, aut alio loco pio, & talia, loca si succedant non teneri perseuerare in conductione, etiam quod hæreditatem sibi relictam acceptauerint: facit primo, quia ista loca non possunt
2 conductiones facere quemadmodum de milite Ecclesia, & Ecclesiastico tradunt Cyn. & Bald. in l. milites C. locat. imò nec fideiubere pro conductoribus nec Gabellas conducere Carroc. de loca par. 2. cap. final. num. 7.

3 Secundo valet argumentum de fisco ad Ecclesiam, vel alium pium locum, vt per Euerard. in loco à fisco ad Eccles. ista enim æquiparantur leg. fin. C. de sacros. Eccles. Tiraquell. de priuileg. piæ causæ Abb. consil. 108. vbi additio, sed in fisco quando succedit in ius priuati attenditur tempus sui ingressus, vt suo priuilegio vtatur, quia regula est, quod pro tempo-
4 re anteriori vtitur iure priuati, pro tempore verò sequenti vtitur iure suo priuilegiato, quando in ius alterius succedit per text. in leg. fiscus ff. de iure fisci, & in leg. cum quidam §. fiscus ff. de vsur. & alijs similibus adductis per Peregr. de iur. fisc. lib. 6. tit. 2. nu. 35. vnde quemadmodum fiscus non teneretur pro tempore sui ingressus perseuerare in conductione attento illo priuilegio, idem in hoc pio loco dicendum est, quod præsertim à principis patrimonio descendit, sic, & in præscriptione dicit Iason. in auth. quas actiones numer. 36. C. de sacros. Eccles. quod quando Ec-
5 clesia succedit priuato, contra quem erat inchoata præscriptio, præscribitur secundum priuilegium, quod habet Ecclesia.

6 In contrarium facit, quia conductori succedens priuilegiatus potest non obstãte prohibitione in conductione perseuerare Caroc. dicto loco numer. 10. per glos. in cap. 1. ne cler. vel mona. si potest ad libitum, ergo cogi poterit, ne locator sit in damno, & ne ipse teneatur ad interesse vti hæres, vt dicit glos. & est textus ibi in l. decurio 4. ff. de decur.

Sed respondetur, quod illud est inductum fauore Ecclesiæ, vt possit, si velit perseuerare, ergo in eius odium non est extendendum; vlterius animaduertendum est, quod nullo modo fieri posset, vt perseueraret in locatione domus istius, quia longè plus esset damnum, quam vtilitas, nam necesse esset deputare

œcono-

œconomum, & gastaldum cui annuum stipendium tribuendum esset, & non posset curam bonorum habere Ecclesiæ vnde stante difficultate excusari debet,
7 quia difficultas excusat à pœna capitul. breui de iureiur. leg. sciendum ff. de vsur. & læsio enormissima in eius damnum resultaret ex contractu authoris, & res tractu temporis efficeretur iniqua, & esset reparanda, vt dixi decis. 226. & 239.

Nec est, quod dicatur, quod habet arbitrium Ecclesia, si non vult pati damnum, remittendi hæreditatem, quia hæreditatem potest retinere tanquam legatum pium in casu, de quo agebatur, erat anterior pius locus pro interesse ex suo contractu, & priuilegium fisci, & Ecclesiæ, vel alterius loci pij tran-
8 sit etiam in voluntarium successorem, qualis est hæres vt in ea quæstione, quæ controuertitur, an succedens in ius priuati teneatur stare colono, tenent doctores, quos sequitur Cæphal. in consilio 255. numer. 461. & in fisco Pereg. dict. lib. 6. tit. 4. num. 40.

9 Item fiscus succedens priuato non tenetur sequi causam coram iudice priuati vertentem, sed trahit ad suum iudicem, ex communi, de qua per Dec. in cap. quia n. 10. de iudic. & in Ecclesia, & clerico, qui succedit laico esse magis communem opinionem colligimus ex traditis per Anton. in capit. quia verb. de iudic. Cagnol. in l. 2. Cod. de pactis inter emp. num. 186. Maran. de ordine iud. fol. 121. numer. 13. Ripa in capitulo decernimus numer. 22. de iud. & in hærede Iason. in l. emancipati numer. 3. Cod. de collat. Vasqu. de succes. creat. §. 22. num. 70. Spin. in specul. testam. glos. 33. num. 72.

RESOLVT. DXLI.

1 *Quoties disponitur in aliquo negotio esse eligendos peritos, non sufficit vnus, nisi quis esset electus de communi partium consensu.*

2 *In actu à mera vnius voluntate dependente, vt in hæreditatis aditione, an vnus tunc sufficiat interpres, vide remissiue.*

3 *Vnus quando est peritissimus, sufficit in negotio, in quo standum est peritis.*

4 *Sufficit vnus peritus, quando in loco non est peritorum copia.*

5 *Quando in prouincia desunt Episcopi, qui debent consecrare electum, debent aduocari ex alia prouincia.*

An quando in aliquo negotio standum est peritis sufficiat vnus peritus, an vero duo.

1 GEnerale est, vt quoties de eligendis in arte peritis tractatur non sufficiat vnus, sed opus sit duobus, si haberi possunt, secundum Bart. in l. 2. in fina. versic. C. de ponde. & aur. illa. libr. 11. in l. pri. column. 2. versicul. sed quæro debet ne duobus ff. de ven. inspi. in l. pri. §. final. columna 1. versicul. sed tunc procedit dubium, & ibi Paul. Castrens. in fine versicul. Roma. colum. 1. versic. inducitur autem text. iste, & colum. sequent. in princip. Alexand. colum. 1. versic. secundo ex eodem text. & colum. sequent. Iason. colum. 3. versicul. secunda conclusio Bartol. & colum. seq. Clau. Aquen. colum. 1. post princip. versic. ex glos. in quantum Bartol. & Andr. Alcia. in repet. colum. 4. versicul. & pro hac parte, & versicul. limita istam, quidquid in lectura dixerit ff. de verborum obligation. vbi limitant id non procedere, si quis electus esset de communi partium consensu, aut per vniuersitatem ad aliquod officium destinatus, ex quo defendi potest practicari iudicium recentiorum, qui hodie in faciendo iudicio, an vulnus sit mortale, vel non, vel ex eo sit remansura cicatrix, nec ne, vnum tantum chirurgum siue Phisicum adhibent, nam si id faciunt de consensu partium, licet plurimi, sed malè id obseruent, etiam sine partium consensu sustinetur: Eandem etiam conclusionem repetit idem Bartol. in leg. final. circa fin. & ibi Hypp. Marsi. columna penultim. versicul. vlterius, in quantum Bartol. ff. ad leg. Corn. de Sicar. & idem Bartol. in proœm. digesto. circa finem princip. & ibi Bal. columna secunda, versic. sed an credatur vni, & Hyeronim. Cagno. columna decima prima, versic. concludit tertio Bartol. & iterum idem etiam Bartol. in l. comparationes, in secun. lectu. cir. finem versicul. secundo not. & ibi Bald. & Saly. columna penult. versicul. venio ad sextam quæstion. C. de fid. instrum. iterum etiam Bald. in consil. 136. proponitur, quod Titius, columna prima, versicul. & si dicitur, quod vbi libro secundo, in leg. directas C. de testamen. manumiss. vbi id intelligit modo ille vnus honesta sit persona, in capitul. causam matrimonij columna prima, versicul. item no. quod cuilibet, extra de proba. vbi eod. modo id dicit procedere modo quis sit fide dignus, subdens etiam non esse constituendam inter mecanicas, & alias artes differentiam; Ang. in §. quod autem, in authent. de non alie. aut permu. reb. Eccles. & in auth. vt præpo. nom. Imperat. circa finem in l. hac edictali. §. his illud, colum. prima, num. 4. C. de secun. nupt. & in leg. qui luminib. circa princip. ff. de serui. vrba. prædio. Roma. in consilio vigesimo, viso puncto, post medi. versicul. non ob secundum, Anch. & Butri. in capitulo proposuisti, & ibi Francisc. Arezin. colum. secunda, versicul. circa primum, qui hanc communem opinionem asserit, Felyn. columna tertia, versicul. secunda conclusio, & Dec. columna quarta, versicul. expeditis notabilibus extra de probatio. Ang. Aretin. in tractat. male. in versicul. vna alia percussione, in princip. iterum Alexand. in consilio trigesimo quinto, visa scriptura, columna final. in secundo dub. libro primo, repetition. in consilio 179. libro secundo, vbi dicit communem esse contra Ang. opinionem, id procedere etiam si de literarum Græcarum, aut Hæbraicarum interpretatione tractetur, super quo videbis ipsum etiam Alexand. in dict. leg. prima, §. final. columna prima, & secunda, & ibi Areti. columna tertia, versicul. & ad materiam, & Clau. Aquen. columna prima, ff. de verborum obligation. Felyn. in dict. capitulo proposuisti, columna quarta, versicul. fallit tertio, & ibi Deci. columna quinta, versiculo ex qua communi opinione extra de probation. ita tamen, vt animaduertas lector, quod dum Deci. ibi pro opinione Ang. contra Alexand. citat Bald. in dict. l. directas Cod. de testament. manumiss. Bald. ibi loquitur quando eo in loco non nisi vnus interpres requiritur, vti & eum supra retulimus, & principalem hanc conclusionem sequitur, iterum idem Alexand. in consilio 148. excellentissime Domine, columna secunda, versiculo, & in specie libro secundo, Paris de Pute. in tractat. Syndi. in versicul. negligentia infra quantum columna final. versicul. dic ad hoc, vt excusetur, iterum etiam Iason. in l. admonendi, in repet. columna octuagesima tertia, versicul. bene facit, quod in simili tenet Bartol. sub numero 196. in antiquis impressio. & columna septuagesima secunda, numero 179. in nouis ff. de iureiurand. Soci. iun. l. in consilio 61. in præsenti, columna final. versicul. ad hoc maximè, libro primo, dum allegat Bartol. dict. proœm. digest. Guid. Pap. in consilio 177. nobilis, columna secunda, versicul. & licet, & decisio. 394. de medicis doctoribus circa finem, & videtur sequi etiam Andre. Tiraquel. in repet. l. si vnquam, in versicul. susceperit liberos, numero 239. C. de reuocat. donatio. dum se remittit ad nonnullos ex præallegatis.

Quid

Quid autem si simus in actu à mera vnius voluntate dependente, vt in hæreditatis aditione, an tunc
2 vnus sufficiat interpres, videbis Bartol. sufficere sentientem in leg. mutum cir. med. vers. si verò per se non intelligit, & ibi clarius Alex. idem quoque asserentem, columna secunda, verficul. item in quantum Bartol. secundo membro, & Ias. circa finem, vers. in secundo membro, de quo etiam per Francisc. Areti. ibi col. secunda, in fin. vers. secundo adde, & columna sequen. ff. de acqui. hæredi. & hæc opinio, quam supra ex communi omnium calculo recensuimus, sequenda est.

Quanquam etiam sunt, qui hac in re aliter voluerint, vt per Tiraquel. vbi supra, & qui latius distinxerunt, vt per Abb. in dicto capitulo proposuisti columna secunda, verficul. nunc discutiamus, & seq. de probat. super cuius distinctionis veritate videbis Aretin. ibi columna secunda, verficul. circa primum, & Felyn. columna quarta, verficul. ad hanc fallentiam, & Dec. colum. etiam 4. verficul. quod autem dictum est, & Alex. in dicta leg. prima §. final. columna secunda, in princip. verficul. licet in hoc solus D. Abb. & ibi etiam Aret. columna prima, in fin. verficul. extra glos. & colum. sequent. Andr. Alciat. in lectu. columna secunda, in verficul. interpretem, in princip. ff. de verbo. obligat. Io. Mari. Rimin. in dict. l. iuris ignorantia columna quarta, in fi. & ibi Philip. Deci. in princ. lectu. ante fin. verficulo & quod dictum est, & iterum in secun. lectu. colum. final. verficul. limitatur secundum Abb. C. qui admitt. eundem Felyn. in capitulo significasti columna secunda, verficul. secunda conclusio, iuncto verficul. fallit tertio, & iterum verficul. sed hanc fallentiam, extra de homic.

3 Si tamen vnus esset peritissimus, generaliter sufficeret vt probat textus in leg. septimo mense ff. de statu homi. & faciunt notata per Ioan. Andream in capitulo primo de constitut. in 6. per Abb. in capitulo calumniam, circa fin. extra de pœnis, & per Andr. Alciat. in dict. l. prima §. final. in verficul. interpretem in princ. ff. de verborum obligationib. & expressius in consultore, id voluerunt Ioan. Mari. Rimin. in dict. l. iuris ignorantia columna secunda, verficul. aliquando vero, & tertio, & ibi vterque Dec. scilicet Lancellott. post princip. verficulo an autem vt quis, & Philipp. eius frater, in prima lectura columna final. verficulo si tamen esset, & iterum in secunda lectura columna etiam fin. verficulo similiter si esset vnus, Cod. qui admit. Francisc. Aretin. in dicto capitulo proposuisti columna tertia, verficul. si verò locus, & ibi etiam Philipp. Deci. columna quinta, verficulo, & secundam opinionem communem, extra de prob. Felyn. in dicto capitulo significasti primo, columna tertia, in princip. extra de Homic.

Declara quarto, vt si in loco habitationis non ad-
4 sit peritorum copia, teneatur quis adire peritos loci vicinioris, secundum Andr. Tiraquell. in tractatu de pœn. Cau. 11. columna final. verficulo, & hoc quoque intellige, & in tractat. retract. titulo secundo, §. quarto, in glosa septima in fin. vbi alios citat. concordan. ita tamen, vt illi addere possis, idem etiam voluisse Fulgos. in dict. l. iuris ignorantia, post princip. verficulo sed si sit in loco proximo Cod. qui admit. Alex. in l. si ab Hostib. columna tertia, vers. sed iuxta hoc quæro. ff. solut. matrim. & Francis. Areti. in l. continuus §. item, qui insulam, cir. princ. ff. de verborum obligation. vbi Aretin. hoc confirmat per text. in cap. si fortè, quod est vltim. 65. distinct. vbi
5 quando in prouincia desunt Episcopi quos alterius Episcopi consecrationi interesse oportet de alia sunt prouincia assumendi, & per text. in cap. Pontifices 7. q. prima, vbi dicitur loco Episcoporum auxilium esse à Sacerdotibus implorandum.

RESOLVT. DXLII.

1 *Hora canonica sine interruptione recitanda.*
2 *Si impedimentum necessarium interueniat, licita est interruptio.*
3 *Quid si impedimentum sit necessarium, & longa interruptio officium ab initio est inchoandum.*
4 *Beneficiatus an aliquo casu excusetur à recitatione horæ canonicæ remissiuè.*

Hora canonica potest interrumpi à beneficiato.

IN hac quæstione respondi cum Gasp. Thesaur. quæst. Forens. q. 100. cuius tenor est.

Fuit à me quæsitum à Reuerendissimo Abbate, nunquid hora canonica, quæ solet recitari per Ecclesiæ presbyteros, aût prælatos, possit interrumpi, &
1 respondi, quod regulariter non potest cum illa sit sine interruptione recitanda Nauar. de hor. canon. c. 10. num. 38. Sot. de iustit. & iur. lib. 10. q. 5. cas. 3. Graff. 2. par. decis. lib. 3. cap. 17. num. 14.

Sed si aliquid accidat medio tempore, per quod
2 impedimentum iustum oriri possit, tunc licita erit interruptio, Nauar. capitulo vigesimo primo, numero septimo, Medina de orat. q. 16. in fine Rodriquez in summa parte prima, cap. 143. in fine modo tamen interruptio sit ad breue tempus, de quo non potest dari certa regula, cum id ex circumstantijs pendeat, de quibus nihil certum determinari potest; sed prudentis confessoris iudicio remittitur, qui iuxta casum cõtigentem discernere poterit lepram à lepra Azor. lib. 10. cap. 5. q. 17. de orat. si autem per longi tem-
3 poris spatium cedat inrerruptio est ab initio officium inchoandum.

Quando beneficiatus ab hora canonica excusetur
4 vide Brunor. à sole q. 40.

RESOLVT. DXLIII.

1 *Mulier ignorans primum virum viuere, si secundo nubat parit filios legitimos, & è contrario.*
2 *Cognati ex ignorantia nubentes faciunt filios legitimos.*
3 *Nati ex matrimonio putatiuo, sed nullo sunt illegitimi, quando matrimonium fuit clandestinè contractum.*

Ignorantia existentis impedimenti in matrimonio, an faciat filios legitimos, & quando id locum habeat.

IN hac quęstione respondi cum Thes. quęst. 94. cuius tenor est.

Ignorantia existentis impedimenti in matrimonio excusat contrahentem, & reddit filios legitimos, qui ex eo matrimonio nati sunt, licet matrimonium dissoluatur: hæc est regula, quam DD. eliciunt ex cap. ex tenore, qui filij sint legitimi, vbi text. format casum in eo, qui viuente prima vxore cõtrahit cum secunda illo ignorante, quod ipsa viuat, & idẽ erit casus
1 quãdo secũda vxor est nupta, & contrahit cum soluto ignorãs, quod maritus primus viueret, & eam sequũtur Oldr. cons. 256. n. 4. Abb. in cap. cum inhibitio de cland. desponsat. num. 9. Io. Lup. de matrim. secunda parte princip. numero 14. & 18. Crot. Cephal. Grammat. Ruin. Dec. Ias. Didac. Ancharan. Paris. Cassador. & Mascard. quos allegat Ceual. in qq. practic. quæst. 697. idem est in matrimonio putatiuo quando inter contrahentes erat cognatio, & durante
2 vita vixerint vti vir, & vxor, nam filius habebitur pro legitimo, consuluisse dicit, & post multa defendit

Iacob.

Iacob. Cancer. Var. resolut. parte tertia, capitulo decimo primo, de sponsalibus numero 59. & seqq. etiam quod sine dispensatione, & contra formam Concilij fuisset contractum matrimonium.

Ampliant aliqui istam regulam, vt procedat existente bona fide vnius ex coniugibus, vt ad illegitimitatem inducendam vtriusque contrahentis mala fides requiratur, vt notat Tellus Fernandez in l. 6. Tauri n. 8. & sentit Cancer. dicto cap. 11. numer. 61. & 62.

Sed contrariam opinionem aduersus regulam principalem tenent alij interpretes grauissimi, qui contra regulam prædictam tenuerunt filium natum ex tali matrimonio putatiuo non esse legitimum, & re vera quomodo fieri potest, vt filij legitimi dicantur, qui ex illegitimo matrimonio nati sunt, cernaturque coniugium dissolutum in conspectu omnium, & filij contrarium representent? illamque opinionem dubio carere, quando vnus ex contrahentibus, qui sciebat impedimentum, mala fide accessit; Non est enim dubium quin filij isti inspecta scientia illius contrahentis, qui sciens viuente vxore prima, vel primo marito nubit, nascantur ex damnato, & punibili coitu, cum tale matrimonium puniatur criminaliter, vt dixi libro secundo, quæstion. 14. & tali casu non solum illegitimus, seu naturalis, sed Spurius omnisque successionis incapax filius dicetur ex latè per me congestis dicto lib. 1. quæstion. 14.

Regulam istam ego aliquando disputando dicebam esse intelligendam quando impedimentum, quod ab initio extabat fuit semper occultum, & in ea credibili ignorantia coniuges mortui sunt, tunc enim æquitas suadet, vt filij, qui ex illo putatiuo matrimonio nati sunt pro legitimis habeantur, & veritas superueniens illis nocere non potest.

Verum à regula discedere durum esset, quia illa prima opinio, & humanior, & magis communiter recepta, vt ex supracitatis doctoribus licet colligere, & in dubijs opinionibus tutius est mitiorem partem sequi, & quæ pro legitimatione facit etiam contra communem opinionem, vt dicit Cassador. decisione prima, titulo de sponsalibus num. 8.

Limitatur tamen, & restringitur quando matri-
3 monium clandestinè, & non præcedentibus denunciationibus esset celebratum, nam tunc filij nati sunt illegitimi capitulo ex tenore numero quarto, dicitur autem clandestinè contractum, quando non publicè contrahitur, etiam si non adsint denunciationes, & eandem partem defendunt Socin. numero quadragesimo octauo, allegans multos, qui communiter tenent istam limitationem Innocent. Hostiens. Ruyn. sibi contrarius Oldrad. Ceph. Socin. iun. glos. Bartol. Peregrin. in articulo vigesimo quarto, numero 74. quos ad longum recensет Ceual. in dict. quæstione 697. numero quarto, & seqq. qui latè defendit tam ex textu claro in dicto capitulo, cum inhibitio §. si quis vero, quam ex Concilio Tridentino capitulo primo, sess. vigesima quarta, de reformat. matrimo. istam partem, & bene dicit quod prima fronte ab illis doctoribus, qui conscrutantur viscera iuris teneretur prima opinio propter text. in princip. allegatum, nam vt dicit Cancer. numer. 66. vterque coniugum sciunt impedimentum, & in mala fide existunt.

Secundo limita si matrimonium fuisset secutum cum ea, cum qua prius fuisset scienter commissum adulterium, & in adulterio fuissent nati; nam tunc ex matrimonio subsecuto illi filij non efficiuntur legitimi non obstantibus denunciationibus.

Nam doctores loquuntur de filijs natis in figura matrimonij, ita loquitur text. in dict. cap. ex tenore.

Tertio limita quando agitur de præiudicio tertij substituti, nam tunc talis fictio non debet nocere veritati in præiudicium vocatorum, vide ad materiam Vincent. de Franch. decisio. 130. Socin. Iun. consil. 86. libr. 2. Cæphal. consil. 82. numer. 24. Costa de iur. & fac. ignor.

RESOLVT. DXLIV.

1 *Patiens morbum caducum est irregularis.*
2 *Laborans morbo caduco est irregularis, etiam si semel ceciderit.*
3 *Semel passus morbum caducum non potest ordinari, etiam si videatur sanatus.*
4 *Non potest eligi nec postulari laborans morbo epileptico.*
5 *Laboranti morbo caduco, non potest fieri collatio beneficij.*
6 *Semel morbosus præsumitur in morbo permanere, nisi contrarium probetur.*

An qui semel incidit in morbum caducum sit irregularis.

1 PAtiens morbum caducum est irregularis, quia morbus epilepticus est nimis turpis, & flagitiosus, atque illo laborans est inhabilis ad ordines sacros, Ægidius in capitul. cum inter numero 23. de elect. Butr. in capitul. penult. notab. 3. de corpore vitiatis Paul. Æmilius decis. Rotæ 48. num. 3. & 238. numero 3. parte 2. nec ascendere potuit ad sacros, & presbyteratus ordines capitul. maritum iuncto capitul. communiter 33. distinct. vbi glos. verbo de ijs Guilelm. Archidiac. & communiter doctores dicunt quod furiosi, lunatici, caduci, & demoniaci promoueri non debent, nec etiam postquam liberati fuerint ordinari, & sequitur Syluester in summa verbo corpore vitiatus numero quinto, versic. octauo dicens id procedere etiam si
2 laborans morbo caduco semel tantum ceciderit, Nauar. in Manuali Hispano capitulo 27. numero 203. & in latino numero 187. dicens, quod epilepsiam habens, quam alij morbum caducum, seu cadendi appellant est irregularis, secundum Aluarum Pelagium libro primo, de Planctu Ecclesiæ capitul. 48. litera F. versic. epilepsis, qui duobus modis id euenire asserit, quos philosophicè declarat Selua de benefic. tertia parte, quæstione 5. numero 22. Burgos. in tractat. de irregular. parte prima, quæstione 6. numero 15. & parte 5. §. de corpore vitiatis numero 19. Duaren. libr. 4. de sacris Eccles. ministr. capitulo tertio, dicens de correptis morbo comitiali, quod qui subito concidit, cuius ex ore spumæ mouentur, vt inquit Celsus cum membrorum, ac neruorum distentione is ad rem diuinam in Ecclesia faciendam inutilis est, nam in hoc morbo solus Papa dispensat, quia est intantum irregularis, quod qui semel
3 tantum fuit eum passus nunquam ordinari valeat, & si videatur ex toto curatus argum. capit. fin. versic. non enim 15. quæstion. 1. ibi, non enim potest ad sacerdotium prouehi is, qui aliquando insaniuit iuncta l. furor. ff. de sponsalibus, imo etiam ordinatus non potest celebrare si multoties cadit, nec etiam si rarò, si spumas ore eijciat glos. dict. verb. de ijs, Villadiego de irregularitate capit. 1. numero 30. in fine, & cap. 15. in princip. & text. in cap. in literis 4. quæstione 2. glos. in summa ibidem Rebuff. in tractat. de pacific. possess. numer. 272. Ioan. Andr. in capit. cum inter 21. num. 22. de elect. vnde morbo epileptico laborans, sicut nequit eligi, ita nec postulari, quia est
4 ad beneficia inhabilis cap. cum inter proximè allegato, vbi Innocent. & Abb. n. 2. & 7. glos. in summa dicta causa 7. quæst. 2. Hostiensis in summa de postu-

latione

latione prælatorum numero 4. Flamin. Pariſ. lib. 5. de reſignat. benefic. cap. 6. numero 105. Duaren. lib. 4. de ſacris Eccleſiæ miniſterijs capit. 4. Paul. Æmilius dict. dec. 48. num. 4. & 5. deciſ. 238. numero 1. & ſeqq. parte 2. Gregor. Lopez in l. 24. tit. 5. par. 1. gloſ. 1. Rebuff. dict. nu. 272. Petr. de Biaxio in tract. directorij conficiendarum electionum part. 2. capit. 5. verſicul. ſuper. Firman. in tract. de Epiſcopo libr. 3. in vltima parte quæſt. 7. & libr. 2. par. 1. num. 56. Ioan. Corraſius in Paraph. ſacerdot. par. 3. numero 6. cap. 6. dicens, quod cum epilepſia laborans valido corpore non ſint, nec ſine ſcandalo ob ſubitariam totius corporis conuulſionem diuinis poſſint deſeruire dict. cap. in literis, ad beneficium promoueri non poſſunt dict. capitul. cum inter, & dict. cap. communiter 33. diſtinct. gloſ. proximè allegata Cardinal. in dict. capit. communiter verſic. dicunt Tancred. & Goffred. Alexand. in l. furioſum colum. 3. C. qui teſtam. facere poſſunt Mandoſ. in tract. de caſibus annalibus n. 87. cap. 1. 7. quæſtion. 2. Aluar. Pelagius, vbi proximè, aliàs enim præſentatio ſicut collatio morbo caduco laboranti facta eſt nulla ipſo iure Hoſtienſ. Ioan. And. Cardinal. Abb. & Imola in dict. capit. cum inter de elect. Io: Selua de benefi. 3. par. quæſt. 5. n. 32. Flamin. Pariſ. vbi proximè num. 106.

Et deueniendo ad articulum propoſitum, dico talem eſſe irregularem ex præſumptione iuris, nam ſemel morboſus in morbo permanere præſumitur, de quo tetigit gloſ. verbo oſtendere in capitulo indicas 3. quæſtione nona, quæ iuncto textu vult, quod qui ſemel fuit furioſus præſumitur ſemper furioſus, niſi contrarium probetur, & idem tenet gloſ. in capitul. final. verbo competere de ſucceſs. ab inteſt. quam ſequuntur ibi Imol. Ioan. And. de Butr. & Abb. & And. Siculus.

RESOLVT. DXLV.

1 *Tales teſtificationes ſuſcipimus quas præſentes teſtes dicunt.*
2 *Pro recognitione cedularum non ſufficiunt teſtes, qui dicant habere notam manum.*
3 *Quando ſcriptura eſt de partibus, teſtes aſſerentes cognoſcere ſcripturam probant.*
4 *In ſcripturis antiquiſſimis non requiritur recognitio.*
5 *Regiſtrum recognoſcitur per teſtes habentes notam manum.*
6 *Scriptura priuata teſtatoris non probat, niſi teſtes deponant vidiſſe ſcribere.*
7 *In recognitione librorum ſufficit, quod teſtes deponant, habere notam manum.*
8 *Recognitio porrectionis ſupplicationis probatur per regiſtratores.*

Teſtes deponentes de recognitione regiſtri an ſufficiat, quod dicant ſe habere notam manum, abſque eo, quod viderint ſcribi.

PErplexa nimis, & vaga eſt ſententia illa, quam è noſtratibus infraſcripti (generalitatem ſequentes) amplectuntur dum dicunt, quod teſtes, vt ſcripturam alicuius priuatam legitimè recognouiſſe dicantur, debent fuiſſe præſentes tempore, quo ab illo fuit ſcripta, adeo vt non ſufficiat ſi alias eundem ſcribere vidiſſe, ac ipſius characterem notum ſe habere aſſererent, prout voluerunt Alexandr. conſilio 150. numero decimo ſexto, libro quinto, & conſil. 76. numero octauo, libro tertio, Aretin. conſil. 64. numero ſeptimo, Socin. conſil. 274. libro ſecundo, Corneus conſilio 58. numero ſecundo, libro tertio, Dec. conſilio 61. numero tertio, verſicul. & abſque dubio concludendum eſt Ripa in l. admonendi numero 104. verſiculo ſexto exigitur ff. de iureiur. Marſil. in rubr. de probat. numero 249. Ruyn. conſil. decimo primo, numero ſexto, & conſil. decimo ſecundo, ſub numero octauo, verſicul. & iſtud eſt de iure regulare libro tertio, & conſil. 194. in fine numero decimo ſecundo, libro ſecundo, & rurſus conſilio 131. numero decimo nono, libro primo, ac conſilio 46. numero quarto, iuncto numero præcedenti libro quarto, Pariſ. conſilio decimo nono, numero 43. & ſequen. libro tertio, Afflict. deciſione 181. numero octauo, Aymon. de antiquit. temp. 1. par. te ſection. quæritur etiam in hac materia numero 59. & 60. Grammat. deciſione 84. & 43. ad finem Couaruu. practic. quæſtion. capitulo 22. numero primo, in fine, & numero ſecundo, verſicul. ſecundo, hoc ipſum, & miror profectò, quod Rebuffus, qui tractatum de chirographorũ, & ſchedularum recognitione in primo tomo conſtit. Franciæ conſcripſit, concluſionem hanc non examinauerit; Moder. in prax. Capitolini fori libro tertio, capitulo 3. numero nono, Grauat. ad Veſtr. vbi ſtatim dicam. Menoc. de arb. iud. caſ. 114. numer. 22. Ioſep. Lodou. deciſione Perufina ſeptima, numero decimo ſeptimo, & decimo octauo, vbi de communi teſtatur latè Nouarius in ſua praxi de recognitione Apocæ quæſtion. mouentur ex §. ſi quis igitur ibi. 1 Etenim tales teſtificationes ſuſcipimus, quas præſentes teſtes dicunt, quia his præſentibus ſubſcripſit, qui documentum fecit, & hunc nouerunt, in authent. de inſtrument. caut. & fid. col. ſexta, vbi etiam eſt gloſs. in verbo, neque enim, per rationem, quia taliter teſtificantes faciliſſimè decipi poſſunt, cum hominum character diuerſis ex accidentibus variari perſæpe ſoleat, vt latius per Imperatorem habetur in dict. authent. in principio tituli, & per gloſs. in verbo facimus in præcitato §. ſi quis igitur, & tradit Alexand. conſil. 181. numero tertio, verſicul. bene poſſent libro ſecundo, & Grauat. ad Veſtr. libro ſexto, capitulo primo, litera I. numero vigeſimoquinto, in fine, & numero 26. Moderni in dict. deciſione Perufina ſeptima, numero decimo octauo, poſt Corneum dict. conſilio 58. numero ſecundo, verſicul. & quia concludendum eſt. Grammat. dict. deciſione 84. numero ſecundo, Couaru. vbi dixi numero quarto, in fine, hanc etiam generalitatem Rota videtur ſequuta, vt per Puteum deciſione prima, incipien. in recognitione de fide inſtrumentorum, vbi ſimpliciter loquitur de priuata cedula, & Caputaquenſ. deciſione vigeſima ſeptima, incipien. licet ſtylus notorius libr. primo, vbi loquitur de ſcripturis, Illuſtriſſimus Cardinalis Paleotus tunc Rotæ auditor in deciſione 145. incip. Romana 200. milium, ibi primo Domini concluſerunt quoad primam partem dubij cedulam non eſſe ſufficienter recognitam &c. & aliàs coram R. P. D. Robuſterio in illa Toletana matrimonij die 13. Februarij 1572. ibi in prima Domini firmarunt regulam pro d. Ioanne, quod pro 2 recognitione huiuſmodi cedularum, regulariter non ſufficiunt teſtes, qui dicunt habere notam manum, quia viderunt illum alias ſcribere, & cætera, & rurſus in illa Romana donationis 50000. coram Domino Oradino inter Illuſtriſſimas Magdalenam de Vrſinis, & Portiam etiam de Vrſinis de Core incipien.

In prima parte quo ad recognitionem concluſum fuit ſcripturam fuiſſe ſufficienter recognitam eſſe manu Domini Lelij, quia Domini in diuerſis cauſis tenuerunt, quod de iure communi licet teſtes deponant ſe recognoſcere ſcripturam priuatam, quia habuerunt notam manum, non ſufficienter recognoſcant.

Nonnulli tamen caſus ſunt, in quibus receditur à ſupracitata concluſione.

3 Primus est in recognitione instrumentorum præsertim de partibus, & manus notarij, dummodo testes manum, personam, & scribentis scripturam se recognoscere affirment, vt per Caputaquens. præcitata decisione vigesima septima, libro primo, & habetur in illa Romana donationis 50000. inter Illustrissimas Magdalenam de Vrsinis, & Portiam de Core incipien. in prima parte, quoad recognitionem ibi quo vero ad manum Notarij tentum fuit bonam esse recognitionem, quia testes eam recognoscunt, nec in instrumento Notarij requiritur, quod testes viderint eum scribere, & ita solent tenere Domini, & habetur in illa Barchinonensi matrimonij coram Domino Robusterio 31. Ianuarij 1565. & nota, quod in antiquissimis non requiritur recognitio, vt fuit resolutum 4 in vna Romana Castri Orciani 4. Februarii 1575. coram dom. Cotta. incipient. concluſum fuit instrumentum anni 1286. Habere omnia requisita ad validitatem instrumenti, & quia sumus in antiquissimis, Domini communiter tenent, quod non requiratur recognitio per obseruantiam Rotæ visum fuit Dominis habere locum in instrumentis antiquis, sed non in antiquissimis, citat inter alios Couaruu. practic. qq. capitulo vigesimo primo, numero sexto, versicul. secundus casus, & habetur in repertorio Anton. Augustini de fide instrument. commun. versiculo decimo septimo, vbi ex Puteo decisione nona, de fide instrumen. dicit requiri probationem, quod ille reputabatur pro Notario, idemque forsan dici posset de recognitione manus alterius publici officialis, vel secretarii, quorum manus est adeo nota, prout illa notariorum, videtur enim, quod militet eadem ratio.

Secundus est in recognitione regiſtri, in quo prætenditur constare de sententia, & re iudicata, nam 5 recognoscitur per testes, qui habeant notam manum, absque eo, quod viderint scribi Peregrin. dict. decisione 277. de fide instrument. libro primo, & præsertim si regiſtrum præfatum erat antiquum. Achill. eadem decisione secunda, de fide instrum. incipien. quicquid sit in apoca ex ratione, nam in regiſtro integro non potest ita de facili falsitas committi, prout in apoca.

Tertius est casus in recognitione scripturæ testatoris, qui locum pium instituit, tunc enim illa exacta probatio remittitur, sed sufficit recognitionem fieri eo modo, quo aliæ scripturæ recognoscuntur, vt dixi supra numero vigesimo tertio, ex Puteo, dicta decis. decima septima, de fide instrument.

6 Contrarium in scriptura priuata testatoris, vt nisi testes dicant vidisse scribere non probent Ruyn. dicto consilio decimo primo, numero sexto, octauo, & nono, libro tertio, & Paris. consilio decimo nono, numero trigesimo septimo, libro tertio, dixi in cons. 41. n. 92. rogatus ab Excellen. ac in omni virtutum, & honestatis genere perspicuo speculo domina Lucida Pătecorua mihi fratria, seu sorore, vel matris, domina admodum singularis, cui singulares ob eius animi dotes me plurimum debere fateor.

Quartus est casus in recognitione librorum, in 7 quibus testes deponere sufficit se munum recognoscere, & quod iudicio suo partitæ sunt scriptæ manu talis Bald. in authent. sed nouo iure num. 8. C. si certum petatur Alexan. dicto consilio 76. numero 8. libro 3. Dec. d. capit. 2. n. 76. de fide instrument. Ruyn. dicto consilio 11. num. 8. & 9. libr. 3. & dicto consilio 70. num. 4. libr. 4. vide magis communi testatur Menoch. de arbit. iudic. dicto casu 114. numero vigesimo tertio Put. dicta decisione 1. de fide instrument. dicens, in recognitione librorum non requiritur illa exacta ratio, prout in recognitione cedulæ priuatæ Peregr. Fab. dicta decis. 277. incipient. in causa Romana de Pichis eodem tit. rationem affert, nam in librorum recognitione cessat illa falsitatis suspicio, quæ ita faciliter committi potest in apoca, vt in dicta authent. de instrumentor. caut. & fid. in princip. & per Socin. in d. l. si ita scripsero numero 3. versicul. sed si vis Bartolum defendere ff. de condit. & demonstrat. & dixi supra de regiſtro, ita alias Domini mei de Rota tenuerunt coram Domino Seraphino in illa Romana grani die 14. Decembris 1571. incipiente.

Fuit resolutum constare sufficienter de consignatione grani ibi, nam quicquid sit de iure Rota admittit recognitionem testium dicentium se habere notam manum scribentis etiam in libris.

Quintus casus est in recognitione porrectionis sup. 8 plicationis, quæ probatur per testes regiſtratores supplicationum, qui deponunt se cognoscere manum, & signum porrigentis absque eo, quod dicant interfuisse Caputaquens. dec. 205. incipient. porrectio supplicationis lib. 1.

Sextus casus est in recognitione cedulæ cambii, & eadem ratione cedulæ banci, quæ à communiter accidentibus fieri solent absque testibus, vt in illa decisione vndecima, Miscellaneorum libro primo, incipient. Veneris 26. Aprilis 1560. tenuerunt Domini, & conferunt superius dicta limitatione 5.

Alios casus ponit Vrsil. in dicta decisione Afflict. 181. in prima, & secunda colum. quos (ne longior fiam) non examino, alterum vide per Gabriel. de testibus concl. 1. num. 40.

RESOLVT. DXLVI.

1 *Assessores iudicum non habent iurisdictionem.*
2 *Iudex Ecclesiasticus potest laicum sibi eligere in assessorem.*
3 *Assessores laici quare non dicantur tractare negotia Ecclesiastica.*
4 *Laicus potest dare consilium in Ecclesiasticis.*
5 *Princeps laicus potest habere Ecclesiasticum pro suo Consiliario.*
6 *Ecclesiastici possunt esse consiliarij Principum, etiam in criminalibus.*
7 *Assessor laicus in causa Ecclesiastica debet esse canonista, secus in causa profana.*
8 *Assessor laicus non profert sententiam in causis spiritualibus.*
9 *Assessor nullus profert sententiam, neque potest iudicare*
10 *Assessoris officium quale sit.*
11 *Consilium potest haberi ab eo, qui illud negotium tractare prohibetur.*

Laicus potest esse assessor iudicis Ecclesiastici, non tamen potest proferre sententiam in spiritualibus.

1 ASsessores iudicum non habent iurisdictionem. Specul. in titul. de assessoribus §. officium numer. 1. & ibi Ioan. Andr. in additio Bartol. in l. præcipimus §. quod si a iudice C. de appell. Bald. in auth. ad hæc C. de iudic. & in l. 1. C. qui accus. non poss. Castr. in rubrica ff. de offic. assessor. num. 1. Ias. num. 2. Curt. Iun. num. 2. & sequent. Ias. in l. 1. n. 16. ff. de offic. assessor. & ibi Curt. Sen. n. 16. Paris de Put. in tr. de sindic. in vers. assessor. n. 5. Dec. c. si pro debilitate num. 7. de offic. deleg.

Et ideo concluserunt scribentes iudicem Eccle- 2 siasticum posse laicum sibi eligere in assessorem Hostiens. in capit. contingit de arbitr. Archid. in cap. plures 16. quæst. 1. Geminian. in capit. statutum §. assessorem de rescript. libr. 6. Abbas in capit. decernimus num. 13. de iud. post cæteros canonistas, ibi Dec. num.

131.

131. & seq. testatur hanc esse communem opinionem Stephan. Aufrer. in tractatu de potest. secular. in Ecclesiast. regula 4. Fallen. 34. nec dicuntur assessores
3 tractare negotia Ecclesiastica, quia ipsorum officium est dumtaxat consulere l. 1. & l. consiliarijs ff. de offic. assessor. l. consiliarios C. de assessor. & fuerunt inuenti ad supplendam imperitiam iudicum, vt consuluit, & declarat Angel. in consil. 274. Franch. in addition. ad Abb. in dict. cap. decernimus in additione, quæ incipit
4 de hoc an laicus, & tale consilium etiam à laico potest haberi in Ecclesiasticis, vt dicit Innoc. quem ibi sequitur Dec. in dict. cap. decernimus, sicut è contra Prin-
5 ceps laicus potest habere Ecclesiasticum pro suo consiliario, qui posset leges, & statuta facere, quæ crimi-
6 nales controuersias concernant, aut Principi consulere, vt committentibus certa delicta irrogent pœnam mortis, aut aliam corporalem glossa not. in cap. ex literis in versiculo consuluit de excess. præl. vbi Abb. communiter omnes canonistæ Innocen. in capitul. ad audientiam de homicid. Specul. in tit. de dispensationibus §. iuxta versicul. si quid iudex. Abbas in cap. 1. de furt. summa Siluestrin. in versicul. homicidium in 3. quæst. 5. versicul. quartum. Maiolus in tractatu de irregularitat. lib. 2. cap. 9. num. 9. ex quibus apparet hanc esse communem sententiam.

Declaratur hic articulus, vt laicus possit esse assessor iudicis Ecclesiastici hoc modo, nam si est merus
7 ciuilista potest esse assessor in causa prophana, in causa autem Ecclesiastica laicus assumptus in assessorem debet esse canonista, ita declarat Geminian. in cap. statutum in princip. de rescript. libro 6. Dec. in cap. sciscitatus ante finem de rescript. Sebastian. Sapia in additionibus ad Abb. in dict. cap. decernimus in additione, quæ incip. iudicis Ecclesiastici.

Secundus articulus est, an laicus assumptus in assessorem à iudice Ecclesiastico poterit proferre senten-
8 tiam in spiritualibus, & Stephan. Aufrer. post alios, quos allegat in dict. regula 4. Fallent. 34. dicit quod non: ego verò puto frustra quæri hanc quæstionem nam regulariter nullus assessor potest iudicare, neque
9 sententiam proferre glos. in lege prima in versic. Epistolis ff. de offic. assessor. & ibi Bartol. num. 3. Ias. num. 16. Cur. Iun. numero 17. Alberic. num. 7. Iac. de Nigr. numero 27. Alberic. in l. 2. num. 5. ff. quod quisque Iur. Paris de Put. in tractatu de Syndic. in versicul. assessor. capitulo primo num. 27. Alex. in Rubrica num. 27. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict. Ias. in l. si procuratori in princ. de verb. oblig. & ratio est, vt dixi, quia
10 assessores iudicum nil aliud sunt quam consiliarij Iudicum, eorumque præcipuum officium est iudices adiuuare, atque instruere dict. l. consiliarij, & l. fin. ff. de offic. assessor. & dict. l. consiliarios, & in l. consiliarijs leg. non minus l. liceat omnibus Cod. de assessor. §. festinabis auth. vt defuncti, seu Funer. eorum Spec. in tit. de assessoribus §. assessor. Ripa in d. cap. decernimus num. 57. de Iudic. Cassan. in Catalog. glor. mundi par.... & 27. considerat. vers. & aduertendum Lancellot. Corrad. in templo Iudicum lib. 2. cap. 6. §. 5. num. 2. & certum est in iure, quod qui consultor esse potest,
11 & ab eo consilium haberi etiam in talibus causis, atque negotijs, quorum ipse principaliter l. quidam decedens, & ibi Doct. ff. de admin. tutor. Doctor. in l. Titium, & Meuium ff. eodem tit. Dec. in dict. cap. decernimus num. 27. facit tex. in capit. de Constantinopolitana Ecclesia distinct. 22. cap. fin. dist. 38. & cap. si habes 24. q. 3.

RESOLVT. DXLVII.

1 *Laicus potest conueniri pro bonis Ecclesiæ coram Iudice Ecclesiastico, quod amplia vt num. 2. 3. 4. Vide etiam numero 5.*

6 *Spolium probatur per negationem restitutionis.*
7 *Spolium dicitur sacrilegium, quod est mixti fori.*

Pro bonis, & fructibus Ecclesiæ laicus conueniri potest coram Ecclesiastico Iudice.

REspondeo quod sic, ex infra dicendis primo cum indubitatum sit in iure laicum pro bonis
1 Ecclesiæ posse conueniri coram Ecclesiastico iudice cap. si clericos, & ibi Doctor. omnes de foro competenti, capitul. 2. de priuileg. Aufrer. de potest. secul. reg. 4. Fall. 5. num. 23. fol. 417. & numer. 39. fol. 426. Zab. consil. 146. numero 1. Rom. cons. 139. numero 3. Nauarr. de redd. Eccl. quæstion. prima cas. 9. Gabr. consil. 37. num. 10. volum. 2. Quinimo Natt. consil. 27. numero secundo, dicit Iudicem laicum esse incompetentem.

Et hoc verum esse dicitur, siue agatur actione rea-
2 li, seu personali de communi Fely. in dict. capit. si Clericus nu. 4. & de magis communi Osasch. dec. 32. numer. 3. Berret. cons. 8. vel si agitur ad resciffionem
3 contractus, cum attendenda sint bona Ecclesiæ, quæ habent hoc priuilegium, non autem actio intentata, siue personæ conuentæ quicquid dicat Osasch. decis. 78. numero 15. per l. 2. C. vbi, & apud quem, qui textus intelligendus est, quando actor, & reus sunt sub eodem iudice sæculari, nec agitur de bonis priuilegiatis, vt hic.

4 Item ampliatur etiam si laicus conuentus negaret bona esse Ecclesiæ, secundum Abb. in dict. cap. si clericus numer. 12. & 15. vbi se restringit ad summariam cognitionem, & in cap. nouit num. 19. de iudic. Aufr. de potest. Eccles. num. 39. fol. mihi 426. Berret. d. cons. 8. num. 3. Borgn. decis. 2. num. 33.

5 Quod suadetur tum ex eo, quod iudex, cuius iurisdictio negatur potest de iure cognoscere, an sua sit iurisdictio capit. super de rescript. cap. personæ de priuileg. in 6. Rot. Rom. in nouis de excep. decis. 6. numero 3. appellat. dec. 24. Tum quia quando non negatur rem esse Ecclesiæ, res ipsa vti priuilegiata tribuit iurisdictionem, non autem confessio secundum Abb. in d. c. si clericus num. 15. & colligitur ex d. cap. Tum quia talis cognitio in dubio spectare debet ad digniorem, & sic ad iudicem Ecclesiasticum Couar. pract. q. cap. 33. num. 1. & capit. 34. Bos. de foro compet. num. 155. Cabal. Milleloq. 838. part. 2. tum demum, quia alias dispositio d. cap. si clericus posset reddi faciliter inutilis, & frustatoria, cum quilibet posset negare rem esse Ecclesiæ Abb. in d. cap. si clericus num. 15.

Secundo principaliter adducitur, nam hic actum fuit de spolio c. ne de viro ca. qui distulerit 12. quæst. 2. Abb. in d. c. si clericus num. 3. & 13. Felyn. in capit. Eccles. S. Mariæ num. 11. de const. Federicus de Sen. consil. 245. in fin. Marant. de ord. iud. vers. sæculare, vel Ecclesiasticum num.... part. 4. Farin. d. quæstio. 8. num. 152. Caualcan. decis. 45. numero 72. part. 1. Couar. resol. lib. 1. capit. 4. num. 2. & pract. quæst. cap. 6. num. 1. vers. imò, & in hoc &c. Menoch. de recuper. poss. rem. 14. num. 205. & rem. 1. num. 89. vbi dicit
6 spolium probari per negationem restitutionis, vel solutionis: stringitur, quia spolium dicitur sacrile-
7 gium quod est mixti fori, vt alias dictum est, & insuper tunc agi dicitur de peccato cap. nouit, de iud. Abb. in cap. insinuante num. 9. de offic. delegat. Felyn. in cap. cum venissent num. 9. de iud.

Tertio proponebatur hic actum fuisse remedio declarationis excommunicationis, de qua in sacro Concilio Tridentino sess. 22. capit. fin. de reform. & in Bulla Cœnæ Domini, quæ declaratio spectat ad iudicem Ecclesiasticum dumtaxat, capit. si iudex de sent. excommun. c. veniens de renunc. Cald. de foro comp.

cons.

conf. 9. Sylu. nup. lib. 3. numer. 58. & clarè habetur in sacro Concilio Tridentino de Reform. sess. 25. cap. 3. circa fin.

RESOLVT. DXLVIII.

1 *Officialis ad maiora promoueri non debet pendente inquisitione, quod amplia', etiam si habuerit malum nomen vt patet num. 2.*
3 *Dignitas non debet sequi criminosum sed pœna.*
4 *Officia Ciuitatis obtinere quis non potest pendente debiti solutione.*
5 *Amplia vt nec conducere gabellas possint, nec fideiubere, qui sunt debitores ciuitatis.*
6 *Honores consequi non potest, qui obligatus est ad ratiocinia, vide etiam num. 7.*
8 *Prælatus accusatus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ non potest pendente accusatione ad Archiepiscopatum promoueri.*
9 *Simonia accusatus pendente accusatione nec promouetur, nec promota exercet.*
10 *Tutor accusatus de suspecto interim non exercet tutelam.*

Dispositio textus in c. omnipotens Deus extra de accusat an procedat post annum.

1 REgula sit pro huius articuli discussione nimis graue esse, vt honoretur inquisitus cum ante inquisitionis capita, & requiri, & discuti debeant iuxta decis. SS. PP. in cap. omnipotens Deus extra de accus. & in iure ciuili text. in l. reus delatus ff. de muner. & honoribus vbi in glos. habes contextus, quorum melior est in l. vnica C. de reis postulat. libr. 10. ibi reos criminis postulatos nouos honores appetere non debere antequam purgauerint innocentiam suam à parentibus nostris, & à nobis sæpe rescriptum est, ad idem text. in l. libertus §. in quæstionibus ff. ad municipalem, ad idem Petr. de Greg. in syntag. iur. libr. 47. capit. 10. numer. 3. Cabed. decis. 84. Mastrill. de magist. lib. 2. capit. 9. numero 7. & Ioseph. Ludou. in Rota Perus. dec. 24. quinimo, nec malum habens nomen ad aliud officium debet nominari, vt dicit D. de Ponte. de potest. Proreg. in tit. de election. offic. §. 5. ex Cassan. in consuetud. Burg. §. 6. in rub. iust. & droit. referendo sequitur Mastrill. loco vt sup. num. 11. ad quod allegat tex. in l. sancimus Cod. ad l. Iul. repetun. cum concord. & prædictorum rationem ponit Imper. in l. ne quis officialium Cod. de decur. lib. 10. vbi vtiq; namque criminosum non dignitas debeat, sed pœna comitari, cum necesse sit, vt viuat inculpabiliter, vt dicebat Cassador. qui sui præsentiam nouit Principibus offerendam, & ad prædictorum Coronidem habemus item in iure, quod prohibetur quis assumi ad officia ciuitatis pendente debiti solutione vt in l. prima Cod. de debit. Ciuit. lib. 10. Bald. decis. 90. & quos congerit Mastrill. de magistr. libr. 2. cap. 12. numero 49. vbi num. 54. ex Auend. Petr. de Greg. Thol. ampliat etiam ad conductores gabellarum, & ad ipsos fideiussores, obligatus enim ad ratiocinia non potest interim ad honores vocari cap. vnico de obligat. ad ratiocin. l. officiales Cod. de Episcopis, & cler. Sayr. decis. 27. de accusat. quinimò pendente inquisitione prohibetur etiam disponere de rebus proprijs cum præsumatur, illud in fraudem fieri l. post contractum ff. de donat. quemadmodum Prælatus de lapidatione bonorum Ecclesiæ accusatus pendente accusatione non potest assumi ad Archiepiscopatus dignitatem, nec eiusdem Ecclesiæ, bona interim administrare tex. est singul. in cap. venerabilis extra de offic. deleg. & latè per Farin. dec. Rotæ 197. & Grass. decis. 3. de accus. illud ampliat etiam in inferiore Prælato, & in Simoniæ crimine quid dunius legimus propter enormitatem delicti, vt pendente accusatione
9 non solum promoueri verum etiam promota exercere in capit. tanta extra de Simon. quemadmodum
10 nec tutor accusatus de suspecto interim exercet tutelam l. eum apud quem C. de suspectis tutoribus latè Montera in dec. Rotæ Arag. 39. his non obstantibus regulam prædictorum iurium limitabam cum Sayr. in decis. 7. de probat. vbi dicit iura illa tantummodo procedere quoties opinio eiusdem accusati apud bonos, probosq; viros esset grauata, secus verò si per maleuolas tantum personas esset inquisitus, quam decis. secutus fuit Nauar. in proprijs terminis cons. 3. de accusat. & alleg. text. in terminis in capit. qualiter, & quando il 2. extra de accus. & hanc limitationem in indiuiduo militare in casu meo apparet cum opinio Sayri adeo non fuerit ex inquisitione aggrauata ad suum proregem, qui vir bonus dicitur argum. l. continuus §. cum ita ff. de verbor. obligat. leg. penult. ff. de procur. facit l. 3. ff. si quis caution. vt illum ad hanc dignitatem nominauerit omnium enim nobilium, probatarumq; personarum, testimonium pro se habere dicitur, qui principis conscientiam tenet ad text. in leg. omnium Cod. de testamen. quare Andreas in capit. sancimus il 2. quo tempore miles satis peccare in conspectu multorum dixit, qui in conspectu principis sui delinquit, ita vt tanquam facti notorium non possit probabiliter negari cum facti notorium sit, quod exhibet, & offert se oculis omnium, vnde publicè fieri dicuntur, quæ apud magistratum fiunt in leg. 1. §. vnusquisque, & §. in publicum ff. de fugit. quare statim punitur, & absque causæ cognitione secundum aliquos omne crimen, quod coram magistratu committitur, de quo apud Lucam de Penna multa leguntur in l. quoties numero 2. Cod. de dignit. libr. 12. & si bannitus ad officia admitti potest quo fuerit probando guidatus à principe, vt dixit Bald. in l. creditores Cod. de fideicomm. & sequitur Mastrillus libr. 2. capit. 22. numero 59. quare non item officialis à principe nominatus.

Propterea proprius reducendo punctum Sayr. in limit. considero promouendi probatam vitam non ex vulgi opinione, quæ qualis sit apud Ciceronem in oratione pro Murena videre est, sed ex ipsius Præf. Prætorio attestationem habendam esse, & hoc est tex. notab. in d. l. sancimus C. ad l. Iul. repet. ibi qui ad honores non ambitione vel prætio sed probatæ vitæ, & amplitudinis tuæ solent testimonio promoueri: Proregis enim partes sunt, an verè voces illæ contra officiales sint, an vero ad libidinem per clientelas effusæ ad Principem referre: pulcherrimus ad hoc, & notabilis est text. in l. iustissimos C. de offic. Rector. prouin. præsumitur enim Principis attestatio dolo, & fraude facta iuxt. ea quæ Boer. de autho. Mag. consil. numer. 149. circa finem, & Principes præsumi factorum Domesticorum scientiam habere dixit de Ponte in consil. 2. numero 56. & tex. in leg. consensu §. super seruis C. de repud. & Bald. in l. quicunque C. de seru. fugitiuis, & à maleuolis personis inquisitiones iudicum procedere, & in terminis est decisio dict. capit. qualiter, & quando, vbi habemus non curandum esse de inquisitione Magistratus propter inimicos, quos sibi fecit condemnando, fama enim, quę originem habet à maleuolis personis non probat Ascia determ. 73. numero 12. odia verò inuidias, seditiones, atque alia incommoda pati magistratus legimus apud Cicer. in orat. pro Sexto, & in orat. pro Flacco, & in l. 1. offic. & apud Plat. in l. Cornicularij num. 1. Cod. de apparit. præfect. præt. lib. 10. & Fr. Anton. de Comos in Microcosm.

2. par.

2.par.dialog.2.& in Andr.de Isern.patet exemplum, & ideo cautus prouidus officialis in præterita censura quindecim mille sentẽtiarum ab ipso latarum, fidemque maiestati transmisit, vt inde videret, totidem inimicos habere in Regno. Quare cum in his inquisitionibus promiscuè omnes recipiantur in testes, nec repetantur, nec detur copia eorum depositionum, nec repulsa admittatur, de cuius ratione latè docet Ioan. Pedin. de maiestat. Princip. in verb. sed etiam per legitimas numero 147. cum pluribus sequentibus, & refert Rouit. in pragm. 1. num. 5. de muner. official. oculatissimos iudices, ac vna simul mitissimos hic requirerem.

Limito secundo d. decision. cap. omnipotens Deus vt non procedat si inquisitio infra annum non terminaretur, cum suspicio ista non promouendi ad maiora annualis sit dec. est in terminis in d. l. reus delatus ff. de muner. & honor. ibi sed post annum quam delatus est patere non prohibetur, & sic cum generalis hæc censura immortalis videatur non sine ærrarij, & ipsi us Reipub. detrimento cum propterea nullus magistratibus debitus habeatur honor, non video quo iure transacto anno inquisitionis non possit nominari.

Limito tertio prædicta cum Franc. in dec. 8. quando inquisitio non esset de commissis in officio iuxt. distinctionem Bart. in l. libertus §. in pensionibus ad municipal.

Vel quarto, quando ex illa transactione non posset ab officio remoueri.

Vel quinto, si veniret priuandus, nullum tamen in informatione capta substantiale pro fisco appareret, ne quis ante probationes iniuriam patiatur iuxt. dec. l. 3. Cod. vbi Sen. vel Clariss. quæ in suo proprio casu loquitur, ita vt limitarem regulam prædictam quando non esset coniunctus officialis, & bonæ esset famæ, quæ precipuè ex Proregis attestatione, vt diximus habetur ad quod facit, quod dominus de Ponte in decisione 7. num. 10. & 11. præsertim cum sint etiam qui dixerunt iudicium suspensionis posse procedere per solas coniecturas, cum tamen illud priuationis fundari debeat in veritate probationum, in suspensione tamen requiratur, vt summariè audiatur inquisitus dando ei capita ex quibus suspensio prætenditur, & profecto casus mei consiliarij, & suspensionem, & priuationem sapit, cum non consultando debito eum prius honore, & expectando finem inquisitionis debiti iuris suspensionem inducunt.

RESOLVT. DXLIX.

1 *Prærogatiua nulla videtur deferre crucem cum velo, vel sine velo.*
2 *Ex decore maiori maioritas apparet dignitatum.*
3 *Quilibet secundum dignitatem suam vestiendus est.*
4 *In sacerdote requiritur ornatus exterior.*
5 *Deferre crucem ante se proprium est Archiepiscoporum in signum iurisdictionis.*

Canonici Regulares an possint in processionibus deferre crucem.

IN occurrenti facto dicebam quæstionem hanc à nemine esse tactam, non enim reperi iure causam
1 prærogatiuam esse crucem deferre cum velo, vel sine velo.

Tamen potius prærogatiua dicenda sit, vt cum velo, deferatur, nam ex decore maiore, & ornatu maioritas apparet dignitatum, vt in cap. vt Apostolicæ de priuileg. in 6. & melior. tex. in cap. 1. in authen. de Præsid. Palestin. ibi venustumque se præbere tanto redi-
3 mitus honore, cum quilibet etiam seruus vestiendus sit secundum dignitatem suam leg. sed, & si quid §. sufficienter ff. de vsufr. plura Carauit. in Rit. 101. numer. 7. & Cauens. in Rit. 235. Boer. de author. Mag. consil. num. 150. & in add. Frec. de sub feud. lib. 2. cap. 6. num. 42. & lib. 1. cap. 4. num. 5. fol. 23. Nauar. lib. 1. titul. de maior. & obed. conf. 1. num. 5. Quare or-
4 natus exterior requiritur in Sacerdote cap. 1. & 2. 41. distinct. & ideo clericum vt laicus incedentem, percuti posse præter pœnam Canonis, si tamen clericum esse ignoretur, dicit glos. in cap. in audientia in verb. iniuriam extr. de sentent. excommun. & in cap. si iudex illo eodem tit. in 6. prima facie quis præsumitur, qualem eum vestes indicant, l. item apud Iabeonem §. si quis virginem ff. de iniur. Paris de Put. in tract. Sindic. in vers. nunciatis cap. 1. & plenè notat Specul. in tit. de Aduocato §. sequitur, & Lucas de Penna in l. 2. Cod. de vestibus. Holober lib. 10. Quod si sine velo crucem deferre prærogatiuam esse dicendum sit, cum cæteri clerici, & ipse Illustrissimus Ordinarius sine velo crucem deferant arg. l. 2. C. de vestibus. Holober. lib. 12. & cap. denique 21. distinct.

Allegare secundo possent Canonici Regulares, quod cum ipsi clerici sint, & vt clerici præcedant Monacos Nigros in processionibus ex sententia Summi Pontificis, meritò ne vna, eademque res diuerso iure censeatur contra iuris regulam, dicendum est Priuilegio illo, si quod est, vti posse.

His non obstantibus considero deferre ante se cru-
5 cem proprium esse Archiepiscoporum in signum eorum iurisdictionis cap. 1. vt lit. pend. cap. antiqua extr. de priuil. & melior text. in clem. Archiepiscopo de priuil. & inde fuit dubitatum an in locis exemptis suæ Prouinciæ, vel ad eam declinans crucem deferre possit, & posse fuit decisum in d. cap. Archiepiscopo, & in decis. Franc. 211. & ratio primi dubij est, quia durant reliquiæ suæ iurisdictionis antequam loca facta essent exempta, & ratio dubij esse posset, quia transitus per aliam Diœcesim non habetur in consideratione, sed attenditur locus, quo Archiepiscopus pergere destinauit arg. l. nihil interest ff. de capt. & postlim. reuers. & eorum quæ per glos. in cap. 1. 27. qu. 2. nec in modicis est facienda vis in l. in rebus ff. Commod. leg. scio ff. de in integr. restit. leg. Senatus §. Marcellus ff. de leg. 1. ad quam regulam latè Tiraquell. in tractat. de minim. siue exig. in iudic. exigen. Afflict. in cap. imperialem in fine 12. notab. de prohib. feud. alienat. per Federig. & Anna pater. in constit. Regni si quis aliquem numero 44. si ergo deferre crucem Archiepiscopi dignitatis, & iurisdictionis est, ergo necessario sequitur nullum subditorum illam deferre posse maiore suo non annuente arg. cap. denique 21. distinct. vbi nec benedicere subditos potest, ita vt eum roget, iube Domne benedicere, & similiter temperare nos monet Imperator Theodosius à speciei possessione, quæ soli Principi, eiusque domui dedicantur in leg. temperent Cod. de vestibus Holober. lib. 11. & vestes, & colores Principis nemini assumere licere legimus in l. 1. Cod. quæ res vend. non poss. & in l. sacri affatus Cod. de diuers. rescript. quid simile legitur, & apud Flau. Vop. in Aureliano legimus.

RESOLVT. DL.

1 *In assecutione alicuius beneficij nobilem, vel ignobilem admittere spectat ad Archiepiscopum data paritate literarum.*
2 *Iura tribuunt nobilibus præstationem honoris ex debito.*
3 *Consuetudo contra præuenientiam, quod honor debeatur nobilibus non valet.*
4 *Inter pares dignitates præfertur meliori natus sanguine.*

5 *Vbi*

5 *Vbi datur inæqualitas respectu subiecti cessat prærogatiua temporis.*

An in assecutione dignitatis, seu alicuius beneficij, Nobilis præferendus veniat Ignobili.

1 COnsultus à quodam Archiepiscopo respõdi partes D. Archiepiscopi esse in admittendo ad beneficium nobilem data paritate literarum motus ex
2 eo, quod iura nimium tribuant nobilitati, & nobilibus personis præstationem honoris ex debito, vt legimus in l. 2. Cod. de officio diuersorum iud. in leg. potioris Cod. de officio rector. prou. faciunt dicta per Cassan. in Catal. gloriæ mundi parte 8. consid. 50. Tiraquell. cæterique DD. de nobilitate tractantes, & consuetudinem contra præuenientiam
3 honoremque nobilibus debitum non valere, dixit Ferret. de subf. in fine in quæst. inter Barones & electos numero 35. quare in expectatiuis nobilem precedere ignobilem dicebat Boer. & si ignobilis in Curia Romana staret. in tract. de auctorit. Mag. consil. num. 156. quod est nobile ad limitationem l. iuris peritus ff. de excusat. tut. & in specie de prerogatiua nobilis ad popularem Aduocatum videtur tex. in c. de multa extra de præbendis ibi circa sublimes, & literatas personas argumentando ab ordine verborum, & facit tex. in cap. interim ibi vniuersi nobilioris ciuitatis, & in cap. iudicem post princip. ibi conuenit vnumquemque nobilium in Authent. de defens. Ciuit. coll. 5. & melior. text. in l. honor. §. de honoribus ff. de muner. & honor. & plura Mastr. in tract. de Magistrat. lib. 2. cap. 8. in princip. & de Ponte de potestate Proregis in tit. de electionibus officialium §. 5. n. 9. hinc Gabriell. commun. opi. nobilem virtuosum præfert virtuoso ignobili, & Nat. cons. 637. num. 22. quod
4 inter pares dignitates præfertur qui melior natus est sanguine, & Carauit. Ritu 101. quod nobilis Doctor præcedit ignobilem, & Salicet. in l. societates ff. pro socio, quod in Canonicatibus assequendis nobilis, & literatus præcedit literatum tantum, & Boer. de Auctoritate Mag. cons. n. 80. quod inter Canonicos antiquior præcedit, nisi posterior maior sit nobilitate, vita, vel scientia, & Cynus in leg. prouidendum C. de postul. quem sequitur Afflict. in constit. sancimus in princ. de matrim. public. contrah. quod qui virtute sua pollet, & parentum, hic est præferendus, & Doctor miles simplici Doctori præfertur secundum Alexand. in l. Centurio 5. col. ff. de vulgar. & pupill. ita vt DD. ferè omnes nullam temporis habuerunt rationem in Doctore aduersus prærogatiuam nobilitatis, & in specie Boer. in d. tract. de authoritate Mag. consil. num. 61. post Fely. in rubr. de maioritate, & obedient. in princ. dixit Episcopum de meliori sanguine præcedere Antiquiorem, & num. 63. de consuet. in Gallia seruari scribit, vt cæteris paribus tantum prioritas temporis admittatur in prærogatiuis, & quod Doctor Iun. qui habet aliquam dignitatem annexam prærogatiua temporis locum habeat, dixit Alexan. in leg. cum quid numero 3. & Purpur. num. 65. & Cagnol. num. 40. & 48. ff. si cert. petat. quos sequitur D. præferatur antiquiori, ita vt cæteris paribus tantum præceptor, Fabius de Anna in cons. 22. numer. 10. & cons. 135. numero 13. Gemin. in cap. 1. si Doctor. & cap. si Episcopos 17. dist. Bal. in leg. nemini C. de aduocat. diuers. iud. Barbat. consil. 57. vol. 2. Dec. cons. 161. Frecc. de subfeud. lib. 2. cap. 4. numero 36. Natta cons. 62. num. 3. volum. primo 11. & Cassand. dicta par. 8. cons. 27. multa scribit pro hoc argumento quemadmodum Marzar. cons. 26. numero 55. & 56.
non valere argumentum ab antiquitate dixit quando
5 adsunt accidentia, quæ sunt maioris ponderis, & vbi datur inæqualitas respectu subiecti cessat prærogatiua temporis, pro quo est glos. in l. prima C. de anno Ciuil. lib. 11. nihil enim altius est dignitate dicit tex. aduersus temporis prærogatiuam, in l. 1. C. de cõsul. lib. 12. nec est exhonorandum omnino tempus dicit Imperator. in §. finali in auth. de Menach. vbi glos. notat. argumentũ pro nouis Doctoribus, nam quamuis prima Rom. Reipub. iuuenta Lacedemoniorum exemplo summus honor ætati tribueretur; subsequẽtibus tamen temporibus illud vsu esse desijt, ac cæteris paribus tantum ratio habita est in lib. 2. cap. 15. scribit, & quod nobilis rationis huius qualitatis in dignitate politus dicatur, cum idem sit nobilitas, quam dignitas originale fuit dictum Bart. in leg. 1. §. præterea n. 46. C. de dignitat. lib. 12. notat D. Mastrill. de Magistr. lib. 2. cap. 8. num. 40. & 17. & cum nobilitas sit maiorum gloria, vt definit Aristot. sequitur, quod nobilis præcedat antiquiorem Aduocatum tex. est in terminis in l. vnicuique C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12.

RESOLVT. DLI.

1 *Consuetudo quod in tribunali aduocati nobiles tantum sedeant, ignobiles vero non, est inualida, vide etiam num. 2.*
3 *In aulam Sacri Concilij nemo armatus introire potest.*
4 *Miles non potest portare arma in palatio Principis, quod ob reuerentiam prohibitum est, vt patet n. 5.*
6 *Ob reuerentiam etiam delinquens in Ecclesia non gaudet immunitate Ecclesiæ.*

An valeat consuetudo alicuius tribunalis, qua cautum est, vt nobiles tantum aduocati sedeant, non autem ignobiles.

1 QVod sit inualida, & quod ambo sedere debeant faciunt adducta Mandel. consilio 203. volum. 2. & consilio 642. volum. 4. ita vt de Franch. ratione doctoratus etiam Medicos illam habere dicat in decision. 564. illos propterea coram iudice debere sedere videtur dicendum, præsertim cum ab officialibus honorandos eos etiam legimus in leg. nequicquam §. circa ff. de offic. procurat. Cæsar. in leg. 2. & 3. ff. de offic. diuers. Iudic. ipsumque Principem illis reuerentiam ferre dixit Cumias post Soc. Nepo. in cons. 39. num. 28. vol. 2. in cap. si aliquem in verbo maritata numero 148. ex text. in l. quicquid C. de aduocat. diuers. Iudic. & honor consideratur in sedendo iux. l. Deo nobis C. de Episcop. & clericis cap. conuenientibus §. sancta Synodus 1. quæst. 7. & cap. Episcopi vel præsbyt. 7. quæst. 1. notat Bald. per illum tex. in leg. quoties C. vbi Senat. vel Clariss. maximæque dignitatis esse sedere coram Principe. Dixit Mastrillus de Magistrat. lib. 5. cap. 7. num. 25. & in specie debere Aduocatos sedere dicit Mangrel. decision. suo tempore nostri fori in addit. ad Bartol. in leg. quisquis C. de postul. & Gomes. in l. Taur. 83. numero 57. in 8. priuil. allegat Fely. in rub. de magistris Carauit. in Rit. 101. numero 5. & Iacob. Benn. de priuil. Iurisconsul. par. 3. priuil. 59. cui ministrat consuetudo sedendi in supremo Italiæ Consilio apud nostrum Regem, vbi militantes in memorabili illo Iudiciali certamine reintegrationis tribunalis M. R. Cons. quare quod à supremo illo tribunali obseruatur ab omnibus videtur obseruandum arg. §. sed hodie inst. de satisd. & in leg. de quibus ff. de leg. ex duorum iurium decisionibus dicebam aliàs in secũdo intellectu ad Edictum de Candidatis Italiæ leges Hispaniæ in defectum nostrarum à nobis esse obseruandas cum sit Nobilis illa Regia noua Roma, nec liceat à capite membra discedere capitul. non licet de præscrip. capitul. nullas 93. distin. cap. 2, extra de paro-

parochiis, quare Romana Ecclesia exemplum dicitur aliarum Ecclesiarum, capit. quis nesciat, & cap. nolite 11. distin. & ideò quod ab ipsa statuitur ab omnibus aliis debet obseruari Loffred. cons. 8. numer. 23. Cur. in tract. de feud. in 1. q. col. pen. Luc. in leg. 2. C. de vendit. Rerum fiscal. lib. 10. Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 4. num. 2. Mastrill. decision. 130. numer. 13. vnde nuper consultus respondebat solertissimus Alumnus meus D. Ioannes Maria Nouarius, quod cum hæreditarium sit Regnum Hispaniar. non apparente Inuestitura hæreditarium præsumatur feudum allegabat Curt. in diuers. feud. in versicul. nunc de altera numer. 143. Lanar. consil. 100. De ponte in Repet. capitul. 1. de succ. feud. lect. 2. numer. 19. & si extra Regnum sit contrarium, & procedat, quod dixit Lipar. ex Andr. in capitul. 1. in §. huius autem generis numer. 11. in verb. & hæredib. ex quibus caus. feud. amitti, nec nouum, & si diuersa sint tribunalia iurisdictionis, vt consuetudo vnius loci extendatur ad alium Corn. consil. 319. volum. 3. de Bottis in addit. ad Bartol. in leg. omnes populi de iust. & iur. Alphon. in rubr. de offic. eius numer. 108.

His non obstantibus distinctionem in hoc dubio
2 faciendam existimo, quam colligo tex. in leg. 3. ex C. vbi Senat. vel clar. vbi viri Illustres sine administratione in inclitæ Vrbis P. P. præfectura, & apud ipsum Præfectum Vrbis, qui Germaniæ est cum P. Præfect. potestatis, vt in leg. 2. ff. de aduoc. diuers. iud. leg. 1. C. de offic. præfect. prætor. lib. 10. leg. 2. C. vbi Senator. vel Clariss. notat Surg. de Neap. illust. post Io. de Plat. & Cassan. quos allegat in lib. 1. capitul. 14. num. 18. sedendi prærogatiuam non habent, in Prouinciis verò, & sic coram minoribus Iudicibus sedere legimus, sic pariter dicam Ego quod, aut sumus in tribunalibus, vbi sub nomine Regio fertur sententia, & ibi Aduocati propter eminentissimæ Sedis reuerentiam sedere possint, & si magistratus prius fuissent, vt dict. leg. 3. cum qua concordat tex. in leg. quisquis ff. de postul. qui de præfecti Vrbis Tribunali loquitur, & in cap. 1. in authent. ab Illustribus Coll. 5. quicquid pro concordanti allegat glos. in verbo sedere, cum ille non debeat dum causæ facta panduntur.

In præfecti enim Pret. præfectura ipse Princeps pronunciare dicitur, & sic pro sapientiæ, & luce dignitatis suæ, est ac si ipse Princeps indicasset vt in leg. 1. in fine ff. de off. præfect. Prætor. leg. præfecti ff. de minor. leg. 1. §. à præfectis ff. de leg. 3. facit tex. in cap. nos si incompetenter 7. q. 7. ibi quemadmodum si præsens fuisset vestra Imperialis gloria, quod considerat Andr. in cap. Imperialem §. præterea si inter duos de prohib. feud. alien. per Federic. & multa habentur apud Mastrillum de magistr. lib. 5. c. 10. num. 14. & inde est, quod cum ipsius Principis sit Tribunal, eiusque consequatur prærogatiuas non potest ibi sedere Aduocatus, quemadmodum nec armatus quilibet in Aulam Sacri Concilii introire, 3
constat enim Palatium, in quo iustitia administratur de regalibus esse ad tex. in capit. vnico in verbo Palatio, quæ sunt regalia Capyc. in inuest. feud. in verb. feudor. Clausulæ in vers. hospitiis cum cumulatis per D. Mastrill. libr. 3. cap. 9. num. 4. & in palatio Principis militem arma ferre non posse habemus nouo 4
iure feudorum in capit. si quis rusticus arma §. nemo de pac. tenen. & ibi Iacob. de Aluar. & Afflict. in const. intentionis n. 14. Anna pater in repet. const. terminum vitæ n. 3. & non nulla habes apud Mastrillum de Magistr. lib. 3. d. c. 9. num. 48. vbi illud limitat cum Frecc. de subfeud. libr. 2. in fi. in 4. differ. inter feud. reg. & alia nobil. in Principe, & aliis titulariis, quos armatos in palatiũ introire scribit, & in 15. differ. dicit magnos Barones etiã accusatos, & in ius vocatos sedere iux. l. final. & ibi Bal. in verb. sedendi C. vbi Senat. vel Clariss. quemadmodum, & alia habent specialia, vt in leg. prima Cod. de præpos. sacr. Cubic. lib. 12. & in l. 1. C. de sentent. pass. ita vt qui sedet coram 5
Principe, & armatus etiam in Palatium introire possit, cum illud ratione reuerentiæ prohibitum sit, non autem propter suspectum mali animi, vt putat Andr. ibi & si eius ratio congruat, tit. de pac. tenen. sub quo est text. & pro ea ponderat Andr. qui magnus fuit obseruator literæ, vt similiter notat Camer. in capitul. imperialem fol. 49. liter. E. in leg. qui dolo ff. ad leg. Iul. de vi pub. & consonant dicta per Mastrill. in d. cap. 9. lib. 3. numero 57. vbi multa erudita leguntur more suo. Generaliter enim videmus præsertim in Hispaniæ Ecclesijs obseruari, vt si armatus, aut cum Calcaribus Ecclesiam quis ingrediatur illico Clerici Calcaribus, & ense illum spoliant, non recusat, faciunt in nostros S. C. Apparitores, quos posterios vocant, quod ratione reuerentiæ ex Theod. Iunior lege ab Ephesino Concilio vniuersali approbata orig nem habere scribit Boss. de iure stat. Eccl. lib. 5. fol. 449.

Eiusdem reuerentiæ causa in Ecclesia delinquentes immunitate non gaudent, vt in cap. fin. de immunitat. Eccles. quemadmodum si in palatio, & Regio hospitio deliquerint, acrius puniuntur secundum 6
Guilelm. de Benedict. in cap. Rainutius num. 898. in verb. & vxorem, quam decis. ad delinquentes in Sacro Concilio, alias ex prædictis extendebam, quod tamen cessante ratione non procedit in Aulico, vt solemniter more suo Frecc. lib. primo de subf. in cap. de mag. Senescall. quemadmodum clericus, vel etiam laicus, qui seruit Ecclesiæ delinquens in ea non comprænditur in dispositione cap. final. de immunit. Eccles. & si ratione contemptus omnes comprænderet, quamuis exempli gratia duo tantum delicta ibi exprimantur, vt late D. de Ponte in decis. 14. quod allegabam pro quodam fisci Patrono, qui Consiliario in aula mendacij probrum obstruxerat, & plura dicemus pro quodam patritio Aulico mei Principis, quo excepto semper locum delictum aggrauare habemus, vt in l. aut facta §. locus ff. de pen. quod est ratio decisionis cap. primo vers. vt cum sororem quibus mod. feud. amitt. & faciunt dicta per Camer. in capitulo primo numero 10. an agnat. ita vt non ex alio, nisi ratione reuerentiæ, quam Deo, & Principi debemus prædicta hodie esse affirmarem, quod eo magis adducor, vt dicam, cum illud obseruari videam, & si dolus ille malus, vnde in dicta l. qui dolo arma in iudicio prohibentur propter deuotionem, & obedientiam in Regem nostrum hodie cesset, nec mali animi suspicio potest in vassallis tam Catholici nostri Regis præsumi quicquid exinde mali nostris temporibus alijs Principibus accidisse viderimus, sed satis, superque probatum credo etsi aliter And. dixerit ratione reuerentiæ in Palatio Principis militem arma ferre non posse, & ad rem redeo.

Porro in S. C. huius ciuitatis sub nomine Regio sẽtentiam dicunt, itaut iuxta l. 1. ff. de officio præfect. Prætor. non admittatur appellatio, sed tantum executa sententia supplicatio, præstita tamen à victore cautione in casu retractationis sententiæ, vt in auth. quæ supplicatio C. de precibus Imper. offerend. & in l. vnica C. de sentent. præf. Prætor.

RESOLVT. DLII.

1 *Separatio matrimonij quoad thorum an fiat per noctationem vxoris extra domum viri.*

2 *Separatio thori an fiat ex suspicione.*

De

De separatione matrimonij an possit fieri ob solam pernoctationem vxoris contra voluntatem viri.

FVi sæpius interrogatus de pulchra, & non facili quæstione, quæ talis est, an ex sola pernoctatione
1 ne vxoris extra domum viri contra eius voluntatem possit peti separatio Thori non probata aliter fornicatione.

Et breuiter deductis difficultatibus resolui, quod sic,
2 nam suspicio adulterij sufficit ad separationem leg. consensu Codic. de repud. glos. in cap. non oportet dist. 81. & in l. fin. vers. commune laicorum C. de repud. Bursat. cons. 228. num. 12. vol. 2. qui alios allegat: tamen intellige prædicta, quãdo ignoratur quo vxor fuerit, vel si ad locum suspectum accesserit, vt ad balnea iuxta glos. in d. cap. non oportet. Poterit enim esse, quod ex rixa habita cum viro se contulerit ad domum parentum, vel fratrum, aut aliorum consanguineorum non suspectorum, iudex ergo arbitrabitur: è contra, etiam si vir accesserit ad balneum mulierum, vel cum mulieribus fuerit.

RESOLVT. DLIII.

1 *Pro ampliatione piorum locorum quis cogitur vendere rem suam quod procedit etiam pro ampliatione atrij, vt patet, num. 2.*
3 *Propter publicum ædificium priuata possunt dirui.*
4 *Immunitas Ecclesiæ extenditur etiam ad atrium.*

Priuilegium Ecclesiæ vt possit vicinum compellere ad vendendum, an extendatur pro ampliatione Atrij.

1 REgulam illam, quod pro ampliatione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum piorum locorum quis cogitur suam rem vendere ad text. in leg. si quis sepulchrum ff. de religiosis, & sumptibus funer. abundè D. Nouarius in collect. ad pragmat. 3. de Monialib. latè tradit Aluar. Valasch. in decis. 22. Gram. decis. 75. Thes. lib. 1. quæst. Forens. quæst. 62. Franciscus Marc. in decis. 536. par. 1. Giurb. decis. 86. de Franch. decis. 223. & latè ego ipse in decis. 138. & 147. par. 1. de quibus mentionem facit Nouar. de elect. for. quæst. 27. sect. 2. Dixi consultus procedere, & habere locum etiam pro ampliatione atrij,
2 vt in proprijs terminis aduertit Tapia in pragma. de monialibus, & meritò, nam si propter publici ædificij constructionem priuata dirui posse probat tex. in leg. præscriptio, & leg. omnes Cod. de operibus publ. concludimus ergo, & fortius idem dicendum ad fauorem Ecclesiæ, ipsiusque atrij, cuius fauor, & commodum ne dum priuatæ, sed publicæ vtilitati præponendus est leg. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles. §. si minus authen. de non alienandis rebus Ecclesiæ, ideo religionis fauore non solum ad ipsius Ecclesiæ, vel monasterij constructionem, & constructi ampliationẽ quis cogi debet ad vendendum, sed etiam pro ipsius Ecclesiæ atrio ampliando, vt videmus pro monasterij viridario, eiusdemque viridarij ampliatione iuxta Doctrinã Cost. de remedijs subsidiar. remed. 76. n. 9. Maceraten. lib. 1. resolution. 112. cas. 29. vbi dicit hoc procedere pro omni eo quod connexum esset monasterio, vel Ecclesiæ, vnde cum secundum istos pro viridarij ampliatione quis cogitur rem suam vẽdere, eo magis hoc debet procedere pro atrij ampliatione argum. tex. in leg. multo magis Cod. de Sacrosanct. Eccles. in atrio enim consideratur publica vtilitas, quæ non subsistit in viridario, in quo monachorum tantũ vtilitas apparet, in atrio verò totius populi, quare omnino venit dicendum priuilegiũ Ecclesiæ extendi etiam ad atrium, prout dicimus quod immunitas ipsius Ecclesiæ, vt ad eam fugientes sint tuti, ita quod nequeant extrahi, extenditur etiam ad atrium ad tex. in cap. quisquis 17. q. 4.

RESOLVT. DLIV.

1 *Legatum Ecclesiæ construendæ debetur cum fructibus medij temporis.*
2 *Ecclesiæ construendæ bona relicta possunt per exequutores à quolibet possessore aduocari.*

De legato facto Ecclesiæ construendæ, an debeatur cum fructibus medij temporis.

1 DE huiusmodi quæstione interrogatus breuiter consultus respondi, quod sic, per text. in leg. si ita relictum §. Pegasus ff. de legatis secundo, vbi dicitur, quod si relinquitur prædium in certum diem puta post decem annos, vel cum legatarius erit pubes debetur prædium cum fructibus medij temporis, si dies fuit apposita fauore legatarij, non hæredis, sed in casu Ecclesiæ construendæ apponitur dies fauore Ecclesiæ, quia si fuisset constructa tempore testamenti testator reliquisset de præsenti, non in diem, facit text. in cap. nos quidem de testamentis, vbi debetur relictum Ecclesiæ, sine diminutione, ita tradit Zabarell. & Abbas in cap. nos quidem post cons. Bart. & Franciſci, quos allegat, sed non exprimit numerum consiliorum.

Notandum est etiam secundum Angel. in consilio 129. incip. bona dicti testatoris quod si est factum legatum omnium bonorum hospitali construendo pos-
2 sunt executores si bona relicta ab alijs detinentur intentatis actionibus competentibus auocare à quolibet possessore iuxta tex. in leg. si quis ad declinandum, & l. nulli Cod. de Episcopis, & clericis, & leg. si quis sepulchrum §. funeris ff. de religios. & sumptibus funer. cum alijs. Attamen vide Gratianum nonnulla vtilia scribentem de legato facto Ecclesiæ construendæ discep. Forens. tom. 2. cap. 358.

RESOLVT. DLV.

1 *Emptor rei Ecclesiæ sine solemnitate an recuperet prætium.*
2 *Dolus maior attenditur quando incurrit cum minori.*
3 *Emptor rei Ecclesiæ sine solemnitate potest repetere prætium etiam si sit malæ fidei emptor in odium prælati malè alienantis, sed non ab Ecclesia.*
4 *Procurator confraternitatis malè alienans tenebitur de euictione.*

Emptor rerum Ecclesiæ sine solemnitate, an recuperet prętium.

1 VAriæ quidem, sed notabiles ad hanc quæstionem adducuntur opiniones, nam glos. in capitul. ad audientiam de reb. Ecclesiæ non alienandis distinguit inter bonæ, & malæ fidei emptorem, post quam distinctionem pulchrè subdit malæ fidei emptorem prętium non recuperare, quæ opinio multorum quidem auctoritatibus comprobatur. Sed contrariam sententiam aliquando fui sequutus, & per glossam in authen. qui res de sacrosanct. Eccle-
sijs, vbi dicitur, quod etiam malæ fidei emptor, vel conductor possit repetere, quod dedit, quia sicut dolus præponderat culpæ leg. item obstetrix §. fin. ff.
2 ad legem aquil. ita dolus maior videtur præponderare minori, & maior dolus videtur esse in prælato malè alienante rem Ecclesiæ, vel Oeconomo propter officium, quod habet, cum sit magis ob-

ligatus ad defendendum iura Ecclesiæ, quam sit dolus emptoris, qui non habet officium, propter quod teneatur ad conseruandas res Ecclesiæ, & sic videtur quod malæ fidei emptor, vel conductor possit agere ad repetendum id, quod dedit, idem voluit glos. in cap. hoc ius versiculo qui verò 10. quæstione secunda, Bal. in dicta Authen. qui res tenuit quod licet Ecclesia de rigore iuris ciuilis lucretur pretium datum, vt in leg. iubemus §. sane. Codice de sacrosanctis Ecclesijs, & dicta auth. qui res; tamen de æquitate canonica videtur quod Ecclesia si fuit ex pretio locupletata, debet illud reddere emptori, aliorum verò diuersa est opinio.

Sed breuiter dicam communi calculo receptiorem, & saniorem sententiam esse Imolę in dicto capitulo ad audientiam de rebus Ecclesię non alienand. & sic consului, debet enim distingui inter emptorem bonæ, & malæ fidei, quam precipuè tenent Innocentius ibi, expresse Ioannes Andreas Calderinus in capitulo si quis eadem titulo, & Florian. vnde inquit Imola difficile esse in praxi obtinere contra multorum opiniones, saltem in foro Ecclesię, & præcipuè quia glos. legistarum videtur tenere opinionem glos. in d.c. ad audientiam excepta glos. in d. auth. qui res, ponit etiam suam opinionę Imol. quod emptor malę fidei non habet actionem de euictione simpliciter, sed solum ad petendum id, quod dedit, & sic vltra datum non possit agere de interesse, vt patet in d. auth. qui res canonizata 10. q. 1. cap. hoc ius §. qui verò, &
3 quod possit agere, ad pretium contra prælatum malè alienantem, & non contra Ecclesiam, vt habetur in dicto versiculo, qui verò, & in dicta authen. qui res & in §. si quis igitur in authen. de non alienand. & sic speciale hoc casu in odium malè alienantis rem Ecclesiæ, vt teneatur ad restitutionem prætij, etiam emptori malæ fidei, licet non ad aliud interesse sicut in simili est speciale in lege finali §. emptor Cod. communia de legat. vbi emptor malæ fidei agit ad prætium recuperandum contra venditorem, sed non ad aliud interesse, vt male alienantes sint segniores in alienando, & pigri per id quod habetur in dicto §. si quis igitur, sed vt ipse Imola subdit in praxi difficile obtineretur propter authoritatem glosæ Innocent. & aliorum supradictorum, opinionem tamen Imolæ sequitur Bertrand. consilio 317. volu. primo, par. prima, & consilio 154. volum. secundo, numero 13. vbi cum malæ fidei emptores fructus suos non fecerint, debent illos in pretium compensare, & cum reparationibus, si quas fecerunt, & dicit idem Bertrand. consilio 126. vol. secundo par. prima, quod
4 procurator confraternitatis, siue eleemosynæ, si perpetuò locauit, seu alienauit sine decreto, & cõtra ius, rectores moderni possunt recuperare, & ipse tenebitur de euictione non confraternitas adnot. per glos. per Franc. de Plat. in leg. 1. C. de venden. reb. ciuitat. lib. 10. & ex his apparet, quod Ecclesia non tenetur restituere pretium, sed prælatus male alienans.

RESOLVT. DLVI.

1 *Refertur casus quæstionis.*
2 *Adhærens muro Ecclesiæ in exteriori an gaudeat immunitate.*
3 *Intellectus ad Bullam Greg. XIII. de confugientibus ad Ecclesiam.*
4 *Priuilegium, quod est fauorabile debet ampliari.*
5 *Quæ religiosis adhærent religiosa sunt.*
6 *Contentum sequitur naturam sui continentis.*
7 *Priuilegium concessum Ecclesijs conceditur etiam per triginta passus in circuitu eius.*
8 *Accessorium est quoddam individuum à principali ratione dependentiæ.*
9 *Accessorium debet iudicari eiusdem naturæ, cuius est principale.*
10 *Accessorium sequitur naturam principalis sui.*
11 *De accessorio semper iudicandum quod de eo, cui accedit.*

De quodam pictore pingente in pariete Ecclesiæ partis exterioris, quem amplexus fuit tempore, quod à birroarijs erat capiendus an gaudeat immunitate Ecclesiæ.

1 TAlis casus fuit mihi propositus: Quidam pictor pingebat in muro Ecclesiæ in parte exteriori, & viæ publicæ, quia erat de homicidio inquisitus birroarij curiæ volebant illum capere, quibus visis ipse
2 pictor parietem, in quo pingebat amplexus fuit, dubitatur nunc, an gaudeat immunitate Ecclesiæ, & primo intuitu videbatur negatiuè resoluendum, quoniam priuilegium immunitatis Ecclesijs concessum fuit cap. inter alia cap. immunitatem, & c. fin. de immunitate Ecclesiæ, & appellatione Ecclesię venit tantum, quod est intus Ecclesiam, sed non quod foris Turrecremat. in cap. Ecclesię Felynus cap. exceptionem numero 4. de exceptionibus, & Bulla Gregorij XIII. indulgens immunitatem delinquentibus intelligitur de confugientibus intus Ecclesiam, vt voluit Ambrosinus quæst. 3. Ital. de immunit. Ecclesiæ quæstione 15. Farinac. cons. 76. volum. primo, nec appellatione Ecclesiæ venit pars exterior muri Ecclesię, quæ viam publicam spectat secundum Archidiac. in cap. vnic. de reliquijs, & veneratione Sanctorum in sexto.

Cæterum contrariam sententiam veriorem, & securiorem de iure esse sensi ex infra dicendis, tum
4 primo, quia priuilegium immunitatis est fauorabile, & propterea ampliari debet argumento text. in cap. odia de regul. iur. in 6. & cap. statutum à contrario sensu de elect. quos ad hoc propositum allegat D. Nauar. in sua vtili praxi electionis, & variationis fori quæst. 5. num. 5. sectione secunda, facit etiam, quod
5 ea quæ religiosis adhærent religiosa sunt lege, quæ religiosis ff. de rei vendicatione cap. quod in dubijs de consecrat. Eccles. vel altaris Lopez in leg. decimaquarta titulo decimo, par. prima glos. 3. & in lege secunda titulo duodecimo parte septima glosa sexta post medium, vnde euenit quod cappella annexa Ecclesiæ gaudeat eisdem priuilegijs, quibus gaudeat Ecclesia glos. prima in capitulo cum cappella versiculo in primo casu de priuilegijs, quam sequitur, & approbat Alexandr. consilio centesimo nonagesimo quinto, ex themate numero quinto, volumine secundo, Butrius in dicto capitulo cum cappella, numero tertio. facit etiam, quod contentum
6 sequitur naturam sui continentis lege adeo §. insula ff. de acquir. rer. dominio lege ad testium §. finali ff. de testamentis lege quod si neque §. materia ff. de periculo, & commodo rei venditæ Gonzalez ad regulam 8. Cancell. glos. 10. numero 10. facit Bar. in lege si finita §. ex hoc edicto numero 5. ff. de damn. infect. vbi per eum textum post Guglielmum de Cuneo ait quod si Imperator concessit priuilegium Castro, videtur etiam concessisse villæ, quæ sit ei iuncta l. prædijs §. balneas cum sequent. ff. de legat. 3. l. Seiæ §. tyrannæ. ff. de feudo instructo l. si quando C. de bonis vacantibus li. 10. Paulus de Castro in consilio 373. num. 2. lib. 1. Abbas in cap. quia monasterium num 5. de religiosis Domibus.

Vlterius insurgit pro comprobatione nostrę intentionis quod priuilegium concessum Ecclesiæ dici-
7 tur etiam concedi per triginta passus in circuitu eius cap. quisquis inuentus 17. quæstione 4. cap. sicut antiquitus cap. diffiniuit eod. causa, & quæstione Abb. Henri-

Henricus, & Doctores in cap. Ecclesiæ de immunitate Ecclesiarum Couar. lib. 2. variar. cap. 20. n. 5. l. 4. tit. 13. par. 1. Gomez tom. 3. variar. cap. 10. num. 1. & 2. Angel. in tract. de maleficijs, verbo in scalis sancti Petronij numero 3. dicens ex eo quod captus in scalis, vel ostio Ecclesiæ dicitur in Ecclesia captus leg. præsenti §. sanè ff. de his qui ad Ecclesia confugiunt, vbi Bart. ergo multo magis hoc dicendum est in casu nostro de pariete, qui est annexus, & accessorius, & incorporatus ipsi Ecclesiæ; Nam & accessorium
8 dicitur quid individuum principali ratione dependentis leg. tunc inutile ff. de pecul. legat. Bart. lege Græce §. illum, numero quarto ff. de fideiussoribus Menoch. de retinend. possess. remed. primo, numero
9 129. & accessorium debet iudicari eiusdem naturæ, cuius est principale lege etiam. vbi Bartol. & alij Cod. de iure dotium lege inter socerum §. cum inter versiculo final. ff. de pactis dotalibus leg. final. §. primo in fin. ff. de legat. 3. Iason in lege si ex toto. numero 6. ff. legat. 1. & in lege quod in rerum §. si quis post numero 2. eod. tit. & ex vulgari iuris regula, quod
10 accessorium sequitur naturam principalis capitul. si super gratia de offic. delegat. in sexto, leg. fundi ff. de fund. instruct. l. 1. cum seq. ff. de pecul. legat. Ioan. Andr. in cap. volentes numero 2. de priuileg. in sexto, Rebuff. respons. 48. versiculo non obstat, & ita idem dicendum, & iudicãdum est de muro prædicto, & de accessorio idem iudicandum est semper, quod de eo cui accedit leg. sed addes §. si quis ad mulierem ff. locat. leg. si quando cum similibus Codic. de bonis vacantibus lib. 10. Menoch. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 110. num. 36.

RESOLVT. DLVII.

1 *Beneplacitum summi Pontificis præsumitur interuenisse post triginta annos.*

3 *Assensus Apostolicus an præsumatur interuenisse post triginta annos, si ex inspectione instrumenti apparet non interuenisse.*

3 *Qui ab initio sine Papæ licentia cum Ecclesia contraxit, & possessionem accepit semper contra iura præsumitur, quod post adeptam possessionem non amplius curauit de impetranda licentia.*

4 *Semel malus semper præsumitur malus.*

Regula illa quod assensus Apostolicus ex lapsu triginta annorum præsumatur, an locum habeat quando ex inspectione eiusdem instrumenti apparet non interuenisse.

1 VEra, & indubitabilis est, & apud omnes recepta conclusio, vt beneplacitum Summi Pontificis post 30. annos præsumatur interuenisse in alienatione rerum Ecclesiæ, vt trado ego ipse in decision. 116. par. 2. vbi latè D. Nauar. in allegatione sua illic inserta, vbi hoc optimè, vt solet firmat Cardin. Seraph. decis. 671. post Anchar. in cons. 136. Gemin. consil. 87. Dec. consilio 36. & alios, sed difficultas est quan-
2 do ex inspectione instrumenti apparet non interuenisse, an tunc procedat supra dicta conclusio, & multi tenuerunt non præsumi propter euidentiam facti: ita Paul. de Castr. consilio 48. volum. 1. incip. in causa, quæ vertitur inter Reuerendum Patrem, quem refert, & sequitur Alex. consilio 1. vol. 4. col. penult. numero 21. Ias. in leg. bonorum C. qui admitti num. 15. vers. quinto limita Afflict. decis. 107. in causa Dominæ Aloysiæ, vbi quod multum operatur euidentia facti Bal. in l. 1. C. de ædilit. act. & tollitur præsumptio per id quod contrarium apparet l. cum multæ C. de donat. ante nupt. & multi alij sequuntur hanc opinionem, quos refert Anton. Gabriel. comm. conclus. de præsumpt. conclus. 1. n. 57. contrariam opinionem tenet Felyn. in cap. sicut de re iud. numer. 33. vers. septimo, & vltimo declara post Anchar. quem ipse allegat consil. 136. propter cursum 30. annorum, qui facit præsumi solemnitatem, & esse purgatum omne vitium.

Declarat tamen Paul. de Castr. & Alexand. in loc. cit. vt eorum opinio procedat, quando in instrumento enunciatur solemnitas, sed non est integrè descripta, tunc clarè constat ex inspectione de solemnitate non adhibita, secus quando in instrumento nihil dicitur de solemnitate, tunc in facto antiquo præsumitur, vt latè per Felyn. in loc. cit. idem tenet Cranet. de antiq. tempor. parte tertia numero 27. qui alios allegat. Secundo declarat Felyn. quando consensus debuisset requiri à principio à persona tali, cum qua non fuit sequuta diuturna obseruantia actus, neque aliqua continuata eius notitia, tunc enim non esset inducta præsumptio, quod illa persona consensisset, quia cessat ratio, quare ex diuturnitate temporis præsumitur interuenisse, est enim ratio, vt inquit, diuturna obseruantia, & scientia, & patientia eorum, cum quibus res est gesta, quæ facit præsumi, quod si à primordio actus fuisset minus solemnis non fuisset tolleratus, sed impugnatus ab habentibus notitiam defectus solemnitatis, vnde infert post Alexan. quem allegat, quod si Episcopus iurauit non alienare inconsulto Romano Pontifice, & reperiatur facta alienatio, quæ de licentia Papæ nihil exprimit, certè ex diuturnitate temporis non præsumitur dicta solemnitas, cum non constet verè, vel præsumptiuè Papam habuisse scientiam dicti contractus, & sequitur, & de hac decis. nunquam obliuiscaris.

Infert etiam, quod si apparet testamentum Cardinalis Antiquum non præsumitur testatus de licentia Papæ, & per consequens præambula licentia, sequitur Affl. in d. dec. 107. post Alex. quem allegat cons. 17. vol. 4. col. 2. & cons. 9. col. 3. vol. 2. & Bald. in leg. 2. C. de legit. hæred. & in l. si alienat. ff. de acquirend. hered. in verbo sed si non adierit, & in l. si filius C. de petit. hæred. vbi ex antiquitate temporis præsumitur solemnitas, quia interuenit scientia, & patientia illius, cuius auctoritas, vel consensus præsumitur, & successiuè non probata scientia Papæ, qui debebat consentire, non oritur præsumptio, & ex hac declaratione sequitur, quod beneplacitum sedis Apostolicæ ex cursu temporis non præsumitur data eius absentia, sed benè aliæ solemnitates, vt tractatus, & consensus Capituli, Episcopi, & aliorum, qui fuerunt præsentes: redditur igitur valdè dubia prima conclusio, vt assensus
3 præsumatur, pro qua etiam videtur facere quod qui ab initio sine Papæ licentia cum Ecclesia contraxerit, & possessionem rei Ecclesiæ, accepit, contra iura præsumitur, quod post adeptam possessionem non amplius curauerit de impetranda licentia, vt in regul.
4 qui semel malus semper præsumitur malus, & ex præterito præsumitur in futurum, vt not. glossa in dicta regula, vbi quod requiritur probatio in contrarium, vt tollatur hæc præsumptio capitulo ferrum distin. 51. & prædicta tanto magis procedunt in personis rusticis, qui sæpè etiam si sciant indigere dispensatione, vel licentia Papæ, neque illam impetrant, cum quibus præcipuè circa impedimenta iuris positiui Prælati quandoque in praxi vtuntur dissimulatione argumen. capitulo quia circa de consanguinitat. & affinitat. vel limitarem tamen quando in instrumento reseruaretur authoritas sedis Apostolicæ cum clausula, non aliter nec alio modo, tunc colligetur animus impetrandi assensum ad notat. per Ias. in leg. 2. Cod. de iur. Emphyt. & ex diuturnitate temporis præsumi deberet.

Declarat Tertio, vt beneplacitum sedis Apostolicæ etiam secundum Rot. opin. non procedat, si adsit præsumptio in contrarium, vt optimè tradit Seraph. d. decis. num. 8. & hęc breuiter circa hanc materiam dixisse sufficiat.

RESOLVT. DLVIII.

1 *Refertur casus quæstionis.*
2 *Instituto hæredi, vt præsbyter efficiatur dato ei substituto in casu contrarij, an possit statui terminus ad suscipiendum præsbyteratum.*
3 *Conditioni meræ potestatiuæ, vel mixtæ potest statui terminus ad implementum.*
4 *Quæ requirantur ad susceptionem sacrorum ordinum.*
5 *Ordinis susceptio dependet à voluntate, & potestate ordinandi.*

Hæredi instituto, ita quod præsbyter efficiatur dato substituto in casu contrarij, an substitutus possit petere, vt statuatur terminus ad suscipiendum præsbyteratum.

QVidam præsbyter ciuitatis Acceræ contulit mecum hunc casum in d. ciuitate sequutum.
1 Testator instituit hæredem Franciscum, & voluit quod efficeretur præsbyter, & casu quo non fuerit effectus præsbiter substituit Sempronium. Dubitatur
2 nunc an substitutus possit petere statui terminum Francisco ad suscipiendum ordines sacros, & secundum Bart. in l. si quis suus ff. de iure delib. conditioni
3 potestatiuę vel mixtæ potest statui terminus ad implementum, & est text. in l. suum quoque §. sed, & si filio, & in l. si quis instituatur hæres ff. de hæredibus instituend. sed conditio prædicta non videtur meræ potestatiua, nec talis mixta quæ de facili adimpleri possit, cum ad susceptionem sacrorum ordinum, &
4 celebrationem Missę sit opus multis literatura voluntate Episcopi ordinatoris, & alijs Bart. in d. l. si quis suus videtur velle quod possit statui terminus idem Imol. in d. l. si quis instituatur Francis. Aretin. in lege quamdiu ff. de acquirend. hæreditat. videtur velle quod hæredi instituto sub conditione mixta, vel alia, quæ non sit in potestate non possit statui terminus ad instantiam substituti, sed bene ad instantiam creditorum non quidem vt impleat conditionem cum implementum ab eius voluntate non dependeat, sed statuitur terminus, quia nisi infra terminum institutus petat bonorum possessionem, vel nisi conditio eueniat, & hæreditatem adeat ipse institutus, permittit iudex per creditores bona defuncti possidere, & quod procedetur ad dationem curatoris, idem voluit Inn. & hanc opinionem sequitur Bertrand. cons. 364. vol. 1. par. 2. Attamen mihi placet opinio Bartoli, & sic
5 consuluit in hoc casu, cum ordinum susceptio dependeat magis à voluntate, & potestate ordinandi, quam Episcopi, qui semper solet ordinare dignos ad not. in simili de principe solito concedere aliquid in l. apud Iulianum §. constat. ff. de legat. 1.

RESOLVT. DLIX.

1 *Denunciatio excommunicati (vt videtur ab alijs) an dicatur facta per sententiam excommunicationis latam in tribunali, vel requiratur publicatio in Ecclesiæ, vel alijs locis publicis.*
2 *Banimentum dicitur fieri publicè quando fit in locis publicis ciuitatis.*
3 *Publicum dicitur quod fit coram sex personis.*
4 *Excõmunicatio si probetur per viam exceptionis, an alij teneatur euitare excommunicatum.*

An requiratur affixio cedulonum, vel publicatio in Ecclesia ad effectum, vt quis publicè declaratus dicatur excommunicatus, vel sufficiat solum sententia excommunicationis lata in tribunali.

1 IN facti contingentia dum de tali quæstione essem interrogatus, ex mente multorum doctorum respondi, non sufficere sententiam excommunicationis fuisse latam in tribunali coram aliquibus testibus, sed debere publicari in Ecclesia, vel in alijs locis publicis Ciuitatis in prædicatione, aut per Cedulonum affixionem, ita quod transeat in notitiam populi, & ita tenent Anton. & Io. Andr. in cap. illa de elect. vbi dicunt illum dici notoriè excommunicatum, qui excommunicatur in publica excommunicatione, vel in prædicatione, aut in Ecclesia, præcipuè in solemnibus festiuitatibus quos sequitur Fely. in cap. exceptionem col. fin. de exception. vbi dicit dictos DD. sentire expressè quod excommunicatio lata pro tribunali non faciat propriè notorium excommunicatum, adducit cap. 1. de postulat. prælat. in verbo publicè promulgatur, per quem text. dicit Feder. de Senis cons. 212. super themate quod Bannimentum
2 dicitur fieri publicè, quando fit in locis publicis ciuitatis, eandem opinionem tenet glos. in pragmat. sanctione super extrauag. Martini V. ad euitanda in verbo generaliter, & ita se habere praxis testatur Natar. in cap. 1. §. laboret de pœnit. distinct. 6. num. 23. & in Manual. cap. 27. num. 35. Couar. in cap. alma mater. 1. par. §. 2. num. 7. Guttierez lib. 1. quæst. Canonic. cap. 1. num. 29. & seq. facit Cle. quamuis in §. si verò de foro compet. & in Clem. causa de elect. in verbo solemniter.

In contrarium tamen consuluit quod illud dicitur
3 pulicum, & publicè fieri quod fit coram sex personis capitul. aliquando de pœnitent. distint. 6. ergo videtur sufficere quod sententia sit lata coram sex personis in tribunali, vt dicatur quis declaratus excommunicatus. Secundo facit text. ineuitabilis in cap. fin. de cohabit. Cleric. & mulier. vbi habetur Missam non esse audiendam a notorio concubinario postea text. declarat notorium concubinarium dici per sententiam, aut per confessionem factam in iudicio, aut per euidentiam rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit, & sic declaratus per sententiam excommunicatus in tribunali dicitur declaratus non solum publicè, sed notoriè, nec satisfacit responsio Fely. in d. c. exceptione, vbi dicit, non nego quod sententia excommunicationis lata pro tribunali inducat notorium per c. fin. de cohabit. cleric. & mulier. sed non debet quis puniri pœna facientis actum cum publicè excommunicato, quia illa qualitas requirit notorietatem non iuris tantum, sed facti, inspecta verbi natura, & summa æquitate non inquam satisfacit, quia text. in d. c. fi. loquitur de pœna quoad alios, vt nõ possint audire Missam sub peccato. Præterea extrauagãs ad euitanda mandat publicè denunciari excommunicatos, vt euitentur, nec se restringit ad modum denunciandi, vnde videntur sufficere sex testes, vel sententia, quia ita ius intelligit publicum, & notorium ad euitandam correctionem iurium cap. cum expediat de elect. in 6. l. præcipimus Cod. de appell. glos. in d. cap. exceptionem inquit publicè excommunicatum dici, quando iudex tulit sententiam in loco, vbi publicè iudicare consueuit præsentibus officialibus, vel partibus, vel altera absente per contumaciam, & sic videtur secundum ipsam sufficere sententiã latam in iudicio, quia de facili non habetur notitia de eo, quod iudex facit in banco suo coram paucis, nisi scireturiudicis sententia, & sic quoad scientes videatur sufficere sententia lata, idem videtur sentire glos.

in

in Cle. 1. de sepult. in verbo publicè, dum inquit non tamen fateor, quod hoc ipso, quod excommunicatus est per iudicem in loco, quo iudicare consueuit præsentibus officialibus suis, & partibus, vel altera contumaciter absente dicatur publicè excommunicatus, sed ex qualitate fori, multitudine, vel paucitate officialum peraltantum dicatur publica, vel non publica, ita quod veritatis rei pōderetur an præsumatur scientia, an præsumantur sepellientes scire excommunicatum, vel saltem sit casus, in quo sit eis imputandum si ignorauerint, quod publicè sciebatur 12. q. 2. c. qui & humanis, alias possit esse occultus, licet per iudicem in banco coram duobus, vel tribus fuerit promulgata facit auth. de litig. §. omnem verò, mens enim, & ratio iuris præponderat verbis, hæc sunt verba glos. ex quibus omnibus videtur tenendum, quod si sententia excommunicationis fuit lata pro Tribunali coram pluribus personis sed saltem, sex, dicatur denūciatio publicè facta, quia sententia non solum ex se facit publicum, sed etiam notorium, etiam quod esset lecta coram paucis testibus, cum ius non dicat contrarium. Verum ex quadam æquitate, & benigna interpretatione debet esse lata coram pluribus personis, præsumatur, vel non præsumatur scientia in populo, nisi dicas notitiam non facilè præsumi in ciuitate insigni in qua est populus magnus, vt in Vrbe in ciuitate Mediol. Neap. & similibus, quod arbitrio iudicis remittitur, sed an probatio excommunicationis per viam exceptionis operetur, vt excommunicatus debeat euitari glos. in c. cum dilectus tenet quod non, nisi ex tali facto publica laboraret infamia, quam sequuntur Inn. contra Host. Abb. videtur sentire contra Inn. videtur dicendum quod requiratur sententia iudicis declarantis exceptionem excommunicationis subsistere, & quod sit lata coram pluribus personis, vt supra dictum est.

RESOLVT. DLX.

1 *In distributionibus quotidianis an habeat locum ius accrescendi vide etiam num. 3.*
2 *Ius accrescendi habet locum in summis legatis sub nominum collectiuo.*

In distributionibus relictis canonicis tempore funerum an habeat locum ius accrescendi.

1 PRo resolutione quæstionis distingue, quod aut distributiones fuerunt relictæ canonicis, qui præ-
sentes erant tempore sepulturæ, & habet locum ius
2 accrescendi quia propter nomen collectiuum ius accrescendi habet locum etiam in summis legatis leg. qui quartam §. si quis vnam ff. de legat. 1. aut relictæ
3 fuerunt singulis canonicis, qui præsentes fuerint, & nō habet locum ius accrescendi sequitur Vasq. de succes. progress. lib. 3. §. 23.

RESOLVT. DLXI.

1 *Ius patronatus erectum à Barone an in dubio pertineat ad feudum, vel ad eius familiam.*
2 *Vasallus præsumitur accipere ex industria sua, non ex bonis feudalibus, licet secus sit in Prælato, & vxore.*

Baro si erigit ius patronatus in Castro, an præsumatur illud acquirere vti persona priuata cuius linea potest de facili extingui in fauorem Ecclesiæ veluti Baro, ita quod ius patronatus transeat cum Castro.

SVpponitur in facto quendam Baronem in eius Castro in Ecclesia cathedrali ædificasse Cappellam iuris patronatus, postea vendisse Castrum, nouus Baro prætendit ius patronatus venire cum Castro, & ad ipsum tanquam Baronem peruenire ius præsentandi, Baro Antiquus dicit ædificasse vti persona priuata, ac de Burgensaticis construxisse Ecclesiam, & ius patronatus debere remanere apud eius familiam, & quia interest Ecclesiæ, quod præsumatur ædificasse vti persona priuata, cuius linea potest facilius extingui, & effici Ecclesia libera, quod non ita de facili accidit in Castro, & videbatur dicendum ædificasse, vt Baro ex regula iuris, quod actus præsumitur gestus ex titulo præcedenti glos. in leg. nemo C. de acquirenda possess. Verall. decis. 103. par. 2. Mantica Rota Roman. decis. 260. facit etiam quod
1 in dubio præsumitur eum acquisiuisse potius sibi, & suæ familiæ, quam alienæ Bal. per illum text. in l. cum acutissimi C. de fideicommisso idem Bal. in leg. cum Auus ff. de condit. & demonstrationibus Lanarius cons. 73. facit etiam ad hoc illud, quod tradunt communiter omnes de Clerico beneficiato, quicquid acquirit de fructibus Ecclesiæ præsumitur sibi acquisiuisse glos. in cap. primo & secundo, de peculio clericor. & propterea in dubio Vasallus non præsumitur
2 acquisiuisse de rebus feudalibus, sed ex sua industria leg. si defunctus, & ibi Bal. C. arbitr. tutel. Alex. cons. 193. Mandellus cons. 6. vol. 1. Monald. cons. 167. col. 2. & ex his sum voti, quod ius patronatus censetur erectum tāquam à persona priuata non tanquam à Domino feudi, vt pertineat ad feudum, nisi expressè Baro dicat, vel aliquæ coniecturæ in contrarium vigeāt, nempe si cappella reperiatur ædificata intra Palatiū Baronis, aut ex alijs coniecturis. Puta, quod in d. elect. esset adiectum verbum nos Baro, &c. quo quidem casu præsumitur contemplasse dignitatem Baronalem argument. text. leg. 4. ff. locati Capitulo si gratiosè de rescriptis in 6. Anna cons. 14. vol. 1. post Capyc. in decis. 116. & 136. & proinde præsumitur quæsiuisse tanquam Baro, & non vti persona priuata.

Et ita ego consultus respondi in causa cuiusdam aduersarij: non obstat, quod quicquid est intra fines feudi præsumitur de feudo, & ad feudum pertinere, vt tradit Andr. in capitulo primo de controuers. inter masculum, & fœminam Afflict. decision. 161. latissimè Mascard. conclus. 340. quia respondetur, quod ista regula non est simpliciter vera, vt per Affl. latè decisione 267. & præcipuè non procedit in spiritualibus, nec in personis spiritualibus, non enim sequitur Ecclesiæ sunt in feudo, ergo pertinent ad feudum, vt per Andr. in capitulo primo, qualiter Vasallus iurare debeat fidelitat. per Afflictum loco cit. Præterea fructus feudi non sunt de feudo per vt prædictos.

RESOLVT. DLXII.

1 *Ecclesia an restituatur in integrum aduersus alienationem factam cum decreto commissarij Apostolici in euidentem.*
2 *Restitutio in integrum an concedenda aduersus præsumptionem iuris, & de iure.*
3 *Decretum iudicis inducit præsumptionem iuris tantum non iuris, & de iure.*
4 *Ecclesia iuxta veriorem opinionem non indiget restitutione in integrum quando alienatio est facta cum solemnitate, & decreto, si deficit causa necessitatis, vel vtilitatis, sed alienatio est ipso iure nulla.*

An Ecclesia restituatur in integrum aduersus alienationem factam cum decreto commissarij Apostolici continente illam cedere in euidentem vtilitatem.

1 CVm essem consultus, circa hunc articulum, dicebam, quod in hoc aderat Concilium Ruin. 35.

vol. 1. vbi tenet, quod si Ecclesia contraxit cum authoritate Papæ, & cum solemni expeditione illius cõditionis, si in euidentem, non admittatur amplius ad probandam læsionem, & consequenter nec ad restitutionem obtinendam, quæ non datur vbi non probatur læsio l. minoribus C. de restitutione in integrũ, quem refert, & videtur sequi Sfortia Odd. de restitutione in integrum q. 16. art. 10. num. 12. in illa quæstione an
2 detur restitutio aduersus præsumptionem iuris, & de iure, in qua aliqui negant, aliqui affirmant, ipse verò Sfortia distinguit, aut præsumptio iuris, & de iure facit, & inducit veritatem in hoc, quod qui non dicatur læsus, & tunc procedit prima opinio, & allegata pro ea, pro qua ipse adducit consilium Ruyn. quia si læsio probari non potest restitutio non conceditur, vt clarum est, aut præsumptio iuris, & de iure inducit veritatem in hoc, quod facit aliquem debitorem, vel obligatum, qui non est, vel abstulit alicui ius suum, & inducit amissionem illius ex cursu temporis, & tunc procedit secunda opinio, quod detur restitutio, nam cum illa detur aduersus rem iudicatam, quæ dicitur facere veritatem, & constituere debitorem victum, & absoluere victorem, & tamen ex clausula generali datur restitutio aduersus rem iudicatam, si constet de errore iudicis manifesto, vt in l. si mater ff. de re iudic. in hac quæst. contrarium est verius, quod quantumcunque in alienatione rei Ecclesiæ, vel minoris interuenerit decretum superioris, & omnis iuris solemnitas, tamen si minor, vel Ecclesia potest probare se læsum ex illo contractu potest petere restitutionem in integrum per text. in l. si quidem C. de præd. minor. qui licet loquatur in minori, tamen minor, & Ecclesia in materia restitutionis in integrũ æquiparantur cap. 1. de restitutione in integrum, & ita in specie tenet Abb. in capitul. constitutus numero 8. reddens rationem, quia decretum superioris inducit præsumptionem, quod omnia sint legitimè acta, vt in l. 1. & quod ibi notat Bart. C. de præd. decur. fine decret. non alien. lib. 10. tamen non inducit
3 præsumptionem iuris, & de iure, vnde potest probari contrarium, vt in dicto capitul. constitutus, & dicta l. siquidem. Quinimo verior opinio est, quod
4 nec requiratur restitutio in integrum non obstante decreto, & solemnitate adhibita, si deficit causa alienandi necessitatis, vel vtilitatis, sed quod alienatio sit ipso iure nulla, nec sit opus restitutione tenet glos. penultima in cap. 1. de in integrum restitutione, & communem dicit Abb. in capitul. tua de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli Soc. Senior. cons. 29. libro 1. & cons. 52. lib. 4. vbi dicit in consulendo, & iudicando ab ea non esse recedendum, & multi alij quos refert, & sequitur Cardinalis Mantica de tacit. & ambiguis conuentionibus lib. 4. tit. 7. num. 55. quæ opinio videtur probari in capit. 1. de rebus Ecclesiæ non alienan. lib. 6. & in Clementina prima eodem tit. in quibus, vt valeat alienatio duo requiruntur solemnitas, & iusta causa, alias contractus est nullus, facit text. in l. magis puto. §. si æs alienum ff. de rebus eorum, qui sub tutela, vbi si res minorum cum decreto iudicis fine iusta causa distrahantur, alienatio est nulla, idem dicendum est in Ecclesia, & possit opponi, quod alienatio fuerit subreptitia ex supradictis, poterit igitur opponi de subreptione, & satis erit, vide tamen decisiones Rotæ Seraphini 1125. Papiens. bonorum, & 508. Placentina bonorum, vbi quod præsumitur pro decreto, quod sit vtilis alienatio donec contrarium probetur.

RESOLVT. DLXIII.

1 *An mors probetur ex sola testamenti productione, vide etiam num. 5. & 6.*

2 *Mors debet probari præsumptiuè, quæ probatio de necessitate concludit.*

3 *Quando agitur de commodo pecuniario leuiores probationes sufficiunt.*

4 *Quando aliquid dicitur de authoritate iudicis semper intelligitur cum causæ cognitione.*

5 *Contra notarium ignarum de morte testatoris, & nolentem exhibere copiam testamenti potest agi ex officio iudicis.*

An ex simplici productione testamenti probetur mors testatoris beneficiati ad effectum, vt Episcopus valeat prouidere de beneficio.

IN hoc articulo licèt tritissimo fuerunt duæ principales doctorum opiniones.

Prima opinio fuit, quod mors non sit probanda,
1 cum ex sola illa productione testamenti arguatur testatorem fuisse mortuum, & hanc opinionem, quam communem appellat. Cprt. iun. in l. fin. num. 54. & Zuccard. num. 247. C. de edict. Diui Adrian. tollend. tenuit Bart. Castrens. Dec. Iacob. Mant. & alij in d. l. fin. quos refert Menoch. in tract. de adipiscend. poss. remed. 2. num. 661. & seq. mouentur ex tex. in l. 2. §. si dubitetur ff. quemad. testam. aperiantur, vbi prætor non permittit inspici tabulas testamenti, si testator viuit, ergo viuente testatore copia haberi non potest.

Secunda opinio fuit superiori contraria, quod imò per exhibitionem testamenti mors illius testatoris nõ probaretur, & hanc opinionem secutus fuit Alexand. in dicta leg. fin. 17. Fulg. num. 10. Sapia numero 23. Zuccard. practic. Papiens. & alij quos pariter refert Menoch. in tract. de adipiscen. possess. num. 669. in 4. remed. moti eo principali fundamento, quod mors sit probanda per eum, qui se fundat in ea leg. si quidem, vbi Bart. ff. sol. matrim. & alijs rationibus, de quibus per eos Menoch. tamen in supra citato loco n. 669. conciliare tentauit has opiniones consideratis duobus casibus.

Primus casus est quando hæres exhibet testamentũ sibi consignatum à notario, prætore authore, & tunc nõ esset necessarium mortem testatoris probare, cum prætor non permisisset copiam testamenti fieri, nisi cognouisset testatorem fuisse vita functum, & pro iudice magna est præsumptio.

Secundus casus est quando hæres habuit testamentum aliunde quam iudicialiter, & prætore authore, & in isto casu, ex quo non constat, an hæres illud subtraxerit testatori, vel quod illi testator tradiderit, & isto casu dicit Menoch. esse probandam mortem.

Mihi tamen neque placet communis opinio, neque etiam distinctio Menoch. quia mors, vel est formiter probanda, vel præsumptiuè adeò tamen
2 quod formiter, vel præsumptiuè probata probatio illa de necessitate concludat leg. non hoc C. vnde legit cap. in præsentia extra de probat. per productionem enim testamenti ab hærede factam doctor. non dicũt directè, & formiter probari mortem testatoris, sed præsumptiuè, cum copia testamenti concedi non soleat viuo testatore d. §. si dubitetur, & sic per dictam exhibitionem testamenti mors non dicetur etiam præsumptiuè probata concludenter, cum vel testator peregrè proficiscens reliquerit dictum testamentum in posse hæredis, vel aliqua alia via deuenire potuerit in manibus ipsius hæredis, veluti considerant tenentes opinionem contrariam, quod ex productione illa simplicis testamenti, neque etiam præsumptiuè dicatur probata mors ipsius testatoris.

Neque etiam distinctio Menoch. eneruat difficultatem, quia idem est dicere testamentum fuisse extractum mandato iudicis, & hæredi consignatum,

ac

ac dicere esse mortem virtualiter testatoris probatam, cum iudex, qui præsumendus est, quod se conformet cum iure communi leg. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell. non mandasset extrahi dictum testamentum, nisi sibi constitisset saltem semiplenè, vel per præsumptiones, puta quia fuerit factus luctus, quod d. testator fuerit mortuus, vt voluit Bartol. in d. §. si dubitetur num. 2. cum enim agatur de commodo
3 pecuniario leniores probationes sufficiunt, vbi dicit Bartol. nec sit præsumendum, quod iudex suam impartitus fuisset authoritatem, nisi causa cognita, & sic antequam constaret saltem semiplenè de morte dicti testatoris adnot. per Bartol. & ibi Ias. n. 2. in l. cum hi §. vult igitur ff. de transact. quem communiter doctores sequuntur, vt volunt Moderni in tract. de decret. iud. lib. 1. tit. 1. numer. 33. vbi dicunt, quod
4 quando aliquid dicitur de authoritate iudicis semper intelligitur cum causæ cognitione, si etiam esset probata mors ipsi iudici, qui mandat aperiri tabulas testamenti, & consignari hæredi, casus iste esset de indubitabili contra leg. Labeo de Carbon. & dict. l. ancillæ C. de furt.

5 Propterea ego sequutus fui in hac causa opinionem Fulgos. & sequac. quod ex simplici productione testamenti non fuerit probata mors, quæ opinio est melioribus rationibus fulcita, & forsan authoritatibus, quæ si dinumerentur apparebit etiam esse communem in practica tenendam, secundum quam multoties sententiaui, & sententiari vidi, adhibitis tamen infrascriptis modificationibus, nam titulus ille quemadmodum testam. aperiatur, & de tabulis exhibendis, quodque iudex non debeat mandare aperiri testamenta viuis testatoribus, propriè loquitur in testamento in scriptis condito iuxta leg. hac consultissima C. de testament. ea ratione ne voluntas testatoris ipso inuito aperiatur, & publicetur ante eius mortem.

6 Sed in testamento nuncupatiuo noto testibus, & quod verisimiliter testator non curauit, vt innotesceret ante eius mortem, non videtur notarius prohiberi extrahere dictum testamentum maximè cum ex traditione illius testamenti absque iussu iudicis non contraueniatur dispositioni ipsius testatoris, quod eius voluntas publicetur ante eius mortem, quia cum hæc voluntas testatoris innotuerit etiam testibus adhibitis in dicto testamento nuncupatiuo, qui optimè nouerit mentem dicti testatoris, & contenta in dict. testamento sequitur, quod notarius, non errat tradendo copiam, cum ex illo testamento producto non probetur mors dicti testatoris, & nisi testator voluisset eius mentem publicari ante eius mortem testatus fuisset iuxta dispositionem d. leg. hac consultissima, quæ omnia videntur virtualiter colligi ex glos. d. leg. 2. in princ. ff. quemadm. testamen. aperian. & hæc de spontanea cognitione facta à notario ipsi hæredi absque mandato iudicis, & absque certificatione clara mortis testatoris.

Si enim mors testatoris probaretur per productionem testamenti nuncupatiui, licet in scriptis redacti sequeretur, quod hæres faciendo examinari testes adhibitos in testamento de contentis in dict. testamento, quod esset etiam probata mors, quod est ridiculum.

7 Si autem notarius ignarus de morte testatoris nolit sponte tradere copiam testamenti ipsi hæredi potest contra ipsum notarium agi officio iudicis, vt soluta competenti mercede exhibeat dictum testamentum Specul. in titul. de offic. omn. iudic. §. 1. versic. item improbatur, quandoque potest etiam cogi notarius per edictum de tabulis exhibendis Bartol. in leg. final. ff. de tabulis exhibendis, & iudici constiterit, vel per vnum testem, vel per semiplenam probationem, aut aliam præsumptionem de morte ipsius testatoris potest mandare exhiberi hæredi dictum testamentum, iuxta glos. in d. §. si dubitetur in versicul. liquerit in final. quod postea testamentum exhibitum à notario mandato iudicis ipsi hæredi, cum ipsi iudici constiterit saltem semiplenè de morte testatoris, exhibitione illa postmodum facta ab hærede de illo testamento extracto de mandato iudicis, cui saltem semiplenè constitit de morte testatoris concludenter diceretur probata mors ipsius testatoris quemadmodum diceretur concludenter probata, si testamentum non esset extractum mandato iudicis: sed hæres vltra productionem testamenti examinari faceret coram iudice aliquos testes de fama deponentes de morte ipsius testatoris, vel per vnum testem de visu, vt dicit dicta glos. vel præsumptiuè, quia consanguinei fecerint luctum, vt per Bartol. in d. §. si dubitetur. num. 2. isto etiam casu diceretur probata mors ipsius testatoris nō ex sola illa productione testamenti, sed adiunctis istis alijs adminiculis siue altero ipsorum.

RESOLVT. DLXIV.

1 *Nullius dubitationis est quin percutiens clericum sit excommunicatus.*

2 *Percutiens clericum probabiliter ignorans esse clericum non incidit in excommunicationem.*

3 *Absolutio potest impetrari ab ordinario offensa existente leui.*

4 *Scientiam concurrere oportet ad incurrendam excommunicationem.*

5 *Voluntas, & propositum distinguunt maleficia.*

Remouens clericum magno impetu à loco, an sit excommunicatus.

1 NEmo dubitat percutientem clericum esse excommunicatum etiam si sit primæ tonsuræ dumtaxat, ita quod non potest absolui nisi à Romano Pontifice, vel ab eiusdem maiestatis Apostolicæ delegato ex vulgato tex. in cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. Menoch. de arbitr. iud. casu 389. numer. 16. Clar. pract. crim. §. fin. quæst. 77. num. 2. cum seqq. & pleniſſimè Graffius aurearum decisionum part. 1. lib. 2. cap. 49. sic in lacessente eum, subito, immo idem est in offensione facta rei clerico adhærenti, veluti in vestibus in equo, cui clericus insidebat, & similib. per glos. Innoc. & alios in cap. nuper de sentent. excommunicat. secus in vibrante baculum, sed non percutiente clericum, aut in remouente clericum magno impetu, ne legeret schedulam in manu alterius existentem Viui. decis. 368. n. 2. & 8. lib. 2. Nauar. in suo Manuali confessorum. cap. 27. n. 77. & Honded. consil. 103. n. 2. cum seqq. vol. 1.

2 Verumtamen prædicta procedunt in scienter offendente clericum, alioquin percutiens clericum probabiliter ignorans eum esse clericum, non incidit in excommunicationem glos. in c. si vero. verbo ignorauit de sentent. excommunicat. Clar. d. loco numer. 7. glos. est singularis in l. si ignorans ff. locat. Rimin. iun. consil. 654. nu. 17. & seq. vol. 6. vnde scribit Gil. Ken. tractat. de vsucap. part. 2. membro 2. capit. 6. num. 37. quod iudicibus excommunicatum ignorantibus culpa scribi nequit; cæterum, quoniam in quatuordecim casibus non incurrit excommunicationem, etiam, quia manus violentas iniecit in clericum, quos expendit Lopez ad leges partit. Hispan. tit. 9. de las descomuniones leg. 1. 2. 3. & 4.

3 Sciendum est, quod aliquando absolutio potest impetrari ab ordinario tantum, veluti quando offensa esset leuis Clar. dicto loco num. 14. & Crot. in cap. de appellationibus in fin. de appellat. vbi declaratur, quæ dici debeat offensa leuis veluti obserua-

tur

tur in omni casu: vt excipiens de excommunicatione exprimere debeat speciem excommunicationis, sic fundans se in simulatione, & in minore ætate Viuius decis.104.lib.1. Abb. consil.9. vol. 1. & Honded. consil.46. volum.1.in graui vero lesione recurritur ad summum Pontificem,nisi causę arduitas,vt ita dicam, aliud flagitet,veluti in percutiente clericum cum vxore fornicantem, tunc sufficit impetratio absolutionis ab Episcopo aliud tamen in percutiente clericum cum sponsa de futuro fornicantem cap.3. vbi etiam glos. de sentent. excommunic. & Didac. in Epitom. Sponsal. prima parte cap.1. n.12. & certè vt contrahatur excommunicatio per participationem cum excommunicatis ex Farinac.tract.crimin.part.1. quæst. 19.num.38.cum seqq.à Papa,necesse est,vt inter quinque requisita, de quibus apud Clar. prælleg. in loco num.18. scienter quis participauerit abundantius tamen de excommunicati odio, & exclusione ab actibus ciuilibus agit.Farinac.tract. crimin. par.1. quæst. 12. num.27. cum seqq.& quod scientiam concurrere
4 oporteat ad incurrendam excommunicationem, quo pacto hæc nota distinguitur ab irregularitate, quam sequitur factum, nec requirit culpam: latissimè enucleatum comperitur per Graff. decis. aurearum part. 1.lib.4.cap.9.potissimum num.41.& 42. vbi errans in percutiendo,si voluerit percutere laicum,& percusserit clericum non est excommunicatus, quia voluntas,
5 & propositum distinguunt maleficia l.verum ff.de furtis, an autem possit testamentum facere crebrior est opinio,quod nisi sit pro hæresi,aut pro vsuris,aut propter iniuriam facta Cardinali possit testari, veluti comprobat Gabriel suis communibus tit. de testam. conclus.1. Iul. Clar. ad §. testamentum quæst.24. & Fed.de Senis consil.74. & 118.Costa in c.decreuimus num.11.& 15.de senten.excom.in.6.Cras. tract. de successione.§.testamentum quæst.24.Viui. decis.96.& seq. par.1. fin. de præt.de interpret. vlt.vol.lib.2.fol. 1.num.4.pagin.123, Magdalen. tract. de numero testium par.2.cap.4.num.110.Couar.de testam.in rub. par.2.num.18.etiam si sit denunciatus postquam edictum de testamentis est permissorium omnium personarum l.si quæramus ff. de testam. neque reperitur in specie prohibita excommunicatio factionis testamenti;ita Didac.à Spin.in specul. testam. gl. rub.par. 11. num.66. vsque ad finem, vbi plura scripsit de excommunicatione, & re ad partes viriliter examinata tuetur istam opinionem: excipitur tamen solemniter anathematizatus mediante projectione candelæ, & lapidum, qui ex communi opinione est intestabilis Bursatt.consil.14.n.11.vol.1. & Peregr.de iur.fisc.lib. 3.tit.11.n.26.Vestr.sua praxi lib.8.cap.vlt.n.18.cum seq. tametsi referat Gab. d. concl.1. n.2. qui hoc dictum non approbent.

RESOLVT. DLXV.

1 *Nobilitas Ciuitatis Neapolis est diuisa in quinque ordines,qui sedilia vocantur.*
2 *Potestas nobilitandi aliquem ad Principem dumtaxat spectat.*
3 *Nobiles sedilis non possunt aliquem nobilitare vide etiam num.5.*
4 *Nobilitas data à Principe dicitur natalium restitutio.*
6 *Nobilis dicitur quem rex nobilem facit.*
7 *In collegium legistarum, & medicorum nemo potest aggregari,nisi sit ex eadem ciuitate.*

Nobiles de sedili an possint aggregare nobiles.

1 QVia nobilitas nostræ Florentissimæ Ciuit. Neap. est diuisa in quinque ordines, quos sedilia rectè vocamus, vt tradit D.Marin. Frec. in addit. libr.2.de subfeud. fol.1. in princip.operis, idcirco fuit dubitatum,an nobiles Sedilium huius Ciuit.possint aliquem aggregare in sedile, & animaduerti distinguendum esse hoc modo, scilicet aut volunt ipsi aggregare
2 ignobiles, & plebeios, & non possunt, quia potestas aliquem nobilitandi ad Principem dumtaxat spectat, vt dixerunt Paul. Castrens. in consil.22. num.2. lib.2. glos.Paris.§.9.glos.3.num.4.Afflict.in cap. si rusticus col.1.in 4.notab.de pace tenend.& Tiraquel.in tract. de nobilitate cap.6. num.2. ergo non ad ipsos Nobi-
3 les Sedilium: ita dicebat D. Feder. Viual. in suo responsionc.incip.nobilitas &c. num.80. & 81. nam per aggregationem quis magis nobilis efficitur, vt dixit de Franch. in decis.207. num.13. vlterius facit, nam no-
4 bilitas data à Principe dicitur natalium restitutio cum per eam videtur quis magis ingenuus fieri,vt adnotat Budeus l.1.2.& 4.ff.de natal.restit.vt per Igneū in repet.§. non alias num.627. l. necessarios ff. ad Sil-
5 lan. ergo nullo pacto possunt nobiles sedilis aggregare ignobiles, & plebeios, sed si desiderant nobiles aggregare tunc possunt, ac quoq; ipsorum maior pars aljjs contradicentibus,vt scribunt de Franch.in decis. 2.num.1.22.& 34. Viualdus in dict.suo respons. n.44. & 45. & in fin. nam quod maior pars facit, id omnes fecisse intelliguntur l. quod maior cum sim.ff.ad municip. quæ quidem regula in omnibus cuiusque vniuersitatis, aut collegij actibus habet locum l. nulli, & l. planè ff. quod cuiusque vniuers. l.2. C. de præd. Decur. l. vlt. C. de vend. rer. ciuit. lib.11.& not.in l. nominationem,vbi Lucas de Penna C. de decur. libr. 10. sic quoque habet locum in Concilio prouinciali, quod reputatur vti collegium secundum Anchar. & Felyn.in cap.sicut olim de accusat. vt habetur in cap. non potest,vbi glos. de re iud. & scripserunt Card. Iacob.de Concilio lib.6. artic.2. & Henri. Bott. de Syn. par.3. num.137. quos sequitur Quaranta in suo vtili tract. de Concilio prouinciali quæst.29. pag.15. & denique alijs omissis generaliter vbicumque actus qui geritur ad gerentes, vt vniuersos pertinet, non vt singulos,ita Bart. & Doct. in dict. l. nulli,& dict.lege, quod maior Fely.& Dec.in capit.cum omnes de constit. Boer. decis.3.& Viualdus loco cit. post num.6. ideoque fuit lata sententia Regis nostri in causa dicti consilij Federici Viualdi, quæ est scripta in fine dict. respons. & incipit visa publicatione, in qua est dispositum, quod rectè fuerunt quidem nobiles aggregati per maiorem partem nobilium, vnde in Regno prædicta sententia Regis facit ius vniuersale, vt dixerunt Ias. in l. cum prolatis num.4. ff. de re iudicata, Ripa in cap.si quando num.30. de rescript. Afflict. in decis.190.num.7. de Franchis in decis.81. num.2. per l. vlt. C. de leg. & nota, quod hæc conclus. dilatatur, vt non tantum procedat in aggregatione nobilis genere, sed quoque ex virtute, nam nobilis dicitur
6 quem Rex nobilem facit, vt dixerunt Bald. in l. 1.C.de dignit.libr.12. Afflict. Aluar. Bald.in capit.1. quis dicatur Dux. Ias. in l. omnium in 1. not.C.de testib.Tiraq.in tract.de nobilit. capit.7. & vide Lucam de Penna in l.mulieres versic.4.an comitatu C. de dignitat.lib.12. quia ipse quoque potest nouas dignitates creare secundum Anchar. in cap.1. §. si quis de manso de controu. inuestit. Laude. in tract. de Princip.num.325.& Mar.Frec.lib.1.de subfeud. in tit. de orig. Baronum num.26. & seq. & doctor dicitur magis nobilis,vt voluerunt Bart.in l.iudices C. de dignitat.libr.12. Cyn. in l.prouidendum per illum text. C. de postu. & Alex. in consil.94. col.2. lib.1. facit tex. in l. 2. ff. de excusat. tut. & vlt. C. de stat. & imag.& hoc est ratione dignitatis,quam habet vt not. in cap. quanto de magistr.& not.doct.in l.ex eo ff.de test.milit. Alexand. in consil.15. colu.vlt. consil.18.in fine, & consil.24.lib.1.Ias.in l.si quis in conscribendo num. 4.&

4. & ibi latè Masuer. in addit. in verb. dignitas C. de pactis Grammat. in voto 1. num. 7. Caballin. milleloq. 140. Borgninus Caual. in decis. 11. nu. 5. in tit. de contract. & latè Maranta in consil. 25. num. 19. & 20. & sequent. & facit authoritas Ciceronis pro Rosc. Amer. vbi inquit, is mihi videtur amplissimus, qui sua virtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum, & calamitatem, & ad idem vide Neapod. in proem. consuet. Neap. in gl. in verb. vt igitur num. 275. hinc Princeps facilius inducitur ad nobilitandum virtuosum, vt concludit Neuiz. lib. 3. Syluę nupt. fol. 160. col. 2. Vnum denique non est omittendum, scilicet, quod libentius debent aggregari nobiles, qui sunt de eadem Ciuitate quam exteri, ita dicebat Feder. Viual. dict. responso post nu. 13. nam postquam isti sunt adepti Ciuilitatem, debent consequi omnia priuilegia vtilitates, & commoda aliorum ciuium, vnde debent admitti ad nobilium honores publicarumque rerum transactionem, & gubernationem, vt late tradit Boer. in decis. 260. sub num. 33. vbi allegat Bart. & Ang. in l. si maritus §. 1. ff. de adulter. & quam plures alios doct. & facit quoque nam prædicta sedilia videntur esse quædam collegia, ita dicebat de Franc. in decis. 2. numero 10. & quemadmodum in
7 collegium legistarum, & medicorum nemo potest aggregari, nisi sit de eadem ciuitate, vt extant statuta per totam feræ Italiam, vt per Iaſ. post alios in l. huiusmodi num. 11. ff. deleg. 1. & Boer. in decis. 13. num. 51. in fine, vnde licet idem esset dicendum in collegijs, seu nobilium sedilibus; tamen contrarium obseruari vidi prout poteris videre in descript. Regni Neap. Mazzellæ in familijs nobilium.

RESOLVT. DLXVI.

1 *Adulterium grauius est in mente viri quam proprij filij homicidium vel filiæ stuprum.*
2 *Mulier adulterium committens dotem amittit.*
3 *Maritus occidens vxorem in adulterio deprehensam non lucratur dotem.*
4 *Vir tenens concubinam non lucratur dotem vxoris adulteræ.*
5 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*
6 *Vxor adultera dote non priuatur, si eius vir debitum carnis ei non reddiderit.*
7 *Vxor aduersus maritum concubinarium potest agere ad dotem, & ad separationem thori.*
8 *Correlatiuorum eadem debet esse dispositio, vbi est eadem ratio.*
9 *Maritus concubinarius tenetur præstare alimenta vxori, quæ recessit propter pellicem.*
10 *Maritus concubinarius potest excommunicari, & ab affinibus suæ vxoris compelli dimittere concubinam.*
11 *Concubinam, & vxorem habere est contra bonos mores.*
12 *Vxoratus habens concubinam dicitur infamis.*
13 *Habens duas concubinas dicitur infamis.*
14 *Olim erat permissum non vxorato habere concubinam.*
15 *Multę sunt pœnæ aduersus concubinas tenentes remissiuè.*

Dispositio tex. in cap. plerumque de donationibus inter virum, & vxorem quomodo procedat, & quibus casibus limitetur, & multa ad materiam.

QVia grauius est in mente viri adulterium vxoris
1 suæ, quam proprij filij homicidium leg. codicillis §. penult. ff. de legat. 2. vt dixerunt Bald. in c. ex parte de consuetu. & in consil. 161. lib. 3. Fel. in c. quæ in Ecclesiarum col. 4. de constit. Iaſ. in l. transigere in 2. not. C. de transact. Boer. in decis. 23. num. 72. Menoch. in consil. 31. incipient. grauius est in prima col. vol. 1. & quoque quam propriè filiæ stuprum, secundum Lucam de Penna in leg. 1. C. de publ. lætit. libr. 12. col. 26. & latè de hac re scripsit de Copis in repetit. l. si pater num. 27. & 28. C. de hæredib. instituendis, ideoque fuit
2 constitutum mulierem adulterium committentem dotem amittere, vt notatur in l. quamuis la 2. C. de adult. & in auth. vt liceat matri, & auiæ, §. quia verò plurimas, & cap. plerique, vbi Abb. & alij doctores de donat. inter vir. & vxor. & scripserunt Paul. de Cast. in consil. 275. colum. penult. in fin. lib. 1. de Franch. in decis. 184. numer. 1. & bona quoque paraphernalia, vt ibidem notat glos. & eam sequuntur Gerard. sing. 48. Rom. sing. 315. Iaſ. in rubr. C. de pactis num. 5. Choueronius de public. concub. in tit. de adult. numer. 48. & latè Costa lib. 1. var. iur. ambig. cap. 37.

3 Sed hæc decisio primo non habet locum, si per ipsum mulier fuerit à marito occisa iuxta text. in leg. Graccus C. de adult. vt per Bart. in leg. ei qui mortem ff. de his quib. vti indign. Iaſ. in leg. si ab hostibus §. si vir vxorem per illum text. 1. not. ff. solut. mat. vt declarant Roland. à Valle in tractat. de lucr. dot. q. 91. num. 1. & Neuiz. lib. 1. Syl. nupt. n. 41. sed quando maritus possit eam occidere vide Clar. in pract. crim. §. homicidium numer. 42. Afflict. in const. si maritus, & Tiraq. in tract. de leg. connub. l. 13. num. 15.

4 Secundo non habet locum si ipse maritus teneret quoque concubinam, nam hoc casu vxor adultera dotem non amittit, quia sunt in pari crimine, vt
5 per not. in l. pacta quæ contra C. de pact. & paria delicta mutua compensatione tolluntur leg. viro, atque vxore ff. sol. mat. & hanc opinionem tenuerunt Decius in leg. semper in contractibus nu. 5. ff. de reg. iur. Marſ. in leg. patre num. 12. ff. de quæst. & in sing. 234. incipient. paria delicta, & pro ea Alfanus in rub. C. de edendo in nouiss. comment. num. 83. allegat tex. in l. si vxor §. iudex ff. de adulterijs.

6 Tertio non amittit dotem si maritus carnis debitum non reddiderit, vt in capit. si tu abstines 21. q. 2. & refert Boer. in decis. 297. num. 18. & alios casus tradunt Add. ad Dyn. in reg. non debet text. de reg. iuris, & Lancellott. in tit. de adulterijs numer. 13. Anchar. in consil. 408. latè Couar. libr. 4. decret. §. 5. cap. 5. par. 2. & Bermond. loc. cit. numer. 64.

Vlterius adnotandum est, quod si ex diuerso vxor
7 non committit adulterium, sed ipsius vir tenet concubinam, tunc ipsa poterit agere ad dotem, & ad separationem thori, vt dixerunt Cuman. in consil. 169. incipient. Domina Andriola circa finem, & Ripa in leg. 2. n. 31. ff. solut. mat. & debet quoque lucrari donationem propter nuptias, seu antefatum per dictam leg. quamuis, & §. mitiores in auth. de nuptijs, vt scribunt Decius loc. cit. num. 6. Laurent. de Pinu in cons. 50. nu.. Bermond. in tit. de adult. num. 55. de Franc. in decis. 244. & Thesau. in decis. 130. numer. 4. & ratio
8 est, quia correlatiuorum eadem debet esse dispositio, vbi adest eadem ratio leg. vltim. ff. de accept. leg. vlt. vbi per doctores C. de indict. vid. tollen. vt tradunt Bolg. in rub. de acqui. pos. num. 73. Boer. in decis. 48. num. 3. Vrsillus in decis. 291. n. 4. & latè Euerar. in loco à correlatiuis num. 3. & 4. & quoque maritus tenens concubinam tenetur præstare alimenta
9 vxori, quæ receſſit ab eo propter pellicem, vt dixerunt Aff. & Vrsillus in decis. 10. numer. 6. ac post remo
10 vir tenens concubinam potest excommunicari, vt notat Aret. & Iaſ. in l. ex ea parte §. mulier ff. de verb. oblig. & refert Bermond. de public. concub. in verb. penitus arcere num. 4. fol. 304. & quoque potest compelli ratione honestatis ab eius vxoris affinibus dimittere concubinam leg. vlt. C. comm. de manumiſ. vt dixit Cast. in l. iustitia §. iuris præcepta num. 3. ff. de iustitia, & iur. etiam habetur in leg. vnic. C. de concubinis, vbi non est permissum vxorato habere concu-
11 binam, quia habere concubinam, & vxorem est contra bonos mores secundum not. per Iaſ. in leg. ex

parte

parte §. si mulier n. 4. ff. de verb. oblig. ideoque vxora-
12 tus, habens concubinam dicitur infamis, vt dixit Caccialupus in auth. si qua illustris. num. 23. C. ad Orphic. & idem tradunt Decius in consil. 570. num. 4. & Thes. dicta decis. 130. hinc frater aduersus fratrem, qui instituit talem personam potest vti querela inofficiosi, vt consuluit Curt. iun. in consil. 136. vol. 2. & dixerunt Vrsillus in decis. 104. num. 2. & Laurent. de Pinu in consil. 50. num. 8. & ita quoque habens duas concubi-
13 nas dicitur infamis §. consideremus versic. & hoc dicimus in auth. de trien. & semis. & per Barb. in tract. de testib. in quarta parte numero decimo.

14 Et tandem circa supradicta notandum est, quod licet olim esset permissum non vxorato habere concubinam dicta leg. vnic. hodie tamen est prohibitum tam de iur. ciuili, vt in auth. de lenon. §. sancimus, & §. mulieres, ita tradit Abb. in c. cum venissent numer. 10. in fin. de inst. quam de iure canonico cap. nemo, & cap. concubinatus 32. q. 4. vt dixerunt Host. in c. lator, & Abb. in cap. tantum nu. 14. qui filij sint legitimi, & glos. in c. aliter 30. q. 3. & Caccialupus loc. cit. numer. 30. ac quoque illicitum coitum concubinatum reputauit Arist. lib. 2. polit. cap. 16. in final. vt refert Papon. in titul. de concubinatu super præcepto decalogi
15 non mechaberis lib. 1. & multæ adsunt pœnæ contra concubinarios, vt per Rebuff. super concord. in rub. de pub. concub. post principium Bellonus consil. 56. numer. 3. Gram. in vot. 4. Arnon. sing. 67. latè Bermondus in dicto tractatu de concub. in ver. pœnis alijs fol. 232. & Tartag. in practic. crimin. in titul. de defens. reorum cap. 40. nu. 7. & contra eosdem vide Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 9. de ref. curiæ, & Conc. Trid. sess. 24. in decretis de reformat. c. 8. sess. 25. cap. 14. vt scribunt Quintil. in add. ad alleg. Lap. 9. in verb. concubinam, & Paulus Fuscus sing. 164. litera G.

RESOLVT. DLXVII.

1 *Primo beneficio vacante per assecutionem alterius possidens non potest resignare in fauorem alterius amici.*

2 *Quando beneficium vacat ipso iure, sed in priuatione requiritur sententia iudicis, possessor potest illud resignare in fauorem alterius, etiam cum reseruatione pensionis, sed limita num. 3. & 4.*

An habens beneficium curatum si postea nanciscatur aliud beneficium incompatibile possit primum resignare.

PRo huius articuli resolutione distinguendæ sunt duæ iuris conclusiones.

1 Prima conclusio quando beneficium primum vacat ipso iure per assequutionem secundi non potest possidens resignare illud in fauorem alterius amici, quia nemo dat, quod non habet, ita concludit Rebuff. in sua praxi beneficiali lib. 3. de modis amittendi beneficia n. 52. Boer. decis. 205. per totam Alphons. Oieda in dict. tract. par. 1. cap. 13. n. 62. Rufiniacus in suo tract. de benefic. cap. 20. num. 4. & 5. cum sequentibus fol. 275. to. 15. tractatuum nouorum par. 2. & id satis insinuat dict. extrauagans execrabilis cum ibi summus Pontifex sibi reseruet collationem beneficij, quod ipso iure vacat, sic tanquam beneficium reseruatum non poterit resignari in præiudicium reseruationis, satis enim id probat dict. cap. licet Episcopus, vbi Episcopus tale beneficium prouidere potest non citato possessore, qui aliud beneficium assequutus fuit, at vero si ille posset resignare, citandus esset antequam Episcopus alteri collationem faceret, licet ad hunc text. posset responderi, quod sufficit citari antequam prouiso tradat possessionem, & sic saluabitur nullitas, quæ ex defectu citationis potest interuenire.

Secunda conclusio quando beneficium primum
2 vacat ipso iure, sed est possessor priuandus ob incompatibilitatem, & non residentiam per sententiam iudicis, tunc possessor ipse potest resignare in fauorem alterius, etiam cum reseruatione pensionis, vt est gl. in cap. 2. verbo finita, vt lite pendente lib. 6. per quam ita tenet, & defendit Boer. decis. 206. per totam Felyn. in cap. inquisitionis in princ. de accusat. Aufrer. in decisio. Cappell. Tholos. decis. 237. Rebuff. vbi supra glos. in pragm. sanctio Gallicana tit. de collationibus §. item super verb. dispositio Dominicus consil. 105. per totum Ludouic. Gomes. in regula de annali quæst. 42. per totam Rufiniacus vbi supra Probus ad dictam pragmaticam Thomas Ferratius cautela 44. Rober. Lancellott. in tract. de attent. p. 2. cap. 4. num. 503. fol. 312. tomo 5. tractatuum, idem in cap. 5. à num. 10. 11. 12. & 13. fol. 338. & licet isti aliqua iura allegent, ea non bene probant, nec plures ex auctoribus ab eis citatis, qui loquuntur quando lis pendet super priuatione beneficij, & possessor cedit liti, tunc dicunt ipsi, quod cessat lis, sed non aperiunt, an possit cedere per viam resignationis in fauorem alterius, facit doctrina Bald. in l. incestas C. de incestis nupt. vbi dicit quod priuatus ipso iure non potest bona alienare, secus priuandus, & plures alias authoritates in confirmationem huius doctrinæ Bald. allegat ipse Oieda vbi supra cap. 4. numer. 11. limitant tamen hanc conclusionem plures ex supradictis cum Butrio, & alijs, duobus modis.

3 Primus quando lis vertitur super priuatione beneficij ob non residentiam, vel ob aliud delictum, & ante resignationem facta est testium publicatio, tunc enim habetur, ac si esset lata sententia priuationis, vt per iura ab eis allegata, & tunc non potest resignare, quam tamen limitationem ego intelligerem, quando facta testium publicatione apparet possessorem omnino priuandum, nullamque ei competere defensionem, tunc resignare non poterit, quia tunc perinde habetur, ac si esset priuatus ipso iure, nam idem esset in sententia, à qua ob notorietatem iustitiæ non posset appellari, alias si dubium versaretur in iure, & in facto, bene poterit resignare, quemadmodum posset resignare pendente appellatione à sententia priuationis, vt vult Rebuff. vbi sup.

4 Secundus modus est, quando antea quam reus, vel possessor priuandus resignaret, alius impetrauit beneficium in casu priuationis, tunc enim si possessor sciat de dicta impetratione, & gratiæ concessione resignare non potest, si verò ignoret potest, & ita Gomesius, Domin. Butrius, & alij quos ipsi allegant tenent, tenet etiam Christoforus Rufiniacus vbi sup. c. 21. & latius Lancellott. in dict. c. 5. à num. 10. cum sequentibus fol. 338.

RESOLVT. DLXVIII.

1 *Bona mobilia prætiosa, vel immobilia Ecclesiæ non possunt alienari absque interuentu assensus Apostolici sub pœnis contentis in extrauagant. ambitiosæ de rebus Ecclesiæ non alienand.*

2 *Fructus accedunt fundo, & tanquam accessorij fundi naturam sequuntur.*

3 *Coniunctorum idem debet esse iudicium.*

Fructus rei Ecclesiæ seminati an veniant appellationi immobilium ad effectum, vt illos alienantes absque solemnitatibus incidant in censuras extrauagantis ambitiosæ.

1 PEr dispositionem text. in extrauaganti ambitiosæ de reb. Ecclesiæ non alienandis cauetur ne sub pœnis

pœnis ibidem contentis bona immobilia vel mobilia prętiosa alienentur absque interuentu assensus Apostolici, quare fuit dubitatum, an id procederet in alienantibus seminata Ecclesiæ absque assensu Apostolico alienata, & ab initio dicebamus non contineri, pendentesque fructus esse rei partem, l. fructus ff. de rei vendi. l. fin. §. fructus ff. quæ in fraud. credi. l. in Falcid. ff. ad l. falcid. item fructus accedunt fundo, & tanquam accessorij fundi naturam sequuntur l. quæ religiosis adhærent ff. de rei vend. cap. accessorium de reg. iur. in 6. §. igitur institut. de pupill. substit. l. cum principalis ff. de regul. iur. cap. de prudentia de dona. inter vir. & vxor. & coniunctorum idem debeat esse iudicium l. eum actum ff. de negoc. gest. l. eum qui ędes ff. de vsucapionib. & in l. fin. ff. de calumn.

Cæterum contrarium iudicauimus per doctrinam Castrensis cons. 132. quem referunt, & sequuntur Soc. consil. 6. libro 1. Bologn. in additione ad Anan. consil. 6. Cravet. consil. 201. num. 2.

Licet pugnare videantur iuris regulæ, quæ de coniunctis, & accessorijs loquuntur, tamen (inquit ille) quia in habitu sperantur fieri res mobiles arg. l. fundi §. final. cum l. seq. ff. de actio. empt. si regulæ detractæ ab ædificio, vt reponantur ædibus accedunt: Itaque si sunt in fundo repositę, vt deinde amoueantur, non debent dici esse fundi argum. à contrario sensu l. 1. §. 1. ff. de offic. eius cui manda est iurisdict.

Item quæ destinata sunt ad vnum vsum, pro factis habentur leg. si quis earum §. interemptu de leg. 1. leg. & si non sint §. quid ergo de auro, & argen. leg. grana enim seruntur in terris, vt deinde colligantur non, vt ibi perpetuo maneant. Ita non debet esse in consideratione illud modicum tempus, quo fundo adiecta sunt, cum parum durauerit leg. si pro parte §. versum ff. de in rem verso.

RESOLVT. DLXIX.

1 *Sententia lata non visis actis est nulla, amplia si scripturæ non visæ releuant ad causam num. 2.*
3 *Nobili viro, & bono creditur.*
4 *Iudici asserenti vidisse processum creditur contra num. 8.*
5 *Iudex maximam habet præsumptionem pro se.*
6 *Iudici creditur in his, quæ coram eo gesta sunt, & causæ cognitionem adhibu sse in decreto num. 7. contr. 9. vbi adducuntur similia.*
10 *Iudici non creditur in his quæ redarguunt eius sententiam nullam intellige num. 11.*

An credatur iudici asserenti eius sententiam mandatam fuisse executioni.

1 SEntentia lata non visis actis est nulla Bartol. & DD. in l. prolatam C. de sent. Vanti. in tract. de nullitat. ex defectu proces. vbi testatur communem opinionem Cumia super tit. 76. numer. 127. Paris. consil. 124. num. 1. cum seq. Marsil. de Bannit. in vers. sent. §. 4. num. 91. & §. 6. num. 42. de Gregor. in tractat. de iud. caus. feudal. q. 37. maximè quando scripturæ non visæ releuant ad causam Fel. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constit. vbi ait esse communiorem, & veriorem doctorum sententiam. Ratio est, quia acta mittuntur iudici, vt instruatur, & procedat ad decisionem causa cognita, & auditis partibus cap. Abbate sanè de re iud. in 6. & in Regno iudex debet apponere vidit super scripturis, & nisi aliter appareat iudicium instructum fuisse sententia diceretur nulla, & in hoc standum erat iudici asserenti se vidisse processum, & causæ cognitionem adhibuisse in ipsius decisione, quia si creditur nobili viro, & bono, vt dixit glos. in leg. Titio fundum ff. de conditionibus, & demonstrationibus, multo magis deberet credi iudici leg. vir bonus ff. iudic. solui, qui maximam habet præsumptionem pro se leg. 2. ff. de off. iudicis Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 9. Menoch. de arb. iudicum q. 76. num. 3. cum similibus adductis per Mascardum concluſ. 931. num. 1. & quod credatur iudici de his, quæ coram eo gesta sunt tradit Gram. consil. 130. n. 6. in ciuili, immo, & quod causæ cognitionem adhibuerit in decreto, dixit Ias. in l. si donatione colum. antep. circa medium, & ibi Decius n. 69. C. de collat. Bartol. in l. ambitiosos ff. de decret. ab ordine faciend. quem refert Alex. cons. 34. ante finem lib. 5. vbi dicit, hanc esse communem opinionem Cravet. de antiq. temp. p. 2. n. 14. Cæphal. cons. 185. n. 15. l. 2. sed in contrarium faciebat, quod iudicis assertioni non creditur in quocunq; casu ad tex. in c. cum à nobis de testibus, & in c. post cessionem de probat. & tex. in l. eos si bene aduertatur. C. de appell. Menoch. de arbit. iudicum, cas. 187. n. 31. Mascard. dict. conc. 951. n. 2. vbi n. 10. post multos relatos subdit, quod non creditur iudici asserenti se adhibuisse causæ cognitionem in decreto, vel detulisse iuramentum suppletorium, aut dedisse tutorem causa cognita, vel sequestrasse possessionem prę timore armorum, & in puncto, quod non credatur iudici in eo, quod redargueret eius sententiam nullam seu validam dixit But. in c. cum à nobis n. 10. col. 4. vers. 2. quando proceditur, & ibidem Fel. n. 8. vers. item procedit concluſio de test. Aufrer. de reprob. test. post n. 11. ver. arbiter vers. procedere etiam ista concluſio Cravet. cons. 265. per totum Menoc. de arb. iudicum q. 73. n. 8. Mascard. concl. 124. n. 9. Æmilius de test. ver. arbiter n. 15. Farinac. de oppos. cont. personam test. q. 6. n. 108. & eo magis in casu isto, in quo iudex tenebatur apponere, vidit super scripturis decisis in tantum, quod nullitas dicebatur causata ob eius negligentiam respectu solemnitatis per eum obseruatæ, & sic agebatur de seipso exonerando, vt declarant Menoch. Mascard. in locis proximè relatis discusso negotio fuit concluſum in consistorio, quod iudicis assertioni super hoc crederetur, concurrentibus tamen alijs adminiculis, vt dixerunt Anchar. in consil. 439. Cravet. in locis præallegatis n. 22. cum alijs adductis per Mascard. in d. concl. 951. n. 15. & in specie respondet Decian. resp. 18. num. 202. vol. 1.

RESOLVT. DLXX.

1 *De materia patrimonij clerici plura remissiuè, & num. 2.*
2 *Concil. Trident. c. 2. sess. 21. renouans pœnas contra ordinatos sine patrimonio, de quibus pœnis loquitur num. 4. & n. 5. intelligitur loqui de pœnis cap. cum secundum.*
6 *Cap. neminem, & c. sanctorum 70. dist. sunt derogata per c. cum secundum de præbendis.*
7 *Ordinatus cum ficto patrimonio an sit suspensus de iur. com. & Conc. Trid. num. 8. 9. & 12.*
10 *Patrimonium nullum habere, vel fictum habere paria sunt.*
11 *Suspensionis pœna non incurritur nisi in casibus à iure expressis.*
13 *Fraudem faciens extraordinariè puniri debet.*
14 *Interpretatio in pœnis benignior est facienda.*
15 *Constitutio 29. Sixti V. contra promotos ficto, vel sine patrimonio.*

Ordinatus cum ficto Patrimonio an sit irregularis.

1 DE huius patrimonij materia vide cap. Episcopus cap. cum secundum cap. tuis quęstionib. de preb.
2 Concil. Trident. sess. 21. de ref. cap. 20. & const. Pij V. 74. secundum ordinem Bullarij Diaz in praxi criminali c. 18. per totum in nouis, & ibi additio Lopez de Salcedo Maiol. de irreg. lib. 4. cap. 15. Nauar. in Manual.

nual. cap.27. à num.158. & consil.13. 14. 15. & 16. & 42.& 47.de temp. ordinat.cum alijs plurimis consilijs eiusdem titul. Spinum de testament. glos. principal. 18. articul.7. Rodriquez in sua sum. 2. par. c.15. per totum Paris.de resign.benef.lib.2.q.6.per totam.

Concil.autem Trid. d.cap.2. sess.21.innouat pœnas
3 contra ordinantes se, sine legitimo patrimonio, & si Nauar. in consil. 14. numer.4. de temp. ord. dixerit quod non solum innouatur pœna capit.cum secundum Apostolum de præbendis dicentis, quod Episcopus teneatur tali ordinato sine titul.subuenire, & vitæ necessaria prouidere,sed etiam pœnam capit. neminem & c.sanctorum distin.70. scilicet, vt sic ordinatus sine
4 patrimonio sit suspensus: sacra tamen Congregatio Concilij Triden.aliter censuit videlicet, quod per d.c.
5 secundum dumtaxat fuerit renouata pœna d.c. cum secundum, non autem pœna c.neminem.& c.sanctorum 70.dist.prout sequitur.

Concilium renouat tantum pœnas cap. cum secundum ext. de præb. in hoc c.item dixit ordinatus contra formam huius decreti sine beneficio, aut patrimonio, non est per hoc suspensus, nec aliquam pœnam incurrit, sed cogendus est ordinarius ei prouidere iuxta cap. cum secundum ext.de præb. & hic solus canon non alij à Concilio renouatus est.

Quod fit, vt post dictas declarationes dici non possit ex iure com. vel ex Concilio Trident. sic ordinatum esse suspensum,& ministrando irregularem, præsertim cum dicti canones neminem, & sanctorum,
6 ante Concil. Trident. fuissent abrogati in hac parte per dictum capit.2. versic.licet,per quem text. pœna ipsorum,canonum est redacta ad terminos dumtaxat illius.

An autem hoc procedat quando quis ordinatur cum ficto patrimonio decipiendo Episcopum Nauar. in dicto consil.14.dicit,quod talis sit hodie suspensus,
7 ne ex suo dolo commodum reportet, & ne sua culpa remaneat sine pœna,& quia Episcopus,qui non fuit in culpa puniri non debet,item per text.in cap. per tuas il 3. de Sim. imponitur pœna suspensionis ordinato cum ficto patrimonio Episcopo ignorante, & cum Nauarro videtur transire Parisius etiam post dictas declarationes lib.2. quæstion. 6. num.18.

Ego verò stantibus prædictis declarationibus de
8 hoc valdè dubito, & contrarium verius esse puto, tum quia text.in dicto cap.per tuas il 3. de sim. non potest applicari casui nostro, cum solum loquatur de assequente beneficium Ecclesiasticum per simoniam, seu confidentiam de dimittendo, quo casu ratione simoniæ imponitur dicta pœna suspensionis. Nos
9 autem versamur in patrimonio, & bonis prophanis, in quib.non cadit simonia.

Tum quia dicti canones neminem, & sanctorum non loquuntur de ordinato cum ficto patrimonio, sed indefinitè de ordinato sine tit. & quatenus comprehenderent ordinatum cum ficto patrimonio essent per d.cap.secundum antiquati, & correcti.

Tum quia declarationes generaliter, & indefinitè cantant (prout etiam Concilium) quod ordinatus sine tit. non sit per hoc suspensus, & sic habent locum in ordinato cum ficto, & simulato patrimonio, quia
10 non habere patrimonium, vel fictum, falsum,& simulatum habere paria sunt l.2.§.1.ff.quemad. testa.aperiant. Alex. consil.104. num.3.lib.1. Roland. consil.63. num.28.lib.1.Tiraq.de retract.lig.glos.20.num.11.

11 Tum quia pœna suspensionis non incurritur, nisi in casib.à iure expressis cap.11. de sent. excom. in 6. gl.penult.in fin.in c.fin.de iur.pat. Menochius de arb. iud.lib.2.cas.275.per totum.

Tum denique quia Concil. Trid. in d. c.2. expressè loquitur de ordinatis cum patrimonijs fictis, vt in il-
12 lis verbis, qui varijs artibus, & fallacijs confingunt se beneficium Ecclesiasticum, aut etiam idoneas facultates obtinere.

Neque obstat,quod taliter ordinatus non debet remanere sine pœna, & ex suo dolo commodum reportare, nec Episcopus sine penitus culpa debet gra-
13 uari,quia ratione fraudis,& doli posset extra ordinariè puniri cum à iure certa pœna sancita non sit l.1. vers. quib. nulla ff. de effractor. cum similibus, ac posset Episcopus forsan illi necessaria denegare, nec ad pœnam d. cap. cum secundum teneretur, cum ipse in culpa non fuerit, sed deceptus ab ordinario Decius in c.Episcopus num.13. in fin.de præb.

At vero non sequitur, quod propterea sic ordinatus cum ficto patrimonio ipso iure suspensus rema-
14 neat,& in pœnis benignius est interpretandum l.in pœnis l.interpretatione ff.de pœnis.

Cæterum hodie per constitutionem Sixti V.29.con-
15 tra male promotos, ordinati sine patrimonio sunt suspensi,& si ministrauerint erunt irregulares.

RESOLVT. DLXXI.

1 *Facti species.*
2 *Reseruatio assensus etiam, quod non requiratur non facit vt interuenire debeat.*
3 *Reseruatio assensus facit actum conditionalem.*

An reseruatio assensus Apostolici in alienatione rei Ecclesiæ,in qua non exigitur,operetur vt propter illam reseruationem sit necessarius.

1 FActi species ita fuit mihi proposita: quidam Rector cuiusdam Ecclesiæ alienauit nonnulla bona suæ Ecclesiæ, in qua alienatione non requirebatur assensus Apostolicus: dictus verò Rector in alienatione prædicta interposuit clausulam reseruato assensu Apostolico, nec aliter, nec alio modo, quærebatur stante dicta reseruatione an esset necessarius
2 assensus Apostolicus quamuis alienatio esset de casibus,in quibus illud non exigitur, & respondi,dictam reseruationem nihil operari, ex quo reseruatio assen-
3 sus facit actum conditionalem, & sic si exigitur, vt gl. in l.item Labeo §.1. in ver.purè ff. famil.hercis.Brun. in cons.42.in fin.Cur.iun.in cons.77.n.3.And. in cap. Imperialem §. scriba col.2. versic.secus si vendidit de prohib.feud.alienat.per Fed.& ibi Capyc. col.218. in paruis de reintegrat.fol.147.Moder.in c.1.in fin.quid sit inuestitura Anna in repet.const.Regni constitutionem diuæ memoriæ num.194.

RESOLVT. DLXXII.

1 *Vicarij sunt loco rectorum,seu priorum.*
2 *Vicarij habent perpetua beneficia.*
3 *Qui seruit altari de illo viuere debet.*
4 *Dignus est mercenarius mercede sua.*
5 *Naturali iure sancitum qui portat onus debere mercedem reportare.*
6 *Labor non debet esse sine mercede.*
7 *Opera nunquam est sine emolumento.*
8 *Salarium præstatur pro labore.*
9 *Naturali ratione cautum deberi cibaria seruienti.*

Congrua portio debita Vicario perpetuo quanta sit.

1 CVm Vicarij perpetui sint loco Rectorum seu Priorum Valas.consult.14. num.4.& 5. Gabriel consil.190. num.16. & consil.196. num.18. tom.2. &
2 perpetua beneficia dicantur habere Gambara de potest.leg.lib.5.num.100.& lib.6.tit.de pens.num.10.& nemo cogatur proprijs stipendijs militare cap. cum

ex officij

ex officijs 16.de præscrip.c. precario 10. q.2. cap.Ecclesias 10.q.1.§.his itaque c.iam nunc in fin.28.q.1.c. cum sit Romana de Sim. D. Thom. lib.3. de regim. princip.c.11. Simancas lib.9. de republica cap.24. n.
3 15.& qui altari seruit de altari viuere debet, vt inquit Apostolus 1. Corinth.cap.9. c. cum secundum Apostolum de præb. cuius ea verba, cum secundum Apostolum,qui altari seruit viuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur repelli non debeat à mercede cap. extirpandæ eod.tit.Marsil.tract.de Eccl.reddi. orig. p. 3.cap.24.n.37.Vran.consil.42.num.1. to.1. Redditus enim Ecclesiastici principaliter assignantur à iure clericis,vt ex ipsis honestè viuere possint.c.cum ab omni de vit.& honest.cler.vbi Abb.notab.5.Bald.in consil. quod inseritur post decisionem 68.Chacher.n.14.merito dictus vicarius de fructib.dictæ Ecclesiæ congruã, & sufficientem portionem debet habere, iuxta iurisprudentiæ constitutiones, cum dignus sit mercena-
4 rius mercede sua cap. charitatem 12. quæst.2. cum apud iudæos hi, qui sacrorum vice fungebantur; & altari præsto erant, eorundem donorum, quæ altari offerebantur fuerint participes 9. reg. c.12.Ezech.cap. 44. Ioan. Eleius c.22. locorum com. contra Luther. œconom. canon.2. clas.c.3.81.dicens post D.Gregorium iustum esse vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium can.charit.iuncto c.Ecclesiasticis 12. q.2. Robert.Aurel.l.1.rer. iudaic.c.7.vnde ex Conc.Agatensi cap.36. clerici omnes, qui Ecclesiæ fideliter, vigilanterque deseruiunt stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum per ordinationem ca-
5 nonum à sacerdotibus consequuntur cum naturali iure ad quem onus spectat debeat etiam commodum pertinere leg.secundum naturam ff.de reg. iuris l. fin. §.sed eum C.de furtis,& ser.cor.cap.Ecclesiasticis 12. q.2.c.de lapsis,vbi glos.16.q.6. Cast. consil.187. num. 3.par.1.Alexand. consil.32. numer.1. lib.5.Gomes.in regula Cancellariæ de imp. benef. per obitum famil.
6 Cardin. q.8. nec debet esse labor sine iusta mercede cap.fin.vbi glos.7. q.1. auth. de iudicibus §.ne autem collat.6. quia ingratus est labor, quem debita præmia fallunt: vnde Cassiod. ait libr.2. variar. epist.28. tribuenda est iustis laboribus compensatio præmiorum,quia exprobata militia creditur, quæ irremunerata transitur. Alexander Seuerus Imperator vt in eius vita refert Lamprid.dicebat nihil esse iniquius, quam vt è republica annonas congererent ij, qui nihil in eam labore suo conferrent, & Appius Claudius apud
7 Liuium libr.7. dixit, nusquam operam esse sine emolumento,nec emolumentum sine impensæ opera;nam si beneficij possessor fructibus sibi subtractis, & ab alio perceptis nudum nomen haberet dignitatis,eueniret, quod Constantin. Imperatoris Leonis filio contigisse narrat Cedrenus pagin.521. vt ei nomine Imperatoris relicto fructus tollerentur Imperij, vel similis Ecclesiastica pœna Melitij, nam cum eius temeritas à Synodo Niceno damnaretur simul constitutum fuit,vt non Episcopali sede deijceretur,sed potestate, & iuribus amissis, nudum dignitatis nomen retineret,vt referunt Niceph. lib. 8. Eccles.hist.cap.24.
8 Aurelius dicto c.7. cum enim salaria præstentur pro labore leg. idem leg. in fundo §. idem Labeo ff.mandati,aut pro scientia,& probitate Gratian decis.101. num.2.& decis.201.num.5. naturali ratione debentur cibaria,& alimenta ei,qui seruit l. in reb. §.possunt ff. commodati l.item si serui ff.de ædil.edicto.l.diuortio §.fin.ff.solut.matr.leg.cum duob.§.si quis ff.pro socio Durand.super 6.in cap.1. num.68.de postulando.

RESOLVT. DLXXIII.

An falsificantes literas, & accipientes pecunias, & postea aufugientes ad Ecclesias an gaudeant immunitate, vide num.13.

2 *Falsitas est grauissimum crimen, & perditur per ipsum honor, & dignitas num.4.*

3 *Qui committunt crimina magna, & atrocia non gaudent immunitate Ecclesiæ.*

5 *Falsarij non gaudent immunitate Ecclesiæ, nec committentes crimen læsæ maiestatis, nec insuper sodomitæ, nu.6. & 7. & 9. vide num.17.*

8 *Homicida, qui ex proposito interemit aliquem, non gaudet immunitate Ecclesiæ, & num.18. & vide de veritate.num.18. & 19.*

10 *Famosi latrones non gaudent Ecclesiæ immunitate, & qui dicantur, vide n.11. & seq.*

14 *Omnes gaudent immunitate Ecclesiæ, sed excipiuntur nonnulli casus, vide num.15.*

16 *Declaratur regula quod excluso vnius casus, est inclusio alterius.*

18 *Vita hominis omnibus alijs rebus præferri debet.*

20 *An raptor virginis gaudeat immunitate Ecclesiæ.*

21 *An etiam gaudeat eadem immunitate, qui fractis carceribus confugit ad ipsas.*

22 *An committens falsum cum periurio gaudeat immunitate Ecclesiæ.*

An falsificantes literas cambij Mercatorum, & cum illis recipiendo falso pecunias ab eorum respondentibus aufugiens ad Ecclesiam gaudeant illius immunitate.

CVm in facti contingentia euenisset hic casus & essem consultus quid sentirem, pro parte negatiua videbantur facere plura fundamenta adducta
1 per Febum d.81.in simili casu.

2 Et primo, quod falsitas, est crimen grauissimum, & ex atrocioribus, quia ex falsitate oritur delictum furti,& insuper mutatio veritatis in dictis literis cambii, & sic in eis datur pœna mortis, & confiscatio bonorum ex ord.lib.5.titul.53.in princip. Farinacius de falsitate q.150.in 2.p. numer.24. & in criminibus ma-
3 gnis, & atrocibus non gaudent delinquentes immunitate Ecclesiæ ex Couar.lib.2.variarum c.fin.à num. 8.vers.deinde Auendan.c.22.prætor. nu.9. Salzed. in additionibus ad Bernardum Diaz in pract. canonica c.86. ex pœna enim arguimus qualitatem culpæ pro regula ponit textus in c.non afferamus 24. quæst.1.

Et adeò graue, & infame iudicatur crimen falsita-
4 tis, quod propter illud perditur nobilitas, & perduntur etiam omnia priuilegia honoris, & homo remanet sine fide, & ad nihilum reducitur ex allegatis per Marsilium in rubr.ff.ad leg.Cornel.de falsis n.27.Affl. decis.404.num.3.& ampliat Farinacius in tit. de falsitate q.150.in 1. par.nu.12. quod hoc crimen homicidii,& facit ord.lib.5. tit.139.§.fin.

5 Secundo, quod hoc crimen est exceptuatum in c. inter alia de immun.Eccles.vt probat tex. & ibi Bart. in leg. Lucius 7. ad Turpill. plenè Farinacius de falsitate d.q.150.1.p.n.14.vbi alios refert;confirmatur ex eo, quod quamuis crimen falsitatis non sit per verba expressa exceptum in d.c.inter alia,tamen quia exceptio in eo textu stat demonstratiuè,licet sit per verba taxatiua,non excludit casus similes, vt probat gl. per tex.ibi in l.ob æs alienum C.de prædiis minor. glos.in verb.voluerit in l. fin. C.reuocand.donat.probat.cap. ad audientiam, & ibi Abb. de clericis non residentib. Bartol.in leg.serui num.2. ff. vsucapionib. Cou.lib.2. var. cap.5. num.6.

6 Et est exemplum in crimine læsæ maiestatis quod quamuis non sit exceptum in dict. cap. inter alia, tamen propter eius atrocitatem delinquens in eo non gaudet immunitate Ecclesiæ comprobat Gig. in tractat.crimin. læsæ maiestatis lib.3. quæst.3. per totam

sub

sub rubrica de pluribus, & diuersis quæstionibus resoluit Farinacius alios referens titul. de carceribus, & carceratis quæst. 28. numero 27. Rebuff. 2. tom. ad leg. Gallic. parte 1. glos. 1. numero 23. in fine Clarus lib. 5. §. final. quæst. 30. num. 10. quos refert, & sequitur Bobadilla lib. 2. capit. 14. numero 54. hoc idem est in so-
7 domitis propter immanitatem delicti, tradit Salced. in addition. ad Bernard. Diaz in pract. crim. cap. 86. de crimine nefando pag. 354. col. 2. in fine, & sic erit dicendum in crimine falsitatis.

Tertio adducitur contra tales reos, quod immunitate Ecclesiæ gaudere non debent ratione euitandi absurdi, quod sic considerant hac argumentatio-
8 ne, si enim inquiunt homicida, qui ex proposito, & insidiosè interemit Titium videlicet, non gaudet eadem immunitate, vt probat cap. 1. de homicid. Bobadilla in lib. 2. & capit. 14. n. 36. Remigius de immunit. Fallent. 3. Menoch. de præsumption. lib. 5. præsumption. 10. numero sexto, a fortiori non gaudebit falsarius.

Cuius rei ratio assignari potest, quia crimen falsi-
9 tatis magis graue est quam crimen homicidij, vt probat Marsilius in rubrica ff. ad leg. Cornel. de falsis numero 1. ex multis resoluit Farinacius de falsitate quæst. 150. numero 12. vbi numero 15. ex alijs concludit, quod falsarius dicitur etiam proditor, & pro euitanda hac absurditate idem resoluunt in crimine læsæ maiestatis Farinacius dicta quæst. 28. nu. 72. Bobadil. dict. capitul. 14. num. 54.

Vltimo adduci potest illud principale fundamentum, quod tales rei sunt publici latrones, quia iam
10 alia furta commiserunt, ex quo non possunt gaudere immunitate Ecclesiastica, vt probat dicto capit. inter alia Rebuff. vbi supra num. 18. Cou. dict. §. fin. nu. 13. versic. 19. Farinac. dicta quæst. 28. num. 50. Gregor. in l. 4. in glos. los latrones manifestos, & in glos. sequenti tit. 11. par. 1. Guttierez practic. lib. 1. quæst. 1. num. 21. Farinac. dicta quæst. 28. num. 51. qui hoc ampliant in quocunque latrone inquiunt enim, quod ille ap-
11 pellabitur in iure latro publicus, qui fecerit tria furta, vt tradit glos. in auth. sed nouo iure C. de seru. fugit. & ibi Bart. num. 2. Farinac. de furtis quæst. 166. num. 6. vbi dicit quod veritas est, & in pract. seruatur, quod si fur fecerit tria furta, reputatur famosus, & Farinacius quæst. 167. num. 1. Clar. lib. 5. §. furtum num. 8. Gom. 3. ca. 10. num. 2. statim post principium vbi dicit, quod si fur tria, vel plura furta commisit, potest extrahi de Ecclesia, quia per talem consuetu-
12 dinem efficitur famosus argumento textus in l. capitalium §. famosos ff. de pœnis, & in d. auth. sed nouo iure, & illis addo Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 5. verb. prour la primete n. 4. & est extrauag. nouissima huius Regni §. 20.

His tamen non mouentibus, in fauorem talium reo-
13 rum iudicatum fuisse dicit idem Phebus, vt possint, & debeant gaudere immunitate Ecclesiæ.

Ex eo potissimum fundamento, quia certum est in
14 iure, quod Ecclesia priuilegium habet, vt pro quocunque crimine ab ea quis extrahi non possit c. diffiniuit cum alijs 17. quæstione quarta, capitulo reos 23. quæstione 5. d. c. inter alia, vbi Abb. & Anchar. de immunit. Eccles. & refert multos Cened. in collectan. 54. ad dictum cap. inter alia.

15 Ex qua regula nonnulli casus relati in dictis iuribus excipiuntur, inter quos primus est publicus latro, qui est famosus, seu in itinere publico palam publicè furatur ex Abbate numero quinto, in dicto capitulo inter alia in dicta l. capitalium §. famosos, & §. grassatores ff. de pœnis, ord. libro secundo, titul. 5. §. 3. ibi Olodrano publico tre dor de stradas. ou. caminos quem elles costumar, matar, ou, ferir, ou. roubar, sequitur Tiberius Decianus in praxi 2. part. capitulo vigesimo octauo, n. 2. referens multos Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 30. num. 9. ibi qui in strada publica, & frequentata paratis insidijs obsederint asserens hanc esse communem canonistarum opinionem.

Et cum in actis supradictæ qualitates non apparerent, nec per testes probarentur, rectè sequitur, quod isti rei debent frui immunitate Ecclesiæ, exceptio enim facta in vno casu firmat regulam in contrarium ex Bart. in l. quæsitum §. denique ff. de fundo instruct. Surdus ex multis decis. 185. a num. 8.

16 Et quia exclusio vnius casus est inclusio aliorum l. cum prætor. ff. de iudic. eleganter declarat Menoch. cons. 111. n. 39. lib. 1. & cons. 106. n. 232. lib. 2. & ita per simplex furtum latro non priuatur Ecclesiæ immunitate ex communi relata a Gomesio 3. to. c. 10. n. 2. Deciano vbi supra c. 28. num. 4.

17 Insuper falsitas non eximit reos ab immunitate Ecclesiastica, quia omnes illi delinquentes ab Ecclesia proteguntur, qui crimina excepta in dictis capitulis non commiserunt, & cum falsitas in dictis iuribus non inueniatur, sequitur etiã, quod huiusmodi rei immunitate gaudere debent, in cõcernentibus enim immunitatem Ecclesiasticam iuri canonico standum est, vt per Abbat. in dicto cap. inter alia num. 16.

Iuuat, quod licet simplex homicidium sit graue
18 delictum vtpote hominis vitam auferens ex l. sancimus C. de sacrosanct. Eccles. nihilominus talis homi-
19 cida non priuatur Ecclesiæ immunitate Abb. in d. c. inter alia n. 17. Alexan. lib. 7. cons. 147. n. 7. communis ex Deciano vbi supra lib. 6. c. 28. num. 16.

20 Accedit, quod quamuis in virginis raptore graue delictum reperiatur, nihilominus ipse raptor gaudet Ecclesiæ immunitate c. de raptoribus 36. quæstione 2. Ord. lib. 2. titul. 5. §. 4. & sic seruari testatur Clar. lib. 5. §. fin. quæst. 30. n. 20. & ita a iudicibus Deum timentibus seruari asserit Bossius titul. de captura post numerum 12. & Clar. vbi supra testatur se vidisse quendam hominem condemnatum pro violentia mulieri illata Ecclesiæ restitutum fuisse.

Item in eo, qui dum in carceribus detineretur pro
21 aliquo crimine carceribus fractis ad Ecclesiam confugit, licet in frangendo carceris muros videatur sacrilegium committere, cum sacri sint, prout, & muri Ciuitatis ex l. sanctum l. sacro. l. final. ff. rer. diuis. idem seruatur, & ab Ecclesia non extrahitur cum casus iste nullo iure exceptus appareat, nec etiã de consuetudine, & ita iudicatum fuisse resoluit Boer. decis. 110. n. 9.

Tamen in committendo falsum cum periurio,
22 quod est grauissimum crimen contra secundum præceptum Decalogi, idem seruatur, & delinquens gaudet Ecclesiæ immunitate, quia crimen hoc in iure Canonico est exceptum, vt asserit doctissimus Decianus vbi supra lib. 6. cap. 28. num. 21. ex quibus hæc sententia in fauorem immunitatis amplectenda est.

Ad argumenta autem in principio adducta dicendum, quod procedunt de iure communi, non verò de iure Regio ex ordin. l. 2. tit. 5. §. 4. ibi ladron. publico.

RESOLVT. DLXXIV.

1 *Clerici sunt exempti à iurisdictione laicorum omni iure.*
2 *Laici, nec principaliter, nec incidenter cognoscunt de causis clericorum.*
3 *Clericus non potest trahi coram sæculari, siue agatur reali, siue personali, siue possessorio, siue petitorio.*
4 *Non potest clericus in iudicem laicum consentire, & ipsum capacem facere.*
5 *Mobilia clericorum sequuntur conditionem personæ.*
6 *Patrimonialia clericorum, non ligantur statuto laicorum.*
7 *Quando est controuersia inter iudicem Ecclesiasticum, & sæcularem, cognitio spectat ad Ecclesiasticum.*
8 *Iurisdictio Ecclesiastica reputatur, vt mater.*

Cle-

Clerici obtinent priuilegium fori, etiam quoad bona patrimonialia.

1 CLerici omni iure, à laicorum iurisdictione sunt exempti cap. significasti, cap. si diligenti de foro compet. cap. si quis clericus, vbi Abb. & Fely. eodem tit. constitut. Federici II. hac edictali §. sancimus in vsib. feud. Tutretus consilio 36. numero 11. & seq. Pacian. consilio 146. numer. 115. Duaren. de sac. Eccles. minist. lib. primo c. 2. in fine, & laici iudices nec
2 principaliter, nec incidèter cognoscunt de causis clericorum c. nunquam, c. si Imperat, c. cum ad verum 96. distinct. Agia tract. de exhibendis auxilijs fundam. 26. à Valle cons. 12. n. 37. lib. 2. dicens, quod clericus
3 non potest trahi coram seculari, siue agatur reali, siue personali, siue possessorio, siue petitorio, siue iudicium sit ordinarium, siue summarium, nec sæcularis iudex potest incidèter, nec per viam exceptionis cõtra clericũ iudicare, vt probat idem à Valle, vbi proximè n. 38. & 41. nec etiam de voluntate ipsius cle-
4 rici, qui etiam iuramento nequit in laicum consentire, & ipsum capacem facere d. cap. significasti, vbi glos. Alex. cons. 8. lib. 1. Specul. lib. 2. tit. de competentis iud. adit. §. 1. num. 21. Lapus allegat. 58. n. 14. Philipp. Franch. in quæstionibus super materia petitorij dubit. 4. n. 11. Abb. q. 6. n. 3. Castrens. cons. 259. incip. omnis difficultas n. 5. par. 1. Hugo cons. 46. n. 3. de Senis q. 235. n. 2. Menoch. libro 2. de arbitrar. casu 430. num. 2. à Valle cons. 4. num. 10. vol. 1. Affl. decis. 24. & 85. vtrobique num. 1.

Clerici enim omnes etiam in minoribus ordinibus constituti maximè beneficium habentes sunt de foro Ecclesiæ cap. cum non ab homine de iudicis cap. 2. de foro compet. cap. clericum, cap. nullus 11. q. 1. Dec. in c. Ecclesia S. Mariæ num. 19. de constit. & in c. decernimus n. 166. de iudicijs, Rebuff. in commen. ad l. Gallicas tract. vt laici non conueniant coram Iudicib. Eccles. n. 10. Conc. Trid. sess. 13. sub decreto de reformat. c. 6. à Valle cons. 23. num. 12. lib. 2. dicens quòd clericus debet conueniri coram suo Iudice Ecclesiastico, siue conueniatur à laico, siue à clerico Ioseph. Cumiæ in ritus M.C.V. Regni Siciliæ c. 2. n. 40. latè Gram. decis. 61. à num. 4.

Idemque procedit respectu bonorum, nam bona
5 mobilia Clericorum sequuntur conditionem, & priuilegium personæ cap. fin. de vit. & honest. Cler. Io. de Plat. in l. 2. in fin. C. de priuil. eorum qui in Sac. Palat. milit. lib. 12. Rebuff. in proœmio ad constit. Franciæ glos. 5. num. 36. Bal. in l. mercatores C. de commerc. & mercat. quem refert, & sequitur Alex. cons. 31. viso tit. quæstionis præmissæ vol. 1. & alij relati per Hugonem cons. 60. n. 51. Caballin. milleloq. 617. n. 2. Cephal. cons. 178. n. 105. vol. 2. Grat. cons. 61. num. 47. vol. 2. vnde sicut personæ Clericorum non ligantur statuto laicorum, non ligabuntur bona, quæ gaudent priuilegio clericorum glos. 2. in cap. Ecclesia S. Mariæ vbi Abb. n. 7. & 21. de constitutionibus, qui post alios,
6 quos citat, dicit, quòd etiam patrimonialia clericorum non ligantur laicorum statuto, sequitur Fely. ibi n. 10. circa principium, Dec. n. 18. Ripa cons. 81. n. 6. Sicul. cons. 1. n. 66. vol. 3. Surd. decis. 160. n. 10. & 11. Putens lib. 1. decis. Rotæ 63. n. 2. vbi dicit, quòd clericus est ejusdem fauoris, cuius est Ecclesia, Lopez 7. in l. 58. tit. 6. par. 1.

7 Et quando est competentia inter Iudices quis ipsorum cognoscere debeat Ecclesiasticus, an sæcularis spectat cognitio ad Ecclesiasticum ex c. si Iudex laicus de sententia excom. l. 6. & c. vnico de cler. coniug. eod. lib. vbi DD. tradunt Fulgos. cons. 124. Couar. in practicis cap. 33. n. 1. Paz. in praxi tom. 2. prælud. 2. num. 9. reputatur enim maior Iudex Ecclesiasticus, vt coram ipso tractetur an sua sit iurisdictio Butr. in c. cæterum colum. 2. vers. nota hoc dictum de iudicijs, Dec. in cap. pastoralis n. 8. de rescriptis, Azeuedo in leg. 4. tit. 1. lib. 4. recopilat. numer. 25. Guttierez lib. 1. practicarum q. 6. num. 2.

8 Nam iurisdictio Ecclesiastica reputatur mater, vt inquit Diuus Chrisostomus homilia 2. in epist. 2. Pauli ad Timotheum, Hostiens. in cap. 1. de officio ordinarij, Bouadilla lib. 2. c. 18. n. 39. ideò Butr. in cap. si clericus laicum n. 5. Abb. n. 8. de foro compet. ait, quòd ex quo reuocatur in dubium qualitas, vel causa, ex qua datur iurisdictio cognoscere potest de illa Iudex Ecclesiasticus cap. super literis de rescript. l. si quis ex aliena ff. de iudicijs leg. 2. ff. si quis in Ius vocatus non ierit. Vran. in c. pastoralis n. 2. de rescriptis, & si reperit causam Ecclesiasticam pronunciat suam esse iurisdictionem, alias remittet ad sæcularem leg. si quis à liberis §. si vel parens ff. de liber. agnosc. cap. veniens de testibus cap. cum personæ de priuileg. in 6.

RESOLVT. DLXXV.

1 *Si verba habent duplicem sensum, videlicet bonum, & malum, sunt interpretanda in benigniorem partem ad euitandum delictum.*

2 *Reus lingua non est, nisi mens concurrat.*

3 *Si verba secundum communem sensum sunt hæretica, sunt exponenda iuxta communem intelligendi sensum.*

4 *Proferens verba, quæ simpliciter habent sensum hæreticum, iudicandus est hæreticus.*

Verba omnino dubia potius in sensum catholicum, quam Hæreticum interpretanda sunt.

EX lapsu linguæ, vel ex alia leui causa solent quandoquidem homines proferre aliqua verba, quæ in sensum hæreticum, & catholicum sumi possunt; & sic denunciantur tribunali sanctæ Inquisitionis, quare fuit dubitatum quomodo sint interpretanda, d. verb. in cuius articuli dilucidatione allegaui Triuisanam decisionem 34. p. 1. vbi si verba huiusmodi duplicem habeant intellectum bonum, scilicet, & malum, quòd
1 in benigniorem partem interpretentur ad euitandum delictum, quòd nunquam in dubio præsumitur, nisi probetur de Mars. cons. 77. n. 124. seu saltem prolator verborum ea interpretatur, & non alius, Alex. cons. 126. vol. 1. per tex. in l. merito ff. pro socio Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 1. n. 3. Dec. cons. 599. in principio, & cons. 189. in fin. Et tanto minus quando prolator verborum vidit aliter interpretari, quod dixit, incontinenti declarat, & reuocat, id quod per errorem ab alio intelligitur, vt Royas de hæret. in 3. p.
2 cap. 112. & reum lingua nunquam facit, nisi, & mens concurrat, ex Augustino, quem refert Simanc. de Cathol. instit. tit. 17. de defensione reorum num. 19. & à simili voluit Zanchin. de hæret. cap. 7. num. 9.

Hanc etiam conclusionem intelligendam putant quando, vt dixi, verba omnino sunt dubia, secus si
3 secundum communem sensum sunt hæretica, nam iuxta communem intelligendi sensum sunt exponenda cap. ex literis de sponsalibus, l. Labeo ff. de suppellect. legat. leg. librorum §. quòd tamen Cassius ff. de legat. 3. leg. cum de lanionis §. asinam molendinariam ff. de fund. instr. vnde pulchrè, & eruditè inquit doctiss. Melchior. Cano de locis Theologicis lib. 12. cap. 11. nihil tam absurdum dici, aut excogitari poterit, quod si in aliquem sensum factum detorquens, verum non sit, ac rationi tàm humanæ, quàm diuinæ consonum: veluti in illa propositione, Christus est creatura, quæ est hæretica, vt in Concilio Niceno, & in alio sensu, quatenus homo est, censetur catholica, sed quia absolutè prolata habet sensum hæreti-

4 cum iudicandus est hæreticus, qui eam protulisset, quia hæretici verbi sua ambiguè, & versutè proferre solent, vt optimè declarat à Gandauo de moder. hæreticis titulo 4. articulo 12. & titulo 26. articulo 1. dicens, quod instar anguillæ per caudam hæreticus labitur.

RESOLVT. DLXXVI.

1 *Omnes de familia admittuntur in iure patronatus relicto familiæ.*
2 *Fœmina potest dotare, fundare, & construere Ecclesiam.*
3 *Fœminæ non veniunt appellatione familiæ.*
4 *Ad fideicommissum relictum familiæ, fœminæ non admittuntur, etiam si fœmina sit agnata.*
5 *In Regno Neapolitano stantibus masculis fœminæ non succedunt.*
6 *Fœmina nupta excluditur à substitutione, ad quam vocantur proximiores.*
7 *Iniuria facta vxori, censetur facta viro.*
8 *Vidua quousque nubit, retinet nomen prioris mariti.*
9 *Vidua retinet forum viri mortui.*

Fœminæ an habeant vocem in præsentando in Iure patronatus familiæ relicto.

1 IN Iure patronatus familiæ relicto admittuntur omnes de familia, vt voluit tex. in l. cum ita §. in fideicomm. ff. de legat. 2. l. peto §. fratre ff. eod. Caualcan. in decis. 9. num. 17. & in decis. 43. par. 1. Lambert. de Iur. patron. lib. 1. p. 2. art. 9. q. 2. in prin. n. 12. & quamplures alij relati nouissimè in mea praxi decis. 195. vbi iuxta hanc opinionem fuisse pluries in Rot. Rom. decisum testor, & signanter in vna papiensi Iuris patronatus 19. Februarij 1601. coram Illustrissimo Lancellotto, & iterum in vna Placentina Iurispatronatus 10. Iunij 1602. coram Litta: Ideo eum in facti contingentia euenisset, quendam fundasse Iuspatronatus, ad cuius præsentationem voluit, vt omnes de sua familia ad præsentandum admitterentur, insurrexit dubitationis articulus, si fœminæ de eadem-met familia haberent vocem in præsentando, & requisitus de voto meo; primo aspectu affirmatiuè censendum putabam, ex eo quòd Iuspatronatus competit tàm masculis, quàm fœminis dd. in clem. 2. de Iur. patronat. Abbas in c. dilecto in 2. notab. de testibus Bero. in cap. 1. n. 42. & 50. de Iur. patron. & in c. ex literis num. 24. eod. tit. Viuius in lib. com. opin. conclus. 608. num. 7.

2 Et fœmina potest fundare Ecclesiam, construere, & dotare illam, Abb. in c. fin. n. 7. & ibi Addentes de concessione præbend. & in cap. ex literis, & c. cum sæculum de Iur. patron. Rota decis. 10. de Iur. patron. in nouis, Cassador. decis. 1. eod. tit. Lamber. de Iur. patr. in 2. art. 7. q. principalis p. 1. lib. 1. Roccus de Curt. in d. tract. in ver. competens alicui in principio, & ideo Iuspatronatus transit ad hæredem fœminam tàm ex testato, quàm ab intestato, sicuti trãsit ad hęredem masculum, gl. in clem. fin. de Iur. patr. & ibi Cardinalis in q. 6. Decius in cons. 127. n. 3. in fi. Abb. in cap. cum sæculum de Iure patr. Paris. in cons. 48. n. 5. vol. 4. Roland. in cons. 47. n. 7. vol. 1.

Cęterum his minimè suffragantibus contrarium vocaui, & motus fui, quod fœminæ minimè veniunt
3 appellatione familiæ l. fam. ff. de verb. signif. l. pronunciatum §. familiæ ff. eod. & minimè dicuntur de familia, Corn. in cons. 13. & 26. vbi dicit quod cum familia dicatur cippus, & conseruatio cippi, & familiæ, fiat quod masculos, fœminę dicuntur, quasi folia arborum, quæ decidunt leuiter, & stirpes remanent intacti, sequitur Crauet. in cons. 180. & amplè in cons. 800. latè Borrell. in cons. 94. Cur. Iun. cons. 154. & 172. vbi hanc latè opinionem corroborat, & copiosè Cacher. in decis. 127. Hinc euenit quod ad fidei-
4 commissum familiæ relictum, fœminæ minimè admittuntur etiam si fœmina esset agnata, vt cẽsuit Rot. Rom. in vna Nucerina fideicommissi 16. Ianuarij coram Illustr. Mantica, vt patet ex lib. 8. de coniect. vlt. volunt. tit. 12. Et iterum fuit resolutum in ead. Rota 24. Nouembris coram eod. Illustriss. vt secutus est etiam Viuius in decis. 10. vbi voluit quod testator instituendo hæredes, & ordinando quod bona conseruentur in familia, & cippo quod minimè includantur fœminę, & excluse omninò censentur, tanquam familiam non facientes, & pariter de Ponte decis. 5. vbi refert in collaterali decisum, quod descendentes ex sanguine Regio minimè gaudent immunitate concessa omnibus descendentibus de sanguine Regio, & propterea frequentius videmus, quod parentes de posteritate familiarum parum curant quin transeunt ad alienans familias. Imo ipsis filiabus, propterea quod in alienas transeunt familias, dotes quantum possunt exiguæ constituuntur, vt perpendit Crauet. in cons. 67. num. 5. & hæc opinio tantò magis est vera in Regno nostro, in quo stantib. masculis filiæ fœmi-
5 næ minimè succedunt, vt patet ex constitutione. In aliquib. quæ constitutio locum sibi vendicat etiam in iure patronatus Anch. in c. ex insinuatione num. 20. de Iure patron. Feder. de Senis in cons. 111. Lamber. In d. tract. p. 2. l. 1. q. 2. art. 15. Roc. de Curte vbi sup. q. 6. prout hæc omnia etiam locum tanto magis habent in fœmina nupta, quæ emittat genus, & familiam patris, & transit in familiam viri l. quicumq. C. de re militari lib. 10. Surd. in cons. 140. n. 20. cum seq. lib. 1. Tiraquel. de legibus connubialibus glos. 1. p. 1. n. 31. Gozzad. in cons. 434. num. 15. & propterea Iure optimo censuit Cacher. in d. decis. 127. fœminam
6 nuptam excludi à substitutione, in qua vocantur proximiores de agnatione, quia fœmina nupta sequitur familiam sui viri, & eius honore augetur, & nobilitatur l. mulieres C. de dignitatibus lib. 12. l. fœminæ ff. de Senatoribus l. fin. C. de Incolis l. 10. l. cęterum §. mulier cum §. seq. de vsu, & habitatione l. cum te ff. de senatoribus l. 1. ff. rerum amotarum, & ideo in-
7 iuria facta vxori, est facta viro, ita vt ex ea agere possit, & hinc etiam euenit, quod priuilegium concessum cuidam pro se, suisque filijs, & filiab. non competit filiæ nuptæ, & sic priuilegio hoc filia nupta gaudere nequit secundum Bald. Angel. Ioann. de Platea, & cęteros in l. quoties C. de priuil. schol. lib. 12. Fely. in c. nouit col. 1. de Iud. Corsetum in singul. in verbo priuilegium Barb. in c. proposuisti col. fin. de for. competenti Ias. in l. cum quædam puella ff. de Iurisd. om. Iud. & Ripam in respon. 2. libro 2. de resc. numero 2. vbi perhibet istorum sententiam communem esse, vt
8 pariter quoque dicimus, quod vidua quousque nubit retinet nomen prioris mariti l. fœminæ ff. de senat. l. cum te Cod. de nup. & c. ex parte de foro competet. Imo dicitur durare in primo matrimonio §. soluto in Authen. de nuptijs collatione 4. & l. fin. Cod. de bonis mater. & hinc euenit, quod priuilegia concessa vxori ratione dignitatis mariti durant quoque
9 soluto matrimonio, & sic vidua retinet forum viri mortui, & eius priuilegia l. quoties Cod. de priu. schol. lib. 12. l. alia, & §. eleganter & l. seq. §. fi. cum seq. ff. solut. matr. & d. l. fœminæ, & ibi Bart. l. fi. col. 1. Cod. de verb. signif. & in leg. fin. C. de bon. mater. & latè Viuius qui de communi testatur in Silua communium opinionum conclus. 1041.

RESOLVT. DLXXVII.

1 *Verberans clericum iucidit in excommunicationem, siue verberans sit masculus, siue fœmina.*

2 Rela-

2 *Relatiuū, si quis, comprehendit tam masculos, quā feminas.*
3 *Mandans, vel consulens verberari clericum est excōmun.*
4 *Nemo est Dominus membrorum suorum.*
5 *Clericus se percutiens, vtique clericum verberat.*
6 *Explicatur tex. in c. si quis suadente 17. q. 4.*
7 *Ad incurrendam excommunicationem sufficit, quod adsit manus iniuriosa.*
8 *Clerici videntur tenere locum Apostolorum.*
9 *Clerici debent esse vti Candelæ super Candelabrum, & aliorum lumen.*

An Clericus se ipsum percutiens, incidat in Canonem si quis suadente 17. q. 4.

APerta est iuris concl. quod inijciens manus contra
1 clericum ipso iure est excommunicatus, vt habetur per tex. in d. cap. si quis suadente 17. q. 4. & voluerunt Men. de arb. Iudic. casu 493. n. 39. Villagut. dec. 34. de pot. sęcul. Anter. Reg. 3. n. 1. Baiar. in addit. ad Clarum in q. 77. n. 3. Duen. in regula 99. quæ habet locum, tam si percussor sit fęmina, quam masculus, vt per Nau. in Man. c. 27. num. 77. Viuius in sylua comm. opin. opinione 104. num. 8. & ratio est, quia illud relatiuum, si quis, est generale; & compræhendit, tam masculos, quam fęminas, vt in l. 1. ff. de verbor. sign. pro-
2 cedit tam si percutiens sit sęcularis, quam regul. c. Porro c. cum pro causa, & c. Monachi de sentētia excommunicationis, tam si fuerit persona priuata, quam publica, vt in officiali c. si suadēte diabolo, & c. 3. de sent. excom. tam in eo, qui impias manus in clericum iniecerit, quam in mandante, consulente, & sollicitante Cabal. in resolu. crim. casu 56. n. 11. circa fin. Franc. Marc. in decis. 878. n. 1. vol. 2. Aufrer. de potest. Iudic. sęcul. reg. 3. num. 6. & 7. Mozzius de Contractibus in titul. de donat. sub rubrica quomodo annullatur do-
3 natio n. 34. quia, qui per alium facit, per se ipsum facere videtur cap. vt famæ de senten. excom. l. nihil interest ff. de Sicar. c. qui facit de reg. iur. in 6. l. ita autem §. gessisse ff. de administ. tutorum.

Ideo cum in facti contingentia euenisset, quod quidam clericus se ipsum enormiter percussisset fuit dubitatum si dispositio dicti c. si quis suadente haberet locum in eo, & cum fuissem interrogatus affirmatiuè respondi, quia nemo est dominus membrorū suorum l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & ita in propriis terminis scripserunt Franc. Marc. in dec. 287. num. 6. vol. 2. Graffius in dec. Aur. p. 1. l. 2. c. 49. n. 21. Gram. dec. 44. Nau. in Man. c. 15. n. 11. Men. de arb. Iud. casu 284. n. 32. Guttierez de iuramento confirmatorio c. 16. n. 54. par. 2. Carrer. in sua practica §. final. q. 27. num. 5. textus enim d. c. si quis suadente excomm. eum qui verè clericum percutit, ergo incidit in canonem, & non obstat, quod posset dici quod tex. in d. c. si quis suadente excommunicat qui in clericum inijceret manus, & sic
6 quod videatur considerare agentem, & patientem esse diuersos, cum non possint dici manus violentę, quę in volentem inijcerentur, namq; in volentes non fit iniuria leg. 1. §. vsq; adeo ff. de iniurijs l. 3. §. si quis volentem de liber. homin. exhibend. leg. quamuis ff. de in ius vocando, quia in hoc respondet Decian. in suo tract. Crim. c. 3. n. 4. lib. 9. quod illa vox violentas potest capi actiue, & passiue, & declarat Bar. in l. 2. n. 7. ff. de duobus reis, & in l. si ita scriptum ff. de militari test. licet ergo, vulneret tanquam patientis non sit vis, tamen respectu eiusdem, vt agentis est vis, quia cum vi vulneraret, & vltra responsionem Decian. Respondeo per tex. in c. contingit de sent. excommunic. in vers. nos autem fraternitati suæ, vbi notat, quod ad
7 incurrendam excommunicationem sufficit quod adsit manus iniuriosa, & si non violenta, neque manus iniuriosa solum respectu sui, sed etiam sit iniuriosa respectu ordinis Clericalis tantum, ergo absque difficultate est amplectenda ista opinio, & eo magis quia si laici de iure ciuili se ipsos percutere prohibentur Dec. in leg. 3. num. 5. C. de pact. Marc. in dec. 879. num. 2. vol. 2. Gram. in dec. 44. n. 4. & 5. Menoch. de arb. iudicum casu 284. num. 22. Cened. in Collect. Iuris Canonici Collect. 30. num. 4. par. 1. ergo tanto magis in clericis debet hoc habere locum qui quodammo-
8 do tenere videntur locum Apostolorum, vt habetur in c. res sanctę 16. q. 1. dicentes res sacræ sanctæ, & spirituales c. cui portio 12. q. 1. & turpitudinis suspicionem fugere debent. tot. tit. de cohabitat. clericorum & mulierum, imo debent esse vti candelæ super
9 candelabrum, & aliorum lumen, vt habetur in Euangelio, vos estis lux mundi, & sic sum in voto.

RESOLVT. DLXXVIII.

1 *Citatio in quolibet negotio, & causa requiritur.*
2 *Citatio requiritur in electione illiciti possessoris.*
3 *In sententijs procedentibus à Rege, vel Papa, requiritur citatio.*
4 *Est citandus quilibet qui ex actu faciendo offendi potest.*
5 *Non requiritur citatio vbi non agitur de alicuius præiudicio.*
6 *Quando datur possessio absque citatione, iudex debet reseruare iura legitimi contradictorij.*

Citatio an sit de substantia ad obtinendam possessionem vacantem.

IN hoc articulo mihi proposito primo affirmatiuè respondendum vibebatur ex eo, quod citatio in
1 quolibet negotio, & causa requiritur l. de vnoquoque ff. de re iudic. l. si quando C. de testib. l. nam ita Diuus ff. de adop. cle. pastoralis de re iudic. Caual. d. c. 11. Fran. Marc. dec. 393. vol. 1. nam in Iudicijs citatio est, & dicitur propriè principium, ex quo quicquid petitur per libellum, vel aliter iam est notificandum parti per citationem, vt propterea per commissionem citationis omnia acta iudicij efficiuntur nulla tanquam facta contra Ius Diuinum, & naturale, quo disponitur quemlibet esse citandum, ne tollatur defensio, quæ de iure naturali, & Diuino oritur cle. pastor. §. Ceterum de re iudic. c. Absens. c. caueant. c. absertiæ, & c. omnia 5. q. 9. & propterea requiritur citatio etiam quoties
2 agitur de eijciendo aliquem iniustum, & illicitum detentorem à possessione Rot. in Antiq. in dec. 5. de rest. spoliatorum Bal. in dec. 245. Magon. dec. 20. Crau. cons. 172. nu. 10. imo etiamsi ageretur in causis summarijs, in quibus proceditur omisso iuris ordine, & sine iudicij figura Capic. dec. 1. n. 35. & 36. Milanens. in dec. 21. n. 14. l. 1. Cartar. in dec. 27. num. 34. & 36. Cachera. in dec. 79. sub n. 197. Gratian. in dec. 231. nu. 2. & 4. & etiam si essemus in sententijs procedentibus à
3 Rege, vel à Papa, vt per Gram. in dec. 105. n. 4. Dec. in cons. 603. Boer. dec. 247. imo etiam in negotiis preiudicii minime grauis Roman. in singul. 403. Marsil. in leg. de vnoquoq; ff. de re iudicata, & Gabrielem in commun. conclu. in titul. de citat. requiritur etiam quod sententia esset probata in fauorem non citati.

His tamen nihil obstantibus contrarium in hoc casu sensi, & motus fui, quia quilibet est ciran-
4 dus, qui ex actu faciendo offendi potest Cephal. cons. 23. num. 17. volu. 1. latè Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum tit. 11. lib. ... Castrens. cons. 41. sed hic dum agitur de possessione vacante obtinenda, non adest vllus qui de huius possessionis obtentione posset lædi, ergo non requiritur in isto actu citatio; non .n. existimatur necessaria citatio vbi non agi-
5 tur de præiudicio alicuius l. ille à quo §. si de testamento ff. ad trebellianum. latè Men. de recuperanda poss. remed. 6. num. 87. & hanc opinionem sectati sunt

Doct. in l. fi. C. de edict. Diui Adrian. tollendo, vbi concludunt bonorum hæreditariorum vacantium
6 possessiones absque vlla citatione accipi posse, imo propria authoritate, vt ex text. in l. hæredes in principio ff. de acquir. possessione, & huius sententiæ fuerunt etiam Asinius in sua practica iudiciaria c. 55. §. 7. lim. 86. num. 2. Marsil. in l. de vnoquoq; num. 109. ff. de re iudicata, & Gabr. in tit. de citat. n. 367. cum seq. putarem tamẽ quod iudex sapiens vteretur hac cautela vt. s. concedendo vt quis obtineat possessionem, reseruaret iura legitimi contradictoris illam pos. seu iura legitimi possessoris, & quarumcũq; personarum, vt optime aduertit etiam Peregrin. de fideicom. art. 48. n. 36. nam per adiectionem huius clausulę iudex rem in integrum restituit ita quod alteri non infertur præiudicium, nec in petitorio, neque in possessorio. Natta in cons. 653. n. 5. post Ias. in l. naturaliter §. nihil commune in fi. ff. de acquir. possess. & Bal. in consil. 104. sequuntur Put. in decis. 36. lib. 2. Berous in cons. 110. n. 4. in cons. 170. num. 15. post Salyc. & Bal. in l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollen.

Non obstant ea omnia, quæ pro negatiua sententia fuerunt adducta, quia illa locum sibi vendicant quoties pars interesse prætendens reperiretur, & non habent locum in articulo nostræ quæstionis vbi agitur quando sunt bona vacantia.

RESOLVT. DLXXIX.

1 *Officia non possunt renunciari sine licentia superioris.*
2 *Si renunciatio fiat absque licentia superioris beneficium non vacat.*
3 *Renunciatio beneficij non tenet, prælato non acceptante.*
4 *Donec renunciatio sit admißa per superiorem, renuncians retinet titulum.*
5 *Renunciatio non admissa à superiore, non nocet in possessorio.*
6 *Clericus, eo ipso quod acceptauit beneficium, per quasi contractum se obligat ad administrationem.*

An renunciatio officij facta in manibus superioris, qui officium illud solus conferre, aut auferre non potest, sit valida, an verò sit ipso iure nulla.

1 CLarum est de iure, officia, seu beneficia non posse renunciari sine licentia, & authoritate superioris secundum Bar. in l. fi. C. de defensoribus ciuitatum glos. in c. 2. de rest. in integr. Lapus allegat. 14. num. 7. Ant. Gramma. decis. 128. num. 1. Nauar. cons. 2. num. 3. & 7. & cons. 5. num. 1. de renunciat. Men. de recuper. possess. remed. 1. num. 277. ex cap. admonet. cap. quod in dubijs de renunciatione, & cap. nisi cum pridem eodem tit. Couar. lib. 1. variarum cap. 5. num. 6. Ioan. Guttierez cons. 42. num. 3. Rebuff. in cap. decernimus 16. q. 7. vers. sed contra, & in repet. cap. pastor. vers. notetis etiam de causa possess. & propriet. respons. 36. vers. 3. & vers. non obstat. Ioan. Andr. qu. Mercurial. 38. super regula mutare numero 10. Mantua sing. 28. numero 3. additio ad Bellam. decis. 220. numero 1. Herculan. de attentatis cap. 6. numero 7. Fuscus de visitatione leg. 2. cap. 28. n. 11. & seq. & lib. 2. c. 20. n. 19. Nau. in c. accepta de restit. spol. in resolutione possessionis 7. n. 28. in tantum quod si renũciatio fiat absq; licentia superioris beneficium nõ vacat etiam quoad renunciãtem, donec renunciatio per superiorem, aut Episcopũ admittatur, vt not. Abb. in c. ad aures col. pen. n. 7. de his quæ vi, Card. in c. quod in dubiis proxime alleg. Abb. in c. quæ Dei timorem n. 4. de statu regulariũ Io. Gutt. vbi proxime n. 4. Io. Vinc. de Anna allegat. 98. n.
3 4. dicens renunciationem beneficii non tenere Prælato non acceptante ex c. admonet. de renunc. Seraph. dec. 803. n. 2. & dec. 1471. n. 6. Cou. dict. n. 6. dicens
4 renunciantem beneficio Ecclesiastico post renunciationem verum habere titulum, & ius in beneficio, donec renũciatio per superiorem fuit admissa, vt notant Innoc. Butr. & Henric. in d. c. quod in dubijs Alberic. in regul. quod in initio de reg. iur. Io. And. in c. ratum n. 1. eod. tit. in 6. Rot. antiquiorum de renunciatione Cassad. dec. 2. eod. tit. Fely. in c. in nostra Corollar. 34. n. 31. de rescr. Aspilcueta in c. accepta de restit. spol. opposit. 6. illat. 5. p. 3. n. 1. Rebuff. ibidem eisdem numeris glos. 12. Flam. Pariſ. de resign. beneficiorũ li. 13. q. 5. num. 154. & ita si spolietur renuncians venit restituendus, vt cẽset Abb. in c. 2. n. 10. vers. hoc. n. dictum de rest. spol. Men. d. remed. 1. n. 303. tanquam verus
5 possessor; cui etiam quo ad possessorium non obstat renũciatio talis, vt per Doct. in c. solicitè de rest. spoli Nicolaus Milis in repertorio verbo renunciatio Celsus Hugo cons. 45. n. 4. & cons. 78. n. 2. Io. Gutt. vbproxime n. 1. similiter renuncians officium non perdit illud quousque superior qui officium conferre potest illum admittat, vt ex traditis per Rebuff. in praxi par. 1. tit. de resig. expressa num. 14. & c. admonet ibi se inconsulto dimittere, & in cap. fi. de renunciat. tradit Lud. Rom. sing. 352. an tabellio, & probat. leg. 5. tit. 4. lib. 7. recopil. vbi Azeuedo hoc not. idem in rubr. n. 5. eodem tit.

Quorum rationem Paul. Fusc. deducit d. n. 11. ex al-
6 legato c. admonet, nam eo ipso, quod clericus acceptauit beneficium visus est per quasi contractum se obligare ad administrationẽ illius beneficij arg. c. nisi cum pridem §. verum eod. tit. Fely. in c. quæ in Ecclesiarum nu... circa medium de constit. ita fit, vt neque officium publicum etiã sæculare priuata renunciatione quis à se possit abdicare iuxta ea quę in legato Cæsaris, & ciuitatis defensore tradit text. in l. legatus ff. de offic. Præsidis, & in l. fi. C. de defensoribus ciuitatũ Bart. in l. 1. C. de petitionibus bonorum sublatis l. 10. Celsus Hugo d. cons. 43. n. 4. Paul. Fusc. d. n. 11.

RESOLVT. DLXXX.

1 *Clerici de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ non possunt testari.*
2 *Bona clericorum applicantur Cameræ Apostolicæ.*
3 *Clerici possunt testari de distributionibus quotidianis.*
4 *Distributiones quotidianæ acquiruntur ratione operarum.*
5 *Distributiones licet dentur beneficiato propter beneficiũ fructus non sunt de corpore beneficij, nec dicitur fructus.*
6 *Fructus dicuntur illi qui supersunt supportatis oneribus.*
7 *Fructus non dicitur quod datur pro seruitio.*
8 *Regulariter in cõdemnatione fructuum perceptorum non veniunt distributiones quotidianæ.*
9 *Charitatiuum subsidium non debetur ex distributionibus quotidianis.*

Bona acquisita à Clerico per distributiones quotidianas, an veniant in spolio.

1 CAutum est, quod clerici beneficiati de bonis acquisitis intuitu Ecclesiæ minimè valent testari, sed in eorum morte quælibet bona per Ecclesiam acquisita debent penes Ecclesiam remanere cap. cum in officio de test. cap. relatum il 2. ext. eo tit. cap. ad hæc. & ibi scribentes, & præcipuè Abb. eo. tit. c. licus 12. q. 5. latè per Quarantam in summa Bullarum in vers. spolia clericorũ, & hodie loco Ecclesiæ succedit camera Apostolica, vnde cum quidam commissarius super spolijs vellet facere spolia in quibusdam bonis cuiusdam mortui clerici, fui requisitus si in distributionibus quotidianis posset spolia colligere, & respõdi negatiuè secundum Gem. in c. vnic. §. si verò n. 3. de

cler.

3 cler. non residentibus de ipsis possunt testari, ergo non veniunt in spolio, vt in specie sequitur Oldrad. in cons. 9. Anan. in cons. 87. col. 1. vbi dicit, quod illa, quæ recipit clericus intuitu personalis seruitij trãseant ad successorem exclusa Ecclesia, & facit dec. Caput. 92.
4 n. 3. par. 1. nec mirum, quia potius acquiruntur ratione operarum impensarum, quam ratione præbẽd. Rot. in dec. 26. sub n. 1. ante medium, de præbendis in nouis tradit etiam Redoan. in suo tractatu de spolio Ecclesiæ q. 10. n. 28. Couar. in c. cum in officijs n. 4. de
5 testamentis, & distributiones non dicuntur de corpore beneficij, sed sũt de diuerso genere, & diuersa natura, nec augent corpus præbẽdæ, ex quo dantur ratione operæ, & personalis Ministerij Rota in decis. 8. n. 1. de præb. in nou. Cæs. de Gras. in dec. 5. n. 4. eo. tit. Oldrad. cons. 118. n. 4. Rota diuersorum in dec. 402. n. 4. par. 1. Staphileus de literis gratiæ in §. 9. forma expectatiuarum num. 45. & seq. & licet dentur beneficiato propter beneficium, fructus tamen non sunt, & fructuum appell. non veniunt c. vnic. de cler. non residẽtibus lib. 6. Rot. in d. dec. 80. n. 1. de præb. in nouis, & in dec. 33. n. 1. & 2. de sententia, & de iudic. in antiq. Cæs. de Gras. in dec. 5. n. 1. de præb. Cassad. dec. 6. n. 6. eo. tit. Put. dec. 489. n. 3. lib. 2. Rot. diuersorum in dec. 230. n. 1. par. 1. idque ea ratione, quia sunt redditus censuales, & ad corpus præbendæ nihil attinent cum incerti sunt, & ideo in præbẽdarum valore non computantur, vt latè Oldr. cons. 118. ex virtute gratię Io. Andr. in rubr. de conces. præbendæ Gig. cons. 35. n. 11. Parisien. cons. 33. n. 4. vol. 4. si quidem fructus di-
6 cuntur illi, qui supersunt supportatis oneribus secundum Oldrad. in d. cons. 118. n. 39. Staphil. de grat. expectat. in noua forma num. 6. repetitio Rotæ super regul. de vero Val. §. 4. nam quod datur pro seruiti
7 tio non dicitur fructus Gem. in cons. 143. cum ratione operis & laboris detur leg. si duobus §. si coeundo ff. pro socio Rot. decis. 134. in nouis. & 776. in antiq. & Anchar. in Cle. 1. de præbendis Barbat. in cap. vlt. col. pen. de peculio cler. Fely. in cap. ad aures num. 14. de rescri. Prob. in cap. vnico numero 37. 52. & 57. de clericis non residentibus lib. 6. Ripa lib. 1. respons. cap. 1. Paris. diuers. cons. 33. col. 2. Staphil. de liter. gratiæ fol. 29. Gomes. in tract. de expect. num. 104. & ista est communis opinio secundum Viuium in syl-ua communium opinionum concl. 194. n. 5. & hinc euenit, quod regulariter in condemnatione fructuum perceptorum non veniunt distributiones quotidianæ,
8 quia vt dictum est non sunt de corpore beneficij, sed dantur intuitu seruitij personalis Put. in dec. 383. n. 7. lib. 1. Boer. dec. 340. n. 4. Rot. diuersorum in dec. 1170. n. 2. par. 3. Caputaq. in dec. 29. n. 1. par. 1. etiam dici-
9 mus de charitatiuo subsidio, qui non debetur ex his distributionib. quotidianis Lap. alleg. 136. n. 5. Bellam. de charitatiuo subsidio q. 76. n. 1. & 2. Mantua, qui idem dicit in terminis in cons. 1. post n. 89. lib. 1. Mandos. in cons. 15. n. 4. & secundum Abbatem in cap. cum in officijs col. fi. vers. item dubitatur de testam. Idem procedit in omnibus illis, quæ clericus lucratus fuit pro celebrandis Missis, vt habetur per Host. in c. quia eod. tit. de testam. ex ea ratione, quia intuitu personæ fuerunt acquisitæ, & propterea non debent venire in spolio, & sic sum in Voto.

RESOLVT. DLXXXI.

1 *Deliquisse sub spe immunitatis Ecclesiæ videtur, qui propè Ecclesiam deliquit, & propterea non gaudet immunitate.*

2 *Committens homicidium propè aliquam Ecclesiam, & confugiens ad aliam distantem gaudet immunitate Ecclesiastica.*

3 *Animus ex coniecturis, & præsumptionibus probatur.*

4 *Ex sequentibus colligitur qualis fuerit animus in præcedentibus.*

Committens homicidium propè Ecclesiam, si aufugerit in aliam Ecclesiam ab ea distantem, an gaudeat immunitate Ecclesiastica.

1 DEliquisse sub spe immunitatis Ecclesiæ videtur, qui propè Ecclesiam deliquit, & propterea in Ecclesia non est tutus, si ibi fugerit, quia delinquendo propè Ecclesiam videtur deliquisse sub spe, & fiducia illius immunitatis, quo casu cessat immunitas, & illius priuilegium, vt per Anch. in cap. fi. extra de immunitate Eccl. Alciat. de præsump. Regula 3. præsump. 33. num. 22. vbi latè hanc comprobat opinionem Guid. Papa in dec. 21. Iodoc in practica Crim. c. 107. de Violat. templorum n. 8. Gig. de Crim. læsæ Maiest. lib. 5. rub. qualiter, & à quibus Crlæsæ Maiest. committatur q. 10. n. 7. Vulpellus in respons. Crim. 130. n. 7. & sequente lib. 1. Farin. de Carcerib. & Carceratis q. 28. n. 56. Couar. variar. resol. lib. 2. c. 20. num. 15. art. 26. & præsumptio fuit fundata optima ratione, ne .s. domus Dei fiat spelunca latronum, & ne immunitas, quæ ad bonum finem introducta fuit ob reuerentiam Ecclesiarum tendat ad malum, & delinquentibus causam delinquendi tribuat contra text. in c. est iniusta 24. q. 4. & sic fuisse decisum in vna Panormitana immunitatis Ecclesiæ testatur Farin. vbi supra, ideo cum in facto euenisset, quod quidam commiserat homicidium propè Ecclesiam, & aufugisset in aliam Ecclesiam ab ea distantem, fuit dubitatum si immunitate Ecclesiastica gauderet, & requisitus respondi affirmatiuè, & motus fui ex eo,
2 quod est non dicitur habuisse animum committendi homicidium fretus spe immunitatis Ecclesiæ, propterea que in aliam Ecclesiam ab ea amplius distantem se contulit, ergo cum cesset causa præsumptionis iuris debet cessare & eius dispositio; & sic gaudere debet immunitate, nam cessãte causa debet cessare effectus: secundo moueor, quia iniuria non dicitur aliter fieri, nisi animus dehonestandi adsit l. illud. vbi DD. omnes ff. de iniuriis l. non conuitii C. eo. tit. Ruin. cons. 145. n. 10. vol. 5. Dec. cons. 478. n. 13. & 15. Viuius in dec. 75. n. 2. sed iste non habuit animum committẽdi delictum
3 fretus immmunitate Ecclesię, nam animus ex coniecturis, & præsumptionibus probatur, vt per Inn. & reliquos in c. Ecclesia il 2. de elect. Men. cons. 334. n. 62. cum sequent. vol. 4. atq; maior coniectura, & præsumptio esse potest, dum iste perpetratur delictum iuxta Ecclesiã, & aufugit ad aliam ab ea amplius distãtem, cum propriæ vitę periculo, ergo omnino Ecclesiastica immunitate gaudere debet, tertio quia ex sequẽtibus
4 colligitur qualis fuerit animus in precedentibus l. sed Iulianus §. proinde ff. ad Macedonianũ §. Patronum instit. de rerum diuisione Mandosius cons. 76. n. 7. vol. 1. Dec. cons. 104. n. 4. & 6. vol. 3. Rim. cons. 254. n. 28. vol. 4. Gabr. cons. 85. n. 15. Dec. in cons. 336. Bar. & alii in l. cęterę §. fi. ff. de leg. 1. sed sic est quod iste dum committit homicidium potens se cõferre in eam Ecclesiam propinquam quod non fecit, quia ad aliam plus distantem se contulit, ergo dubium non est, quod iste debeat immunitate Ecclesiastica gaudere, nam si fretus dictæ Ecclesiæ immunitate deliquisset, vtique ad eam, & non ad aliam se contulisset, & ita ex his breuiter prolatis, &c.

RESOLVT. DLXXXII.

1 *Spurij non succedunt patri, nec possunt à patre hæredes instituí.*

2 *Institutis filijs spurijs hæreditas debetur venientibus ab intestato.*

3 *Spurij*

3 *Spurij non possunt paterna bona capere ex pupillari substitutione.*
4 *Filius illegitimus, & spurius per ingressum religionis legitimatur sicuti per oblationem Curiæ.*
5 *Filij legitimati succedunt ab intestato, & possunt instituí.*
6 *Spurius potest instituí sub conditione, scilicet si à patre legitimabitur.*
7 *Spurio ingresso in Religionem interdicitur omnis prælatura, nisi fuerit expressè per Papam ad hoc dispensatus.*

Num Monasterium ex persona filij spurij in Religionem ingressi eius patri ab intestato succedat.

CIrca propositi dubij resolutionem. Dubitandi ratio pro opinione negatiua videbatur esse,
1 quod spurij nullo modo patri, aut coniunctis ex linea paterna succedunt, nec possunt à patre hæredes instituí, Auth. ex complexu. C. de Incest. nuptijs §. fin. in Auth. quibus modis naturales effic. sui gl. in §. nouissimè institut. ad Senat. consult. Orfician. & in l. si qua Illustris C. eo. tit. Affl. in dec. 96. Foller. in constit. Regni sicut accepimus n. 24. latè Acolin. de primogen. Hispan. lib. 2. c. 11. n. 28. Cęph. cons. 28. latissimè plura in epitome delictorum c. 41. nu. 11. Valascus in dec. 19. Dec. in c. in præsentia col. 18. vers. limitationes extra de probat. Alban. ad Bar. in dict. Auth. ex complexu C. de incestis nuptijs Gabr. in lib. commun. opin. in verbo superius Neuizan. consilio 34. Caballin. milleloq. 767. & institutis filijs spuriis,
2 hæreditas debetur venientibus ab intestato, & per Crass. in lib. Comm. opin. lib. 1. c. 5. q. 15. Duen. in regula 366. ampliat. 3. & sicut instituí non possunt à patre, ita neque ex pupillari substitutione possunt paterna bona capere d. l. 15. qui ff. de vulg. & pupill. Plaza in d. epitom. delict. c. 41. num. 13. Bal. in l. eam quam n. 35. C. de fideicom. neque vulgariter, aut fideicommissariè substituí possunt Couar. in epitom. de sponsal. §. 4. vers. 3. deducitur Benedict. in c. Raynutius de testamentis num. 128. & 690.

His tamen in contrarium non obstantibus in casu proposito contrarium respondi, nam Filius illegitimus, & spurius, per ingressum religionis legitimatur sicut per oblationem Curiæ Bal. in l. 1. col. 41. de Sacrosan. Eccles. Duennas in regula 366. in 3. limit. vbi alios allegat. Tiraq. in tract. de pia causa priuileg. 29. Marsil. in singul. 223. & in rubric. ff. de fideiuss. num. 143. circa finem Paleotus in suo tractat. de Nothis, & spuriis c. 45. n. 6. Euerard. in cons. 239. nu. 6. sed sic est quod filii legitimati succedunt patri ab intestato, & possunt instituí per tex. in l. communium Cod. de natur. liber. & latè Dec. in cons. 365. ergo omnino Monasterium ex persona dicti filii spurii potest succedere patri ab intestato morienti, sicuti etiam valet institu-
6 tio filii spurii, vel naturalis sub conditione si filius à Principe legitimabitur, cum tunc dispositio in tempus habile conferatur l. in tempus ff. de hæred. instituendis Bald. & communiter omnes in l. Gallus §. instituens ff. de liberis, & posth. Molin. de primogenit. Hispan. lib. 2. cap. 7. num. 4. Socin. in l. 1. numer. 11. C. de institut. & substitut. Curt. Iun. in consil. 48. num. 3. pari modo valebit si fiat sub conditione, si fiat clericus, vel monachus: ita Duennas in regula sup. 366. in 3. limit. post Bal. in l. 1. num. 3. vers. iuxta hoc quæro Cod. de sacrosan. Eccl. Aduertendum est tamen quod licet per ingressum Monasterii quis legitimetur, ta-
7 men absque Papæ dispensatione ei interdicitur omnis prælatura Archid. in cap. quam sit 18. q. 2. loquitur Felyn. in cap. in omnibus de accusat. Muroll. in suo tractatu de irregularitate capit. 29. num. 10. lib. 1. Cucch. institut. Canonic. tit. 1. num. 52. lib. 3. Cappell. Tholos. in dec. 296.

RESOLVT. DLXXXIII.

1 *Successio iuris patronatus competit hæredibus in stirpes.*
2 *Hæredes vnius patroni habent vocem vnius tantum in præsentatione beneficij, qui ex concordia præstare poterunt alternis vicibus.*
3 *Duo Episcopi habentes parochiam communem possunt adstringi ad conferendum alternis vicibus.*
4 *Quando ius patronatus donatur familiæ, tunc omnes de familia succedunt in Capita, & non in stirpes.*
5 *In iure patronatus competente alicui collegio fit præsentatio in Capita, refertur decisio Rotæ.*
6 *Quando testator vtitur aliquo verbo denotante quod sint patroni omnes illi, qui sunt de vna stirpe, tunc omnes succedunt in Capita.*
7 *Quando plura coniunguntur in vnum ad aliquem actum explicandum succedunt in Capita.*

Text. in Clem. plures de iure patronatus an procedat in iure patronatus legato, vel dato alicui familiæ.

POst decisionem istius textus, cessauit iam dubium satis controuersum à Doctoribus, an successio iuris patronatus competat hæredibus in stirpes, an verò in Capita, nam ex istius textus dispositione ap-
1 paret succedere in stirpes, atque ita plures descendentes, vnius dumtaxat loco habentur, vt tradunt Abb. in capit. 1. num. 5. de iure patron. optimè Perez lib. 1. tit. 6. cap. 1. pag. 140. vers. monere iuuat Abbas cons. 54. post num. 3. post medium, latè Rocchus de Curte de iure patronat. verb. ipse velis, à quo num. 2. latissimè Lambert. de iure patronat. lib. primo 2. part. num. 25. articul. primo. quæstion. principalis ex fol. 107. vnde hæredes vnius patroni quantum vis
2 plures sint vocem vnius dumtaxat habebunt in præsentatione beneficii, quam vocem ex concordia præstare poterũt alternis vicibus, vt decidit idem tex. imo propter euitandam discordiam inter eos deberent ad hoc compelli sicut & duo Episcopi habentes paro-
3 chiam aliquam communem debent ad hoc adstringi iuxt. glos. verbo conuenire in cap. licet 12. quæst. 3. quam ad hoc allegat, & sequitur Abb. in capit. fin. n. 5. de sentent. & re iud. & communiter cæteri DD.

4 Dubium tamen est si dispositio supradicta procedat etiam in iure patronatus donato, vel legato alicui familiæ, & respondeo negatiuè, & sic quod in istis casibus omnes de familia succedant in Capita, & non in stirpes, prout in propriis terminis sic sequitur Alexand. de Neuo in cons. 63. num. 3. & 4. ex Bald. in l. 2. lib. 6. nu. 4. de suis, & legitimis, quam sententiam amplexus est Artamon. in cons. 23. Ruin. consil. 77. num. 7. & sequente Alban. in cons. 122. Genuen. in sua praxi Episcopali cap. 83. idque tenuit Rota Romana in vna Regien. prioratus 13. Nouembris 1601. coram Pęnia, & Bald. loc. supra citato voluit, quod quando plures succedunt in feudo, vel in iure patronat. non iure hæreditatis, sed ex prouidentia, & ordinatione fundatoris, veniunt in Capita vnusquisq; habendo vocem suam, dum omnes illud habent à primo fundatore cum certum sit mortuo fundatore, qui ius patronatus reseruauit suæ familiæ in omnes de sua familia esse translatum præsentes, & futuros, tanquam in collegium, vt punctualiter tenet Lamb. in secunda part. 1. lib. 8. artic. 2. q. num. 8. & probatur in l. cum ita §. in fideicommissis ff. de leg. 2. vbi patet, quod si sit legatum illis, qui sunt de familia testatoris, & aliqui, qui sunt gregatim nominati, quod illi præferuntur aliis, & post ipsos vocantur illi, qui sunt proximiores, & si sunt æquè pariter succedunt, vt habetur clarius per Alexand. de Neuo cons. 63. & hæc sententia procedit etiam quando ius patronat. pertinet ad singulos, vt sin-

vt singulos non vti vniuersos, sicut quando ius patronatus competit alicui collegio, seu familiæ nam-
5 fit præsentatio in capita, & non in stirpes, vt per Lambertin. de iurepatronat. in 2. parte 1. lib. in 25. artic. prima quæstion. in princip. numer. 17. incertus Author. eiusdem nominis tractatus quæst. 23. Macer. in consil. 69. numer. 16. Odd. cons. 24. numer. 5. Sangh. consil. 39. numer. 5. & Rot. Roman. in vna Staturien. iuris patronat. 11. Ianuarij 1583. coram Illustrissimo Cardinal. Pamphilio, vbi ex coniecturis enumeratis fuit dictum quoddam ius competere quatuor familijs non tamquam diuersis corporibus, sed tanquam facientibus vnum corpus sub nomine ex decisione Butrij in consil. 29. vbi dicit, quod quando te-
6 stator vtitur aliquo verbo denotante, quod sint patroni omnes illi, qui sunt de vna stirpe, tunc omnes succedunt in capita, vt etiam decidit Anch. in consil. 356. & pro hac sententia faciunt latè dicta per Abb. in cap. scriptus in 2. colum. & in princ. sequ. de elect. vbi quando plura coniunguntur in vnum ad aliquem
7 actum explicandum succeditur in capita, sicut est in iure patroni familiæ.

FINIS.

IOAN. ALOYSII RICCII

Viri Patricij Neapolitani,

ET EPISCOPI VICI EQVENSIS.

PRAXIS RERVM QVOTIDIANARVM

ECCLESIASTICI FORI.

TOMVS QVARTVS.

PRAXIS ATTENTATORVM.

RESOLVT. PRIMA.

1 *Innouatum appellatione pendente dicitur attentatum.*
2 *Appellatio, appellantis statum constituit, & iudicatum suspendit, n. 4. & vide num. 5.*
3 *Attentata sunt reuocanda, & postea in causa procedi debet.*
6 *Fructus, damna, & expensæ ex causa attentatorum veniunt refarcienda.*

Attentatum quando dicatur, ad affectum vt illo non reuocato, in causa principali procedi non debeat.

1 ATTENTARE secundum omnium sententiam nil aliud dicitur nisi innouare appellatione pendête toto tit. nil innouari cum alijs notatis per Lancell. in special. tractat. de attentatis. Verùm Beninten. in decision. Bonon. 41. censuit duo requiri, vt attentatum dicatur; pendentia, scilicet appellationis, & innouatio. Vnde attentata sine lite non dari, dixit Cassad. decis. 6. n. 2. super Reg. Cancell. Paleot. decis. 222. Rot. diuers. p. 1. decis. 1. n. 2. ob id data litis essentia, nil appellatione pend. quod tertio obsit, innouandum fore sancitum est toto tit. nihil innou. appell. pend. ff. & C. nilque lit. pend. nouare intelligitur, ne sua interim possessor possessione priuetur, res litigiosa alienatur, aut priuilegium impetretur, Archid. in Clem. cum lite n. 2. vt lite pend. Dec. in c. cum teneamur nu. 2. de appell. Innoc. in cap. ex parte de rescrip. & in cap. vt nostrum num. 4. de appell. Matthes. notab. 28. quamuis, vt ibi Decius subdit, aliquis interdum appellatione pend. fructibus priuatur, quod procedit tàm si appellationi fuerit delatum, quàm non Lancell. de attent. appell. pend. cap. 12. num. 100.

2 Quia appellatio, appellantis statum constituit Rot. coram Orano in vna Vrgelensis Beneficij 17. Decembris 1593. Nam per appellationem iudicatum suspenditur, stante dubio euentu confirmandi, vel infirmandi sententiam latam, ideo hac penden. discussione securus sub legis Clypeo appellans, per Iudicem ad quem fieri debet.

3 Vnde meritò nisi illis in primis, & ante omnia purgatis, ad vlteriora in causa, vel causis procedi, etiam in negotio principali non posse, ius statuit, vt patet ex decis. Put. 51. lib. 3. Attentare, enim delictum est, & in malam partem sonat Bellam. decis. 18. Idcircò, aut ante, aut post sententiã quicquid attêtando commissum fuit, tolli debet Cassad. dec. 3. n. 1. de restit. spol.

4 Quia si appellatio iudicatum suspendit, omne post eam factum nullum redditur Abb. in rubr. de appell. num. 1. in c. si à Iudice, & cap. non solum de appell. 6.
5 cap. super quæstione in fin. de offi. deleg. Quod etiam ampliatur, si fuerit factum post Iudicis recusationem
6 dummodò iuridicum, vt ibid. Abb. Et non solum veniunt reuocanda, sed etiam fructus, damna, & expensæ refarcienda Caual. dec. 11. num. 65. idque declara procedere, quando attentatur in eadem causa, in qua lata fuit sententia, secus si fuerit in causa diuersa Lancell. in tract. de attent. appell. pend. p. 2. c. 12. lim. 2. in princ. & sũt magis priuilegiata materia interdicti. Vnde vi, & remedij capituli reintegrandæ; sed præmissa intellige in negotijs beneficialibus ad effectum procedendi sine collatione tituli Bellam. decis. 294.

RESOLVT. II.

1 *Appellari nequit antè diffinitiuam, nisi appelletur ab interlocutoria inducente grauamen irreparabile n. 2. vel si cũ difficultate reparari posset n. 3. vel nõ ex toto n. 4.*
5 *Appellatio conceditur, vbi grauamen irreparabile parti succedere potest.*

Attentata an dicantur, innouata post appellationem interpositam ab interlocutoria continente grauamen cum difficultate reparabile.

1 QVamuis regulariter appellari nõ possit ante diffinitiuam, nec talis appellatio, causet attentata, l. ante sentêtiam, ff. de appell. recipiend. l. 2. C. quorum appell. non recipiantur l. 2. C. de Episc. audiend. c. non solum in principio, vbi glos. verb. diffinitiua de appell. in 6. ac disponitur in Conc. Trid. c. 20. sess. 24. de reformat. & in regula 36. Cancellariæ, latè tradit Franchus in c. super eo n. 6. de appell. & plenius Lan-
2 cell. de attent. 2. par. c. 12. limit. 1. n. 1. & 10. Attamen quando appellatio interponitur ab interlocutoria cõtinente grauamẽ irreparabile, procul dubio est supersedendum a Iudice à quo, alias essent attêtata omnia per eum postmodum gesta l. 2. ff. de appell. recipiẽd. glos. in Cle. 1. verbo ipso iure de hæreticis, Rota in no-
3 uis, & ibi addition. decis. 58. de appell. prout idem esset si tale posset reparari, sed magna cum difficultete, aut partis præiudicio Bart. in l. 1. §. quæsitum sub n. 6. in fin. ff. de appell. Fely. in c. accepimus sub n. 5. de fide
4 instrument. Duen. reg. 52. limit. 10. vt similiter, quoties grauamẽ potest per diffinitiuam reparari, sed nõ ex toto, quia tunc quoque datur appellatio, Fely. in c. cum super sub n. 17. de sentent. & re iudic. Surdus decis. 36. n. 14. quos cum alijs refert, & sequitur Nouar. in suo Iur. Pontific. nouo conclus. 1. num. 19. de appellat. necnon quãdo articulus interlocutoriæ esset præ-

iudicialis negotio principali, l. intra vtile 39. vbi notat Bart. ff. de minor. Bald. in l. arbitrio num. 6. ff. qui satis dare cog. Fely. in cap. cum causam num. 6. vers. limita quarto, de sentent. & re iudic. Magon. in decis. Lucens. 23. num. 6. Bald. in l. final. sub nu. 5. vers. secundus est actus, C. de relat. vbi idem dicit quando interlocutoria ingerit difficultatem circa causæ decisionem, sequitur Lopez in l. 3. titul. 18. libro 4. recopilat. Hispaniæ ad fin.

5 Quorum omnium ratio traditur ex eo quia appellatio nunquam est deneganda, vbicunque grauamen irreparabile parti succedere potest ex sententia interlocutoria, itaut per diffinitiuam reparari nequeat, iuxta terminos text. in l. 1. §. quæsitum ff. de appellat. & iuxta tradita per Beroum in cons. 119. volum. 3. & alios, de quibus apud Nouarium citat. conclus. 1. num. 22. vers. & tandem de appellat. vbi alia habes quoque in hac materia cumulata, luculenter, vt solet ipse Author.

RESOLVT. III.

1 *Collationes, & prouisiones beneficiorum sunt actus extraiudiciales, nec sunt de processu, nec ad processum pertinent num. 2.*

3 *Comparitio coram Ordinario, cum imploratione sui officij pro obtinenda collatione beneficij, non operatur quòd beneficium sit litigiosum.*

4 *Collationes, quæ fiunt à Papa fiunt extraiudicialiter.*

5 *Appellatio non suspendit collationem, & traditionem possessionis beneficij, nec id operatur appellatio extraiudicialis, num. 6.*

7 *Actus extraiudicialis nunquam trãsit in rem iudicatam, nec rumpit præscriptionem num. 8.*

9 *Collator potest conferre extra proprium territorium, vbi proceditur extraiudicialiter.*

Attentata an dicatur possessio beneficij capta post appellationem à collatione eiusdem Beneficij.

1 REgulariter collationes, & prouisiones beneficiorum sunt actus extraiudiciales cap. concertationi 8. de appellat. lib. 6. vbi notat Gemin. numero 3. & Franchus num. 3. ac cæteri scribentes, Imola in cap. final. de præsumption. num. 13. Abb. etiam num. 13. post principium Fely. num. 22. & 23. & 27. Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 2. quæst. 2. principali artic. 3. num. 3. 7. & 8. & artic. 9. num. 2. per totum dictum articulum.

2 Hinc collationes, & prouisiones non sunt de processu, nec pertinent ad processum; Rota, iuncta addition. Palaz. decis. 3. Butrius in cap. cum M. Ferrariensis sub num. 58. ad medium, vers. Ideo si quis petit confirmationem, de constit. Firmian. in suo repertorio verbo appellatione pendente in 1. vers. ad medium incipiente item verum in his, quæ pertinent ad processum, Lancellot. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 5. nũm. 1. 2. & 3.

3 Vnde Bald. voluit in auth. litigiosa Cod. de litigios. quòd si quis comparet coram Ordinario, & imploret eius officium pro obtinenda collatione alicuius beneficij, non propterea dicitur beneficium litigiosum; & subdit hoc esse necesse scirijs in Palat o Apostolico, cuius dictum fuit à Rota Canonizatum, in vna Calaguritana beneficij 5. Maij 1600. coram Seraphino, & in vna Calaguritana 28. Octobris 1601.

4 coram Lancell. & facit consilium Nauarri 3. de præbendis, vbi quòd collationes, quæ fiunt à Papa fiunt extraiudicialiter, & quòd Datarius non est Iudex impetrantium beneficia, licèt summariè, & extraiudicialiter soleat informari de prouidendorum qualitatibus, & de fumo iuris impetrationum, super quo solet remittere alicui Rotæ Auditori rem extraiudicialiter inspiciendam.

5 Et ex his dicebam in casu mihi proposito nullam appellationem ex aduerso interpositam suspendere collationem, ac possessionis traditionem, inducendo sic text. in cap. constitutis, il 2. in ordine 46. ad finem de appellat. vbi notat Abb. num. 6. 14. & 15. Imola num. 6. & 13. Butrius num. 9. 10. & 11. Franch. numero 8. & 9. & Decius num. final. Lambertinus de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæst. 11. artic. 5. numer. 2. Lancell. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 5. num. 4. & 5. & limit. 40. num. 6. & 7. & limit. 49. num. 5. iuxta quorum sententiam fuit resolutum in vna Zamoren. beneficij die 10. Iunij 1575. coram Cotta, & in alia causa Calaguritana 7. Maij 1574. coram Illust. Blanch. & in vna Compostellana Parochialis 9. Nouembris 1592. coram R. P. Pegna, & coram eodem in vna Ca-

6 laguritana de Ollauari 22. Martij 1604. & generaliter nulla appellatio extraiudicialis suspendit executionem, nec causat attentata c. cum inter de elect. Rota decis. 4. num. 1. & per totam de appellat. in nou. Franchus in cap. bene si numero 29. cum seq. de appellat. Vestrius in praxi lib. 8. cap. penult. num. 9. Couarr. in practicis quæstionibus cap. 24. num. 5. plenissimè declarat Lancell. de attent. 2. par. cap. 12. limit. 3. n. 1. & per totam. Et ista est vna differentia inter appellationem extraiudicialem, & iudicialem ex quatuordecim differentijs assignatis per Abb. in d. c. bene si, à

7 num. 7. vsque ad num. 10. similiter actus extraiudiciales nunquam transeunt in rem iudicatam ex quo deficit iudicium, & sententia, Imola in cap. final. num. 5. & 12. de præsumpt. Abb. in cap. 1. sub num. 13. post princ. de his, quæ fiunt a maiori parte cap. idem. Abb. in d. cap. final. sub num. 15. post princ. & Fely. sub num. 33. ante fin. de præsumpt. prout etiam per actus extraiudiciales non dicitur lis introducta, vt notant Doctores in c. fin. de elect. in 6. Lamber. de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæst. 2. princip. art. 3. n. 3. & per totum, & art. 6. n. 3. Lancell. de attent. 2. p. cap. 4. in præfatione num. 275. in nouiori impressione, post

8 alios, quos ipse allegat: nec extraiudicialis actus, vel declaratio interrumpit præscriptionem regulæ de triennali Put. decis. 174. num. 4. lib. 3. neque vllam aliam præscriptionem interrumpit denunciatio, aut protestatio extraiudicialis, l. alienam, ff. pro tempore, cap. nihil de præscript. vbi latè Felinus num. 5. in cap. illud sub num. 17. vers. 15. conclusio, eodem tit. de præscript. Bald. in tract. de præscript. 3. par. 6. par.

9 princip. quæst. 4. num. 18. & 19. cum seq. multis modis declarat; Et etiam quando proceditur extraiudicialiter; collator potest conservare extra proprium territorium c. post electionem de concess. præbend. cum adductis per Gonzalez in regul. 8. Cancellar. de mensibus, & alternat. glos. 62. ex n. 2.

RESOLVT. IV.

1 *Actus vbi fiunt per modum continuationis, non dicitur attentari.*

2 *Continuans non dicitur spoliare etiam post inhibitionem n. 3. etiam si continuatio non fieret ab eadem persona n. 4. & amplia vt n. 5. & declara vt n. 6.*

7 *Clausula constituti apposita super re litigiosa, non facit esse locum dispositioni l. quoties C. de rei uendicat.*

Attentare an dicatur qui continuat possessionem quæ haberetur per clausulam constituti possessorij, vel requiratur vera, & actualis possessio.

1 COmmuniter est receptum à Doctoribus, quòd vbi actus fiunt per modum continuationis, non dicitur

citur innouari,itaut continuans non attentet;iuxta gl. Magistralem in cap. non solum de appellat. in 6 & in Clemen.2. vt lit. pend. pro qua decidit Rot. in antiq. decis.10.de appellat.Bellamer. decis.701. Bald. decis. 447.Capyc.decis.72. sub n.2. Natta consilio 606. Menoch.de recuper.possess.remed.17.n.49.quæst.17.vbi
2 alios adducit concordantes,& qui continuat non spoliat,Rota decis.11.de restitut.spoliat.in nou.Dec.consilio 460.n.70. lib.3. In tantum quòd non solum continuatio non est attentare,sed imò prohibitio,vel impedimentum, ne possit quis suam possessionem continuare,esset attentatum,vt not.glos. in d.c. non solum, & Butr.in d.c.cum M.Ferrariensis sub n.58. de constit. Paris.consilio vlt.lib.4.n.14. Bertrand. consil.51.n.3. Berous consilio 119.n.2.& 10. lib.3. etiam si vsus possessionis esset principaliter contra ius in iudicium deductus Franchus per illum tex. in c. significante in 4. not.& melius ibi in glos.1.n.9.de appellat.& post eum Gabriel.concluf.6.n.9.de acquirenda possess.& tradit post Cardin.in Clementin.2.in 2.oppositi.de appellat. & glos.in c.non solum de appellat. in 6. & Imola in c. bonæ eodem titul.in c. venerabilis de censibus, Ruin.
3 consilio 47. num.3. lib.4. Dec. consilio 97.lib.1.prout etiam nec attentare diceretur, qui continuat post inhibitionem, vt probatur in cap.1. extra vt lite pendente Neuizan.consilio 82.n.35.Mandos.super regul.
4 Cancel.de subrogand.collitig.quæst.8.num.5.Et licet huiusmodi continuatio non fieret ab eadem persona, adhuc non diceretur attentari,ita quod hæres vniuersalis posset possessionem bonorum defuncti absque vitio attentatorum apprehendere ad text. in auth. nunc si hæres,& ibi Bald.col.1.C.de litig.

Verum deueniendo ad punctum principalem, qui
5 mihi occurrit consulendus resoluendum est supradictam conclusionem habere locum non solum,quando sumus in continuatione veræ possessionis,& sic actualis,sed etiam si eflemus in continuatione,quæ haberetur per clausulam (constituti possessorij) vt colligitur ex notatis per Paris.consilio 172.sub num.14. lib.4. & voluit Neuizan.consilio 82.num.15.27. & 35.

6 Quamuis in alia facti specie mihi pariter transmissa, id restringendum putaui affirmans, non esse verum, nec procedere posse, quando lis esset super validitate,seu inualiditate contractus, in quo fuerit tale constitutum appositum, quoniam hac lite pendente, & post inhibitionem in ea factam in vim allegati constituti possessionem continuare quis prohibetur,itaut continuando incidat in crimen attentatorum, iuxta Rotæ decision.in recollect. per Cottam decision.168. quæ suadetur, & confirmatur per aliam eiusdem Rotæ decisionem in vna Fulginat. bonor. & spolij attentati coram Verallo 11. Februarij 1558. in qua, cum dubitaretur, an donatarius, & qui commissa causa super validitate donationis, & lata sententia in eius fauorem,& interposita per eius aduersarium appellatione, possessionem est ingressus, diceretur attentasse, & ad excusanda attentata allegaretur, quòd ipse vigore clausulæ constituti, per quam, & ciuilem, & naturalem habebat possessionem, ingrediendo, videretur potius continuasse, quam de nouo acquisiuisse. Domini tamen dixerunt quòd ex quo commissio erat super validitate donationis, talis possessio fuit attentata per consil. Socin. 78. num. 7. ad fin. versic. confirmatur ista opinio libr.3.Quod etiam firmarunt Domini in eadem, eodem proponente sub die 20. Iunij 1558.& est Miscell.decision.168. incip.coram eodem in Fulginat.bonorum;ad quod facit quod post Afflict. ponit Gabriel.lib.3.de emption. & vendit. concluf.2.
7 num.25. quòd clausula constituti apposita super re litigiosa,non facit esse locum dispositioni,l. quoties, C. de rei uendic. de quo vide pariter Martam in suo clausulario in clausula constituti.

RESOLVT. V.

1 *Reuocatio attentatorum non fit post concluſum in cauſa, ſed contrarium tenet Author num.2.*
3 *Si eodem die,quo eſt ferenda ſententia ſuper negotio principali,præſentetur commiſſio ſpecialis ſuper attentatis, quid agendum?*

Attentatorum Reuocatio, an peti possit post conclusum in causa.

1 FVit quandoque resolutum non posse peti attentatorum reuocationem post conclusum in causa,vt probat Rota in decis.57. vt lite pendente in nouis, & in decis.26. de appell. in antiquis, quibus concordat decisio Afflicti 352.

2 Verum ego contrariam sententiam tanquam probabilem, & de iure veriorem hic sequendam duxi, quam communis authorum schola approbauit,& præsertim illam sequutus fuit Vital.in tractatu de clauf.in clausula nil nouari lite pendente sub n.15. versic. in quantum dicit, tenuit Imola in cap.1. ad med.extra, vt lite pendente eandem sequutus est Franch. in cap. dicti il 3.num.4.versic. & intellige prædicta de appell. & ex recentioribus eandem similiter sequuti sunt Vant.in tractatu de nullitate titul. quibus modis null. propo.poss.n.3.& Vestr. in praxi Romanæ Cur. lib.8. cap.4.nu.14.& ibidem Grauat.apud cum n.4.quam etiam tenuit Guid.Pap.in consil.205. circa processum colum.8. sub num.22. vers.2. quia,& post aliquos ex prælegatis Asinius in sua praxi Iudic. §.23. cap.12. per totum, vbi in id citat etiam Marant. Capyc. & Manfred. eandem conclusionem tenentes, & etiam Mandos.in tract.commissionin.14.formula commissionis attent.in verbo in primis,& ante omnia quæst. 2. ad med. & ex recentioribus Lancellot. Corrad. de prætore §.2.de off.præt.in cauf.ciuil. in ca. de appell. vers.subdit etiam sub num.24.post Franch.in cap.non solum n.6.de appellat.in 6.& Henric. in consil.52. in casu num.5.lib.2.& etiam Card.Alban.in lucubrat.ad Bart.in l.1.num.2.ff.nil nouari appellat.pend.Pro qua regula non parum facit, quod dixit alias Rota in vna Cæsaraugustana Archipresbiteratus coram Oradino sub die 27. Nouembris 1556. quod si eodem die, quo erat ferenda sententia super negotio principali, & sic postquam fuerat cõclusum in causa,præsentetur commissio specialis super attentatis, & per agentem ad illorum reuocationem fuerit in actis facta protestatio, quod nihil fiat in negotio principali, nisi prius purgatis attentatis, iuxta formam commissionis, & Iudex nullo etiam assignato termino ad docendum de attentatis de quibus tamen nihil in actis apparebat,tulerit sententiam in negotio principali; talis sententia fuerit pro valida à Rota reputata.

RESOLVT. VI.

1 *Possessio lite pendente capta de beneficio patronatus dicitur attentata,& amplia,vt num.2.4.5. & declara, vt num.6.7.8.*
3 *Legatus non potest se intromittere in beneficijs litigiosis.*

An, & quando possessio beneficii patronati capta lite pendente per præsentatum dicatur attentata.

1 DE capiente lite pendente possessionem beneficii ad quod fuerit per patronum præsẽtatus dicendum est quòd regulariter talis possessio debet censeri attentata, & hodie videtur expeditum, cum fuerit id pluries per Rotam tentum, vt est decis. in Recollect. Guidobon. 104. sub rubrica vt lite pendente prout

in vna Neapolitana Cappellaniæ coram Oradino de mense 12. Decembris 1562. in qua fuit dictum, quòd si lis inter duos præsentatos sit instructa, & feratur sententia pro vno, & ille instituatur, & possessionem capiat; Rota habuit talem possessionem pro attentata, idque in alijs causis quoque fuisse tentum, & in alia Toletana Cappellaniæ coram eodem 9. Iulij 1564. & in alia Compostell. de Barone coram Chisan. 16. Februarij 1554. & etiam in similibus terminis pro attentatis fuit etiam tentū in alia Lucana parochialis Campagnoli coram Binario 8. Iunij 1571. & nouissimè in vna Calaguritana beneficij Sanctorum Iacobi, & Andreæ coram Blanchetto 7. Maij 1574.

Quæ principalis conclusio adeò est vera, vt pluribus quoque modis ampliari possit.

2 Primò, vt huiusmodi possessio censeatur attentata non solum si fuerit capta vigore institutionis per ordinarium de præsentato facta, verum etiam si fuerit capta vigore litterarum super noua prouisione per præsentatum obtenta expeditarum, vt fuit alias dictum in vna Valentina Sancti Iacobi coram Vectano 7. Maij 1554. item si possessio capta fuisset vigore institutionis factæ à Legato de latere; lite coram Ordi-
3 nario pendente, quia diceretur attentata, ex quo Legatus nō potest se intromittere de beneficijs litigiosis quorum prouisio soli Papæ reseruatur cap. 2. vt lite pend. in sexto, vt est decis. Achil. sub die 16. Februarii 1554. incip. Fuit dubium an lis inter duos, &c. & alias sæpius determinauit Rota.

4 Secundò, vt procedat etiam si Ordinarius immitteret in possessionem superstitem, quem loco defuncti subrogauerat, quia talis immissio, & possessionis adeptio fuit alias reputata inualida, & attentata, & apud Rotam esse sequestrandam in vna Posnanien. Parochialis coram Serafino 14. Ianuarii 1572. quamuis id credendum sit prouenisse potiùs ex eo, quia Ordinarius prætermissa præsentatione patroni, ad subrogationem superstitis deuenerat, quam ex litis pendentia.

5 Tertiò, vt procedat non solum si sit lis inter præsentatos, verum etiam si lis esset inter ipsos patronos; & ideò si præsentatus lite inter patronos pendente, fuerit à Nuncio Sedis Apostolicæ institutus, & illius vigore possessionem capiat; talis possessio censetur attentata, vt inclinauerunt Domini in vna Tuden. parochialis de Tabuchia coram Grato 29. Nouembris 1567. vel etiam si lis esset inter vnum ex patronis, & vnum ex præsentatis, iuxta aliam eiusdem Rotæ decisionem, secundum quam semel consultus respondi in vna Nolana.

6 Benè verum supra enarrata regula cessabit primò, quoties quis esset præsentatus à patrono, qui esset in quasi possessione præsentandi, quia cum tunc, præsuppositā quasi possessione, patronus licitè præsentet, & suam possessionem continuet, consequenter videtur etiam cessare consideratio attentatorum ex vulgari illa propositione, quòd continuans non attentet iuxta dicta in alia resolutione.

7 Item non procedit quando præsentatus, & institutus ab Ordinario immitteretur in possessionem ab eodem Ordinario; coram quo lis pendebat, quia tunc non diceretur attentata possessio, prout esset si fuisset immissus ab alio Iudice, vt alias allegabatur in terminis, & dabatur per informantes in dicta Actoria parochialis Sancti Augustini coram Sarmiento 16. Decembris 1563. super allegata decis. Achill. sub die 16. Februarii 1554. quæ incipit fuit dubium; in qua postquam ille annotauit quòd Domini omnes dixerunt per litem inter præsentatos quis eorum esset instituēdus coram Ordinario introductam, beneficium fuisse effectum litigiosum, & cap. primum, vt lit. pend. in 6. habere locum etiam in duobus præsentatis, & possessionem ab instituto captam esse attentatam; subdiderunt formaliter, & hæc procedunt quando possessio capta fuit vigore prouisionis alterius, quam Ordinarii, coram quo lis pendebat; sed quando possessio esset vigore institutionis Iudicis, coram quo litigabatur; fuit dictum quòd secus esset, vnde Domini ibi clarè hanc limitationem sentiunt.

8 Et neque prælibata conclusio habebit locum, quando inter præsentatos non fuisset lis contestata, & propterea non diceretur attentata possessio capta per institutum, postquam ipse, & alius ab aliis patronis præsentatus coram Ordinario comparuissent, & quilibet institutionem de se fieri petisset, & etiam Iura, hoc est, instrumenta suarum præsentationum produxissent; dummodò litem alias non fuissent contestati, vt fuit dictum in vna Calaguritana beneficii, in qua tale factum præsupponebatur coram A. Augustino 25. Ianuarii 1554.

RESOLVT. VII.

1 *Reseruatio quàm sit fortis, & an annullet titulum beneficij in contrarium collati, & an possessionem, num. 2.*

Conclusio illa, quòd qui continuat, non attentat, an locum habeat in eo, qui possidet beneficium reseruatum.

1 IN casu mihi occurrenti dicebam pro affirmatiua; & ratio est quia reseruatio est ita fortis, & potens, quod sit gladio ancipiti penetrabilior, & eius decretum omnia interiora afficit, ac adstringit. Æneas de Falconibus in tractatu de reseruationibus qu. 4. principali effectu primo sub n. 1. vers. & propter hoc dixit. Nec non tàm malignæ naturæ est, quòd quidquid inuenit in oppositum, destruat, ac secum ducat Gomesius de recuperanda possess. remed. 16. num. 444.

2 Vnde reseruatio non solum annullat titulum beneficii in contrarium collati; sed etiam possessionem, ita vt talis possessor non possit iuuari ex aliquo remedio possessorio retinendæ nec recuperandæ, vel alias. Nam talis possessio caret omni effectu, & est sine vllo iuris adminiculo, Rota decis. 3. per totam de restit. spoliat. in nouis, & decis. 2. eod. tit. in antiq. & decis. 11. & 12. de causa possess. & proprietatis, in antiq. & decis. 5. num. 3. vt lite pend. in antiq. Bellam. decis. 535. quæ incipit, in possessorio, Lapus allegat. 29. num. 1. & allegat. 51. num. 9. Felyn. in cap. in nostra n. 12. de rescript. Æneas de Falconibus in quæst. 4. principali effectu 11. & 47. Rebuff. in praxi titul. de reseruat. tam generali, quam speciali n. 4. Cassad. decis. 1. n. 3. & decis. 2. per totam de restit. spol. & decision. 7. num. 3. & decis. 11. num. 5. super regulis Gomez in d. reg. de annali quæst. 23. & in regula de triennali quæst. 49. Mandos. in regula 1. quæst. 3. per totam, & alios plures adducens Menoc. de recuper. remed. 16. quæst. 35. num. 443. cum seq. vsque ad n. 457. Ferrett. cons. 3. num. 18. & consil. 6. num. 18. & consil. 6. n. 11. & consil. 21. n. 4. Simonet. de reseru. quæst. 40. & 48. Mohed. decis. 15. num. 1. de causa possess. & decis. 13. num. 2. de restit. spoliat. Veral. decis. 325. par. 1. num. 2. & decis. 345. num. 5. par. 3. Lancell. de attentatis par. 3. cap. 24. quæst. 9. num. 1. cum seq. Put. decis. 190 in vna Eugubina nu. 5. & decis. seq. lib. 3. Gabr. tit. de restit. spoliat. concluf. 5. num. 43. cum pluribus sequentib.

Et in terminis regulæ octauæ Cancellariæ est decis. Cassad. 1. de restit. spoliat. n. 1. & per totam. Item decis. Rotæ 510. num. 5. lib. 3. par. 3. diuersor. Puteus decis. 197. die 13. num. 3. lib. 3. & fuit etiam decisum in vna Crotonien. Decanatus 20. Maii 1587. coram Orano. & in alia Regien. Canonicatus 17. Nouemb. 1595. coram Illustris. Card. Pamphilio.

PRAXIS

PRAXIS ACTORVM TRANSPORTATIONIS à Iudice à quo ad quem faciendæ.

RESOLVT. VIII.

1 *Acta ſunt tranſportanda per appellantem.*
2 *Clauſula quam, & quas quid operetur.*
3 *Appellatio dicitur nulla, niſi fuerint tranſportata Acta.*

Appellatio an cenſeatur nulla ob non tranſportationem Actorum.

1 APpellans à Iudice à quo ad Iudicem ad quem debet tranſportare acta primæ inſtantiæ, & Iudex ad quem niſi illis viſis nequit procedere ad abſolutionem, vel condemnationem, ita Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 3. de reformat. vnde non vitiari ſententiam quoties abſque tali tranſportatione ſententia iuſtificatur decreuit Rota in Romana de Penis Lunæ 27. Ianuarij 1614. coram Damaſceno in Recollect. per Farinac. deciſ. 561. num. 12. par. 1.
2 to. 2. quod procedit quamuis in commiſſione appellationis adſit clauſula, quam, & quas: quæ licet operetur quod non procedente appellatione, vel de ea non conſtito poſſit procedi, prout in prima iuxta Rotæ deciſ. in Placentina aquarum 8. Martij 1596. coram Illuſtriſſim. Cardinali Arigonio in Calaguritana ſpolij 1591. coram Illuſtriſſimo Cardinali Seraphino, tamen poſt Concilium ſignatura, & Rota intellexere ne aliquid operetur niſi trãſportato proceſſu in cauſis appellationum, vel ab eis dependentium, vt dixit in Vicentina Cantoriæ 10. Iunij 1602. coram R.P. Corduba, Mareſcot. variar. reſolut. lib. 2. cap. 43. num. 5. vbi allegat Rot. in Valentina Parochialis 13. Ianuarij 1586. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blanchetto, vbi etiam fuit reſolutum hoc eſſe verum quamuis appellans declaret ſe nolle vti proceſſu facto, coram primo Iudice Nouar. in ſuo iure Pontificio nouo concluſ. 5. de Actis primæ inſtantiæ, vbi in terminis ad caſum
3 propoſitum dicit quod ſi quis appellauerit, & acta ad Iudicem appellationis non tranſtulerit; talis appellatio dicitur nulla iuxta communem Doctorum ſententiam de qua gl. Bar. Iaſ. & Dec. in l. 2. C. de edend. ille num. 1. & 2. iſte num. 15. Felyn. in cap. Eccleſia Sanctę Mariæ ſub num. 6. de conſtitut. & ita decreuit Rota in cauſa Placentina vſurarum ſub die 23. Iunij 1586. coram R.P. Orano, & in alia Salutiorum matrimonij ſub die primo Februarij 1588. coram Illuſtr. Cardinali Blanchetto, cuius dicti ratio eſt, quia videtur contra caſum legis, & quia ſine actis non potuit cuncta rimari, vt apud Rot. in Placentina adminiſtratorum coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellot. & alias ſæpius quam nullitatẽ minimè excuſari præſumptione boni iuris aſſeuerauerit Soccin. iun. conſ. 80. num. 3. lib. 2. etſi parte opponente Iudicem de illa prius cognoſcere debere pluries reſoluit Rota, & præſertim in Veneta illegitimitatis 26. Februarij 1597. coram R.P. Penia in Verubana ſpolij 5. Maij 1586. coram Illuſtriſs. Cardinali Plato Put. dec. 72. n. 3. lib. 3. illamq; non ſolere ſanari à ſignatura teſtantur Vantius de nullit. ex defectu iuriſdict. & Mand. num. 6. & Staphileus de litteris inſt. verſ. in primis igitur; quamuis actorum tranſportatione omiſſam non vitiare ſententiam quoties abſque tali tranſportatione ſententia iuſtificatur decreuerit Rota in Romana de Penis Lunæ 27. Ianuarii 1614. coram R.P. Damaſceno, vt teſtatur Nouarius loco antecitato.

RESOLVT. IX.

1 *Acta integrè ſunt aſportanda, aliàs ſententia eſt nulla Aloyſ. Ricc. Praxis. Pars IV. num. 2. & appellatio dicitur deſerta num. 3. quod an ſit verum ſemper vide num. 4.*

An diſpoſitio Concilij mandans poſſe Iudicem ad quem actis non traſportatis procedere ad expeditionem cauſæ locum habeat ſi acta fuerunt tranſportata verum non integra.

1 REſpondi multoties interrogatus, quod cum effectu iſta acta debent integrè produci nam productio non releuat niſi integrè facta fuerit, c. cupientes de elect. in 6. Vant. de nullit. in tit. à quo, & quibus mod. num. 21. Rota in Placentina Caſtri 4. Iulij 1601. coram Illuſtriſſimo Cardin. Mellino bonæ me-
2 moriæ, ita vt in tali caſu ſententiam eſſe nullam, dicat Cauale. deciſ. 11. num. 13. par. 2. adeò quod appel-
3 lationem eſſe deſertam ſi integer nõ exhibeatur proceſſus coram Iudice ad quem ſentit Afflict. in conſtit. Regni appellationum tempor. num. 6. & poſt eum Bongior. in fragm. ad Rit. Sicil. 183. Giurb. deciſ. 29. per tot. qui plures Doctorum ſententias cumulat ſequendo tamẽ opinionem Muſcat. in praxi Sacr. Con-
4 cil. in tit. de appellat. par. 1. gloſ. proſequendum n. 57. & ſequent. vbi diſtinguit, quod aut appellans malitia eiuſque culpa diminutam proceſſus copiam præſentat, & eadem tergiuerſatione ductus intra præſcriptum quadraginta dierum terminum nec deficiẽtem illius partem adimplet, & appellatio tunc erit deſerta ne ex ſolo dolo commodum conſequatur ex Ruin. conſ. 40. n. 7. vol. 5. aut culpa, & defectu actuarij integer ab appellante coram Iudice ad quem non fuit exhibitus proceſſus, & tunc deſerta non erit appellatio, cum minimè nocere debeat appellanti culpa, & defectus, ſiue dolus actuarij niſi de concordia ipſius appellantis, vel de eius mandato id actum fuiſſet Nauarius in ſuo opere iuris Pontificii noui concl. 1. num. 9. de actis primæ inſtantiæ.

RESOLVT. X.

1 *Acta in dubio cenſentur integrè tranſportata.*
2 *Dicens acta non eſſe integra debet probare.*
3 *Allegans aliquid debet probare, & quare n. 4.*
5 *Paria ſunt nihil allegare, & allegatum non probare.*
6 *Agens vti procurator debet probare mandatum.*
7 *Priuilegiatę perſonę debẽt ſe probare tales, quales faciũt.*

Acta non eſſe integrè tranſportata alleganti, an incumbat onus probandi.

1 CVm in dubio præſumatur acta integrè fuiſſe trãſportata Cravett. de antiquit. tempor. par. 2. n. 55. cum aliis nouiſſimè recollectis per Nouarium cõcluſ. 1. num. 9. de Actis primæ inſtantiæ. Ideò dicen-
2 dum eſt alleganti proceſſum, ſiue acta non eſſe integra incumbere onus probandi, vt determinauit Rota in vna Segonalien. Siluæ 24. Maii 1577. coram R.P.D. Cotta, & in alia Calaguritana beneficii de Narnaia 13. Ianuarii coram R.P. D. Corduba, & in Algaren. diſmembrationis 4. Decembris 1617. coram R.P.D. Remboldo, & alias, vt apud Ludouiſ. deciſ. 59. Gail. obſeruat. 134. n. 14. in fine Menoch. conſ. 9. n. 203. Scaccia in tract. de appell. q. 20. n. 15. & 17.
3 Quia in iure eſt ſatis notum, vt allegans, & dicens aliquid id probare debeat l. actor C. de probat. gloſ. in Clem. vnic. de reſtit. in integr. latè Cacher. deciſ. 79. num. 41. vnde alleganti conſuetudinem, venereamcõiunctionem, dolum, errorem iuris, illegitimitatem, impedimentum, metum, ſolutionem, tempus, ſubſtitutionem, & alia ſimilia incumbit onus probandi, vt pleniſſimè apud Maſcard. in ſuo tract. de probat. con-

4 clus. 78. to. 1. vbi plura cumulat, quæ hic deseruire possent, sola enim allegatio absque probatione non
5 sufficit, ita quod allegare nihil, & allegatum non probare paria sunt Roland. cons. 35. num. 10. lib. 1. Card.
6 Tusc. conclus. 117. num. 19. lit. A. hinc agens vti procurator debet probare mandatum, & agens vti hæres talem se probare debet, & allegans seruitutem, illam probare debet, vt copiosè probauit Nouar. in praxi election. & variat. fori q. 19. sect. 1. in secunda impressione Neapolitana, vbi latissimè varijs medijs fundauit, quod priuilegiatis personis eligentibus forum, si opponatur, quod tales non sint, debent illi probare se tales, quales esse faciunt.

RESOLVT. XI.

1 *Creditur Actuario attestanti de Actorum transportatione, & vide num. 2. Sed an credatur Iudici id asserenti num. 3.*
4 *Deponentibus circa eorum officium creditur.*
5 *Creditur Notario in his, quæ spectant ad eius officium.*

Actuario an credatur, si dicat transportata esse omnia Acta, & alia non extare.

1 NOtario attestanti de integra transportatione, siue non extare alia acta creditur, vt pluries tenuit Rota, & præcisè in vna Bracaren. Parochialis 29. Ianuarij 1610. coram Illust. & Reuerendiss. Card. Sacra-
2 to, & alias, vt apud Farin. post secundum librum Consiliorum decis. 144. n. 5. Imò sufficere quod Notarius attestetur simpliciter, quod fideliter extraxit dixit eadem Rota in d. Bracaren. Parochialis, vbi allegatur alia decisio per prius facta coram R. P. D. Litta.
3 Declara tamen non credi assertioni Iudicis, qui testatur non extare alia acta; vel esse integra, cum id spectet ad officium Actuarij, & non Iudicis, vt dixit Rota in Algaren. dismembrationis 5. Iunij 1617. coram R. P. D. Remboldo, vbi amplius quod præsumptio pro integritate processus procedit, quando acta fuerunt à Notario Actuario tradita, secus si ab alio, qui non esset Actuarius, aut successor in officio, quia in tali casu non præsumeretur integra, prout ego pluries consultus à varijs Regni Præsulibus voce, & scri-
4 ptis consului, creditur enim solum depositioni illorum deponentium circa eorum officium, & non alijs argum. l. si quis decurio C. de falsis Bart. in l. si librarius col. 1. de reg. iure Ruin. cons. 159. col. 7. numero 16. libro 3. quos allegat Nouarius in sua praxi election. & variat. fori quæst. 20. num. 6. sect. 1. in secunda impressione Neap. dum probat esse credendum Notario in illis, quæ pertinent ad eorum officium, vt latius apud eum.

RESOLVT. XII.

1 *Acta realiter sunt producenda coram Iudice ad quem, nec sufficit verbaliter num. 2.*
3 *Citanda est pars in productione Actorum.*
4 *Productio Actorum, quando præsumatur realis, & num. 5. & 6.*

An sit factum menti Concilij si acta fuerint tantùm verbaliter transportata, non autem realiter.

1 ISta acta realiter esse producenda neque sufficere productionem verbalem tenet Rot. diuers. 445. n.
1. par. 1. Gratian. lib. 1. disceptat. forens. cap. 121.
2 num. 32. & quod quãdo iura sunt tantum verbaliter, & non realiter producta illa non debeant transportari censuit Rota in causa Pesoraten. fideicommissi 15. Ianuarij 1608. coram Illustrissimo Cardinali Lancelloto, & in Placentina deuolutionis 10. Maij 1602. coram R. P. Penia, vbi aliæ decisiones allegantur: nec
3 ad effectum productionis realis sufficit, quod ita deponantur penes Actuarium nisi etiam petatur vt registrentur, & pars citetur ad dicendum contra Rota in Mediolanen. decimarum 27. Maij 1616. coram R. P. Coccino hodie Decano, & Domino meo obseruandissimo, refert Nouarius conclus. 1. de Actis primæ instantiæ annuens num. 13. quod præsumitur rea-
4 lis huiusmodi Actorum productio quãdo est verbum, tenoris, &c. ex Rota in Ferrarien. bonorum 9. Maij 1594. coram Illustrissimo Cardinali Lancellot. & in Vrbeuetana fideicomm. 16. Nouembris 1619. coram R. P. D. meo Coccino Decano; vt etiam realis præsu-
4 mitur stantibus verbis Iudicis actis omnibus visis, eadem Rota in Pistorien. beneficij 13. Ianuarij 1617. coram R. P. Buratto, vbi pariter quod ex motiuis factis per Iudicem colligitur iura fuisse coram eo realiter producta, & ab eo lecta, prout similiter productio Actorum censetur realis stantibus verbis facto produxit, vel animo retrahendi eadem Rota in allegata
6 Vrbeuetana fideicom. coram D. Cocc. vbi adhuc fuit consideratum, quod quando legitur in actis aliquem producere instrumentum incipiens sic, & finiens sic, tunc talis productio censetur verbalis, & non realis, quod adeo non solum produci debeãt acta primæ instantiæ, sed pariter instrumenta producta in prima instãtia, siue in primitiuo processu quem debet exhibere coram Iudice appellationis, ita quod si illa nõ produxit, sed tantũ processum præsentauit causa efficitur deserta Nouarius d. concl. 1. n. 18. de Actis primæ instãtiæ apud quem hanc materiam satis lepidè declaratam habes, & ideò amplius non me extendo.

PRAXIS CEDVLONVM.

RESOLVT. XIII.

1 *Expedit Reipublicæ excommunicatos publicare.*
2 *Cedulones affiguntur, vt excommunicatus possit euitari, & vt cæteri teneantur, num. 3.*

Cedulones quare contra excommunicatos affigantur.

1 PRo responsione sufficit dicere quod ratio quare cedulones à Iudicibus Ecclesiasticis affiguntur contra excommunicatos, illa est, quia expedit Reipub. publicare excommunicatos, Ancharanus in Clement. 1. de pœnis, & vt ab alijs Christianis euitari possint tanquam segregati à fidelium consortio, ad effectum, vt illi videntes se ab alijs vitari eorum confusionem respicientes erubescant, & conuertantur cap. 1. de except. in 6. Clem. 1. de pœn. vbi id notat Anchar. numero 15. & sequitur Genuen. intra praxi Curiæ Archiepisc. Neap. cap. 23. num. 1.
2 Et quod cedulones affigãtur non solum vt excommunicatus conuertatur, sed vt alii ipsum euitent donec fuerit absolutus percipitur ex cap. curæ 11. quæst. 3. & scribit Vgolin. in tract. de censur. tabul. 1. cap. 21. §. 2.
3 Vltra quod cedulones affigunt, vt alii terreantur, quia excommunicatio dicitur medicinalis non solum propter excommunicatum, vt conuertatur, sed vt alii de communitate terreantur Couar. plenè in cap. Alma mater de sentent. excomm. in 6.

RESOLVT. XIV.

1 *Casus legis vbi habetur, sufficit eiusdem allegatio.*
2 *Bulla Pij IV. mandat, nè cedulones affigantur cum picturis dæmonum.*

Cedu-

Cedulones an possint affigi cum figuris dœmonum.

1 Dictum non est insistendum pro resolutione huius articuli, nam dum casum legis expressum habemus sufficit illum allegare, leg. Ancillæ Cod. de furt. Bulla siquidem Pij IV. incipit inter in specie mandat ne cedulones affigantur cum dœmonum picturis, vn-
2 dè facienda est conclusio cedulones contra excommunicatos non posse affigi cum huiusmodi picturis, prout ita in terminis notauit Episcopus Minorensis in sua praxi Episcopali in verbo cedulones par. 2. pag. mihi 19.

Vnde dum semel fuissem consultus respõdi cuidam Reuerendissimo CoEpiscopo non potuisse cedulones affigere cum talibus picturis dœmonum, & me consulente ita fuisse seruatum deinde audiui, putabat siquidem ille Dominus cum similibus picturis in cedulonibus homines terrere.

RESOLVT. XV.

1 *Declaratus excommunicatus ob non solutionem pensionis satisfacit si mittat literas cambij.*
2 *Literæ cambij habent vim solutionis.*
3 *Excommunicatus pro fructibus non liquidatis, offerens se paratum satisfacere non potest publicari.*

Cedulones an possint affigi contra excommunicatum ob non solutionem pensionis, si pensionarius offert mittere literas cambij.

1 VBicumque pensionarius est excommunicatus ob non solutionem pensionis, contra eum instatur affigi cedulones, si ille offerat mittere litteras cambij pro satisfactione, cedulones non sunt affigendi, nam videtur tunc satisfacere suo debito, quia declaratus excommunicatus ob non solutionem pensionis satisfacit si mittat litteras cambij Henriq. in sua summa in tit. de excommunicat. c. 28. §. 2. litteras Nouarius
2 forens. q. 33. p. 1. vbi assignat rationem, quia litteræ cambij habent vim solutionis, Rot. in vna causa Bononien. legationis 8. Maij coram Puteo. vbi fuit dictũ litteras cambij inducere delegationem, & liberationẽ, vt dixit idem Nouar. in prag. Regni 1. n. 17. sub rubr. de litteris cambij, qui allegat Puteum decis. 124. li. 3.
3 Facit nam excommunicatus pro fructibus non liquidatis, vel alia in certa quantitate comparens, & offerens se paratum satisfacere non potest publicari, Achil. de Gras. decis. 1. de sentent. excommunicat.

RESOLVT. XVI.

1 *Excommunicatio affert mala.*
2 *Temerarij non solent statim absolui in Curia Archiepiscopali Neapolitana.*
3 *Declaratio nihil noui inducit.*
4 *Notoria efficitur res per sententiam.*

Cedulones an possint affigi contra excommunicatos si compareant, & petant absolui.

PLuries accidit in varijs Tribunalibus Ecclesiasticis dubitari, si dum mandatur affigi cedulones comparet excommunicatus petendo absolutionem debeant per hoc Superiores remouere manus ab ipsorũ cedulonum affixione, & consultus ego dicebam, quod vbi comparet excommunicatus cum satisfactione, & tunc bene non debent cedulones affigi,
1 cum sufficiat offerre satisfactionem, & illam insimul dare, vnde statim est absoluendus propter mala, quæ affert excommunicatio, vt dixit glos. in c. qua fronte de appellat. nam frustra affigeretur si statim absolutio sequi deberet licet Curia Archiepiscopalis Nea-
2 politana pluries seruauerit contra aliquos temerarios cedulones affigere quousque satisfeciissent, & esset absoluti, vt ipsi magis confunderentur abstinerent in futurum, & alij terrerentur, vt testatur Genuen. in praxi eiusdem Curiæ cap. 23. vbi dicit pro tali obseruantia facere text. in Clement. 1. §. & quia de pœnis in qua mandatur publicari excommunicatos donec satisfecerint. Et ibi addit. Card. Zabarell. & absoluantur, quia ad officium Prælati spectat excommunicatos denunciare, eosque vitari facere, donec satisfecerint Abbas in cap. ea noscitur notab. 2. de sentent. excom.

3 Tantò fortius, quia ex publicatione non fit aliquod præiudicium excommunicato, cum declaratio nihil noui inducat cap. pastoralis §. verum de appell. l. hæ-
4 redes palam ff. de testam. per sententiam si quidem res est effecta notoria cap. cum olim de verb. signific. Butr. in cap. vestra, de cohabitat. clericor. & mulier. & talis affixio prodest Reipublicæ ergo fieri debet ex regula quod tibi non nocet, & alteri prodest fieri potest, & debet l. 1. §. denique ff. de aqua pluuia arcend. quod & considerat Nouarius lib. 1. quæst. forens. cap. 2. circa finem in secunda impressione.

Verum hanc secundam opinionẽ seruabis in casibus exemplaribus, & magni momenti ad aliorum terrorem, primam autem in alijs casibus ordinarijs.

RESOLVT. XVII.

1 *Qui terminus soleat concedi per Curias Ecclesiasticas declaratis excommunicatis ad procurandam absolutionẽ à Romana Curia.*
2 *Cedulones reaffiguntur, vbi intra terminum datum non præsentatur absolutio.*

Cedulones affixi contra declaratos excommunicatos absoluendos à Papa quando remouendi sint.

PAssim seruatur in Curijs, & Tribunalibus Ecclesiasticis quod vbi aliquis incidit in casum censuræ, quæ est reseruata Summo Pontifici, taliter quod est
1 absoluendus à Papa si post declarationẽ factam à Iudice Ecclesiastico declaratus excommunicatus humiliter petat remoueri cedulones solet ei concedi terminus vnius, vel duorum mensium, & facit iuxta qualitatem ad procurandam absolutionem a Rom. Curia, & interim remouerentur cedulones, dũmodò domi se contineat & præstita cautione, quod termino ela-
2 pso, nisi in effectum præsentetur absolutio iterum, & de nouo affiguntur cedulones sicque non semel reminiscor annis elapsis me practicasse vti generalem Vicarium in Curia Archiepiscopali inclitæ, & nobilissimæ Ciuitatis Neapolis, & alias vidisse practicari, de cuius etiam Curiæ stylo testatur quoque Genuen. in sua praxi eiusdem Curiæ c. 23. num. 10.

Et cum casus accidisset in mea Curia Episcopali Vici Equensi semel, atque iterum iuxta supradictã praxim obseruari mandaui, sicque pluries cõsultus: respõdi in varijs quippè casibus; & in specie dum essem requisitus ab Illust. Archiepiscopo Ciuitatis Consentiæ.

RESOLVT. XVIII.

1 *Actus factus pendente tempore ad appellandum dicitur attentatus.*
2 *Excommunicatus potest appellare, sed non per hoc cedulones non affiguntur, & quare num. 3.*
4 *Appellatio à sententia excommunicationis non impedit executionem.*
5 *Cedulones affigi possunt pendente appellatione.*

Cedulones an statim affigi possint post latam excommunicationem, vel Terminus decem dierum concessus ad appellandum expectari debeat.

1 PRimo intuitu videbatur pro negatiua concludendum ex quo affixio cedulonum statim lata excommunicatione fuisset attentata nõ expectato tempore ad appellandum concesso dicto iure: & non dubitatur quin actus factus pendente tempore dato ad appellandum sit attentatus, cap. non solum de appell. in 6. Mohed. decis. 150. num. 2. Guid. Pap. decis. 104. & inde sequestranda Calder. cons. 1. vt lite pendente. Anton. Aug. in epit. tit. de sequestr. ex officio §. 3. & 6. Verall. decis. 157. par. 3. Put. decis. 414. lib. 3. & fuit sæpè resolutum in Rota.

2 Contrariam tamen sententiam veriorem ac iuri cõsonam semper existimaui ac in quam pluribus causis ita cõsului: & ratio est, quia licet excommunicatus possit appellare tamẽ non per hoc nõ potest impediri denunciatio per cedulones; quia illa cedulonũ affixio nihil aliud est, quam illius sententiæ manifestatio, siue potius executionis promulgatio, & non executio, quia
3 excommunicatio fert secum executionem, c. pastoralis, §. verum de sentent. excommun. glos. in c. non solum in ver. innouata de appell. lib. 6. glos. in c. venerabilibus §. potio in ver. appellatum de sentent. excom. lib. 6. Couar. pract. quæst. cap. 23. num. 3. ver. illud. Marant. in sua praxi 6. par. tit. de appellat. n. 177. ratio rationis est, quia appellatio à sentent. excommunicationis non impedit illius executionẽ, nec minus
5 cedulonũ affixionem impedire debet. Secundò, si Iudex vellet declarare aliquem incurrisse sententiam excommunicationis, illum citaret ad dicendum causam quare non debet declarari excommunicatus, tunc illo non comparente Iudex debet expectare decem dies: ratio est, quia à declaratoria potest appellari antequã feratur sententia declaratoria, & affixio cedulonum, & illa appellatio impediret sententiam declaratoriam, si appellaretur ante, sed non post declaratoriam Fely. in c. cum non ab homine col. fi. de Iudic. Tertio quando essemus in notorijs, vt in percussione publica Clerici, vel notorio adulterio, & similibus licet quis appellaret à declaratoria non tamen propter hoc deberet impediri exequutio, & cedulonũ affixio, c. peruenit illi de appellat. Abb. in Clem. 2. n. 6. pen. & hoc etiam sentit Couar. in c. Alma mater, 1. par. §. 2. n. 9. de sentent. excommun. in 6. quia sic videtur seruare Curia Roman. nam Auditor Cameræ eadem die publicauit excommunicationẽ, & affixit cedulonem in acie Campi florę recitat Verall. decis. 324. par. 1. in qua etiam habetur vniuersitatem posse excommunicari, quod etiam sentit Nauar. multis in locis, & præcisè cons. 18. & de sententia excommun.

Taliter quod ex supradictis venit concludendũ, vt cedulones affigi possint etiam pendẽte appellatione, nam non est prohibitũ in iure, quod si quis fuerit excommunicatus poterit quoque, & talis insuper denũciari etiam pendente appellatione, c. pastoralis, §. verum de sentent. excommun. & probat Guttier. Canonicarum quæst. lib. 1. c. 1. num. 36. Alterius in tract. de censur. disputat. 6. lib. 1. cap. 2. vers. 2. confirmatur tomo 1. quoniam ex cedulonum affixione non amplius ligatur excommunicatus quam antea erat, quia nihil noui adducit, & hanc eandem opinionem sequutus est Campanil. in suo diuersorio iuris Canonici rubr. 11. c. 15. à num. 40. cum seq. per hæc verba.

Quin & tanta fulcitur veritate ista conclusio, ita cõstitura, vt si à tali sententia, vel speciatim, vel generatim pronunciante aliquem excommunicatum appelletur nihilominus prædicta excommunicatio trahat secum executionem prædictam, cum appellare à sententia excommunicationis, non nisi quo ad effectum deuolutiuum liceat, non suspensiuum idque deducitur à parte ex eodem §. fin. & cap. is cui §. fin. de sententia excommun. in sexto; ita quod & illa non obstante procedi posset ad denunciationem additur in eodem §. scilicet ad denunciationem faciendam ad finem, vt videtur ab illis, quod ex subsequentibus verbis illiusmet, §. citra dubium disponitur, & probat Guttierez canonic. quæst. lib. 1. cap. 1. num. 36. nec non Marius Alterius in tract. de censur. disp. 6. libr. 1. c. 2. vers. 2. confirmatur to. 1. qui præterea late ennarrat modos omnes quibus tum antiquitus, tum nostris temporibus consueuerit fieri eiusmodi publicatio in disp. 5. l. 3. c. 3. verus modus, & ordo seruandus; quoniã verò subijcitur in eod. illo §. ratio ob quã spreta appellatione progredi ad nunciationem ipsam licet, & ea est quod eius vigore non amplius ligatur excommunicatus quam ante erat, ex ea infert Nauar. in c. cum contingat, remed. 6. n. 7. de rescript. dari aliquos casus in quibus subsequenti denunciatione sit excommunicatio validior, & difficilius auferri potest; exemplificat in terminis c. tua nos, de sentent. excom. quin, & generalius loquens vrgente temporibus nostris constitutione ad euitanda scandala, cuius intuitum excommunicationem accipere quoad sequẽtem denunciationem maiorem vigorem affirmat, ideo procedi ad denunciationem, haud posse nisi antea cognitum fuerit de iustitia excommunicationis arbitratur, tamen in hoc casu, iam dictæ constitutionis, Suarez tom. 5. de cens. disput. 2. sect. 15. sub n. 22. citatusq; Alterius adducto cap. 3. vers. quæ doctrina, & optimè qualem ob rationem illam omninò validam, quod denunciatio nullam maiorem vim tribuit ipsi excommunicationi, eaque non aliud tunc sortitur effectum aduersus excommunicatum quod antea habeat, sed operatur dumtaxat, vt fideles teneãtur illum vitare ad quem effectum idem ipse §. fin. mandat procedi non obstante appellatione ad denunciationem, ergo non secus ac tunc minimè impedimento erat appellatio quin denunciatio fieret, vt ille vitaretur, ita nec hodie: in alijs tamen casibus probabilem esse Nauar. sententiam non negat præcitatus Alterius.

RESOLVT. XIX.

1 *Citatio personalis requiritur ad excommunicandum, & quid si citandus dolo latitat, & num. 2.*
2 *Citatio facta domi quando valeat remissiuè.*
4 *Excommunicatus citatur ad videndum affigi cedulones.*

In affixione cedulonum an sit necessaria citatio partis.

1 REgulariter ad excommunicandum requiritur citatio personalis, Innoc. communiter receptus in c. fin. de eo qui mittitur in possessionem Fely. in c. cum sit Romana de appellationibus. Couar. latissimè in c. Alma mater, 1. p. §. 9. de sentent. excommun. Sayr. in Thesaur. casuum conscientiæ l. 2. c. 3. per totum, Crescent. in decis. 18. de sentent. & re iudic. qui limitat si
2 excommunicatus dolo latitaret quo casu sufficit ad domum illum citare, vt per Seraphin. in decis. 1285. & Rota in decis. 90. par. 1. in recentioribus conferunt latius notata per Nouarium in comment. ad pragm. Regni 3. sub Rubric. de citationibus, vbi tractat quan-
3 do citatio facta domi sufficiat, & plures casus decisos recollegit apud eum videndos.

4 In Curijs autem Ecclesiasticis solet practicari, vt in affixione cedulonum non citetur pars, sed in Curia Archiepisc. Neapolitana expediuntur quam sæpè citationes aduersus excommunicatos, ad videndum se excommunicari, & affigi cedulones.

RE-

RESOLVT. XX.

1 *Delictum, & damnum præsumitur factum ab eo qui habet interesse.*
2 *Laceratio instrumenti à quo præsumatur facta, & à quo falsificatio num. 3.*
4 *Offensio præsumitur facta litiganti ex causa litis.*

Amotio, siue laceratio Cedulonum à quonam in dubio præsumatur facta.

DVm ad instantiam Reuerendi D. Lucæ de Duce Parochi Casalis Boneæ meæ Ciuitatis Vici Equensis essent expediti quidam Cedulones, & deinde nocte superueniente reperirentur amoti, dicebat, & instabat Reuerendus Fisci promotor. meę Episcopalis Curiæ esse declarandos excommunicatos omnes illos, qui sentiebant commodum ex illa amotione, quę quidem instantia poterat muniri ea ratione, quia præ-
1 sumendum est delictum factum, aut damnum datum ab eo, qui habet interesse, & commodum sentit, absq; alia probatione. Bart. in l. fin. n. 5. de quæst. Menoch. de recuper. pos. rem. 2. n. 56. Lancell. de attent. p. 1. q. 1.
2 n. 71. Pro vt dicimus de laceratione instrumenti appellationis ad quam verificandam non requiritur alia probatio, cum præsumatur illius subtractio ad instantiam partis contrarię, quę commodum sentiebat. Rot. coram R. P. D. Orano, Placet. fructuum, 28. Iunij 1591. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. in proem. §. 7. n. 161. Idem de molestia illata per familiam, quæ imputatur Domino in illis casibus, in quibus ipse commodum sentiret. Rom. & Ias. in l. de pupillo §. si quis ipsi prætori, de nou. oper. nunc. Surd. de aliment. tit. 9. q. 26. n. 18. vbi addit simile de pœna infligenda ob aquam inuentam in alicuius prato, præsumitur enim ab eo ducta contra
3 edicta prohibitoria, ex quo versa est in eius vtilitatem Alber. in l. 1. §. si quis ita in suo ff. ne quid in loco publ. & de falsificante instrumentum cum etiam in eo præsumendum sit hoc factum fuisse ab illo, cuius vtilitatem concernit Curt. sen. consil. 55. in fi. cum declarationibus de quibus per Bart. in l. vltim. n. 5. ff. de quæstion. Bald. in l. 2. n. 22. C. de fide instrum.
4 Et facit quod in dubio præsumitur offensio facta litiganti ex causa litis, Rota diuers. decis. 639. par. 1. Adeò quod vt sit locus Bullæ Alexandrinæ non incumberet offenso probare, quod offensio fuerit ex dicta causa litis facta Mandos. consil. 61. dub. 1.

Vndè in dubio ex supradictis posset concludi amotionem, & lacerationem cedulonum præsumi factam de mandato saltem ipsorum excommunicatorum, qui in illis erant descripti.

RESOLVT. XXI.

1 *Cedulones amoueri non possunt absque licentia Superioris Ecclesiastici.*
2 *Vtilitas publica est cunctis rebus præferenda.*
3 *Casus publicæ vtilitatis censetur exceptus.*
4 *Publica vtilitas est superior omnibus priuilegijs, sed non debet officere potestati Clauium num. 5.*
6 *Fauor Ecclesiæ præponderat fauori Ciuitatis.*

Cedulones an possint amoueri sub prætextu publicæ vtilitatis absque licentia Superioris.

1 TAnta est reuerentia, quæ debet haberi Cedulonibus affixis contra declaratos excommunicatos, vt illi sub prætextu publicæ vtilitatis amoueri nequeant, nisi Superioris Ordinarij præcedat licentia, nam quamuis posset ex affixione cedulonum oriri aliquis rumor, tamen id authoritate propria effici non potest, sed Superior consuli debet, qui statim iuxta facti qualitatem, & casus necessitatem opportuna remedia quærere solet, prout ad prudentissimos Viros, & Prælatos S. R. E. spectat.
2 Nec quicquam obstat, quod vtilitati publicæ semper est subueniendum, & occurrendum, cum illa cunctis rebus sit præponenda, vt probauit Nouarius lib. 1. quæstion. forens. quæst. 35. a n. 7. cum seq. vbi etiam,
3 quod in quocumque priuilegio censetur exceptus casus publicę vtilitatis ad text. in l. iubemus C. de sacrosanct. Eccles. l. 1. C. vt nemin. lic. l. nullus C. de Curs. public. cum vulgò dicatur, cum vt omnes sciant: Et vulgò
4 dici soleat, causam publicę vtilitatis, & necessitatis Superiorem esse omnibus immunitatum priuilegijs, ad quod facit egregium Imperatoris Anastasij rescriptum in l. vnica, C. vt nemin. lic. in empt. specier. se excus. lib. 10. vbi Imperator sic ait: Quoties vrgente necessitate comparationes frumenti, vel ordei, aliarumq; specierum, quibuslibet Prouincijs indicuntur, nulli penitus possidentium sese sub cuiuscumque priuilegij occasione excusandi tribui facultatem censemus; quod idem repetijt Imperator Aurelian. in l. 1. C. de quibus muner. liceat se excus. eod lib. & hanc conclusionem probat Alber. in 1. par. Statut. quæst. 28. Misinger. obseru. 70. centur. 4. Decian. 51. vol. 3.
5 Nam respondetur publicam vtilitatem non debere officere potestati clauium D. Petri, & publicam vtilita-
6 tem debere cessare, vbi Ecclesię iurisdictionis vertitur præiudicium, cum fauor Ecclesiæ præponderet fauori Ciuitatis, & Vniuersitatis Azeued. in lib. 9. Recopilat. l. 2. tit. 13. n. 5. Escobar de ratiocin. administr. cap. 39. n. 13. quos allegat idem Nouarius d. quæst. forens. 35. num. 15. lib. 1.

RESOLVT. XXII.

1 *Affectus non punitur effectu non sequuto, etiam in atrocissimis num. 2.*
3 *Percutere tentans Clericum, & illum cum effectu non percutiens non incidit in canonem.*

Cedulones amouere tentans, & illos in effectu non amouens an in excommunicationis labem incidat.

1 DIxi consultus quod tentans lacerare, & amouere cedulones, si cũ effectu illos non amouerit, quod non erit excommunicatus, motus nam de generali consuetudine totius Italiæ non punitur affectus non sequuto effectu, nisi pœna extraordinaria, seu arbitraria, etiam in atrocissimis, vt post alios dixerunt Thesaur. dec. 243. Honded. cons. 106. n. 54. & cons. 108. l. 1. vbi de crimine læsæ maiestatis, Ceual. Comm. contra Comm. q. 540. & q. 901. n. 48. qui loquitur in assassinio. Tiraq. de pœn. legum, casu 38. Bertaz. cons. 58. n. 5. Farin. post infinitos in pract. crimin. q. 17. n. 48. & 49. vbi etiam de quocũque atrocissimo delicto, etiam qualificato. Bursat. cons. 94. n. 31. Rimin. cons. 560. Ludouic. decis. Lucens 15. n. 25. cum seq. qui ait hanc esse communem opinionem, & ita ipsum multoties iudicasse, & iudicatum vidisse. Roger. consil. 31. num. 13. & 14. Marsil. cons. 105. n. 2. 20. 41. & 44. vbi etiamsi ad actum proximum deuentum fuerit. Clar. in §. assassinum vers. scias, & in §. fin. q. 92. vers. scias tamen, subdens diuerso modo practicatum vidisse, & sic Iudicis arbitrio relinquendum attenta qualitate facti, & personarum, eorumq; circumstantijs, ad not. per Couar. in clemen. si furiosi, in initio, q. 9. Matth. Brun. cons. 94. n. 51. vbi ait quod non debet torqueri, Mascard. de probat. conclus. 138. n. 2. & 8. Cacher. decis. 19. Menoch. d. casu 360. n. 39. §. si qui licet prius teneat, quod in assassinio quando deuentum fuit ad actum proximum, puniatur pœna ordinaria, postea vero n. 92. tenet generaliter

raliter contrarium stante dicta cõsuetudine, Gramm. decis. 2. n. 25. dicens, quod per triginta annos in Magna Cur. Vicariæ semper ita practicatum vidit, & decis. 74. n. 15. & melius Constitutione Terminum vitæ, & ita respondisse Præsidenti Columnæ, refert post Dyn. & Angel. quos allegat in l. item apud Iabeonem de iniur. Lauret. de Pinu. cons. 170. n. 8. 9. & 10. Turret. cons. 9. n. 5. q. 66. & 67. lib. 1. Gomez de homicid. c. 3. n. 11. addens, ita vidisse seruatum, & practicatum. Gregor. Lop. gl. 8. lib. 2. tit. 31. par. 7. qui intelligendus est, quando deuentum est ad actum proximum cum assassinij exemplum afferat super illa lege pertractante quando ad actum proximum deuentum est, licet effectus sequutus non fuerit Roger. cons. 31. n. 14. vers. 3. moueor Decian. consil. 115. n. 14. lib. 3. Carroc. decis. 39. n. 10. vers. tertio Gabriel. cons. 170. in princip. & post alios Ceual. Comm. contra Comm. d. q. 40. n. 9. & seq. post plures per eum relatos q. 901. n. 44. subdens hanc esse communem opinionẽ, quam etiam sequuti fuerunt Cacher. decis. 10. & Guttier. lib. 3. pract. qu. 7. num. 71. vbi ait, quod licet de iuris rigore contraria opinio sit verior, tamen æquitate considerata quam Iudex præoculis habere debet, & communi totius
2 mundi consuetudine delinquens solo affectu etiam in atrocissimis extraordinariè punitur Iudicis arbitrio Guttier. practic. q. lib. 3. cap. 7. num. 28. Nouarius in pragm. Regni 1. sub rubrica de ictu scopittæ, vbi alia cumulat ibi videnda.

3 Et facit pro comprobatione, nam videmus, quod tentans percutere Clericum, & illum in effectu non percutiens non incidit in Canonem si quis suadente diabolo, vt post cateruam DD. latius prosequitur Grass. in suo tract. de effect. clericatus effect. 9. num. 11.

RESOLVT. XXIII.

1 *Lacerans minimam partem cedulonum incidit in excommunicationem.*
2 *De ministris non est curandum.*
3 *Chirurgus, qui vigore statuti tenetur facere relationem excusatur, vbi vulnus est modicum.*
4 *Apices iuris non attenduntur in his, quæ animæ fauorem concernunt.*
5 *Odiosa fauore Animæ sunt amplianda.*
6 *Vbi sumus in casu dubio, quisque debet credere se irregularitatem contraxisse.*

Lacerans minimam partem Cedulonis, an in censuras incidat.

1 ADeò strictè procedendum est in hac materia amotionis cedulonum ob reuerentiam debitam Sanctæ Matri Ecclesiæ, vt quandoq; consultus fuerim in opinione, quod lacerans minimam partem similium cedulonum affixorum cõtra declaratos excommunicatos incidat in censuras, ac si totum lacerasset, quamuis regulariter in iure videamus, quod de minimis non sit curandum, vulgata l. scio, ff. de integr. restit. cum plenissimè consideratis per eundem D.
3 Nouarium lib. 1. quæst. forens. c. 54. vbi dicit decisum Chirurgum Barbitonsorem qui vigore statuti tenetur facere relationem de vulneribus Curię excusari, si non fecerit relationem de vulnere modico, quòd etiam ante eum prosequutus erat Leon. in dec. Valentiæ 113. num. 16. Ex latius dictis per Tiraq. in suo speciali tract. de Iudic. in rebus exiguis, vbi quam plura cumulantur hic congruentia.

Cuius principalis opinionis ratio reddi potest illa
4 inter alias, nam dum agitur de rebus spectantibus ad animæ salutem, & Ecclesiæ fauorem apices iuris non sunt attendendi, secundum Archidiac. communiter receptum quem sequitur Iacobin. de S. Georgio in l. alienum C. de procurat. Et ideò retinenda est illa opinio quæ animæ salutem prospicere potest, vnde semper cõsuerem in huiusmodi casu, quod absolutionem petat ille qui taliter delinquit amouendo, & lacerando etiam minimam partem Cedulonis, si id tamen faciat ex malo animo, nec se debet confidere in supradicta regula iuris quod minima non debent esse in consideratione, quia omnes apices iuris in foro animæ ei-
ciuntur ex mirabili Matris Ecclesiæ prudentia, & pro-
uidentia, taliter quod vbi agitur de periculo animæ videmus, quod excommunicatus semper auditur agendo, Imol. & Felyn. in c. significauerunt de except.
5 vnde merito fauore animæ odiosa esse extendenda, & amplianda dixit Bart. in Auth. Sacramenta puber. C. si aduers. vendit. Alex. cons. 225. vol. 1. Ripa respõs. 4. n. 17. quos refert, & sequitur Nouarius in suo opus-
culo noui iuris Canonici conclus. 1. sub rubrica de
6 Abortu numer. 11. vbi etiam affirmauit, quod vbi sumus in casu dubio quisque debet credere se contraxisse irregularitatem, & hoc in foro conscientiæ, quia dubius in foro conscientiæ debet eligere tutiorem partem. Nauar. consil. 4. & 8. de voto.

RESOLVT. XXIV.

1 *Ira dicitur iusta causa pœnam temperandi.*
2 *Motus primi non sunt in hominum potestate.*
3 *Homicidium commissum à marito in personam vxoris, an censeatur factum ex iusta causa.*

Remouens Cedulonem affixum contra declaratos excommunicatos si id egerit calore iracundię, an incidat in excommunicationem.

1 CErtum est in iure, quod ira dicitur iusta causa pę-
nam temperandi ad text. in l. lex Iulia, §. fin. ff. ad leg. Iul. repetund. vbi optimè Alex. in l. additionibus ad Bart. omninò videndus, Tiraq. de pœn. temper. 1. causa, precisè, num. 10. & 15. Clar. q. 60. vers. est etiam, Bost. in tit. de homicid. n. 60. & post plures Farinac. in pract. crim. q. 91. num. 1. & cons. 97. in lata addit. lit. A. cum quibus etiam Carpan. lib. 3. in Constit. Mediol. n. 790. & seq. fol. mihi 55. post Thesau. decis. 178. vbi va-
rijs rationibus, & authoritatibus exornant, & præci-
2 puè, quia iram continere, plus esset, quam miracula facere; & quia primi motus non sunt in hominum potestate; adeò quod existens in ira reputatur insanus, & positus in breui furore, præsumitur dolum, & animum deliberatè occidendi perneceśsè non habere; Benè verum est, quod secundum eos ita vt excuset, debet proficisci ex iuxta causa, secus si ex iniusta, vt tradit Clar. in loco citato, Farinac. n. 38. & 39. & q. 107. num. 460. Thesau. d. dec. 178. n. 5. Sese decis. Aragon. 10. n. 24. & 25. Additionator ad Bertazol. cons. 135. lit.
3 B. eamque Iudicis arbitrio remissam esse, perpensa facti, & personarum qualitate ex verbis Aristot. expressè firmat Thesaur. d. dec. 178. num. 5. in tantum, quod in homicidio commisso per maritum in personam vxoris, videtur iustam fuisse causam iracundiæ, ex sola prohibitione, per eum facta ne vxoris coniuncti, ob furti suspicionem accederent ad domum eius habitationis, adnotata per Tiraquell. de legib. connubial. gl. 1. n. 7. cum plurib. seq. vbi tam de Iure Diuino, quàm Naturæ, quàm etiam omnium gentium, ostendit obedientiam debitam per vxorem marito, & subiectionem vxoris erga virum, eiusque potestatem.

Hæc licet sint vera; tamen vbi casus euenerit tutius erit petere absolutionem ab excommunicatione, quia supradicta non habent locum, quoad effectum euitandi incursum censuræ.

RE-

RESOLVT. XXV.

1 *Appellatio ante impletam conditionem suspendit exequutionem, & quando secus num. 3.*
2 *Excommunicatio redditur nulla si post appellationem fuerit lata.*

Cedulones an affigi possint pendente appellatione ab excommunicatione lata sub conditione ante conditionis purificationem.

1 IN casu mihi occurrenti cuiusdam causę à Sede Apostolica delegatæ censui minimè esse affigendos cedulones, & affixos remouendos esse, prout in facto mandaui remoueri ex eo, quia appellatio ante impletam conditionem suspendit exequutionem c. præterea, c. licet c. venerabilibus §. sed si ex causa de sentent. excom. lib. 6. Mar. Alter. de censur. disput. 5. lib. 3. c. 1. lit. C. vers. in causa excommunicationis, Guttier. Canonicar. quæst. c. 4. Addit ad constit. March. lib. 6. c. 7. in verb. Canon. cap. 3. Farin. in pract. crimin. quæst. 101. num. 70. ratio est quia ante euentum conditionis
2 non iniecit suas vires, hinc est vt si post appellationem feratur excommunicatio erit nulla cap. per tuas de sent. excom. Auill. de censur. 2. par. c. 5. disput. 5. conclusio 3. & vers. 1. vbi infert ad alia Mar. Alter. vbi sup. donec enim dies, vel conditio veniat, excommunicatio lata non censetur vnde ante conditionis euentum appellans, ante sententiam latam appellare censetur, & proinde excommunicatio hæc nulla omninò erit, vt habetur in c. præterea 2. & ibi gl. in verb. impedire: id quod locum etiam habet, etiam si post decem dies appelletur, vt communis opinio tenet Dec. in d. cap. præterea 2. n. 5. & Præpos. nu. 4. de appellat. Marian. Socin. in cap. sacro, num. 128. de sentent. excom.
3 Ex quo infertur, quod si appelletur post euentum conditionis, tunc cedulones affigi possunt, & ratio est, quia cum sententia iam sit purificata, & traxerit secum executionem, appellatio talis nō habet effectum suspensiuum, sed simpliciter deuolutiuum, ex Mariano, Socino in cap. sacro, n. 125. & 126. sicut etiam sententia excommunicationis purè, & simpliciter lata trahit secum executionem, nec suspenditur per sequentem appellationem, vt in c. pastoralis, §. verum de appellat. vnde appellatio hoc casu operatur solum effectum deuolutiuum, vt latius tradit Marian. Socin. in d. c. sacro n. 68. & sequent. de sent. excom.

RESOLVT. XXVI.

1 *Cedulones affigi non possunt aduersus excommunicatum post appellationem interpositam, & amplia, vt num. 3. & 5.*
4 *Itineris arreptio ad superiorem habet vim appellationis.*

Cedulones an affigi possint vbi excommunicatio lata esset post appellationem.

1 NEc pariter affigi possunt Cedulones contra excommunicatum, vbi eius excommunicatio lata est post appellationem, vt probatur in cap. cum contingat; & ibi Panorm. num. 2. de offic. de leg. & c. per tuas, & ibi glos. in verbo in quibus casibus, & ibi Panorm. n. 3. de sent. excom. & in cap. solet, & ibi glos. in verbo erorrem, & cap. venerabilibus, §. sed si ex causa de sent. excom. lib. 6. & glos. in cap. præsenti in verbo ad cautelam de sent. excom. lib. 6. Gemin. in c. si à Iudice num. 3. & Philip. Franc. & communiter Doctor. de appellat. lib. 6. quod amplia multis modis.
2 Et primò non solum per expressam appellationem, sed etiam si intendens appellare se suppossuit protectioni Superioris ante latam excommunicationem quò casu perinde est, ac si antea appellasset ex quò de mente constat vt habetur in cap. ad audientiam de appell. & hoc tenent Hostiens. Zabarell. Io. And. in c. 1. de appell. lib. 6. quos refert, & sequitur Marian. Socin. in cap. sacro, num. 59. vers. si intendens appellare sentent. excommun. & Summa Astensis lib. 7. titul. 8. casu 11. Palud. 4. dist. 18. quæst. 1. art. 4. conclus. 2. Tabien. verb. excom. 2. §. 10. casu.
3 Secundò si iter arreptum ad Papam fuerit c. cum olim de dolo, & contumac. & c. dilecti filij 2. & ibi gl. in verbo facto prouocare, Panorm. n. 5. de appell. Palud. 4. d. 18. q. 1. art. 4. conclus. 2. Tabien. vbi supra quibus in locis habetur quod arreptio itineris ad superiorem habet locum, & vim appellationis cum plus sit
4 aliquid explicare facto, quam verbo, vt pluribus docet glos. in d. cap. dilecti filij.
5 Tertiò in eo qui submisit se protectioni alterius, aut iter arripuit ad alium superiorem, citrà Papam puta ad Archiepiscopum, & licet glos. in c. dilecti filij secundo in verbo facto procurare de appell. hoc neget, verius tamen sentire dico Panorm. in c. ad audientiam num. 4. & in d. c. dilecti filij 2. in verbo facto procurare de appell. & eandem rationem esse in alio Iudice ad quem fit appellatio, quæ in Papa, & citat Hostiens. & glos. in cap. 1. de appellat. lib. 6. quod indubitatum esse putat si ad eatur Superior qui poterat adiri per viam querelæ, & hoc siue iter arripiatur à Iudice procedēte iudicialiter, siue extra iudicium, tunc enim itineris arreptio ad eum, vim appellationis habet.

RESOLVT. XXVII.

2 *Appellatio à declaratoria non suspendit, quando factum est notorium, sed declara, vt num. 2. & 3.*

Cedulones an affigi possint pendente appellatione à declaratoria excommunicationis continente factum notorium.

1 IN hoc casu affigi possunt Cedulones, & ratio est, quia quando factum est notorium appellatio à declaratoria non suspēdit, vt ex Auctor. Imol. Ant. Abb. & aliorum in §. verum inquit Genuens. in praxi Cur. Archiep. cap. 22. num. 2. in vers. sed si factum est notorium, & Alter. de censur. cap. 3. disput. 5. fol. 318. in vers. nisi notoriè constet de contrario.
2 Declara, & intellige de notorio quod est incusabile, & nulla tergiuersatione celari posset, vt in puncto Alter. in dicto loco in vers. & an ex causa percusserit quæ ipsum excusat fol. 318. Suarez de censuris disp. 3. sect. 15. fol. 52. in versic. quod intelligo si ita constaret.
3 Declara secundo, quod licet à notorio non detur appellatio cap. cum sit de appell. tamen à sententia declarante factum esse notorium, datur appellatio Franch. in cap. peruenit num. 3. & 14. de appell. Felyn. in d. ca. cum non ab homine num. 12. Miscell. tract. de concord. gl. concord. 6. Fallen. 2. num. 18. tom. 18. fol. 101. Lancellot. de attent. par. 2. c. 12. de attent. & in nou. appellat. pend. limit. 9. princip. in fin. num. 13. fol. 366. Gratian. discept. forens. cap. 444. num. 29. & 30. vol. 3. vbi refert Bald. & Dec. Scac. de appellat. quæst. 17. limit. 22. num. 37. versic. confirmatur, quarto, & in num. 38. vbi inquit, quod declaratoria super incursu fertur super re de præterito in qua facilius potest errari, & ideò non appellatur à notorio, sed à declaratoria notorij, & in num. 40. inquit hanc opinionem communiter ab omnibus teneri, &c.

RESOLVT. XXVIII.

1 *Beneficiis priuari non potest remouens Cedulones, in quibus ipse denunciatus reperiebatur.*

2 *Pœna*

2 *Pœna priuationis beneficiorum contra Clericum remouentem Cedulones non reperitur in iure sancita.*

Clericus qui Cedulones quibus denunciabatur excommunicatus lacerauit, an beneficijs priuetur.

1 IN facti contingentia dum essem consultus à quodam Reuerendissimo Prælato qui intendebat priuare beneficijs quemdam Clericum qui lacerauerat quosdam cedulones, quibus ipsemet denunciabatur
2 excommunicatus, dixi quod non solum iste ipso iure priuatus beneficijs non veniebat, sed nec etiam veniebat priuandus, prout ita tenuit Rota Romana intollen. Monasterij Sancti Mansueti 16. Maij 1597. coram R.P.D. Penia quam refert, & sequitur Marescot. var. resolut. lib. 2. cap. 35. num. 42. vbi quod talis pœna ob simile delictum de iure sancita non reperitur, iuxta glos. communiter receptam in cap. fin. vbi Abb. & alij de iure patronat. Dec. in cap. 2. num. 3. de rescrip. Tiraquell. in l. si vnquam in verbo reuertatur nu. 248. C. de reuoc. donation.

PRAXIS ELECTIONIS.

RESOLVT. XXIX.

1 *Forma electionis, de qua in cap. quia propter de elect. est de essentia, aliter corruit electio, num. 3.*
2 *Forma præcisè seruari debet, & vbi mutatur forma, res dicitur diuersa.*
4 *Consuetudo non derogat formæ cap. quia propter.*
5 *Consuetudo contra Canones, vt inducatur, quæ concurrere debeant.*
6 *Consuetudo tollitur ex decreto irritanti.*
7 *Lex irritans facit personam incapacem, quando circa eam versatur.*
8 *Consuetudo non potest tollere incapacitatem.*
9 *Electio Regularium est facienda, iuxta formam cap. quia propter, & ideò secundum illam eligendi sunt Abbates num. 10.*
11 *Dispositio Concilij Tridentini sess. 25. de Regular. cap. 6. non derogat dispositioni cap. quia propter.*
12 *Tres scrutatores de Collegio debent interuenire in electione per scrutinium.*

Forma electionis de qua in cap. quia propter de elect. an sit præcisè seruanda, non obstante contraria consuetudine Religionis.

1 STat in viridi obseruantia, & fuit pluries à Romana Rota canonizatum, vt Forma electionis, de qua in capitul. quia propter de electione, præcisè sit seruanda, vt resolutum fuit in vna Treueren. Abbatiæ S. Maximi, Mercurij 20. Nouembris 1614. coram Illustris. D. meo Coccino Decano, vbi quòd talis forma est præcisè seruanda cum in dicto textu sit Decretum irritans, ibi (Electio aliter facta non valeat,) quæ verba dictum Decretum important l. non dubium C. de legib. l. stipulatio ff. de verb. oblig. Alex. cons. 41. num. 13. & seq. lib. 5. Roman. cons. 332. num. 12. Salas de legib. quæst. 96. tract. 14. disp. 16. sect. 11. n. 29. & ita in proprijs terminis electionis dixerunt in d. cap. quia propter Compostellan. num. 20. Ioan. Andr. num. 37.
2 Innocent. num. 6. & alij: Forma enim præcisè est seruanda, & ad vnguem in executionem ponēda, vt actus reddatur validus Nouarius forens. q. 71. à num. 2. cum seq. lib. 1. vbi num. 20. docet, quòd forma substantiali mutata res dicitur diuersa, & non eadem.
3 Hinc vbi electio est facta non seruata dicta forma text. in c. quia propter, statim efficitur, & reputatur nulla, Suarez de Relig. tract. 3. lib. 2. c. 12. n. 9. eadem Rota in vna Monasterij Iunę 5. Iulij 1621. coram eodem D. Coccino ex gl. in clem. 1. in verbo Inhibentes de Iur. patronat. vbi si detur certa forma habenti facultatem eligendi cum decreto irritanti, nisi seruetur illa forma, electio ipso iure est nulla, quia duo sunt, quę canonizant electionem, nempè substantia consensus, & substantia formæ, à quibus recedi non potest, vt post Bald. notat Boer. decis. 1. num. 70. ita vt si recedatur, electio ipso iure sit nulla, Bal. cons. 318. n. 2. lib. 3. cum forma à lege introducta mutari nequeat Nouarius forens. q. 55. num. 15. lib. 1. & in terminis
4 nostris Sanchez in summa lib. 2. cap. 38. num. 83. Quæ adeò sunt vera, vt nec contraria consuetudo obstaret, quia forma electionis est seruanda non obstante alia consuetudine, quæ dictam formam tollere non potest, nec est obseruanda, quia contraueniret dispositioni huius text. qui cum sit lex Papæ, non potest abrogari saltem absque illius scientia, vt egregiè probat Driedon. de libert. Christiana lib. 1. cap. 2. in fin. Vasq. in S. Thom. 1. 2. q. 97. & ibi Petr. de Lorca in tit. de legibus
5 disput. 29. in princ. nam ad inducendam consuetudinem contra Canones, requiritur scientia, & expressus consensus Papæ etiam quantocumque temporis spatio illa fuerit seruata, Archid. in c. cum de beneficio n. 2. circa med. vers. nam, & ibi notat de præbend. lib. 6. vbi Io. And. post princ. Gemin. num. 6. & Franch. n. 3. & 4. S. Antonin. in Summ. par. 1. tit. 16. cap. vnic. §. 2. ante fin. vers. dicitur autem, Ioannes Salas de leg. disp. 19. n. 62. in fine, sequitur Rota apud Verall. dec. 204. n. 3. par. 3. Rota in Romana concordiæ S. Petri 12. Februarij 1610. coram Cauallerio; Ratio est, quia Summus Pontifex non habet potestatem à Populo, sed immediatè à Deo, & ideò non est populus, qui induxit consuetudinem contra canones, sed authoritas Papæ permittentis Abb. in c. fin. n. 8. in fine de consuetud. Salas de legibus q. 97. tract. 14. disput. 19. sect. 16. nu. 59. vers. hæc sententia, quod in lege ciuili secus est, nam lex ciuilis tendit ad bonum publicum, & in vtilitatem priuatorum, vnde si populus vult sibi præiudicium inferre, Principes ab eodem populo potestatē habentes non curant, l. de quib. vers. nam cum ipse ff. de legib. S. Tho. 1. 2. q. 47. art. 3. in resp. ad 3. Abb. in c. fin. n. 9. de consuetud. Driedon. d. tract. de libertate Christiana ca. 11. ante fin. vt benè considerat Rota coram
6 D. Coccino, in d. Treueren. Abbatiæ 2. versic. secundo; quæ eò magis de plano procedunt cum tex. in d. cap. quia propter habeat decretum irritans, quod tollit omnem consuetudinem in contrarium, vt in puncto huius text. dicit Boer. dec. 1. num. 49. & 50. & hoc est regulare in omni lege, & Canone habente decretum irritans, c. quod super his in fine de consang. & affinit. cap. super eò in princip. de cognat. spirit. Couar. de sponsal. par. 2. c. 6. §. 10. num. 18. cum seq. Driedon. de libertate Christiana lib. 1. cap. 16. col. vlt. versic. & hic
7 iam consideranda: & confirmatur, quia lex irritans facit personam incapacem quando circa illam versatur, &
8 consuetudo non potest tollere incapacitatem, Dec. in c. nouit. de Iudic. num. 84. Felyn. & Crauett. quos allegat Soar. de legibus lib. 7. cap. 19. n. 13. in fine, & iuxta hæc sæpius à diuersis Superioribus Regularibus consultus respondi, dicendo quod text. ille est
9 obseruandus ad vnguem etiam à Regularibus, quia electio Regularium Prælatorum facienda est, iuxta formam dicti text. vt ibidem notat glos. & Abb. n. 7. Rot. in nouis d. decis. 5. de elect. Franc. Marc. decis.
10 992. vbi quòd procedit in electione Abbatum, quod etiam post alios tenuerunt Cosm. in pragm. Sanctio. tit. de electione in verbo Abbatis, Lopez in l. 19. in verbo Obispo tit. 5. par. 1. Lorich. in Thesaur. vtriusque Theologiæ in verbo electio Cano. de election. §. & hęc
11 Rota in dicta Treueren. Abbatiæ in princip. vbi etiam quod

quòd dispositio Concilij Tridentini sess.25. de Regular.c.6.non derogat dispositioni d.text.in c.quia propter,vt etiam ait Rodriq.in Summa titul.de elect.c.1. n.2.& 3. quia ille adhuc est in obseruantia, Episcopus Minorens.in verbo Abbatissa,verfic.ad sextum par.2. Azor.instit.Moral. par.1.lib.13. cap.10.quæst.2.

12 Vnde dicebam alias electionem factam per scrutinium, inualidam esse, dum plures scrutatores vltra numerum trium, de quo in dicto cap. adhibiti erant iuxta communem Doctorum sententiam, de qua ibi scribentes, & per Bertrand. consil.187. Franc. Marc. decis.1201.Rodriq.quæst.regul.51.art.2.tom.2. Summistæ in verbo electio Azor.instit.moral. par.2. lib.6. cap.14. quæst.11. quorum aliqui non erant de collegio, & certum est requiri ad huiusmodi electionem, vt dicti scrutatores sint de collegio, vt patet in dicto text.ibi de collegio, vbi notant Doct. Roman. consil. 312.num.12.Goffred.in Summa de elect. num.7. Hostiens. in Summa eod. titul. §. qualiter facienda,& alij supra citati.

RESOLVT. XXX.

1 *Electio in qua Præsidens Capituli mandat scrutatoribus, ne recipiant suffragia pro aliqua persona, est nulla.*
2 *Refertur ad id declaratio sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium.*

Electio an sit nulla vbi Præsidens Capituli, siue alius superior mandat scrutatoribus,ne recipiant suffragia pro aliqua persona.

1 FVi in opinione, dum casus accidisset, & fuissem consultus electionem factam in quodam Monasterio esse nullam,stante quòd Præsidens Capituli præceperat scrutatoribus ne reciperent suffragia pro quodam fratre,prout ita determinauit sacra Illustrissimorum Cardinalium Concilij Interpretum Congr. per hæc verba.

Quæritur an in electione Superiorum Regularium Præsidens Capituli possit præcipere scrutatoribus sub præcepto sanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis latæ sententiæ ne recipiant suffragia oretenus tradi solita pro aliquibus, vltra certum numerum electioni insufficientem, sed eo completo dicant Electoribus ad aures,(vt seruari dicitur) vt dent alijs eorum vota, & an electio hoc modo celebrata sit valida.

2 Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis,ac naturali consensui aduersatur,omninò improbauit, censuitque electiones hactenus celebratas, si scrutatores præcepto superioris obtemperantes singulorum eligentium vota non receperint, pro Canonicis non haberi S. Cardinalis Susanna, Prosper Fagnanus.

✠

PRAXIS BVLLÆ CLEMENTIS VIII.
Circa Nullitates proponendas in Iudicio.

RESOLVT. XXXI.

1 *Dispositio Bullæ.*
2 *Lites quot mala secum habeant.*

Bulla Clementis VIII. quid disponat.

1 SAnctissimus Papa olim Clemens VIII. sanctè,ac piè disposuit ad euitandum litis anfractus: iuxta terminos textus in Clement. dispendiosam de iudic. & vt imponatur finis litibus,quemadmodum notatur in cap. finem litibus de dolo, & contumacia, vt tres tantummodo exceptiones nullitatis in iudicio proponi possint,scilicet citationis,mãdati, & tandem nullitatis ex defectu iurisdictionis.

2 Lites enim multa mala operantur, paupertatem gignunt,odia secum portant,dissensiones adducunt,vt latius per Calam de modo articulandi,& probandi gl. 1.& per scribentes in pragmatica Regni, Odia litium de compromissis; vnde occasione istorum dubitabimus de infrascriptis. Et primo circa exceptionem nullitatis ex defectu citationis,quæritur.

RESOLVT. XXXII.

1 *Citatio ad sententiam est necessaria, & est facienda nominatim num.2. Et debet esse personalis num.3. & 4. alias non valet etiam si esset in fauorem non citati numer.7.*
5 *Citatio circunducta quid operetur.*
6 *Citatio ad sententiam debet esse vna peremptoria, vel triplex.*
8 *Iudex vbi mutatur,noua requiritur citatio.*
9 *Nullitas prouenies ex defectu citationis dicitur insanabilis.*

An omissio citationis ad sententiam, vitiet sententiam,& qualiter debeat esse talis citatio.

1 REgulam constituo,quòd citatio ad sententiam est necessaria, & amissio illius inducit nullitatem sententiæ ipso iure tex. in clem.sæpè §.sententia verò de verbor.signific. l. de vnoquoque ff. de re iudic. l.1. §. cum de edicto, ff. quæ sententia sine appell. rescin. cap. consuluit de offic. delegati, l. quinta in principio tit.22.par.3.Rota decis.17.num.2.de sent.& re iudic. & decis.361.n.2.par.1. diuersorum, Vantius de nullit. tit.de nullit.ex defectu citationis n.56.Capy. decis.1. ex n.35.Azebedus in l.fin.tit.17.lib.4.recopil.ex n.39. vsque ad n.52.Grass.decis.11.num.2. de re iudic. Decius cons.603. num.11. Diaz in regula 773.

2 Et valeat dicta citatio ad effectum, de quo supra, debet exprimere nominatim quòd sit ad sententiam diffinitiuam audiendam, non autem sufficiet citatio generalis ad causam, vel ad audiendam voluntatem Iudicis glossa verbo ad in dicta clement. sæpe §. sentẽtia verò de verborum significatione,vnius Cardinalis sub num.9. notabili 16. & cæteris Felynus in cap. consuluit num.16.de officio deleg.Alexand.cons.115. num.5. lib.5. Lopez in l.5. gloss. verbo Emplazar tit. 22.par.3.Rota decis.17.num.1. de sent. & re iud. in nou. Vantius tit. de nullit. ex defectu citationis num. 56. & fuit resolutum in vna Mediolanen. decimarum 27.Ianuarij 1595.coram Orano.

3 Et etiam requiritur, quòd citatio ad sententiam debeat esse personalis, non autem sufficit fieri ad domum;nisi quando prius præcesserat citatio personalis in principio causæ, & postea in personam citari non potuit, quia aut citandus latitabat, aut citatio esset difficilis, quia citanda esset mulier, aut alia difficultas aderat clem. causam quæ de dolo, & contum. Put. decis.279. quæ incipit in vna Romana lib.2. & decis. 33.& 283.lib.3.Verall.decis.117. num.1. & per totam par.1. & decis.322. & 334. ibid. & decis.119. part.3.

Achill.

Achil.de Graffis decis. 17. de dolo, & contumacia, Cæsar de Graffis decis. 7. num. 1. & 2. de sententia, & re iudic. Crescentius decis. 18. eodem tit. Mohedanus decis. final. de dolo, & contumacia, & decis. 18. eodem tit. & decis. 7. vt lite pend. Vantius de nullit. ex defectu citationis num. 82. 83. & 84. Vestrius in praxi iuncta additione lib. 5. cap. 13. num. 2. & 11. Rota decis. 5. & ibi additionator. de rescript. in nou. & decis. 36. numero 8. & 9. de procurator. in nou. & decis. 8. & 20. de dolo, & contumacia in antiquis, Casladores decis. 12. num. final. de rescriptis. Verall. decis. 111. & 114. par. 1. Nicellus de concordia glossarum concordia 52. num. 225. & 226. apud quos lector de hac materia ad faturitatem reperire poterit,

4 & in curia semper seruatur rigorosè, quòd citatio ad sententiam sit personalis, nisi ex vrgentissima causa, & tunc fieri solet ad domum, & in acie Campi floræ per diligentiam à duobus Cursoribus factam, vt notum est.

5 Et etiam, neq; releuat citatio personalis ad sententiam facta, si tamen remansit circũducta per nõ comparitionem citantis l. & post edictum §. quod si is ff. de iudic. cap. cum speciali, vbi Innoc. n. 5. Franch. n. 47. & cæteri de appellat. Cæsar de Graffis decis. 11. n. 2. de sentent. & re iudic. Roman. cons. 454. n. 13. Tiraq. de retract. lignag. §. 15. glos. 2. sub num. 9. vers. & idem cùm pars aduersa, Cappell. Tholos. decis. 14. n. 2. Achill. decis. 13. de dolo, & contum. vel si maneat d. citatio circũducta ex eo quod fuit facta ad certum diem, seu tempus & intra illum, vel illud pronunciata sententia non fuerit, nam si lapso illo tempore pronuncietur; erit sententia nulla ex defectu citationis, Gabriel lib. 7. tit. de citat. concluf. 1. num. 113. & num. 437. cum seq. vbi post plures quos allegat hinc inde concludit, quod si in die immediatè sequenti Iudex pronunciauerit, sustinebitur talis sententia.

6 Nec est necesse, quòd citatio hæc ad sententiam sit vna peremptoria, vel triplex citatio, Fely. in cap. consuluit num. 8. de offic. deleg. vbi late hanc declarat materiam pluribus limitationibus ornando.

7 Et huiusmodi sententia est nulla ex defectu citationis, non tantum si sit pronũciata contra non citatum, sed etiam si sit in eius fauorem lata Glos. & Bart. in l. si furioso n. 2. ff. de re iudic. vbi communiter omnes, Verall. decis. 140. par. 3. latè Vantius de nullit. ex

8 defectu citationis num. 10. Gabriel dict. concluf. 1. num. 66. de citat. affirmans num. 114. quòd quamuis semel facta fuerit citatio ad sententiam, si postea remoueatur ille Iudex, & alius subrogetur, pronunciari non posset, nisi de nouo coram illo fiat alia citatio ex Glos. in l. consentaneum in verbo à quo C. quomodo, & quando Iudic. & ibi Bart. num. 11. num 7. & Salyc. num. 9.

Imò non valet sentẽtia sine citatione ad illam prolata Bal. in l. 1. n. 8. C. quomodo, & quãdo Iudex Cald. cons. 8. n. 1. in fin. de re iudic. Dec. cons. 603. viso puncto num. 12. Alex. cons. 235. ponderatis his n. 12. & facit decisio Put. 24. num. 1. lib. 3. copiosè Gabriel in tit. de citat. concluf. 1. num. 197. cum seq.

9 Hinc est, quòd nullits proueniens ex defectu talis citationis ad sententiam, sit insanabilis etiam per commissionem, seu rescriptum Papæ, quando omninò deficit citatio ad sententiam Cæsar de Graffis decis. 11. num. 9. de sententia, & re iudic. Gomez. in compendio signaturæ numero 68. & 69. cum alijs Ferret. cons. 209. num. 9. lib. 1.

Et etiam si simpliciter, & de plano, & sola veritate inspecta procedatur, vt in d. Clem. sæpè de verb. signific. Put. in tract. de sindicatu verbo sententia cap. 2. num. 12. cum alijs Acebed. in l. 10. num. 43. & 44. tit. 17. lib. 4. recopilat. & Nouar. in pragm. Regni. 1. sub rubr. de citation.

RESOLVT. XXXIII.

1 *Citatio vtriusque partis requiritur ad sententiam, sed declara, vt num. 2.*

3 *Apellans extraiudicialiter, per ipsam appellationem se ipsum citat.*

An dispositio huius Bullæ intret si vtraque pars non fuerit citata ad audiendam sententiam.

1 PRo affirmatiua opinione transibam in facto in casu mihi proposito eo quia vtraque pars est citanda ad sententiam audiendam, nec sufficit alteram esse citatam Abbas, & Lapus in Clem. sæpè num. 12. de verb. signific. licet ibi dicat Bonifacius Vitalinus sub num. 43. quòd stylus, est, quòd vbi pars aduersa ad hoc: licet aliquid cauteloſi faciant quod etiam ad idem assignetur terminus ipsi parti instanti, prout est glos. in l. 2. in fin. magnæ Glos. Cod. quomodo, & quando Iud. & Iudex si vellet ex suo officio dare sententiam, partibus non instantibus, & eas facere citari, satis rigorosè procederet, & forsan iniustè: hactenus Vitalinus.

2 Addo ego, quòd non est necessario citatio facienda vtrique parti, quando citatio non fit ex mero Iudicis officio, nam eo ipso, quòd vna pars citat alteram, à fortiori, & seipsam citare censetur Put. decis. 517. incipit in vna Salamantina num. 7. lib. 2. dicit,

3 quod appellans extraiudicialiter, per ipsam appellationem seipsum citat. Clem. causam quæ de election. Bellamer. decis. 749. Achill. de Graffis decis. 14. num. 2. de appellat. sicut, & committens causam, ac obtinens decretum citationis contra aduersarium, incontinenti seipsum citat, & quo ad eum ex illo tempore dicitur lis pendere, licet non quò ad aduersarium, donec citationis instrumentum sit illi intimatum Rota decis. 6. vt lit. pend. in nouis, Puteus decis. 427. lib. 1. & 481. lib. 2. & 362. in fine lib. 3. Cassador. decis. 6. num. 3. & 4. super regulis Rota decis. 1. num. 4. par. 2. diuersorum cum alijs.

RESOLVT. XXXIV.

1 *Citatio ad sententiam est necessariò personaliter facienda.*

2 *Citatio ad sententiam est sufficiens domi, si citandus non reperitur.*

3 *Domus citandi quæ dicatur.*

4 *Citatio an fieri possit si scitur quem esse absentem.*

An si citatio fuerit facta domi, subintret dispositio huius Bullæ ad effectum dicendi de nullitate.

1 REgulariter citatio ad sententiam, vt sit valida, debet esse personalis, non autem sufficit fieri ad domum, nisi quando prius præcesserat citatio personalis in principio causæ, & postea in personam citari non potuit, quia aut citandus latitabat, aut citatio esset difficilis, quia citanda esset mulier, aut alia difficultas aderat cap. cum causam, quæ de dolo, & contumacia, Put. decis. 279. incipit in vna Romana lib. 2. & decis. 33. & 283. lib. 3. Verallus decis. 117. num. 1. & per totum par. 1. & decis. 332. & 334. ibid. & decis. 119. par. 3. Achilles de Graffis decis. 17. de dolo, & contumacia Cæsar de Graffis decis. 7. num. 1. & 2. de sentent. & re iudic. Crescentius decis. 18. eodem tit. Mohedan. decis. fin. de dolo, & contum. & decis. 18. eodem tit. & decis. 7. vt lit. pend. Vantius de nullit. ex defectu citationis num. 82. 83. 84. Vestrius in praxi iuncta additione lib. 5. cap. 13. num. 2. & Rota decis. 5. & ibi additionator de rescript. in nou. & decis. 36. num. 8. & 9. de procurator. in nou. & decis.

& decis. 8. & 20. de dolo, & contum. in antiquis Cassador. decis. 12. num. fin. de rescript. Verall. decis. 111. & 114. par. 1. Nicellus de concordia glossarum concordia 52. num. 225. & 226.

2 Verum ego putarem, quòd si citandus non reperitur posset fieri citatio domi solitæ habitationis ex decis. 48. in nouis, & 396. in antiquis, Abbas in cap. causam col. 2. vers. sed dubium num. 6. ibi & suadet æquitas de dolo, & contum. Fely. in cap. ad petitionem col. fin. vers. & alia dicta de accus. Decius cons. 461. num. 25. latius Nouarius in pragmatica 1. sub rubrica de citat. & quando permittitur de iure fieri
3 citationem domi, intelligitur de domo quando inhabitat tempore citationis Romana cons. 454. num. 7. & 8. Card. in cons. 113. num. 3. & 4. Cuman. cons. 146. in primo dubio, Corne. cons. 52. num. 7. lib. 4. interpretans hæc verba solitæ habitationis, & ista est comunis opinio, vt attestatur Tiraquell. de vtroque retr. tit. 1. §. 9. glos. 2. num. 27. & Imol. cons. 105.
4 col. 1. dicit, quòd ista citatio domi fieri non potest, quando scitur quem esse extra ciuitatem in certo loco; quia tunc debet ibi citari personaliter: secus est, si esset vagabundus, quia tunc sufficeret citatio eo modo, quo dicit Bart. in leg. 4. ait prætor, ff. de damn. infect. alias sent entia lata cum dicta citatione est nulla, & ita reperio fuisse tentum in vna Romana bonorum de Zambeccarijs coram Oradino die 3. Nouembris 1554.

RESOLVT. XXXV.

1 *Citatio quare sit necessaria.*
2 *Citatio est de iure naturali.*
3 *Citatio non potest tolli per Principem.*
4 *Citatio est de iure diuino.*
5 *Citationis defectus non inducit perpetuationem Iudicis, nec interrumpit præscriptionem.*

De ratione, cur Bulla Clementis admisit nullitatem ex defectu citationis.

1 RAtio prouenit ex eo, nam citatio est adeò necessaria quod ea omissa ipso iure redditur quilibet actus nullus l. de vnoquoque ff. de re iudic. Clem. pastoralis eodem tit. vt ea deficiente non sustinetur processus, nec sententia, vt per Innoc. in cap. præsenti n. 4. de rescript. & in cap. quærelam n. 2. de procur. l. si cum à nullo, ff. de re iudic. l. cum bonus ff. de Iud.
2 col. c. vt debitus de appell. Bal. in marg. ad Innoc. in verbo citatio prima; ea etenim de causa de iure naturali esse fertur, quia vera species defensionis per eam incitatur, vt in ius vocatus iura sua deducere, & tueri valeat, ac animus Iudicis ex partium assertione melius instruatur, & apertius merita causæ pendantur; & ideò non erit omittenda Bal. in l. cum fratrem numero 8. Cod. de his qui, vt indignis, & in leg. 1. colum. 2. versicul. sed hic quæritur Cod. quomodo,
3 & quando Iud. & adeò efficax est talis nullitas, quòd neque per Principem, vel Statutum, aut quamuis aliam constitutionem tolli possit, neque decerni, quòd absque illa sententia feratur Ioan. de Amic. in c. quoniam pernicioſum col. 1. de vsur. Socc. cons. 266. à num. 45. vsque ad 52. vol. 2. Bal. in l. 1. de off. deleg. Fely. in cap. ex parte, il 2. num. 10. de off. deleg. Ancharan. cons. 211. a num. 2. ad fin. Franc. in cap. cum dilectus q. 52. limit. 3. num. 138. de appell. & etiam locum habet in Principis sententia lata absque citatione, vt eodem modo nulla sit, Cassadorus decis. 8. num. 6. de rescript. cap. 1. vbi Abb. num. 4. de causa pos. & prop. Fely. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 76. vers. limit. 5. de constit. Marsil. sing. 55. citatio; quod tamen secundũ Abb. loc. cit. intellige de potestate ordinaria, & iuridica, non de absoluta, seu illius plenitudine Viui. in lib. com. opin. in verbo sententia non proferri numero 6. Socc. in tract. citat. in 7. art. princip. Iason in l. nec quicquam num. 29. ff. de off. proconſ. & leg. c. Deus omnipotens 2. q. 1. Marsil. in d. l. de vnoquoque num. 13. Gabriel com. opin. in tit. de citat. conclus. 5. num. 5. & seq. & numero 13. ratio vrget, quia cum citatio sit fundamentum iudicij quando eam negat, consequenter defensionem negare videtur, eo quia ignorans, nec comparere, nec se tueri valet Specul. in titulo de citat. princ. Abb. & Doct. in cap. quoniam contra, in verb. citans de probat. Bartol. in l. prolata, ff. de sent. & interl. omn. Iud. & in l. vt vim ff. de iust. & iure, Clem. pastoralis
4 §. cæterum de re iudic. Alex. cons. 5. num. 2. vol. 2. Pariter quòd illa sit de iure diuino, patet ex Genes. cap. 3. Vbi Deus Omnipotens, cui omnia secreta clara & manifesta sunt, qui summa est iustitia, noluit Adam condemnare, nisi vocatione præcedente, quæ similis citationi perhibetur (Adam, Adam, vbi es.) Ipso tunc ad auram post meridiem deambulante, vt per Socc. in tract. citat. art. 2. Bart. in tract. ad reprim. in verbo, & in figura iudicij num. 20. Curt. sen. cons. 94. num. 9. Noluit quoque Deus Sodomæ, vel Gomorræ subuersionem terminare, nisi prius de per se eas inquireret, vt habet in text. in cap. Deus Omnipotens 2. quæst. 1. cap. quæro 6. quæst. 1. cap. summopere 11. quæst. 3. cap. Henrichus de pœnit. dist. 5. cap. cum ex literis de restit. in integr. quamuis talis citatio, vel intimatio, vti admodum generalis, vaga, & incerta, nullius momenti sit Bart. in l. demonstratio numero 12. ff. de condit. & demonstr. Bald. in leg. hac consultissima colum. 2. versic. item verbi obscuritas Cod. qui test. fac. pos. & nisi citatio actum præcedat, eius præposteratio illum reddit nullum Fely. in cap. quoniam frequenter numero 4. vt lite non contest. Bald. in leg. non dubium §. opus Cod. de legib. Alexand. consilio 36. num. 10. vol. 2. Ideò malè Iudices facere asserit Vant. in titulo de nullit. ex defectu proces. sanan. ord. Iud. num. 32. quando antequam processus, & merita causæ cognoscant, seu discutiant, pronuntiant, prout in cedula; nam ab isto actu se abstinere deberent, quia vt num. 33. subdit præcipitanter procedunt: Vndè si Deus (cuius præcepta, & vestigia sequi tenemur,) ita fecit; non ne eius moueri exemplo debemus ad non pronunciandam, seu partibus collitigantibus præiudicium inferendum absque citatione, & causæ cognitione? Data igitur citationis nullitate, vltra quod vt
5 dixi nullum iudicium, & processum reddit, litis pendentiam non tollit, neque perpetuationem iurisdictionis inducit, neque præscriptionem interrumpit Decius consil. 461. num. 28. Archid. in cap. non ita in princ. 2. quæst. 6. Castr. in leg. 1. §. 1. ff. de fer. glossa 2. in cap. vt debitor de appell. Vant. de nullit. ex defectu citat. num. 24. Veral. decision. 182. num. 3. par. 3. immò si pars citetur ad audiendam voluntatem, & sententia feratur sub illa citatione, nulla erit, Vant. loco citato numero 13. Canon. in cap. In nomine Domini de test. cum alijs modernioribus, quos sciens omitto.

RESOLVT. XXXVI.

1 *Nullitas ex defectu mandati, quando dicatur.*
2 *Habilitas personæ est inspicienda à Iudice in principio Iudicij.*
3 *Nullitas ex defectu mandati impedit executionem trium conformium.*

De

De secunda specie nullitatis, quæ per Bullam Clementis opponi permittitur, quæ est defectus Mandati.

ALia, & secunda conceditur exceptio nullitatis
1 proueniens ex defectu mandati, quæ locum habet, vel quando cum falso procuratore iudicium tractatur, vel cum non habente mandatum, siue quatenus habeat limitatum, & restrictum, seu inualidum, & insufficiens Bart. & Doct. in l. licet C. de procur. Abb. in cap. 1. à num. 1. vsque ad num. 5. & in cap. in nostra num. 2. eodem tit. forma autem mandati est ad vnguem seruanda, & omnis recessus ab eo, siue in rem, siue in personam, siue in tempus vitiat gesta l. diligenter ff. mandati, Abb. in cap. Pisanis num. 5. de restit. spol. Paris. cons. 46. num. 41. & seq. vol. 1. nam consensus citra limites ipsius nil operari potest Roman. cons. 291. Dec. in cap. venerabilis sub num. 26. vers. voluntas de except. & in l. 1. num. 11. C. de edend. & in cons. 460. num. 2. Roman. cons. 29. n. 4.
2 Vnde bonus Iudex prius de personæ habilitate quærere debet, antequam in causa procedere incipiat, & pariter in iudicio summarissimo: ob id, quando videt processus, aduertat, an fuerit actum cum principali, vel idoneo procuratore, vt per Vant. de nullit. tit. de inhab. ex defectu Mand. n. 3. & ex offic. etiam id facere debet, vt ibidem Vant. n. 66.
3 Quæ nullitas pariter adeò potens est, vt trium sententiarum conformium executionem retardare sufficiat Alex. cons. 77. num. 8. vol. 2. Marsil. singul. 10. Anchar. in Clem. de re iudic. Gemin. cons. 24. col. 5. Bald. in l. generaliter col. 1. Cod. de Episc. & Cleric. Roman. cons. 42. num. 2. & cons. 115. num. 4. Glos. in princ. Clem. vnica in verbo non obstant. de sequest. pos. & fruct. vnde si tollantur aliæ nullitates, ista minimè sublata erit censenda, nisi specificè dicatur, vt latè Couar. pract. q. cap. 25. num. 4. limitans ibidè tunc trium conformium executionem omnimodè impediri ex hac nullitate, quando mandato omninò procurator caruit.

RESOLVT. XXXVII.

1 *Nullitas ex defectu mandati reuocati obstat, declara vt num. 2.*
3 *Mandatum non habere, vel illud reuocatum habere parificantur.*
4 *Sententia lata cum asserto procuratore non constito de mandato, si tamen post sententiam de illo constabit, valebit sententia.*

An dispositio Bullæ, circa hoc caput locum sibi vendicet, si mandatum fuerit reuocatum.

1 DIcebam in contingentia facti dispositionem Bullæ Clementis locum sibi vendicare in eo, qui
2 habuit mandatum, sed postea fuit reuocatum, iuxta terminos textus in cap. ex parte Decani de rescriptis, paria enim sunt nullum habere mandatum, vel habere, sed reuocatum cap. mandato, & capitul. ex insinuatione de procurator. Rota decision. 4. par. 2. diuersorum.
3 Quod intellige, si ad eius notitiam reuocatio deuenerit, & aduersarij, quæ notificatio necessaria est, & formiter facienda, siue ante, siue post contestatam litem, vt per Vant. de nullit. tit. de nullit. ex defect. inhab. seu mand. num. 61. ob id, si deinde agat, insanabiliter nullum reddit iudicium, vt dixit textus in cap. in nostra de procur. & in d. l. licet God. eodem tit. ac etiam nullam sententiam cap. ex insinuatione de procur. & plus est mandatum reuocatum fuisse, quam ab initio non habuisse mandatum; ratio vrget, quia iste procurator ex hoc capite egit contra voluntatem domini sui principalis cap. ex parte: & ibi glos. in verbo mandatum de rescrip. neque nullitas dicta refectis expensis tollitur; Staphil. de lite iust. in cap.
4 postremò num. 8. Sed quando sententia lata fuit cum procuratore asserto, non constito de mandato, si tamen post sententiam de illo constabit, sustinebitur sententia Cresc. in decis. 1. num. 4. de sententia, & re iudic. quod non credo verum quando præcesserit protestatio neminem audiri, nisi constito de legitimo mandato; adeò quòd per ratificationem, gesta conualidari nequeant: & quod si parte opponente de mandato lata sit; imò quod postea mandato exhibito, & probato omnia gesta fuerint, tenuit Rota Veneris 30. Maij 1597. coram Litta in illa prætensarum mercium, iuxta dicta per Bald. in l. 1. in 2. lect. num. 3. ff. de procur. & cons. 122. numero 1. libro 3. Alex. cons. 146. cica fin. vol. 5. Cravet. cons. 118. etiam si post sententiam producatur Guid. Papæ decis. 208. & Rota idem tenuit in illa Romana Secretarius 20. Nouembris 1592. coram Eminentissimo Domino meo Card. Mellino bonæ memoriæ, & in illa de Ardonibus coram eodem 10. Decembris 1594.

RESOLVT. XXXVIII.

1 *Bulla Clem. VIII. habet locum in mandato nullo.*
2 *Quod nullum est, nullum producit effectum.*
3 *Effectus principaliter attenditur.*
4 *Beneficium absque effectu, est inutile.*

An dispositio Bullæ de qua supra locum habeat existente mandato, verùm nullo.

1 REspondeo affirmatiuè per textus in l. quoties ff. qui satis dare cogantur, vbi paria sunt aliquid non esse, & inutiliter esse, Nouarius qui ad alia de more infert. libro 1. quæst. forens. cap. 167. à num. 6.
2 cum seq. & quod nullum est, nullum producit effectum cap. quod nullum de reg. iur. sicut à simili, paria sunt prouisionem Apostolicam non habere, & illam sine effectu habere Ias. plura adducens in leg. fin. numero 3. ff. de officio eius cui est mandat. iurisdictio Murconius consil. 16. numero 41. Surdus consilio 3. numero 29. vol. 1. cumulat plura in proposito Iason in l. quoties numero 3. & 4. ff. qui satis dare cogantur; & effectus veritatis, non autem nomen consideratur; sicut pietas non consistit in nomine pietatis; sed in substantia veritatis Lapus allegat. 95. numero
3 4. Effectus enim principaliter semper attenditur, l. 2. C. de alim. pupill. præst. lege cum seruus, ff. de verbo oblig. Puteus decis. 100. numero 7. & decisione 252. numero 8. & 9. libro 2. hinc dixit Bal. in rubrica ff. de rerum diuisione sub numero 32. ad medium, quòd probatio ab effectu est optima, & sensitiua probatio, nam quærere rationem, vbi habemus effectum, & sensum, est infirmitas intellectus: vnde Rebuffus in compendio alienat. rerum Ecclesiæ, numero 34. in fine dixit, quòd iura nolunt nisi effectum ad finem, & allegat. lege 1. §. vnde ff. de noui operis nunciat. & quælibet res debet æstimari, & considerari secundum suum effectum, Rota decis. 33. numero 14. de præbend. in antiquis cap. 2. de commodato cap. cum dilect. de causa possess. idemq; est actum esse nullum, vel non effectuatum, Aymon. cons. 10. numer. 5. Achilles de Grassis decis. 5. de præscriptionibus, sicut dicimus à simili, quòd parum interest collationem Apostolicam habere, nisi illa suum debitum sortiatur effectum, ac executioni demandetur, glos. in rubrica C. de except. rei iudicatæ l. 2. §. præterea post originem, ff. de origine iuris cap. 3. §. præterea, de elect. libro 6. cap. vnico, §. & quoniam de statu regularium

eodem

eodem lib.6.& tandem facit, quod paria ſunt non habere beneficium Eccleſiaſticum, vel inutiliter obtinere, puta abſque fructibus; vnde quando ex beneficio non percipiuntur fructus, non dicitur propriè beneficium, ſed beneficium ſine effectu, & ventoſum, ac fictum, inutile, ac nullius momenti, & cui nomen beneficij non quadrat, vt plenè tradit Gomez. in reg. de annali q.47.ex num.2.vſque ad n.5. vbi alia plura in 4 propoſito adducit,& Gonzales in gl.34. n.112. plura adducit Euerard. in loco ab effectu per totum,& vide quod ſcripſit Gonzales de effectuatione collationum in gloſ.45.§.3.& in propriis noſtris terminis de inſufficienti mandato, voluit Vantius de nullit. ex defectu mandati num.74.allegans Baldum, & Doctores in d. l.licet,C.de procurat. & Abb.in cap. conſtitutus eod. tit. latè Marcheſanus de commiſſionibus p.2. c.1.

RESOLVT. XXXIX.

1 *Diſpoſitio text.in cap.ſi de vno procur.in 6.*
2 *Procurator dicitur conſtitutus inſolidum quando in mandato apponitur clauſula ſimilis clauſulæ inſolidum.*
3 *Conſtitutio procuratorum per verbum vtrumque aſſimilatur verbo inſolidum.*
4 *Conſtitutio procuratorum per verbum quemlibet eorum, æquiparatur clauſulæ inſolidum.*

Diſpoſitio Bullæ an locum habeat, vbi comparet in iudicio vnus ex procuratoribus inſolidum conſtitutis.

IN caſu mihi propoſito reſpondi terminos Bullæ non ſubintrare per text.in cap.ſi duo de procurat. 1 in 6. vbi ſi plures procuratores ſint dati ſimpliciter, vnus nihil poteſt ſine alio: ſecus ſi darentur inſolidũ, quia hoc importat illa clauſula inſolidum, ideſt, quòd quiſque habeat ſolidam poteſtatem, & quòd quiſque poſſit facere id, quod poſſet Dominus ex ſe, quatenus tamen ſe extendit mandatum, prout declarat Abb.in cap.penult. in 3. notab. n.3. de procurat. & eſt verior opinio, quicquid Oldrad. Proſdocim. & Zannetin. contrarium ſenſerint, vt per Bald. & alios in l.ſi pluribus de procur. Butr.in cap.inter dilectos col.antepen. de fid.inſtrumen.quod refert,& ſequitur Alex.conſil. 124.viſo proceſſu cauſæ column.2.in princ. n.4.lib.7. vbi ampliat procedere non ſolum in procuratore, ſed in arbitris, notariis, & ſimilibus, idem Alex. conſ.92. videretur prima conſideratione num.6. per tot.lib.7. concludunt omnes in d. cap. ſi duo de procurat. in 6. vbi Butrius num.1.æquiparat tales procurarores pluribus arbitris, & Iudicibus cap.2. de arbitr. cap. prudentiam de offic.delegat. ſequitur Ancharan. in dict. cap.ſi duo in 2.notabil.num.1.

2 Præterea idem dicendum eſt, quando adeſſet clauſula ſimilis clauſulæ inſolidum; ſufficiunt enim verba æquipollentia, vt quis dicatur conſtitutus procurator ex pluribus inſolidum, & poſſit ſolus exercere, prout dicimus de duobus reis, & ſimilibus, vt per Bart. in auth.hoc ita oppoſit.5. num.1. & q.5. n.2. C.de duobus reis,& ibi Salyc.qu.1.Aret.in l.1.col.3. ff.eodem, Bertaz.clauſ.39.gloſ.7.n.4. Domin. in cap. ſi duo col. 2.in princip.n.7.verſ. quando procedat de procur. in 6.& ibi etiam Ioan. Andr. in princip. Maſcard. concluſ.1308. n.4. lib.3.

Quare vbi quis plures conſtituit procuratores, & non dixit inſolidum, ſed addidit illa verba promittẽs habere ratum quidquid ab eis, vel ab aliquo eorum geſtum fuerit; tunc omnes intelliguntur inſolidum conſtituti, quia ſatis apertè conſtituens hoc declarauit per verba æquipollentia clauſulæ inſolidum, Put. deciſ. 98. lib. 3. quam ſequitur Mantica de tacit. & ambig.conuent. lib.7.tit.17.n.7.verſ.5. caſus, quibus adde Mandoſ.ad Lap.allegat. 22. in verbo inſolidum col.1.in fin.verſ.rurſus quæro,& col.2.ante med.verſ. pro opinione affirmatiua, vbi quòd ita obtinuit in Rota,30.Ianuarij, & 8. Februarij 1548. coram Puteo in cauſa Ciuitat.præſtimonij,cuius deciſionis fit mentio per Achill.deciſ.62.alias prima de procurat. quãis huiuſmodi clauſula promittens habere ratum,&c. eſſet poſita in parte executiua,quæ licet tunc non ampliet Clement.1. in fin. de præbend. tamen in hoc caſu non dicitur extenſio,aut ampliatio, ſed declaratio, & intentionis demonſtratio, quæ permittitur etiam in executiuis, Iaſon in l.qui Romæ, §. duo fratres,col. antepen.in princ.num.73. verſ. item nec etiam inter ſcientes de verb. oblig. cum aliis per Mandoſ. in ſpecie ad Lap.alleg.22.in verb.inſolidum in fin.

3 Et etiam idem eſt ſi conſtituat quis duos procuratores,& vtrumque ipſorum;nam cenſentur conſtituti ambo inſolidum, quia illa dictio vtrumque accipitur diuiſim, & cuilibet diſtribuit officium inſolidum, vt concludit in puncto Bald.in l.ſi ita 14.in vlt. notab.de iniuſt.rupt.& irrit.fact.teſtam.& ibi Imol.in fin.idem Bal.in l.ſi apud 17.C.de appell. & in l.plurib. ad med. verſ. nec admittitur ad agendum de procur. ſequitur Rebuff.in l.rectè dicimus 25. in fin. verſ. item fuerint inſtituti de verb.ſignif.per text. in l. creditor, §. duo, ff.mandat.& in l.pluribus de leg.2. quidquid alias iſta dictio accipiatur collectiuè, & vnum, & alterum requirat gloſ.in §.ne autem in verb. ſi quis autem auth. de iudic. & in l.ſi duas in verb. vtrumque de excuſat. tutor. Doctor. in l. cum quidam C. de impub. & alij ſubſtit.& in l. qui duos de rebus dub. cum in caſu noſtro aliud fit, ne illa verba reddantur ſuperflua contra l.ſi quando de leg.1. prout notat in terminis Imol. in d.l. ſi ita in fine de iniuſt.teſt. & iſta eſt verior opinio quidquid Bald.in l. fin. §. ipſum autem filium n.2. C. de bon. quæ libert. videatur in ſpecie procuratorum cum clauſula vtrumque aliud ſentire, quem non eſſe approbandum dicit Franch.in cap.ſi duo col.1. in fin. 4 n.3.Maſcardus concluſ.1308. n.6. ſicut etiam ſi dictũ fuiſſet in conſtitutione plurium procuratorum, & quemlibet eorum, iſta enim dictio quilibet eſt diſtributiua, quæ actum vnicuique inſolidum tribuit Butr. conſ.29. viſis puncto,& quæſitis n.2.Bart.in l.non diſtinguemus, §. cum in plures de recept. arbitr. & in l. hoc art.29.n.3.verſ.oppono,& videtur ff. de hæredib. inſtituen.Pariſ.conſ.49.lib.2. n.4. Socc. conſ. 50. viſo inſtrumento emphyteuſis n.1. lib.1. & notat in ſpecie Mant.de tacit.& ambig.conuent.lib.7.tit.17. num.6. vbi allegat Biſign. deciſ. 7. de procur. in antiquior. quod etiam prius voluit Prob. ad Monach. in cap. ſi duo num.5.de procur. in 6.Nam idem eſt dicere(quilibet,& inſolidum) Alex.conſ.92.n.4.col.1.poſt med. iur.quod autem iſtud ſit verum lib.7. & conſ.134. videretur n.1.lib.5.Rebuff. in l.creditorum 11.col.1.ad med.de verb. ſignific. prout quoque eſſet in ſimilibus verbis denotantibus diuiſionem, & actum vnicuique inſolidum tribuentibus,de quibus per Bart.& alios in l.hoc articulo de hæred.inſtituend. & quando dictum eſſet alterum ipſorum procuratorem conſtituo, ſignificaret vnum ex duobus,Rebuff.in l.oſtentum col. vlt.in princ.de verb.ſignif.Aret.in l.3.§.vbi duo n.13. & ibi Roncagallus de duobus reis Doct.in l. ſi ex toto ff. de deleg. 1.

RESOLVT. XL.

1 *Nullitas ex defectu Iuriſdictionis vitiat ſententiam, ampliatur n.4.*
2 *Sententia nulla ex defectu Iuriſdictionis, non validatur partium conſenſu.*
3 *Statutum tollens nullitates, excludit nullitatem ex defectu iuriſdictionis.*

De tertia specie nullitatis, quæ est ex defectu Iurisdictionis.

1 DE nullitate autem ex defectu iurisdictionis; (quæ secundum Legistas incipit post litem contestatam, & secundum Canonistas perpetuatur Innoc. in c. ex relato n. 1. & in cap. super quæstionum n. 2. de offic. deleg.) seu incompetentiæ Iudicis titulum expressum habemus C. fin non comp. Iud. per totum, in l. 1. & in l. si de proprietate, & in l. fin. vbi Bart. Castr. & Salyc.
2 immò quod plus est, sententia dictam nullitatem, pariens, non potest conualidari, neque de partium consensu Doct. in l. si extraneum, ff. de appell. & in l. priuatorum ff. de iurisd. omn. Iud. quia illa erit sententia lata per priuatam personam, de quo vide omninò Caualc. dec. 25. n. 5. 17. 20. 21. 27. & seq. Quamuis Bart. & glos. in l. vnica, C. qui pro sua iurisd. contrarium asserant; & licet per Statutum tollatur, quòd de nullitate
3 dici possit, tamen illa quæ ex defectu iurisdictionis prouenit, non tollitur, de quo latè Put. decis. 174. p. 2. Decius cons. 8. n. 7. glos. fin. in c. 1. de seq. poss. & fruct. vbi Doct. Bald. cons. 248. lib. 4. Alex. cons. 77. volum. 2. Imol. in coll. com. opin. lib. 4. conclus. 24. cum multis ampliationibus, & limitationibus latè aliegans; Pariter si statutum, sicut Romæ est, prohibeat, quòd post annum agi de nullitate nequeat; non tollit, vt præmissum est, quin de proueniente ex defectu iurisdictionis non valeat excipi. Achil. dec. 51. eodem titul. Franc. in cap. significauerunt n. 12. de except. & in c. ex parte n. 7. de const. Castr. cons. 288. vol. 1. Calcan. cōs. 16. quāuis statutum prohibens directè de nullitate, dici prohibeat, pariter, ne de illa replicatio obiici valeat, vt idem Achill. decis. 7. eod. tit. & quando principaliter super replicatione excipiendo, nullitas intenterur, vide Put. dec. 301. lib. 2. neq; etiam principaliter, si adesset
4 defectus iurisdictionis, vt ibid. decis. 8. quod ampliatur procedere, tam in nullitate sententiæ interlocutoriæ, quàm diffinitiuę, & in omni foro, vt ibi Achil. decis. 9. 10. & seq. de constit. limita tamen dictū Statutum, ita de nullitate dici prohibens, eam non excludere, quæ spolium admixtum habeat, de quo statuto Soc. cons. 121. n. 3. & cons. 150. n. 21. vol. 1. latè Cæsar de Grassis videndus decis. 1. de constit. loquuntur: vnde si Auditor Cameræ non extensa obligatione camerali, executiuè illius vigore procedat, omnia nullitatis vitio ex defectu iurisdictionis subiacebunt Gallesius ad oblig. in for. Cam. p. 3. q. 5. sub rubr. de process. & ita alias Rota censuit primò coram S. D. N. Clemente VIII. tunc Rotę Auditore in illa Rom. Vallis Inferni 8. Octob. 1588. ae in illa Rom. Palatij Campi Florę: & non solum per Statutum, verum neq; per quamuis aliam constitutionem de nullitate dici prohibentem præsens nullitas, vt dixi, tollitur Roman. cons. 115. n. 4. in fin. Sarn. in compendio vtriusq. signat. & super reg. Cancell. n. 24. tantumque hanc ex defectu iurisdictionis nullitatem ius abhorret, & priuilegiata inuenitur, quòd non obstante re iudicata, quæ liti finem imponit, de illa obiici poterit decisio. 97. n. 3. p. 3. At si processus validus alias fuerit, licet sententia nulla ex eisdē actis, Iudex alterius instantiæ dummodò iurisdictionē habeat; illam cōfirmare valebit, Bart. in d. l. si expressum, n. 17. ff. de appell. Bellam. dec. 340. sed si Iudex ille, maximè si delegatus fuerit, laudandus erit, qui, ad hoc vt eius gesta teneant, suam vult iurisdictionem rimari, Innoc. in c. venerabilis n. 5. de censib. de nullitatibus, & expensis collitigantes, ac eorum conscientiā grauando inuoluant; Sed si contingat, quòd commissione porrecta pro sanatione præfatę nullitatis ex defectu iurisdictionis prouenientis supplicetur, dummodò ante latam sententiam; poterit denuò rescribi, iurisdictionem Iudici tribuendo, vt per glos. in l. 1. in verbo si à iurisdictione, vbi Bart. n. 4. C. qui pro sua iurisd. Corset. in repert. ad lect. Abb. in verbo Iudex incompetens 9. limit. at quando præfata nullitas ex iurisdictionis defectu oriens, altiorem requirit indaginem, non attenditur Verall. dec. 156. n. 3. p. 3. Card. in clement. vnica, §. fin. de seq. poss. & propr. secundum distinctionem, Bart. in l. 1. n. 4. C. vbi de cri. agi opor. Si verò aderit defectus iurisdictionis Iudicis, & lite pendente iurisdictio superueniat ex causa de nouo emergente; nullo modo gesta confirmantur, quia non fuit legitimum initium iudicij, l. momentanea C. qui legit. person. stan. in iudic. sed superueniente iurisdictione ex causa de præterito ex nunc, non ex tunc; confirmatur iurisdictio, l. obseruare §. fin. ff. qui pro sua iurisd. Bart. in l. 1. n. 4. C. eod. tit.

PRAXIS ELECTIONIS.

Quia ex errore hæc materia non fuit adaptata suo loco in titulo de electione supra fol. 18. necessarium fuit hunc eundem titulum denuò hic reportare.

RESOLVT. XLI.

1 *Electio celebrata non seruata forma text. in cap. quia propter reiterari potest.*
2 *Ius propter sententiam priuationis, quæ posset subsequi, non debet amitti.*
3 *Eligentes absque forma cap. quia propter non sint priuati ipso iure.*

An electio celebrata contra formam cap. quia propter de elect. possit reiterari ab eisdem Electoribus.

1 RESpondeo electionem celebratam non seruata forma cap. quia propter de elect. posse reiterari ab eisdem Electoribus ante latam Iudicis sententiā, & ratio videtur esse, quia ipsi non sunt ipso Iure priuati, sed priuandi, gl. in cap. 1. & ibi sequuntur omnes Anchar. consil. 145. numer. 3. Rot. decis. 8. numer. 2.
2 par. 1. in recent. non enim tenetur quis amittere Ius suum propter sententiam priuationis quæ possit fieri in futurum, nam Ius non absque causa prohibuit istos esse ipso Iure priuatos, sed priuandos; Ergo authoritate Iuris possunt interim vti authoritate sua, ita tradunt post Innoc. Panorm. d. cap. quia propter §. nisi num. 4. Rom. cons. 483. num. 9. Castr. cons. 347. num. 1. Menoch. cons. 67. num. 30. Tiraqu. in l. si vnquam verb. reuertantur C. de reuoc. donat. Card. Tusc. conclus. 76. num. 5. lit. E.
3 Quod autem Electores ob contrauentionem dicti cap. quia propter non sint ipso Iure priuati, sed priuandi solummodò, tenent Innoc. & Panorm. in cap. 2. de postul. prælat. gl. in cap. Cumana de elect. quodque etiam patet ex verbis text. (ea vi eligendi potestate priuentur) quæ verba cum sint futuri temporis, sui natura non significant priuationem ipso iure, sed per sententiam glos. in cap. quicumque verb. innodentur de hæret. in 6. latè Tiraq. d. l. si vnquam verb. reuertatur num. 39. C. de reuoc. donat. Menoch. cons. 67. num. 29. Suar. tom. 5. disp. 40. sect. 8. n. 2.

RESOLVT. XLII.

1 *Votum est exprimendum in ipso scrutinio, non ante.*
2 *Dispositio text. in cap. quia propter §. illud de elect. explicatur.*
3 *Procurator quomodo potest institui, vt exprimat votum.*
4 *Procurator pro exprimendo voto, debet esse saltim constitutus in Ordine sacro Subdiaconatus.*
5 *Procurator cōstitutus ab absente, nō potest duas personas elige-*

eligere, vnum nomine absentis, alterum vero nomine proprio.

6 *Procurator quando sit reuocatus.*

An absens habens vocem actiuam valeat exprimere suum votum per literas, & procuratores instituere qui eius nomine votum in electione ferant.

DVæ sunt partes difficultatis propositæ. Prima resoluitur per text. expressum in cap. si quis iusto §. fin. de elect. in 6. & tenent communiter Doctor. & ratio expresè adducitur in eodem textu, quia scilicet
1 votum non est exprimendum ante scrutinium, sed in ipso scrutinio, secretè & singillatim tantummodo; quę ratio cum fundetur in dispositione textus in cap. quia propter de elect. per consequens actus contrarius est ipso Iure nullus, nec consuetudo contraria aliquid iuuat propter decretum irritãs ibi appositum iuxt. tradita per nos sup. qu. præc.

2 Secunda tollitur per text. in c. quia propter §. illud de elect. vbi elector absens si velit potest committere vni de ipso collegio, vel pluribus insolidum dummodò tamen iusto sit detentus impedimento, super quo si opus fuerit fidem faciat proprio iuramento, (Dicitur de collegio) quia si de collegio nemo velit assumere vices eiusdem absentis, ipso nolente Capitulo, non licet extraneum deputare, cap. si quis Iusto §. absens quoque, vbi Io. Andr. & Butr. n. 4. de elect. in 6. & hanc assertionem sic explanatam sustinent gl. Innoc. Anchar. & Panorm. in c. quia propter de elect. Franc. in c. constitutus de appell. Ang. tit. de elect. n. 5. Lambert. de Iur. patr. l. 2. p. 3. q. 2. Azor. p. 2. lib. 6. c. 14. q. 7.

Ex quamuis posset argui absentem non valere exprimere votum suum per litteras, per rationem adductam in tex. in d. §. absens quoq; quia votum non est exprimendum ante scrutinium, sed in ipso scrutinio; Tamen responderi potest, iuxta glos. in d. c. si quis iusto verb. exprimendum, quam post Anchar. cons. 78. sub n. 2. vers. sed his non obstat, approbat Rota in vna Vallesoletana præheminentiarum 23. Ianuar. 1604.
3 coram Pamphilio, quòd Elector absens instituendo procuratorem, non exprimit votum suum, sed mandatum dat de voto exprimendo. Vnde illud mandatum certè non augebit numerum suffragiorum, si illud idem nõ fuerit expressum a procuratore in actu scrutinij. Aliud enim est dicere Eligo talem, & aliud est dicere Do mandatum Titio de tali eligendo, nam illud primũ fieri debet in scrutinio secretò, & singillatim, sed hoc secundum potest fieri ante scrutinium.

4 Huiusmodi tamen conclusio nonnullis modis venit declaranda, & primo, vt procurator sit constitutus saltem in ordine subdiaconatus, vt colligitur ex cap. cum ex eo §. in Ecclesijs, de elect. in 6. & clement. vt ij de ætat. & qualit. & Conc. Trid. sess. 22. c. 4. de reform. iuxta tradita per Azor. p. 2. lib. 6. cap. 14. q. 7. licet ab hac declaratione, nonnullæ excipiantur religiones, apud quas sicut Clerici nondum sacris initiati, & laici ex consuetudine, Statuto, seu priuilegio valent interesse electionibus, vt benè aduertunt Doctores, ita à maiori possunt procuratores instituere.

5 Declaratur secundo, vt non possit prædictus procurator de collegio constitutus ab absente simpliciter, vnum eligere suo nomine, & alium procuratorio, sed tenetur ad eum accedere nomine illius, ad quem adstringitur nomine proprio d. c. si quis iusto §. porrò.

6 Tandem intelligas præfatam conclusionem, vt si prius moriatur Dominus quàm electio perfecta sit, procurator sit reuocatus ob mortem constituentis, quamuis si Capitulum ipsius Domini mortem ignoret, & eius procurator eligat, teneat electio Innoc. in dicto cap. quapropter, & Franc. dicto c. si quis iusto.

RESOLVT. XLIII.

1 *Excommunicatio minor priuat electione passiua, non autem actiua.*
2 *Excommunicati tolerati, & non tolerati ab Ecclesia, qui dicantur.*
3 *Electio facta de excommunicatis, siuè toleratis, siuè non, est ipso Iure nulla, etiam ignoranter n. 4.*
5 *Eligentes scienter excommunicatum quam pœnam incurrant.*
6 *Excommunicati non tolerati eligere nequeunt.*
7 *Excommunicati tolerati admittuntur etiam scienter ad eligendum.*
8 *Suspensus ab officio, caret vtraque voce, limita, n. 9.*
9 *Suspensus simpliciter priuatur voce actiua, & passiua.*
10 *Suspensus à beneficio, quando possit eligi ad nouum beneficium, & quando possit eligere.*
11 *Suspensus ab ordine caret voce passiua, & non actiua.*
12 *Suspensus suspensione minori caret solum voce actiua non autem passiua.*
13 *Interdicti an gaudeant voce actiua, & passiua.*

Qui priuentur voce actiua tantum, & non passiua, & qui vtraque.

1 COnstituo nonnulla capita pro explicatione supradicti quæsiti, quorum primum est, excommunicatum excommunicatione minori priuari electione passiua non autem actiua, ita expresè habetur in cap. si celebrat de cleric. excommunic. ministr. ratio est prout ibidem innuitur, quia cum huiusmodi excommunicatus omnium sacramentorum perceptione priuatus existat, per consequens etiam prohibetur exercitium, & occluditur aditus ei ad ordines Ecclesiasticos, quos postulat dignitas, ad quam eligitur, & ad corroborationem adducitur text. in cap. illa quotidiana de election. vbi electio aliàs canonica confirmatur, licet quidam eligentium essent minori excommunicatione ligati.

Secundum caput est, an maiori excommunicatione excommunicatus priuetur voce actiua, & passiua, & pro faciliori huius dubij resolutione respondeo ex-
2 communicatos esse in duplici differentia; nam aliqui dicuntur tolerati ab Ecclesia, alij verò non tolerati, vt notant communiter Doctor. & nouiter Alter. de censur. tomo 1. lib. 2. disp. 5. cap. 2. col. 5. Bonac. de censur. disput. 2. qu. 2. punct. 1. §. 1. n. 2.

Non tolerati primò censentur illi, qui sunt publicè, & nominatim excommunicati, ac denunciati. Non tolerati existimantur illi, quos adeò notoriè constiterit incurrisse sententiam latam à canone pro sacrilega manuum iniectione in Clericum, vt nulla tergiuersatione possit celari. In alijs verò casibus extra hos duos, excommunicati dicuntur tolerati ab Ecclesia, ita vt non teneamur à communione illorum abstinere nos, vel eos euitare in Sacramentorum receptione, vel administratione, vel in alijs rebus externis, & hoc possumus fauore extrauag. ad euitanda scandala, Nauarr. cap. 27. num. 35. Guttierez qq. can. cap. 1. num. 1. & Auil. de censur. part. 2. cap. 6. disput. 2. dub. 1.

3 Præmissa hac distinctione, dico primò electionem factam de excommunicatis, siuè toleratis, siuè non, esse ipso Iure nullam, cap. constitutus, vbi Panorm. de appellat. cap. postulasti de cleric. excommun. ministr. qui licet loquatur de collatione, tamen extenditur ad electionem, vt ibi Rebuff. num. 85. docens Iura loquentia de collatione, habere locum etiam in electione, Lambert. de Iurepatron. lib. 2. part. 1. quæst. 9. art. 10. num. 1. Couarr. in cap. Alma mater, par. 1. §. 7. num. 1. Nauarr. cap. 27. num. 21. Sayr. de cens. lib. 2. cap. 15. num. 8. §. 2. Vasq. de excom. dub. 6.

vbi plures cumulat,& refert decis.Rot.363.in qua declaratum fuit, hoc procedere tàm de excommunicato à iure,quàm ab homine,quod etiam procedit quã-
4 uis excommunicatio inuincibiliter ignoretur ab ipso excommunicato,& ab electoribus, Auil. de censur.p. 2.c.6.disp.5. dub.2. concl.1. nam licet ignorantia inuincibilis excuset à culpa, & aliquando etiam à pœna, non tamen facit actum validum, quem irritauit Ec-
5 clesia,nec reddit capacem,quem Ecclesia reddit incapacem. Si verò non ignoretur ab Electoribus excõmunicatus non toleratus,& tamen ab eis scienter eligatur;tũc ipsi electores. primo à peccato nõ excusãtur.

Secundò incurrunt pœnam irrogatam eligentibus indignum,iuxta Panorm.in d.cap. postulastis de cler. excom. ministr. Tertiò tandem ab electione actiuã sunt repellendi,donec super hoc veniam consequi mereantur in hoc in quo præsumpserint delinquere.

6 Dico secundo excommunicatos non toleratos, nec solos, nec cum alijs ẽligere posse, quòd si secus attentatum fuerit, ipsa electio est inanis, & nulla si scienter admittantur ad eligendum d.c.constitutus,vbi Franc. tradunt Innoc.& Panorm. in cap.2. de postul. prælat. Guttier.can.qq.lib.1.cap.28.n.3.Suar.tom.5.disp.14. sect.2.n.17.& 18. qui licet videatur firmare n. 16. talem electionem non esse dicendam nullam; attamen dicit in praxi esse seruandum contrarium propter c. fin. & propter communem Canonistarum Sayr. vbi supra c.6.n.4.& 5.Auil.vbi supra concluſ.3. dub.1.Alter.de censur.tom.1.lib.2.disp.5. c.2.§. tertio dicunt.

7 Si verò excommunicati fuerint tolerati, tunc possunt eligere siuè solum,siuè cum alijs,qui etiam si sciẽter eum admittant, non solum valida erit electio; sed etiam nihil in eo peccabunt, quidquid contrarium senserit Mil. in eius repertor. verb. excommunicatus potest aliquid agere,& in hoc conueniunt omnes.

Tertium affertur caput suspensos quo casu priuari voce actiua, & passiua in Capitulo, & in hoc animaduertas benigne Lector supradictum caput plures in se
8 continere diuisiones; nam suspensus ab officio absolutè siuè à Canone, siuè ab homine, nec eligi, nec eligere potest, Sayr.de censur.lib.1. c.5. n. 6. Azor.p.2. lib.6.cap.14.qu.8. Alter.de censur.tom.2.disp.4.cap. 4. ratio autem est, quia sub nomine officij comprehenditur omne exercitium clericale, seù Ecclesiasticum, sed vox est vnum ex Ecclesiasticis exercitijs secundùm Panorm. in cap. cum super num. 4. de confess. Ergo suspensus ab officio per consequens etiam
9 à voce suspensus est, ita Sayr. vbi supra num.12. Nisi vox competeret ratione beneficij cum enim suspensio ab officio nullo modo suspendat à beneficio,vt latè per Sanch. de matrimon. lib.3. disput.51. num.12. Garz. vbi supra num.58. Alter. tom.2. disp.4. cap.3. vers. secunda conclusio,& disp.17.cap.1.§. quærit secundò, & tandem tenet communior opinio: consequenter euenit si vox alicui competeret ratione beneficij,vocem habere in electionibus quamuis ab officio sit suspensus.

9 Altera diuisio erit suspensum simpliciter, siuè à Iure, siuè ab homine priuari vtraque voce cap. cum inter R.§.fin. de electione. Innoc. in cap. cum dilectus num.4. Panorm.num.18.& Bald.num.13.quos sequitur Rota decis. 860. num.6. coram Seraphino; ratioque est, quia sic suspensus intelligitur, & ab officio,& à beneficio suspensus, si nec ex verbis,nec ex intentione Iudicis colligatur limitatio Sayr. de censur. lib.4. cap.4.n.2.Rot. decis. 870. coram Seraphino.

10 Tertia affertur diuisio suspensum à beneficio non posse eligi ad nouum beneficium quando suspensio fertur à Iure pro crimine, vel offensa non concernente certum beneficium, vel particularem Ecclesiam, quia talis suspensio est vniuersalis, & indistinctè respicit omnem locum; secus verò si crimen est speciale respectu particularis Ecclesiæ, vel beneficij; nam tunc in illa Ecclesia non potest obtinere aliud beneficium. In alijs verò Ecclesijs non prohibetur. Alter. tom.2.disp.5. cap.5. §. quantum spectat, exemplum ponit Panormit. in cap. cum in cunctis §. clerici sanè num. 1. de elect. At verò suspensus à beneficio non impeditur quo minus eligere possit, vt expressè docent glos. in cap. cum Vintonien. verb. admiserat de elect.vbi etiam Panorm.num.10.Alter.tom.2.disp.5. cap.2. col. pen.§. respondeo suspensum Suar. tom.5. disput.25.num.34. quod procedit respectu vocis,seù electionis quæ aliundè competit, secus autem si competeret ei ratione illius beneficij à quo est suspensus Nauarr.cap. 27. n.163. vers.6.

11 Apponitur in medio alia diuisio suspensum ab ordine non posse eligi, non tamen suspenditur à Iure eligendi, quia eligere ad Iurisdictionem spectat,licet enim non sit propria Iurisdictio, est tamen administratio quædam, quæ non competit ratione ordinis, sed beneficij vel dignitatis, seù ex alia simili causa, ita Suar.tom.5.disp.26.num.5. & Alter.loc. cit.

12 Adducitur etiam diuisio, suspensum minori suspensione gaudere voce actiua, non autem passiua Panorm. in cap.Apostolicæ num.2. cap.cum dilectus num.2. vbi supra, & Azor. vbi supra, & facit à simili quod diximus de excommunicatione minori excommunicato,teste Lambert.de Iur.patr. lib.2.par.1.q.9. art.2.

13 Quartum, & vltimum caput est interdictos non solum excludi à voce actiua, Hostiens. in summ. tit. de elect. §. quis potest eligere vers. sed breuiter dico Manual.prælat.tom.2. q.23. artic. 8. sed etiam à passiua,iuxta Ang.tit.de elect.n.23. Azor.q.9.

RESOLVT. XLIV.

1 *Electio cassatur propter duplicem defectum.*
2 *Reiectus ab electione vitio personæ est ineligibilis vbique, secus si vitio formæ.*

An semel reiectus ab electione sit inelegibilis.

1 REgula statuitur pro fundamento articuli electionem irratari duplici,ex causa,vel defectus,videlicet, quando in electione non fuit seruata forma canonica Capituli,quia propter de elect. de qua supra diximus, vel defectus personæ, vt puta si opponatur contra electum crimen,vel aliquis defectus natalium, vel quod est corpore vitiatus, debilitatus, excommunicatus, & similia pariter supradicta.

2 Reiectus ergo ab electione vitio personæ ita non potest eligi,vt inelegibilis sit non solùm in eadem,sed in alia qualibet Ecclesia. Si verò non vitio personæ, est secus dicendum, talis enim irritatio non poterit impedire eius promotionem,etiam in eadem,nedum in alia Ecclesia,cap. super eo, vbi Io. Andr. Innoc. & Panorm.de elect.Felyn.in cap. super his col.4. de accusat.Cuch.instit.maior.lib.4.titul.de elect. n.149. & Manual.Prælat.tom.2.q.23.art.11. concluſ.5. ratioq; diuersitatis est,quia vitium concernens personam, figillat, & notat eam, ac sequitur sicut lepra leprosum, cap. citò turpem 1.9. 1. vbi verò electio vitiatur ex defectu non respiciente personam electi, tunc ex eo non læditur fama,& opinio,cap.consideranimus cum ibi notatis per Panorm. n.5.

RESOLVT. XLV.

1 *Electio non vocatis absentibus,ad eorum petitionem potest annullari.*
2 *Absentium vocatio est de iustitia non autem de substantia electionis.*

3 *Absens*

3 *Absens contemptus contradicere potest infra tempus quod antecedit confirmationem limita num.4.& 5.*
6 *Contemptus allegat contemptum.*

An in electione sint vocandi absentes, ita vt ipsis non vocatis electio sit nulla.

1 REspondeo electionem factam modo supradicto non esse ipso Iure nullam, sed si non vocati ipsorum contemptum prosequantur, possunt electionem irritare, secus autem si illam bene habeant, & non in contemptum, vel electionem faciant ratã c. quod sicut vbi Imol. n.5. de elect. Archid. & Anchar. in c. cum Ecclesijs de præben. in 6. Lambert. de Iurepat. par. 2. q. 2. art. 8. n. 15. Tusch. lit. C, conclus. 967. & conclus. 36. lit.
2 A. Vocatio enim absentium est de iustitia electionis; non autem de substantia Panorm. in c. quia propter de elect. quem refert Marta. in suis ff. nouissimis tit. de elect. c. 29. & c. 45. post Menoch. cons. 67. n. 31. & ratio est, quia si esset de substantia, non posset ratificare electionem ipse elector absens contemptus, cum non possit quis renunciare fauori publico, cap. si diligenti de foro compet. Farin. qui plures cumulat. de carcer. & carcerat. qu. 27. n. 84.
3 Hoc autem intelligendum esse puto duobus modis. Primo si absens contemptus contradicat electioni factæ infra tempus antecedens confirmationem, iuxta cap. fin. de elect. in 6. Cuch. instit. maior. lib. 4. titul. de elect. n. 51. addit. ad Panorm. in cap. in Genesi n. 10. se-
4 cus verò si post dictum tempus contradiceret, nisi constaret contemptum ignorasse celebrationem electionis, & confirmationis, iuxta cap. fin. qui matrim.
5 accus. poss. & per Doctores loc. prox. citat, vel si celebratio actus de quo agitur re vera non sit electio, sed prouisio, tunc enim etiam post confirmationem auditur, quia qui prouident, eligunt, & confirmant vnico actu, glos. in c. 1. verb. prouisionem de elect. in 6.
6 Secundo modo intelligitur, vt solum contemptus possit allegare contemptum ad effectum, de quo supra: Vnde nec Iudex, nec alij de capitulo ipso contẽpto tacente poterunt contemptum allegare, vt electio retractetur Panorm. d. cap. in Genesi n. 10. de elect. & ratio est, quia cum hoc casu agatur de fauore priuato non autem publico, non potest Iudex supplere ex officio suo, vt probatur in l. 4. §. hoc autem Iudicium, ff. de damno infecto.

Imò non potest Capitulum condere Statutum inducens nullitatem electionis propter defectum aliquorum non vocatorum, qui erant vocandi, & ita decidit Rot. in vna Toletana Canonic. 18. Maij 1584. coram Clemente VIII. olim sanctissimo.

RESOLVT. XLVI.

1 *Electio facta inhabilibus non vocatis, tenet.*
2 *Electio facta inhabilibus non vocatis, an teneat si non constet notoriè de inhabilitate, & quid si dubiè n.3.*

An electio, & alia gesta in Capitulo teneant si inhabiles non vocentur.

1 INnoc. Anchar. & Panorm. in cap. 2. de postul. Prælat. affirmant electionem, ac alia facta in Capitulo valida censeri si inhabiles non vocentur, & hanc esse communem opinionem Summistarum testantur Tabien. tit. de elect. n. 5. & Siluestr. eod. tit. qu. 5. n. 6. qui subdunt procedere; licet non sit discussum an priuati existant, sed sufficere posse conuinci; Tamen Rodriq. tom. 1. qu. 51. art. 12. inquit totum contrarium, non posse a Iudice priuari dictos Religiosos, absque eo quòd prius citentur, & ipsis detur copia eorum, quæ contra ipsos sunt obiecta per text. in cap. Deus om-

nipotens 2. qu. 1. vbi delicta sunt prius cognoscenda ne fortè falsis tumoribus, aut declarationibus innocens condemnetur, ac etiam per text. in cap. porrò de diuort. & cap. 1. de caus. poss. & propriet. vbi Summus Pontifex non permittit aliquem condemnari sine eo, quòd prius audiatur.

Tu autem concordando supradictas opiniones resolues priorem procedere quoties delictum est manifestum, vt nulla tergiuersatione possit celari, quia tunc Iudex nullum ordinem iudiciarium tenetur seruare, in condemnando reo, exemplo D. Pauli ad Corinthios, qui non seruato ordine iudiciario absentem illum notorium incestuosum Satanæ tradidit per excommunicationis sententiam cap. de manifesta, & c. ad nostram de iure iur. Spec. in tit. de accus. §. 1. n. 17. Clar. lib. 5. §. fin. q. 8. in princip. Nauar. de restit. lib. 3. n. 192. Less. de iustit. lib. 2. c. 29. n. 100. Vnde non solũ electio tenet si tales non vocentur, sed etiam si vocentur, & postea non expectentur, c. cum inter vbi Panorm. n. 11. de elect. Verum si delicti notorietas non est talis, vt sit inexcusabilis, sed saltem est dubium, an aliqua defensio competat reo; hoc notorium non est sufficiens, vt absque citatione possit procedi ad condemnationem, ita voluit Rota decis. 393. n. 10. & 11.
3 coram Seraphino, quia re vera est citandus, & audiendus. Si verò adhuc res dubia pendeat; tunc posset admitti cum protestatione se non intelligere communicare ei Ius eligendi, & velle eiusdem vocem nemini dare suffragium, vel afferre nocumentũ. Panor. & But. in c. Cumana de elect. Biaz. de elect. p. 1. c. 9. n. 5

RESOLVT. XLVII.

1 *Prouinciales, & custodes renunciando voci actiuæ ex officio eis competenti peccant.*
2 *Prælati conuentuales, & discreti non possunt renuntiare voci actiuæ absque labe peccati.*
3 *Priuatus renunciare potest voci suæ, limita num. 4. 5.*
6 *Renunciatio qualiter fieri debet.*

An renuncians voci actiuæ peccet mortaliter.

NOn est respondendum generaliter argumento præpositо, nam nonnulli electionibus actiuè intersunt Iure regulari, vt sunt apud Minores S. Franci-
1 sci Prouinciales, & Custodes in elect. Generalis, qui ex vi regulæ eumdem Generalem tenentur eligere, & supradicti nullatenus possunt renunciare voci actiuæ, & renunciando lethaliter peccant; ratioque videtur esse, quia staturis pro bono publico principaliter factis renunciari non potest Panorm. in cap. in Genesi n. 10. de elect. latè Farin. de carcer. & carcer. q. 27. n. 84. Aliqui etiam conueniunt actiuè ad electionem ex officio publico, vt sunt Guardiani, Priores, Abbates, & discreti in electionibus Capituli Prouincialis, & hi ne-
2 queunt renunciare cum tale Ius ei suffragetur non in fauorem proprium, sed in fauorem officij, sicuti non potest Clericus renuntiare ijs quę concernunt priuilegium clericale, iuxta not. in c. si diligenti, cap. significasti de foro compet. c. si contingit de sent. excomm. Rot. dec. 269. in fin. p. 2. in recent. & dec. 441. n. 8. coram Gregorio XV. olim Sanctiss. Alij vltimò intersunt ratione Iuris priuati, idest specialis fraternitatis, vt sunt fratres in electione discreti localis, & hoc casu
3 possunt huiusmodi Iuri renunciare, quia quilibet potest renunciare proprio fauori, l. si quis in conscribendo C. de pact. cap. cum accessissent de constit. cap. ad Apostolicam de reg. Card. Tusch. conclus. 170. per to-
4 tam lit. R. & Rot. decis. 265. n. 3. par. 1. in recent. nisi ex tali renunciatione vltimo loco narrata fama renunciantis non leue detrimentum pateretur, & hoc est certum apud omnes; Vel illa renunciatio cederet in

5 damnum religionis, prouinciæ, aut Monasterij de cuius electione ageretur, ita Panorm. dicto cap. quia propter num. quarto de elect. nam dicta renunciatio cederet in detrimentum religionis firmant etiam Tabien. tit. de elect. n. 12. Manual. prælat. tom. 2. q. 23. art. 6. concluſ. 5. & Rodriq. tom. 2. q. 53. art. 10.

6 Pro Coronide verò non desinas animaduertere in casu occurrenti curare, vt huiusmodi renunciatio fiat expresse, & in loco patenti, vel in scriptis per litetas, ad præcidendam viam innumerabilibus controuersijs, & litibus, quæ ex natura renunciantis possent oriri; ipsa enim est stricti Iuris, & debet intelligi vt quãto minus dicatur renunciatum, quatenus tamen verba patiuntur, ita vt minus renuncianti noceat quàm fit possibile, Dec. conſ. 379. n. 4. Soccin. ſen. conſ. 33. n. 10. lib. 3. Burſat. conſ. 397. n. 44. Rot. decis. 669. in fin. & decis. 782. n. 4. & 5. par. 2. in recent. multos Doctor. cumulans, & sic etiam fuit decisum in vna Bon. hæred. de armis lunæ 12. Decembris 1622. coram Merlino. Nec renunciatio trahitur ad ea, quæ expressa, & significata non sunt, nisi adsint coniecturæ admodum vrgentes, Rot. dec. 471. num. 5. par. 1. iunct. decis. 383. num. 3. par. 2. in recent. & decis. 43. num. 5. coram Domino meo Coccino. Vnde in dubio non præsumitur quis renunciare Iuri suo, & omnis interpretatio admittenda est, vt talis præsumptio excludatur, Dec. conſ. 308. num. 8. Tiraquell. de retract. lignag. §. 36. glos. 2. n. 59. Rot. decis. 636. nu. 6. part. 1. in recent. nec renunciatio inducitur per verba vrbanitatis, vt dictum fuit in Rota dicta decis. 636.

RESOLVT. XLVIII.

1 *Dispositio text. in cap. publicato de elect.*
2 *Compromissarij, seu scrutatores reuelantes suffragium peccant, & electio est nulla.*
3 *Electio non tenet si vota publicantur ante, vel post scrutinium, vt num. 4. & 5.*
6 *Suffragia publicata in actu scrutinii annullant electionem.*

An votum in electione datum reuocari possit per eumdem votantem, & an possit vnquam manifestari.

1 REsolutio primæ difficultatis pendet à dispositione text. in cap. publicato de elect. vbi publicato scrutinio electores nequeunt variare, & per consequẽs à contrario sensu recedere possunt à prima nominatione ante publicationem scrutinij, & in alium consentire, Anchar. in cap. perpetuò de elect. in 6. Sylvest. tit. de elect. q. 7. & communiter omnes Doctores; ratioque videtur esse, quia statim quòd scrutinium est publicatum, Electores sunt functi officio eorum.

2 Quò ad alterius difficultatis resolutionem distinguo, quòd si agitur de compromissarijs, seu scrutatoribus, nullatenus possit suffragium manifestari, tùm quia adest secretum de re graui cuius proditor mortalis culpæ labe innodatur, vt esse communem opinionem testatur, Bonac. de contract. qu. 2. punct. vnic. num. 3. tum etiam, quia compromissarij, seu scrutatores conuincuntur violare præceptum, Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de regul. vbi inuiolabiliter mandat nomina singulorum eligentium numquam publicari, quare non solum peccant mortaliter, sed electio est nulla, vt in terminis sentit Nauarr. consil. 2. n. 4. de elect.

3 Aut verò quæritur quid dicendum, si elector votũ suum electoribus aperiret ante vel post scrutiniũ, vel in ipso actu scrutinii, & firmandum est, quod ante vel post scrutinium nullo modo licet publicare cui suum votum dederint, & sic respondisse Sac. Congreg. testatur Garz. de benefic. p. 5. c. 4. n. 197. quod procedit nõ

4 solum si omnes palam suffragia præstent, sed etiam si vnus tantùm, vbi supra numer. 184. quem sequutus fuit Rota in vna Trineten. Abbatiæ 20. Nouembr. coram Domino meo Coccino Decano; ratioque esse videtur, quia cum decretum irritans appositum in cap. quia propter de elect. inducat formam, & forma sit indiuidua; sequitur electionem esse nullam, etiam si vnus solummodò palam suffragetur.

5 Imò, quod plus est, ad effectum irritandi electionem in casu, de quo agimus non esse necesse, vt præfatus elector suffragetur palam cunctis audientibus, sed sufficere si vnus solummodò, vel aliqui quod non sint scrutatores audiant, si viua voce dantur suffragia, & sic in terminis procedere decis. Rotæ loc. cit. firmat Garz. vbi supra num. 191.

6 Si autem in ipso actu scrutinij manifestatio suffragij fit ab electore publicè, ita vt ab alijs vltra scrutatores audiatur, tunc electio sic celebrata non tenet secundum Nauarr. lib. 1. conſ. 9. n. 3. de elect. Rodriq. tom. 2. qu. 51. art. 9. Manual. prælat. tom. 2. q. 23. artic. 19. & Elector sic publicans priuandus est eligendi potestate pro illa vice: de benefic. p. 5. cap. 4. num. 195. nisi ignorantia probabili excusaretur.

RESOLVT. XLIX.

1 *Libertas requiritur in electione.*
2 *Electio actiua an possit restringi ad certum numerum personarum.*
3 *Electio passiua an possit restringi ad certum numerum.*
4 *Consuetudo vel statutum an operetur, vt Electores compellantur ad eligendum certum numerum.*

Qualis coactio, seù restrictio libertatis vitiet electionem ad intellectum text. in cap. cum terra de elect.

1 EX text. in cap. cum terra de elect. sumitur regula electionem esse in libertate eligentium, cap. cum dilectus de consuet. in fin. ibi liberam habent; etiam si esset consuetudo incontrarium d. cap. cum terra. Vnde si facultas eligendi, ita restringatur, vt certum genus personarum, imò vna persona eligi non possit, non dicitur libera electio, l. nec solum, l. imò ff. de opt. leg. Gonzal. super reg. 8. Cancell. glos. 53. num. 25. & Rot. decis. 6. par. 1. in recent. quod præcipuè habebit

2 locum in electione actiua pertinente ad totam Congregationem, vel Capitulum, quia non potest restringi talis electio ad certum genus personarum illius Congregationis, alias electio est nulla; cum enim Capitulum, seu Congregatio habeatur pro vnica persona, l. mortuo ff. de fideiuss. hoc esset scindere in partes vnam eandemque personam, vt post Lap. Clem. plures num. 4. in fin. Card. in §. quibus num. 3. qu. 2. de Iurepatr. Lambert. de Iurepatr. lib. 2. par. 2. qu. 3. art. 6. in fine, declarauit Rota in vna Vallesoletana prærheminentiarum 29. Martii 1604. coram Pamphilio.

3 Quò verò ad electionem passiuam: Si electores metu cadente in virum constantem Statuto, vel approbata consuetudine compellantur ad eligendũ ex certo genere personarum, valet electio; & ratio est, quia non admittur omninò libertas eligendi Panorm. cap. licet n. 12. de elect. Calder. c. cum in Iure n. 9. de elect. Anchar. d. c. cum terra n. 2. Biar. in direct. elect. par. 1. cap. 6. Cuch. in stit. matrim. lib. 4. tit. de elect. n. 106. Alter. de censur. tom. 2. de susp. disput. 13. c. 5. §. post pœnam impositam Tusc. concluſ. 61. lit. E. & Nauarr. lib. 1. conſ. 7. de constit. qui n. 2. benè subiungit posse profectò eligi alium extra dictũ genus personarũ, vbi intra illud non reperiretur dignus, quia nunquam eligendus est indignus D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. per tex. in l. honor §. gerendorũ ff. de mun. & honor. Bal. conſ.

318.

318.lib.3.Tusc.conclus.73.num.4.litt.E. & eligere indignum est contra Ius diuinum naturale, & Pontificium teste Salon.2.q.63.art.2.controu.3.

4 Si autem electores compellerentur statuto,vel consuetudine eligere aliquem certum numerũ, ita vt penes Capitulum non resideret potestas eligendi, sed penderet ex voluntate tertij, talis electio, vtique erit ipso Iure nulla, illudq; statutum, & consuetudo sunt nulla d.cap. cum terra latè Paris. de resignat. benefic. lib.13.q.2.num. 15. Idemque esset, si metu cadente in constantem virum Electores compellerentur c.vbi periculum §.cæterum de elect.in 6.glos.4.in capit. bonæ verbo metuebant de elect. Alex. cons.98. num.5. Rebuff.constit. Galliæ tom.2.tit.de rescis. contract.art. vnico,gl.22.num.6. Guttier. cons.16. nu.11. vt refert Bertacch.in suo repertorio verb.electio qualiter vers. 35.Nau.cons.5.num.1.de elect.Sanch. de matrimon. lib.4.disp.1.num.18.Suar.tom.5.disp.3.sect.3. nu.14. Alter.de censur.vbi supra, & tenuit Rota loc. cit. coram Pamphilio de anno 1604. Et non solum habet sibi locum si coactio fiat ad vnum determinatum, vel ad duos ob verba text.d.cap.cum terra ibi,(duas personas) sed etiam si coactio fiat ad tres vel quatuor certas, & determinatas Roderic.tom.2. q.52. art.11. Manual.prælat.tom.2. q. 23. concluſ.3.

RESOLVT. L.

1 *Subornationis genus quotuplex.*
2 *Subornatio vel bona, vel mala.*
3 *Subornatores quando peccent, vel non.*
4 *Subornantium pœna quænam sit.*

Ex qua subornatione vitietur electio, & de pœna subornantium.

1 SVbornationis genus duplex in Iure reperitur,nempè bonæ,& malæ,vt inquit Nauar.cons.20.n.8.de sent.excom.quem sequitur Rodriq.to.2.qu.56.art.1. nam illa, quæ in alicuius animum inducitur verum in bonum finem,est bona:illa verò qua consulitur falsum in malum finem,vtique est mala, atque adeo diabolica,& ex qua multa sequuntur inconuenientia,quæ recenset idem Nauar.coment.3. de regul.

2 Malum autem genus subornationis, aliquandò fit verbis, aliquandò verò muneribus,ideſt quando dantur munera electoribus, vt eorum beneuolentia, & gratia aucupetur ad effectum consequendi ipsorum suffragia; & de hoc genere subornationis potest intelligi illud Exodi 23. (nec accipies munera,quæ etiã excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum) dictumque genus dicitur minus propriè simonia, vt patet ex Rodriq.tom.3.q.63.art.4.& apparet ex Bul-
3 la Clem.VIII. de largit.mun. Suadere igitur electoribus virtutes veras quibus eligendi ornantur, & vitia nota quibus notantur,vt dignus digno, & indignus indigno, & dignior minus digno præferatur, est sanctũ Nau.d.cons.20. & è contra suadere virtutes falsas, & dissuadere vitia nota,vel donis subuertere mentes electorum, quo indignus digno, minus dignus digniori anteponatur est impium,& inde vitiatur electio.

4 Ex prementionata etiam Bulla colligitur pœna subornantium, vt in §.22. cuius tenorem placuit nobis hic inserere (vt omnis officiorum ambitus occasio præcludatur,caueant omnes à directa, vel indirecta vocum,seu suffragiorum procuratione, tàm pro ipsis, quàm pro alijs, tum in capitulis locorum,tum in cæteris,præsertim generalibus Capitulis,aut Congregationibus,seu alibi: Quicumque secus fecerint; præter alias pœnas, & censuras hactenus contra huiusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus; in pœnas priuationis officiorum, quæ obtinent eò ipso incidant, & ad futurã quæcumque pariter inhabiles habeantur super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à nobis, vel à successoribus nostris, & pro qualitate culparum grauius etiam plectantur. Porrò supradictas omnes pœnas ad complices, & simpliciter scientes, & non reuelantes extendimus.

Cum autem dictæ constitutionis decretum fuerit confirmatum à sacra Congregatione die 21.Septembris anno 1624. ex motu Sanctissimi Domini Nostri Vrbani VIII. non restat aliquid dubitandum.

RESOLVT. LI.

1 *Confirmatio electionis est de substantia.*
2 *Electio confirmanda est à Superiore, eoque recusante cogi potest.*
3 *Confirmatio immediatè spectat ad Superiorem.*
4 *Forma confirmationis, quæ sit.*
5 *Electus est examinandus à confirmatore.*
6 *Electio non est nulla, cassata confirmatione.*

Confirmatio electionis an sit necessaria: & ad quem pertineat confirmatio electionis, & an annullata confirmatione efficiatur nulla electio canonicè facta?

1 DE tribus hic quæro; quo ad primum respondeo confirmationem electionis esse necessariam nõ solum ex parte electi; sed etiam ex parte confirmatoris c.fin.de elect.in 6.c.postquã eod.tit. Rot.dec.240. n.12.coram Sanctiss.Gregor.XV.& allegans aduersus hoc contrarium, non esse audiendum tenet glos. in c. vnico vers.nam cõfirmatio de postul.prælat.in 6. imò
2 si ipse Superior, ad quem spectat (vt infra dicemus) nollet confirmare,potest cõpelli per eius superiorem, vel ei præfigi terminus cum comminatione, seu intimatione, quòd nisi infra talem terminum confirmet, superior Iure deuoluto hoc faciet glos. in rubr.de postul.prelat.Panorm.in c.cum nullus c.pastoralis de Iure.repat.licet enim ad conferendum,& eligendum sit tẽpus à Iure præfixum, tamen ad cõfirmandum non reperitur tempus præfixum à Iure,ita Panor. in c.postquam in fin. de elect. & ideò oportet, vt modo explicato procedatur, cum confirmatio electionis regulatur sicut appellatio, quæ deuoluitur ab inferiore ad superiorẽ Rot.dec.615.n.3.quæ est apud Seraph. p.1.

3 Quo ad secundum, sentio confirmationem electionis spectare immediatè ad superiorem electi, vt rectè annotauit Panorm.in c.Monachi §.prioratus n.10. de stat.monach per cap.cum ad Monasterium §.nec alicui eod.tit.Cuch.institit.maior.lib.4.tit. de confirm. & confirm.potest.n.1.nisi aliter Iure speciali,vel consuetudine cautum sit secundum Franch.March.dec. 930. par.1. Vnde electiones exemptorum, qui immediatè subsunt Papæ confirmantur ab ipso Summo Pontifice, vel à Legato de latere si reperiatur in ea prouincia, cap. si Abbatem de elect. in 6.

4 Et ad effectum huius secundi capitis est sciendum non esse à iure prescriptam formã confirmationis,sed sufficere aliquod siuè dictũ, siuè factum, quo superior declaret voluntatem suam confirmando, Oldrad.cõs. 146.n.6.vt erit installatio, siuè intronizatio, & huiusmodi;Rota decis.16.de concess.preben.in nou.& dec. 261.n.3. coram Card.Mant. Et munus confirmatoris est diligenter examinare electum, & processum electionis,etiam si nihil obijceretur electo, c.cum nobis c.venerabilem de elect.clem.exiui §.demum de verb. signif.alias confirmatio viribus non subsistit c.nihil est de elect.c.fin.eod.in 6.Azor.p.2.lib.6.cap.16.qu.6.

Ad tertium etiam quæsitum venio. Præsuppositò quod confirmatio cassatur,vel cassa nunciatur,vt puta

quia fuerit facta pendente appellatione ad Apostolicam Sedem, & propterea ipse qui confirmauit non habuerit potestatem confirmandi. An in huiusmodi contingẽtia annulletur quoq; electio alterius canonice facta. Dicas pro parte negatiua per text. in cap. si confirmationem de elect. in 6. censuit Rota decision. 1274. num. 2. apud Seraphin. ex eo quòd electio, & confirmatio sunt actus diuersi, & à diuersis procedentes cap. fin. de transfat. Episc. Et ideo non sequitur, quòd secundo amoto, amotus sit quoque primus, quia sunt secreta, idest separata, & secretorum, idest separatorum separata debet esse ratio, l. si maritus C. de donat. inter vir. & vxor. l. de bonis in princ. ff. ad Carbon. nec vtile per inutile vitiari debet vulg. c. vtile de reg. iur. in 6.

RESOLVT. LII.

1 *Dispositio text. in cap. vt circa de elect. in 6. est seruanda etiam à procuratore num. 4.*
2 *Forma præstandi iuramentum præscripta in c. vt circa, est obseruanda.*
3 *Forma d. cap. est seruanda ab eo, qui contra certam personam ne ab alijs eligatur antequam fiat electio appellauerit ad sedem Apostolicam.*
5 *Appellatio, vel exceptio nullitat. electionis infra quod tempus opponi debet.*

Exceptio nullitatis electionis quomodo opponatur, & infra quod tempus.

1 DVæ sunt partes huius articuli, quarum altera resoluitur per tex. in cap. vt circa de elect. in 6. vbi appellantes contra electiones, omnia quæ obijcere intendunt contra personam vel formam, tenentur exprimere, & iurare quòd illa credunt vera esse, & ea se posse probare: super non expressis, ipsi, vel adhærentes eis non audientur, nisi de nouo emergant, vel perueniant, vel superueniat probandi facultas, super quo iurare debebunt. Vnde id quod dicitur de præ-
2 stando iuramento; ibi est præscripta forma, ad vnguem seruanda, cum ad sedem Apostolicam appellatur vt non sit super obiectis, vel expressis huiusmodi audiendus quis; & si hoc modo iurauerit, videlicet, quòd illa, quæ in sua appellatione expresserat, vel ea quæ de ipsis deberent, sufficere vera esse credebat, & se posse probare, cum non simpliciter (vt ex prædicto textu tenetur) iurauerit, sed indeterminate, & disiunctiuè, cap. is qui contra de elect. in 6. Quod
3 etiam procedit, etiam si qui contra certam, & nominatam personam, ne ab alijs eligatur ad Sedem Apostolicam antequam fiat electio duxerit appellandum; debet enim per omnia in appellando seruare formam dicti decreti, ac si electione iam facta eum contingeret appellare; alioquin non obseruans, pœnæ constitutionis eiusdem se nouerit subiacere d. cap.
4 qui contra. Illudque pariter habet locum nedum in ipso appellante, sed etiam in ipso procuratore ad appellandum ab electione dato, ita vt non alias censeatur idoneus, si omnia quæ in formam, vel in personam intendit opponere, & propter quæ appellare destinat singulariter, & clarè sint expressa in instrumento procuratorio, & nisi habeant speciale mandatum ad iurandum corporaliter in eorum animas, quorum procuratores existunt, quod ipsi credũt expressa vera esse, & se posse probare c. procurator de elect. in 6. Imò appellans non est post modum audiendus in prosecutione negotij, si criminum, vel defectuum expositorum debitas circumstantias omisit exprimere, etiam si postea iuramento affirmet ipsas criminum circumstantias, earũue probationes ad se non peruenisse Clem. constitutionem de elect. in 6.

5 Ad alteram partem argumenti deueniendo respõdeo cum text. in cap. cupientes de elect. in 6. vt tam opponens, quàm opponentes si duo tantum, vel si plures, duo ad minus ex ipsis opponentibus expensis ipsorum opponentium proprijs cum actis, & munimentis plenè instructi compareant coram Summo Pontifice infra idem tempus, infra quod electi ab ipsa sancta Sede confirmandi venire obstringuntur, vt vel negotium plenariè instrui, vel Sedes eadem valeat per ipsos informari, an Ecclesiarum vtilitate perpensa, & alijs inspectis circumstantijs super habendis aliquibus probationibus, seu quibuscumque alijs sit alibi facienda commistio, vel an æquitate suadente partes potius apud Sedem ipsam in probationibus & alijs sint arctandæ dict. cap. cupientes §. si verò vbi glos. verb. compareant.

Quare tempus, quod præfigitur electis, infra quod tenentur opponentes se præsentare conspectui Apostolico est, vt infra mensem vnum ad Sedem Apostolicam iter arripiant, post quod alterum quoque spatium conceditur ex itineris longinquitate moderandum ad effectum se præsentandi: Post quod iterum dantur viginti dies, vt in eis, vel personaliter compareant, vel si impediti, quo minus comparere possint, proponant impedimenti causam, ad quàm probandam permittuntur alij quindecim dies. Et si admittatur, procuratorem postea sufficienter instructum mittet, nisi cessaret ipsa causa, quia tunc accedere ipsimet personaliter tenerentur. Aliàs ipsi opponentes (quo ad se) priuantur à prosequutione totius processus, & alijs pœnis contentis in dict. cap. cupientes.

RESOLVT. LIII.

1 *Regularis non potest amoueri à dignitate per suum superiorem absque iusta causa.*
2 *Priuatio tituli imponitur solum in casibus à iure expressis.*
3 *Electiua beneficia, ac dignitates, quæ dicantur.*
4 *Regulares possunt amoueri à dignitatibus, & beneficijs manualibus absque causa.*
5 *Beneficia manualia, quæ dicantur.*

An regulares electi, & confirmati ad dignitates, & prælaturas, possint ad libitum suorum Superiorum ab eis amoueri absque causa.

1 VT veritas eluceſcat istius articuli, distinguo quod vel agitur de beneficijs, seu dignitatibus electionis: Et dico nullum beneficiatum, siue Prælatum regularem possidentem beneficium sinè dignitatem regularem electiuam posse ab ea amoueri absque rationabili, & iusta causa, cap. Monachi in fine de statu Monach. vbi glos. verb. non mutentur, cap. nullam potestatem 18. quæst. 2. Azor. par. 2. lib. 3. cap. 26. quæst. 15. & communiter Doct. teste Rota decis. 772. num. 3. par. 1. diuers. & ratio est, quia quamuis religiosi quid proprium habere nequeant; attamen Superiores religionum, qui ius amouendi habere prætendunt, censentur prohibiti à Summo Pontifice per d. cap. Monachi, vt non possint amoueri nisi ex
2 iusta, & rationabili causa: Et licet pœna priuationis tituli numquam veniat imponenda, nisi in casibus in iure expressis, cap. satis peruersum est distinction. 56. Crescent. decision. 9. num. 1. de probat. Verall. decis. 98. n. 3. par. 3. Rota decis. 28. n. 6. apud Seraph. & in vna Asten. fructuum 17 Martij 1613. coram Manzanedo; Attamen Prælati, & beneficiati regulares de facili, & ex leuioribus causis possunt amoueri à suis prælaturis, etiam electiuis, cap. per tuas in fine de simon. c. qualiter, & quando in fine de accusat.

3 Pro

3 Pro intellectu verò supradictorum est sciendum, quòd beneficia, prælaturæ, & dignitates electiuæ appellantur perpetua Panormit. d. cap. Monachi, de stat. Monach. Sylua de benefic. par. 3. quæst. 68. num. 2. Cassador. decis. 4. num. 3. & Rota, decis. 296. num. 7. coram Coccino Domino meo obseruandissimo; ratio est, quia generaliter perpetua censentur, quæ adimi nequeunt, nisi certis de causis a Iure conceſſis, glos. in Clem. quia regulares de supplend. negligent. prælat. & in Clem. & si principalis verb. electio de rescript. sed electiua sunt huiusmodi dict. cap. Monachi in fine, ergo.

4 Vel sumus in casu prælaturarum, dignitatum, & beneficiorum manualium, & tunc Superiores possunt amouere beneficiatos, siue Prelatos manuales de suis beneficijs, seù dignitatibus manualibus quomodocumque, & qualitercumque ipsis placuerit, etiam sine causa, nec ipsi Prælati manuales possunt conqueri contra Superiores cap. cum ad Monasterium, §. tales in fine iuncta glos. verb. perpetuò de stat. Monachi, ita voluerunt Sylua de benefic. par. 3. quæst. 68. in fine, Rota decis. 6. de restitution. spoliat. in nouis, & decis. 1. verficul. nec seruamus eodem titulo in antiquis, & decis. 778. numero 1. diuers. vbi refertur sic resolutum in vna Burgens. amotionis Magistri Cappellæ, 11. Decembris 1591. coram Cardinali Blanchetto.

5 Dicuntur manualia beneficia, & dignitates cætera omnia beneficia regularia præter supradicta Clem. 2. vbi glos. verb. per electionem de rescript. Bellamer. decis. 203. Rota decis. 772. num. 1. par. 1. diuers. & decis. 20. num. 4. par. 1. in recent. nisi aliud cautum esset ex statuto, priuilegio, vel consuetudine, secundum tradita per Gonzal. sup. reg. 8. Lancellot. glos. 5. §. 6. num. 8. & 59.

RESOLVT. LIV.

1 *Inhabilitas resultat ex simonia.*
2 *Electio facta per simoniam est ipso iure nulla, & amplia vt num. 3. & 4.*

Electio Regularium per simoniam facta, an sit nulla ipso iure.

1 IN facti contingentia præmittebam simoniam, siuè conuentionalem, siue realem repellere simoniacum ab assecutione beneficij nondum obtenti, & reddere inhabilem non solum ad illud, ad quod facta fuerit conuentio; verum etiam ad alia obtinenda Diaz. in direct. elect. par. 2. cap. 28. Cassador. decis. 5. de constitut. Sarnen. de triennali quæst. 12. in fine. Zerol. in Praxi Episcopali par. 1. verb. simonia, §. 9. Nauar. in repetit. cap. finali num. 28. de simonia, & in cap. si quando de exception. cap. 4. de rescript. & cap. 23. num. 103. & in varijs Consil. de simon. Gonzal. loc. supr. cit. num. 70. Rota decis. 83. libro 1. & decis. 145. & 150. lib. 3. diuersorum.

Et ad casum suprapositum dixi pariter omnem
2 electionem siue prouisionem, nominationem, institutionem, vel collationem, qua quis ad beneficium Ecclesiasticum per simoniam realem assumitur, esse ipso iure nullam, & inanem, & per consequens huiusmodi sic simoniacè prouisum, seù electum priuari ipso iure beneficijs; itaut impetrari possint, etiam absque alia declaratione, quæ post impetrationem fueri posset extrauag. cum detestabile de simonia extrauag. Mart. V. quæ incipit multæ in Concil. Constant. sess. 43. & alia extrauag. eiusdem Pontificis cuius initium damnabile, Azor. par. 3. cap. 20. quæst. 8. & ita cum eodem hanc assertionem sustinent Fely. & alij in cap. insinuatum num. 5. & in cap. de simoniacè num. 6. de simonia, Rebuff. in praxi titulo de simonia in resign. num. 7. 8. & seq. Maresc. libro 2. variar. resol. cap. 35. num. 11. & seq. Suarez cap. 57. num. 22. & est communissima sententia.

Ampliatur tamen supradicta conclusio pluribus modis, &c.

Primo dictam assertionem sibi vendicare locum
2 tam in simoniaco occulto, quàm notorio, vt apertè habetur ex littera d. extrauag. cum detestabile ibi tàm manifestum, quam occultum; & confirmat Rebuff. num. 12. Sylua de benef. par. 3. q. 2. num. 58. Suarez cap. 57. n. 27. & Maresc. n. 12.

Ampliatur secundo, vt d. assertio procedat etiam si simonia commissa fuisset cum vno solo ex multis electoribus, quorum maior pars alias eundem quoque elegisset d. c. nobis, vbi Panorm. num. 2. de simon. & in c. cum super num. 4. de confess. Rota decis. 516. num. 1. coram Eminentissio Card. Seraph. & Nauarr. multis aliegatis cap. 25. num. 113. qui meritò addit secus esse dicendum, in foro conscientiæ, concordat Garci. de benef. d. cap. 1. num. 10.

4 Ampliatur tertio eandem assertionem procedere, etiam si simonia commissa fuisset cum electoribus, vt hucusque dictum est ignorante electo d. c. nobis de simonia Suarez cap. 57. n. 35. & seq. vbi de communi, Lessius de iusti. lib. 2. cap. 35. num. 142. Rota in vna Massanen. Cappellan. coram Vortia, & decis. 191. num. 5. p. 1. diuers. quas refert, cum multis alijs, Garzias n. 6. & nedum procedit, vt dictum est, sed etiam si simonia commissa fuisset cum amico, seù Consiliario electorum, vel alicuius electoris ignorantibus, & electo, & electoribus, Summa Corona par. 3. tract. de simonia num. 3. & Garzias n. 9. vbi quoque addit hæc omnia veritatem habere, licet electores alias essent, vel fuissent electuri eumdem si etiam moti fuerunt consilio, & interceſſione illius ex glos. & Fely. in d. cap. nobis in fine.

RESOLVT. LV.

1 *Electus prohibetur administrare pendente exceptione contra electionem si nondum incæperit administrare; declara, vt n. 3.*
2 *Iurisdictio delegati re integra expirat morte delegantis.*

An pendente exceptione contra electionem electi solemniter factam, possit interim electus exercere.

POsset, & solet aliquando dubitari in præsenti materia electionis, si facta ritè electione, contingat quòd cõtra illam opponãtur exceptiones, an interim possit electus exercere officiũ; & resolutio huius quæ-
1 stionis negatiua erit, quòd electus dum pendẽt dictæ exceptiones, nec officiũ exercere valeat, nec possit iuramentum subire, quousq; ad finem determinetur cõtrouersia, ex doctrina Speculat. lib. 4. tit. de exceptio. §. nunc dicendum n. 16. vbi format hanc quæstionem, quod si Titius fuit electus in potestatem cuiusdam Castri, & quidam se huic electioni opponunt, dicentes eam non valere, pendente lite non debet exercere officium, si non inchoauit exercere l. qui status, §. de re milit. secus verò si inchoauit, l. §. penult. ff. nihil innou. appellat. pendent. l. reus §. 1. ff. de muner. & honor. Roman. singul. 438. & Paris. de Iudic. Pap. accusat. fol. 47. & ratio rationis potest esse, nam res non est integra, argum. cap. licet, cap. gratum, &
2 cap. relatum de offic. deleg. vbi Iurisdictio delegati morte delegantis expirat si res non erit integra.

3 Tu autem animaduertas, quòd dicta exceptio debeat esse talis, quòd necessariò inferat delictum, & non possit aliud importare, nec sufficit quòd prima facie sonet in delictum, tradit Innocent. in capitul.

super

super his de accusat. quia quilibet præsumitur idoneus ad officia, & beneficia, glos. est optima in cap. bonæ memoriæ de elect. verb. per rerum naturam; & semper electus præsumitur bonus, & dignus, & electus contemplatione meritorum, c. miramur 61. dist. vbi notat gl. verb. pro laboribus, quòd eò ipso quod quis est electus præsumitur esse melior alijs, & ad id Iura allegat, est etiam textus in cap. cum in cunctis de electione, cap. cum in iuuentute de præsumpt. & qui dicit contrarium, legitimè probare debet, cap. vnico de scrutin. cap. final. de præsumpt. cum alijs de quibus per Mascard. concluſ. 592. & 878. lib. 2. & faciunt adducta per Franc. decis. 8. vbi Nouarius cum additione pulchra cumulat.

RESOLVT. LVI.

1 *Maior ætate præfertur in prærogatiua sedendi ei, qui primò fuerit adeptus possessionem officij.*

An in electionibus sit præferendus maior ætate in prærogatiua sedendi alteri, qui primò fuerit adeptus possessionem officij.

EST adeo versata apud homines materia ista electionis, quòd ex ea multa quippè dubia oriri solent: & inter alia, posset quæri an ex duobus officialibus, maior ætate sit præferendus in prærogatiua sedendi alteri, qui primò fuit adeptus possessionem officij, ad quod responderem si de hoc fuissem interrogatus, esse præferendum maiorem ætate, ex quo in honoribus, Officijs, & Magistratibus, seniores iunioribus semper sunt præferendi, l. & qui originem §. Præses ff. de muner. & honor. 2. C. de primicer. lib. 12. l. sancimus C. de consul. eod. lib. 12. cap. fin. vlt. 75. dist. & Eccles. iast. 22. ibi (loquere maior natu, decet enim, &c.) & Numeror. vbi Moyses iussu Domini septuaginta viros ex omni populo seniores delegit, qui secum regerent, iudicarentque populum. Et facit illud Iob. cap. 12. (in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia,) & ibidem cap. 32. annorum multitudo docet sapientiam, & Eccles. iast. c. 15. quàm speciosis veteranis sapientia, & glorioſus intellectus: Vnde Bald. in l. 1. col. 4. vers. sed pœnè robustus C. vnde vi, inquit vires pollere in iuuenibus, & prudentiam in senioribus, vt hæc, & multa alia cumulat Tiraquell. in tract. de primogen. in præfat. à num. 89. Diu. Hieronymus ad Neapotianum de vita Clericorum: omnes, inquit pœnè virtutes corporis mutantur in senibus, & crescente sola sapientia, decrescunt cæteræ virtutes, & paulò post, senectus ætate fit doctior, processu temporis sapientia, & facit etiam illud Senecæ lib. de virtutibus cap. 1. (Prudens fallere non vult, falli non potest.)

Et quamuis in contrarium posset adduci text. in l. 1. ff. de alb. scrib. & l. 1. C. de consul. lib. 12. & in c. statuimus de maior. & obed. ex quibus colligitur, quòd ille, qui primò fuit adeptus locum præferri debeat in loco, & in prærogatiua sedendi tamquam dignior, & antiquior; Et antiquior non dicitur ætate; sed gradu, & dignitate, vt notat glos. in c. fin. de consuetud. in 6. & dato etiam quòd posterior in gradu esset ditior, vel nobilior, istæ qualitates non tollunt prærogatiuam temporis, vt notanter tradit Innoc. d. cap. statuimus, & Gamm. decis. 1. n. 5.

Tamen responderi potest, quod solummodò procedit, quando munus, quod explicandum est commodius per Iuniores tractari potest, quia fortè magis constant robore viribusque corporis, quàm animi; ad id enim magis assumendi sunt iuniores, quàm seniores, vt notatur in l. cũ quid ff. si cert. petat. & ibi Aret. & Salyc. Florian. in l. fin. in fine, ff. de fide instrum. argum. l. præcipimus, ff. de ædilit. ædicto l. ob carmen §. fin. ff. de test. In alijs autem muneribus, quæ consistunt in animo, consilio, & prudentia, seniores sunt præferendi iunioribus ex tex. in l. si qua C. de Iudæis.

PRAXIS ÆTATIS.

RESOLVT. LVII.

1 *Generales, & Prouinciales, cæterique iurisdictione, quasi Episcopali gaudentes triginta annorum ætatem habere debent.*

2 *Ætas ad Prioratum, & Guardianatum quæ requiratur, & quæ ad definitoratum n. 3.*

4 *Declaratio Sacræ Congregationis reportatur.*

Quæ Ætas requiratur in promouendis ad dignitates, & personatus regulares?

1 EX Miranda in Manual. prælat. tom. 2. qu. 3. art. 1. concluſ. 2. & Azor. par. 2. lib. 6. c. 5. quæst. 1. percipitur Generales, Prouinciales, cæterosque iurisdictione quasi Episcopali gaudentes debere esse maiores triginta annis, ita vt trigesimum annum exegerint, prout de assumendis ad Episcopalem Cathedram decernitur in cap. quicumque, & cap. Episcopus dist. 77. cap. cum in cunctis de electione, Concil. Trident. sess. 7. cap. 1. & sess. 24. cap. 12. de reformat. & in constitutione Gregor. XV. de forma faciendi processus super promouendis ad Ecclesias Cathedrales, quæ incipit onus Apostolicæ seruitutis.

2 Ad Prioratum verò, Præposituram, Rectoratum, Guardianatum, & alias dignitates, quibus animarum cura subest, non posse promoueri, nisi qui vigesimumquintum suæ ætatis annum saltem attigerit, idest incæperit, d. c. cum in cunctis, §. inferiora; cap. licet canon de elect. in 6. Concilium Tridentinum d. cap. 12. Panorm. in cap. super inordinata num. 9. de præbend. Nauarr. lib. 1. consil. 4. tit. de ætate, & qualitate, Rodriq. tom. 1. qu. 15. art. 2. & Garz. de benef. par. 7. cap. 4. num. 41.

3 Ad definitoratum verò, cæteraque dignitates, & personatus, quibus nulla animarum cura competit, non posse minores 22. suæ ætatis anno assumi, habemus ex Concilio Tridentino d. cap. 12. Et licet Henriquez lib. 14. cap. 8. §. 10. in fin. in glos. lit. X. & Emmanuel Sà verbo beneficium num. 31. asserant prædictũ vigesimumsecundum annum requiri incæptum, non expletum: Tamen tenendum est illa Concilij verba, viginti duobus annis, non minores ascisci antur innuere viginti duos annos debere esse completos, prout ita eademmet verba declarauit Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij interpretum, vt infra. *Congregatio Concilij censuit requiri ætatem viginti duorum annorum completam A. Card. Carrafa, Intus Episcopo Abulens. Illustrissime, & Reuerendissime Domine vt frater, dubitationi amplitudinis tuæ nomine præpositæ super ætate, quæ per Concilium Trid. cap. 12. §. ad cæteras autem dignitates, & c. sess. 24. de reformatione requiritur in ijs, qui dignitates, vel personatus, quibus animarum cura nulla subest obtinere volunt; Congregatio Illustrissimorum Patrum eiusdem Concilij Interpretum, ita respondendum duxit, nempè decretum illud esse intelligendum de anno vigesimosecundo completo, quod reliquum est, Deum amplitudini tuæ propitium in omnibus precamur. Romæ die 24. Septembris 1593. amplitudinis tuæ Illustrissimæ, ac Reuerendissimæ vti frater studiosissimus Hieronymus Card. Matthæus.*

4

RE-

RESOLVT. LVIII.

1 *Aetas quatuordecim annorum requiritur ad obtinendum Canonicatum in Ecclesia collegiata.*
2 *Declaratio Sac. Congreg. ad id adducitur.*
3 *Episcopus dispensat quo ad Canonicatum in collegiata cum illegitimo.*
4 *Portio dimidia dicitur de inferioribus beneficijs Ecclesiæ.*

De Aetate requisita ad obtinendum Canonicatum in Ecclesijs collegiatis.

1 DIcebam in casu occurrenti sufficere ætatem quatuordecim annorum ad obtinendum Canonicatum in Ecclesijs collegiatis, nec esse necessariam ætatem requisitam in Canonicatibus Cathedralium, prout ita in terminis Eminentissimorum Cardinalium Congregatio censuit declarando cap. 12. sessione 24.
2 de reformatione, per hæc verba. *Huiusmodi Concilium innouauit super ætate promouendorum ad Canonicatus Collegiatarum Ecclesiarum*, & iterum in hoc Capitulo. *Quo ad ætatem illius, qui promouendus est ad Canonicatum Ecclesiæ Collegiatæ nihil disponitur*; Sicut neq; hodie requiritur maior ætas 14. annorum ad obtinendā dimidiam portionem in Ecclesia Cathedrali, nec tales dimidiæ portiones Ecclesiarum Cathedralium habent annexum Ordinem sacrum, vt pariter prædicta Sacra Congregatio censuit dicens. *Licet portiones habere debent annexum ordinem sacrum dimidiæ tamen portiones huic ordini non sunt subiectæ:* Item quo ad dimidias portiones non requiritur ætas requisita ad Ordinem sacrum.

Et iuxta supradictam principalem opinionem sentiunt Galet. in Margarit. cas. conscientiæ, in verb. Canonicus il 3. Piaseg. in praxi Episcopal. par. 2. cap. 5. num. 21. & alij apud Nouarium in opere noui Iuris Pontificij conclus. 3. sub num. 6. de Aetate.

Ratio est prædictorum ex eo quia ante Concilium Trident. sola ætas 14. annorum, imò septem dumtaxat sufficiebat inspecto iure communi ad Canonicatus collegiatæ, vel dimidias portiones Ecclesiæ Cathedralis cap. ex eo ibi in pupillari ætate existens de electione lib. 6. Abbas in cap. præterea num. 5. & 6. de ætate, & qualitate, Rota decis. 1. de ætate, & qualitate in antiquis, Mandos. in regula 18. de ætate pro Canonicatibus quæst. 1. num. 3. neque etiam requirebatur alius ordo, nisi sola tonsura, Abbas, vbi supra dicto num. 5. in fine. Mandosius d. quæst. 18. a num. 4. Boerius decis. 171. in principio.

Sed Concilium Trident. postea in cap. 6. sess. 23. disponit, quod nullus ante decimumquartum beneficiū possit obtinere, & sufficit quòd attingat istum annum 14. vt etiam censuit Sacra Congregatio Concilij & postea in cap. 12. sess. 24. de reform. vers. neminem dicit. Neminem deinceps dignitatem ad Canonicatum, aut portionem recipiant, nisi qui ordine sacro sit initiatus quem illa dignitas, præbenda, aut portio requirit, aut in tali ætate, vt infra tempus à iure, & ab hac sancta Synodo statutum initiari valeat; in omnibus verò Ecclesijs Cathedralibus, omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum ordinem præsbyterij, Diaconatus, vel Subdiaconatus, &c.

Cum ergo Concilium Tridentin. non disponat aliquid de Canonicatibus Ecclesiarum collegiatarum, nec minus de dimidijs portionibus Ecclesiarum Cathedralium, sed solum de Canonicatibus, & portionibus Cathedralium; & portionum appellatione, dimidię portiones non comprehendantur, maximè in materia correctoria iuris communis, & stricta cap. cui de non sacerdotali 27. vers. similiter de præbendis lib. 6. ideò nec Canonicatus collegiatæ, nec dimidia portio in Cathedrali non habent Ordinem sacrum annexū,
3 nec requirunt maiorem ætatem 14. annorum; Ac preterea potest Episcopus dispensare cum illegitimo, vt possit obtinere canonicatum, in collegiata. Rota adiuncta addit. Papazon. in decis. 1. n. 15. de filjs præsbyterorū in nouis post Staphilæum ibidem allegatum; Necnon ad obtinendam dimidiam portionem in Ca-
4 thedrali, cum dimidia portio sit ex inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis, vt fuit resolutum in vna Ciuitaten. dimidiæ portionis 28. Martii 1536. coram Aragon. Gomez. in tract. de expectatiuis num. 98. Parisius de resignat. lib. 2. q. 1. n. 117.

RESOLVT. LIX.

1 *Aetas septem annorum requiritur in sponsalibus, & debet esse completa num. 2. nisi parum deficiat, n. 4.*
3 *Differentia inter ætatem requisitam ad matrimonium, & ad sponsalia reponitur.*
5 *Modica non sunt habenda in consideratione.*

An si vnus dies deficiat in ætate septemnali necessaria in sponsalibus annullentur ipsa sponsalia.

1 IN sponsalibus contrahendis ætatem septem annorum requiri probatur in c. ad dissoluendum de desponsat. impub. cap. vnico, eodem tit. in 6. text. in leg. sponsalibus, ff. de desponsa. S. Thomas 4. dist. 27. qu. 2. & in addit. 3. par. qu. 43. art. 2. Angel. num. 5. Sylu. q. 2. Armill. num. 4. Couar. de sponsal. 1. par. cap. 2. num.
2 Flores Theol. qu. in 4. dist. 27. art. 4. & omnes, quod septennium requiritur, vt sit completum S. Thomas relatus, & secutus à Syluestro supracit. & alii, Couar. super num. 2. ex cap. litteras, & cap. sequ. de desponsa. impub. Gomez. in clement. 2. ff. de ætate, nisi qualit. & malitia suppleat ætatem hanc septem annorum, vt apud Couarr. de sponsa. dicto cap. 2. S. Thomas 4. dist. 27. qu. 2. art. 2. Bald. consil. 44. vol. 4. Sot. dist. 27. qu. 2. art. 2. conclus. 11. Sylvest. in Summa, in verbo sponsalia qu. 2. & differentia est inter ætatem requisitam in-
3 ter sponsalia, & matrimonium; nam in sponsalibus requiritur eadem æras in vtroque contrahentium, scilicet septennium, in matrimonio verò diuersa requiritur in vnoquoque, in viro scilicet annorum ætas 14. in femina verò 12. vt ex S. Thom. & multis tradit Syluester verbo sponsalia q. 2. §. tertium, Nauar. cum cómuni in Manual. cap. 22. num. 29. Sot. 4. dist. 27. qu. 2. art. 2. ad secundum; licet sponsalia inualida propter defectum ætatis conualescent, & sint valida adueniēte septennio per tacitum contrahentium consensum ad sponsalia deductum, vt probat glos. vbi Abb. & doctores in cap. litteras de desponsat. impub. & probat tex. secundum Abb. ibi cap. duo pueri eodem tit. & in cap. vnico eodem tit. in 6. Couarr. lib. 1. de sponsa. 1. p. cap. 2. num. 2.

4 Deueniendo ad casum propositū respondeo, quòd si non sit septennium completum, sed parum deficiat, in omni materia, parum pro nihilo reputari, vt in auditione Missæ, recitatione horarum, furto, ieiunio, & alijs poteris exemplificare, quæ propter paruam quantitatē mortalia non dicuntur, vt resoluit Nauar. in Manuali cap. 11. num. 4.

Et quamuis Abb. strictè loquatur dicens, quòd si vnus dies tantùm deficiat, sponsalia erunt nulla, contraria tamen opinio est communis, quam tenet S. Th. relatus, & secutus à Sylvest. supra Sot. 4. dist. 27. qu. 2. art. 2. cum multis aliis ibidem relatis, imò quod si deficeret vna hebdomada, & aliquid amplius, erunt valida, imò in rigore, ait S. Thomas, valere quamuis contrahantur in medio septimi anni, quod tamen postea arbitrio boni viri relinquit iudicandum.

5 Cuius opinionis ratio redditur illa, quia vt est vulgatum

gatum apud omnes modica non sunt habenda in consideratione, nec nocere possunt, vt probat Nouarius forens. qu. 37. & qu. 54. lib. 1. vbi plura cumulat, quæ pro corroboratione huius conclusionis adaptari possent.

RESOLVT. LX.

1 *Profiteri intendens in aliqua Religione debet habere decimum sextum annum, & quid in puellis num. 2.*
3 *Puella 12. annorum vbi ingressa est Monasterium, eiusdem sponsus per quod tempus tenetur expectare.*
4 *Professio facta in decimosexto anno valet, quamuis statuto caueatur, vt in decimooctauo illa emittatur.*

Ætas decimisexti anni an sufficiat ad profitendum in Religione, in qua viget statutum, vt illa emittatur in decimo octauo, itaut professio facta in tali tempore non sit inualida.

1 DE iure clarum est ætatem decimi sexti anni completi requiri ad hoc, vt quis in religione profiteri valeat, alias professio antea facta ipso iure est nulla, ita Sacrum Concilium Trident. sess. 25. de Regular. cap. 15. quod procedit etiam in puellis profiteri volentibus
2 quia illæ non admittuntur ante decimum sextum annum, vt asserit decisum Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nau. lib. 2. tit. 18. l. 7. de religionibus num. 41. vbi num. 43. dicit nec esse dispensandum, vt puella, quæ duodecimum annum compleuerit possit habitum in Monasterio suscipere, firmans pariter num. 42. à sacra Congregatione eminentissimorum
3 Cardinalium responsum fuisse de anno 1580. quòd si puella duodecim annorum matrimonio coniuncta, & religionem ingressa sit, cogendum esse sponsum per quatuor annos expectare vsque dum illa profiteatur.

Sed deueniendo ad casum propositum respõdi validam fuisse professionem aduersus prohibitionem
4 statuti non annullantis, siuè irritantis iam factam, motus ex doctrina Mirand. in suo Manual. Prælator. par. 1. q. 24. art. 2. conclus. 2. iuxta quam ita fuisse decisum ex Armendariz in addit. ad recopil. leg. Nauar. lib. 7. de religionibus num. 14. affirmat Nouarius in iur. Pontif. nouo conclus. 9. sub num. 9. tit. de ætate, vbi testatur sic ipsum consuluisse in quodam facto sibi proposito à nonnullis fratribus S. Francisci de Paula, & alia in hac materia vtiliter colligit, vt apud eum.

RESOLVT. LXI.

1 *Eligenda in Abbatissam quam ætatem habere debeat.*
2 *Episcopus prohibetur dispensare circa ætatem Abbatissæ.*
3 *Monialis alterius Monasterii quando eligatur in Abbatissam Episcopus prohibetur dispensare circa ætatem Abbatissæ.*

Ætas necessaria in illa, quæ est eligenda Abbatissa, an possit per Episcopum coarctari.

VT scitis inter cætera, quæ sunt necessaria pro validitate electionis Abbatissæ in Monialium Mo-
1 nasterio, illud quoque requiritur, quòd eligenda sit in ætate quadraginta annorum, vel saltem triginta, si primæ ætatis in Monasterio, in quo electio facienda est non reperiantur moniales secundum Conc. Trid. sess. 25. cap. 7. de reform. regular.
2 Verum vbi in Monasterio, in quo esset facienda electio non reperiretur monialis huius qualitatis, in tali casu debet eligi monialis alterius Monasterii eiusdem Ordinis, prout nouissimè scribit Nouarius in suo iure Pontificio nouo tit. de elect. conclus. 2. num. 1. pag. 196. col. 2. vbi tradit quoque, quòd si hoc pariter incommodum superiori, qui electioni præest videbitur, ex ijs quæ in eodem Monasterio annum trigesimum excesserint, & quinque saltem annis post professionem vixerint, loci Ordinario, vel alio legitimo Superiore consentiente, eligi poterit ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 7. de reformat. Regular. de quo vide Thesaur. Fori Eccles. c. 16. num. 45. par. 2. vbi declarationem eminentissimorum sacræ Congregationis Cardinalium reportat, & ita passim seruatur in Monasterijs Ciuitatum Regni, & huius nostræ Inclytæ Vrbis Neapolis.
3 Notabis tamen, vt circa supradictam ætatem nequeat Episcopus dispensare, vt decisum tradunt Garzia de benefic. par. 7. cap. 4. n. 71. Armendariz in addit. ad recopilat. leg. Nauarr. lib. 1. tit. de ætate n. 19. quos refert, & sequitur Nouarius in suo opere noui iuris Pontificij conclus. 1. num. 2. sub rubrica de ætate.

RESOLVT. LXII.

1 *Aetas ad beneficia curata quænam requiratur.*
2 *Episcopus non dispensat contra Concilium, nec cum patiente defectam ætatis num. 5.*
3 *Constitutio Episcopi non tollit constitutionem Papæ.*
4 *Inferior non potest dispensare in banno à se publicato, & à Superiore confirmato.*

Ætas ad beneficia curata, an possit coarctari per Episcopum.

1 CVm nemo ad dignitates, quibus cura animarum subest promoueri possit, nisi qui saltem vigesimumquintum ætatis annum attigerit, & hoc vigore sacri Concilij Tridentini sess. 24. cap. 12. versic. Nemo igitur de reformat. Ideò consultus quandoque dixi talem ætatem non potuisse coarctari per Episcopum loci Ordinarium ex illa iuris conclusione, quòd Epi-
2 scopus, vel Legatus non possunt dispensare Concilio, vt probat glos. in cap. dilectus il 1. de præbend. in verbo cum se facultas gl. & ibi Doct. in cap. cum dilectus in verbo ætate de elect. Anan. in cap. cum in Diœcesi de vsur. Botheus in tract. de Synodo Episcopi art. 1. conclus. 3. num. 6. Duen. regul. 248. vbi dicit id non posse fieri, nisi de mandato Papæ expresso, & speciali, quia tunc valeret eius dispensatio, vel constitutio, etiamsi esset contra Concilium. Pro quo facit, quòd notabiliter tradit Antonius de Butrio in cap. penult. de filijs præsbyterorum lib. 60. vbi dicit, quòd illud quod Legatus de Latere ex speciali commissione Papæ facit, non tàm factum Legati, quàm Papæ dicitur: secus si ex generali. Pro qua opinione est glos. in cap. literis, 10 glos. 11. in fine, de rescriptis, facit text. in c. si Apostolica de præbend. lib. 6. quod ita tenent Doctor. in cap. quod translationem de offic. Legati.
3 Et facit ad propositum decisio Triuisani 42. lib. 2. vbi concludit Constitutionem Episcopi non tollere constitutionem Pontificis, vel alicuius Concilij à Sũmo Pontifice approbati, quibus iungenda sunt & alia media, quæ recollegit Nouarius forens. quæst. 124. lib.
4 1. vbi voluit inferiorem non posse dispensare in banno à se publicato, & à Superiore confirmato.
5 Item confert, quod notant Io. Andr. & Petrus de Anchar. in cap. 1. de ætate, & qualit. lib. 6. & ibi, & in cap. licet canon, de elect. lib. 6. vbi volunt, quod Episcopus etiam ex magna, necessaria, & vtili causa, & etiam cum causæ cognitione non dispensat cum patiente defectum ætatis in dignitatibus curatis propter Concilium generale, cap. cum in cunctis, in §. inferiora de elect. cum qua opinione transit Philipp. Franc. in d. cap. 1. de ætate, & qualitate; & licet pro

opinione

opinione Archidiaconi multa possent adduci, quæ ipse ponit in dicto cap. licet canon. & cum eo sit Hostiens. in cap. cum dilectus, de electio. tamen contra Archidiac. est communis opinio secundum Domin. de sancto Geminian. in dicto cap. licet canon. num. 7. in finalibus verbis. Eamdem opinionem contra Archidiac. tenent Ioann. Monacus in cap. cupientes. in num. 124. de elect. lib. 6. & hanc opinionem tenent communiter Doct. in dicto cap. cum dilectus de electio.

PRAXIS INSORDESCENTIÆ Mensalis in excommunicatione.

RESOLVT. LXIII.

1 *Insordescens in excommunicatione per annum est suspensus de hæresi.*
2 *Insordescens in excommunicatione per mensem punitur, & qua pœna, num. 4.*
3 *Pœna quæ exigitur ab excommunicatis applicatur locis pijs.*
5 *Apices iuris non attenduntur vbi agitur de fauore Animæ.*
6 *Leges pœnales, quæ concernunt fauorem animæ sunt ampliandæ.*
7 *Excommunicati participant cum diabolo, & sunt eiusdem membra.*

Insordescens per Mensem in excommunicatione, qualiter puniri possit.

DE Insordescentia per Annum latè tractatum fuit in tertia parte huius Praxis Fori Ecclesiastici, in titulo particulari, hic autem nonnulla de Insordescentia per mensem tangere intendo, si quidem
1 excommunicatus non est solum suspectus de fide si in excommunicatione perseueret vltra annum, vt cautum est per Sacr. Concil. Trident. sess. 25. de reformat.
2 cap. 3. sed etiam ante annum potest temporaliter puniri, quando excommunicationem contemnere apparet, Couarr. in cap. Alma mater §. 7. in 1. par. relectionis de sent. excommun. in 6. post Felyn. & Anan. in cap. postulasti de homicidio, quos refert, & sequitur Genuens. in Praxi Curiæ Archiepisc. cap. 7. affirmans num. 2. valere statutum Episcopi, quod excommunicatus perseuerans in excommunicatione quolibet mense aliquid soluat ex Hostiens. in cap. ad aures de simonia, cuius opinioni communiter ibidem adhærent Doctor. vt scribit Felyn. in cap. irrefragabili, §. cæterum de officio ordinarij Roman. singul. 359.

Quæ quidem Constitutio viget in hac Ciuitate Neapolis, nam per Curiam Archiepiscopalem solet
3 contra excommunicatum decerni, vt perseuerans in excommunicatione per mensis spatium soluere debeat carolenos duos, taliter quòd ob contumaciam contractam solet aliquando impediri absolutio non soluta dicta pœna, quæ applicatur locis pijs, licet pluries de honestate soleat impertiri absolutio, & imponi excommunicato, vt soluat aliquid alicui Ecclesiæ, vel hospitali, & pio loco.

Et in eadem Curia Archiepiscopali practicatur,
4 quod quando aliquis excommunicatur, antequam absolutio ei impertiatur, solet eidem fieri præceptum cum idonea cautione, quod contineat se domi, nec cum alijs familiaritatem habeat quousque fuerit absolutus taliter quod in casu contrauentionis instante Fisco pœna imposita exigitur.

Quæ praxis in maxima Matris Ecclesiæ pietate videtur esse fundata, ad hoc vt excommunicatus videndo se à commercio fidelium segregatum quam citius resipiscat, & à tam pessimo malo resurgat, & ad eãdem Matrem Ecclesiam reuertatur, omnibus enim medijs Superiores Ecclesiastici vti debent tanquam Pastores, vt ouis errans ad suum ouile redeat, & in
5 hoc casu omnes apices Iuris sunt prætermittendi dũ agitur de fauore animæ iuxta ea quæ tradit Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ causæ priuileg. 164. & post eũ Ceuall. quæst. commun. contra commun. q. 71. quos refert, & sequitur Nouarius in suo vtili tract. de priuilegijs miserabilium personarum priuileg. 23. num. 6.
6 vbi ideò rationabiliter firmat leges pœnales, quę subditorum animę consulunt fauorabiles esse censendas, & extendi debere ex Couarr. de sponsal. par. 2. cap. 6. num. 12. Sanchez de matrim. lib. 1. disput. 39. num. 5. Vndè per modum prouisionis ad finem retrahendi subditos à malo licet Prælatis aliquibus vti remedijs extraordinarijs, cum ad salutem animarum illa præcipuè tendant; non debent enim permittere Superiores, vt Christiani mediante excommunicatione
7 participent cum diabolo in incendio ignis æterni, vt per Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 41. num. 3. & sequ. Quid enim est aliud excommunicatus, nisi membrum diaboli extra Ecclesiam deiectus, vt ex cap. omnis Christianus 11. qu. 3. & cap. multi 2. quæst. 1. firmat Nouarius de elect. Fori quæst. 33. num. 2. sect. 2. in antiqua impress. vndè omnia remedia Ecclesiasticis pro hoc damno reparando debent concedi, nec est disputandum de eorum potestate in similibus.

RESOLVT. LXIV.

1 *Tempora non coniunguntur in materia excommunicationis.*
2 *Tempora non coniunguntur in emphyteusi ad finem priuationis.*
3 *In pœnis tempora non vniuntur.*

Pœna solita imponi contra insordescentem in excommunicatione per mensem, an habeat locum quoties mensis non est constitutus.

PRaxis ista Curiarum Ecclesiasticarum, & præcipuè Tribunalis Curiæ Archiepiscopalis Neapolis in imponendo pœnam supradictam contra insordescentes per mensem in excommunicatione, vt quãcitius resurgant, & Ecclesiam amplectantur, tunc viget vbi per mensem continuatum quis insordescit in excommunicatione, taliter quod debet esse continuatus, nec sufficeret si quis steterit semel per quindecim dies in excommunicatione, & postea obtenta absolutione cum reincidentia post absolutionem stet per alios dies quindecim.

1 Cuius resolutionis ratio est euidens, nam in hac materia tempora minimè coniunguntur, Io. Andr. in cap. cum contumacia, & ibi Archidiacon. & Gemin. n. 10. & Franc. num. 2. de hæret. in 6. Rebuff. in cap. postulastis num. 252. de cler. excom. ministrant. Serafin. decis. 1285. num. 5. Rota in vna Segobien. Insordescentiæ 5. Iunij 1598. coram R. P. Alexandrino, & aliàs in Oscen. Archidiaconatus Veneris 16. Maij 1603. coram Eminentissimo Cardinali Lancelloto Iuniore, quæ est registrata post secundum lib. Consiliorum Farinacc. decis. 196. n. 5.

Facit pro corroboratione, quia simile videmus in
2 emphiteusi, in qua ad effectum priuationis ob non solutionem canonis in tempore factam tempora non coniunguntur Soccin. sen. cons. 118. n. 6. & seq. lib.
3 Item, quia id est regulare in quacumque pœna, vt tempora non coniungantur, vt per Nauarr. cons. 34. n. 2. & cons. 36. n. 1. in fin. de Regular.

RE-

RESOLVT. LXV.

1 *Contemnere excommunicationem non dicitur omnis, qui illi non obedit.*
2 *Contemptus excommunicationis ex coniecturis probatur.*
3 *Quænam requirantur, vt quis per insordescentiam per mensem in excommunicatione possit puniri, & n.4.*
5 *Perseuerare in excommunicatione quando quis non dicatur, & n.7. & 9.*
6 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
8 *Impedimentum æquiparatur impossibilitati.*

Insordescens per mensem in excommunicatione, vt puniri possit, An requiratur perseuerantia cum animi pertinacia.

NOtatu dignum est, & aduertere cuilibet conuenit, quod non omnis qui non obedit sententiæ
1 excommunicationis dicitur per hoc illam spernere, vt docet Dominicus in cap. de libello 20. dist. quem refert, & sequitur Genuens. in praxi cur. Archiep. cap. 7.
2 sub n.4. vbi quod contemptus ex coniecturis percipi potest ex Felyn. in c. si quis de maiorit. & obed.
3 Vndè vt ad articuli resolutionem deueniamus; ad finem, vt insordescens per mensem possit puniri solita pœna requiritur quod sit perseuerantia cum animi pertinacia, quæ includat cõtemptum clauium ad textum in cap. bonæ de ætat. & qualit. cap. cum contumac. de hæret. in 6. Cardin. in cap. cum excommunicamus, §. qui autem in fine de hæretic. Signorel. consil. 33. num. 10. Soccin. in cap. sacris num. 491. de sent. excommun. Rota in Oscen. Archidiaconatus 4. Maij 1607. coram Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Pamphilio meo Domino obseruandissimo, vt in recollect. per Farinac. decis. 132. num. 7. par. 1. in nouiss. impress.
4 Hinc inoleuit praxis, quod ad effectum docendi de insordescentia opus est docere in primis excommunicatum habuisse notitiam excommunicationis, alias absque notitia non potest dari contumacia, & per cõsequens non potest dari contemptus, vt voluit Rota, in alia Oscen. Archidiaconatus 11. Iunij 1692. coram Eminentissimo Cardinali Lancelloto impress. apud secundum lib. Farinacc. decis. 181. num. 2. vbi recensetur praxis probandi notitiam ad effectum insordescentiæ.

Item infertur, quod is qui intra mensem instetit pro absolutione non potest dici, quod perseuerauerit in excommunicatione per mensem Rebuff. in c. postulastis num. 256. de cleric. excommun. ministrant. Franc. Gemin. & Io. Andr. in cap. cum contumacia de hæret. in 6.

Vnde Rota voluit non posse dici perseuerasse in excommunicatione cum qui petijt absolutionem, & obtinuit supplicationem signari quamuis deinde eam non expedierit, vt in Oscen. Archidiaconatus 16. Maij 1603. coram Eminentissimo Cardinali Lancelloto, vbi excommunicatus obtinuerat signari supplicationem super absolutione, sed eam postea non recuperauerat ab officio componẽdarum, sufficit enim petere absolutionem ad hoc ne dicatur contemnere excommunicationem, Hostiens. in cap. grauem de pœnis, Ancharan. ibidem num. 1. Card. num. 1. Butr. num. 5. Abb. num. 3. quod procedit etiam si eam non expedierit ex simplici mutatione voluntatis, quia semper verum erit quod pro eo tempore quo petijt non potest dici perseuerasse in excommunicatione ex quo cessauit contumacia, & contemptus sine quibus non datur insordescentia, Rota in dicta Oscen. coram D. Cardinali Lancelloto in fine. Et habet locum etiam si post petitam absolutionem excommunicatus fecerit alios actus illicitos, & damnosos, nam isti operantur, vt de nouo dicatur excommunicatus non autem, quod tollatur actus præcedens petitæ absolutionis etiamsi fuerit simulatè petita, nam nisi hoc euidenter, & necessariò probetur sufficit actus exterior petitæ absolutionis ab habente potestatem eam concedendi Rota loco citato, & hoc quia Ecclesia
6 non iudicat de occultis, sed solum Deus scrutator est cordium cap. vnico, vbi Ecclesiast. beneficium sine diminut. confer. & quia paria sunt pœnitere, & habere signa contritionis, vt notat Genuens. in cap. superno num. 20. de hæretic. lib. 6. & demum prædicta citra vllam controuersiam procedunt in casu in quo absolutio non fuit expedita ex aliquo impedimento voluti, quia propter paupertatem non potuit soluere componendam, vel ob aliam similem causam, nam propter impotentiam esset excusandus, Oldradus consil. 277. Signorell. cons. 33. num. 1. sentit Cardin. in cap. excommunic. §. qui autem ad finem de hæreticis quos in hac specie probat Rota loco cit. n.4.
7 Et ex his etiam venit dicendum quod non potest dici contraxisse insordescentiam eum qui aliquo impedimento impeditus non potuit comparere, Ghirlandus in tract. de hæretic. qu. 12. post num. 4. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crim. canon. c. 116. num. 12. versic. Imò, & quod existimo, Couarr. in dicto cap. Alma Mater par. 1. §. 7. num. 11. vers. deinde apparet: si quidem stante impedimento cessat præsumptio cõtemptus cum is dicatur contemnere qui spernit potestatem Iudicis, aut legis quod si ex aliqua causa etiam iniusta non obtemperat, non dicitur contemnere: Glos. in cap. Metropolitanum 2. quæst. 7. Calder. cons. 4. de sent. excomm. latè Couarr. in c. Alma mater par. 1. §. 7. num. 6. de sent. excomm. plenè Decian. cons. 14. lib. 3. impedimentum enim æquiparatur impossibilitati, Nouarius forens. qu. 40. num. 14. lib. 1. & impeditus legitimè excusatur, nec incidit in pœnam, vt probat idem forens. q. 69. n. 18. cod. lib. 1.
9 Et hinc nõ potest dici perseuerasse in excommunicatione, & consequenter contraxisse insordescentiam eum qui fecit diligentias pro obtinenda absolutione, nec obtinere potuit, quia diligentia obtinendi absolutionem contemptum excludit cap. pastoralis, §. verum, vbi glos. de appell. Cæpoll. cautel. 96. sub n. 3.

RESOLVT. LXVI.

1 *Mensis insordescentiæ currit à die declarationis, & quando secus, num. 3.*
2 *Contumaciæ timor, & clauium contemptus incipit à declaratione.*
4 *Notorium releuat ab onere probandi.*
In notorijs receditur à regulis iuris, ibid.
5 *Exceptiones notoriæ non censentur reiectæ per statutum.*

Insordescentia mensalis, an incipiat à die incursæ excommunicationis, vel à die declarationis.

EST animaduertendum summopere, quod tunc excommunicatus potest dici insordescere per mẽsem in excommunicatione, quoties fuerit declaratus excommunicatus ab homine in casu quo excommunicatio ipso iure incurritur, non præcedente autem sententia excommunicationis, vel excommunicationis declaratione in casu prædicto non potest condemnari.
1 Taliter quod mensis persistentiæ in excommunicatione incipit currere non à die incursæ excommunicationis, sed à die declarationis, seu ab illo tempore in quo expressè nominatim fuit declaratus excommunicatus, prout & ita seruatur in Curijs Ecclesiasticis,

sticis, & reminiscor practicari in curia Archiepiscopali Neapolitana.

Cuius conclusionis, & practicæ ratio est clara, quia tunc incipit contumaciæ timor, seù clauium contemptus, vt latè hanc probat sententiam Alber. in rubr. de benef. q. 13. num. 35.

3 Declarat tamen idem hanc prædictam opinionem non habere locum quoties quis esset notoriè excommunicatus, quia tũc dicit ipse quod annus incipit currere à notorietate excommunicationis absque alia declaratoria, quando de tali notorietate euidenter, & realiter constat ea forsitan ratione, quia ratione
4 notorij multa concedantur, quæ aliàs denegantur, & ideò illud releuare ab onere probandi latius probat Mascard. de probat. conclus. 1108. & notorium non subiacet regulis iuris, Nouarius in tract. de elect. fori quæst. 19. num. 20. sect. 1. in vltima impressione Neapolitana, vbi allegat Paris. consil. 1. num. 37. volum. 1. Bursatt. consil. 225. num. 12. lib. 2. Rimin. Iun. consil. 16. num. 29. vol. 4. quos allegauit etiam Graff. in tract. de except. cap. 5. num. 3. vbi scribit statutum reijciens omnes exceptiones non censeri reijcere notorias, & manifestas ex Abb. consil. 4. lib. 1. Dec. consil. 49. num. 2. & Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 48. num. 2.

RESOLVT. LXVII.

1 *Mensium computatio fit, prout ipsi menses collocantur.*
2 *Mensis appellatio vbi fit intelligitur de triginta diebus.*
3 *Menses duo concessi in edicto ædilitio sexaginta dierum sunt.*
4 *Quod tempus detur ad inuentarium inchoandum, & ad illud perficiendum.*
5 *L. quinquaginta ff. de excus. tut. declaratur.*
6 *Mensis cum fit mentio in dubio relatione ad principium mensis habita, de quo mense intelligatur.*
7 *Mensis vtilis quis nam sit.*

Mensis quot diebus constare debeat, vt insordescentia mensalis in excommunicatione dari legitimè possit.

1 MEnsium computatio fieri debet, prout ipsi menses collocantur, & iacent per totum circulum anni, siue quilibet mensis habeat 30. dies, siue plus, siue minus glos. verbo mensem in cap. quam sit 6. de elect. lib. 6. glos. fin. in l. 2. ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus Cardin. in clem. 1. §. secus num. 2. de præb. & clem. causam quæ num. 13. de elect. Rebuff. in concordata in rubr. de collationibus, §. præfati ordinarij in glossa verbo sequentibus mensibus, Dec. in l. vbi lex num. 1. Cagnol. ibi num. 2. de regulis iuris, Ruin. consil. 61. num. 37. lib. 3. Alexander in l. de diuisione num. 4. ff. solut. matrimon. Staphil. de litteris gratiæ, tit. de vi, & potestate clausularum, §. 3. principaliter num. 2.

Quamuis alias absolutè fiat mentio mensis intelli-
2 gatur de mense triginta dierum, quia tot diebus Luna in coitu Solis remoratur ad suas vices redit cursumque conficit text. in l. final. §. sin autem dubius iuncto §. simili modo, & §. donec tamen, C. de iure deliberandi, l. si venditor, ff. de ædilitio ædicto, l. ædiles aiunt, §. eod. tit. l. vbi lex 101. ff. de regul. iur. Alex. consil. 114. visa scriptur. numer. 13. lib. 5. Soccin. in reg. 260. per totam, Gomez. in §. rursus num. 35. instit. de actionib. Dec. num. 2. Cagnol. num. 1. in d. l. vbi lex. Tiraqu. de vtroque retractu §. 1. glos. 11. num. 1. & 9. Puteus decis. 442. vacauit num. 5. & per totam lib. 2.

Sed quia Bald. in cap. licet de supplend. negligentia Prælat. & Signorol. consil. 38. diuersas Doct. in hoc articulo reportant opiniones, idcò pro vera resolutione nonnullos casus constituere censui.

3 Quorum primus est, cum in iure est, vel ex verbis, aut ex mente expressum de quo mense agatur, & in tali casu cum in claris versemur nulla cadit dubitatio, Soccin. in cap. sacro num. 240. de sentent. excommun. de quo habemus exemplum in ædilitio ædicto quo iudicium redhibitorium intra duos menses conceditur l. si venditor ff. de ædil. ædict. quos duos menses esse dies sexaginta ostendit Iurisconsultus in l. ædi-
5 les aiunt in princip. ff. eodem tit. & datur aliud exemplum in l. vlt. §. similitudo, & in §. donec tamen C. de iure deliber. quo loco statuit Iustinianus tempus mensis ad inuentarium inchoandum qui sanè menses 30. dierum pro singulis erunt, vt ipsemet Imper. ostendit in illa ipsa l. vlt. §. fin autem dubius est.

5 Alius est casus cum in dubijs versamur, & mensis simpliciter, ac absolutè fit mentio non habita relatione ad principium, vel finem ipsius mensis, vt aliqua iuris loca aliquando annotaui vnum, in l. quinquaginta, ff. de excus. tut. alterum in l. pen. C. de fideiuss. & in cap. 1. quo tempore miles in vsib. feud. vbi Bald. hoc in casu intelligunt nostri Interpretes mensem esse dierum triginta tantum hanc probauit opin. Gemin. in cap. quam sit in verbo mense de elect. in 6. Bal. in leg. eos, §. sin autem propè, §. C. de app. & clarius in cap. licet, vbi Butr. de suppl. negl. Prælat. Alex. consil. 114. num. 12. lib. 5. Soc. tract. fall. reg. 260. Dec. in leg. vbi lex num. 2. vers. 2. conclus. de regul. iur. & ibi Cagnol. num. 1. Gomez. §. rursus num. 35. Instit. de Act. Alc. in l. cum bissextus in fin. de verb. sign. solet ad ferri d. l. vlt. §. 1. cum §. sin autem dubius, C. de iure deliber. qui tamen non in casu dubio, sed in claro loquitur.

6 Alius est casus cum sumus in dubio, sed mensis fit mentio habita relatione ad principium illius mensis in quo actus fit, vt si die 13. Augusti, qui mensis vnum, & triginta habet detur dilatio per mensem qua die illa sumat initium finietur die 13. Septemb. atque ita is mensis erit dierum triginta vnius ex quo Augustus triginta vnum habet si verò dilatio sumit initium à die 25. Septemb. finem recipiet die 23. Octobr. & ita mensis erit 30. dierum cum Septemb. habeat solum dies 30. hanc opinionem probauit glos. in c. quam sit de elect. in 6. quam crebrius sequuti sunt interpretes nostri, ita Io. Andr. quem refert Marian. Socc. sen. in cap. sacro num. 248. de sent. excomm. qui testatur hìc esse commun. opin. Bar. in l. cum bissextus, vbi Alciat. de verb. sign. Bal. & Imol. in l. de diuisione, vbi etiam Alex. num. 4. communem hanc esse testatur, ff. solut. matrimon. Idem Alex. in l. vlt. in princip. num. 6. in fine, C. de iure deliber. & cons. 42. num. 4. lib. 3. Curt. sen. in tract. de Iurepatronat. in verb. honorificum, num. 6. Socc. sen. cons. 99. col. 1. lib. 3. & in tract. fallent. reg. 260. fallen. 2. & Ruin. quia in indiuiduo eiusdem casus consuluit cum Socc. relato consil. 61. n. 37. lib. 5. Decius l. vbi lex num. 1. de regul. iur. & ibi Cagnol. num. 2. Staphil. tract. de litteris gratiæ, & iustitiæ, in tit. de vi, & effectu clausularum in verb. successiuè num. 14. quidem esse ait de mense dato ad acceptandum sic, & nouem, Sanchez in tract. de matrim. lib. 2. disput. 22. qu. 4. num. 15. qui declarat quomodo dies computentur præsertim anno bissextili: adducuntur ex cap. licet de suppl. neglig. præl. quod non explicat, de quo mense intelligatur q[illegible]ctque diebus cõstet minus ad rem confert l. 2. ff. de diuers. & tempor. præscript. in quo de mense ne verbum quidem text. autem l. 2. §. 1. C. de tempor. appell. vt iam retulimus in casu claro loquitur rectius; itaque probari videtur in l. vbi lex ff. de reg. iur. quamquam Bald. in l. eos, §. sin autem, C. de tempor. appell. & Dec. in d. l. vbi dixerit

xerit non ex iure, sed ex benignitate potius procedere quemadmodum in fauorabilibus intellexit Alciat. in d. l. cum bissextus.

7 Alius est casus, & vltimus cum de mense vtili agitur hoc est sublatis feriis quo in casu docuit Dec. in d. l. vbi lex, & ibi Cagnol. n. 1. post Alexand. cons. 114. num. 12. lib. 5. mensem esse dierum triginta qui quidem Alex. adducit Bald. Auctor. in dict. l. eos, §. sin autem, C. de appellat.

PRAXIS EXAMINIS, & Examinatorum.

RESOLVT. LXVIII.

1 *Opinio Innocentij circa scientiam promouendi ad beneficium simplex.*
2 *Officium examinatoris est benè cuncta rimari.*
3 *Aequitas præfertur rigori.*
4 *Proximo est opitulandum absque detrimento. Ad officium non est assumendus, qui illud exercere laudabiliter non potest.*
5 *Ordinatus sacris ordinibus præsumitur habilis ad beneficia simplicia.*

Approbatus ad ordines maiores, an sit examinandus, si fuit eidem de nouo collatum beneficium.

1 INnocentius in c. cum in cunctis num. 1. Hostiens. num. 15. ad finem, Ioannes Andreas num. 12. Butr. num. 11. Abb. d. num. 4. Bonifacius, Vitalinus, in clem. num. 46. de ætate, & qualitate tenent remittendum esse arbitrio Iudicis, quæ scientia requiratur in beneficijs simplicibus.

Qui quidem Iudex dicitur superior, vel à superiore destinatus, qui solet vocari examinator, cuius offi-
2 cium est cuncta benè rimari; habere oculos ad regiones, ad personarum qualitates, & similia, quæ possunt alterare, minuere iudicium, & arbitrium Iudicis, & boni viri, & in dubio semper ad mitiorem partem in-
3 clinare, æquitas enim præferri debet rigori, maximè quando ex æquitate euitatur reprobatio, quæ solet inducere turpitudinem, sapit inquam odiositatem reprobatio, & ideò restringi debet charitatiuo tamen modo ad possibile, vt melius potest, absque tamen animæ periculo, quia non est honestum, nec licet ap-
4 probare vnum, qui non meretur, & est indignus approbatione, debemus enim proximo opitulari sine damno animæ nostræ, & ad euitandum vnum malum non debemus aliud forsitan peius committere, nemo
5 inquam est assumendus ad officium, & munus quod laudabiliter, & rectè iuxta humanas vires gerere non potest aliàs eligens peccaret, iuxta illud, mala electio est in culpa, nisi tamen cessaret dolus ex parte approbantis, puta, quia ipse iudicaret ipsum habilem, quia tunc cum deficiat dolus, desinit quoque & culpa, nec potest considerari crimen, & consequenter cessat quòque pœna, quæ solet sequi suos auctores dolosos.

Quibus sic præmissis, & suppositis deueniendo ad resolutionem articuli, qui fuit quandoque in varijs factis & cõtingentijs propositus, & præcipuè dum casus accidisset in Ciuitate Nolæ affirmo, quòd ipso, quòd aliquis est admissus, & ordinatus sacris Ordinibus, præsumitur habilis, & idoneus ad beneficia simplicia, ita vt nouo examine opus non sit cap. accipimus 13. de ætate, & qualitate ibi; Quos à te vel prædecessoribus tuis ordinatus fuisse constaret; eò præsertim, quò ad obtinendum beneficium debes idoneos reputare, quos ad ordines suscepisti, & notat ibi Hostiens. num. 12. Io. Andr. num. 13. Butr. num. 8. 12. Abb. n. 3. & 6. idem Abb. in cap. fin. num. 5. de præsumptionibus, & Felynus ibi num. 1. in fine, Lambertinus de Iurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. 10. art. 2. num. 5. Rebuff. in praxi titul. de rescript. in forma communi pauperum num. 11. Boerius decis. 149. num. 16. Verallus decis. 367. par. 2. per totam Rota decis. 16. num. 1. par. 2. diuersorum; Neque Concilium Trident. sess. 14. cap. 3. de reformat. aliquid disposuit, vt censuit Sacra Congregatio super illius Canonis declaratione, dum dixit (Episcopus non potest examinare promotos à suo antecessore, nisi post promotionem aliqua noua causa superuenerit, vt in cap. accepimus de ætate, & qualitate) & iterum Congregatio censuit non comprehendi examinatos, & promotos ad sacros Ordines à prædecessoribus Episcopi, nisi noua causa post promotionem superueniat.

RESOLVT. LXIX.

1 *Idoneus quisque præsumitur ad beneficium, licet idoneitas sit probanda num. 3.*
2 *Notoriè literatus non examinatur.*

An notoriè literatus, seu idoneus examinari debeat in assecutione beneficij.

1 REgulariter in dubio vnusquisque præsumitur idoneus ad beneficium obtinendum, cap. finali de præsumptionibus, vbi post omnes latè Felynus a n. 1. vers. in textu ibi præsumatur idoneus cum numeris sequentibus, Lambertin. de iurepatr. lib. 2. par. 1. qu. 10. art. 2. à num. 1. & per totum, Alciat. de præsumptionibus regula 3. præsumptione 3. Mascard. de probationibus conclus. 878. idoneus quis præsumatur in dubio per totam illam quæstionem, Parisius de resignatione lib. 10. quæst. 3. à num. 54. vsque ad finem, Menochius de præsumptionibus lib. 6. præsumptione
2 91. per totum, vbi multipliciter distinguunt, & declarant: Verùm sunt qui tenent notorium literatum non esse examinandum per text. in cap. qui Episcopus iuncta gl. 2. 23. dist. cap. nullus 24. dist. & ibi glos. vnica, Felinus post alios in cap. finali num. 28. plura cumulans de præsumptionibus, Dec. per text. ibi in cap. constitutis 46. num. 3. notab. 4. de appellationibus, Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. par. 1. quæst. final. art. 3. num. 1. Lopez in leg. 15. tit. 16. partita prima in glos. 1. latè per Mandosium in regula 24. de malè promotis quæst. 3. num. 4. verùm in contrarium in casu mihi proposito censui; nam licet vnusquisque præsumatur habilis ad obtinenda beneficia Ecclesiastica,
3 tamen præsens idoneitas est probanda, siuè sit extrinseca, siuè intrinseca, nam ex quo aliquis petit sibi conferri beneficium, tenetur se esse idoneum ostendere, ita vt non sufficiat in hoc casu præsumptio naturæ, vt per Gomez. post alios in tractatu de expectatiuis num. 79. versic. nec sufficit in hoc casu præsumptio naturæ, & num. 80. ideoque in Curia vulgatissima praxis est, vt prouisus per obitum, vel alio quouis modo, postquam supplicatio est signata in forma gratiosa, antequam mittatur ad registrum, & sit locus litterarum expeditioni, examinantur summariè testes super idoneitate, scilicet vita, & moribus, natalibus, & ætate, & deinde subsequuta approbatione quò ad scientiam relaxatur supplicatio, & registratur, & fit expeditio litterarum: Si verò prouisio fit in forma dignum, hoc est quòd Papa non confert beneficium, sed committit Ordinario facultatem conferendi expeditis litteris in forma dignum, & presentatis coram Iudice Commissario illarum executore, similiter coram illo recipitur informatio de vita, & moribus, & alijs supradictis, & testes desuper examinantur, & sic narratiua litterarum verificatur, ac

deniq;

deniq; beneficium illi confertur, præsertim si agatur de præiudicio tertij, veluti de excludendo aliquo intruso in beneficio, vt tradit Abb. in c. cum in iure sub nu. 2. versic. item cum agitur de offic. delegati, Fely. in dict. cap. fin. de præsumptionibus nu. 12. vers. fallit primo Mascard. de probat. d. conclus. 878. nu. 5.: quando autem quis possidet beneficium, & vti reus cõuenitur, ac molestatur, non solum non tenetur probare idoneitatem suam intrinsecam, nec extrinsecam, sed neque narratiuam suæ gratiæ Apostolicæ verificare tenetur, nam commodum possessionis hunc effectum producit, vt per text. in §. commodum instituit. de interdictis. tradunt Mohedan. decis. 7. de præsumptionibus, & decis. 20. & 24. de præbendis, Puteus decis. 24. nu. 14. & decis. 330. lib. 1. & decis. 198. ante num. 1. & decis. 443. nu. 1. & 2. lib. 2. Achilles de Grassis decis. 2. & decis. 17. de probationibus vide in proposito plenissimè per Mascardum de probationibus conclus. 1200. per totam.

RESOLVT. LXX.

1 *Doctoratus, seu approbatus vlterius approbari, & examinari non debet, & de ratione num. 2. & 3.*

4 *Vniuersitates iniuria afficerentur; si ab eis examinati, nouo examini subicerentur.*

5 *Approbatus ad beneficium simplex curatum, vel cum dignitate non est iterum examinandus pro alio simili.*

6 *Doctoratus à Comite Palatino, an præferatur alteri in publico gymnasio creato, & quid de doctorato in iure canonico tantum, & in vtroque nu. 7. & quid de Theologo, vel magis literato.*

9 *Licentiatus vti fictè doctoratus non præfertur verè graduato.*

Graduati, seu doctorati in aliqua scientia, an debeant examinari si præsententur ad aliquod Iuspatronatus.

VIdetur negatiuè resoluendum ex doctrina Bartoli in l. 2. ff. de accusat. tutor. vbi semel approbatus, amplius examinari non debet, allegat text. in cap. certum de regulis iuris in 6. vbi id, quod est certum,
1 vlterius certiorari non debet, & denunciato alia denunciatio fieri non debet l. qui ergo §. denunciasse, ff.
2 ad l. Iuliam de adulterijs, nec præsens in iudicio est citandus, cum per eius præsentiam præsumatur habuisse notitiam eius, quod agitur Iaffred. dec. 370.
3 Et in graduatis, quòd excusentur ab examine, ex quo iam sunt examinati, & approbati ab Vniuersitatibus ne fiat iniuria ipsis Vniuersitatibus, tradit Rebuff. in praxi titulo de rescripto in forma pauperum pro graduatis nu. 3. & 4. & de priuilegijs Scholarium priuilegio 86. per totum.
4 Præterea in Curia seruari videmus, quòd semel examinatus, & approbatus ad vnum beneficium simplex, non amplius examinatur ad aliud simile; idem est si semel sit approbatus ad Canonicatum, vel dignitatem in Collegiata, nam non amplius examinatur ad similem Canonicatum, vel dignitatem in alia Collegiata; similiter semel approbatus ad Curatum, vel Canonicatum, vel dignitatem in Cathedrali, non vltra examinatur ad simile, vel similem.

Intellige hanc conclusionem procedere vbicumque graduati sint idonei, & sciant se exercere in officio, & dignitate, in qua graduantur, cum iura loquentia de personis loquantur de idoneis ad text. in l. graduatim in princ. ff. de muneribus, & honor. glos. in l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. & ita in terminis aduertit Alphons.
6 Sot. in regula Cancellariæ nu. 6. vbi propterea infert, quod si Doctor concurrat creatus a Comite Palatino, non debet præferri Doctori, vel Scholari in publico Gymnasio, & Vniuersitate creato, iuxta ea, quæ
7 probauit Notarius fors. quæst. 147. lib. 1. Prout etiã si concurant doctoratus in iure Canonico tantum, & doctoratus in vtroque iure, vel iure Canonico, & in
8 Theologia, præferri debet iste tanquam magis graduatus; sic etiam si concurrat magis literatus; & licet licẽtiatus in fauorabilibus habeatur pro Doctore, Felin. in c. Clericis de Iudic. Gabriel. concl. 1. de maior. & obed. Tamen non per hoc erit præferendus Doctorato, qui rei veritate est graduatus, & non fictè, prout licentiatus ex plenè congestis per nos in praxi resol. 667. par. 2. à nu. 3. cum seqq.; Vnde magis litteratum præferendum esse determinauit Rota apud Farin. decis. 677. in nouissimis, & maiori habilitate præditum, veluti prudentia integritate, & maioritate; dicit eadem Rota apud eumdem decis. 678.

RESOLVT. LXXI.

1 *Sacerdos etiam regularis, vt regularium confessiones audire valeat, quæ requirantur.*

2 *Approbatio Episcopi an requiratur, quod in scriptis interueniat.*

3 *Regulares semel approbati ad audiendam confessionem possunt iterum examinari à successore Episcop. & refertur decisio, num. 4.*

5 *Prælatus successor semel approbatus, non idoneos reperiendo reicere potest, existente tamen causa, illaque cognita, & refertur decisio Congregationis nu. 6.*

7 *Approbatus ab vno Episcopo non censetur approbatus in diœcesi aliorum.*

Regulares semel ab Episcopis examinati ad audiendas confessiones, an & quando iterum examinari possint.

1 REgulariter nullus Sacerdos, etiam regularis, potest Confessiones sæcularium etiam Sacerdotũ audire, nec ad id idoneus reputatur, nisi aut parochiale beneficium habeat, vel ab Episcopis per examen idoneus iudicetur, ita Sacr. Concil. Trident. sess. 23. c. 15.; adeò, quòd vt Sacerdos validè administret pœnitentiæ Sacramentum laicis, aut Clericis, debet esse per examen, aut alia ratione approbatus ab Episcopo habente subditos, quam approbationem necesse est fieri ab Episcopo illius loci, in quo exercetur Sacramentum pœnitentiæ, vt constat ex Nauar. in manuali c. 27. n. 766. Vgolin. de potest. Episc. c. 7. §. 2. nu. 8. Guttier. canon. quæst. lib. 1. c. 27. n. 6. Gambacurta de casi-
2 bus reseru. c. 2. n. 30. quæ approbatio nõ est necesse, vt fiat in scriptis, sed sufficit, quod voce habeatur, nam scriptura non est de necessitate gratiæ, & ita tutantur Reginald. in praxi fori pœnitential. lib. 1. num. 198. & Graff. decis. aur. c. 13. nu. 51. par. 1. lib. 1. quibus prædictis suppositis; Respondi in casu occurenti regulares semel ab Episcopo examinatos ad audiendam Chri-
3 sti fidelium confessionem, non posse iterum examinari ex Bulla Pij V. incip. Romani Pontificis edita de anno 1571. innouando Bullam Leon. X. incip. dum intra mensis arcana, vbi tamen mandauit eos, qui semel ab Episcopis in Ciuitatibus, & diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab ijsdem iterum examinari non posse, licet a successoribus pro maiori conscientiæ quiete examinari de nouo possint; & adeo vera est supradictæ Bullæ dispositio, vt illam non fuisse reuocatam per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos Concilij Trident. factam, reperio declarasse Sacram Congregationem, vt infra, *Congregatio Concilii censuit regulares ad audiendas in Ciuitate, & diœcesi sæcularium confessiones semel ab Episcopo præuio examine approbatos*
4

ab eodem Episcopo non esse examinandos: Cæterum à successore posse vtique examinari iuxta constitut. Pij V. datam 8. idus Augusti Pontificatus sui anno sexto, quæ à fel. record. Gregorij XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos Cõcilij Trid. limita supradictam principalem conclusionem posse successorem in Episcopatu aduocare etiã generatim singulos ad examen approbatos, quamuis simpliciter, & non idoneos repertos reijcere, prout etiã affirmarunt, Mirand. in suo manual. prælat. quæst. 45. art. 7. concl. vnica to. 1. Nouarius concl. 2. nu. 3. de confessione, vbi intelligit id existente causa, illaque cognita, & probata, nominatimque facta, ita vt neque generalis sufficiẽs sit reuocatio, pro qua opinione adducit declarationem Sacræ Congregationis, cuius tenor est; *Cum Sacræ Congregationi Cardinalium negotijs Episcoporum, & regularium propositorum innotuerit confessarios regulares grauiter conqueri, quod ab Archiepiscopis, Episcopis, locorumque ordinariis ab audiendis confessionibus quauis de causa discriminatim suspendantur, preterea sæpè contingere, vt ab eisdem Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis confessiones audiendi facultas adimatur: Illustrissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres rati vix fieri posse, vt hæc sine scandalo, magnaque animarum pernitie contingant, re maturè perpensa ad omnem scandali materiam submouendam, & quo magis spirituali piarum mentium consolationi consulatur, statuunt, ac decernunt Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ad quos confessarios approbandi ius spectat, confessarios regulares alias ab ipsis libere approbatos, ab audiendis confessionibus suspendere posthac minimè licere, nisi ex noua causa, eaq; ad confessiones ipsas pertinentes, aut ob non seruatum interdictum ab ipsis Ordinariis positum: statuunt insuper eosdem Archiepiscopos, Episcopos, locorumque Ordinarios confessiones audiendi facultatem omnibus simul vnius conuentus regularibus confessariis eadem Sacra Congregatione in cõsulta nullo pacto adimere posse, quod quidem decretum, vt iidem Illustrissimi Patres opportunum, & necessariũ duxerunt, ita inuiolabiliter iubent obseruari. Romæ 20. Nouembris 1615. A Mar. Epis. Hostiens. Card. Gallus V. Theatin. Secret.*

Limita 2. Religiosos approbatos ab vno Episcopo, 7 non propterea censeri approbatos in diœcesi aliorũ Episcoporum, Megal. par. 1. institut. confess. lib. 1. cap. 15. sub nu. 2. Molfes. in summa tract. 7. de pœnit. ca. 14. num. 67. tom. 1. quos adducit Nouarius cit. conclus. 2. num. 2. verbo qui ad probandum vtantur sequenti Sacræ Congregationis declaratione, Congregatio Concilij respondit approbatum ab alio, quam à Valentino Episcopo in diœcesi Valentina, non censeri approbatum ab ordinario, ita quòd regulares semel ab aliquo Antistite approbatos, extra eius diœcesim non posse audire peccata concludit cum Syluestr. in summa in verbo confessus l. 1. §. 14. Nauar. in manual. cap. 27. nu. 266. vers. 6. Viuald. in Candelab. aur. par. 2. tit. de absolut. nu. 50. Beneuent. de pœnitent. cap. 16. q. 3. dub. 2. Miranda in manual. prælat. quæst. 45. art. 8. conclus. vnica.

RESOLVT. LXXII.

1 *Approbatus semel, est examinandus, si examen fuerit assignatum pro forma.*
2 *Examen requiritur in concursu Parochialium etiam in Vicario Archidiacono, vel qualibet persona eminenti num. 3.*
4 *Examen requiritur in petente reintegrationẽ beneficii.*
5 *Felinus memoratur in materia examinis.*
6 *Forma omitti non potest.*

An quando examen requiritur pro forma, semel examinatus, vel notoriè litteratus, debeat iterum examinari.

1 SEmel approbatus examinari debet, quando examen est pro forma assignatum, nam tunc nullatenus omitti potest alias actus corrueret, quamuis promotus sit persona nota pro valdè litterata, benemerita, & famosa, Lambert. de iure patron. lib. 2. parte 1. quæst. 11. artic. 3. numer. 1. post princip. & numer. 2. Dec. consil. 90. num. 6. & consil. 262. num. 4. Paris. consil. 12. numer. 47. Tusc. de visit. lib. 2. capit. 5. num. 10. Mandos. super reg. canc. 24. quæst. 3. numer. 8. Rebuff. de priuileg. scholar. priuil. 86. versic. ego verò contrarium seruari; vbi dicit, quòd in vniuersitatibus, in quibus requiritur pro forma examen ad obtinendum gradum, quòd omitti non potest, quamuis examinãdus sit notoriè doctus; quo fit, vt in terminis Concil.
2 Trid. sect. 24. de reform. c. 18. de prouisione Parochialium, cum ibi requiratur pro forma examen per concursum necessariò fieri, vt sæpè censuit Sac. Congreg. Concil. dicens, Doctor, siue licentiatus in Theologia, siue Iure Canon. & in publica Vniuersitate graduatus, non excusatur ab examine quãdo petijt prouideri de
3 aliqua Ecclesia parochiali. Prout etiam, nec excusatur Vicarius Episcopi, nec Archidiaconus, vel pœnitentiarius, nec aliqua persona eminens quantumcumque, idonea, & in dignitate ecclesiastica constituta, vt etiã declarauit eadem sacra interpetrum Cõgregatio iuxta adducta per Paris. de resignat. lib. 8. quæst. 9. nu. 83. vsque ad 62. cum seqq. Et ita pariter fuit resolutum sæpè in Rota, & signanter in vna Calaguritana beneficij de Ornillos 12. Octobris 1587. coram Pamphilio, quòd cæptus beneficiari de beneficio simplici pa-
4 trimoniali, debet examinari pro obtinẽda reintegratione eiusdem beneficij, ex quo examen requiritur pro forma; præsertim stante constitutione, & proprio motu Sixti V. sub data 24. Septembris ann. 1586. super modo conferendi beneficia illius diœcesis Calaguritana; licet hodie per nouam cõstitutionem Sãctissimi D. N. Clementis VIII. emanatam sub die 28. Aprilis 1596. pro reintegratione non requiratur ita exactũ & rigorosum examen per cõcursum, sed sufficit simplex examẽ & approbatio ordinarij: Hinc est, quòd licet
5 quando Felinus fuit nominatus ad Auditoratum Sacræ Rotę ægrè ferret quòd deberet examinari, ex quo erat fama super ætera notus, & qui iura canonica tãto tempore legerat; tamen cum primum sciuit examen requiri pro forma, illi libenter se subiecit, vt per
6 Mandos. in d. regula 24. q ęst. 3. nu. 12. forma enim omitti non potest, quia alias actus efficitur vitiosus, & corruit ex latè adductis per Nouarium li. 1. quæst. forens. cap. 71.

RESOLVT. LXXIII.

1 *Examen pro forma requiritur in eo, qui per lõgum tempus intermisit studia, & de ratione.*
2 *Quæ de nouo emergunt nouo indigent auxilio.*
3 *Sacerdos indignè promotus ad ordines sacros potest repelli à Parochiali cura.*
4 *Sacerdos & si approbatus ad curam animarum à prædecessore Episcopo, potest à successore examinari.*
5 *Et quid eo non reperto idoneo.*
6 *In beneficio simplici qualificato, cum dignitate, &c. requiritur examen.*
7 *Idoneus ad sacros ordines quando censeatur absque examine idoneus ad beneficium simplex.*

Qui

Qui casus reperiantur, in quibus absque examine non admittendus est quis ad beneficium Ecclesiasticum.

1 IN nonnullis casibus admittitur quis ad beneficium ecclesiasticum absque examine; primum quando superuenit aliqua noua causa, vt puta, quia per longũ interuallum fecit intermissionem, seu diuersionem à studijs, & de hoc constaret, vel aliud simile accideret; quia tunc etiam si pro forma non requireretur examen, deberet examinari ratione nouæ causæ, vt insinuant desuper relatæ regulæ, nam ea, quæ de nouo
2 emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate §. ex causa ff. de interrogator. actionibus, cap. cæterum, & ibi glos. penultima de iuramento calumniæ, Caputaq. decis. 123. num. 6. part. 3. latè Romanus in l. si verò §. de viro n. 83. vbi cumulat 22. casus deuiantes à communibus regulis ratione nouitatis superuenientis, ff. soluto matrimonio.

Secundus est, quando constaret, quòd talis promotus ad ordines sacros fuit indignè promotus ad eos,
3 Oltrad. cons. 118. circa n. 1. vbi consuluit, quod si Episcopus ordinauit aliquem ad sacerdotium, & admisit eum successiuè ad duas parochiales curatas, potest cũ repellere quoad tertiam parochialem; si per diligentẽ inuestigationem reperierit esse indignum, etiam si dicta parochialis tertia nõ sit maioris curæ, sed æqualis, & minoris; sequuntur Ioan. Andr. Anchar. Butr. & alij relati per Felin. in cap. ex litteris nu. 7. de constit.

Tertius adducitur casus, quando ageretur de administratione Sacramentorum, vel cura animarum exer-
4 cenda, nam tunc præsbiter curam animarum exercens, vel Sacramenta ministrans, seu exercere, vel ministrare intendens, potest examinari ab Episcopo successore, licet ab antecessore fuerit approbatus, & si minus idoneus repertus fuerit, excludendus est, licet
5 rector non sit, & perpetuum titulum non habeat, & si titulum habuerit, potest suspendi, & coadiutor benemeritus illius expensis apponi, vt disponit Sac. Conc. Trid. sess. 21. c. 3. de reform. & sess. 14. de reform. c. 3.

6 Quartus affertur, & vltimus casus, quando beneficium simplex esset qualificatum, veluti dignitas sine cura, vel Canonicatu in Catedrali, vel collegiata, in quibus requiritur industria, & consilium, nam in hoc casu temperatur dispositio text. in ca. accepimus de ætat. & qualit. Lambert. de iur. patron. li. 2. p. 1. quæst. 10. artic. 2. verfic. tertio adduco. Menoch. præsumpt. 91. numer. 21. de præsumpt. lib. 6. ex quo euenit, vt id,
7 quod inquit Nauarr. in cons. 2. de præben. quòd idoneus reputatus ad sacros ordines, non ideo reputatur idoneus ad beneficium simplex, sed tenetur se iterum examini subijcere, quòd est intelligendum quando versaremur in aliquo ex supradictis casibus, nam aliter minus tutus detegeretur.

RESOLVT. LXXIV.

1 *Dispositio Bullæ Sixti V. quod in beneficijs nullus admittatur absque examine.*
2 *Quid in cæpto beneficiari.*

An per Sacrum Concilium Tridentinum sit sublatum illud, quod communiter per Doctores traditur semel examinatum, non esse amplius examinandum.

IN casu mihi occurrenti respondi affirmatiuè ex decis. Rotæ in vna Calaguritana iuris ascendendi 28. Iulij 1599. coram Illustrissimo Seraphino, cuius tenor est. *Domini censuerunt clericos cæptos beneficiari, comprehendi sub indulto fel. record. Sixti V. cum enim disponat, vt quotiescumque vocabunt beneficia, integra, dimi-*

1 *dia, seu quarta, aut aliàs quomodolibet nuncupata patrimonialibus, & naturalibus filijs concedi solita, nullus admittatur, & recipiatur, nisi præuio examine:* hæc verba videntur clarissima, nam si pro assecutione vnius præmissorum voluit id obseruari, satis clarè etiam videtur voluisse, vt ascendentes eidem examini subijcerentur attenta consuetudine, & statutis Ecclesiarum diœcesis, in quibus introductus est assensus, aliàs dispositio respectu dimidiorum, & integrum beneficiorum remanerent sine effectu, quia semper quarti, aut dimidij prætenderent talia sibi deberi; nec potest dici in singularibus Ecclesijs quibusdam posse beneficia esse æqualia, quia in illis non datur assensus, & vbi adsunt quarti, & dimidij, necesse est, vt adsint integri beneficiati, nam quartum, & dimidium beneficium dicitur relatione habita ad integrum; & ita etiã Rota considerauit hoc præiudicium inferri per Bullam Sixti in positione causæ super validitate indulti 29. Martij 1592. quod etiam confirmatur ex dispositione contenta in noua declaratione, & indulto S. D. N. dum in cæptis beneficiari mediante examine excludit cõcursum in assensu. Præterea verba dictæ Bullæ videntur clariora, quàm vt possint euitari, ibi vt præsentẽt, & recipiant antiquiorem in ordine, si duo pluresvè reperti fuerint æquè idonei: si verò minus, qui antiquus repertus fuerit magis idoneus, præferatur; Confirmatur etiam ex dispositione Cõcilij iuxta declarationem Eminentissimorum Cardinalium, mãdantis, vt cæptus beneficiari, in quolibet assensu denuò examinetur, vt fuit resolutum in vna Calaguritana corã Pamphilio anno 1581. Neque obstat, quòd in his non applicetur ratio indulti, quæ considerat frequentiam simoniacarum prouisionum, cum in assensu certi sint, illi quibus debetur beneficium, quia ob dispositionis generalitatem, & particularẽ singulorum beneficiorum qualitatis expressionem sumus in casu, in quo lex disponit de ratione, non autem ratio de lege, iuxta doctrinam Baldi, quam refert, & sequitur Corn. cõsil. 90. nu. 13. lib. 3. neque obstat, quòd breue loquatur de filijs patrimonialibus, & naturalibus, quasi verò hæc dominatio non conueniat cæptis beneficiari, cum nihilominus nõ desinant esse filij patrimoniales, cum origo sit immutabilis, l. assumptio, ad Municipal. non obstat præterea, quòd de iure semel examinatus, non est amplius examinandus cap. accepimus de ætate, & qualitate, Relator. decis. 83. Verall. decis. 367. l. 2. quia aliter fuit dispositum nouo iure conciliari, ex eo quòd in ascensione quæritur nouus titulus, iuxta cons. Oldradi 18. non obstant statuta, & consuetudines, quia illis fuit derogatum, etiam cum clausula, quorum tenores Felin. in c. postulasti nu. 2. de rescript.

RESOLVT. LXXV.

1 *Scientia examinandorum Iudicis arbitrio relinquitur, sed contrarium habetur nu. 3.*
2 *Scientia eminens, & mediocris, quæ sit.*
4 *Scientia Episcoporum qualis esse debeat.*
5 *Scientia inferiorum Episcoporum iurisdictionem habentium, quæ requiritur, & quæ dignitatum non habentium iurisdictionem nu. 6.*
7 *Scientia Parochorum quanta attendatur.*
8 *Scientia requisita in obtinentibus beneficia simplicia, quæ esse debeat.*
9 *Scientia requiritur talis, vt possint explorari ea, quæ incumbunt oneri beneficii.*

Examinatores beneficiandorum ecclesiasticorum quantam scientiam in eis requirere debent.

1 VIdebatur prima facie hoc totum Iudicis arbitrio relinquendum, iuxta doctrinã Innocentij com-

muniter receptam in cap. cum in cunctis num.1.Hostiensis num.15. ad finem, Ioannes Andreas num.12, Butr. num.11. Abb.d.num.4.Vitalianus in clementina 1.num.49. de ætate, & qualitate Nauarr.in dict.c. si quando exceptione 11.numer.6. apud quos plura in proposito lector reperire poterit; & qualiter cantor scire debet cantum, & dicunt, quòd si adsit spes addiscendi in futurum minor scientia sufficit, & Rota
2 decis.16.nu.1.par.2. diuersorum; ac omnes assignant differentiam,scilicet inter scientiam eminentem,mediocrem,& sufficientem; eminens scientia est illa, per quam quis scit difficillimas quæstiones explicare, & definire ex tempore,sine reuolutione librorum,quod nullatenus, aut vix in hac nostra professione contingere poterit; mediocris, qui cum deliberatione,& reuolutione librorum veritatem scit inuenire;Sufficientem scientiam habet, qui sibi per se sufficit ad ea,quæ sibi imminent expedienda, Innocentius dict. num.1. Hostiensis vbi supra num.15. Ioannes Andreas num. 12.Butrius num.9.10.& 11.Abb.d.num.4.Decius nu. 13.14.15.& 16.

3 Verum contrarium tenendum est, quoniam iuxta qualitatem beneficiorum, maior, vel minor scientia exigitur; nam in Archiepiscopis, & Episcopis cum sint iudices animarum, debent habere scientiam noui, & veteris testamenti, capite, qui Episcopus 23.distinct.ca.1.& 2.dist.62.Nec non debent pollere scientia vtriusque iuris,cum ius dicere,ac iudicare debeãt, vt in authentico, vt clerici apud proprios Episcopos, §.1.collatione 6.gl.in authentico de sanctissimis Episcopis in §. si quis contra verbo Iudicem in fine collatione 9.Maurus Mantuanus in tract.de concilio nu. 100. volum.2. l.Lupus in l.7. gloss.2. tit.10. partita 4.probat etiam tex.in c.1.& 2.39.distinct.vbi dicitur, quòd quidam in Episcopũ electus, fuit à Beato Gregorio repulsus propter ignorantiam rerum ciuilium, & secularium, Menoc.vbi supra ex nu.24.vsq;ad 40.

Præsertim cum non teneantur habere Vicarium, seu officialem secundum veriorem opinionem, quam tenet Rota, vt per Felyn.in c.quoniam n.5.de officio Ordinarij Puteus decis.43. nu.2. & decis.sequenti lib. 1.Mohedanus decis.4.de officio Vicarij num.1. Rota dec.222.n.5.par.2. diuersorum, Hoieda de incompatibilitate 2.par.ca.10.n.9. Additionator ad Simonet. de reseruatione q.85.n.11.

4 Hodie autem circa scientiam Episcoporum per Concil.Trid.ca.2.sess.22.disponitur, quòd Episcopus tali scientia pollere debeat, vt muneris sibi iniuncti necessitati possit satisfacere, ideoque antea in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut licentiatus in Sacra Theologia, aut iure Canonico meritò sit promotus, aut publico alicuius Academiæ testimonio ad alios docendum ostendatur idoneus Parisius de resignatione lib.8.q.5.nu.5. & per totam,vbi late Menochius dicto casu 425. num.35.

5 Ad dignitates verò inferiores in Pontificalibus iurisdictionem habentes, debent etiam habere scientiã Iuris Canonici, nam secundum illud debent iudicare, & visitare cap. 1. de consanguinitate, & affinit. Selua num.10. Innocentius in cap. cum in cunctis sub nu. 1. de electione, & fol. 66. ibidem num.4. & propterea à Concilio Trid.sess.24.ca.12. de reformat. disponitur, quod Archidiaconi sint Doctores, seu licentiati à Sacra Theologia, vel iure canonico, idemq; magis præcisè disponitur,quoad scolasterias in cap.18.ad finem vers. de cætero verò officia sess. 23. Menoch.de arbitrarijs centuria 5.casu 425.ex num.40.

6 Ad alias verò dignitates non habentes iurisdictionem; Canonici cum teneantur dare industriam, & consilium in capitulo, debẽt habere mediocrem scientiam Rota dec.12.de probationibus nu.4.in antiquis, Menoc.vbi supra à nu.45. Præsertim cum sint de corpore Episcopi, nam Episcopus est caput, & Canonici membra ca.nouit de his,quæ fiunt à Prælatis sine consensu capituli.

7 Quo ad beneficium verò curatum maior requiritur scientia, quàm ad canonicatus, vel alia beneficia simplicia,ex quo cura animarum dicitur ars artium c. penult. de ætate, & qualitate, nam cum Parochianos teneantur confiteri, & scire distinguere inter lepram, & lepram, peccatum, & peccatum, & Euangelium declarare,maior in eius,quàm in alijs requiritur scientia Staphileus de literis gratiæ §. sexta forma num. 2. Nauar.in manuali c.2.n.2.& c.1.§.caueant.n.19. cum seq.de pœnit. & remissionibus Parisius de resignatione lib.10.q.2.n.27.Concil.Trid.sess.5.c.2.

8 Ad reliqua autã beneficia simplicia sufficit dicere, vt sciant,& possint horas Canonicas, ad quas teneantur Nauar.de horis canonicis c.7.nu.3.Parisius de resignatione lib.4.quæst.11.nu.3. nec non construere,& intelligere, Cardinalis in clementina 1. nu.1. de concession.præbendæ, Rebuffus in praxi tit. de forma vicariatus Archiepiscop.nu.87.Gomez.de expectatiuis num.79.Mascard.conclus.878. numer.17. quoad hæc enim beneficia simplicia dixit Innocent. in cap.1.de summa Trinitate,& fide Catholica nu.4. quòd sufficit clericis pauperibus, quòd tantum sciant sicut simplex laicus, vel aliquantulum plus circa sacramenta, circa quæ quotidie versantur, sequitur Baldus ibi rubrica n.5.Gomez.de expectatiuis n.82.Lopez in l.5. verbo digno titulo,tit.15.Partita prima ad medium Hostiẽs. num.10. Ioan.Andreas num.9. Butr.num.7. in c.cum in cunctis de electione,Selua de beneficio 3.par.quæst. 5.num.12.

9 Et tandem quilibet debet habere talem scientiam, qua possit explorare ea, quæ incumbunt muneri, & oneri beneficij, quod habet,& secundum dignitatem, statum,& officium, ad quod assumitur, vt in cap.1. & per totam 23.distinctionem,Innoc.in d.c.cum in cunctis nu.1. in princip. de electione Hostiens. num.8. & 9.Ioan.Andreas num.9.Butr.nu.11.Abb.num.4.vers. quia vt dixi, Decius nu. 16. ibidem Felyn. in cap. per tuas num.20. de simonia, Nauarrus in cap. si quando exceptione 14. nu. 1. & per totam de rescriptis, Menoch.d.casu 425. ex nu. 47. Nam absurdum est alicui ignorare artem, in qua versatur leg. secunda §. seruis ff.de origine iuris.speculat.tit. de aduocato §.1.num. 33. leg.si verò 13.§.Iudex ff.de adulterijs leg.possessio tua Cod. de muneribus patrimoniorum li.10. cum sit de conuersione coniugatorum,Sarmientus lib.3. Selectarum ca.12.Nauarr.in cap.1.§.Sacerdos num.1.de pœnitent. distinct. 6. & verecundum est aliorum ex manibus quærere,quod apud se inueniri debet Innoc. in d.cap.cum in cunctis sub n.1.post princ. de electione,& Ioann.Andreas num.9.plura in proposito tradit Gomez. in regula de subrogandis quæst.7. nu.9. vers. nam vt dicit tex.& nu.10.

RESOLVT. LXXVI.

1 *Bulla Pij V.incip.in conferendis memoratur.*
2 *Forma Bullæ Pij V.requirentis concursum in collatione Parochialium,omitti non potest per Episcopum.*
3 *Examinandi ius competit solis Episcopis,non autem inferioribus.*

An ius examinandi, & edicti proponendi solis Episcopis competat.

1 ATenta dispositione Bullæ Pij V.incip.in conferendis, apertè constat in vacatione parochialis Ecclesiæ debere fieri concursum iuxta formam Concilij Trid.sess.24.de reformatione,c.18. alias collatio erit nulla, & Papæ postea reuertitur; quod adeo verũ est,

2 vt

2 vt huiusmodi forma ab Episcopo omitti neque etiã si vellet parochialem cõferre personę doctæ, idoneæ, benemeritæ, ac quantumcunq; notoriæ, Parisius de resignatione benefic. sect. 9. n. 83. lib. 8. Fuscus de visit. lib. 2. cap. 5. num. 10. Garzia de benefic. cap. 2. nu. 102. par. 9.; adeo quod prouisus de Parochiali non seruata supradicta forma, non est tutus in foro fori, & conscientiæ, vt latè dixi in praxi resolut. 351. numer. 2. part. 2.

3 His suppositis deueniendo ad casum propositum, respondeo huiusmodi ius examinandi, solum Episcopis competere, itaut alij inferiores, ad quos ipsarum Parochialium Ecclesiarum collatio pertineret excludantur, & ita pluries resolutum fuisse per Sacram Cõgregationem, & eius decisionem, & responsa ad verbum recitando, testatur Parisius lib. 8. de resignatione beneficiorum quæst. 9. num. 87. limitatur tamen illis, qui omnimodam iurisdictionem Episcopalem haberent, nec alicui subderentur, sed immediatè Sedi Apostolicæ subiecti essent, ac nullius diœcesis censerentur, proprium, & distinctum territorium habentes, cum facultate congregandi Synodum, quam antea etiam coegissent, & in ea Examinatores elegissent, & habetur in Archiepiscop. Bononiens. part. 4. titul. de exam. per concurs. & censuisse Sacram Congregationem affirmat in d. quæst. 9. Parisius nu. 98. & facit, quòd scribit Nouarius in nouo iure suo Pontificio in verbo cõcursus conclus. 3. vbi vtitur his verbis videlicet, amplia vt inferiores exempti habentes proprium districtum, & episcopalem iurisdictionem habeant facultatem faciendi concursum, vt affirmat Diaz de Mena var. quæst. lib. 3. quæst. 24. n. 21. & vt dixi in praxi resolut. 361. part. 1. vbi sic decisum; tamen id denegari inferioribus Episcopis habentibus ius conferendi, quod pariter approbarunt Zecch. de republ. Eccl. c. 28. de Parocho nu. 6. & Germon. de indult. Cardin. §. quibusuis in fine.

RESOLVT. LXXVII.

1 *Examinatores nihil percipere possũt ratione examinis, nec ante, nec post examen n. 2. & quæ sit pœna n. 3.*
4 *Examinatores nihil percipiunt ratione laboris, vel tituli stipendij, vel alia ratione, secus autè ab Episcopo n. 5.*

Examinatores accipiendo, quid modicum ratione examinis Parochialium, an incidant in pœnas Sacri Concilij Trident. sess. 24. can. 18.

1 EXaminatores non possunt quicquam occasione examinis accipere, alioquin ipso facto priuantur beneficijs antea ritè obtentis, & tenentur illa dimittere, etiam ante sententiam Iudicis declaratoriam criminis, vt apertè constat ex Sacro Concilio Tridentino sess. 24. cap. 18. de reformatione, ibi caueant ne quic-
2 quam prorsus occasione huius examinis, nec ante, nec post accipiant; alioquin simoniæ vitium, tàm ipsi, quàm alij dantes incurrant, à qua absolui nequeant, nisi dimissis beneficijs, quæ quomodocũq; etiã antea obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddãtur.

3 Ex quibus verbis colligitur, primo examinatores beneficiariorum priuari beneficijs antea obtentis, si occasione examinis, siue antea, siue post aliquid accipiant etiam gratis, & liberaliter datum, & ad captandam beneuolentiam, etiam si res modica sit, & leuis momenti; nam Concilium prohibet quicquam prorsus accipi, vt ait Garzia de benefic. par. 9. c. 2. nu. 390., quicquid in contrarium dicat Ledesma in summa 2. par. tractat. 7. cap. 1. conclus. 7. & Zerola in praxi Episcop. verb. parochiæ §. 2. dub. 13.

4 Nec examinatores possunt quicquam pro labore, vel titulo stipendij ad substentationem fructibus beneficij vacantis, vel alia ratione accipere. Ratio est, tũ quia Concilium prohibet quicquam prorsus occasione examinis accipi, vbi notanda est illa loquendo forma, occasione examinis; excludit enim quemlibet titulum, ex quo alias aliquid licitè accipi potuisset; tùm quia sic declarauit Sacra Congregatio in vna Gerunden., quam refert Garzias par. 8. c. 1. n. 77. & in altera Abulen. apud Garziam par. 5. cap. 7. num. 11. verf. ad 2., & in alia Salernit. apud eumdem part. 9. cap. 2. nu. 374. contra Ledesmam loco citato, Nauarr. de restitutione lib. 1. c. 2. n. 188. & alios.

5 Addit tamen idem Garzias n. 379. Episcopum posse aliquid de suo præfatis examinatoribus conferre titulo præmij, vel stipendij, seu substentationis, quod mihi improbabile non videtur; quia Concilium loqui non videtur de Episcopo. An autem idem Episcopus, vel eius Vicarius assistendo examini possint aliquid accipere: & ex alibi dictis dico, non posse, tùm quia tenetur ex officio, & aliunde habent quo se substentent, tùm quia sicut non possunt sportulas ex prouisionibus accipere, ita neque ob examen, quod est via, medium, & præparatio ad prouisionem beneficij.

PRAXIS POTESTATIS Episcopi in condendis testamentis ad pias causas illorum, qui decedunt ab intestato.

RESOLVT. LXXVIII.

1 *Testamenta ad pias causas morientium ab intestato, fieri solent per Episcopos, & de ratione nu. 2. etiam quod haberent hæredes nu. 5.*
3 *Constit. Regni incip. Dohanæ memoratur.*
4 *Episcopus dicitur protector omnium miserabilium personarum.*

Episcopus qualiter disponat ad pias causas de bonis decedentium ab intestato pro eorum anima.

1 IN mea Diœcesi Vici Equensi adest immemorabilis consuetudo, quod quando aliqui moriuntur ab intestato Episcopi, qui sunt pro tempore solent facere testamenta ad pias causas pro eorum anima.

Quæ quidem consuetudo in hoc Regno Neapolis, est quoq; in pluribus alijs Diœcesibus, taliter quod nisi Episcopus, vel Deputatus ab eo condant testamẽtum, si mortui ab intestato fuerint, minimè sepeliuntur, vt refert Genuen. in praxi Cur. Archiep. c. 78. vbi dicit aliquos credere huiusmodi consuetudinem à Gallis habuisse originem antequam à Regno expellerentur quandoquidem ab antiquissimo tempore, apud eos talis consuetudo viguit, habetur in tract. Bertrand. Cardinalis altercationum iurisdictionum in articulo laicorum 64. & in responsione Prælatorum, qui tractatus reperitur in fine tractatus de regalib. Regni Franciæ, & quidem talis consuetudo est ra-
2 tionabilis, fundatur enim in refrigerio animarum existentium in Purgatorio in restitutione forsan male ablatorum, & in præsumpta morte testatoris; qui si casum inopinatæ mortis præuidisset aliquid pro sua anima iuxta omnium generalem consuetudinem reliquisset, etiamsi extarent hæredes, orig. gl. in l. tale pactum ff. de pactis. Cum itaq; sit rationabilis seruanda est, c. fin. de consuetud. cum similibus. Tanto fortius, quia illa tendit ad fauorem animæ, cui semper, & vbique fauere debemus, maximopere, & pro ea fauorabilem interpretationem capere Mainald. decis. 51. li. 3. quem refert, & sequitur Nouarius in suo tract. de priuileg. miserabilium personarum, priuileg. 29. nu. 5.

nam cunctis rebus est anteponenda idem priuileg. 20. num. 8. ex l. sancimus C. de Sacrosanctis Ecclesijs.

Item pro corroboratione huiusmodi consuetudinis adducitur constitutio Regni, incipie. Dohanæ, in qua ex præsumpta morte defuncti mandatur, quod vbi fiscus alicui succedit ab intestato, tenetur tertiam partem pretij bonorum pro defuncti anima pauperibus dispensare; ergo id quoque licebit Episcopo.

4 Eò maximè, quia Episcopus vocatur protector omnium miserabilium personarum, & debet eis fauere, & subuenire cap. super quibusdam de verborum significatione, Nouarius in dict. tract. de priuileg. miserabilium personarum priuileg. 90. nu. 3. asserens priuilegio 48. num. 2. Episcopum dici etiam illorum patrem, Bald. in leg. præcibus Cod. de impuberibus, & alijs substitutionibus, scribens pariter Episcopum a lege acquirere nomen hæredis, quoties huiusmodi personæ miserabiles sunt hæredes institutæ, pariter, quod illi competat remedium legis final. C. de edicto Diui Adrian. tollendo, sicuti competit patri, quando filius instituitur hæres, vt notât Doctor. in citat. l. final.

Cumque defunctus dicatur miserabilissima persona, quia omni auxilio est destitutus, vt notabiliter notauit Afflict. in constit. regni instrumentorum robur num. 23. Ideò conueniens est, vt de Episcopi mandato aliquid pro anima defuncti, qui ab intestato decessit, aliquid in pias causas pro remissione peccatorum, & pro male ablatorum forsitan restitutione aliquid erogetur.

5 Vnde rationabiliter indistinctè viget praxis, vt Episcopi disponant ad pias causas de bonis decedentium ab intestato pro eorum anima etiam quod habeant hæredes, quia non obstat quod talis distributio pro anima possit fieri ab hæredibus, dum conuenientius, & certius est illam fieri solere, ab Episcopis, qui sunt Pastores, & Patres animarum, tanto fortius, quia vt experientia docet sæpius videmus hæredes obliuisci de animis defunctorum, nec aliquas erogare eleemosynas. Et facit, quia per dispositionem textus in c. cum sit de Iudeis videmus Episcopos dispensare malè ablata defunctorum, quamuis adsint hæredes.

RESOLVT. LXXIX.

1 *Testamenta ad pias causas in bonis decedentium ab intestato fiunt ad arbitrium Episcopi, nisi aliter ex consuetudine obseruetur, num. 6.*
2 *Episcopi quid debent attendere in condendis testamentis prædictis, & num. 3.*
4 *Auth. hoc nisi C. de solut. gaudere volẽs, ad quid tenetur.*
5 *Contractus tam inter viuos, quam vltimæ voluntatis, mediam viam continere debent.*
7 *Consuetudo vincit legem, & venit appellatione Iuris.*

Vsque ad quam quantitatem liceat Episcopis disponere ad pias causas de bonis decedentium ab intestato.

1 CVm in iure non sit determinata quantitas, vsque ad quam valeat Episcopus disponere pro anima decedentis ab intestato, cõcludendum est arbitrio eiusdem Episcopi esse remittendum ex regula, eo quia Iudicis arbitrio relinquuntur, quæ sub certa regula claudi nõ possunt, vt post Bald. & Beluis. affirmat Parpal. in l. 1. n. 5. ff. sol. matrim. & post ipsos Menoch. de Arbitrar. Iudic. in prohem. nu. 5. quos omnes refert, & sequitur Nouarius in suo tract. de elect. & variat. fori in præfat. sectionis secundæ nu. 4. in vltima impressione Neapolitana, per quam rationem concludit esse remittendum arbitrio Iudicis, quænam dicantur miserabiles personæ.

2 Debent tamen Episcopi Deum ante oculos habere, & sic disponere de quantitate moderata bonorum defuncti, vt aduertit Genuen. in praxi Cur. Archiep. c. 78. in princip., & post eum Nouarius in d. tract. de election. fori quæst. 27. n. 9. sect. 2. maximè vbi defunctus habeat filios, & hæredes cõsanguineos quia eleemosina quoque est suos adiuuare, & illi præferendi sũt extranei, cum teneatur quis diligere suos, eisq; potius subuenire, quam extraneis, vt refert Abb. in c. 1. num. 4. de cohabit. Cleric. & Mulier. S. Th. 2. 2. quæst. 32. art. 9. Siluestr. in summa in verbo clementina, Rotas de succes. c. 32. num. 5. Rot. decis. 639. nu. 4. par. 1. vbi quod prudenter non facit, qui extraneum consanguineo præfert, charitas igitur in suos debet esse l. cum acutissimi, & ibi Bald. in 1. notab. C. de fideicommiss.

Vnde ciuili modo debet intelligi huiusmodi potestas data Episcopis à consuetudine disponendi in bonis huiusmodi decedentium ab intestato, taliter quod haberi debet ratio eorum qualitati, & quantitati bonorum, quæ relinquunt, & habere stateram in manu, itaut non debeant idem iudicium gerere in diuite, quod in paupere, nec id, quod gerunt in paupere, debent agere quoties moriuntur aliqui, qui non sint pauperes, nec diuites, sed comoditatem quamdam habere videntur.

3 Taliter quod Episcopus in huiusmodi casibus debet se gerere tamquam prudens, & pius paterfamilias. Et lenitudinem seruare, & vti bonus vir cuncta rimari.

4 Pro quorum omnium corroboratione confert nam videmus, quod licet, vt debitor possit gaudere beneficio Auth. hoc nisi C. de solut. teneatur bona in electione creditoris ponere, vt in d. Auth. cauetur, & tradit Ripa in l. 2. §. Mutui datio ff. si cer. petatur ad hoc vt possit creditor satisfieri, tamen non per hoc licet eidem creditori rem meliorem capere, sed proportionabilem accipere debet, vt plenissimè probat Nouarius in suo tract. de datione insolutum p. 1. q. 5. vbi authoritates Doctorum, & rationes adducit sic etiam concludens in filio, qui pro legitima non debet meliora bona eligere, sed congruentia arbitrio boni viri ex Bal. in l. iubemus col. 1. vers. Item fallit in legitima C. ad Trebel. Dec. cons. 236. n. 9. Couarr. in c. Rainald. §. 2. n. 5. de testament.

5 Et facit, quia in omnibus, & sic siue in vltimis voluntatibus, siue in contractibus media via est eligenda, & semper ita promissio de bono, & æquo regulatur, tamquam quod extrema sint vitiosa, vt ex pluribus probat idem Nouarius in tract. de priuileg. miserabil. personar. priuileg. 110. n. 1.

6 Verum si in aliqua diœcesi sit determinata quantitas vsque ad quam fiat supradicta dispositio in bonis decedentium ab intestato, tunc iuxta illam licitè fieri posset, quia quod in Regione à consuetudine est approbatum exequi debet, consuetudo siquidem loci in omnibus actibus est obseruanda Puteus dec. 176. li. 3.

7 Nouarius in prag. Regni 11. n. 15. sub Rubric. de Administrat. vniuersit. vbi etiam quod consuetudo vincit legem, de quo latius loquitur idem in pragmatic. 2. sub Rubric. de offic. Magistr. Iusti. & plenissimè Gabriel conclus. de consuetudin. qui plura infert, & cõsuetudo venit appellatione iuris Bertazzol. de clausul. glos. 35. n. 2. clausul. 4.

RESOLVT. LXXX.

1 *Testamenta ad pias causas decedentium ab intestato, quãuis incapacium testandi condi possunt ab Episcopis.*
2 *Testamenta fieri possunt ab inhabilibus ad pias causas, nisi esset inhabilitas intellectus, vt num. 6.*
3 *Muti, & surdi testari valent ad pias causas.*
4 *Ius naturale, & diuinum attenditur ad pias causas.*
5 *Filius familias testari potest ad pias causas de pæculio aduentitio.*

An vbi

An vbi moriuntur ab intestato incapaces testandi possit pro eis Episcopus condere Testamentum ad pias causas.

1 ADeò versari debet fauor circa animas, vt consuetudo huiusmodi, quod Episcopi faciant testamenta ad pias causas pro his, qui decedunt ab intestato extendatur etiam, vbi illi qui moriuntur ab intestato essent incapaces testandi, fauor animæ siquidem vbi versatur, apices iuris sunt omittendi, Nouarius in tract. de priuileg. miserabil. personarum priuileg. 23. num. 6.

2 Tantò fortius, quia secundum veriorem opinionem inhabiles ad testandum regulariter ad pias causas testari possunt, quoniam ad pias causas omnis iuris ciuilis solemnitas remissa est, atque mera voluntas, de iure gentium spectatur, cap. relatum de testament. Bald. in leg. 2. C. de sacrosanct. Eccles. vbi idem dixit esse de iure ciuili, quia sicut miles liberum in testando habet arbitrium, ita is, qui ad pias causas testatur. Itē cum de iure ciuili captatoria voluntas non valeat, l. illa institutio ff. de hæred. instit. leg. captatoriæ de legat. 1. etiam in testamento militis leg. captatoris, C. de milit. testam. tamen valet ad pias causas, cap. cum tibi de testamentis, idem de iure ciuili, leg. fideicommissaria libertas in princip. & vers. sed si, ff. de fideicōmiss. libert. vbi libertas poterit conferri in voluntatem alterius, & tamen libertas est causa pia, Tiraquel. de priuileg. piæ causæ priuil. 60. Item quia nemo potest decedere pro parte testatus, & tamen si ad pias causas testetur in aliquibus quoad cætera intestatus decedere potest, vt probat Abb. in cons. 32. n. 2. par. 2. & ad probandam hanc conclusionem inducitur text. leg. 1. C. de sacrosanct. Eccles. habeat vnusquisque disponendi facultatem quomodocumque voluerit, vbi Bart. in repetit. num. 15. dicit istum text. propter sui generalitatem de vnoquoque intelligendum esse etiam si inhabiles de iure existerent, & hunc intellectum probat, quoniam dicta lex condita est, in priuilegium quod restrictgendum non est, patet, quia non potest, conuenire nisi vltimæ parti eius rubricæ, non enim primæ, quia non tractatur de Ecclesijs, nec secundæ, quia non de rebus earum acquisitis ergo tertiæ, nimirum de priuilegijs scilicet rerum acquirendarum. Item quia lex esse debet de casu dubio, sed restringēdo eam esset de indubitabili. Item quia proprietas vocabuli, vnusquisque, est neminem excludere, leg. si creditores, ff. de pactis, leg. si hoc articulo quisque ff. de hæredib. instit. Item Ias. ibid. n. 13. Addit, quia vbi tractatur de fauore publico, dictio vnusquisque; vel quilibet non restringitur ad habiles tantum, sed de inhabilibus intelligenda est, per text. leg. si quis in graui, §. vtrum verbis quoq; & ibi Bartol. ff. ad Senatusconsultum Syllanianum. Et hanc opinionem Bartoli secutus est Paul. de Castro ibid. qui dixit illam legem sex priuilegia concedere videlicet personis quibusliber, etiam inhabilibus, etiam personæ, cui de iure relinqui possit videlicet Concilio. Item de tempore quando relinquendum sit, videlicet de tempore mortis, propter verbum decedens. Item circa formā testamenti in vers. libet sit stylus. Item circa res, quæ relinquuntur, vt in vers. bonorum. Item quia concernit substantiam relicti, videlicet liberum sit arbitriū.

Sed quia Bald. ibid. dicit, lecturam istam non esse veram, & solum Bartolum, eam tenere, & sequitur gl. intelligendo legem de personis habilibus tātum, præsupponit enim Bald. quod antea nihil poterat relinqui Ecclesijs ad leg. 1. ff. de collegijs illicitis, sed cum Constantinus factus fuerit Christianus iussit ædificari Ecclesias per vniuersum orbem, & postea per hanc legem iussit eisdem Ecclesijs relinqui posse, ergo habilitat ad relinquendum Ecclesijs, itaut priuilegium sit solum respectu personarum, quibus relinqui possit, sed personæ, quæ disponere debent; & quod Constantinus fuerit primus, qui Ecclesias ædificari iusserit, est text. cap. futuram Ecclesiam 12. qu. 1.

Ideò pro resolutione præsupponendum est dictam legem fuisse conditam sub consulatu Crispi secundi Consulis, & Constantini secundi Consulis sub Anno Christi 322. vt habetur in factis consularibus ante Iudices Codicis, item Constantinum sub dicto Anno non adhuc factum fuisse Christianum, quia hoc eodē Anno, fulgure cælitus emisso illius Palatium Romæ deuastatum fuerit, quamobrem Aruspices consuli iussit, & hoc decretum ad Maximum qui erat vrbis præfectus directum fuit sub data 8. Idus Marti Crispo Secundo, & Constantino Secundo Consulibus, & ita sub eodem anno d. l. 1. vt habetur in l. 2. Cod. de paganis in Codice Theodosiano. Item Constantinum circa hæc tempora anni 322. non adhuc fuisse baptizatum, sed desideraſſe fieri Christianum, & propterea congregasse Concilium generale Nicenum, vt fidei articuli determinarentur, & per tres annos durauit, & plus, & fuit congregatum ex Episcopis 318. vt probat diffusè Couarr. in lib. 4. variar. resolut. cap. 15. Item Constantinum Anno Christi 326. fuisse baptizatum, atque iussisse ædificari Ecclesias, ipsumq; incepisse ædificare Ecclesiam in Hierusalem, dedicatam Resurrectioni Christi, vt probat Baronius in suis annalibus, sub Anno 226. 2. tom. fol. 260.

Vnde ex his apparet error Accursij qui interpretatur de Concilio, idest Monachorum, vel Clericorum, nam hoc fuit Concilium Generale Nicenum congregatum pro firmandis articulis fidei, & magna tunc temporis pecunia necessaria erat pro sustentando Concilio. Idcirco Constantinus illam legem condidit, & priuilegium concessit. Item infertur errare Baldum dum interpretatur d. l. 1. de Ecclesia eò quia Constantinus iussit ædificari Ecclesias, allegans d. c. futurum 12. quæst. 1. quia hoc est verum, sed fuit de Anno 321. item arbitror erraſe Salic. qui sequutus fuit Bald. in d. l. 1. Ideò intelligendum esse legem illam de personis habilibus, quoniam nulli collegio relinqui poterat, p. d. l. 1. ff. de collegiis illicitis, quia illa lex dicit posse relinqui illi collegio, quod religionis gratia congregatum erat, & per illam legem Bartol. fundat suam opinionem de personis inhabilibus, nam dicit huiusmodi Collegijs relinqui poterat; ergo ne lex sit de indubitabili opus est dicere, vt priuilegium intelligatur respectu personæ inhabilis, non autem respectu loci, cui relinquitur. Item quod d. l. 1. ff. de Collegijs illicitis loquatur de monopolis, quæ faciunt artifices, scripsi in tract. de iurisdictione par. 2. c. 23.

Igitur iudico opinionem Bartoli esse veriorem, & quod per d. leg. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. habilitentur etiam personæ inhabiles ad relinquendum Concilio generali, & hunc intellectum probo, quoniam aduenæ non poterant hæredes instituī, leg. 1. C. de hæred. instit. neque testamenta facere, leg. 1. §. 2. de legat. 3. leg. quidam ff. de pœnis; postea per legem Imperatoris Federici dispositum est, posse auth. omnes peregrini C. communia de successionibus. Sed Constantinus fuit ante Federicum mille annis circa. Quæro igitur, an peregrini rigore dictæ legis testari poterant, & Ecclesijs relinquere? Certè pro affirmatiua concludendum est, alias sequeretur inconueniens, vt ne ad pias quidem causas disponere potuissent, ergo lex illa de inhabilibus intelligenda est, propterea peregrini ad testandum in cæteris habiles facti sunt, d. auth. omnes peregrini.

3 Declaratur articulus, vt procedat etiam in muto, & surdo, nam regulariter testamentum nūtu factum non valet, l. iubemus, & ibi glos. & Doct. C. de testam. & probatur in auth. quod sine vers. non igitur C. de test.

& ita per istum test. tenent Bald. Angel. Fulgos. & Paul.de Castr.in d.l.iubemus,& Paul.de Castr. in l. & non ipsa C.de fideicommiss.Angel.in l.in fraudem §. 1. ff. de testam. milit. quoties omninò sunt surdi, & muti, Nouar.de elect.fori quæst. 10.num. 11.sect.2.in vltima impressione Neapolitana fol.mihi 80.Tamen testamentum ad pias causas nutu factum ab eo valet, gl.in c.cum tibi de testam.Bald.in d.l.1.col.2.vers. super quinto C.de Sacros. Eccles. & in l.post diuisionem ff.de iuris, & facti ignorantia, latè Tiraquell.de priuileg.piæ causæ priuileg. 8. Item quia ad pias causas attenditur tantum ius naturale, & diuinum, sicut in testamento militis,nec attenditur solemnitas iuris ciuilis, vt per omnes Doct. in cap. relatum, & cap. cum hęres de testamentis,& in d.l.1. C.de sacros.Eccles. & in l.Lucius,ff.de milit.testam.Item de testamento militis, ad testamentum ad pias causas, validum est argumentum,vt firmat Bart.in d.l.1. q.8. & 10. 5. part. principalis C.de sacros. Eccles. Ancharan. & Imol. in d.cap.cum esses,vbi quod sicut miles potest pro parte decedere testatus,& pro parte intestatus, ita testamentum ad pias causas pro parte factum valet; sed testamentum militis nutu factum valet etiam rescriptum in puluere, dummodo per duorum testes probetur,ergo &c.

4 leg.piæ causæ priuileg. 8.

5 Declaratur similiter, vt antesignata conclusio sit vera, & procedat etiam in filio familias, qui de peculio aduentitio ad pias causas testari potest, nam de peculio castrensi vel quasi nulla dubitatio esse debet. Hæc de profectitio cum in illis affirmatiuè dispositū sit in hoc negatiuè, & de aduentitio in quo dubitatio esse poterat Bartol.in d.l.1.n.20. C. de sacros. Eccles. cum ista distinctione resoluit. Aut Pater habet illius vsumfructum, & in Patris præiudicium non potest, l. penult.ff.qui testam.fac. poss. quia nunquam priuilegium cum alterius iactura concessum dicitur, l. nec quis,Cod.de emancipat.liber.l.2.§.merito,ff.ne quid in loco publico, & ita Bartol.Nouarius forens. quæst. 63.num.7.lib.1. & ita Bartolus in citata l.1.limitat illam, vt non procedat quando quis alterius fauore prohibitus est, quia per dictam l.non censetur contra tertium dispensatam. Item quia filius non potest testari etiam Patre consentiente de peculio aduentitio, quia vltima voluntas ex alieno arbitrio pendere non debet, l.illa institutio ff. de hæred. instit. cum similibus. Sed huic rationi Bartol. respondet per dict. l.1. dispensatum esse defectui captatoriæ voluntatis ita, vt ad pias causas valeat dicto cap. cum tibi, de testamentis, & ideo Bart. concludit, quod filiusfamilias de peculio aduentitio cuius Pater habet vsumfructū testari potest si Pater consentiat, & licet Abb. in cap. 1.de testam.num.10.dicat opinionem Bartoli non esse veram per text.in cap.licet §. final. de sepultur.lib. 6.tamen Bartol. respondet num. 24. in fine, quòd ille textus procedit quoad sepulturam, ego dicerem, quod procedit in donatione causa mortis nam dicit citra peculium castrense, vel quasi non potest iudicare nisi de patris consensu, & ibi glos. allegat. l.tam is, ff.de donat. caus. mort. Et addit rationem nam filius potest in vita disponere de peculio aduentitio cuius Pater non habet vsumfructum, & illum liberè donare ad eius libitum auth. vt liceat matri, & auiæ in principio, & ibi Doctor. & alijs relati per Cruet. in consil.92. vbi attestatur esse communem opinionem, sed in dicta l. 1. disponitur vt quicquid inter viuos facere potest etiam in vltima voluntate possit, vt in vers. liber. sit stylus, & liberum arbitrium, & de rebus suis, quæ res durant vsque ad tempus mortis, quare in peculio aduentitio cuius Pater non habet vsumfructum teneo, quod ad pias causas testari possit quidquid dixerit Couar.in rubr.de testam.in 3.par. n.9. & de hoc etiam scribit Tiraquel.de priuileg. piæ causæ c. 78.

Verum dum hic casus accidisset in mea Diœcesi Vici Equensi ego mandaui practicari contrarium, nā licet Deputatus Curię esset renitens ad cōcedendā licentiā sepelliendi illū qui erat mortuus ab intestato stante quod ipse intendebat facere testamentum,ad pias causas, porrecto mihi memoriali per patrem defuncti mandaui, quod non molestaretur, sed cadauer sepulturæ traderetur,hortatus sum tamen patrem vt pro anima filij aliquid pauperibus erogaret, prout cum effectu pius pater egit ad honorem Dei.

Declara autem,vt supradicta procedant in inhabilibus præterquam ex defectu intellectus, nam furiosus mente captus infans, & pupillus testari non possunt per d.l.1.C.de sacros.Eccles.in vers.iudicia, & in verbo voluntates,quæ in istis personis non sunt. Item miles, qui tot priuilegia consequutus est ob defectum intellectus testari non potest. Item in Monacho, & ad mortem damnato de quibus Bartol.& Bald. in d.l. 1.C.de sacros.Eccles.& latius per Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 79.

PRAXIS LARGITIONIS Munerum ad intellectum Bullæ Clementis VIII. incip. Religiosè.

RESOLVT. LXXXI.

1 *Pœnæ Religiosorum largitiones munerum facientium.*

Quibus pœnis afficiantur Religiosi donationes, seu largitiones munerum facientes.

EX præmentionata Bulla Clement. VIII. colligitur largitiones munerum prohiberi Religiosis sub pœna priuationis dignitatum,graduum, munerum,& officiorum obtentorum,& obtinendorum, voce actiua,& passiua, pœna perpetuæ ignominiæ, & infamiæ, ipsosque teneri pœna furti, & simoniæ, ita vt aduersus eos possit benè procedi.

1 ua,& passiua,pœna perpetuæ ignominiæ,

RESOLVT. LXXXII.

1 *Verba Bullæ.*
2 *Declaratoria Iudicis, an requiratur ad incurrendas pœnas contentas in Bulla.*

An præpositæ pœnæ ligent absque Iudicis declaratoria.

1 PRo resolutione placuit hic adducere Verba Bullæ ibi. *Quòd si quis ex supradictis regularibus vtriusliber sexus, cuiuscumque gradus, ordinis, dignitatis, ac vbilibet locorum existentibus coniunctim cum cæteris, seu diuisim nostrarum huiusmodi prohibitionum, statutorum, ordinationum,iussionum, decretorum, mandatorum transgressor fuerit, statuimus,vt omnibus, & singulis per eum obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, & officijs, eò ipso priuatus, ac ad illa, & alia similia, vel dissimilia in futurum obtinenda inhabilis perpetuò, & incapax, ac perpetua infamia, & ignominia notatus existat, & præterea priuationem vocis actiuæ, & passiuæ absque vllo superioris decreto, aut ministerio ipso facto incurrat, nec non vltra huiusmodi pœnas, etiam tanquam contra furti, & simoniæ criminum reum, tàm per viam denuntiationis, accusationis, aut quærelæ, quàm etiam ex officio procedi, & inquiri, condignisque supplicijs affici debeat.*

Quibus suppositis licet aliqui Doctores loquendo de pœnis criminum sentiant non incurri ante sententiam declaratoriam, vt habetur per Sanchez in summa lib.6.cap.15.num.65.Molin.de iust. & iur. disput. 96. & pœnas priuationis dignitatum, officiorum, & gra-

graduum, item vocis actiuæ, & passiuæ, infamiæ, & ignominiæ non incurri ante sententiam criminis declaratoriam, & pœnam inhabilitatis incurri ipso facto, vt inquit Filliuc. tractat. 34. cap. 3. quæst. 11. num. 79.

Ipse tamen censeo pœnas priuatiuas, ad quarum exequutionem hominis actio requiritur, vt est priuatio dignitatum, & officiorum, non incurri ante sententiam criminis declaratoriam: Alias verò pœnas priuatiuas, quæ actionem hominis ad sui exequutionem non requirunt, vt est priuatio vocis actiuæ, & passiuæ, incapacitas, & inhabilitas ad officia, & beneficia, incurri ante vllam Iudicis sententiam, ita Bonacin. de leg. disp. 1. q. 1. punct. 7. §. 2. n. 9. de contract. & disp. 3. qu. 8. punct. fin. §. 3.

RESOLVT. LXXXIII.

1 *Verba Bullæ Clem. VIII.*
2 *Abbates Canonicorum regularium, vel fratrum claustralium comprehenduntur in Bulla.*
3 *Canonici Regulares S. Augustini nequeunt munera facere.*
4 *Moniales prohibentur largitiones munerum facere.*
5 *Religiosi existentes extra Monasterium prohibentur donare.*

Quibus personis prohibita sit largitio munerum.

1 VErba Bullæ ibi. *Hac nostra perpetuò valitura constitutione vniuersis, & singulis cuiuscunque Ordinis Mendicantium, vel non Mendicantium, bona immobilia, & reditus certos ex indultu Apostolico possidentium, vel non possidentium, seu cuiusuis Congregationis, Societatis, & instituti (non tamen militiæ) regularibus personis vtriuslibet sexus omnem, & quamcumque largitionem, & missionem munerum penitus interdicimus; sub qua prohibitione comprehendi volumus, omnia, & singula capitula, Conuentus, & Congregationes, tàm singulorum Monasteriorum, Conuentuum, Prioratuum, Præpositurarum, Præceptoriarum, Domorum, & locorum, quàm Prouincialia, aut Generalia cuiuslibet Prouinciæ, siuè vniuersi Ordinis, Societatis, aut instituti, eorumque, vel earum Camerarios, Commissarios, & quoscunque Officiales, & singulares personas, ipsos etiam ordinum Congreg. & Societatum huiusmodi Superiores, quascumque dignitates obtinentes, etiam Generales, & Prouinciales, Magistros, Ministros, & quocunque nomine Præfectos, nec non Conuentuum, Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Præceptoriarum, domorum, & locorum, quorumcunque Abbates, Priores, Præpositos, Præceptores, etiã maiores Guardianos, Ministros, Rectores, atque Abbatissas, Prioríssas, & alio quouis titulo Præsidentes, tàm ipsis regularibus, quàm locorum ordinarijs, seù quibusuis superioribus subiectas vtriuslibet sexus ad vitam, vel ad tempus deputatos nobis patefaciant illas personas, quæ prohibentur munerum largitiones facere*, sed pro maiori explanatione referam casus in quibus personæ comprehenduntur in Bulla præmentionata.

2 Primus casus est Abbatibus Canonicorum, regularium, vel Fratrum claustralium, Cistercienſium, qui
3 comprehenduntur in hac Bulla. Idemque dicendum est de Canonicis Regularibus S. Augustini, vel eorum Abbatibus, & Superioribus, quia dicuntur verè religiosi, ita Nauarr. comment. 2. regul. n. 6. & comment. 4. num. 70.

4 Secundus casus est in monialibus, quæ vtique comprehenduntur in Bulla præfata Nouarius in tract. de elect. fori quæst. 62. num. 12. sect. 2. in vltima impress. quia loquitur de regularibus vtriusque sexus, quod procedit etiam si donaret bona ab illis acquisita proprio labore, & industria, nam quæ acquirit regularis, Monasterio acquirit auth. ingressi, C. de sacros. Eccl. Sorb. super declar. d. Bullæ post verbum donare vers. itaque verum, Beia par. 4. casu 32. in fin. inquit posse excusari moniales, quibus ex consuetudine alio vbi recepta victus tantummodo datur, & pro vestitu relinquitur, id omne, quod opera, & industria sua acquirunt, sed ipsæ parcendo proprio vestitu, & suppellectili aliquid subtrahunt, illudque in licitos vsu insumunt, vt puta in eleemosynas, & donationes honestas, sed Valer. in differ. vtriusq. iur. verb. munera num. 51. & 75. contrarium tenet, ex eo, quòd cum hæc bona per religiosum sint acquisita Monasterio, & Religiosus non habeat illorum bonorum administrationem, & facultatem liberam, sed limitatam pro sui substentatione, & vestitu, non potest ea ad libitum disponere, & alijs pro suo arbitrio conferre, nisi causa approbata fuerit in generali capitulo, aut alia generali Congregatione maturè discussa, vt in præfata constitutione dicitur, aut nisi alius occurrat casus in dicta Bulla exceptus.

5 Tertius casus est, vt præfata Bulla complectatur moniales, aut religiosos extra Monasterium existentes, & in domibus parentum causa infirmitatis, vel alia de causa commorantes, ratioque videtur esse, quia locus non eximit ab obseruantia regulari, & à constitutionibus Summorum Pontificum, Sorbus verb. donare versic. sed ille personæ, licet Valer. loc. cit. num. 29. contrarium firmet.

RESOLVT. LXXXIV.

1 *Remunerationis causa benè potest donari, quia non est propriè donatio num. 2.*
3 *Donatio inter patrem, & filium valet remunerationis causa.*
4 *Mulier potest donare ex causa remunerationis.*
5 *Insinuatio non requiritur in donatione remuneratoria.*
6 *Donatio remuneratoria reuocatur per superuenientiam filiorum.*
7 *Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. de Regul. declaratur.*

Donari an possit à Religiosis ex causa remunerationis absque metu pœnarum Bullæ Clementis VIII.

1 IN varijs casibus, in quibus sui consultus, semper dixi Bullam Clementis VIII. circa largitionem munerum non extendi ad Religiosos donantes causa remunerationis, vt in terminis concludit Rodriq. q. regul. 47. art. 6. part. 2. & post eum Gratian. forens. discept. lib. 4. cap. 202. num. 5. & recenter Nouarius qu. forens. 53. n. 7. lib. 1. addo etiam pro hac opinione Cened. de paupertate Religiosa dub. 27. Molin. de iustit. & iur. tom. 1. tract. 2. disp. 244.

2 Nam in iure non dubitatur donationem remuneratoriam esse potius speciem solutionis debiti, & permutationis, ac tamquam titulum onerosum, vt *patet in l. Aquilius Regulus ff. de donat. Ibi, defendi non meram donationem esse, verùm officium magistri quadam mercede remuneratum Regulum, & in l. sed & si lege §. consuluit in fine, ibi velut genus quodam hoc permutationis*, ff. de petit. hæred. Panorm. in rubric. 10. de donat. Aretin. cons. 17. col. 5. Alex. cons. 217. col. 1. lib. 2. hinc
3 licet donatio inter patrem, & filium non valeat, l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor. valet tamen causa remunerationis Corn. cons. 144. col. 2. lib. 2. Soccin. cons. 66. col. 2. Dec. cons. 636. col. 1. Lup. in rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. col. 1. Masuer. in sua praxi tit. de donat. §. Item hoc quod
4 dictum est; & mulier prohibita forsitan donare poterit id agere ex causa remunerationis Castrens. cons. 172. lib. 2. & donans liceat habeat beneficium ne conueniatur vltra quàm facere potest deducto ne egeat,

l. inter

l. inter eos §. 15. quoque ff. de re iudic. secus tamen est in donatione remuneratoria, Angel. in l. sed hoc ita ff. de re iudic. Rom. cons. 26. col. 2. Barb. in tract. de præstant. Card. in 3. fit 1. par. col. 6. & donatio remuneratoria non indiget insinuatione, Alber. in leg. si pater §. fin. ff. de donat. Soccin. cons. 65. col. 5. lib. 1. Guid. Pap. decis. 95. nec superuenientia filiorum reuocatur, vt plenè tutatur Tiraquell. in l. si vnquam in verbo donatione largitus num. 12. cum sequ. C. de reuoc. donat. vbi plurima alia pro comprobatione cumulata reperies, quæ pœnes ipsum per te videre poteris quibus iungenda sunt nouissimè adducta per Nouarium d. qu. 53. lib. 1. vbi fundauit opinionem, dispositionem Sacri Concilij Tridentini sess. 25. cap. 16. de Regularibus, non habere locum in donatione remuneratoria.

Et confert, nam prælatus Regularis potest donare causa remunerationis, vt voluit Rota apud Ludouisium decis. 401.

RESOLVT. LXXXV.

1 *Nouitij veluti non Religiosi non prohibentur donare.*
2 *Religiosi habentes beneficium Ecclesiasticum excipiuntur à Bulla.*
3 *Tertiarij non comprehenduntur in Bulla.*
4 *Religiosi militares excluduntur à Bulla.*
5 *Episcopis religiosis permissum est largitiones facere.*

Quibus personis non prohibita sit munerum largitio.

1 NOnnulli sunt quibus donationes fieri permissum est, & inter alios sunt Nouitij, ea ratione, quia Bulla loquitur de Religiosis, quorum appellatione non veniunt Nouitij, quod ante professionem non appellantur Religiosi, nam soli Religiosi professi professione expressa, vel tacita sunt Religiosi, cap. Religiosis de sent. excomm. in 6. maximè in odiosis, vt pulchrè declarauit Nouarius de elect. fori quæst. 63. à nu. 14.
2 sect. 2. Sanchez in summa tomo 2. lib. 5. cap. 5. num. 12. prout etiam Religiosi habentes beneficium Ecclesiasticum, nam in dicta Bulla prohibentur solum largitiones bonorum pertinentium ad Monasterium, cum in hac Bulla sermo sit de donatione eorum, quæ dispositioni prælatorum, & conuentuum subiecta sunt, & ideo Summus Pontifex ipsorum licentiam, & consensum obtineri mandat, ita Nauarr. comment. 2. de regul. num. 6. Molin. tract. 1. disput. 149. & 276. Sanchez in oper. moral. lib. 6. cap. 6. num. 13. & 14. & alij apud Valer. in differ. vtriusq; Iuris verb. munera.
4 Et sic etiam Tertiarij, vt plurimum in hac Bulla non comprehenduntur, quia non sunt verè, & propriè Religiosi, idemque erit de inseruientibus hospitali, Heremitis, & alijs, qui ad aliquam Religionem approbatam admissi non sunt, etiam si in communi viuant in loco septo, & clauso; nam illi dicuntur regulares, qui tria vota essentialia in Religione approbata emittunt, & consequenter qui tria vota non emisit, aut illa emisit, sed in Religione non approbata, non comprehenditur in hac Bulla, vt Sorb. loco citato
4 1. Nec in dicta Bulla comprehenduntur Religiosi militares, vt equites Sancti Ioannis, Sancti Iacobi, Sancti Stephani Alcantaræ, Calatrauæ, & his similes per expressa verba Bullæ ibi (*non tamen militiæ*) Et denique Episcopi Religiosi nullatenus subijciuntur huic
5 constitutioni, quia largitiones non faciunt ex bonis Monasterij, sed ex redditibus, quorum liberam administrationem habent; nam Episcopus Religiosus liberè potest disponere inter viuos, non solum de fructibus, opera sua, aut aliundè acquisitis, verum etiam de fructibus, & redditibus sui Episcopatus, vel beneficij, vti Episcopus vel beneficiarius sæcularis, & sic decidit Rota decis. 215. num. 3. par. 2. in nouiss.

RESOLVT. LXXXVI.

1 *Accipiens aliquid à Religioso, tenetur ad restitutionem ante absolutionem.*
2 *Absolutio huius casus est reseruata Sanctissimo.*
3 *Absolutio collata pœnitenti ante actualem restitutionem, non valet.*
4 *Confessarius dans absolutionem ante restitutionem, tenetur ipse ad restitutionem.*
5 *Accipiens aliquid à Religioso, tenetur ad illius restitutionem absque Iudicis declaratoria.*

Recipientes munera à Regularibus, quas pœnas incurrant.

DIxi superius, ac enarraui pœnas, quas incurrunt Religiosi largitiones munerum facientes: modò videbimus, quibus pœnis afficiantur recipientes mu-
1 nera à Religiosis; vnde recipiens aliquid à Religioso vtriusque sexus extra casus permissos supra relatos, tenetur ad restitutionem rei acceptæ, nec absolui potest nondum facta reali restitutione, ita expressè habetur in Bulla ibi (*adeo vt restitutione ipsa realiter non facta non possit in foro conscientiæ absolui.*) Et ideo
2 affirmo casum esse reseruatum Summo Pontifici ante præstitam satisfactionem ab accipiente; nec valet
3 absolutio collata pœnitenti ante actualem restitutionem, quia Summus Pontifex iurisdictionem, & facultatem absoluendi adimit, nam illa dictio negatiua *non*, præposita verbo, *potest*, tollit potentiam. Caiet. Suar. & alij, quos referendo sequitur Bonac. de censur. disputat. 1. quæst. 3. punct. 9. num. 3. quod intelligendum puto dummodo pœnitens moraliter satisfacere possit absque graui damno, & incommodo; præcepta enim Ecclesiæ benignè interpretanda, & explicanda sunt, nec ad impossibile obligationem inducunt, leg. si stipuler ff. de verb. oblig. l. impossibilium, ff. de reg. iur. & cap. nemo potest ad impossibile de reg. iur. in 6. quare sequitur, impotentem ad satisfaciendum absolui posse data cautione de restituendo, vide Bonac. loc. cit. à num. 4. vsque ad num. 10. Idemque videretur esse si pœnitens bona fide absolutionem obtineat illius peccati, quod simul cum alijs confessus fuerit, aut per obliuionem conticuerit.
4 Et ideò verum est, non esse impertiendam absolutionem ante restitutionem factam, quòd confessarius in pœnam, absoluendo modo prædicto, tenetur ipse ad restitutionem, plures refert Bonac. loc. cit. num. 1. & de restit. disp. 1. quæst. 2. punct. 11. videas ipsum, si sentiat contrarium.
5 Prout etiam tenetur ad restitutionem accipiens aliquid à Religioso ante Iudicis sententiam, ita Valer. verb. munera num. 103. tùm quia nullo iusto titulo rem acceptans retinere potest cum incapax, & inhabilis effectus sit ad rem illam acquirendam; tùm etiam, quia licet pœna, quæ ad sui executionem actionem hominis requirit, subeunda non sit ante Iudicis sententiam: Tamen incurrit ante Iudicis sententiam, quoties superior in foro conscientiæ obligat ad illam subeundam, seu quoties ante vllam sententiam, & declarationem Iudicis obligare intendit, & clarè patet ex verbis Bullæ ibi. *Quòd si vel ab aliquo particulari Religioso, vel à Superiore copiam Generali, Prouinciali, aut alio quocumque officio fungente, aut à Conuentu, Capitulo, vel Congregatione, siue ab vniuerso Ordine, & Religione quicquam receperint, id, quòd acceperint suum non faciant, verùm ipso facto, absque alia monitione, Iudicis decreto, sententia, aut declaratione ad illius restitutionē, omninò in vtroq; foro tenentur.*

Huius-

Huiusmodi autem restitutionem esse faciendam Monasterio, in quo degit Religiosus, à quo res accepta fuit, seù alteri loco, de cuius bonis res donata fuit expressè sancitur per Bullam in illis verbis. *Hanc autem restitutionem fieri volumus, non priuatim, & Religioso, qui donauit, sed ei Monasterio, domui, vel alteri loco, de cuius bonis facta est largitio, vel si non de eius bonis donatum est, in quo idem Religiosus donans professionem emisit, vel in nomine totius Capituli, Conuentus, aut Congregationis, vel vniuersi Ordinis, seù Religionis donatio facta extiterit, pariter communi mense, aut masse, cuius nomine donatum fuerit accepta munera restituantur; ita vt nec qui donauit, nec Conuentus, Capitulum, Congregatio, Ordo, aut Religio, cui restitutio facienda est, illam remittere, & iterum ei donare, aut recipientem ab obligatione restituendi eximere, vel vt in pauperes eroget concedere quoquo modo possit.*

RESOLVT. LXXXVII.

1 *Superiores possunt concedere licentiam donandi valorem decem ducatorum.*
2 *Quantitas donandi remittitur arbitrio Superioris.*
3 *Iudicis arbitrium quando subintrat.*

Quanti valoris debeant esse munera, ne sint contra Bullam Clem. VIII.

1 NOn defuerunt Doctores affirmantes prælatos regulares posse sibi, & suis concedere licentiam donandi vsq; ad quantitatem decem ducatorum pro causa rationabili puta pro cognatorum nuptijs, pro pauperibus, & similibus causis, ita Cordub. in summa quæst. 54. Lopez part. 1. institut. cas. conscient. cap. 152. Fagundez de præcept. lib. 8. tractat. 2. cap. 6. num. 12.

2 Verum ego tutius censerem, quod dum in hac Bulla non sit determinata quantitas, debeat id remitti arbitrio Superioris, qui ruminatis conditionibus Religiosi donare volentis, & eius, cui fiat munusculum, & cognita causa, ob quam donatio impartitur, & considerata facultate Monasterij, poterit maiorem, vel minorem facultatem dare in quantitate, & qualitate, Suarez de Relig. tom. 3. lib. 8. cap. 15. num. 13. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 12. tit. 4. Sanchez in summa tom. 7. cap. 19. n. 42.

3 Vbi enim aliquid in statuto, & lege non est determinatum Iudicis arbitrium versari debet, vt percipitur ex Nouario in suo nouo tract. de elect. & variat. fori quæst. 21. sect. 2. in vltima impressione num. 11. vbi quod tunc succedit arbitrio Iudicis, quando à lege, vel consuetudine, aut statuto certam sanctionem, & declarationem non habemus, affirmans ibidem num. 3. arbitrium regulandum esse iuxta qualitatem personarum.

PRAXIS BONORVM Patrimonialium.

RESOLVT. LXXXVIII.

1 *Pater cogitur ad præstandum patrimonium filio ordinando, vel vxorem ducere.*
2 *Argumentum de matrimonio carnali ad spirituale valet.*
4 *Pater dicitur cogitur subministrare necessaria filio vacare studio, vel intrare volenti Religionem, num. 5.*
6 *Titulus patrimonij quid contineat.*
7 *Patrimonium à patre filio est iterum præstandum, vbi datum perdidit.*

Bona patrimonialia semel assignata filio Clerico, an sint iterum danda si prius habita amisit.

PRacticatum est quandoq; quod si filius velit promoueri ad sacros Ordines, & pater sit renitens
1 ad constituendum ei patrimonium, tunc potest filius illum cogere iuris remedijs, vt illud assignet, vt in proprijs terminis probarunt Auendan. conf. 17. num. 4. Sanchez de matrimon. disputat. 26. sub num. 7. lib. 4. Geneuen. in practicabili Eccles. quæst. 624. quem nouissimè refert, & sequitur Nouarius forens. quæst. 37. lib. 1. num. 1. vbi etiam adducit Crauett. cons. 139. lib. 1.

2 Quæ opinio confirmatur ex eo, quia argumentare licet à patrimonio carnali ad spirituale per cap. inter corporalia de translat. prælat. leg. sancimus, C. de sacros. Eccles. cum alijs adductis per eundem Nouarium forens. quæst. 69. num. 13. lib. 1. sed cum vxorem ducere intendit illum potest cogere, vt sibi constituat
3 donationem propter nuptias in dotis recompensam l. final. C. de dotis promiss. de Benedict. in cap. Raynutius verbo dotem, quàm ei dederat, ergo similiter poterit cogi, vt donationem faciat filio pro Ordinibus suscipiendis, & suo matrimonio spirituali, & dispositio auth. res quæ Cod. communia de legat. quod bona subiecta restitutioni non possunt alienari nisi ex causa dotis, habet etiam locum in dote spirituali, vt ibi communiter traditur.

4 Et facit, quod si pater est diues, & filius velit vacare studio literatum, potest compelli ad ministrandum ei necessaria Archidiac. in cap. si reliquerit distinct. 30. Lucas de Penna in l. 1. C. qui ætate, vel professione se excusant lib. 10. & maior vtilitas publica consistit, in sacris quam in studio literarum capit. ius autem distinct. 1.

5 Item consideratur pro corroboratione, quod filio intranti Religionem tenetur Pater aliquid assignare, pro victu suo si Monasterium est inops, alias secus ex d. l. si quis à liberis de liber. agnoscend.

Similiter iuuatur, quia titulus patrimonij promo-
6 uendi ad Sacros Ordines nihil aliud continet, quam alimenta ne cum dedecore cogatur mendicare cap. Episcopus cap. secundum de præbendis, & certum est, patrem teneri præstare alimenta filio, vt in d. l. si quis à liberis.

Amplia præfatam conclusionem adeò esse veram,
7 quod pater cogatur assignare patrimonium filio Clerico ad sacros Ordines quamuis per prius assignauerit, vbi filius patrimonium perdidit, vt per plura fundamenta doctè quidem affirmat Nouarius d. quæst. forens. 73. num. 4. cum seq. dicens num. 13. iuxta suam opinionem fuisse decisum, declarans id non procedere quando conditio patris esset facta deterior, & contingisset diminutio substantiæ illius, quia in tali casu non teneretur iterum patrimonium præstare, prout neque teneri ad redotandam filiam, quæ amisit dotem, nisi in quantum adest virtus eiusdem substantiæ ex Menoch. cons. 370. lib. 4.

RESOLVT. LXXXIX.

1 *Alienatio bonorum, ad quæ fuit quis ordinatus est prohibita.*
2 *Dictio nullatenus quid importet.*
3 *Alienationis sub nomine quid contineatur, & an transactio num. 4. Diuisio num. 5. permutatio num. 6. & datio insolutum num. 7.*
8 *Hypothecari non potest, quod alienari prohibetur.*
9 *Seruitus imponi non potest super bonis, ad quorum titulum fuit quis ordinatus.*

Bona

Bona patrimonialia, an sicuti prohibentur alienari, ita etiam nec valeant diuidi, mutari, dari insolutum, & hypothecari.

1 NOn dubitatur, quod bona ad quorum titulum fuit quis ordinatus alienari non possunt absque licentia Episcopi, vt mandat Sacros. Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. de reformat. Ibi atque deinceps sine licentia Episcopali alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possit, quę verba inducunt nullitatem actus ipso iure ob aduersum illud nullatenus, quod tollit
2 omnem potentiam alienandi, glos. in clem. in verbo nullatenus de sequestrat. possess. Gonzal. in regul. 8. Cancell. glos. vltim. num. 65. Ceual. commun. contra commun. post 527. n. 10. Sanchez de matrim. lib. 6. disput. 32. num. 7. Ita vt alienatio patrimonij, aut extinctio pensionis subsequens promotionem ipso iure dicitur inualida Nauarr. c. 17. nu. 2. & 4. & cons. 21. de tempor. ordinat. Paris. de resignat. benefic. lib. 2. qu. 6. num. 1. & 35.

3 Cumque autem alienationis verbum sit nomen generale complectens alienationem quocumq; modo factam, l. fin. C. de reb. alien. non alien. cap. nulli licet de reb. Eccles. non alien. ideò non solum in effectu clericus illud vendere prohibetur, quia sub tali alienationis verbo omnis actus domini translatiuus continetur, l. 1. C. de fundo dotal. cum alijs cumulatis per Nouarium in opusculo noui iuris Pontific. conclus. 1. sub rubric. de alienat. rerum Eccles. num. 6. sed etiam nec valet promissio de vendendo tale patrimonium, quia ista promissio alienationis appellatione continetur Bella comb. tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 34. num. 33. tom. 2. Tiraquell. de retract. tit. 2. ad fin. num. 30. Menoch. consil. 1. num. 230. Valasc. decis. 77. num. 7.

4 Sic etiam nec transactio super huiusmodi bonis cadere potest ex dictis per Caldas de resol. emphiteus. cap. 9. num. 36. prout & regulariter nec valet transactio super rebus Ecclesiæ nisi interuenientibus solemnitatibus extrauagantis ambitione de reb. Eccles. non alienand. Verall. decis. 106. par. 1. & dec. 318. par. 3. Nouarius vbi supra num. 13. qui alios allegat.

5 Item super istis bonis patrimonialibus non cadit diuisio, vt per Gam. decis. Lusitan. 300. num. 4. Valasc. decis. 53. nnm. 4. ea ratione, quia prohibitus vendere censetur prohibitus quoque diuidere Tiraquell. de leg. connubial. glos. 5. n. 216.

6 Prout etiam, nec illa permutare potest Rota in recollect. per Farinac. decis. 614. in nouiss. Gonzal. in reg. 8. Cancellar. glos. 5. §. 10. num. 35. Gratian. disceptat. forens. lib. 1. cap. 159. num. 3. eadem ratione, quia prohibitus alienare permutare non potest Tiraquell. de retract. ligna. §. 1. glos. 14. num. 30. Pereira de empt. cap. 8. num. 26. & 27.

7 Et similiter, nec illa possunt dari insolutum pari quoque ratione Mascard. de probat. conclus. 1142. n. 14. Menoch. de arbitr. iudic. c. 171. n. 51. Guttierez pract. quæst. lib. 2. qu. 157.

Vnde in decis. Curiæ Archiepiscopal. 212. part. 2.
8 merito firmaui conclusionem talia bona, nec posse hypothecari, nam certum est, vt qui nequit alienare, nec possit hypothecare, seu obligare, l. fin. C. de rebus non alien. Pirell. in l. 1. C. de bon. matern. num. 19. par. 3. Barbos. in l. 1. n. 39. par. 3. ff. solut. matrimon.

9 Et hinc etiam aliquando consultus dixi super illis non posse imponi vllam seruitutem, prout in rebus Ecclesiæ concludit Nouarius in opusculo noui iur. Pontific. d. conclus. 1. n. 6. de alienat. rer. Eccles. vbi allegat Rebuff. in compend. alienatio num. 4. & 6. in fine Barbos. in l. vsufructu, num. 15. cum sequ. ff. solut. matrimon.

Qui quidem Nouarius loco ante citato sub num. 6. vers. proindè firmat conclusionem, quod prohibitus alienare, actum facere prohibetur, quo legalis saltem bonorum sequatur alienatio ex plurium DD. authoritate, quos in vnum recollegit, vt apud eum latius videri poterit.

RESOLVT. XC.

1 *Alienatio patrimonij an valeat, quando ordinatus habet vnde viuere, & num. 3.*
2 *Dictio aliundè quid importet.*
4 *Lex frustra non loquitur.*
5 *Forma dat esse rei.*

Bona patrimonialia an possint alienari, seù renunciari si clericus iam ordinatus habeat aliunde, ex quo viuere possit.

1 SVnt qui affirmarunt alienationem, seù renunciationem patrimonij ad cuius titulum quis sacris fuit ordinatus factam absque licentia Episcopi, si tunc habeat beneficium, seu alias vnde commodè viuere possit valere, ita inquam scripserunt Paris. de resignat. benefic. quæst. 6. num. 16. lib. 2. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 4. quæst. 3. Ceuall. commun. quæst. 527. num. 8. Garzia de benefic. part. 2. cap. 5. num. 186.

Nam concilium cap. 2. sect. 21. de reformat. solum statuit, quod deinceps sine licentia Episcopi patrimonium alienari non possit, donec aliundè non habeat vnde viueret, atque adeò cum aliundè non habeat non videtur prohibita talis alienatio, cum dictio
2 illa donec sit restrictiua temporis habeatq; naturam suspensiuam, Bertazzol. de clausul. instrument. clausul. 15. gl. 4. Menoch. cons. 151. num. 40. Cassan. in consuetud. Burgund. in rubric. 6. §. 6. num. 8. cessare enim videtur mens Concilij, igitur, & quoque eius dispositio, cap. cum cessante de iure patronatus, l. adigere, §. quamuis ff. de iure patronat. nam causam legis condendæ, & legislatorum mens semper est attendenda, Nouarius forens. quæst. 144. n. 11. lib. 1.

3 Contrarium tamen in puncto principali, probarunt Vgolin. in tract. de potest. Episcopi cap. 26. §. 13. n. 4. Quintan. Ecclesiastic. lib. 3. num. 72. Ceued. qu. canonic. 11. n. 9. affirmantes alienationem bonorum patrimonialium non valere nisi præcedente Episcopi licentia, quamuis ordinatus habeat aliundè vbi victum quærere possit.

Cuius opinionis ratio est, quia si huiusmodi ordinatus dum habet victum aliundè posset absque licentia Episcopi patrimonium alienare, & victu carens, nec cum licentia illud posse distrahere nullius essent effectus, illa verba Concilij d. cap. 2. sine licentia Episcopi, imo viderentur quasi frustatoria, quod in iure
4 non conceditur, quia lex nunquam frustra loquitur, nec habet vnam syllabam superfluam, & vacuam, Gonzal. in regul. 8. cancellar. glos. 22. num. 5. vbi enim quod superfluum a iure est reprobatum, quia leges nihil frustra faciunt, Ias. l. ait prætor num. 16. ff. de iur. iurand.

Item facit, quia consensus Episcopi in alienatione dictorum bonorum videtur per Concilium appositus
5 de forma, & ideò ille euitari non potest, quia forma dat esse rei, & ad vnguem est seruanda, nec aliquid ab ea detrahi potest Nouarius, qui alios adducit forens. qu. 71. num. 2. lib. 1. affirmans quæst. 78. eod. lib. formam omnino esse seruandam, & ex illius omissione actum vtique reddi nullam, quare meritò praxis obseruat, vt interponatur consensus loci ordinarij, prout & ita me accedente vti Vicario Generali in Curia Archiepiscopali fidelissimæ, & Illustrissimæ Ciuitatis Neapolis fuit seruatum in duobus casibus, per eandem

dem Curiam constito, quòd nonnulli clerici satis habebant aliundè victum honestum ex causis in supplicationibus porrectis fuit eis concessa licentia alienandi bona patrimonialia, ad quorum titulum fuerant ordinati.

RESOLVT. XCI.

1 *Præscriptio, quæ detur in bonis patrimonialibus Clerici, & vide num. 3.*
2 *Præscriptio decem, & viginti annorum, est communis Clericis, & Laicis.*
3 *Clericus in patrimonio, ad cuius titulum ordinatur gaudet priuilegijs Ecclesiæ concessis.*
4 *Præscriptio dicitur prohibita, vbi est prohibita alienatio.*

Bona patrimonialia Clericorum, ad quorum titulum promouentur per quodnam tempus præscribantur.

1 IN bonis Clerici patrimonialibus præscribitur iure communi, nec in his gaudet Clericus præscriptione quadragenaria glossa in cap. possessiones 16. qu. 3. quam dicit singularem Abbas in cap. Sanctorum, de præscriptionibus lib. 6. Francus in cap. Episcopum, num. 6. de præscriptionibus lib. 6. Baldus alios adducens de præscriptionibus in 1. part. quintæ principalis quæst. 5. per totam, & nouissimè Gironda de priuilegiorum, & exemptionum explicatione num. 240. & 374.

2 Est enim præscriptio decem, vel viginti annorum communis Clericis, & Laycis. Abb. in cap. quod Clericis column. 7. de præscription. Gregor. l. 18. tit. 29. par. 3. quia Clericus in his bonis censetur, vt Laicus, & iudicantur illa bona, vt bona Laicorum, secundum ea quæ optimè Palat. in repet. cap. per vestras §. 39. num. 11. extra de donat. inter vir. & vxor. vbi allegat cap. dilectus de iurepatronatus, Azeuedo lib. 2. tit. 2. num. 37. & comprobat Valasc. de partitionibus, c. 35. à princip. vbi inquit, quod in bonis patrimonialibus, seù in alijs industria sua, vel labore acquisitis, vel per vltimas voluntates, aut contractus, aut in castris, aut à Principe donatis reputatur Clericus, vt merè Laicus quibus addo Guttierez lib. 1. canonic. quæst. cap. 34. num. 11. & 12. & pract. quæst. lib. 4. num. 7. cap. 37. & Perez lib. 1. ordinam. tit. 2. in leg. 8. in glos. concidos clericos, & est glos. singularis in leg. munerum §. patrimoniorum verbo Pontifex, ff. muner. & honor. ibi quia, vt prædia possideant à lege humana.

3 Quinimò in bonis patrimonialibus quorum titulo Clerici promouentur in ordinibus Couarr. post multos var. lib. 1. cap. 4. num. 4. tenuit nec dari priuilegiũ præscriptionis Ecclesijs concessum, quod etiam firmarunt Salzed. in practic. cap. 18. num. 14. & Morla in emporio iur. part. 1. cit. de legibus quæst. fin. num. 7. qui mouentur ex doctrina glossæ in cap. tuis de præbendis, Francus in capitol. 1. col. 1. in fine præscript. in 6. quia priuilegia non sunt trahenda in consequentiam nisi lex aliqua tribuat ex textu in l. ius singulare, ff. de legibus glossa in l. bene Azenone in glossa verbo cum enim C. de quadriennali præscript. Barbosa vbi optimè in leg. 1. ff. solut. matrimon. in 1. part. num. 19. Decius consil. 529. num. penult. & cons. 516. num. vlt. & conducunt quæ Guttier. canonic. quæst. dict. cap. 34. à num. 11. lib. 1. & practic. quæst. cap. 37. num. 8.

Sed licet supradicti sint in hac opinione, tamen contrarium est verius prout recenter fundat Nouarius in sua praxi elect. & variat. fori sect. 2. q.
4 n. in vltima impress. Neapolitana ex dictis per Nauarr. cons. 12. de censibus, vbi subditur Clericum in patrimonio ad cuius titulum ordinatur gaudere priuilegijs Ecclesiæ concessis, vt etiam tradunt lata in l. si quis à liberis §. solent num. 36. ff. de liber. agnoscend. Episcop. Minoren. in praxi Episcop. in verbo Clericus par. 1. saltem interim, quod non extinguitur per adeptionem beneficij Ecclesiastici, Spin. in specul. testam. glos. 18. in princip. num. 72. Azeued. in l. 1. num. 9. tit. 4. nouæ recopilat. Cened. quæst. canonic. 11. num. 9.

Et facit pro corroboratione, quia dum vigore Concilij Tridentini sess. 21. cap. 2. de reformat. interdicatur alienatio huiusmodi bonorum patrimonialium, ita pariter censendum est esse prohibitam præscriptionem ordinariam.

Tantò fortius, quia prohibita alienatione censetur prohibita præscriptio, glos. Bar. & alij in l. vbi lex ff. de vsucap. glos. in l. non est incognitum, l. in quibus caus. in integ. restit. Ias. in l. fin. §. fin autem n. 5. C. commun. de legat. latè Couar. in regul. possessor. par. 3. §. 3. n. 6. Gabriel. concluf. 13. de præscript. & Molin. de primogen. cap. 10. lib. 3. & Pinell. in auth. nisi tricennale C. de bon. matern. num. 30.

RESOLVT. XCII.

1 *Clericus in bonis patrimonialibus non gaudet beneficio restitutionis in integrum.*
2 *Ecclesiastici quando in bonis patrimonialibus gaudeant priuilegijs Ecclesiæ.*

Restitutio in integrum an detur Clerico pro bonis patrimonialibus.

1 SVnt qui tenent in bonis patrimonialibus Clericos non gaudere priuilegijs Ecclesiæ, nisi tantum in casibus à iure expressis, vt apud Dec. in cap. Episcopus num. 10. de præbend. Panorm. & Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ de constitut. cum alijs, quos refert, & sequitur Vasquius in tract. de success. creat. lib. 3. §. 22. num. 42. limit. 12.

Vnde Ecclesiasticos in bonis patrimonialibus non restitui in integrum, docet glos. in clem. 1. in verbo Ecclesia, vbi etiam Card. num. 14. de restitut. in integ. Felin. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de constitut. num. 9. Panormit. in cap. 1. num. 4. de consuet. vbi supradictam glossam mirabilem appellat. Specul. in tit. de in integr. restitut. §. qualiter num. 7.

De quorum opinione datur ratio per Modernum in suo tract. de iurisdict. par. 4. cas. 49. à num. 9. cum seq. quia in hoc casu principaliter considerantur bona Clericorum, & accessoriè eorum persona, quo in casu bona non sunt priuilegiata, at secus vbi principaliter consideraretur persona Clericorum, & bona
2 accessoriè venirent ad personam, quia tunc Ecclesiastici in bonis patrimonialibus gauderent omnibus priuilegijs, quibus gaudent Ecclesiæ, vt in cap. fin. & ibi glos. fin. de vit. & honest. cleric. & ideò cum collectæ imponantur principaliter personæ, propterea Ecclesiastici ab earum solutione sunt exempti, nec ad illas soluendas cogi possunt absque censurarum labe.

RESOLVT. XCIII.

1 *Clericus habet beneficium electionis fori, etiam in bonis patrimonialibus num. 2.*
3 *Bona patrimonialia dicuntur quædam spirituales mercedes.*
4 *Ecclesiæ competit beneficium eligendi forum.*

An pro bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit quis ordinatus detur electio fori iuxta mentem leg. vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid.

1 OMnes DD. passim affirmarunt Clerico competere beneficium electionis fori, de quo in l. vnic. C. quando Imperat. inter pupill. & vid. pro bonis Ecclesiasticis litiganti, perhorrescentiamque aduersarij alleganti, vt tradiderunt in cap. cum sit generale de foro competen. & scribit Felyn. in cap. cum Ecclesia S. Mariæ de constitut. col. 4. & in Regno est prouisum per specialem ritum M. C. V. 233.

Sed an id procedat vbi esset lis super bonis patri-
2 monialibus, ad quorum titulum quis ordinatus fuit aliquando dubitatum, & consultus ego affirmatiuam sequutus sum sententiam, prout in proprijs terminis probauit Nouarius forens. quæst. 72. lib. 1. vbi firmauit in specie electionem fori esse concedendam Clerico litiganti pro eius bonis patrimonialibus, ad quorum titulum fuit ordinatus dans nouum intellectum ad dicta Rit. M. C. V. 228. allegat pro sua opinione, Petr. Duard. in explicat. Bullæ Cœnæ lib. 2. caus. 18. quæst. 5. num. 9. & iterum eandem sententiam sustinet in suo nouissimo tractat. de elect. & variat. fori quæst..... sect. 2. in vltima impressione Neapolitana, vbi etiam ad id allegat Vrsil. ad addit. ad Afflict. dec. 257. num. 1.

Quæ opinio fallitur ex illa vulgata conclusione, quod bona patrimonialia gaudent priuilegijs bonorum Ecclesiæ, Bald. de pace constant. in verbo Imperialis clementiæ vers. ex his apparet num. 17. Dec. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 9. num. 18. de constit. Menoch. de recuper. possess. remed. 15. num. 21.
3 quia talia bona dicuntur quædam præmia, & spirituales mercedes pro seruitijs Ecclesiæ exhibendis, glos. in cap. Episcopus de præbend. Nauarr. cons. 12. de censibus, certum est Ecclesiæ competere priuile-
4 gium istud eligendi forum, Rebuff. in constit. Galliæ tit. de sentent. prouisional. glos. fin. num. 5. Andr. de Isern. in constit. Regni statuimus num. 3. de offic. Magistr. Iustitiar. Capic. decis. 160. prout & conceditur Clerico agenti pro rebus Ecclesiæ, vt supra firmauimus.

RESOLVT. XCIV.

1 *Collectari non possunt bona patrimonialia Clericorum.*
2 *Grauantes bona patrimonialia incidunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ.*
3 *Ecclesiasticæ personæ sunt immunes à collectis.*

Bona patrimonialia Clericorum an sint exempta à solutione gabellarum, & collectarum, itaut illas imponentes, vel exigentes incidant in Canonem Bullæ Cœnæ.

1 IN decis. Cur. Archiep. 299. par. 2. satis fuit probatum bona patrimonialia Clericorum esse exempta à solutione collectarum, & gabellarum, quòd etiam firmiter probant Gras. qui alios adducit concordantes in tract. de effectibus clericat. effect. 3. num. 129. & Macerat. var. resolut. lib. 1. cas. 88. Nouarius forens. quæst. 72. num. 5. lib. 1. vbi testatur sic expediri prouisiones per Regiam cam. Sum. in isto Regno.

2 Hodie autem restat ampliare eamdem conclusionem, adeò esse veram, vt imponentes, & exigentes gabellas, & collectas, & alia similia onera pro bonis patrimonialibus ecclesiasticorum incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ Domini in canon. 18. ex communi Doct. sententia, quam sequitur Couar. sub pract. quæst. cap. 31. sub num. 9. Azor. institut. moral. lib. 5. part. 1. cap. 12. quæst. 2. Vgolin. in explicat. eiusdem Bullæ can. 18. §. 3. Tolet. in explicat. eiusdem canonis lib. 1. instruct. Sacerdot. cap. 26. in princip. Sayr. in thesaur. cas. conscient. cap. 22. num. 9. lib. 3. affir-
3 mantes ecclesiasticas personas esse immunes à collectis, & alijs similibus oneribus non solum quoad Ecclesiarum, sed etiam quoad patrimonialia eorum bona, atque ideò imponentes, & exigentes tales impositiones pro bonis patrimonialibus Clericorum incidunt in excommunicationem dicti canonis, vt per Alter. in explicat. dict. Bullæ can. 18. cap. 2. colum. 2. in fin. & colum. 7. Duard. in eod. loco lib. 2. quæst. 5. quos refert, & sequitur Nouarius lib. 1. forens. quæst. cap. 27. sub num. 5.

PRAXIS MISSARVM Iuxta decreta S. D. N. P. Vrbani VIII.

RESOLVT. XCV.

1 *Suffragium Missæ vbicunque potest celebrari, sed non extra locum à testatore designatum, num. 2.*
3 *Voluntas testatoris loco præcepti est.*
4 *Voluntas defuncti non est mutanda, nisi ex vrgenti causa.*

Missarum suffragia an celebrari possint extra locum à defuncto destinatum.

1 PRo ratione dubitandi videtur id fieri posse, quia diuinum, & sacrosanctum illud Missæ suffragium vbicumque potest celebrari, & vbique celebratum animabus suffragari, & in æternam pacem, & salutem proficere iuxta illud D. Bernardi libro meditationum relatum in glosa magna post medium in clem. 1. de Reliq. & venerat. sanctorum ibi, *vbicunq; fueris extra temetipsum ora; si longè fueris ab Oratorio, non quæras locum*, & ex Diuo Gregor. in moral. *animarum verba sunt ipsa desideria, in quibus tanto quis minus clamat, quanto minus desiderat.*

2 Sed hoc non obstante contrariam sententiam amplectendam esse censeo; communis est sententia, & ab omnibus recepta, vt missarum suffragia celebrari non possint extra locum à defuncto electum, & destinatum, vt ex Nauarr. Syluestr. & alijs, communem dicit Azor. lib. 10. institut. moral. cap. 24. versic. 8. & sic extat communis praxis, alias enim peccaret mortaliter alibi celebrando Rodriqu. in summa cap. 5. num. 6. Homobon. de exam. Eccles. part. 1. cap. 13. quæst. 123. Graffius cons. vnic. n. 15. de patron.

Et eleganter ampliando Nauarrus in manuali cap. 25. num. 134. inquit missarum suffragia non posse extra locum à defuncto destinatum fieri ex eo, quia vo-
3 luntas testatoris loco præcepti est, ex textu in l. cum proponebatur ff. de legat. 2. Surd. decis. 232. num. 5. & debet seruari quantum potest, l. non aliter, ff. legat. 3. Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 6. Decian. respons. 19. num. 2. vol. 1. etiam contra causam piam, & fauorabilem Mantica lib. 3. tit. 9. num. 11. Imò iacturam dicitur facere testamẽti si vel in minimo voluntas eius non seruetur, vt inquit eleganter, Bald. in cap. cum accessissent de constit. quia vltima voluntas non pertinet ad arbitrium alterius, nisi ipsius testantis idem Bald. in l. 1. finalibus verbis C. quæ pœnæ nomine, & dicit singularis textus in l. in his, ff. condit. & demonstr. sequentia verba.

In his, quæ extra testamentum incurrunt, possunt res ex bono, & æquo interpretationem capere: ea verò, quæ ex ipso testamento oriuntur, necesse est secundum scripti iuris rationem expediri, & illum interpretatur Sarmiento select. lib. 1. cap. 8. num. 2. de scriptura ipsius testamenti, quę legis loco habetur auth. de nuptijs

§. disponat

§. disponat collat. 4. Clemen. quia contingit, de religios. domibus, & est textus benè perpensus in capit. tres quidem de testamentis ibi, *& cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere*, & voluntas defuncti non fuit obseruata in forma specifica prout requiritur auth. de iureiuran. à moriente præstito §. disponat collat. 5. cap. vlt. voluntas 13. quæst. 2. plenè habetur in tractat. de paupertate quæst. 9. in 10. speciali à num. 1.

Insuper confert, nam non licet mutare voluntatem defuncti, nisi ex vrgenti causa, vt in l. legatum, ff. vsu-
4 fructu, leg. legatum, ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertinent. leg. final. ff. operibus public. leg. vnica, cap. expens. Lud. lib. 11. vbi enarrantur aliquæ causæ, ex quibus mutatio permittitur, vt per Bart. in leg. legatum, Imola in leg. 2. ff. condit. instit. Platea in dict. leg. vnica, & hoc etiam procedit accersitis primoribus Ciuitatis, & hæredibus, & his, ad quos pertinet, vt ex alijs Bobadilla in sua politica lib. 3. cap. 5. num. 15. & plures, quos refert, & sequitur Molina de primog. lib. 1. cap. 8. num. 31. Pizel. de rescind. vend. 1. part. cap. 2. n. 8. Menoch. cons. 108. n. 66. lib. 2. Surd. cons. 862. n. 27. Valasc. decis. 105. à n. 28. lib. 2.

RESOLVT. XCVI.

1 *Vbi apparet de deuotione testatoris in aliquo loco, ibi debet celebrari.*
2 *Legatum præsumitur factum intuitu legatarii.*
3 *Ex translatione facta de vna Ecclesia ad aliam, iura de vna ad alteram transeunt.*

An si appareat testatorem non habere deuotionem, vt Missæ celebrentur in aliquo Altari, possit vbique celebrari.

1 SI testatorem mandet celebrari Missam in tali Altari, seu Cappella ad quam constat habere deuotionem non erit licita loci mutatio, Nauarr. in manual. cap. 25. num. 34. ad finem, vers. sacellarij, Medic. in summ. de acquir. & conseruat. rerum domin. part. 3. glos. 2. num. 75. Ceuallus quæst. 686. num. 6. vbi plures adducit pro hac opinione.

Licet aliàs cessante huiusmodi coniectura posset tàm in vno loco, quàm in alio Missa celebrari cum vtroque modo satisfiat animæ testatoris, cap. multi 4. distinct. Lapias allegat. 35. num. 4. Duen. reg. 234. & est decis. Rot. per Eminentissimum Cardin. Seraphin. 9. Octobris 1595. Bergomen. legati, vbi relictum monialibus de fine, vt celebrari faciant singulis diebus in dicta Ecclesia Missas pro remedio animæ ipsius testatoris aliàs legatum deuoluatur si contingat illas transferri ad aliam Ecclesiam non poterunt priuari legato si in Ecclesia ad quam sunt trans-
2 slata Missa celebretur cum eodem modo succurratur testatoris animæ in vno loco, quam in alio maximè, quia huiusmodi legata præsumuntur fieri intuitu legatarij, l. patre filium, §. tusculanos de legat. 3. Couarr. in cap. requiri distinct. 10. de testament. Nouarius de priuileg. miserabil. personar. priuileg. 20. & fauore Sacerdotis, Petrus de Vbald. de canon. port. cap. num. 57. Card. Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 12. tit. 17. & vlt. num. 30. Cephal. cons. 216. num. 17. cum sequente lib. 12. & cum fuerit dictum in Ecclesia Monialium talis dicitur ista ad quam fuerunt translatè prout alia Bar. consil. 26. num. 3. lib. 1. vbi de Ecclesia ædificanda in domibus testatoris, quæ poterit ædificari in ædibus permutatis Soccin. iun. cons. 162. num. 22. & 26. lib. 2. & quia facta translatione ab habente potestatem omnia iura pertinentia
3 ad Ecclesiam ea translata spectant ad illam in quam fuit translata capit. & hoc diximus 16. quæst. 7. Ioan. Andr. in cap. cum persona colum. 2. de priuileg. in 6. Lap. allegat. 68. cum alij de quibus in dicta decis. Rot. per Card. Seraphin.

RESOLVT. XCVII.

1 *Missa quando celebranda sit in loco sepulturæ.*
2 *Absurdum est vnum habere commodum, & alium incommodum celebretur.*
3 *Legata propter merita relinquuntur.*
4 *Legatum factum Ecclesiæ, debetur Parochiæ, in qua residet testator.*

Vbi testator non designauit locum certum, vbi Missarum suffragia celebranda sint, in quo loco celebrari debeant.

1 IN facti contingentia iudicaui, quod quando testator non designauit locum certum, vbi Missarum suffragia celebrentur celebranda sint in loco, vbi iussit se sepelliri, vt optimè consuluit Abb. videndus cons. 99. num. 4. lib. 2. vers. circa secundum dubium, est enim maximè conueniens, quod vbi sit onus, ibi etiam lucrum collocetur, nam & absurdum videtur alium
2 habere commodum, & alium onus substinere, leg. is, qui in potestate, §. vltim. ff. de legat. præstand. leg. 2. §. pro secundo, Cod. caducis tollendis, & laboribus industria, & diligentia trustari maximum absurdum est inquit Decianus responsio 36. numer. 46. lib. 1.

Et faciunt etiam probabiles, & vrgentes coniecturæ, quia æquitas suggerit, vt illi Ecclesiæ, quæ sustinet onus sepulturæ testator legare voluerit gratia re-
3 munerationis, quia & legata propter merita relinquuntur, leg. nec adiecit, ff. pro socio, & semper in dubio debemus inspicere, quod verisimilius est, vt in regula inspicimus in obscuris de regul. iur. in 6. Menoch. consil. 230. num. 89. & consil. 260. num. 34. & verisimile est imò credibile, quod testator senserit, vt missarum suffragia pro eius anima celebrentur, vbi est eius Cadauer, & quia etiam honestius est, quod ibi præces fundantur, vbi est sepultura ex glosa notabili in capit. grauia 13. quæst. 2. & facit illud Palmistæ, & sepulcra eorum domus illorum in æternum.

In Hispania verò aliud in hoc casu stabilitum esse legitur, vt scilicet quando testator extra suam Parochiam sepultus est dimidia pars missarum dicatur in Ecclesia, aut Monasterio, vbi est sepultura, alia verò dimidia dicatur in eius Parochia, quod factum est magno cum iudicio, & ad sedandas discordias, quæ quotidie oriebantur, in quo conducunt, quæ deducit Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 6. à num. 1. & præsertim, est textus celebris in authent. de Ecclesiasticis titulis, §. si quis autem in nomine Domini collat. 9. & adde aliam legem singularem, in leg. quæ
4 conditio, §. cum in testamento, ff. de condit. & demonstrat. vbi firmat Bart. quod relictum factum Ecclesiæ aliter non specificatæ, nec declaratæ intelligitur factum Ecclesiæ, cuius Parochianos est ipse testator, & quæ eleganter Ias. in §. ex maleficijs n. 46. instit. actionibus.

RESOLVT. XCVIII.

1 *Stipendium succedit loco candelarum, & vini.*
2 *Hæres in dubio, quàm minus grauatus censetur.*
3 *Onus adiectum legato censetur impositum legatario.*
4 *Legatarius præsumitur magis dilectus, quam hæres in re legata.*

An

An Sacerdoti, cui à testatore designatus est numerus celebrandarum missarum cum certo stipendio debeant ei dari candelæ, & alia necessaria.

1 Dicebam in casu proposito minimè eidem Sacerdoti esse danda necessaria ad celebrationem, quia stipendium succedit loco ipsarũ, vt probat Bald. cons.25.vol.2. & facit, quod voluit Phebus decis.100. tom.1. vbi quod Sacerdos suis expensis celebrare debeat, & primo, quia hæres in dubio in minus, quam possibile est semper grauatus censetur, leg.nummis ff. legat. 3. l.si ita scriptum in fine ff.de legat.2. Cou.lib. 2.variarum cap.5.nu.10.

3 Secundo, quia onus adiectum legato semper censetur impositum legatario, non verò hæredi leg. codicillis vers.respondi ff.vsufructu leg. Peregrin. de fideicommissis art.12.n.4. licet regulariter in re legata ille præsumatur magis dilectus, quam hæres, l.si quis eum, & ibi Bal.ff.de condit.& demonstrat.cum alijs, de quibus Nouarius in Tra.de priuilegijs miserabilium personarum priuileg.100.nu.8.

4 Tertio, quia omnis ille, qui propter emolumentum cuiusdam concessionis tenetur aliquid facere suo sumptu tenetur aliud expedire l.suo sumptu ff. de oper.li. Bart.in l.& si non sortem ff.si libertus nu.34.& ibi Ias. nu.32. ff.condict. indeb. Carroc. de locato titulo de sumptibus in operando à nu.1.p.2.

Sed hæc tamen intelligenda sunt, si legatario, aut grauato nihil, aut parum restaret de legato factis his, & similibus expensis, quia licet regulariter transeat onus in legatarium, hoc tamen est nisi illud onus sit ingens, quod extenuet, ex dicta l. qui concubinam §. qui hortos, & ibi gl.magistra.ff.delegat.3. Garzia de expẽsis c.11.n.6.Crasi.commun. §.legatum q.37.n.2. Castil.lib.1.de vsufructu c.56.n.18.Surd.decis.28.n.7. Mantic.de coniecturis vltim.voluntat.tit.1.nu.6. lib. 10. & facit l. pro locis, & l. mediterraneæ, & quæ ibi notantur C. de annon. & tribut. lib.10. & quæ Auendan.in casu simili de exequendis manda. c.19.nu.5.

RESOLVT. IC.

1 *Oratoria publica non eriguntur absque licẽtia Episcopi.*
2 *Licentia limitata pro erectione oratorij solet dari per Episcopum, itaut si deinde in illo velit celebrari missa, denuo alia licentia sit petenda.*

Missa an possit celebrari absque licentia in publicis Oratorijs, in quorum erectione interfuit licentia Episcopi.

QVod nulla requiratur licentia percipitur ex Verald. in decis. Rotæ in verbo Missa vbi potest etiam dici Missa in Oratorijs publicis siue eremitorijs etiam sine licẽtia Episcopi, ratio est, quia talia oratoria, siue eremitoria publica erigi non possunt sine licẽtia Episcopi, glos.1. in c.Authoritate de priuileg.li.6. Cepolla cautela 211.& Cardin.consil.11.& tunc enim eriguntur, data licẽtia ab Episcopo, vt in tali loco sub inuocatione talis Sancti possit constitui eremitorium, & ibi erigi altare; nõ mirum, ergo si ibidem possit dici Missa sine alia noua licentia. Et pro hac opinione facit, quod notat Panormit. in c.fin. num.13. de consecrat.Eccles.vel altar. vbi inquit, quod ex quo locus à primordio est deputatus ad diuinas laudes non exigitur alia licentia, & licet ibi Abb. loquatur de Basilicis, siue Ecclesijs nondum consecratis, nec benedictis, tamen idem dicendum est de istis Oratorijs publicis, quippe etiam eriguntur non solum ad orandum tantum, vt priuata Oratoria, sed etiam ad ibi Missas celebrandum, vt constat ex erectione altaris, quod solet semper in talibus Oratorijs erigi. Solent tamen concedi licentiæ limitatæ pro sola ædificatione Oratorij, & tunc requiruntur nouæ licentiæ Episcopi, pro celebratione Missarum, & in illis committitur benedictio ipsius Oratorij iuxta Rituale Romanum.

RESOLVT. C.

1 *Missa celebrabatur antiquitus cum sola licentia Episcopi in priuatis Oratorijs, hodie verò requiritur licentia Papæ num.2.*
3 *Missa non potest celebrari in Oratorijs priuatis absque licentia, & qualiter concedantur ista licentia nu.4.*

Licentia Sum. Pont. celebrandi missas in priuatis Oratorijs, in quibus, & qualiter concedatur.

1 PRo cognitione veræ praxis animaduertendum est, quod licet de iure antiquo sufficeret ad id sola licentia Episcopi cap.Missarum capit. Clericos de consec.dist.1. & cap. in his de priuilegis. vbi Abbas num. 2.dici communem videlicet Episcopum posse in suo Episcopatu concedere licentiam celebrandi extra locum sacrum etiam in priuatis domibus cum altari portatili, vt ita seruari in vniuerso terrarum orbe testatur Clar.lib.5.q.79.n.4. & ita vidi seruari hodie tamen
2 post Concil.Trident. solus Papa potest concedere præfatas licentias, & priuilegia, vt bis rescripsit Cõgregari Concilia, & ita fuit sancitum per Paulum V. bonæ memoriæ, vt per Viuian.de iur.patronat.par.1. lib.3.c.22. Et vide Nauarr.cap.25. num.82. Ratio est, quia per Concil.Triden.sess.22. cap.de obseruan.in
3 sacrif. Missæ fuit prohibitum ne vllo modo diceretur Missa in priuatis domibus, & consequenter fuit sublata Episcopis facultas dandi licentiam, vt in priuatis oratorijs in priuatis domibus constructis, & multo minus in cameris, & cubiculis alijsq; altaribus priuatis Missæ celebrentur. Est ergo necessarium, vt a Papa qui est supra Concil. prædicta priuilegia, & licentiæ impetrentur, quod procedit non tantum quoad priuatos, sed etiam quoad quoscumque etiam Principes, & Episcopos, vt rescripsit Congreg.Concil.resp. mihi 925.& 841.cum seq.& de dominis Cardinalibus
4 testatur Nauar.vbi supra; Præfatę autem licentiæ solent concedi non solum ab ipsomet Papa per Breue, sed etiam à quibusdam Nuntijs Apostolicis eadem concessio facta fuit aliquando, solent tamen concedi diuersimodè cum quibusdam limitationibus & conditionibus, & ex causa puta ob ætatis, & valetudinis incommoda, vt respons.mihi 112.& ob necessitatem, vt respons.mihi 82.& 392. & aliquando, vt semel tantum in hebdomada dicatur, vt respons. 503. & interdum, vt illis sanis non permittatur ibi audire Missam, vt respons.356. & vt ab Ordinarijs designentur, & visitentur oratoria in quibus Missa dici debet, & vide ad materiam decis.nostram 78. Cur. Archiep.par.4.

Est etiam aduertendum præfata Priuilegia dupliciter concedi vno modo restricta ad certum oratorij, quę passim conceduntur alio modo non restricta, sed vt vbique possint celebrare, vel efficere vt celebrentur, quæ solum Cardinalibus, & quibusdam ex magno fauore conceduntur teste Nauar. in Man.c.15. num. 81. & ita huiusmodi priuilegia simul sunt personalia, & localia.

RESOLVT. CI.

1 *Consecratio Altaris est necessaria.*
2 *Solemnitates, quæ requirantur in consecratione Altaris.*
3 *Reliquiæ alicuius Sancti sunt reponendæ in Altari.*

Missarum

Missarum celebratio vt Ritè fiat Altare, quibus cæremonijs consecrandum est.

EST animaduertendum pro dicēdorum intelligentia non solum in Ecclesijs, & locis Deo sacratis Missę sacrificium peragendum esse, sed etiam in altari consecrato adeo vt licet Episcopus possit dispensare in primo nō tamen in secundo; Nec vlla necessitas ad id sufficeret, ita Archidia. in c. sicut non alij de conse. dist. 1. Nec vsquam vidimus Papam in hoc dispen-
1 sare, & sic magis necessaria est cōsecratio altaris, quā consecratio Ecclesiæ, vt docet Sotus in 4. distin. 13. quæst. 2. ar. 3. quod autem in altari consecrato sit necesario celebranda Missa, probat text. in cap. nullus præsbyter, & in c. Concedimus, & in c. Altaria de consecrat. distinct. 1. latè Mochar. de sacrific. Missæ c. 11. DD. in c. in his de priuileg. & in c. fin. eodem titul. lib. 6. Abb. in rub. de consecrat. Eccles. vel altar. Nec autem altaria in primitiua Ecclesia erant lignea, vt portari possent propter processiones, sed à tempore Syluestr. Papæ sunt lapidea, siue sint portabilia, siue immobilia, vt docet Palud. in 4. distinct. 13. quæst. 2. addens licet altare portatile debeat esse lapideum, tamen altare, super quod ponitur altare portatile non referre, vtrum sit ligneum, vel lapideum, vtrum mensa ostium, vel fenestra.

2 Iam vero quibus ceremoniis debeat prædictum altare consecrari, ponit Pontif. Roman. 2. p. c. 3. quas omnes sigillatim explicat Turrecrem. dist. c. Altaria in secundo, & rationale diuin. lib. 1. c. 7. à n. 3. & Selua de benefic. 1. par. in 6. requisitio in benefic. & Ecclesia, & inter eas hæc quoque est, vt scilicet reliquiæ alicu-
3 ius Sancti reponantur in altari siue fixo, siue portatili, vt probat tex. in cap. placuit de consecrat. Eccles. distinct. 1. & in Pontificale tit. de consecrat. altaris portatilis, quod intellige vbi commodè prædictæ reliquiæ haberi possunt, vbi autem reliquiæ Sanctorum facilè haberi non possunt, non est necesarium, vt recondantur, siue in fixo altari, siue in portatili, ita post Soto in distinct. 13. quæst. 2. artic. 3. col. 16. aduertit Bustos in lectura dist. c. nullus Præsbyter: anno 1592. Salmantice, & summa in Asten. Hugo. apud Angel. & Sylu. licet eidem Syluestro non placeat.

RESOLVT. CII.

1 *Refertur declaratio Sacræ Cōgregationis circa articulū.*
2 *Capellania quando non dicitur Sacerdotalis.*
3 *Dictio (ipse) personalitatem ostendit, & omnes alias excludit num. 4.*

Missa an sit celebranda per Cappellanos personaliter, Ita vt ad id cogi possint per Episcopum, vbi in fundatione positum est, quod Cappellani celebrent.

ACcidit, quam sæpius fundari Cappellanias, & in illis imponi onus, vt Missæ celebrentur per Cappellanos, quare vbi Cappellani intēdunt per alios facere celebrare missas Episcopi locorum Ordinarij solent esse renitentes, imò scio aliquos in facto fecisse præceptum huiusmodi Cappellanis, quod personaliter seruirent, & quia grauati ad me iuxta solitum ad consultationem petendam multi accessere, dicebam Episcopum non potuisse compellere Cappellanos, vt per se ipsos celebrarent, non obstante quod in fundatione esset appositum, quod Cappellani celebrent.

1 Quæ mea opinio fundabatur in declaratione Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium, cuius tenor est, vt sequitur videlicet.

Episcopus non potest compellere obtinentem Cappellā, vt ipsemet celebret, licet in eius fundatione disponatur,
Aloys. Ricc. Prax. Pars IV.
quòd Cappellani celebrent, nam istis oneribus Missarum rectè per substitutum satisfit.

Et eandem opinionem approbarunt Piaseg. in praxi episcopal. c. 3. art. 5. num. 4. part. 2. & Homobon. in examin. Eccles. par. 1. tract. 4. c. 13. quæst. 122.

2 Pro qua sententia facit, nam Cappellania non dicitur sacerdotalis, nec actu, nec aptitudine, si in fundatione dictum sit Cappellanum debere celebrare missas, de qua materia latè Nouarius quæst. forens. 115. l. 1. cum non sit verisimile, quod in tali casu voluerit se artare magis ad missam vnius, quam alterius, vt per Lap. allegat. 35. videntur enim tunc illa verba apposita ad demonstrandum onus impositum celebrandi, & non personam celebrantis. Rota in Tiratonen. Cappellaniæ 9. Iunij 1630. coram Reuer. P. D. Sacrato, & in Lucana Cappellę 12. Decembris 1593. coram Eminentissimo Cardinali Pamphilio, & aliàs sæpius.

Declara tamen supradictam opinionem non procedere quoties in fundatione Cappellaniæ esset appositum, quod Cappellani per seipsos celebrent, quia tunc videtur electa industria personæ, & personaliter inseruire tenentur, nec opera substitutorum vti possunt: certum est enim, quod nisi expresè caueatur à testatore, quod Sacerdos per se ipsum hoc agat semper potest per alium celebrare, aliàs secus, vt videri potest apud Gonzal. in Regul. 8. Cancellariæ glos. 8. nmu. 84.

Vbi enim dictio ipse subintrat, personalitatem de-
3 notat, & attendit, Menoch. consil. 390. num. 12. Cened. singul. 22. vbi etiam quod ista dictio est persona-
4 lissima, ita vt omnes alios excludat. Rota decision. 519. num. 3. tom. 1. part. 1. quia ad alios referri non potest. Surd. cons. 53. n. 7. quia illa facit semper actum personalem.

RESOLVT. CIII.

1 *Stipendium Missæ potest taxari per Episcopum. & augeri n. 2. etiam ad valorem illum, pro quo credi potest posse reperiri Sacerdotes, num. 4.*
3 *Valor caroleni pro iusto stipendio solet dari de consuetudine.*

Missarum stipendia, an Episcopus in sua Diœcesi minuere, vel augere possit.

SÆpe sæpius solent locorum Ordinarij augere, vel minuere taxam stipendij missarum, quare Cappellani, vel patroni beneficiorum grauati, solent se cōqueri, ideo vtile est scire si id iure ab Episcopis fieri possit, de quo multoties sui consultus, & semper voce
1 dixi posse Episcopum in sua Diœcesi rationabilia, & sufficientia missarum stipēdia taxare, vt per Aragon. de iustit. & iure quæst. 85. art. 3. col. 32. vers. dico secūdo. Suarez de censur. to. 3. disp. 86. sect. 2. concl. 1. Rodriq. in sua summa par. 1. c. 250. concluſ. 4.

2 Quinimò quando missæ concursus ita excedit numerum Sacerdotum, qui inueniri possunt ad supplendum, potest Episcopus missarum eleemosinam augere etiam vsque ad duos carolenos, licet quotidiana, & ordinaria pitantia sit vnius caroleni, Megallius consil. cas. conscient. 54. n. 8. qui in consil. 63. circa hanc materiam hæc protulit, quæ sequuntur. Non potest Episcopus sine peccato iniustitiæ cōcedere Parochis, alijsque Sacerdotibus, quibuscumque, vt pro missis quotidianis dicendis vltra consuetam eleemosynam, quam aliquis fidelis dat aliam cōsimilem eleemosynā ab alio fideli recipiant, nam facere nō potest, vt quod alicui de iustitia ex natura rei est debitum illi non debeatur, sed de iustitia Sacerdos, qui pro missa dicenda sufficientē eleemosynam accepit, ex natura rei integrā illā portionē satisfactionis, quæ illi vt ministro

publico ad applicandum commissa est, applicare tenetur, vt probat Suar. tom.3.disputat.86. sect.1.alioquin mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, vt dixit Nauar.lib.de restitut.c.2.num.263. Cord.qui testat de commun. lib.1. q.93. sequitur Rodriq. in p. 1.summæ c.250.num.4.Aragon.de iustit.& iur.quæst. 85.art.3.colum.28. versic.dico secundo; ergo sine iustitia statuere non potest Episcopus, vt pro vna missa ab vna, vel diuersis personis, duas iustas eleemosynas Sacerdotes recipiat: Etiam illam esse iustam eleemosynam censeo cum Suar.in dicta disputatione 86.sect. 2. concl.2. quæ communi consuetudine communiter recepta est,& approbata à viris prudẽtibus, & Deum
3 timentibus; & communis Italiæ nostræ consuetudo à viris prudentibus,& Deum timentibus communiter recepta, & approbata est, vt valor caroleni pro iusto missæ stipendio detur.

Fateor tamen posse Episcopum missarum stipendia augere vsque ad valorem illum, quo probabiliter
4 credi potest, Sacerdotes facilè fore inueniendos esse, quod celebrent,potest enim Episcopus in sua Diœcesi hoc agere, & rationabili causa, vt affirmat Aragon. vbi supra colum.32. versic.dico secundo,Suarez in dicta disp.86.sect.2.concluſ.1. & sentit Rodriq. in loco supra citato concluſ.4. quam taxam promulgatam, si quis non seruaret, sed minorem eleemosynam pro missa dicenda daret, tunc possent Sacerdotes ab eodem, vel à diuersis tot eleemosynas pro vna missa accipere, quod ad taxatum stipendium sufficerent,quia tunc,qui minorem eleemosynam daret, iniuriam Sacerdoti faceret, à qua se indemnem seruare potest absque iniuria dantis eleemosynam,quia lex pro ipso Sacerdote, interpellat, & iure suo vtitur, & ita tenet in dicta disput.86. sect.4. & faciunt ea, quæ dixit Sot. lib.9.de iust.quæst.3.art.1.circa finem, & in quantum dist.quest.2.artic.1.in fine,Can.lib.12.de loc.Theologicis cap.13. ad 10.Ledesm.de Sacrof.Eucharist. cap. 18. concluſ. 14. Arag. vbi supra colum. 29. versic. his tamen.

RESOLVT. CIV.

1 *Voluntas testatoris tanquam Regina est seruanda.*
2 *Episcopus quando dispenset circa recitationem Missarum de vno loco ad alium.*
3 *Ordinarius potest vnire, diuidere, & de nouo creare beneficia.*

An Episcopus possit dispensare, vt missa commissa à testatore celebrari in certo loco, alibi celebraretur.

DIcũt DD. primo loco id minime licere Episcopo, siquidem nõ posset mutare voluntatem testatoris præcipientis missarum celebrationem in certo loco,& latè traditis per Couar.& alios in c.nos quidem
1 de testamentis, voluntas enim vltima tanquam Regina obseruanda est, l.in conditionibus ff. de conditionibus & demonstrationibus, latissimè Phebus decis. 57. & in decis. 63. Nouarius de priuilegijs miserabilium personarum priuileg.71.

2 Verum in contingentia facti contrarium consului distinguendo, quod aut adest legitima,& rationabilis causa id concedendi, & poterit dispensare, vt voluit Medina de confession. folio 188. quæst. 14. quem refert, & sequitur Bal. in summa casuum conscientiæ v. missa q.33.ratio est secundum eosdem,quia in institutione missarum attenditur magis fructus animę fundatoris, quàm loci veneratio, vt voluit pariter Bald. consil.23. volum.1. & Alex.de Neuo cons.27.n.77. & propterea impedita cappella, vel altari est supplendum alibi circa missarum celebrationem, vide decis. nostram 21.par.4.Cur.Archiep.

Aut verò nulla subest causa, & licet videretur concludendum pariter posse, siquidem certissimi iuris est
3 Ordinarium posse vnire, & diuidere, & de nouo creare, & extinguere beneficia inferiora sui Episcopatus c.sicut venire de excessibus Prælatorum c. primo de rebus Ecclesiæ non alienandis, & potest alia maiora, de quibus Nauarr. in consil. 2. eodem titulo, ergo & minora nempe, vt supra, missarum celebrationem in vna Ecclesia præceptam à testatore, ad aliam transferre non est ei illicitum ex causa aliqua iusta,& rationabili,vt in specie notat post alios Bonacin. de Sacramentis disp.4.quæst.vltima punct.7. §.4.nu.4.vt alios amictam. Nouissimè autem Moneta, de commutatione vltimarum voluntatum quæst.11. c.5. n.394. & c.10.n.348.distinguitur an sit simplex cappellania, an vero beneficium, vt per eum.

RESOLVT. CV.

1 *Altari seruiens de altari viuere debet.*
2 *Cessante causa cessat effectus.*
3 *Incomodum cum aliquo comodo est compensandum.*
4 *Qualitas dispositionis vbi deficit,cessat dispositio.*
5 *Mutatione status mutatur conditio rei.*

An vbi redditus sunt inexigibiles,teneantur Beneficiati missas celebrare.

MVltoties occurrit, quod redditus pro destinata celebratione missarum sunt inexigibiles, vnde beneficiati non solent missas celebrare,& in visitatione a locorum Ordinarijs vexantur,& quia pluries circa id à pluribus regionibus,id tanquam tota die contendentibus sui consultus, dicebam in fauorem bene-
1 ficiatorum ex regula, quod qui altari seruit de altari viuere debet, vt vulgo circumferri solet.

2 Et cessante pitantia data pro missæ celebratione cessare debet,& celebratio,tanquam cessante causa cesset effectus l.adigere §. quamuis ff de iur. patron. maximè quando causa est finalis rei, prout respectu celebrantium non deuotionis gratia,sed sub spe futuræ munerationis, Euerard.in topica legali c.89. quod procedit etiam in foro animæ, Tiraquell.in tract.de cessante causa p.1. num.18. sublata inquam causa dicitur sublatus effectus,l.tutores ff.de administr.tutor. cum illa dicatur principium intentionis.Bal.in l.eam quam col. 1. Cod. de fideicommiss. dicaturque substantia,glos.in l.iurisgentium §.quòd fere ff. de pactis per restitut.ad extrauagant.ambitios.de rebus Ecclesiæ non alien.n.27.& 28.pag.94.si enim sciuissent Beneficiati,vel Cappellani redditus fore inexigibiles vti. que non se ingessissent.

Et facit pro comprobatione regula,quod incomo-
3 dũ aliquo comodo est compensandum l.1. §. fin.ff. de aqua pluu.arcend. vtè contra omne comodum cum suo onere pertransit. leg.cum fisco ff. ad Syllan. & incomoda illum sequi debent, quem & comoda sequũtur.Nouarius forens.quæst.lib.1.c.113.n.7. vnde cum Beneficiatus comodum stipendij sentire non possit, neque ad missæ recitationem tenebitur, in tantum enim videtur grauatus celebrare, in quantum redditus sunt sufficientes,& correspondent, ac secus si fructus sint inexigibiles,quia censendũ est Capellanos nõ se fuisse obligatos in tali casu, ex regula, quod omnis actus est intelligendus re in eodem statu permanente, Nouarius in praxi elect.& variat.fori quæst.10. num. 16.sect.2. antiqua impressione Neapolitana, Marta
4 de clausul. p.1. claus.127. quasi quod qualitas dispositionis vbi deficit,cessat & ipsa dispositio,glos.in l.mãcipia in verbo auocandum C.de seru. fugit. Menoch. de præsumpt.l.6.quæs.15.n.47.mutatione status,mutatur & conditio rei, cũ qualitas noua aduenies entire-

ti reponat illud in diuersam speciem §. præterea instit. de inutil. stipul. c. cum Marthæ §. quæsiuisti de celebrat. missarum.

Quare cõcludendum est obligatum missas recitare teneri ad celebrandum pro ratha fructuum, quos exigere potest, aduertendum, quod si fortasse redditus essent exigibiles, sed cum difficultate excusarentur, quia tenetur facere omne posse, & adhibere possibilem diligentiam pro perceptione, & exactione, alias tenerentur in conscientia celebrare, & si redditus non habeant, cum supradicta debeant intelligi quando fructus omninò sunt inexigibiles, & habentur, ac si non essent in rerum natura.

DECLARATIONES ALIQVÆ SACRÆ Congregationis S. D. N. Vrbani Papæ VIII. auctoritate editæ super Decretis eiusdem Congregationis de celebratione Missarum.

SVper primo Sacræ Congregationis decreto de celebratione Missarum, quo prohibetur, ne Episcopi Diœcesana Synodo, aut Generales in Capitulis Generalibus, vel aliàs quoquomodo reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Concilium imposita, aut in limine fundationis.

Quæritur, quid si legatum sit ità tenue, vt non sit, qui velit onus illi iniunctum subire, &, si recurrendum sit ad Sedem Apostolicam pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessarijs?

Et quid, si permittatur Episcopo in fundatione, vt possit huiusmodi onera moderari?

Secundò, super secundo eiusdem Congregationis decreto, quo cauetur, vt celebrentur tot Missæ, quot ad rationem tributæ eleemosynæ præscriptæ fuerint.

Quæritur, an verba illa (præscriptæ fuerint) intelligenda sint de præscriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Tertiò, an cum Ordinarius præscripserit eleemosynam cõgruam iuxtà qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minùs congruo, teneantur Missas illis ab offerente præscriptas celebrare?

Quartò, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seù Capellæ, legati, aut salarij, possint etiam manualem eleemosynam, pro Missis votiuis, aut defunctorum, recipere, & vnico Missæ sacrificio vtrique oneri satisfacere?

Quintò, posito, quòd Testator relinquat, vt celebrẽtur pro eius anima centum Missæ, absque vlla præscriptione eleemosynæ: Quæritur, an liberum sit hæredibus, eleemosynam sibi benè visam præscribere, an verò eadẽ eleemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Sextò, super tertio Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat Priuilegia, quibus indulgetur, vt certarum missarum, vel anniuersariorum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Quæritur, an verba (in futurum suscipiendis) intelligenda sint de oneribus suscipiendis post Priuilegium?

Septimò, super quarto eiusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eamdem Missam alteri, parte eiusdem eleemosynę sibi retenta, celebrandam committat.

Quæritur, an permittendum sit Administratoribus Ecclesiarum, vt retineant aliquam eleemosynarum portionem pro expensis manutentionis Ecclesiæ, Altarium, inseruientium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similia.

Octauò, an hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum, idest, an Rector beneficij, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem redituum beneficij?

Decimò, an Sacerdotes, quibus aliquandò offertur eleemosyna maior solita pro celebratione Missæ, debeant dare eamdem integram eleemosynam ijs, quibus Missas celebrandas committunt: An verò satis sit, vt dent celebrantibus eleemosynam consuetam?

Vndecimò, super quinto eiusdem Congregationis decreto, quò inter cætera statuitur in hæc verba (eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis) ita demum ijdem accipere possint, si oneribus anteà impositis, ità satisfecerint, vt noua quoq; onera obire valeant; Alioquin omninò abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c.

Quæritur, an hoc decretum prohibeat absolutè, quo minus accipiant nouas eleemosynas ii, qui acceptis non satisfecerunt: & si congruo tempore possint omnibus satisfacere?

Duodecimò, quid, si offerens eleemosynas, audito impedimento, consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primum poterit?

Decimotertiò, an pœna interdicti, & aliæ appositæ in eodem decreto afficiant tam eos, qui accipiũt eleemosynas contra formam ibi præscriptam, quam eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidem præcipitur?

Decimoquartò, an in hoc decreto comprehendãtur illæ capsulæ, quæ apponi solent in Ecclesijs in die commemorationis omnium defunctorum, & vulgò dicuntur (Casse de Morti?)

Decimoquintò, an Administratores Ecclesiæ magnæ deuotionis, & concursus possint eleemosynas pro Missis celebrandis accipere, si ijsdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne aliàs cultus Ecclesiæ, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt, minuantur?

Decimosextò, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus, & singulis Ecclesiarum, & piorum locorum, tam Secularium, quàm Regularium, Superioribus, de quibus fit expressa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamẽ comprehendi videntur sub clausula generali (& alijs ad quos pertinet) supplicatur pro opportuna declaratione?

Decimoseptimò, super septimo eiusdem sacræ Congregationis decreto, quo cauetur, vt in singulis Monasterijs Religiosorum præfigatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut eleemosynis commodè possit sustentari.

Quæritur, an vbi hæc præfixio facta iam fuit in vim similis decreti san. mem. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cuiusque Religiosi, sit denuò facienda, nec ne?

Decimooctauò, an nouitij, ad habitum Regularem admissi, possint admitti ad professionem in Monasterijs, in quibus habita, vt suprà præfixione numeri, commodè ali non possunt?

Decimononò, super vltimo, quo cauetur, vt nullibi recipiantur conuentus regularium, nisi præter alia ad id requisita, duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, ita vt alioquin subsint iurisdictioni ordinariæ.

Quæritur, an hoc decretum, quod videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum recipere, comprehendat eas religiones, quæ non consueuerunt onera Missarum recipere, vt sunt Religiones Capuccinorum, ac Societatis Iesu?

Vltimò, an idem decretum, vbi disponit, vt nullibi recipian-

recipiantur Monasteria, nisi &c. habeat locum in Italia dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè antecedens, an verò etiam extra Italiam?

SAcra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum, authoritate sibi à Sanctiss. D. N. attributa, ad singula dubia superius proposita, ad hunc modum respondit, videlicet.

Ad primum, & si legatum sit adeò tenue, nihilominus, pro reductione oneris, vt suprà impositi ab ijs, ad quos pertinet, Sedem Apostolicam esse adeũdam, quæ absque vlla impensa id statuet, quod magis in Domino necesse iudicauerit; Veruntamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere, ac moderari, legem hanc fundationis, quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam, & obseruandam.

Ad secundum, esse intelligenda de præscriptione facta ab eo, qui eleemosynam tribuit, non autem ab Ordinario. Quod si tribuens eleemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot missas celebrari debere, quot præscripserit, Ordinarius secundum morem suæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad tertium, teneri.

Ad quartum, Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu cappellæ, legati, aut salarij, si eleemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere.

Ad quintum, censuit, vbi nullam certam eleemosinam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam eleemosynam congruam, quæ respondeat onerib. Missarum celebrandarum, secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Ad sextum, ità esse intelligenda.

Ad septimum, respondit, permittendum non esse, vt Ecclesiæ, ac loca pia, seu illorum administratores, ex eleemosynis Missarum celebrandarum vllam, vt cumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeũt in missarum celebratione, nisi cum Ecclesiæ, & loca ipsa alios non habeat redditus, quos in vsum earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantũ missæ sacrificio necessariò sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecunijs, quæ supersunt, expensis vt supra deductis, absolutè tot missæ celebrentur, quot præscriptè fuerint ab offerentibus eleemosynas.

Ad octauum, nõ habere locum, sed satis esse, vt Rector beneficij, qui potest missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam cõgruam, secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Ad decimum, debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere posse.

Ad vndecimum, respondit, non prohibere absolutè: Ac propterea, & si oneribus tãm susceptis non satisfecerint, posse tamen noua etiam onera suscipere missarum celebrandarum, dummodò infrà modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Ad duodecimum, quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens eleemosynam pro aliarum missarum celebratione, id sciat, & consentiat, vt illæ tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere, quo minus eo casu eleemosyna accipiatur pro ijsdem missis iuxtà benefactoris cõsensum celebrandis.

Ad decimum tertium, has pœnas non habere locũ, nisi in suscipientibus onera perpetua missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, vel eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Ad decimum quartum, comprehendi.

Ad decimum quintum, non posse, nisi de consensu eorum, qui eleemosynas tribuunt, vt supra in responsione ad duodecimum.

Ad decimum sextum, comprehendi etiam priuatos Sacerdotes.

Ad decimum septimum, numeri præfixionem esse iterum faciendam seruata forma vltimi decreti hac de re editi.

Ad decimum octauum, esse admittendos ad professionem, si aliàs habiles existant, ac deindè in aliquo alio Monasterio eiusdem Religionis esse collocandos, vbi commodè ali possint.

Ad decimum nonum, censuit comprehendere.

Ad vltimum, habere locum etiam extra Italiam.

Cosmus Card. de Torres.

Locus ✠ sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congreg. Secret.

PRAXIS EXEMPTIONIS, & exemptorum.

RESOLVT. CVI.

1 *Qui non habet iurisdictionem, nec destruere institutionem in exemptos, non potest eorum beneficia conferre.*
2 *Beneficia exemptorum, non censentur reseruata.*
3 *Quando collator negligens in conferendo, est exemptus, potestas conferendi deuoluitur dumtaxat ad Papam.*
4 *Reseruatio est odiosa, & non extenditur, nisi ad casus expressos.*
5 *Ante vocationem est prohibita collatio.*
6 *Limitatio ad regulam, illius est construere, cuius est destruere.*

An beneficia exemptorum, vel Episcoporum vacantia, per eorum obitum sint affecta.

CAsus huius conclusionis est in beneficijs exemptorum ab Ordinarijs, & soli Sedi Apostolicæ immediatè subiectis, quales Episcopi; & tunc est dicendum, quòd quoniam regulariter eius est conferre, & construere, cuius est destruere, & priuare cap. 1. de
1 Capellis Monachorum cap. quod in dubijs de renunciatione; & ideo sicut Ordinarius non habet destructionem, nec iurisdictionem in exemptos; ita nec conferendi potestatem beneficia exemptorum. capit. finali de renunciatione, vbi probatur, quòd non tenet resignatio, seu renunciatio ab exẽpto in manibus Ordinarij facta sine licentia Papæ, Rota decis. 4. nu. 2. de renunciatione in antiquioribus Besigneti, & decis. 14. n. 2. & 3. eodem tit. in antiquis, Aeneas de Falconibus in tractatu de reseruatione quæst. 2. principali, sub num. 12. vers. sexta, de beneficijs exemptis, Puteus decis. 420. incip. 12. die Octobris num. 2. lib. 3. Simonett. de reseruatione quæst. 46. numer. 5. Cardinalis consil. 112. dubio 5. Pauinus in tract. de officio, & potestate Capituli Sede vacante, 2. par. quæst. 2. sub num. 16. Ferrettus consil. 11. num. 1. vol. 1. Parisius de resignatione beneficiorum libr. 7. quæst. 11. numer. 3. qui etiam in lib. 2. quæst. 11. numer. 20. simpliciter dicit,
2 quòd talia beneficia exemptorum sunt reseruata, pro quibus etiam facit decis. Cassad. 8. num. 4. de præbendis post Abb. in cap. 2. nu. 7. in fine de conces. præben. vbi scripsit, quòd quando collator negligens in confe-
3 rendo est exemptus, potestas conferendi deuoluitur ad solum

ad solum Papam, cum non superior nequeat supplere negligentiam alterius.

Cæterum in hoc erit subsistendum, quia nullo iure expressum reperio, quòd exemptorum beneficia sunt reseruata ex sola causa exemptionis, nec vidi vnquã,
4 nec audiui tale ius practicari; & cũ reseruatio sit odiosa, Besigneti dec. 1. in fin. de præben. Cassad. decis. 3. n. 5. de reseruat. nunquam inducitur, nisi in casibus à iure expressis, Cassad. decis. 2. ex num. 9. de reseruat. Simonet. quæst. 5. de reseruat. ex num. 1. ad cap. fin. de renunciat. Decisionibus, & Doctoribus superius allegatis, potest responderi admittendo; quod Ordinarius nõ possit admittere resignationem exempti à sua iurisdictione, & si illam non potest admittere, nec ta-
5 le beneficium poterit alteri conferre, cum nondum vacet, & ante vacationem sit prohibita collatio cap. 2. cum similibus, de concess. præbend. li. 6. At vero vbi non requiritur admissio resignationis, sed ipso iure vacet beneficium exempti, non ministerio ipsius Ordinarij, sed ministerio legis, vt in casibus expressis in glos. 15. Maximè per mortem, quæ & personam, & exemptionem, & omnia soluit autentico de nuptijs, §. deinceps collat. 4. tunc non videtur, quòd tali casu Ordinarius sit ligatus, vt prouidere non valeat ex eo quòd beneficium sit reseruatum, cum expressè non reperiatur, vt dixi; & quia data vacatione iam non dicitur esse beneficium personæ exemptæ, & ideò nulla ex dictis decisionibus, nec alius Doctor, nisi solus Parisius, dicit beneficium ex sola exemptionis causa esse reseruatum, imò loquuntur in casu Cappell. PP. cuius beneficia sunt reseruata ratione familiaritatis per extrauagantem ad regimen, & vltra reseruationem persona erat exempta, & plura vincula concurrebant. Rursus si beneficia exemptorum essent reseruata, superflua esset regula quarta Cancellariæ, & aliæ regulæ, & constitutiones Papæ reseruantes beneficia sub collectorum, & aliorum Officialium Sedis Apostolicę; cum ipsi sint omninò exempti etiam ratione suorum beneficiorum, vt declararunt Illustrissimi Domini Cardinales eiusdem Concilij Interpretes, dicentes sic, subcollectores, & alij Officiales Sedis Apostolicæ minimè comprehenduntur, neque quo ad ostensionem
6 titulorum sub hoc decreto; Nec semper sequitur quod illius sit construere, cuius & destruere, & è contra; Nam Ordinarius non potest conferre beneficium reseruatum tamen postquam fuit à Papa collatum, potest ex iusta causa priuare dicto beneficio prouisum à Sede Apostolica, Butrius in c. per tuas de maioritate, & obedientia num. 11. & Imola ibidem num. 5. Felyn. ante n. 4. & in eodem n. 4. Capella Tholosana decis. 293. vbi Stephanus Aufrerius Additionator; Qua propter erit super hoc cogitandum, & considerandum an exemptio sit personalis dumtaxat, vel etiam sit realis; ita vt beneficium ipsum sit exemptum, & exemptio de tempore collationis adhuc duret, nam tunc Ordinarius conferre nequiret.

RESOLVT. CVII.

1 *Num statutum Episcopi liget exemptos delinquentes in loco non exempto.*
2 *Quid dicendum in exemptis ratione delicti.*

Exempti delinquentes in loco non exempto, an & quando ligentur Statutis Episcopi.

1 DVbitatio non semel mihi contingit. Num statutum Episcopi liget exemptos delinquentes in loco non exempto; quem articulum tangit Botreus de Synod. par. 3. art. 2. num. 5. vers. amplia secundò, & dicit, quòd exempti delinquentes in loco non exempto ligãtur statutis Episcopi dummodò in Diœcesi Episcopi delinquãt, & faciant prohibita per Statuta Episcopi pluribus Doctor. auctoritatibus firmat, his tamen adiectis limitationibus, vt locum non habeat hu-
2 iusmodi conclusio; quando exemptus esset etiam exẽptus ratione delicti, secundum Gemin. & Franc. in c. 1. §. numquid de priuil. in 6. & in c. 2. §. statut. de constit. in 6. ac in c. 1. de stat. regal. lib. vel quando statutũ esset contrarium religioni exemptæ Franc. & Gemin. in loco mox citat. qui dicunt ita debere intelligi c. nimis de priuil. sed nedum potest Episcopus procedere contra exemptos circumscripta tamen consuetudine immemorabili ad pœnas statutarias; verum etiam ad quascumque pœnas ratione delicti, non obstante priuilegio à delictis eximentes, ad quod vidi præmanibus authenticam declarationem Sacræ Congregationis Conc. Trid. in Alexandrina Iurisdict. in hæc verba. *Die 27. Iunij, & 11. Iulij 1626. Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit Episcopum Alexandrinum habere iurisdictionem cognoscendi causas criminales delictorum per Abbatem Sancti Petri de Burgolio, & per Canonicos beneficiatos dictæ Ecclesiæ commissorum, & committendorum in Diœcesi Alexandrina, non obstante priuilegio, & exemptione eiusdem Abbatis circumscripta consuetudine immemorabili*, Cosm. Card. de Torres, &c. verum dictus Abbas, & Canonici, atque beneficiati dictæ Ecclesiæ Sancti Petri habent priuilegium Leonis X. fel. mem. per quod eximuntur à iurisdictione Episcopi Alexandriæ, ac aliorum tãm metropolitanorum, quã Episcoporum, tãm ratione delicti, quàm aliàs contractus, & rei sitæ, cum derogatione constit. Bonif. VIII. quæ est in sexto Decretali, & est c. volumus primo de priuileg. d. lib. 6. & nihilominus emanauit declaratio à sacra Congregatione, vt supra dum controuerteretur de iurisdictione inter R. Ordinarium Alexandrinum, & Abbatem eiusdem Ecclesiæ.

RESOLVT. CVIII.

1 *An statutum Episcopi liget non exemptos delinquentes in loco exempto num. 1.*
2 *Subditus Episcopi non potest excipere contra intentionem eius de iure communi, num. 2.*
3 *Interest Episcopi vt malis hominibus sua diœcesis purgetur, num. 3.*
4 *Cautela cõtra contrahẽtes matrimonia clandestina, n. 4.*

Non exempti delinquentes in loco exempto, an ligentur statutis Episcopi.

1 QVæritur an statutum Episcopi liget non exemptos delinquentes in loco exẽpto, Petr. de Anchar. in c. à nobis, de sententia excommunicationis, & in repet. c. postulasti quæst. 4. de foro compet. & alij, quos refert Bot. de Synodo par. 3. art. 2. concl. 1. vers. amplia 3. n. 9. dicit quòd personæ nõ exemptæ delinquentes in locis diœcesis exemptis, ligantur statutis Episcopi, quia locus exemptus est in Diœcesi, c. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. Erasm. à Chochier. de iurisd. ordinar. in exemptos par. 4. quæst. 55. vbi quæst.
2 54. hoc dubiũ disputat, & subditus Episcopi nõ potest excipere contra intentionem eius de iure communi fundatã argum. l. loci, §. competit ff. si ser. vendic. item
3 interest Episcopi, vt malis hominibus sua diœcesis purgetur, quæ tamen propter delicta cõmissa in loco exempto turbaretur; ipse tamen tenet cum Calder. in c. 2. de constit. in 6., quem ibi sequuntur Ioannes Andreas, Gemin. Franc. & Zabarel. in repet. illius ca. q. 7. & alij, quos ibidem citat, quòd non ligent, quia inquit secunda opinio est communis, & tenenda, & respondet obiectis benè hic Butr. n. 30., vnde dat cautelã ad
4 euitandã excõmunicationẽ latã per Statuta Episco-

pi contra contrahentes matrimonia clandestina, vt scilicet volentes contrahere, eant ad aliquem locum exemptum à Iurisdictione Episcopi, quamuis non neget, quòd taliter facientes poterunt puniri alia pœna, quamuis dubitet de hoc, ita vt veniat in eam sententiam, vt arbitretur ante factum esse excõmunicatos, & ligati statuto, nec audet consulere, vt se exponat huiusmodi periculo; post factum verò putat non esse excommunicatos, & suffragari cautelam, quæ tamen inutilis est quoad contrahendum clandestinè stante prohibitione Sacri Concil. Trid. de reform. matr. cap. 1. sess. 24.

RESOLVT. CIX.

1 *Licet loca exempta non sint de Diœcesi, sunt tamen in ea, num. 1.*
2 *Exceptio debet esse de regula, num. 2.*
3 *Episcopus habet iurisdictionem contra exemptos in sex casibus, remissiuè, num. 3.*
4 *Priuilegium exemptionis eximit à subiectione, non à situatione, & denominatione, num. 4.*
5 *Locum exemptum constituere Territorium per se, quomodo intelligatur, num. 5.*

An locus exemptus dicatur esse in Diœcesi.

REperiuntur quidem Prælati inferiores exempti à Iurisdictione Episcopali, quare fuit dubitatum, si eorum Territorium dicatur esse in Diœcesi, ad
1 quod respondi quòd licet loca exempta non sint de Diœcesi, sunt tamen in Diœcesi, vt patet ex c. 2. de cõstit. in 6. c. cum Episcopus, & ibi Franc. in 2. not. Gemin. n. 3. de offic. iudic. ordin. eod. lib. Puteus dec. 83. lib. 3. & firmauit Rota dec. 207. par. 2. diuers. & plurimis relatis dec. 324. n. 3. par. 1. in recent. & decis. 346. n. 8. coram Illustriss. Domino meo Coccino.

Immò sunt qui tenent locum exemptum esse de Diœcesi, vt Gonzalez glos. 43. n. 187. ad quod probandum allegat textum, in cap. cum Episcopus de off. ordin. lib. 6. dum loquens de Diœcesi excipit locum exẽ-
2 ptum cum exceptio debeat esse de reg. l. nam quod liquidè §. fin. de pen. legat. notat Bart. in l. quæsitum, §. deniq; ff. de fundo instructo, Decius cons. 656. n. 6. & 7. Callador. decis. 8. n. 5. de conces. præbend.

Ideò Doctores in d. cap. cum Episcopus notant per textum ibi, quòd locus exemptus dicitur de Diœcesi, vt Gemin. n. 3. Franch. n. 2. & cæteri, textus etiam in clement. 2. §. simili modo, vbi notat Card. n. 4. Vital. n. 41. & 42. de priuileg. gl. verbo aut earum parte, vers. quid si in aliquo loco Diœcesis suæ tamen exempto, in clement. 1. post princip. vbi Cardin. n. 9. Imola n. 22. Vitalin. n. 26. de foro competen. Abbas in cap. Apost. n. 3. de donat. Petrus Vbaldus in tract. de canonica portione cap. 4. quæst. 6. n. 11. & Rota decis. 205. n. 2. par. 2. diuers. Roland. in d. cons. 33. n. 17. vol. 3.

Et plus habet Episcopus in locum, & personas exẽptas suæ Diœcesis, quam in prorsus extraneas text. in cap. 1. de priuileg. lib. 6. in princip. vbi notat Ioannes Monachus num. 4. & cæteri Rota decis. 702. n. 4. p. 1. diuers. Ideò Episcopus habet iurisdictionem contra
3 exemptos in sex casibus cumulatis à Petro Andrea Gambaro in tract. de officio Legati lib. 8. titul. de potestate Legati in regulares, atq; exemptos n. 1. & sequentibus; Maximè post Concil. Trident. vt patet in sess. 24. n. 1. & per totam part. 1. diuersorum. Vnde cum locus exemptus sit ex Diœcesi, clarum est, quòd si Episcopus tempore vacationis reperitur in loco exempto suæ Diœcesis, quod dicitur esse, & residere in propria Diœcesi.

Sed adherendo primæ sententiæ, illa ratione comprobatur, quia si loca non essent in Diœcesi, frustra
4 impetraretur priuilegium exemptionis, tale autem priuilegium solum eximit à subiectione, non verò à situatione, & denominatione, Vital. in clement. 2. n. 44. de priuil. Franch. vbi supra in 2. not. vers. sed aduerte, & Rota d. decis. 325. num. 4. & aliæ decisiones, quas refert, & sequitur Gonzalez super regulis Cancellar. glos. 43. n. 187. & sequentibus.

Neque obstant Doctores, quos cumulat Roland.
5 cons. 13. num. 44. & sequentibus lib. 3. dixisse locum exemptum constituere territorium per se; nam respondeo loqui impropriè, & quo ad certos effectus, & per modum æquiparationis, pulchrè Felin. in cap. graue n. 2. in fin. de offic. Iud. ord. Gonzalez vbi sup. n. 191. & fuit dictum in Rota d. decis. 207. n. 4. par. 2. diuers. & in vna Salamant. iurisdictionis 14. Decemb. 1579. coram Cardinali Seraphino.

RESOLVT. CX.

1 *Esse territorium separatum, & in territorio alterius, in quid differant.*
2 *Si loca non essent in Diœcesi, frustra impetraretur priuilegium exemptionis.*
3 *Prælati exempti possunt ea omnia agere, quæ competunt Episcopo in sua Diœcesi, præter ea, quæ sunt ordinis.*

An Prælati exempti possint in sibi subditos quicquid potest Episcopus in suos.

IN duplici differentia se habent Prelati iurisdictione quasi Episcopali gaudentes, nam nonnulli eam habent in territorio separato, quod dicitur esse nullius
1 Diœcesis, ita vt nec in Diœcesi, nec de Diœcesi alterius sit, sed est propria Diœcesis per se, respectu cuius ipsi quoque Diœcesani vocantur, Card. in clem. 1. volumus quæst. 4. n. 2. Imola n. 38. & Panormit. n. 15. de for. competen. Sanchez de matrim. lib. 3. disputat. 29. nu,. vers. ad primam confirmationem, & lib. 8. disputat. 2. n. 12. & Moneta de commutat. vltim. volunt. cap. 5. n. 443. & seq. vsque ad 455. & Rota decis. 324. num. 1. par. 1. in recent.

Alij verò territorium segregatum non habent, sed sunt in Diœcesi alterius vt exempti; licet enim loca exempta non sint de Diœcesi, sunt tamen in Diœcesi, vt patet ex cap. 2. de constitut. in 6. cap. cum Episcopus, & ibi Franc. in 2. not. & Gemin. num. 3. de officio Iudic. ordin. eodem lib. Puteus decis. 83. lib. 3. & firmauit Rota decis. 207. par. 2. diuers. & plurimis relatis, decis. 324. num. 3. part. 1. in recent. & decis. 346. num. 8. coram Illustrissimo Domino meo Coccino; idemque ratione comprobatur, quia si loca non es-
2 sent in Diœcesi frustra impetraretur priuilegium exemptionis, tale autem priuilegium solum eximit à subiectione, non verò à situatione, & denominatione, Vitalian. in clement. 2. num. 44. de priuileg. Franc. vbi supra versic. sed aduerte, & Rota dicta decis. 324. numer. 4. & aliæ decisiones, quas refert, & sequitur Gonzalez super regul. Cancell. glos. 43. numer. 187. & seq.

Neque obstant Doctores, quos cumulat Roland. cons. 13. n. 44. & sequentib. lib. 3. dixisse, locum exemptum constituere territorium per se, nam respondeo illos loqui impropriè, & quo ad certos effectus, & per modum æquiparationis, pulchrè Felin. in c. graue n. 2. in fin. de off. iudicis, ord. Gonzalez vbi supr. num. 191. & fuit dictum in Rota d. decis. 207. n. 4 part. 2. diuers. & in vna Salamantin. iurisdictionis 14. Decembris 1579. coram Cardinali Seraphino.

His sic positis, dixi Prælatos exemptos posse ea omnia agere, quæ competunt Episcopo in sua diœcesi, præter ea, quæ sunt ordinis, glos. in cap. ordinarij, vbi

Domin.

Domin. de officio ordin. in 6. Moneta 455. Rota decis. 1386. coram Cardinali Seraphino, & decis. 1057. coram eodem, vbi pro hac conclusione affertur Sacræ Congregationis authoritas, & tandem super §. 1. ad hæc c. 20. sess. 24. de reformatione Concilij Tridentini, vbi decernitur, vt causæ matrimoniales relinquantur Episcopis tantum, eadem Sacra Congregatio censuit sæpè sæpius, ac resoluit hoc decretum non se extendere ad Prælatos inferiores, qui nullius Diœcesis sunt, item super illam clausulam ibidem Archidiaconum, hoc procedit in Archidiaconis, & Diaconis, qui sunt in Diœcesi Episcoporum, non autem in illis, qui nullius Diœcesis sunt, & sic voluit Sacra Congregatio.

RESOLVT. CXI.

1 *Quomodo permutentur beneficia coram Episcopo ordinario, num. 1.*
2 *Legati à latere solùm conferunt beneficia exempta, & illorum recipiunt renunciationes, & quare, num. 2.*

Exempti An valeant per mutare beneficia coram Episcopis locorum Ordinarijs.

CIrca resolutionem huius articuli, Gamar. in tractatu de permutat. n. 148. transit cum distinct. nempè, quòd aut beneficia sunt exempta, & soli Papæ subiecta, quo casu Episcopus non admittet per-
1 mutationes, quia Papa, dicitur istorum beneficiorum Ordinarius, cap. auctoritate de benefic. in 6. cap. nulla distinct. 93. Abb. in cap. nihil de elect. Flamin. Pariſ. de resignat. benef. lib. 11. q. 4. aut beneficium est exemptum à proprio Episcopo, sed subest proprio Prælato, & hoc casu si proprius Prelatus habet iurisdictionem Episcopalem ex priuilegio, vel præscriptione, ipse poterit permutationi auctoritatem præstare, alioqui Papa, vel Legatus auctoritatem præstabit, quippe qui sunt Ordinarij exemptorum, vt dixi. Aut deniq; Ecclesia est exempta à iurisdictione Episcopi, populus verò non æque, & tunc Episcopus recipere poterit renunciationem, & permutationem. Sãmarius sic, & Petr. de Perusio de permut. benef. par. 2. quæst. vlt. quod autem dixi de Legato, intellige Legato à latere, nam alij illo inferiores non conferunt beneficia exempta, nec eorum renunciationem reci-
2 piunt Doctores in cap. si Abbatem de elect. in 6. per illum textum ibi, & tamen ab alio Parisius tract. de resignat. benef. lib. 6. quæst. 11. num. vltim. §. ratio est, quia Legatus à latere censetur diœcesanus, locorum, & personarum exemptarum, cap. venientes in pr. de verbor. signific. in 6. cap. 1. & cap. quod translationem de offic. Legat. Porrò de potestate Legati à latere in tota Prouincia, etiam super exemptos, & an possit adiri per viam querelæ, vide Gemin. in cap. si Abbatem §. huiusmodi de elect. in 6. & in cap. 1. vbi glos. & DD. versic. sed an Legatos de offic. Leg. in 6.

PRAXIS IVDICVM Synodalium.

RESOLVT. CXII.

1 *Iudices synodales quibus debent esse imbuti qualitatibus, num. 1.*
2 *Obtinentes dignitatem præsumuntur habere scientiam necessariam, num. 2.*
3 *Archidiaconi debent esse Doctores, vel licentiati in S. Theologia, vel in iure canonico, num. 3.*
4 *Canonici tantum sufficit mediocri pollere, scientia, n. 4.*

Iudices Synodales debent esse in dignitate Ecclesiastica constituti, aut Canonici alicuius Cathedralis.

1 DVbitatur quasdam qualitates debeant habere Iudices Synodales, clarum hoc habemus in Cõcilio Trid. sess. 25. de reform. cap. 10. nimirum vt eligantur personæ, quæ qualitates habeant iuxta constitutionem fœl. record. Bonifacij VIII. quæ incipit statutum, & est in cap. 11. de rescrip. in 6. & nouissimè successit constitutio fœl. record. Gregorij XV. de conseruatoribus, per quas statuitur, vt causæ committantur constitutis in dignitate Ecclesiastica, aut aliàs habentibus personatum, aut Canonicatum in cathe-
2 dralibus; & ratio est, quia obtinentes dignitates præsumuntur habere scientiam Sacrorum Canonum, prout habere debent: Dignitates enim inferiores Pontificalibus iurisdictionem habentes, debent etiam habere scientiam iuris canonici, nam secundum illud debent iudicare, & visitare, cap. 1. de consanguinit. & affinitat. Innocent. in cap. cum in cunctis sub num. 1. de electione, & Abbas ibidem num. 4. & propterea à Concilio Trident. sess. 24. cap. 12. de reformatione,
3 disponitur quòd Archidiaconi sint Doctores, seu licentiati in Sacra Theologia, vel iure canonico, idemque magis præcisè disponitur quo ad scholasticam in cap. 18. ad finem versic. de cætero vero officia sess. 24. Menoch. de arbitrarij centuria quinta, casu 425. ex num. 41.
4 At verò aliæ dignitates non habentes iurisdictionem, vt Canonici cum teneantur dare industriam, & consilium in Capitulo, debent habere mediocrem scientiam, Rota decis. 12. de probationibus num. 4. in antiquis, Menoch. vbi supra à n. 46.

RESOLVT. CXIII.

1 *Vicarius Episcopi est in dignitate.*
2 *Potestas conseruatorum non est ordinis Pontificalis, sed iurisdictionis contentiosæ.*
3 *Vicarius Episcopi potest etiam esse delegatus Papæ; & quid in Vicario Capituli, vel foraneo.*
4 *Vicarius foraneus potius dicitur obtinere officio, quàm dignitatem.*
5 *Potest Summus Pontifex delegare causam simplici Clerico.*
6 *Imperiti possunt esse Iudices.*
7 *Canonicus regularis non æquè potest esse delegatus Papæ, velut Canonicus sæcularis.*
8 *Collectores, & subcollectores vti habentes iurisdictionem possunt esse delegati, itemque commendatores, & priores.*
9 *De natura Collegij est, vt ad minus sint tres.*

Quæ dicantur personæ in dignitate constitutæ, vt possint constitui Iudices Synodales.

REspondi esse videndum, quibus personis licitè possint fieri delegationes Apostolicæ iuxta dispositionem Sacri Concil. Tridentini sess. 25. de reform. cap. 10.
1 Dicam multa, & primo Vicario Episcopi posse licitè delegari, est enim in dignitate glos. in verbo delegatus in clement. 2. de rescript. cum ibi notat Zabarell. & alij, quos cumulat Barbosa de potest. Episcopi allegat. 54. n. 132. prout etiam potest deputari executor mandatorum, & gratiarum Apostolicarum, Rebuf. in praxi benefic. rubr. forma nou. priuil. vers. officialis Episcopi, Sbroz. de offic. Vicarij lib. 2. q. 23. num. 6. sicuti potest esse conseruator, Chochier. de iurisdict. ord. in exemp. par. 1. quæst. 39. num. 4. & Sbroz. qui supra in quæst. 27. num. 4. & seq. lib. 2. de offic. Vicar. de hoc defendit plures ad id cumulans ibidem

iuncta glos. in dicta clement. 2. vbi supra; ea ratione, quia Vicarius Episcopi habet dignitatem in Cathedrali, cum non constet, quod illa dignitas sit alterius Ecclesiæ, quàm Cathedralis tamquam profluens iure connexitatis ex dignitate Episcopi arg. cap. tran-
2 slato de constit. vltra quod potestas conseruatorum non est ordinis Pontificalis, sed iurisdictionis contentiosæ, Ioannes de Lignano, quem refert Imola in dicta clement. 2. num. 31. post Ancharan. in contrarium annuit Barbos. allegat. 106. num. 13. nisi sit ex speciali priuilegio, vt Vicarius possit esse conseruator: & in
3 tantum est verum, quò Vicarius Episcopi potest esse delegatus Papæ, aut etiam locum habeat in Vicario Episcopi electi, & confirmati, sed nondum consecrati, glos. in dict. cap. 2. verb. Episcop. de rescript. Pauin. de po. cap. Sed. vac. par. 2. quæst. 10. n. 6. Sbroz. dicta quæst. 23. num. 4. & post illos Barbosa dicta allegat. 54. num. 138. sicuti etiam potest esse delegatus Vicarius Capituli, sed Episcopatu vacante, Pauin. dicta quæst. 10. num. 6. & 8. & Barbosa dicta allegat. 54. num. 137. vbi alios, quam multos citat; ista tamen conclusio locum sibi non vendicabit in Vicario foraneo Episcopi nulla alia sibi suffragante dignitate; etenim ratione huiusmodi Vicarius nullam habet dignitatem, Imola, & alii in dicta clement. 2. de rescrip. Vantius de nullit. sentent. ex defectu iurisdict. deleg. num. 66. & probatur in dicta clement. 2. per glos. in verb. deleg. & ver. foraneo, Sbroz. lib. 2. quæst. 22. num. 13. Barbosa dicta allegat. 54. num. 13. vbi dicit num.
4 140. quòd Vicarius foraneus potius dicitur obtinere officium, quam dignitatem, & vt latè dixi in praxi for. Eccles. resolut. 577. in prima edit. siue 552. num. 1. in 2. edit. prout minus etiam intrabit ad Vicarium Prælati inferioris, etiam si habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, Sbroz. d. quæst. 23. num. 8. Barbosa d. allegat. 54. num. 141. hoc tamen declarandum est, vt simpliciter, & de iure non cadat delegatio in istis foraneo, & inferiore, sed benè si Papa ex certa scientia illos delegatos faceret, Sbroz. ibidem num. 2. potest enim Summus Pontifex delegare causam
5 simplici Clerico, vt post Alexand. concludit in suis concluf. littera D. conclus. 141. n. 7.

Secundo, Canonicum Ecclesiæ Cathedralis posse esse delegatum Papæ per cap. statutum iuncta glos. cum ibi not. per scribentes de rescript. in 6. Gonzal. ad regul. 8. cancell. glos. 2. num. 39. Paris. de resignat. lib. 2. quæst. 10. num. 102. neque refert, quòd fortè non sit Doctor, etenim præsumitur habere scientiam, glos. in dicto cap. statutum, prout etiam non refert si sit tantum Theologus, nam quamuis non debeat fieri Vicarius Episcopi, nisi sit doctor in iure canonico ad not. per Sbroz. de offic. Vicar. lib. 1. quæst. 26. num. 13. vbi etiam citat Brun. in cons. 8. qui latè agit de offic. Asse. Vic. nisi sibi assessorem assumat, quia tunc nedum Theologus quinimò quilibet simplex posset constitui Vicarius, nam, & imperiti possunt esse Iu-
6 dices, Bald. & Salic. in l. pen. in princip. Cod. de Iudic. Felin. in cap. sciscitatus num. 9. de rescript. qui loquitur de Iudice spirituali, at Garzia de benefic. part. 5. cap. 7. num. 17. dicit, quòd Episcopus constituendo Vicarium Theologum, aut alias ineptum grauiter peccat, & tenetur ad restitutionem damnorum inde secutorum, cui opinioni assentitur Vgolin. de potest. Episcop. cap. 4. §. 8. num. 3. Segura de aualos in direct. Iudicum Eccles. fori part. 1. cap. 3. nihilominus potest esse delegatus Papæ, sed debebit assumere sibi assessorem, sicut debebit assumere alius Canonicus, qui non sit Doctor, vbi tamen causa esset rei fori contentiosi, secus si tantum respiceret forum spirituale, quia tunc Theologus non teneretur assumere assessorem; sed quidem teneretur alius Canonicus, qui Theologiam moralem non possideret.

7 De Canonico Regulari Ecclesiæ Cathedralis, Gratianus in disceptat. forens. cap. 270. num. 6. dicit, quod non potest esse delegatus Papæ, sicut potest sæcularis Canonicus, nam inquit talis Canonicus Monachus adhuc dicitur esse sub obedientia; quippe qui Episcopus habet se illis tamquam caput, & Abbatem, quidquid sit quando deputantur per Papam, quia tunc valet delegatio, quia præsumitur facere ex certa scientia. Quid autem de Canonico minore 22. ann. quo cum sit dispensatum per Papam ad obtinendum Canonicatum, numquid poterit constitui delegatus cum resolutione in negatiuam, quam post alia scripta inueni, Barbos. tenere in l. cum prætor, Gratian. dicto cap. 220. num. 7. §. vlt. num. 60. ff. de iudic.

8 Tertio collectores, & subcollectores posse esse delegatos Papæ, quia habent dignitatem cum iurisdictione, Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. glos. 51. num. 79. vbi etiam dicit, quod subcollectores debent habere qualitates requisitas per d. cap. statutum 11. de rescript. in 6.

Quarto Commendatarium perpetuum posse esse delegatum Papæ, Gonzalez ad d. reg. 8. glos. 5. §. 8. n. 10. & Rebuff. qui asserit posse delegari causas Commendatario Abbatis, sicut Abbati titulari de pacific. possess. num. 41.

Quinto Priores, & Guardianos Ordinis Mendicantium, dummodò sint Ecclesiæ conuentualis, non autem claustralis posse deputari in delegatos à Papa per clem. 2. de rescript. iuncta glos. in conseruatores tamen nullatenus illos posse deputari, decisum per Sacr. Congregationem negotijs Episcop. regul. præpositam testatum facit Barbosa de potestat. Episcop. allegat. 106. num. 15. vbi de verbo ipsam decis. refert. Porrò quæ dicatur Ecclesia conuentualis, explicat glos. in cap. nobis in verbo in conuentuali de iure patronatus, vbi dicit, quòd est, in qua duo, vel tres in Collegio sunt: animaduertendum tamen est, quòd duo tantum faciunt collegium, licet ius collegij possint substinere, imò & vnus, cap. gratum de postulat. Prælat. nam de natura collegij est, vt ad minus sint tres per l. Neratius ff. de verb. signif. idem annuit glos. in d. cap. nobis.

In conuentuali Canonico aut collegiatæ Ecclesiæ, quamuis alioqui sit Doctor, si tam aliquam dignitatem, vel personatum non habeat, nullatenus ei poterunt delegari causæ ex ví d. cap. statutum: verùm in considerandà habilitate delegati inspiciendum erit tempus datæ commissionis, Gigas de pens. quæst. 22. num. 19. etenim qualitas, quæ requiritur in delegato debet esse de tempore commissionis, Abb. in cons. 93. lib. 2. Tuscus dict. conclus. 145. num. 15. littera D. Paris. de resignat. lib. 4. qu. 1. num. 17. nec obstabit si fortè tempore præsentationis renunciatio facta sit, quia poterit adhuc procedere, secus verò si tempore commissionis non erat, sed tempore præsentationis erat Canonicus, Tiraquel. in tractat. cessante causa limit. 4. Gonzal. in regul. 8. §. 3. proem. num. 75. Sanchez de matrim. lib. 8. disput. 27. num. 28.

RESOLVT. CXIV.

1 *Scriptores Apostolici dicuntur Sanctæ Sedis Notarij, & qualiter Prothonotariatus officium sit dignitas.*

2 *Dignitas transit in eum, in quem transfertur officium.*

3 *Protonotariatus est dignitas, neque confertur nisi Ecclesiasticis personis.*

4 *Infinitas debet euitari, nam & dignitas numerositate vilescit.*

An

An Prothonotarius Apostolicus possit constitui Iudex synodalis.

DVbitatur an Prothonotarius Apostolicus, qui non sit Canonicus alicuius Cathedralis, nec obtineat aliquam dignitatem, vel personatum in Cathedrali, vel Collegiata possit constitui Iudex Synodalis; ratio dubitationis est, vt subtiliter obseruat Germonius de indult. Card. §. etiam ex eo num. 54. quia Scriptores Apostolici ex priuilegio fel. record.
1 Leonis X. & aliorum subsequentium Rom. Pont. inter cæteras prærogatiuas, & honores illam obtinent, vt omnes, & singuli scriptores huiusmodi tàm præsentes, quàm futuri sint D. Papæ, & Sanctæ Sedis Apostolicæ Notarij, id quod etiam concessum est militibus Lauretanis per fel. record. Sixtum V. nam eiusmodi militibus, & eorum primogenitis concedit, vt dicantur nobiles, & Aulæ Lateranensis Comites; & ex his, Clerici dicantur Prothonotarij Apostolici, Laici verò dicantur milites militiæ inauratæ. Nihilominus, vt idem Germonius tradit vbi supra num. 46. extinguitur, & finitur illa dignitas Prothonotariatus in persona illius, qui officium Scriptoriæ dimisit, & re-
2 manet vti priuatus; dignitas verò tranlit in eum, in quem trãsfertur officium, nam dignitas Prothonotariatus videtur esse ibi causa consecutiua, atque realis, & sequi suam causam inductiuam, & officium ipsum Doctores in l. sordidonum, Cod. de excusat. munerum lib. 10.

Et eò magis, quod dignitas Prothonotariatus extraordinarij conceditur etiam non Doctori, & etiam non existenti in illa dignitate Ecclesiastica; vnde non ita facilè potest admitti præsumptio scientiæ in Prothonotario, sicuti admittitur in Canonico Cathedralis, quamuis non sit Doctor, vt concludũt omnes scribentes in d. cap. statutum 11. de rescript. in 6. nam dignitas Ecclesiastica, & canonicatus non transfertur in eum, qui insignitur dignitate prothonotariatus, hinc exclamat Ant. de Pretis in clypeo, cap. 8. num. 17. quòd multi sunt Prothonotarij adeò ignari, qui vix merentur seruire Prothonotarijs: nihilominus, ex
3 quo prothonotariatus est dignitas, l. eos C. de excus. munerum lib. 10. ibi Ioann. de Plat. & Rebuff. iuncto Gomes. in proem. reg. Cancell. quæst. 1. & Cassan. in cathal. par. 4. consid. 29. Thes. for. Eccles. de grad. & dignit. cap. 2. num. 34. Granat. ad sim. de reseruat. benefic. quæst. fin. Germ. d. §. etiam ex eo num. 86. & sequenti, nec aliæ personæ consueuerunt decorari tali dignitate, nisi ecclesiasticæ, quod communis practica probat, & etiam colligitur ex præallegato priuilegio fel. record. Sixti V. concesso militibus Lauret. Dicerem proinde prothonotariatum Apostolicum, siue sit creatus à Papa, siue sit à Legato Apostolico, quòd præstare potest teste Granutio d. quæst. final. posse constitui, & deputari in Iudicem Synodalem tamquam obtinentem Ecclesiasticam dignitatem: me tamen submitto correctioni Sacræ Congregationis, cuius est hoc decidere. Nec obstat ratio dubitandi adducta de scriptoribus, tum quia eorum officium est vendibile, & per consequens transmissibile, & sic sequeretur magnum absurdum, si dignitas prothonotariatus remaneret etiam post dimissum officium; quippe qui sic possent oriri infiniti Prothonotarij,
4 cum tamen infinitas debeat euitari, l. qui benè, §. fin. & ibi not. ff. de damn. infect. Abb. in cap. 1. num. 4. de priuil. vbi ait dignitatem, quæ per se alioqui excellens est, numerositate vilescere.

Hinc etiam ait Germonius in d. §. etiam ex eo nu. 70. quod in Italia dignitas doctoratus hodie est contemptibilis, quoniam passim omnes promouentur ad illam, tum quia, vt dictum est prothonotariatus in scriptoribus non stat de per se, sed consecutiuè, & accessoriè ad officium scriptoris, ideò sublato officio cessare debet dignitas accessoria, Germonius d. §. etiam ex eo num. 64. at in Prothonotarijs creatis vt supra, quia dignitas huiusmodi stat de per se, ideo videtur, quòd possint constitui Iudices Synodales, & ita tenerem donec appareat contraria decisio.

RESOLVT. CXV.

1 *Prothonotariatus conceditur sub conditione, vt præstetur iuramentum fidelitatis.*
2 *Pretium 100. aureorum erogatur in expeditione literarum prothonotariatus.*
3 *Granutij lapsus redarguitur.*

An possit constitui Iudex Synodalis Prothonotarius Apostolicus ante præstitum iuramentum fidelitatis.

DVbitatur, quid si Prothonotarius antequam receperit insignia huiusmodi Prothonotarijs tradenda, & antequam præstiterit debitum fidelitatis iuramentum, deputaretur in Iudicem Synodalem; an teneret talis deputatio; ratio dubitationis ea po-
1 tissima est, quia prothonotariatus videtur concessus sub conditione, vt iuramentum præstetur, qua non impleta gratia non videtur dici perfecta, l. necessariò §. quod si pendente ff. de peric. & commod. rei vendit. Granut. in quæst. final. ad Simonetam de reseru. benefic. num. 5. similem quæst. mouet circa reseruationem beneficij, & referens pro affirmatiua decis. 339. Put. lib. 2. ea quippe ratione, quia propter erogatum pretium 100. aur. in expediendis litteris Prothonot. necessarium, præsumptio emanat de eius ordine, & mandato factam esse impetrationem, cuius interierat: nihilominus inclinat in negatiuam per iura, & doctrinas, quas ibi adducit num. 6. & sequ. & in eadem negatiua ait residere, Mandos. in 8. quæst.
2 reg. 1. Cancell. sed ex quo quæstio Granutij erat de defuncto antequam ad ipsum peruenirent breue, scrupulus nondum tritus, adhuc non silet quando iam accepit breue, sed neglexit iuramentum præstare; & licet in hoc sit decisio Putei; tamen non video, quòd Rota concluserit in affirmatiuam partem ex ratione, quam dicit Granutius loco citato nimirum propter erogatum pretium 100. aureorum, sed quidem ex eo, quia gratia dicitur pura, & perfecta non obstante clausula, *Volumus autem, quod antequam insignia prothonotariatus sumas iuramentum in manibus, &c. præstes*, quia dictum fuit, quòd hæc verba respiciunt tantum assumptionem insignium, qua etiam assumptione non secuta, gratia est perfecta, huiusmodi enim gratiæ solent expediri per Breue sub annulo Piscatoris, quæ planè Breuia, simul atque sunt subscripta, & sigillata, gratia est perfecta, Puteus decis. 279. lib. 2. quod autem dictum fuit de impensa 100. aureorum, hoc fuit ad demonstrandum, quòd gratia fuerat impetrata de consensu gratiati, licet esset absens, & sic probatur accepratio: quinimò dictum etiam fuit, quòd etiam ante acceptationem inducitur reseruatio iuxta decis. 11. de præb. in nou. & decis. 18. tit. eodem in antiq. Et secundum istam affirmatiuam iudicarem, quidquid dicat Granutius, qui planè vi-
3 detur errare, dum arguit per text. in cap. si tibi absenti de præbend. in 6. ad gratiam prothonotariatus si quidem per d. cap. non datur, nisi ius ad rem, vt ipsemet fatetur: per Breue autem, vt dictum est gratia remanet pura, & perfecta; est enim compatibile, quod aliquis habeat gratiam prothonotariatus, nec assumpserit insignia.

RE-

RESOLVT. CXVI.

1 *In dimittente dignitatem, remanent adhuc illius vestigia.*
2 *Habens dumtaxat honoris vestigia pristinæ dignitatis nequit constitui synodalis Iudex.*

An Iudex Synodalis possit constitui ille, qui dimisit dignitatem.

DVbitatur an ille, qui dimisit aliquam dignitatem, possit nihilominus constitui Iudex synodalis: ratio dubitationis est valdè potissima, quia in
1 dimittente aliquam dignitatem remanent aliqua illius vestigia in memoriam antiquæ dignitatis, hoc est nomen, seu honor, & prælatio honoris Ioan. de præl. ad l.1. & 2. C. de pret. cum alijs citatis per Germon. de indult. §. etiam ex eo num.74. quæ planè vestigia faciunt ipsum honorarium, l.2. Cod. vt dignit. ord. seru.

Respondendum videtur negatiuè, nam quamuis concedatur aliquas reliquias, & honoraria remanere in huiusmodi dimittentibus officium cum dignitate, quod tamen pretio, aut suffragio non fuerunt adepti, quo casu nedum cessaret dignitas cum officio, verum etiam omnes reliquiæ, & nulla remanerent vestigia, l. vniuersi, & ibi Bart. Plat. & Rebuff. C. de legat. lib. 10. quam allegat Germon. vbi supra n. 79.

Attamen huiusmodi vestigia conceduntur sine præiudicio tertij, & sine aliquo exercitio præcedentis dignitatis, nec tales dimittentes, & honoraria habentes præferuntur vacantibus in eadem dignitate; tametsi præferantur vacantibus in dignitate inferiori Germon. d. §. etiam ex eo num.74. & seq. nec huiusmodi vestigia afficiunt, vt in terminis reseruationis beneficij decidit Rota coram Oriolen. & est decis. 70. num. 11. par. 1. diuersor. vbi dictum fuit, quòd huiusmodi vestigia non sufficiebant ad inducendam reseruationem beneficiorum, Germon. d. §. etiam ex eo
2 num. 81. & ex his tenerem non posse deputari in Iudicem Synodalem illum, qui habet dumtaxat vestigia honoraria.

RESOLVT. CXVII.

1 *Nemo promouendus est ad dignitatem Canonicatus ante vigesimum secundum annum, fallit in Doctoribus.*
2 *Iudex non potest constitui minor 21. annor.*
3 *Princeps ei, cui magistratum dedit, omnia agere decreuit.*

Quæ Ætas requiratur in Iudice Synodali.

1 VIdebatur illam ætatem requiri, quæ in Doctore exigitur: nam Concilium Trid. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. ad cæteras, statuit neminem esse promouendum ad dignitates, vel Canonicatus in Cathedralibus, qui constitutus non sit in 22. suæ ætatis anno, & nihilominus Doctores possunt fieri, & doctoratus dignitate decorari, vt obseruat Anchar. in proœmio sext. num. 5. si sint in ætate 20. annorum per cap. cum vigesimum 41. ff. de off. delegat. & in l. quidam consulebant 57. ff. de re iudic. quinimò, & in ætate 18. annorum per l.1. §. initium vers. pueritia, ff.
2 de postulando; cum itaque Iudex non possit constitui minor 21. ann. per textum, & glos. in d.l. quidam, & d. cap. cum vigesimum, quod in eiusdem legis declarationem successit, teste Butrio in cap. fin. de offic. delegati, Doctor verò, vt vidimus possit esse minoris ætatis; sequitur proinde, vt sit incapax deputationis in Synodalem Iudicem. Nec obstat l. cum prætor §. non autem vers. natura, iuncta glosa ibi vers. impubes de iudic. quæ annuit, vt quis possit esse Iudex quamuis sit minor. 20. annis: imò, & 18. siquidem intelligenda est quando Princeps faceret Ordinarium, vel De-
3 legatum Butr. vbi supra, nam Princeps ei, cui magistratum dedit omnia agere decreuit, dict. l. quidam 57. de re iudic. Nec etiam releuat, quòd valet quando partes scientes eum esse minorem, in illum tamen consentiunt, quod fieri potest in maiori, non autem in minore 18. annis, nam hæc ratio non militat in Iudice synodali; quippè qui non deputatur a Principe, neque de consensu partium, & sic non intrat illa dispositio.

PRAXIS COMPOSITIONIS Clericorum.

RESOLVT. CXVIII.

1 *Pœna infligitur iuxta delicti mensuram, & num. 4.*
2 *Lex humana adest supra legem Dei.*
3 *Delinquentes non sunt in pecunia puniendi.*
5 *Compositiones fiunt indistinctè à Prælatis, & sic seruatur in Regno num. 10.*
6 *Bona auferens vitam auferre dicitur.*
7 *Auari magis cruciantur in pœna pecuniaria, quàm in corporali.*
8 *Pœna pecuniaria imponi potest ab habente iurisdictionem.*

An Episcopus possit suos Clericos delinquentes pœna pecuniaria punire.

AD exclusionem impositionis pœnæ pecuniariæ, & sic pro negatiua sententia adducuntur infrascripta.

Primò authoritas Sacræ Scripturæ Deuter. 25. vbi pœna iuxta delicti mensuram: intelligenda est; pro
1 mensura enim peccati debet esse plagarum modus, vt oculus pro oculo, dens pro dente, manus pro manu, cum de ratione iustitiæ debet esse æqualitas, quæ omninò in eius exercitio seruanda est. Quare si aliquis homicidij crimen commiserit, non aliter æquè punitur, nisi ipse patiatur idem, quod alteri per iniuriam intulit, sicut docet D. Thom. 2.2. quæst. 68. art. 4. At qui homicidij crimine pœna tantum pecuniaria puniretur, non puniretur pœna conueniente, cum pœna illa non infligatur iuxta sceleris mensuram, quod proprium est iustitiæ punitiuæ. Hinc Archidiacon. in cap. duo ista 23. qu. 4. verbo cadet, asseuerat non esse valida statuta, vel consuetudines Ciuitatum, in quibus est limitatum quantum debet soluere pro pœna homicidij arg. cap. ex parte, de consuet. leg. si
2 vnus §. pacta, ff. de pact. Ad hoc facit, quod talis debet mori, dict. cap. duo ista, & lex humana non est supra legem Dei, sed subtus cap. 1. dist. 10. sic etiam tenet Host. & not. extra de consuet. cap. quanto. Hinc etiam Card. in cap. 3. de pœnis dicit non licere, & perniciosum esse siue ex lege, aut sententia, vel ex decreto Iudicis indigere, seu exigere pœnas pecuniarias pro criminibus tolerandis, ne Prælati potius lucrum proprium, quam criminum venationem venentur (v.g.) imponere annuum censum concubinarijs, quia eo soluto ipsi criminosi in sceleribus, & peccatis perseuerarent. Ita animaduertit Ioann. Driedo de lib. Christian. pag. 91. refert Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 4. vers. secundum, num. 8.

Item facit text. in c. vt clericorũ, de vita, & honest. cleric. & in cap. irrefragabili, §. vlt. de off. ord. per quæ
3 iura habetur, quod delinquentes non sunt in pecunia puniendi, quia personæ delinquunt, & non pecunia, vt §. oportet, collat. 3. de mandat. Princip. quare pœna

suos

suos debet sequi Authores, leg. sancimus, Cod. de pœnis. Hinc Isidorus; citò violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit pœnam, quam scit pecunia posse redimere cap. pauper, 11. quæst. 3. & Host. in sum. tit. de offic. ordin. §. quid pertinet, num. 4. dicit, quod delicta debent puniri secundum statuta canonica, & non secundum quæstum pecuniæ.

Præterea, ita etiam prisci Iurisconsulti, vt Doctor. in l. preses, C. de transact. Luc. de Penna, quam optimè in l. 1. C. de desertor. lib. 12. hoc idem affirmat, pœnas corporales in pecuniarias non posse commutari, mandatur enim Iudicibus regulariter, vt iustitiam faciant; Hinc iurant, noxijs secundum leges inferre supplicia, ideoque non videtur ex hoc eis permissum, vt de pœnis pro maleficijs debitis componant, quia sicut austeritas in Iudice est detestanda, facit text. in cap. alligant 26. quæst. fin. Sic etiam nimia clementia, leg. respiciendum, ff. de pœnis, leges enim non in pecuniam, sed in corporibus delinquentes puniunt cum debeant esse criminibus proportionatæ, vt iuxta culpæ mensuram sit plagarum modus; quia nihil ad perpetranda delicta tantam submministrat confidentiam, ac audaciam, quam facilitas pœnæ corporalis euadendæ, cap. illud 16. quæst. 1. & hoc præcipuè locum habet secundum canones, scilicet, non posse fieri compositionem de iure Pontificio, cum crimen manifestum appareat, vel fama super crimine delinquentem vexet; imo etiam de iure Cæsareo non debet fieri compositio cum hominibus malæ conditionis, & famæ, qui malefactor est personaliter puniendus, vt etiam sanxit cap. Regis Roberti, incip. Ad peruersorum refrenandam audaciam. Item est Pragmatica Caroli Quinti incipiens: Mandamus. Licet hodie aliter res se habeat, qua peruersi officiales (salua pace bonorum) non personam, sed marsupium suspendunt, & ideo delinquentium numerus excrescit, quare Officiales, & Barones se, & eorum animas damnant, vt notat Pugnat. in Pragmatica Regni 4. num. 154. sub tit. de falsis testibus, & per Carauit. tit. 272. num. 8.

5 Contrarium tamen seruatur in praxi; Nam Prælati faciunt compositiones indistinctè, quæ quidam praxis fundatur, nam non negatur posse infligi mulctam pro delicto, & etiam homicidio ex causa, Gamma. dec. 35. n. 8. Afflict. decis. 287. Piateg. in praxi p. 2. c. 4. num. 97.

Itaut debito modo fiat, iuxta personarum, & criminum qualitates, nam per oblationes pecuniarum, atque bonorum, criminosi deterrentur, & coercentur, cap. si nos, 23. quæst. 3. vbi glos. versic. vel pecuniæ.

6 Dicitur enim quodammodo vitam auferre qui bona tollit, cap. si quis obiecerit, 1. quæst. 3. Quinimò vbi iusta ratio compositionis poscit, peccat Iudex, cum reo hoc petenti deneget, cap. fraternitatis, 34. dist. & hominem paupertas, & auaritia facit eos ma-
7 gis deterrere, cum auari, & pauperes magis cruciantur in pœna pecuniaria, quam in corporali, iuxta leg. properandum, vbi scribentes, §. sin autem vtrique, Cod. de Iudic. glos. in capit. 1. §. si quis, versic. certum de pact. Nouarius qui plura in hac re colligit de election. fori quæst. 29. section. 2. in vltima impressione.

Item quia habens iurisdictionem potest imponere pœnam pecuniariam cap. qui Subdiaconum 17. q. 4. Archid. in cap. si nos 27. quæst. 4.

RESOLVT. CXIX.

1 *Compositiones fiunt tempore Capituli Sede vacante.*
2 *Iurisdictio Episcopi deuoluitur ad Capitulum Sede vacante.*
3 *Capitulum Sede vacante repræsentat Episcopum.*
4 *Nuncius Regni Neapolis Sede vacante non applicat pœnas pecuniarias Cameræ Apostolicæ.*

Capitulum Sede vacante, an possit facere compositiones, & applicare locis pijs, vel Nuncius Apostolicus possit illas applicare Cameræ Apostolicę.

SEruatur in Curijs Ecclesiasticis indistinctè, quod quando Ecclesia vacat Capitulum Sede vacante,
1 vel eius Vicarius Deputatus soleat pro criminibus dignis compositione facere compositiones, & ita plures me assidente Vicario capitulari in curia Archiepiscopali Neapolis fuisse practicatum reminiscor,
2 sicque ibidem est inueterata consuetudo, cum Episcopi iurisdictio Sede vacante ad Capitulum deuoluatur cap. vnic. & ibi glos. de maiorit. & obedientia in cap. Roman. cons. 506. num. 13. in fine, Federic. de Senis cons. 30. num. 3. Molin. de iust. & iur. tractat. 5. disput. 11. num. 1. 3. & 10. taliter quo sicuti licet Epi-
3 scopo has compositiones facere, ita etiam nec id poterit denegari Capitulo Sede vacante, quod quousq; durat sedes vacans repræsentat Capitulum, & agit, quæ Episcopus facere poterat, Nouarius forensi qu. 103. lib. 1.

4 Et in eadem Curia Archiepiscopali Neapolitana fuit dictum, quod Sede vacante non potest Illustrissimus Nuncius Apostolicus huius Regni compositiones, & alias pœnas applicare Cameræ Apostolicæ, sed illas poterit Vicarius Capitularis statim assignare locis pijs, vt per Genuens. in praxi eiusdem Curiæ Archiepiscopalis cap. 68. n. 4. & ita tempore meo indistinctè seruabantur in dicta Curia Archiepiscopali cum ibidem Capituli Vicarius essem.

RESOLVT. CXX.

1 *Compositio est facienda cum causa.*
2 *Causæ compositionis faciendæ, quænam sint, & num. 3. 5. 6. 8. 9. 10.*
4 *Minori delinquenti quæ pœna imponatur.*
7 *Temporis lapsus minuit pœnam.*

Causæ iustæ quænam sint, vt Episcopus valeat compositiones facere, & punire Clericos pœna pecuniaria.

NOuarius in suo nouo Commentario ad pragmaticam Regni 89. Capitum sect. 2. cap. 13. à
1 n. 9. cum pluribus sequentibus, affirmauit compositionem debere fieri cum causa, & causas perplures cumulat ex quibus compositio licitè fieri potest, quarum practicabiliores hic adducere deliberaui.

2 Prima igitur iusta causa compositionis faciendæ est, vbi Clericus reus esset in senectute constitutus ad textum in cap. tanta 86. distinct.

3 Secunda, vbi Clericus esset minor, l. auxilium, ff. de minoribus, minor enim ætas semper opitulatur reo,
4 vnde minori delinquenti pro pœna mortis imponitur deportatio, vel relegatio in insulam, vel ad triremes per decennium, vt apud Grammat. decis. 23.

5 Tertia est, vbi Clericus esset nobilis, quia ratione nobilitatis pœna corporalis posset commutari in pecuniariam, l. sed si vnus, §. quidam ff. de iniurijs, per plus enim operatur nobilitas, de quibus latius est videre penes Tiraq. in particulari tract. de Nobilitate.

6 Quarta est tempus, quia illud dicitur iuxta causa faciendi compositionem, l. quærelam, C. de falsis tem-
7 poris enim lapsus minuit pœnam, l. si diutino ff. de pœnis indè homicidium per decennium non punitur ita acriter, Abb. in cap. cum habere de eo qui dux. in matrim. quam polluer. per adult.

8 Quin-

8 Quinta causa est, vbi plures sunt delinquentes, & ignoratur quis verè deliquit c.non potest 23.quæst.4. c.quotiens 1.q.7. quia ratione incertitudinis potest deueniri ad compositionem.

9 Sexta causa est, vbi crimen fuit commissum per simplicitatem cap. ex suarum de sortileg. ob ebrietatem l.omne delictum, §.vnium ff. de re milit. propter iram c.ira 11. quæst.3. & ob similes causas, quæ iudicio prudentis Iudicis reponuntur, qui iuxta falli qualitatem se gerere debet.

10 Septima causa erit, vbi Clericus reus non esset solitus delinquere, nam ob delicti singularitatem licet deuenire ad compositionem cap.licet 45. distinct.

RESOLVT. CXXI.

1 *Compositio est facienda habita remissione partis, & vbi pœna pecuniaria magis timetur num.2.*
2 *Facile deuenitur ad culpas, vbi est venialis gratia.*
4 *Compositio fit gratia correctionis.*

Vt Episcopus valeat Clericos delinquentes componere quæ obseruanda sint.

ADuertendum est pro articuli dilucidatione quod ad finem, vt talis compositio licitè fiat plura sunt consideranda, & interuenire debent.

1 Et primo vt fiat parte concordata hoc est cum remissione partis, quod etiam procedit in Principe. Et enim licet supremus Princeps, vel eius iura habès possit remittere pœnas ex aliqua causa l. relegati in fine l.mortis, §.sed enim l.Diuus l.2.& l.ad bestias ff. de pœnis notat Pedem. decis. 101. Si tamen hoc faceret absque remissione partis peccaret mortaliter, vt dicit Clarus lib.3.§.fin. de hoc habetur per D. Thom.2. 2.quæst.67.artic.4. & in 3.par. quæst.46.art.7. & latè scribit Nouarius in pragm. Regni 4. de compositionib. Thesaur.decis.21.Caball.resolut.crim. cas.58. & 157.Cabed.dec.Lusit.75.

2 Secùdò requiritur, quod pecuniæ compositio tunc demum fiat quando ea pœna magis timetur, quam alia, cap.cognouimus 16. quæst.2. ca.quoniam, vt lite non contestata, Abb.in cap.irrefragabili, §.vltimo, vt lite non contest.quia secundum August. siue plectendo, siue ignoscendo hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur 23.q.5.ca.prodest, quia semper a principio illa pœna imponenda, quæ magis timetur. Hinc diuitibus cum magna cautela, & prudentia illa imponenda est, solet enim præstare delinquendi occasionem maximam, vnde dixit text. in c. pauper 11.q.3. quod nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat; crescit enim multitudo
3 peccandi, cum redimendi peccati spes datur, & facile itur ad culpas, vbi est venialis ignoscentium gratia, vt scribit Arnobius lib.7. aduersus gentes.

4 Tertio quod fiat gratia correctionis, hoc est pro corrigẽdis excessibus ex fomite charitatis. Hostiens. in c.vt clericum num.7. de vit. & honest. cleric. quod tunc dicit ipse præsumam, vbi Iudex ipsam sibi non retinet, nec imbursat, sed pauperibus erogat, & ad pios vsus, quemadmodum tradunt Abb.in c.2.de success. ab intest. Felyn.in dicto cap.irrefragabili §.cæterum. Hinc Guliel.Bened.in 3. part.verbo. An occidere peccatores liceat num.28. valdè reprobat compositiones, & dicit quod male faciunt Episcopi, & cæteri Ecclesiæ Prælati, qui omnia delicta conuertunt in pecuniam propter auaritiam, quia eo casu licet imponant pœnam pecuniariam, vt non sustineant clericos in delictis, tamen quia hoc faciunt moti ex auaritia, vt possint sibi imbursare non licet. Io.Andr.& Franc. in c.pro humani de homicid.in 6. glosa in c.quoniam vbi Gemin.distinct.18.

RESOLVT. CXXII.

1 *Compositio cadit in criminibus leuibus.*
2 *Compositio in quibus delictis denegetur.*
3 *Episcopus non dispensat in delictis ab adulterio supra.*
4 *Pœna degradationis quando detur.*

An in criminibus grauioribus Episcopus possit clericos componere.

1 VT probat Castrens.cons.348.colum.1.non potest Episcopus, vel eius Vicarius facere cõpositiones, nisi in criminib. leuibus, vel extraordinarijs, in quibus est locus pœnæ extraordinariæ, non autem in criminibus grauibus, vt in illis in quibus taxata est pœna a iure, vel vbi agitur de pœna depositionis ab ordine, vel priuationis ab officio Iacob.Sbroz.de offic.Vicar.lib.2.quæst.3. Nouarius in nouell. pragmat.89.c. 13.in principio sectione secunda. Nec etiam quando crimen esset manifestum, vel fama super crimine de-
2 linquẽtem vexaret; Sic nec compositio fieri potest per officiales sæculares super crimine, pro quò venit mors naturalis imponenda, vel ciuilis, vel pœna membri abscissionis infligenda, nisi officiales Proregem consulant, & per Collateralem Consilium expediatur prouisio quod componatur, Nouarius in const.ad pragmat.89.c.sess.2.c.13. & secùdum Afflict.in decis.287. debet esse pars spontè concordata, quia si probaretur remissio partis per vim, & metum, secus esse, vt dixit Iulius Clarus fol. 53. col.1. fallit tamen in quibusdam casibus, in quibus fieri nõ posset, vt in crimine hæresis, aut læsæ Maiestatis, vt not.in cap.incipien.Robertus, & in crimine sodomiæ, & blasphemiæ, vel nisi esset imponenda pœna degradationis clerico, quia tunc nõ potest commutari in tẽporalem, Gemin. in d.c. quoniam: & ratio est, quia Iudex non potest commutare pœnam iuris in pecuniariam, nisi sit talis, qui possit super crimine dispensare, vt est glos.not. in c. licet de
3 pœnis, sed Episcopus in delictis non dispensat ab adulterio supra nisi in casibus in iure expressis capit. at si clerici de Iudic. ideò talem pœnam commutare non potest in delictis, Geminian.ibi, pœna verò degrada-
4 tionis in his casibus debetur, primo in homicida proditorio Sacerdotis cum spoliatione bonorum. Secundo in parricida. Tertio in Ecclesiæ incendiario. Quarto in eò qui spoliauit Ecclesiam rebus deputatis ad seruitium diuinum. Quinto in eò, qui ordinauit prodere patriam. Sexto in homicida assassino. Septimo in committente plura delicta attrocia, vt homicidia, latrocinia, falsitates; ita Petr.Anchar.in c.ea quæ de regul.iur.quem sequitur Abb. in c.at si clerici de Iud. Hinc Luc.de Pen.in l.1. colum.18. de defertor.lib.12. dicit quod non est admittenda compositio in posterum de illis, quorum vita probabiliter nullatenus est corrigenda facit text.in cap.prodest 23. quæst.5.24. quæst.1. c.legatur. Sic nec qui beneficium compositionis sibi quadam supplitiosa temeritate nititur, & nec is qui assiduè peccat l.3. in fine C.de Episcop.audiend. cum nec Deus assiduè peccanti de facili misereatur c.draconi sunt in fine dist.93.vbi glosa dicit assiduè, idest iterato, quia vulnus iteratum tardius sanatur c.inanis de pœnit.dist.3.

RESOLVT. CXXIII.

1 *Compositio facienda est ante sententiam.*
2 *Pontifex, & Rex post sententiam possunt compositiones facere.*
3 *Sententia Vicarii cum clausula salua moderatione, & commutatione Episcopi valet, & ita seruatur Neapoli.*

Episco-

Episcopus an possit facere compositionem, & imponere pœnam pecuniariam post sententiam.

DIcit Guglielm. de Bened. in tertia parte in verbo an occidere peccatores liceat, sub nu. 28. quod vile est post sententiam condemnatoriam personæ recipere pecuniam.

1 Vnde non licet Episcopo compositionem facere, nisi ante sententiam, nam deinde prohibetur. glos. in l. 1. ff. ad Turpilianum, Graff. cons. 1. nu. 15. de pœnis, quem refert, & sequitur Nouarius in comentario ad pragmaticam Regni 89. c. sect. 2. c. 13. post enim sen-
2 tentiam compositiones facere non licet, nisi Pontifici, vel Regi, Archidiac. in cap. Proconsl. 22. quæst. 4. & in c. circũcisiones 23. q. 5. Lucas de Pen. in l. 1. colum. 11. de desertoribus lib. 12. Imò ampliat Graffius loco citat. non excusare Dominos Co Episcopos reseruationem potestatis in sententia sibi faciendi gratiam, & diminuendi pœnam, nam hoc fieri non posse firmat ex Bald. in l. 1. C. de calumniatoribus.

Sed id non seruatur in Curia Archiepiscopali Nea-
3 polis in qua per Dominũ Vicariũ in sententijs semper solet apponi clausula in fine, salua moderatione, & commutatione Illustrissimi Archiepiscopi, quam sententiam valere probat Genuens. in prax. eiusdem Curiæ c. 48. num. 3. in impressione Roman. ex Bald. in auth. interdicimus, C. de Episcopis, & clericis, & Fely. in c. qualiter, & quando il 2. §. ad corrigendos de accusationibus. Quare ex huiusmodi clausulæ insertione Episcopi solent se saluare, & compositiones post sententiam faciunt, licet tutius esset se abstinere.

RESOLVT. CXXIV.

1 *Episcopus in compositionibus vti paterfamilias se gerere debet.*
2 *Appellatur ab excessiua compositione.*
3 *Compositiones excessiuæ moderari possunt per Superiores.*
4 *Iudicium debet esse discretum.*
5 *Compositiones indiscriminatim non sunt faciendæ.*

Compositiones excessiuæ factæ per Episcopum an possint moderari à Metropolitano Archiepiscopo.

QVamuis iuxta quotidianam praxim in iure quoque fundatam, possit Episcopus aliquando componere clericos illisque pœnam pecuniariam imponere.

1 Tamen in illa se gerere debet vti paterfamilias, & Pastor bonus, qui suas oues numquam excoriat alias
2 si excederet in componendo, ita vt subditus censeretur grauatus, in tali casu posset appellari ad Metropolitanum Archiepiscopum, & ad alios Superiores in forma, quibus licebit, compositiones factas moderare, iuxta arbitrium boni viri.

3 Cõpositiones verò excessiuæ à Superiore moderari possunt, & potest ab eis appellari, vt in proprijs terminis docuit Nouarius in suo cõmentario ad pragmaticam Regni 89. capitum sect. 2. c. 13. qui allegat Gizzarellum in decis. 57. vbi deciditur posse appella-
4 ri, vt reducatur compositio ad iustum arbitrium, quia iudicium in Iudicem collatum in faciendis compositionibus debet esse discretum glosa fin. in l. penult. ff. de receptis arbitris.

5 Nec compositiones indiscriminatim faciẽdæ sunt Graff. consil. 1. nu. 27. de pœnis, vbi dicit, quod diuites magis pecuniaria pœna mulctandi sunt, quã alij, vt dixit idem decis. casu conscient. lib. 1. c. 20. num. 29. p. 1.

RESOLVT. CXXV.

1 *Cap. dilectus de offic. ordin. qualiter intelligatur.*
2 *Pœna pecuniaria an possit per Episcopum retineri.*

Facta compositione de pecunia soluta quid facere debeat Prælatus.

1 HOstiens. in tit. de officio Ordinarij, §. pertinet voluit posse Episcopum illam sibi applicare, & ita a multis intelligi text. in c. dilectus eod. titul. & in ca. referente de delictis puerorum. sequitur Afflict. in ca. licet de pœnis, Archid. in c. qui contra 19. distinct. & Bald. in l. 2. in 2. notab. C. de Episc. & clericis, quę conclusio secundum Felyn. in c. dilectus n. 8. intelligitur, vbi per statutum imponitur pœna pecuniaria.

2 Vbi verò pœna pecuniaria imponitur per sententiam, quamuis Episcopus possit eam retinere, honestius est, quod pro euitanda suspicione cupiditatis distribuet in pios vsus, vt voluit Abb. in c. de causis de officio delegati, Anan. in c. 1. in princ. de homicidio in 6. Card. in clement. 2. in verb. inquisitoribus in 2. quæst. de hæreticis Bal. in rubr. de constitutionibus, col. 3. vers. quæro si Episcopus, & ex modernioribus, Foller. in pract. crimi. f. 145. Marant. 6. par. c. 1. nu. 62. Couar. li. 2. variar. resolut. c. 9. per totum, Diaz pract. crimin. Canon. c. 134. Syluestr. verb. pœna §. 6. nu. 21. Nauarr. in manual. c. 23. num. 101. notab. 6. Tabien. in verb. renunciatio n. 5. & Gomez. in tractatu de breuibus num. 25. cum alijs de quibus per Zerulam in praxi Episcopal. verb. compositio, & Piaseg. similiter in prax. in tit. de pœnis pecuniarijs in princ. Quarant. in summa bullarii in verbo pœna pecuniaria, vbi multa ad hoc adducit.

RESOLVT. CXXVI.

1 *Episcopus pauper sibi appropriat compositiones.*
2 *Elemosina quando applicari potest sibi, & quando restitutio num. 3.*
4 *Charitas ordinata incipit à se ipso.*

An vbi Episcopus est pauper possit pecuniam ex decreto compositionis prouenientem sibi applicare.

INter cęteras coartationes ad conclusionem suprapositam illa principalior est, vbi Episcopus esset pauper, & valdè indigeret, quia firmant omnes supra
1 citati, posse Episcopum pecuniam prouenientem ex decreto de componendo sibi applicare, & ita determinauit Sacra Congregatio, vt fatetur Nouarius in comment. ad pragm. 89. capitum c. 3. num. 53. vbi allegat nos in praxi resolut. 300. part. 1. & Graff. de arbitr. confessar. c. 51. nu. 6. lib. 2. & alios vt per eum: quę opinio fulcitur infra citandis fundamentis.

2 Primo, quia obligatus facere eleemosynam nomine alterius potest sibi ipsi illam applicare, si est in necessitate, vt latè probat Feli. in c. irrefragabili §. cæterum n. 5. de offic. Ordinarij, Castrens. in cons. 291. in princ. Abb. in cons. 34. in fin. Alex. in cons. 27. n. 3. & seq. vol. 1. Calder. cons. 33. de testamentis Minsing. cent. 3. obseru. 93. Nauar. in cons. vnico de Mendicãtibus valid.

3 Secundo, quia obligatus ad restituendum pauperibus potest sibi retinere, tamquam vnus de pauperibus, idem Calder. in cons. 23. de testamentis, Fel. in consil. 27. nu. 6. & seq. Alciat. in cons. 39. latè Nauarr. in manuali confessorum cap. 17. num. 91. & idem in c. Præsbiter 27. not. de pœnitentia distinct. 3. & in cons. vnico de mẽdicantibus, validis, vbi propria materia.

Tertio mouentur ex notabili doctrina Card. communiter sequuta in clem. ad nostram in fin. de hęreticis, vbi Inquisitores, qui pœnas pecuniarias nõ possunt sibi

sibi retinere, sed in pios vsus conuertere permittitur tamen sibi ipsis applicare quando indigent pro necessitate officij, quod dictum valdè commendat Cotta in suis notabilibus verbo Inquisitor. Duenas reg. 52. & Felin. supra num. 6. quibus addo text. in cap. non fatetur 66. distinct. & in c. quiescamus 41. dist.

4 Monentur quarto ex regula quod prima charitas incipit à propria persona, iuxta regulam traditam in leg. præses C. de seruitutibus, & aqua, cap. nisi specialis de auctoritate, & vsu palij. Surd. in decis. 232. num. 21. vbi ampliant in tantum vt quis ex ordinata charitate magis amet se in vngue pedis, quam aduersarium in vertice capitis, quia quis magis sibi quam alteri prouidere debet. l. si quis à liberis §. si quis ff. de liberis agnoscendis, vnde dolo facere non videtur qui se plus altero diligit, vt pulcrè per Crauett. in cons. 8. nu. 18. & conferunt, quæ pulcrè decidit Mastrill. in decis. 134. part. 2.

Ego tamen licet habeam Ecclesiam in sponsam satis pauperem, non solum mihi huiusmodi compositiones non applico, sed nunquam ad tales compositiones faciendas deuenio, sanius enim videtur delicta alia via castigare: semper enim mundus applicat huiusmodi compositiones cupiditati Episcoporum, illorumq; auaritiæ, quæ semper est euitanda, nam hic sumus peregrini, & hospites, & aliam regionem inquirimus, quod si considerarentur, terrena vtique non tam fixo corde amarentur, vè igitur illis, qui ætate ingrauescentes, mundanis etiam senescunt.

RESOLVT. CXXVII.

1 *Legatum pro fabrica Ecclesiæ dicitur pium, nec de eo soluitur quarta.*
2 *Pœna pecuniaria non applicatur fabricæ cathedralis, licet secus aliarum Ecclesiarum num. 3. 4. & 7.*
5 *Diuersorum diuersum est iudicium.*
6 *Illatio non fit à diuersis.*

Pecunia prouenies ex decreto compositionis, an possit applicari per Episcopum fabricæ Ecclesiæ.

RAtio dubitandi pro affirmatiua sententia est, quoniam si potest, & debet Episcopus pecuniã ex compositione prouenientem locis pijs applicare,
1 ergo & fabricæ Ecclesiæ cum sit causa pia reparare Ecclesiam, vt per Thomas. in tract. var. vltim. volunt. tract. 10. c. 29. vbi legatum pro fabrica Cappellæ dicitur pium ex Carrat. cons. 49. nu. 2. Alban. in cons. 71. vol. 2. & in lucrubationibus ad Bart. in l. illud ff. de le-
2 gatis 1. vnde pro tali legato non soluitur quarta Episcopo iuxta tradita in c. fin. de testamẽtis, Quarant. in summa Bullarij in verb. quarta Episcopalis in fine, Maurus cum ibi additis in allegat. si & fuisse in Rota Romana resolutum, testatur Seraphin. in decis. 725. part. 1.

3 Verum circumfertur Sacram Congregationem Eminentissimorum Cardinalium declarasse non posse Episcopum pœnam compositionis applicare fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, prout testatur Genuen. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 68. num. 2. in antiqua impressione Neapolitana, quia ad hoc sunt assignati redditus Episcopi c. ab omni de vita, & honest. Clericorum, sequitur eamdem sententiam Piaseg. in praxi Episc. par. 1. c. 4. num. 97.

4 Ex cuius quidem declarationis sensu satis apertè patet illam posse applicari aliarum Ecclesiarum reparationi, & fabricæ ex regula, quod dispositio limitata limitatum parit effectum, Seraphin. decis. Rot. 911. nu. 2. & dispositio limitata non extenditur. Card.
5 Tusc. cõcl. 494. lit. D. & dispositũ in vno casu nõ debet extendi ad aliũ, ita quod diuersorũ diuersũ sit iudiciũ, l. inter stipulantem, §. sacram. ff. de verb. oblig. Gratian. decis. Marchiæ 32. num. 8. & diuersa ratio reformat actum, l. interpositas C. de transact. & à diuersis
6 non est facienda illatio l. fin. in fine, & ibi Bar. ff. de calumniator. l. naturalem §. nihilominus ff. de acquirẽd. possess. & consequentia non solet, nec debet fieri à remotis l. non hoc C. vnde cognat.

7 Quare dicendum est pro resolutione articuli cum distinctione, quod aut Episcopus vult pœnam pecuniariam, quam ex compositione habet applicare Ecclesiæ Cathedrali, & vtiq; non potest, vel illam intendit facere vertere in beneficium aliarum Ecclesiarũ, ad quarum reparationem ipse de suo non tenetur, & tunc licitè fieri potest huiusmodi applicatio, prout sæpius scio fuisse practicatum in Cur. Archiep. Neap. tempore Eminentissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium Aquæuiuæ, & Carafæ eiusdem Ciuitatis Archiepiscoporum vigilantissimorum, & vndique maximè piorum.

RESOLVT. CXXVIII.

1 *Pœna pecuniaria non applicatur sacristiæ Ecclesiæ Cathedralis.*
2 *Ornare Sacristiam ad quem spectet.*
3 *Parium eadem est dispositio.*
4 *Via fraudibus non est aperienda.*
5 *Expresso vitiato dicitur vitiatum tacitum.*

An possit supracitata pœna pecuniaria per Episcopum applicari Sacristiæ Ecclesiæ Cathedralis.

1 ADeò Episcopus prohibetur ad eius beneficium pœnam pecuniariam, quam ex compositione ait recipere, vt nequeat pariter illam Sacristiæ Cathedralis applicare, prout ita multoties dum essem consultus, respondi.

2 Cuius opinionis ratio est, siquidem ornare Sacristiam Ecclesiæ Cathedralis, illamque de necessarijs prouidere spectat regulariter ad Episcopum de suo marsupio agere, quid si fortè concederetur compositiones applicare posse ibidem, vtique in eiusdem beneficium verteretur compositio, & sic diuerso nomine idem resultaret effectus, & eadem vtilitas respectu Episcopi oriretur, quia idem est ad eius comodum applicare aliquid, vel ad alterius rei, si illam rem, & ipse quoque subuenire teneretur.

Taliter quod sicuti prohibetur Episcopus applicare sibi, ita quoque & applicare nõ potest rei, in quam ipse expensas erogare tenetur, militat enim eadem ratio in vtroque, ergo iure diuerso censeri non debet l. eum, qui edes, ff. de vsucap. cap. cognouimus 12. q. 2.
3 quia parium est eadem iuris dispositio, & iudicium c. inter corporalia, & c. sicut ergo de translat. Episcop. & eadem est natura l. si socer in fin. ff. solut. matrim. & eadem est potentia, nec maior l. 1. §. veteres ff. de acquir. possess. l. si reus ff. de duob. reis, aliàs si contrariũ
4 diceretur fieret fraus legi, & aperiretur via fraudibus, quod non est concedendum ad tex. in l. in fundo ff. de rei vendic. clem. 1. vbi Card. de vsur. quod enim in vtilitatem meam expresè agere non possum, altera via tacita, & sub alio colore facere, nec debeo, imò non permittitur ex regula, quod expresso denegato dene-
5 gatur tacitum in eo comprehensum, prout expresso vitiato vitiatur quoque tacitum l. 3. §. fin. in fin. ff. de seruit. rustic. præd. l. cum vnus §. planè ff. de bon. author. Iudic. possid. leg. 1. §. hæc verba. vers. proinde. ff. ne vis fiat ei, cum alijs iuribus, quæ adducit ad id Gomez var. resolut. tom. 1. cap. 3. num. 19.

RESO-

RESOLVT. CXXIX.

1 *Episcopus contribuere tenetur Seminario.*
2 *Seminaria à quibus sint erigenda.*

Pœna pecuniaria, quæ percipitur ex compositionibus An possit applicari Seminario puerorum.

VIdetur pro negatiua parte concludendum, quia dum nequit ad eius comodum Episcopus illam applicare, nequibit etiam ad alterius rei, cui ipse quoque subministrare tenetur, eandem applicationem facere.

1 Certum est enim, quod Seminario debet Episcopus ex sua, & Capituli mensa contribuere, vt habetur in Concil. Trid. sess. 23. de reformat. c. 18. vbi quod singulæ Cathedrales Metropolitanæ, atque his maiores Ecclesiæ pro modo facultatum, & Diœcesis amplitudine,
2 certum puerorum ipsius Ciuitatis, & Diœcesis, vel eius prouinciæ numerum ad hoc propè ipsas Ecclesias, vel alio loco conuenienti alere, ac religiosè educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituere tenentur, ad cuius Collegij fabricam instituendam, & ad mercedem præceptoribus, & ministris soluendum, & ad alèdam iuuentutem, ad alios sumptus detrahenda est portio, & pars ab Episcopo, de quo latè Episcopus Minorens. in sua praxi Episcopal. in verbo Seminarium. Fusc. de visitat. lib. 1. c. 16. à n. 8. Gonzal. in regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 68. Monet. in tract. de distribut. quotidan. par. 3. q. 3. à num. 13.

RESOLVT. CXXX.

1 *Pœna pecuniaria non potest conuerti in solutionem mercedis Vicarij.*
2 *Episc. tenetur de suo salarium dare Vicario.*
3 *Vicarius non potest petere salarium ab Episcopo successores.*

Pœna pecuniaria habita ex compositione, an possit per Episcopum conuerti in solutionem mercedis Vicarij, & aliorum Officialium Curiæ.

FErtur Sacram Congregationem Eminentissimorum, & Reuerendissimorum Cardinalium cēsuisse non posse Episcopum pœnas pecuniarias, quas ex
1 compositionibus facit cōuertere in solutionem mercedis Vicarij & aliorum Officialium Curiæ Episcopalis, prout ita testatur Genuen. in praxi Cur. Archiep. Neap. c. 68. n. 2. in antiqua editione pag. 375. Pioreg. in praxi Episcopal. part. 2. cap. 4. num. 97.

2 Tenetur enim Episcopus de suo cōgruum salarium subministrare Vicario, c. si Episcopus vbi glos. de offi. Vicar. in 6. Segur. in director. Iudic. §. 1. c. 1. Sbroz. in tract. de officio Vicarij lib. 1. quæst. 55. vbi n. 7. idem firmat in Vicario Capitulari Sede vacante, nam ille debet habere salarium, sicut quilibet extraneus Vicarius, & deducere expensas, quas domi facturus esset, tanquam reputatus præsens, & residens ob Ecclesiæ seruitium. Pauin. in tract. de potest. Capitul. Sede vacante quæst. 10. num. 5. Quarant. in Summa Bullar. in verbo Capitulum Sede vacante vers. septimò dubitatur, & ita in praxi fuit dubitatum in personam meā, tempore, quo à Reuerendissimo Capitulo Neapolitano ob mortem Eminentissimi olim Cardinalis Carafæ bonæ, & recolendæ memoriæ fui electus, & assumptus Vicarius Capitularis.

Notabis tamen, quod Vicarius Episcopi defuncti
3 non potest petere salarium non conuentum ab Episcopo successore pro seruitio præstito eius prædecessori, Put. decis. 43. lib. 2. Paris. in tractat. de resignat. benefic. quæst. 16. n. 53. lib. 1. Galesin. in Margarita cas. conscientiæ in verbo Vicarius il 9. iuxta quorum sententiam ego determinaui vti Iudex assumptus in quadam facti contingentia.

PRAXIS PRÆLATORVM Inferiorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem.

RESOLVT. CXXXI.

1 *Episcopus dicitur ordinarius in Diœcesi.*
2 *Episcopus venit appellatione Diœcesani.*
3 *Habens iurisdictionem quasi Episcopalem dicitur Diœcesanus.*
4 *Prælatus inferior præscribit quæ sunt meri imperij.*

An Prælatus inferior habens iurisdictionem quasi Episcopalem dicatur Diœcesanus.

1 VIdebatur dicendum quod non, cum Episcopus tantum sit solus Ordinarius in Diœcesi, glos. in c. Prælatis, §. sollicitudo in ver. iurgia in fin. 25. distin. per text. in c. apibus 7. q. 1. & quod appellatione diœcesani veniat Episcopus tantùm, & non inferior Prælatus, Franc. in ca. 3. in 4. notab. n. 3. ad med. de offi. Ordin. in 6. & ideo ipse solus concedit dimissorias, c. Clericum 72. distinct. cū Ordinatio Clericorum ad Episcopos tantùm pertineat, glos. in c. extraneo 71. distinct. vnde non potest hoc pertinere ad Abbatem, quamuis habentem Episcopalem iurisdictionem. Rebuff. consil. 1. & 2. c. nullus de temporib. ordinat. lib. 6.

Verum consultus contrariū affirmaui verius, quod
3 habens iurisdictionē quasi Episcopalem excluso Episcopo dicitur diœcesanus, ex Felin. in capitul. cum olim 18. in principio versicul. secundo limita de præscript. post glos. in clement. 1. in verbo propriis de rebus Ecclesiasticis non alienandis. Diœcesani enim vario modo accipiuntur, aliquando pro Episcopis, aliquando pro aliis superioribus, neque Doctores contrarium sequentes excludunt, quod non veniant superiores, Mandos. regul. 16. quæst. 42. num. 3. ad medium, vers. sed aduertendum, cum etiam in materia cōcernente iurisdictionem. Diœcesanus intelligi possit de inferiore habente iurisdictionem quasi Episcopalem, Abb. in c. Ioannes colum. 2. & ibi latè Couarr. num. 1. vbi de veriori opinione testatur de testament. Felin. in cap. cum olim in principio de præscriptione, & solus Episcopus in Ciuitate sua dicitur Ordinarius, nisi aliud ex consuetudine iam præscripta seruetur, glos. in c. perlectis 2. in verb. & iurgia in fin. 24. dist.

4 Quare etiam dicimus, quod Prælatus inferior Episcopo potest præscribere ea, quæ sunt meri Imperii, & similem potestatem cum territorio. Archid. in cap. cum Episcopus de officio Ordinarii in 6. & de cognitione causarum matrimonialium, quæ præscribitur per inferiores Episcopo, quia hanc iurisdictionem exercebunt vbi consueuerunt ius reddere. Cald. cons. 2. de præscriptione post principium, vers. & quod possit, neque enim in Abbate ordinario hoc correctum est ex dispositione Conc. c. 20. sess. 24. de reformatione, vbi inferiores prohibentur de huiusmodi causis cognoscere: nam intelligitur de inferioribus Episcopo subditis, prout ita practicari in Curia Romana testatur Flores. Diez. de Mena quæst. 24. num. 25.

RESOLVT. CXXXII.

1 *Prælati inferiores quando possint in eorum subditos, quæ possunt Episcopi.*
2 *Exēptus appellatione Episcopi quādo nō veniat, & n. 4.*
3 *Verba Emanuel Sà referuntur.*

An

An Prælati inferiores possint ea omnia, quæ Episcopi, vbi in concessione eis facta appareret, sub nomine Episcoporum fuisse factam.

1 DIstinguebam in hac conclusione in facti contingentia, quod aut in concessione Prælatis inferioribus facta appareret sub nomine Episcopi comprehendi omnem iurisdictionem episcopalem, quomodocumque habentes, & tunc Prælati exempti habentes iura Episcopalia, vel quasi, si non sunt prohibiti possunt in sibi subditos, quæ Episcopi in suos possunt ex doctrina Innocentij in cap. 2. de transact. in clem. 1. §. volumus in verbo diœcesanis. de for. competent. & in clementina 1. verbo proprijs de rebus Eccles. non alienandis, Panormitanus in cap. at si Clerici §. de adulterijs num. 13. in fine de Iud. vbi quoq; Felyn. num. 11. & Decian. num. 137. item Panormitanus in cap. de monialibus in fine de sententia excommunicatione, vbi loquitur de Generali Fratrum Minorum, & idem Felyn. & alij in cap. auditis de præscript. Nauarr. cap. 12. num. 75. lib. 1. conf. 36. num. 1. de temporibus ordinat. in 2. edit. Sanchez de matrimonio lib. 8. disp. 3. num. 9.

At vbi ex concessione notum est sub nomine Episcoporum non comprehendi omnes iurisdictionem episcopalem qualitercumque habentes, sed tantummodo eam possidentes in aliqua Diœcesi, tunc manifestum est appellatione Episcopi non contineri prædictos exemptos, exemplum sit in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. de reformatione, vbi conceditur Episcopis ampla facultas dispensandi quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua, & cæt. ex quo loco non obscurè colligitur eam concessionem non extendi ad omnes iurisdictione episcopali quomodocumq; perfruentes, sed ad eos dumtaxat, qui in aliqua Diœcesi pleno iure exercent, & hoc propter ea Concilij verba quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua, vt inter alios benè annotarunt Sayrus in claus. Reg. libr. 6. cap. 11. num. 83. Anil. de censuris part. 7. disputat. 10. dub. 6. & Sanchez in summa lib. 2. cap. 11. num. 7. præsertim verò lib. 4. cap. 38. num. 19. Vittorel. in additione ad Tolet. cap. 89. numer. 5. in fine, & tandem Magister Sacri Palatij in indice Librorum expurgandorum in expurgatione inortæ numer. 6. pag. 461. Emmanuelis 3 Sà his verbis. Prælati exempti habentes iurisdictionem episcopalem in suos non possunt in eos quidquid possunt Episcopi in sibi subditos, nisi ex speciali indulto sedis Apostolicæ: & Sacra Congregatio sic censuit in hoc decreto non comprehendi inferiores habentes iurisdictionem quasi episcopalem, sed tantum Episcopi priuatiuè.

Item exemplum sit dicto §. ad hæc, vbi sermo habetur de causis remittendis Episcopis tantum, vt dictum est in priori conclusione, ex quo loco liquidè constat per eam dictionem tantum, quæ est exclusiua aliorum præter nominatos, Rota decis. 9. num. 2. vers. præterea de caus. poss. & propriet. in nou. Cassad. decis. 9. n. 12. eod. tit. & eadem decis. 348. n. 2. coram Illustrissimo Coccino excludi omnes Iurisdictionem episcopalem quomodocumq; habentes, aliter quam in Diœcesi, quod tum notum sit ex declaratione Illustrissimorum supra relata; tum etiam ex sequenti super idem §. ad hæc nempè, quod Decani, & cæteri hic nominati non possint cognoscere causas matrimoniales, hoc procedit etiam si essent exempti, & denique Rota in vna Constantien. Iurisdictionis Veneris 29. Nouembris 1617. coram Ottombergo, & decis. 346. num. 8. coram dicto Illustris. Domino Coccino resoluit in d. §. adhæc sub nomine Episcopi non comprehendi Abbates exemptos iurisdictionem quasi episcopalem habentes.

RESOLVT. CXXXIII.

1 *Inferior ab Episcopo non habet potestatem authorizandi in permutatione.*
2 *Prælati inferiores non veniunt appellatione Episcopi.*
3 *Consensus inferioris ab Episcopo quando sufficiat.*
4 *Episcopus pendente inquisitione non prohibetur iura Episcopalia exercere.*

An Prælati inferiores Episcopo habeant ius præstandi authoritatem permutationibus beneficiorum.

1 PRo intelligentia notandum est inferiorem ab Episcopo collatorem nullatenus facultatem auctorandi permutationes habere, vt notat Glossa in clement. vna de rer. permut. verbo conferantur. Collector. in cap. quæsitum num. 3. de rer. permut. Franc. Suarez tract. de virtut. & stat. rel. lib. 4. cap. 32. nu. 12. Nauarr. conf. 97. num. 2. de Simonia, Franc. Marcus decis. 1163. num. 3. par. 2. Coras. lib. 1. de benef. cap. 9. num. 4. Rebuf. in praxi tit. de permut. num. 20. & in 3. part. signat. num. 42. Cuius rei ratio est, quod illi Prælati inferiores non veniunt appellatione Episcopi, de 2 quo in capitulo quærenti de rer. permut. nisi tamen haberent iurisdictionem episcopalem aut quasi, cap. Abbates in fin. de priuileg. in 6. Glos. & Zabarell. in d. Clem. vnica, Rota decis. 3. & 112. alias 5. & 6. in ff. de rer. permut. (veluti Abbas Cisterciensis, Cluniacensis, aut alias exemptus, ad quem cum Ecclesia pleno iure pertineant, Glos. Clem. Attendentes vers. 1. de stat. Monach. in eius Monasterio nihil exercet Episcopus, cap. ea, quæ vbi Abb. de stat. Monach. Coras. d. cap. 9.) vel consuetudine illam adepti essent, Lessius de iust. & iure, lib. 2. cap. 34. num. 196. Suarez lib. 4. in fin. Sed deueniendo ad articulum an inferior ab Episcopo ius illud auctoritatem præstandi permutationibus possit præscribere? videtur posse: cum actus permutationis non pertineat ad ordinem; sed magis ad iurisdictionem episcopalē, quæ autem sunt iurisdictionis per inferiores prescribi possint, vt not. in c. auditis, in c. cū olim ibi textus de præscrip. in c. accedentibus de excess. Prælat. Rebuff. ad Reg. de infirmitat. benef. si igitur tit. de permutatione num. 29. Sanè, si agamus de consuetudine tanto tempore obtenta, quæ sufficiat ad præscriptionem, dubium non erit, quin inferior ius illud acquirere possit, teste D. Ægid. Bellamera citans ad hoc cap. cum tanto de consuet. quem secuti sunt Ezed. de senis, & collectarius, malè ius habent inferiores ab Episcopo Leodij, qui quotidie permutationibus beneficiorum quorum ipsi sunt collatores, auctoritatem præstant, nec tamen ius illud auctorandi, verum etiam vniendi hoc modo præscribi potest, text. Ioan. Andr. in cap. 2. de stat. Monach. in Clem. quod etiam tenere videtur, Glos. in Clem. ne in agro, in verbo ordinarios, & ibi scribentes de statu reg. Io. Nicol. in Enchirid. de permutat. benef. cap. 2. num. 17. Porrò tametsi regulariter auctoritatem non 3 præstat inferior ab Episcopo, consensus tamen requiritur, nec alius ab Episcopo expedire valet permutationem, Felyn. in cap. cum Bartholus col. 5. de re iud. Lessius d. dub. 36. num. 169. qui si consentire nolit, ipsi noluit dum permutatio vtilis sit Ecclesiæ; Lessius d. num. 198. Sin autem sit inutilis Ecclesiæ, aut vtilitatem recipiat personarum, certum est inferiores ab Episcopo esse vocandos, quales sunt ij, quorum nominare, præsentare, conferre interest, qui si permutationi expediendæ intercedant, aut repugnent, actus non subsistet, & annullabitur, cap. quod sicut de election. cap. cum in Ecclesijs 33. de præbend. in 6. arg. cap. illud ibi DD. de iure patronat. qua de re postea dicemus; At quid si Episcopus reus sit alicuius grauissimi criminis, vel certè accusatus, puta hæreseos;

ob quod

ob quod crimen Episcopus ipso iure priuatur, cap. secundum de hæreticis in 6. cap. quo iure 8. dist. cap. non ne 8. qu. 4. an interim inferior ab Episcopo auctora-
4 bit permutationes? Nequaquam, sed & ipse Episcopus, qui pendente accusatione, imò & appellatione, non prohibetur Episcopalia iura exercere, glos. cap. sæpè de accusat. Coras. tract. de off. elect. dig. & benef. Ecclesiæ cap. 5. in fin.

PRAXIS LAICORVM.

RESOLVT. CXXXIV.

1 *Beneficia Clericis sunt conferenda, & amplia vt n. 4. 5. 6. 7. sed limita vt n. 9.*
2 *Laicus est incapax spiritualium, quod tamen cessat si adsit Papæ dispensatio n. 8.*
3 *Beneficia quid in se contineant.*

Laicis Beneficia Ecclesiastica conferri non possunt, & si conferantur, collatio erit nulla ipso iure, quamuis statim efficiantur Clerici.

1 BEneficia Ecclesiastica sunt Clericis conferenda, non autem laicis, cap. cum ab eo de rescript. cap. ex litteris de transactionibus cap. 2. de institutionibus, & vbique tradunt communiter Doctores, Rebuffus in praxi titul. de Clericis, & à quibus, & quomodo creentur num. 4. Mandos. in regul. 24. de malè promotis num. 3. Lambert. de iurepatron. lib. 2. par. 1. quæst. 7. artic. 7. num. 2. cum sequentibus Menochius de arbitrar. cas. 201. num. 33. Hoieda de incompatibilitate parte prima cap. fin. num. 71. cum sequentibus, Paris. de resignat. lib. 4. quæst. 2. num. 1. & per totum, Nauarr. consil. 1. de præbendis; Ratio est quia
2 laicus est incapax spiritualium, cap. si quis deinceps 16. quæst. 7. cap. causam quæ de præscript. cap. quamuis de decimis, & beneficium est res spiritualis, cap. dilectis de præbendis, & Abb. ibi num. 16. & in capit. maioribus eodem titul. num. 1. & 2. Rot. decis. 8. n. 1. & 2. de procuratoribus in antiquis, Cardinal. consil. 131. ad finem Hoieda, vbi supra sub dicto num. 71.
3 Nam omnia beneficia continent in se duo, nempè spiritualitatem, quod est principale, & temporalitatem, quod est accessorium, cap. Sanctorum §. quis 70. distinct. cap. eos qui 81. distinct. Oldradus cons. 166. num. 2. Sylua de benefic. par. 1. qu. 1. num. 5. vers. quo ad tertium, Mandos. in regula Cancell. 22. qu. 4. nu. 2. Ita vt neque vna sola hora possit laicus habere beneficium Ecclesiasticum, Berous in cap. super litteris num. 72. de rescript.

4 Amplia quamuis ille, cui confertur beneficium incederet in habitu, & tonsura, & reputaretur Clericus, quia si adhuc constat de veritate, non teneret collatio beneficij, Staphyleus de litteris gratiæ tit. de expectatione, 9. forma expectatiuarum n. 24. vers. similiter purus laicus, & n. seq. Sylua de benef. 3. q. 5. nu. 1. Gomez de expectatiuis n. 88. & fuit resolutum in Rota 13. Decemb. 1547. teste Peregrino decis. 50. in manuscriptis lib. 1. Paris. latè d. q. 2. n. 19. cum seq. & licet ibi n. 20. & 21. dicat, quòd hoc nullum habet contradictorem, scilicet quòd in hoc casu non applicetur, nec locum habeat dispositio legis, Barbatius Philippus ff. de off. prætoris; Non tamen contradictoribus caret, quia adest glos. & Rotæ decisio contrarium tenentes, glos. est in cap. 2. glos. Tusc. de institutionibus, decisio Rotæ est 12. nota, quòd Clericus de probationibus in antiquis, vbi n. 2. clarè dicitur, quod collatio facta non Clerico incedenti in habitu, & tonsura, sit valida, & teneat. Tamen Staphylæus, & Gomez. vbi supra, & Mandos. in dicta regula 24. qu. 4. num. 12. reprobant, tàm dictam gl. quàm Rotæ decisionem, & ita est tenendum, quando constat reuera laicum fuisse tempore collationis; In dubio tamen Clericus præsumitur si in possessione beneficij reperitur. Rot. d. decis. 12. num. 1. de probat. in antiquis, latè per Mascard. de probat. concl. 34. n. 1. & 2. & per totam.

5 Secundo amplia, vt nec talis collatio sustineatur licet statim post illam quis clericus efficiatur: nam cum collatio fuerit a principio ipso iure nulla, non conualescit Anchar. in cap. si eo tempore, n. 2. vers. item not. post glos. ibi verb. effectum de rescript. lib. 6. Peregr. d. decis. 50. lib. 1. Staphylæus, & Gomez. vbi supra.

6 Tertio ampliatur etiam si sit regularis, vel religiosus, nam ante tonsuram non potest obtinere beneficium, Ant. de Butr. in d. c. 2. sub n. 12. vers. de regularibus autem de inst. Rebuff. in tract. de pacif. possessor. n. 224. Lambert. de iurepatr. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 3. nu. 1. & per totam.

7 Quarto ampliatur, vt etiam procedat in Clerico coniugato, quia quamuis potiatur priuilegio fori si concurrant in illo qualitates, Concil. Trid. sess. 23. c. 6. vers. in Clericis verò coniugatis, c. 1. de clericis coniugatis lib. 6. vbi omnes; Nouar. in pragm. 2. sub rubr. de cleric. seù Diac. salu. in reliquis tamen habetur pro mero laico, & priuilegio Clericali non gaudet, vt in d. c. 1. de Clericis coniugatis vers. in cæteris lib. 6. & sic beneficium Ecclesiasticum nequit obtinere. Capra d. reg. 97. n. 23. Sylua de benef. p. 1. q. 7. n. 17. & 3. p. qu. 5. n. 19. itaut neq; Episcopus dispensare valeat, vt Clericus coniugatus possit obtinere beneficium simplex, vt post Imol. Bellam. Panormitanum resoluunt Capra, vbi sup. n. 43. & Hoieda de incompatibilitate, 1. p. cap. final. nu. 77. vbi reprobant opinionem Speculatoris, Hostiens. & Ant. de Butr. contrarium tenentium per text. in c. Ioannes de Clericis coniugatis.

Limita nunc primo prædictam conclusionem, quã-
8 do Papa dispensauerit, quia ex Papæ dispensatione, laicus potest obtinere beneficium, Felyn. in cap. causam, quæ n. 6. de præscript. Capra, reg. 97. vbi n. 34. Veral. decis. 138. p. 2. & decis. 24. p. 3. & tradunt Doct. in d. cap. Ioannes de clericis coniugatis.

9 Secundò, nisi fuisset concessum beneficiũ laico non in titulum, sed in sustentationem, concurrentibus, Ecclesiæ vtilitate, & seruitijs Ecclesiæ factis, & ita procedit, quod habetur in cap. si quis 32. dist. & in cap. quia 12. q. 1. & resoluit Capra, vbi sup. ex n. 35. Hoieda de incompatibil. benef. n. 76. in fin. Paris. n. 45. vbi sup.

RESOLVT. CXXXV.

1 *Vicarius Episc. laicus esse non potest, & amplia, vt n. 2.*
3 *Bigamus admissus ad ordines Ecclesiast. Vicar. esse nequit.*
4 *Clericus coniugatus nõ potest assumi ad officiũ Vicariatus.*
5 *Laicus potest esse Vicarius in temporalibus, vel in spiritualibus cum licentia Papæ n. 7.*
6 *Laicus potest esse consultor Episcopi.*

Laicus an possit esse Vicarius Episcopi.

1 VIcarius Episcopi debet esse Clericus, non autem Laicus vt dicitur formalibus verbis in c. in noua vers. indecorum est enim Vicarium Episcopi laicum esse, & viros ecclesiasticos iudicare 16. q. 7. Canonistæ in c. decernimus, vbi Abb. n. 12. Felyn. n. 6. Dec. n. 15. Ripa n. 56. extr. de iud. Turrecrem. in d. cap. in noua n. 1. & 2. dicens, q iòd punitur Episcopus, qui Vicariũ laicum constituit, Franc. in cap. 1. ad fin. vers. 4. laicus, Bertac. tract. de Episc. tit. de Vicar. Episc. n. 24. Sylua tract. de benef. p. 2. qu. 23. nu. 13. Massuer. ad pract. Papiens. in for. libell. act. rea. in verb. Vicarius, fidem faciens de communi Franc. Marcus dec. 1001. part. 1. Anton. de Præt. tract. de iurisd. Episcop. c. 6. num. 43.

Foller. super constit.regn. c.non exigit agendo, tit. de Episcop.& Cleric.n.15.Borell.in commēt.in d. pragmat.regn.§.2.glos.1. nu.85. & ratio est, quia non debet in vno,& eodem officio dispar esse professio, iuxta illud propheticum; Non arabis in boue, & asino,de quo in d.c.in noua. Vnde sacrosancta Tridentina Synodus illos detestatur, qui pedes in diuersis ponunt, vnum in diuinis,alterum in carnalibus, vt in c. 6. sess. 14.in decreto de reformat,tum etiam secularis Iudex causas ecclesiasticas, neque principaliter, neque incidenter sine licentia Romani Pontificis cognoscere potest.d.cap. decernimus, vbi Doct.

2 Ampliatur etiam si laicus esset magnæ sanctimoniæ,Ripa in d.cap.decernimus, nu.56. vbi etiam alij, maximè Dec.n.15.reprobata opinione Siculi, & Barbatiæ, qui diuersum senserant.

3 Ampliatur, vt nec etiam bigamus admissus ad ordines ecclesiasticos possit esse Vicarius Episcopi, Cōrad.tit.de constit.Episc.num. 6. quem refert, & sequi videtur Cuch.instit.iur. canon. de Vicar. Episc. n.55. lib. 2. Cum declaratione tamen nisi solutus fuerit à bigamiæ impedimento, & cælibatum obseruet.

4 Ampliatur,vt non debeat esse Clericus coniugatus, etiam cum Virgine vnica,Gemin.cap.1.n.8. post Lapum ibi relatum,Anchar.n.3.Franc.in glos.vers. recipiunt de off.Vicar.in 6. Imola in clement.2. n. 14. de rescript.& cap.Ioannes col.9.vers. circa quintam oppositionem extra de fide instrum. Abb.Felyn. Dec. & alij in cap.2.n.6.& 15.extra de iud.& in cap. sanè n.2. extra de Cleric.coniug.Sylua tract. de benef. p.2. qu. 23.n.13.Mil.in reper.ver.Vicar.Episcop. post Ioann. Andr. in cap. fin. eodem titul. de Cleric. coniug. Anton.de Præt.in tract.de iurisd.Episcop. cap.6. nu. 43. Franc.Marcus decis.1501.nu.1.part.1. Capr. reg. 97. Paris.cons.40.n.25.in 4. Foller. super constit. regn. in cap.non exigit agendo num.9.Cucc.instit. iur.canon. de Vicar.Episc.nu.48. lib.2. ea ratione, quia Clericus cum Virgine coniugatus censetur laicus,præterquam in duobus casibus reseruatis, videlicet in priuilegio Canonis,si quis suadente, ac etiam fori, vbi de crimine ciuiliter,vel criminaliter agitur, & hoc si in habitu, & tonsura incedat,cap.Clerici, §. in litteris extra de Cleric.coniug.cap.vnico de cleric.coniug.in 6.Capra de regul.96.n.27. Paris.d. cons.30. n.21. Extende huiusmodi ampliationem,etiam si iste coniugatus non bigamus incederet in habitu, & tonsura, quia Vicarius Episcopi esse non potest, nec officialis, vel Delegatus ad causam spiritualem, Gemin.in d.cap.1. n.8. post Anchar.n.3. & Franch. in glos.in verb. recipiunt Capra d.reg.97.num.26. cum seq. ea ratione, quia quo ad reliqua,vt laicus reputatur,d.cap.vnico,ibi Io. Andr. de Cleric. coniug. lib. 6. & prædicta maximè procedunt si fuit laicus Iudex maleficiorum, quia qui non potest ordinari, ordinatus etiam non potest iudicare, & per consequens prohibetur esse Vicarius Episcopi,Bald.in proem.decret.n.18.Felyn.in cap.2. n.6. Dec. n.15. extra de Iud.

5 Primo declaratur quando Vicarius Episcopi esset in spiritualibus constitutus, secus in temporalibus tātum, vt si Episcopus haberet temporalem iurisdictionem in aliquibus locis, in quibus laicus Vicarius deputari potest,Archid.in d.cap. in noua Turrecremat. n.1.& 2. Felyn.post alios in d.cap.2.col.3. n.6. vers. 5. Dec. n. 15. vbi resecat argumenta adducta in contrarium extra de Iud. Zachar. in Apost. ad Abb. in cap. quoniam n.3.extra de offic.ordin. Anton. de Præt. in tract.de iurisd.Episc.c.6.n.43.Lauin. de off. & potest. cap.Sede vacante 2.par.princip. qu.10. n.15. post Io. Andr.in cap. cum Ioannes extra de Cleric. coniugat. Butr. in cap. decernimus col.fin. extra de iud. Lap.in cap.1.de off.Vicar.in 6.Nicol.de Mil.in repert.in ver. Vicar.Episcopi,Camil.Borell. dict. §.2.glos.1. nu.86. quidquid sentiant Sicul. Barbat. & Ripa in d.cap. decernimus n.56.de iud. quorum opinio ex numero, & authoritate, & ratione Doctor. qui superius citati sunt confutatur Ioan.Segur.in direct. iud. Eccles.cap. 11.num.1.

6 Secundo declaratur,vt non procedat in assessore,& Consultatore Episcopi, qui laicus esse potest, Archid. in cap.plures 16.quæst.1. Abb. Felyn. & alij in cap.2. extra de iud.Roman.in l.2. ff. de off.assess. & est communis opinio, vt testatur Apost. ad Felyn. in d. cap.2. n.6.Lanfran.de arbitr.par.2.ad finem,Apost.ad Abb. in cap.cum causam in fin. extra de iud. Cagnol. in repet.l.diem functo,n.15.ff.de off.assess.Gaspar.Caballi in addit.ad constit. Ægidius lib.3. c.17. n.3. Borell.d. §.2.glos.1.n.85.Cuch.d.tit.de Vicar. Episc. n.49. Extende hanc ampliationem, vt si fortè Episcopus faceret laicum Vicarium suum in spiritualibus, verba debent impropriari, & exponi Vicarium suum, idest assessorem,Bald.in d.c.2. n.10. extende iud. direct. iud. Eccles.cap.11.n.2.& sup. n.10.

7 Tertio declaratur,nisi adsit licentia Papæ,c.Adrianus 63.dist.Gemin.in cap.2.de præben. lib.6. Anton. Franc.in apost.ad Abb. cap. quoniam nu. 3. extra de off.ord.Bertach.tract.de Episcop.n.14. Rip.in d.cap. decernimus n.56.Caball.in d. cap.17. n.3. & Papam committere posse Clericorum causas criminales etiā merè laico dicit glos. in cap. benè quidem in præter. 96.dist. quam totum mundum sequi testatur Bero. q. 7.num.1. Clar.in pract.crimin. §. fin. qu.41. vers. sed quid dicendum.& Paul.de Castr.cons.220. incipiente visa quadam disputatione affirmat se fuisse Florentiæ tempore, quo ibidem aderat Papa Martinus V. officio Vicariatus Florentiæ in spiritualibus Pontificis decreto,licet esset coniugatus decoratum,prout illum refert Tho.Diplonat in eius vita.

Quarto declaratur quando in Ciuitate,vel Diœcesi, populi diuersarum linguarum reperiuntur, quia tunc si vrget necessitas, tenetur Episcopus constituere sibi Vicarium non tantum Clericum, sed Episcopos illius linguæ cap.quoniam,vbi Abb.in 3.not. extr. de offic. ordin. ponit exemplum de ciuitate Constantinopolitana,& de multis locis Calabr ę,& de ciuitate Tridentina, in qua adsunt Theutonici, & Itali, & de ciuitate Meten.in qua adsunt Galli,& Theutonici;in istis enim Ciuitatibus,Abb.in d.cap.quoniam in 4.notab.secundum tertium intellectum dicit esse constituendos Vicarios, qui Episcopi sunt, & non habent administrationem Episcopatus, quos idem Abb. in d. cap. quoniam n.4. in fin. vocat nullum tenentes Episcopos, & Riccard.inter cons.Menoch.52.n.91.vol.1. at Concilium Trident.titulares, vt in cap. 2. sess.14. in decreto de reformat.firmat. Cuch. institut. iur.can. de Episc. num. 416.

RESOLVT. CXXXVI.

1 *Laicus potest retinere Cappellaniam fundatam absque Episcopi authoritate, & amplia, vt num. 2. & vide num.6.*

3 *Minor quatuordecim annorum potest retinere Cappellaniam.*

4 *Ordinari non potest quis ad titulum Cappellaniæ.*

5 *Filius non admittitur ad beneficium paternum.*

Cappellania absque authoritate Ordinarij fundata, an possit teneri per laicum.

1 IN facto proposito respondi indubitanter posse teneri per laicos Cappellanias fundatas absq; consensu Ordinarij,ex eo,quod supradictę Cappellaniæ, quę sæpè fundari solent maximè in Hispania absq; aliquæ Episcopi,vel alterius Superioris auctoritate,vt in illis succe-

succedant Clerici de parentela, vel alij, quos apposuerint patroni laici desuper nominati, vel aliter vocati sint; quòd quamuis talis Cappellania debeat esse perpetua, vsque ad obitum Cappellani, & habeat cætera requisita præter authoritatem, & institutionem, seu prouisionem Ordinarij, nihilominus non erit beneficium Ecclesiasticum, ex quo primum, & quartum requisitum deficiunt, vt benè tradit Guido Pap. decis. 187. n.1. cum sequentibus post glossam à contrario sensu inductam in d.clement.2. verbo beneficiorum de decimis, Decius cons.135.n.1.& 210.n.4. Felyn.n. 2. Decius eodem n.2. in fine, in cap. ex parte, il secondo, de rescriptis, Spinus de test.glos.4.principali, num. 42. Auendanus in suo Dictionario, verb. benefic.& de exeq.mand.2.par.cap.14.n.3. vers. item alij, Salazar de vsu, & consuetudine, cap.12.n.46. Emanuel Rodriquez in sua Summa, c.42. p.2. Salcedus in additione ad praxim Bernardi cap.18.num.9. Nauar.cons.5.de præbendis incipit quidam, & cons.7.eod. titul. incipit de Cappellania. Valascus decis.6.num. 12. Gregorius Tholosanus in Institutionibus rei beneficiarię cap.12.
2 n.10. Parisius cons.34.circa resolutionem, n.9. cum sequentibus lib.4. quod etiam procedit quamuis fundator esset Episcopus, & in forma communi tamquã laicus de bonis proprijs talem Cappellaniam fundaret, non vero Episcopali authoritate, Nauar. cons.7. num.1. & 2. incipit de Cappellania de præbendis; & consequenter cum huiusmodi Cappellaniæ non sint beneficia ecclesiastica non comprehenduntur in regula 8. Cancellariæ, & ratio est, quia nec ab Episcopo, neque à Papa conferuntur, Curtius Iunior consil. 20. præsupponitur num.1.& 2.part.1. Rebuff. de pacif.possef.d.num.287.ad finem vers. & ideo Cappellania fundata per laicos, & talis Cappellania posset obtineri à laico, vel fœmina, nisi voluntas fundatoris cõtrarium declararet, Aluarus Velascus d.consultatione 60.n.13. Rota decis.264.n.1. & decis. sequenti part.2. diuersorum, & decis.182.n.2. par.1. diuers. & faciunt quæ dixit Gonzalez in §.1.de præbend.n.28.& 29. Sic
3 etiam non requiritur ætas quatuordecim annorum requisita ad obtinendum beneficium ecclesiasticum, vt declarauit sacra Congreg. Concilij, & refert Rota decis.482.in fin.par.diuersorum: Pariter quoq; potest laicus patronus illam conferre, si testatoris voluntas, ita voluerit Guido Papa d.decis.187. n.2. vel quilibet alius hæres ipsius fundatoris sine aliquo Episcopi cõsensu, Gregor.Tholosan.d.cap.11.n.10. ver. si veritas Cappellaniæ; Quò fit, vt ratione talis Cappellaniæ non teneatur quis ad rationem Canonici officij instructorium conscientiæ 2.par.c.93. Spinus de test.dicta glos.4.principali n.42. vers. quo fit post Nauarr. quem allegat, prout neque ad titulum illius tamquam
4 ad titulum beneficij potest quis ad sacros ordines promoueri, Salcedus in praxi, Diaz cap.18. n.9. Spinus vbi supra. Hinc etiam Cappellaniæ S. Iacobi Hispanorum de Vrbe, vbi recipiuntur per administratores illius Ecclesiastici Cappellani, absque alio titulo, non possunt dici beneficia ecclesiastica, nec cadunt sub reseruatione: Sequitur etiam, quòd in beneficijs non admittitur successio cap. 1. de præbend. Concil. Trid.sess.25.de reform. cap.7. itaut neque filius legi-
5 timus admitti possit ad beneficium per patrem possessum, cap. ad extirpandas de filijs presbyterorum, Abbas in d.cap.1.n.5. Rebuf.in praxi, titul. de dispensatione super defectu natalium n.19. Achill. decis.1.n. 1. & per totam de filijs presbyterorum, Puteus decis. 225. in vna Calciaten. Canonicatus lib.3. dicentes procedere in beneficijs immediatè possessis, secus si per 30. annos mediatè alius possederit, vel quando beneficij natura est mutata, velut si tale beneficium, tunc erat portio, & nunc sit Canonicatus, Achilles, & Puteus, vbi supra declarant.

6 Et in proprijs terminis, quod laicus sit capax huiusmodi Cappellaniæ facit dictum Gonzalez in glos.5.§. 28. vbi potest laicus patronus illam conferre si voluntas testatoris, ita voluerit Guido Papæ d. decis. 187. n.2. vel quilibet alius hæres ipsius fundatoris sine aliquo Episcopi consensu, Gregor.Tholos. d. c.11. n.10. ad finem versiculi, si verò tales Cappellaniæ: Extat etiam super hoc huiusmodi Concil. Trid. declaratio: *Fuit etiam dubitatum quid iuris de illis, qui nullum certum habeat beneficium, sed solum iure legati relictum fuit à quibusdam, vt certæ in hebdomada Missæ celebrentur, & eorum hæredes faciant electionem Sacerdotum, qui huiusmodi legato satisfaciant; responsum fuit à Congregatione prædicta satis esse si prædicti hæredes eligerent Sacerdotem aliquem ex approbatis ab Ordinario.*

RESOLVT. CXXXVII.

1 *Electio est nulla si interueniunt Laici.*
2 *Laici non interueniunt in electionibus, nec possunt habere vocem ex consuetudine, num.3.*
4 *Regulares non emittentes professionem non possunt eligere, nec eligi, & an sufficiat tacita possessio, n.5.*

An Laici, vel Clerici sæculares, vel Religiosi non professi arceantur ab electionibus regularium.

1 PRo declaratione huius Articuli, Respondeo primo, quod si Laici interueniant in electione cum Clericis, electionem esse nullam in totum: & ratio,
2 quia non est seruata forma; nam cum lex in c. massana de elect. de forma introduxerit, vt laici non interueniant in electionibus, vt tenent Card. & Imol. in d. c. massana, per consequens ea non seruata, electio est nulla, Cuch. infra citandus n.99. Alciat. in l.1.§. sed mihi n.11.& 12.ff. de verb.oblig. quem refert, & approbat Rota in Treueren. Abbatiæ S. Maximini Mercur. 20. Nouemb. 1624. coram Illustriss. D. meo Coccino, §. & quamuis secundum aliquos in fin. Imò addo nulla ratione fieri posse, vt laici, quacumq; consuetudine
3 vocem habeant in electionibus Ecclesiasticis, vt probant text. in cap. cum tertia, c. quisquis &c. c. massana de elect. & vltra ordinarios explicant Firman. de Episcop. lib.1.p.3.c.60.& lib.2.p.1.quæst.31. Bal. de præscript.p.1.quintę q.7.n.17.& 9.& 10.n.4. Sylua de benef.p.3.q.23.n.12.& 21.& alij.

Respondeo 2. non solum Clericis sæcularibus interdici dare, vel recipere suffragium in electionibus regularium per cap. cum ad nostram, c. officii, c. cum in magistrum, c. sacrosancta, & cap. massana de elect. c. inter quatuor de relig. dom. Put. decis. 261. lib.2. Rota decis.772.n...p.1.diuers. & decis.229.n.1.p.1.in recent. & Tholos. in tit. de elect. cap.10. num.7. & 8. sed
4 etiam actiua, passiuaque voce carere ipsos regulares si tacitè, vel expressè professionem non emittant, c. eo. §. in Ecclesijs, vbi Archid. & Anchar. n.3. de elect. in 6. Angel. tit. de elect. n.6. Syluest. eod. tit. de elect. n. 98. Hoc tamen posterius membrum huius assertionis sic explicandum est cum Gemin. in cap. nullus n.1.& 6. de elect. in 6. Franch. in dicto cap. ex eo n.1. Biaz. in suo direct. elect. par.2. cap.6. n.1.& Suarez de relig.
5 tract.8. lib.2. cap.4. n.2. vt scilicet ad hoc, vt quis possit eligere sufficiat tacita professio; vt verò possit eligi, necessariò requiratur expressa professio, quam explicationem verissimam nedum existimo per d. c. cũ in magistrum de elect. d. cap. nullus eodem titul. in 6. Clement. 1. §. cæterum prioratus. vers. sanè de stat. monach. Rota decis. 647. num. 1. coram Card. Seraphino; verũ etiã ad eam necessario addendũ est, vt sint professi eiusdem ordinis, vel Cõgregationis, aliàs collatio, seu electio, vel prouisio de ipsis facta eo ipso est inanis, & irrita, cap. quam sit vers. defuncto vero 18. q.

2.c.cum singula, §.prohibemur de præbend.in 6. clement. 1.de elect.clement.1.de sepult.Concil.Trident. sess.14.c.10.de reform.& sess.c.21.de regul.; Et sacra Congregatio 12.Decembris 1585.censuit à nemine præter Summum Pontificem posse conferri Abbatias, & beneficia administrationem habentia,nisi professis iuxta Canones, quam declarationem innuit Gonzalez supra regul.8.Cancell.glos.8.n.78.vbi hanc materiam latè, & plenè tractat à n.96. vsque ad 107. concordat Rodriquez to.2.q.52.ar.8.dicens alumnos alterius religionis non posse assumi ad prælaturas illius religionis, vbi non sunt professi,nisi id authoritate Apostolica concedatur, ac Suarez de religione to.4. tract.8.lib.2. c.3. n.11. in fine addit, ad id procedere etiã si dignus nõ reperiretur in illa religione qui posset eligi; Et tandẽ regula minorica hæc habet c.8.*vniuersi fratres vnum de fratribus istius religionis teneantur semper habere in generalem ministrum*; quæ verba intelligenda, sunt ne dum de generali ministro, sed de quocumque alio inferiori Prælato ordinis,vt est concors omnium expositorum sententia;& Clemens VI. in sua Bulla regiminis vniuersalis edita anno 1346.die 23. Martij pro reformatione Ordinis Seruorũ B.Mariæ,hęc habet in §.6. *nullus tamẽ,nisi expressè professus fuerit,in priorem generalem eorundem fratrum eligi valeat,& assumi*.Tandem has conclusiones in hoc dubio sic explanatas, limita, vt non procedant quando illi, quos diximus iure prohiberi electionibus interesse, admitterẽtur solum ad afferedã electori, & electorib. vtilitatem,ad hoc v.g.vt protegant, electionisq; celebrationem foueãt,ac tueãtur,vel vt eos,qui ex Collegio sunt minus fortè periti,instruant,formãq;electionis faciendæ edoceant gl.in d.c.quia propter verb.redacta,vbi Panorm.de elect.& Panorm.quoque Compost.Io.And.& Bal.in dicto c.11.n.2.Archid.c.1 dict. 63.& Cuch.instit.maior.lib.4. titul.de elect.n.111.

RESOLVT. CXXXVIII.

1 *Laici non possunt conferre beneficia.*
2 *Reges ex priuilegio conferunt aliquando beneficia.*
3 *Spiritualia non possidentur à Laicis.*

An Laici sint capaces facultatis conferendi beneficia Ecclesiastica.

VTique dicendum est esse incapaces ex eo, quòd de iure inter necessaria requisita,quæ concurrere debent ad constituendum beneficium ecclesiasticum,quæ numerantur per Gonzalez in Regul.§.Cancellar.10. glos.5. in principio, & Marescottum lib.2. variarũ resolut.resolutione 94.est, quòd conferri non
1 possit,nisi ab Ecclesiastica persona Episcopo,vel Prælato, non verò à Laico c.si quis deinceps c. si quis nullus 16.quæst.7. & ibi gloss.in summa Anchar.in d.reg. beneficium sub num.3. Abb. num.1. in d. cons.47. n. 1.Lambert.d.articul.3.n.10.post principium,Rebuff. de pacif.poss.d.n.187.in principio, & iuxta hanc opinionem, quòd Laici sint incapaces, censuit Rota in una Aquinaten. monasterij 26. Ianuarij 1601. coram Illustrissimo Seraphino, cuius tenor est. *Domini sine difficultate censuerunt nullum ius cõpetere Domino Ioanni Zapate collatione ei per Proregem facta super monasterio, de quo agitur, non quidem ratione tituli, quia talis iuris conferẽdi Laici sunt incapaces, eũsque ius resistit capitul. si quis deinceps, cap. per Laicos, capitul. Laicis 6.*
2 *quæst.7. & iam fuit in hac causa resolutum; nam licet ex priuilegio Papæ, Reges possint aliquando conferre beneficia,cap.Adrianus il 2.63. dict. cap.dilectus il 3. de præbend.cap.cum inter de consuetud.Ioann. Montagn.de bigam. quæst.5. tamen ad hoc requiritur priuilegium d. c.si quis deinceps 16. quæst.7. Rebuff. de nominat. quæst.21. num.58. Selua de beneficio part. 2. quæst. 23. ex traditis per Ioann.Andr.in capitul.2.in fine de præben.in 6. Anchar.in cap.1. num.3. versic. circa personam de reg.iuris in 6. & ideo tale ius neque præscriptione, neque consuetudine quæritur, Abb.in dict. capitul. dilectus num.6. de præbend.Alexand.consil.74.num.17. & 19. lib.4.Deci. consil.134.numer.3.Felin.in capitul.2.num.3. de maior. & obed. & in capitul. dilecto num.1. de testibus, Bald.de præscript.1.part.quæst.7. n.16. & fuit resolutum in causa Toletana iuris nominandi coram Illustrissimo Blanchetto 17.Aprilis 1584. vltra quòd de præscriptionis interruptione constat, vt benè deducitur in facto; non obstat dispositio capitul. consultationibus de iure patr. quia non concurrunt requisita,nempè titulus saltem coloratus,præsentatio coram Ordinario, & bona fides, vt per gloss. ibidem,& Butr.numer.8.vers.quarto casu; & quod est maximè aduertendum, textus ille loquitur in terminis iuris patr. cuius laici non sunt incapaces, nos autem sumus in collatione facta à Laico nomine Regis,quæ habet manifestam iuris resistentiam, & cum hoc ius conferendi sit spi-*
3 *rituale, & spiritualia possideri non possint à Laicis cap. Massana de elect. non inducitur ius aliquod ex collationibus de facto emanatis aduersus iuris diuini dispositionem capitul.quarto de consuetud.Anchar.in capitul.si quando de off.deleg.in 6. Card. in clement.2. in princ. de magist. Bal. in §. si clericos de pace tenenda, & ita conclusum pro informante.*

RESOLVT. CXXXIX.

1 *Laici Religiosi non habent facultatem disponendi de Rebus Ecclesiasticis.*
2 *Administratio Rerum Ecclesiæ quotuplex sit.*
3 *Laici non possunt deputare ministros in Ecclesia; nec expellere præsbyteros num.4.*
5 *Laici non possunt esse Oeconomi, nec possunt deputari collectores obuentionum Ecclesiasticarum, num.6.*
7 *Laici non quærunt eleemosinas absque licentia.*

An Patronus Laicus sit capax recipiendi oblationes, quæ fiunt intuitu deuotionis Cappellæ sui patronatus.

1 LAici etiam religiosi nullam habent de iure facultatem disponendi de rebus ecclesiasticis, siue in temporalibus, siue in spiritualibus c. benè, & ibi glos. latè 95.dist.c.non placuit c.laicis de rebus eccles.non alien.c.decernimus,vbi Doct.latissimè de iudicijs:di-
2 cit tamen Archid.in d.c.benè 17. q.7. triplicem esse administrationem rerum Ecclesiarum autorizabilem, quæ est solius Episcopi; ministerialem Clericorum, prouidentialem verò, seu sollicitudinis competere posse laicis, quod dictum alij sequuntur præsertim Butr.& Abb.in c.decernimus: &,vt ad particularia descendamus; sciendum, quod laici non possunt constitui,vt præsint Ecclesijs, vel clericis, vel se impediant de spiritualibus.Ant.Abb.Fel. Dec. in c.decernimus; & licet secundum Abb.ibi cura omnium temporalium possit demandari laicis,non tamen ut administrent nomine proprio, uel tanquam ius habentes, nec principaliter, nec ministerialiter,ut Abb.dicit ibi in primo notab.

Vnde laici non possũt deputare ministros in Ecclesia,sed Episcopus,Innoc.in c.cũ uenerabilis in fin.de except.& ibi alij,& in Curia Archiep.Neap.nullus clericus potest adscribi seruitio Ecclesiæ, in qua sũt magistri laici sine licẽtia Curię Archiep.sub censuris,nec
4 laici possunt expellere presbiteros ab Ecclesijs, c.cõtra Sanctorum,c.laici,c.inuentũ est 19.quæst.7.neque
5 possũt laici esse œconomi,neque administratores generales,& vniuersales Ecclesiæ, vt super Ecclesias,clericos,uel alia spiritualia,potestatem habeant;particu-

lares

lares verò, & speciales œconomi, Sindici, vel Procuratores constitui possunt, Butr. post alios notab. in d. c. decernimus: dicit tamen ibi Abb. quod posset eis cõmitti cura omnium temporalium, cum ex hoc non præsint Ecclesijs, vel Clericis, nec impediant se de spiritualibus; & pariter Laici non possunt constitui procuratores ad vendendum bona Ecclesiæ, Butr. vbi supra: dicit tamen Abb. quòd laicus potest constitui procurator ad vendendum vnam rem tantum non generaliter, sequitur Dec. ibid. n. 110. qui addit dummodo constituatur ad vendendum cum certo, & limitato pretio, quia tunc videtur simplex exequutor, secus si simpliciter constituatur, & quando procurator constitutus est ad vendendum bona Ecclesiæ, non videtur habere mandatum specialiter, nisi bona Ecclesiæ specificata sint, & secundum Butr. vbi supra non
6 potest laicus deputari collector obuentionum spiritualium, pro quo facit text. in c. Sanctorum, in c. hanc consuetudinem 10. quæst. 1. contrarium tenet Abb. ibi, sequitur Dec. n. 116. vbi dicit non obstant dicta iura, quia in illis prohibetur ne oblationes sint in dominio laicorum, & ne in ipsorum vtilitatem conuertantur, secus si nomine Rectoris Ecclesiæ à laicis recipiantur, vt in vtilitatem Ecclesiæ, & Clericorum cõuertantur: non tamen debent laici oblationes positas in Altari accipere, quamuis possint esse custodes Altaris, Dec. vbi supra post Archid. & Domin. in dict. cap. Sanctorum 10. quæst. 1. & etiam laici non possunt deputari operarij fabricæ Ecclesiarum, But. vbi supra n. 7. in quo, & si Abb. Fel. & Dec. videantur contradicere; tamen illud fatentur, quòd quando cum officio fabricæ, habent etiam præeminentiam super Clericos, & habebit potestatem distribuendi redditus inter Clericos, & percipiendi, vt dicit Abb. esse in Ciuitate Senarum, tunc tale officium non potest cedi laicis citra auctoritatem Papæ; atq; adeo non possunt habere loculos pro recipiendis eleemosynis in Ecclesijs, cum oblationes debeant cedere ad vsum, & substentationem Clericorum, & Sacerdotum, text. clar. in c. quia Sacerdotes, c. Sanctorum, c. hanc consuetudinem 10. q. 1. quinimò nec Clerici debent retinere capsas pro eleemosynis recipiendis, si scandalum generent, argum. c. secundi de custod. Euchar. nempè si cum reliquijs superpositis, vel cartis indulgentiarum, quod prohibetur in Ecclesijs nostræ ciuitatis Neap. prout etiam non debet permitti laicis in Ecclesia extra ciuitatem quærere eleemosynas pro aliqua causa,
7 nisi maturè cognita per Episcopum, l. vnica, C. de mẽdican. valid. lib. 11. Io. de Platea extendit ad Clericos mendicantes, & alia pia loca, respectu quorum non ad Iudicem sæcularem, vt in glo. ibi, sed ad ecclesiasticum cognitio spectat, Bart. in d. l. vnica; facit, quia mendicatio istorum sine causa, & necessitate concernit materiam peccati mortalis ex subtractione, quæ inde resultat ijs, qui verè indigent, cap. pastor. p. q. 2. Lucas de Penna ibidem, & Neapoli excommunicantur ipso facto quærentes eleemosynam pro alijs sine licentia Curiæ Archiepiscopalis.

RESOLVT. CXL.

1 *Laici non admittuntur in Synodo quando tractatur de correctione morum, at secus si tractetur de negotijs tangentibus ipsos num. 2.*
3 *Substantialia attenduntur.*

Laici an sint admittendi in Synodo.

IN quadam synodo diœcesana dubitabatur coram me, si essent admittẽdi laici, ad quod respõdi, quòd Brott. de synodo p. 2. n. 38. post Io. And. in c. fin. de his
1 quæ fi. à prælat. tenent, quòd non admittuntur quãdo tractatur de correctione morũm, aut de negotijs clericorum, quamuis possint admitti quando publicantur
2 statuta edita in synodo prouinciali per c. fin. 18. distin. vel quando tractantur negotia tangentia laicos, Abb. in c. quod super his de ma. & obed. Vgol. in prælud. rub. quotuplex tit. cõc. §. quoad alios ver. ad quid laici; hoc tamen intelligendum est, vt non debeant interuenire de necessitate, sed de quadam congruentia, quia sufficit, vt laicis nuncientur per clericos ea, quæ in synodo fuerunt ordinata, sicut etiam sufficit, vt curati publicent populo, & cæteris ecclesiasticis statuta Episcopi, prout etiam faciunt Episcopi de statutis concilij generalis, vel prouincialis, qui tamen non tenentur legere tota verba statutorum, sed sufficit, vt tantummodo legantur substantialia, Bald. in c. vltra tertiam de testam. Rot. de synodi part. 3. actu 6. n. 36.
3 & alij recentiores, cum substantialia debeant semper attendi.

PRAXIS CENSVRARVM contra occupantes bona redditus, ac iurisdictiones Ecclesiæ:

Iuxta formam Bullæ Cœnæ can. 17. & Sac. Conc. Trid. sess. 22. can. 11. de Reformatione.

RESOLVT. CXLI.

1 *Dispositio Bullæ Cœnæ can. 17. recensetur.*
2 *Concil. Trid. sess. 22. can. 11. de reform. memoratur.*

Bulla Cœnæ can. 17. quid disponat, & an concordet cum Concilio Tridentino sess. 22. can. 11. de reformat.

PRo introductione huius praxis est sciendum, quod fœlicis memoriæ Iulius II. siuè vt alij scribunt Leo X. addidit censuram in hoc canone contra occupantes bona redditus, &c. Ecclesiæ per hæc verba.
1 *Quiue Iurisdictiones, seu fructus, Redditus, & prouentus ad nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque ecclesiasticas personas ratione ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.*

Cum qua quidem dispositione concordat Sacrum Concil. Trident. sess. 22. de reformat. can. 11. vt ex se-
2 quentibus eiusdem verbis apparet, quæ sunt tenoris sequentibus videlicet.

Siquidem Clericorum, vel Laicorum quacumque ij dignitate etiam Imperiali, aut Regali præfulgeant in tantum malorum omnium radix cupiditas occupauerit, vt alicuius Ecclesiæ, seu cuiusuis sæcularis, vel regularis beneficij Montium pietatis aliorumque piorum locorum Iurisdictiones bona, census ac iura etiam feudalia, & emphiteotica fructus emolumenta, seu quascumque obuentiones quæ in ministrorum, & pauperum necessitates conuerti debent per se, vel per alios vi vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas Clericorum, aut laycorum, seu quacumque arte, aut quocumque quæsito colore, in proprios vsus conuertere illosque vsurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab ijs ad quos iure pertinent percipiantur, is anathemati, tam diu subiaceat, quandiu iurisdictiones, bona, res, iura, fructus, & redditus ad quos occupauerit, vel qui ad eum, quamcumque etiam ex donatione suppositæ personæ peruenerint Ecclesiæ eiusque administratori siue beneficio integrè restituerit, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerit. Quod si eiusdem Eccles. patronus fuerit, etiam iure patronatus vltra prædictas pœnas eo ipso priuatus existat. Clericus verò, qui nefandæ fraudis, & vsurpa-

vsurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat, necnon quibuscumque beneficus priuatus sit, & ad quæcunque alia beneficia inhabilis efficiatur, & à suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactionem, & absolutionem sui Ordinarij arbitrio suspendatur.

RESOLVT. CXLII.

1 *Constitutio excommunicans facientem, non includit mandantem, & num. 2.*
3 *Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 12. mandantes comprehendit.*
4 *Actus pendet à mandante.*
5 *Mandans sepeliri excommunicatum, incidit in excommunicationem.*

An censura contra vsurpantes, extendatur pariter contra mandantes vsurpare.

1 VIdebatur non includi mandantem siquidem constitutio excommunicans facientem non includit mandantem, gloss. in clement. 1. de consanguinitat. & affinitat. Caietan. in summa in verbo excommunicat, cap. 46. verbo & licet Angel. in verbo excommun. §. 5. cas. 49. num. 5. Tabien. in summa in verbo excommunicatio §. eodem num. 6. Nauarr. in manual. c. 27. num. 52. & in puncto de hæret. lib. 5. cons. 4. num. 4. vers. 4. & iam Ledes. 2. 4. quæst. 26. art. 2. dub. 1. Cattr. 2. lib. de leg. pen. cap. 7. circa fin.

2 Ratio est quoniam mandantes non concluduntur in l. excommunicante facientem, nisi exprimatur, secundum Nauarr. capitulo 27. numero 51. consil. 34. numer. 2. & consilio 54. numer. 4. de sentent. excommunicat.

Contrariam tamen sententiam putauimus veriorem, & sequendam, nam inter alias conuenientias, inter canonem Sacri Concilij sess. 22. de reformation. cap. 12. & Bullæ Cœnæ cap. 18. est, quod sicut excommunicatio Concilij comprehendit non solum facientes actiones in eo prohibitas, sed etiam mandantes propter illa verba (per se, vel alios;) ita etiam dicendum est de excommunicatione nostri canonis, quoniam licet in hoc canone dicta verba, vt equipollentia non habeantur, habentur tamen infra canone 18. ibi; *Nec non qui per se, vel per alios.* Qui canon cum præsenti, & tribus alijs præcedentibus copulatur.

Et licet contrarium teneat addit. ad Quarant. in summa Bullar. in verb. bona Ecclesiæ vsurpantes; Tamen Tolet. id quod diximus expressè docet cum alijs quos allegat in explicat. eiusdem Bullæ d. canon. 18. num. 6. dicens.

3 *Aduerte etiam excommunicationem Bullæ extendi ad per se, vel per alios directè, vel indirectè aliquid prædictorum facientes, exequentes, procurantes consilium comprehendere omnia à principio decimæquartæ inclusiuè excommunicationis dicta, & præterea sub vno contextu copulatiuè legitur, & n. 1. eadem ratione similiter ait, extenduntur etiam omnes hæ excommunicationes, vt diximus à decimaquarta inclusiuè ad omnia personarum genera cuiuscunque conditionis, status, dignitatis, præeminentiæ, &c.*

4 Actus enim pendet à mandante potius, quàm ab exequente cap. cum aliquibus de rescript. in 6. & tribuitur mandanti Crauett. cons. 134. Surd. cons. 29. lib. 1. & qui mandat ipse facere videtur, vt per plura media iuxta morem, latè probat Nouarius in suo nouo tract. de elect. & variat. fori quæst. 6. à nu. 9. cum sequ. sect. 2. in vltima impres. Neapolitana, vbi alia cumulat, quæ ad id satis accomodari possunt.

5 Et in materia excommunicationis contra sepelientes excommunicatos in ecclesiastica sepultura locum sibi vendicat, etiam contra mandantes sepelire, Abb. in clem. 1. num. 11. & Vital. num. 35. de sepulturis. Siluester in verbo excommunicationibus n. 70. Antonin. variar. resolut. cap. 69.

RESOLVT. CXLIII.

1 *Vsurpans patrimonium Clerici incidit in censuram Bullæ Cœnæ.*
2 *Patrimonium Clerici habet priuilegia bonorum Ecclesiæ.*
3 *Patrimonium non imputatur in legitimam.*
4 *Decima non soluitur ex patrimonio Clericorum.*

An censura contra vsurpantes bona, & fructus Ecclesiæ extendatur ad vsurpantes fructus patrimonij Clerici, ad cuius titulum fuit ordinatus.

1 EXtenditur pariter censura ex Concilio emanata contra vsurpantes bona Ecclesiæ ad vsurpantes patrimonium, vel eiusdem fructus Clerici, ad cuius patrimonij titulum fuit ordinatus, seu promotus, vt per Vgolin. de censur. in explicat. canon. 17. §. 2. & apud Nouarium in tract. de elect. & variat. fori quæst. 52. in vers. declara tamen supposita regulam in verbo, inde in censuram Bullæ Cœnæ sect. 2. in vltima impressione Neapolitana.

2 Cuius opinionis ratio est illa communiter tradita, eo quia vt DD. affirmant huiusmodi patrimonium priuilegia bonorum Ecclesiæ sibi vindicat, vt per glosam in c. Episcopi, de præbendis, cum alijs quos congerit, latè Nouarius forens. qu. 72. lib. 1. vnde de prædictis bonis non soluitur collecta, vt per Maceraten.
3 lib. 1. var. resolut. cap. 88. nec prædictum patrimonium imputatur filio in legitimam, vt latè per Polidorum Ripam qui refert, ita in Senatu Mediolanensi resolutum in obseruat. 232. Item non soluitur pro eo decima glos. communiter recepta in cap. tuis de præbendis; latè Moneta alios commemorans in eius tract. de decimis quæst. 22. à num. 16. cum sequ. nec subsunt oneribus, Antonin. var. resolut. cap. 88. lib. 1. Nouar. forens. quæst. 72. num. 4. lib. 1.

Et ratio supradictæ rationis ex eo colligitur, quod præfata bona ad cuius titulum Clerici ordinantur dicuntur quasi quædam spiritualis merces, & præmium pro seruitijs Ecclesiæ exhibendis, glos. in cit. cap. Episcopis de præbend. Fel. in c. Ecclesiæ S. Mariæ de constitutionibus, & ibidem Ant. de Butr. n. 133. Nauar. in cons. 12. de censibus cum alijs per Couarr. variar. resolutionum lib. 1. cap. 4. num. 4. & latissimè videnda sunt, quæ adducit Cened. canon. quæst. cap. 11. vbi etiam, quod clericis interdicitur bonorum alienatio ad quorum titulum fuerunt ordinati ex Sacr. Concil. Trident. sess. 21. cap. 2.

RESOLVT. CXLIV.

1 *Celans rem Ecclesiæ vsurpatam incidit in censuram.*
2 *Vsurpare rem, & illam retinere parificantur.*
3 *Furtum quis committere dicitur.*
4 *Receptator inquisiti de crimine læsæ Maiestatis qualiter puniatur.*
5 *Causam homicidij dans occidisse videtur.*
6 *Vidua, quæ maritum interfecit priuatur beneficio electionis fori.*

An censura contra vsurpantes bona Ecclesiæ, locum sibi vendicet in custodiente, ac celante rem Ecclesiæ vsurpatam.

1 INcidit pariter in præfatam censuram custodies, seu celans rem vsurpatam, ita communiter omnes in co-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mentariis super Bulla Cœnæ c. 18. vnde Menoch. in conſ.139.n.6. & ſeq.vol.1. ſcribit non modo vſurpantes fructus, & prouentus Eccleſiæ, aut beneficij, ſed etiam qui retinent, & non reſtituunt fructus, quos ſciunt Eccleſiæ vſurpatos fuiſſe, incidere in cenſuras.

2 Cuius concluſionis ratio euidens eſt quoniam in iure pro eodem reputantur rem vſurpare, & iniuſtè retinere, vt probatur in c.indignè 12.quæſt.2.Bald.latè in c.ad noſtram de confirmatione vtili, vel inutili, & in conſ. 22. vol. 1. allegant communiter gloſ. magiſtram in c. ſi quis Præsbiterorum, de rebus Eccleſiæ non alienandis.

Facit, quia is, qui retinet fructus Eccleſiæ animo appropriandi ſibi, & non reſtituendi Eccleſiæ iam tunc dicitur vſurpare, quamuis ipſe non arripuerit, ſed alius c. ſæpè de reſtitut. ſpoliat.

3 Sic etiam furtum non tantum is dicitur committere, qui furatur, ſed etiam ille, qui retinet, & non reſtituit, prout ita in terminis Alter. in explic. huius cap. 1. in fin.

4 Hinc in Regno receptator inquiſiti de crimine læſæ maieſtatis, eſt puniendus eadem pœna qua principalis, Nouarius in prag. Regni 1.n.11. ſub rubric. de receptator. malefactor. vbi propterea notat, quod receptator inquiſiti de tali crimine, generali indultu nō gaudet quoties in indultu illo excipiantur ij, qui de læſæ maieſtatis crimine imputantur, & ita ait deciſū per Collaterale Conſilium ex de Ponte, deciſ. 22.

Dum enim celat, & cuſtodit bona vſurpata, videtur ipſe dare occaſionem non reſtituendi, taliter quod ipſe videtur vſurpationem facere, ex regula quod nihil intereſt an quis vſurpet, vel cauſam vſurpationis det,

5 prout in ſimili nihil intereſt an quis occidat, vel causā homicidij det, Rot. Auenion. deciſ. 29. Tuſc. concl. 6. litt. D. quos refert, & ſequitur Nouarius in ſuo nouo tract. de elect. & variat. fori q.6.n.9. ſect. 2. in vltima

6 impreſſione, vbi ideo firmat, quod ſicuti vidua quæ virum interfecit electionis fori priuilegio priuatur, & perdit dotē, ita etiam ſi ipſa fuerit cauſa mortis viri.

RESOLVT. CXLV.

1 *Titulum habere infectum, vel non habere parificantur.*
2 *Aſſenſus Apoſtolicus eſt neceſſarius ad finem, vt is in quem eſt facta alienatio non dicatur vſurpator.*
3 *Defectus aſſenſus Apoſtolici facit corruere actum venditionis.*

An cenſura contra occupantes, ac vſurpantes, locum ſibi vendicet in emente, & ſic detinente bona Eccleſiæ non obtento aſſenſu Apoſtolico.

PRo ſententia affirmatiua reſpondi in occurrenti facto, ratio eſt, quoniam alienatio cenſetur nulla ipſo iure, iuxta tradita in extrauagante ambitioſæ de

1 rebus Eccleſiæ non alienandis, & paria ſunt nullum titulum habere, vel infectum, Bellam. in dec. 393. Guid. Pap. conſ. 144. Gram. deciſ. 16. n. 4. Lancellot. de acte. p. 3. c. 24. q. 21. Morot. reſponſ. 59. num. 9. Reg. Valenzuel. conſ. 32. n. 78. & 79. vnde talia bona ſic alienata dicuntur in Eccleſiam reuerſam abſque facto Iudicis, Tiraquel. in l. ſi vnquam in verb. reuertantur n. 134. Cod. de reuocandis donationibus.

Et ex ijs deducitur ſupradictum caſum eſſe comprehenſum in ſpecie, in cenſura inflicta per Concilū Tridentinum, vt in puncto voluit Gratian. in deciſ. 150. Rotæ Marchiæ n. 3. & ſequent. vbi his vtitur verbis. *Vnde cum huiuſmodi bona detineant abſque licentia ſubiacent excommunicationi, quandiu bona, fructus, & res occupatas reſtituerint iuxta terminos Concilij Tridentini ſeſſ. 22. c. 11. & per Iudices ſunt compellendi ad reſtitutionem.*

Alias eſſet confirmare peccatum in peccato, quod

2 minimè eſt faciendum, & ratio, vt ſupra diximus eſt, nam beneplacitum Apoſtolicum eſt neceſſarium ad effectum, vt is in quem facta eſt alienatio non dicatur occupator rerum Eccleſiaſticarum, ex quo defectus beneplaciti Apoſtolici obſtet actui, & faciat illum

3 corruere ſi non accedat ex partium conuentione, præſertim cum clauſula, nec alias, nec alio modo, quamuis illud non eſſet neceſſarium, Rot. comen. locationis 10. Maij 1600. coram Eminentiſſimo Card. Pamphilio, & Camerinen. tranſactionis 19. Nouēbris 1604. coram olim Sanctiſſimo Gregorio XV. Quicquid alias beneplacitum non ſit adhibendum, cū intelligatur quādo illud de neceſſitate nō requireretur. Put. deciſ. 42. & 96. l. 1. Rot. Calaguritan. penſionis 4. Iunii 1597. corā Eminētiſſimo Cardinali Pamphilio.

RESOLVT. CXLVI.

1 *Facti ſpecies.*
2 *Colonus corporaliter poſſidet & non præſcribit.*
3 *Præſcriptio 40. annorum datur contra Eccleſiam.*
4 *Locatio rei Eccleſiæ inducitur perpetua, ſi à colonis fuerit per triginta annos ſoluta vniformis penſio.*
5 *Coloni reddentes fundos ſteriles fertiles, non poſſunt remoueri à conductione.*

An in hæredibus occupantium, qui per 30. annos pacificè, & bona fide poſſederunt, & Canonem ſoluerunt, cadat cenſura ſacri Concilij Tridentini.

1 FVit dubitatio mihi propoſita per admodum Reuer. D. Gaſparem Littum Terræ Montis Murri, quod quidam Coloni bonorum Eccleſiaſticorum, eorumque hæredes, per tempus triginta annorū fuerant ſoliti ſoluere certam quantitatem frumenti Reuerendiſſimæ Menſæ Epiſcopalis Ciuitatis Triuicaricen. & quoniam nullatenus apparebat, nec aliquo modo cōſtabat de contractu locationis, ſiue conceſſionis in emphyteuſim inito per dictos colonos, cum prædicta menſa, per eandē mensā opponebatur, bona præfata, per illius ſpatii circulū poſſeſſa per prænominatos colonos, ſiue eorum hæredes, fuiſſe occupata, & vſurpata, & conſequenter incidiſſe in pœnas cōtentas, tām in S.C. quā Bulla Cœnæ Domini, ex quo cum huiuſmodi bona detinuerint abſque licentia, ſubiacebāt excommunicationi, quandiu bona, & fructus non reſtituiſſent, & poterāt Coloni compelli ad reſtitutionē, alias fuiſſet ipſis confirmare peccatum in peccato, quod prohibitum videbatur iuxta tradita per Gratian. deciſ. March. 150. n. 3. Eòque magis ſic videbatur affir-

2 mādum, nam Colonus corporaliter tenet, ſed nō poſſidet, & ideo non præſcribit per text. Clar. in l. 1. C. de vſucap. & quatenus præſcriberet, nō erāt elapſi niſi triginta anni, per quorum ſpatium aduerſus Eccleſiam,

3 non erat inducta præſcriptio contra quam non præſcribi minori ſpatio quam quadraginta ānorum voluit text. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. Eccleſ. Afflict. deciſ. 67. Guid. Pap. deciſ. 161. Caſtr. cōſil. 105. lib. 1. Menoch. remed. 15. n. 427. de recuper. poſſ.

Tamen re conſulta cum Admodum Illuſtri Io. Antonio Nouario Canonico Neap. noſtro Alumno fuimus voti prædictos Colonos, eorumque hæredes in nullam incidiſſe cēſuram, nec fuiſſe locum vſurpationi, imò ex quo per dictos annos triginta à colonis

4 fuit ſoluta vniformis penſio, illaque continuata cenſuimus bona fuiſſe perpetuò locata ex mente tex. in c. ad aures cum gloſ. de rebus Eccleſ. non alien. & ſic in iudicando, & conſulendo ab hac ſententia non eſſe recedendum tradit Berous conſil. 98. num. 18. lib. 1. & ſequitur Mantica de tacit. & ambig. conuēct. l. 5. titul. 2. n. 18. referēs ſic fuiſſe iudicatū in Rota Romana,

coram ipso tunc Auditore sacri Palatij die 12. Februarij 1588., & tanto magis fuimus moti ad sic consulendum, nam dicti coloni fundos Ecclesiæ steriles, & paludosos reddiderunt fœcundos, & propterea non poterant expelli per text. in leg. quicumque la 2. Cod.de omn.agr.deser. lib.11. vbi Nouarius idem in eius singularibus adnotationibus.

RESOLVT. CXLVII.

1 *Fructuum nomine quid veniat, & num. 3. & in quibus consistant num. 6. & qualiter differant ab obuentionibus num.7.*
2 *Legatum fructus fundi comprehendit vsufructum.*
4 *Prouentus nomen est generale.*
5 *Redditus appellatione quæ veniant.*

Appellatione fructuum reddituum,& prouentuum quenam veniant? ad effectum incurrendi in censuram contra occupantes fructus, &c.

1 REspondeo quod fructus pro eadem resumuntur à Bart.in leg. fundi Trebatij per illum textum ff. de vsufruct. leg. & fructus nomine veniunt etiam obuentiones l. vsufructu legato, ff. de vsufr. item fœtus animalium, lac, & pilus, & lana, l.in pecudum, ff.de vsur.Item pensiones prædiorum, l. prædiorum, ff. eo. & l.atqui natura §. non tantum in fine ff. de negot. gest. Item vsusfructus, nam legato fructu fundi videtur legatus vsusfructus l.per seruum §. si vsusfructus
2 ff.de vsu,& hab. Item vsuræ, l. vsuræ, ff. de vsur. Item collatio beneficiorum, quæ dicitur esse in bonis, & in fructu mensæ Episcopalis; vt notant glos. Panorm. & alij in c.cum olim de maior.& obed. Item licere obligare, fructus appellatione continetur, leg. si fructus rei ff.de reg.iur.& l.fin.ff.de vsur.

3 Denique fructus nomine veniunt, tâm fructus industriales qui producuntur magis opere, & industria hominum, quam à natura, & est frumentum, hordeũ, & alia quæ ex serendo prouenient tâm fructus naturales, vt sunt illi, pro quibus producendis plus natura quam hominum industria operatur, vt sunt poma,pira,& quæ ex Sylua ceduntur, l.fructus, ff.eodem titul. latè Couar. lib.1. variar.resol.c.3. sub num. 6. vbi ait relinquendum esse arbitrio Iudicis,quando magis hominum industria, quam ipsa natura, & è conuerso fructus proueniant ad quod allegat Panorm.in c.grauius de restit.spol.& alios, & tam fructus artificiales, vt sunt pẽsiones domorum,vt infra dicemus, ex Bald. licet idem Bald. in leg. si traditio Cod. de act. empt. vocet huiusmodi fructus industriales.

4 Sic etiam prouentus est nomen generale ad omnes redditus, & fructus, nam redditus dicti sunt à verbo redeo, quia quotannis è fundo, vel predio ad nos redeunt,seu veniunt: prouentus verò à verbo prouenio, & sic tam reditus,quàm prouentus significant prouenientes fructus, tum naturales, tum industriales, tum etiam artificiales, vt sunt pensiones domorum deductis tamen expensis, vt per Bald. in c.cum M. Ferrariensis num.6.de constit.

Hinc prouentus ex Dyn. in c. pastoralis de donat. aliquando dicuntur spiritualium redditus, vt quarta decimarum oblationum, & similium quæ de multis, aut iurisdictione proueniũt, & moderatum auxiliũ.

5 E contra verò redditus appellatione omnes prouẽtus continentur,habetur ex Paul.de Eleaz.& Zabar.in clem.vnica de exces. Prælat. Vnde obuentiones sunt redituum quoque species l. magis puto §. si pupillus ver. quærere ergo debet ff. de reb. eo. qui sub tut. & cur. Item census annui veniunt redituum appellatione c.3.de cens. qua propter dantur agricolæ censiti, idest censuales qui rei tacitè annuatim præstandæ obligati sunt,vt in toto titul.de agric.& cens.lib.11.& iste census dicitur priuatus ad differentiam census publici, quo alio nomine dicitur tributum,seu publica pensio l. si accipitur, C. si propter pens. public.l.1. C.in quibus caus. pign.vel Hypot. tacit. contrah. Demum redditũ appellatione latissimo sumpto vocabulo veniunt etiam fundi redditus afferentes, vt in auth.vt qui oblig.se hab.§. licebit autem. Immò reditus annui inter immobilia computantur, vt in dicto §.licebit autem,& l.iubemus nulli §.1.C.de sacrosanctis Eccles.

Quod si fructus, & reditus strictè cõsiderentur differunt inter se, nam omnes fructus consistunt in reditu,vt in l.Paulus §.1. ff.de vsur.sed non è contra, quia partus ancillæ est in reditu non autẽ in fructu, etenim absurdum est hominem in fructu esse cum fructus rerum,natura hominis gratia comparauerit leg. in pecudum §.partus, ff.eod.

7 Idem fructus strictè sumpti differunt ab obuentionibus,quoniam fructus ex re percipiuntur,vt triticum ex agro, poma, & pira ex arboribus,obuentiones autem propter rem, vt sunt pensiones domorum, & his similia, vt per Alber. de Rosat.in suo dictionario in ver.fructus quandoque.

PRAXIS PROCVRATIONIS, quæ Episcopo visitanti debetur.

RESOLVT. CXLVIII.

1 *Procuratio debetur Episcopo visitanti, & quid veniat appellatione procurationis, num.2.& 3.*
4 *Munera non recipiuntur à visitante.*

Episcopo in visitatione, quæ licitè debeantur à visitatis.

1 CErtum est, & seruatur quotidie in praxi, quod procurationem, siue alimenta illius diei, quo visitatur, pro Episcopo, & suo comitatu visitati prouidere obligantur, vt statutum est in c. 1. de censibus in 6.& in Sacr.Concil.Trid.sess.24. de reformat.ca.3. vbi quod non epulæ sumptuosæ, sed victus frugalis pro temporis necessitate, quo visitatio expeditur, & non amplius dari debet.

2 Adeò quod visitati solum tenentur dare ea omnia, quæ concernunt victum,scilicet potum, & esum, tum autem alia concernentia necessaria personæ, puta si vellet Episcopus visitator potare medicinam, vel aliqua extra ordinarium victum accipere, quia ad illa visitati minimè tenentur, vt post Zerol. in sua praxi Episcopali in verbo visitatio §.6.dub.1. recenset, docet Nouarius in opusculo iuris Pontificij noui concluſ.5.n.2.sub rubric.de visitatione pag.281.col.1.

3 Et non solum iste victus debet dari pro persona visitantis, & suorum familiarium, ac seruorum, sed etiam pro equis, vt dixit Genuen. in praxi Cur. Archiep.Neap.c.19. n.12. vbi etiam quod subditi non tenentur ministrare Episcopo visitanti equitaturas,& sic mercedes equorum,sed solum victualia pro equis, nisi tamen visitator esset prælatus à Papa delegatus, quia tunc deberentur mercedes æquorum, & viaticũ de loco ad locum, quod etiam post doctrinam glos.in clem.2.de censibus,& post Azor.instit.moral.lib.3.c. 42. quæst.8. aduertit Nouarius allegata conclus.5.n. 7. de visitat. col.2. nec tenentur visitati ad ferraturas equorum visitatoris clem.1.de censibus, Io: Monach. & Gemin.in c.2.de censibus in 6.Genue. in praxi Archiep.c.21.num.12.

4 Munera autem qualiacunque, & quomodocunque illa offerantur recipere nõ potest Concil. loco cit.nec quidem commessibilia,vt illa secum asportet,Imol.& Anchar.

Anchar. in d. clem. 2. de censibus, sed omnia restituere tenetur, idem Nouarius loco cit. sub n. 8. taliter quod Episcopus visitans nequit fragmenta panis, aut capones integros, qui remanent in mensa pro eius victu secum deferre, Genuen. loco cit. n. 13. aliàs peccaret mortaliter, & intra mensem tenetur ad restitutionem dupli, & si non restituerit est suspensus c. 1. §. procurationes de censibus in 6. Leiua in exam. Episcopor. tit. de visitat. num. 64.

RESOLVT. CXLIX.

1 *Procuratorio debetur iuxta consuetudinem loci, & quid si desit consuetudo loci particularis. num. 3.*
2 *Consuetudinis vis est magna.*
4 *Visitati non tenentur erogare expensas nisi pro moderato comitatu.*

Quanta esse debeat procuratio debita Episcopo in visitatione.

1 AD sciendam quantitatem procurationis debitæ Episcopo visitanti, certum est, quod debet seruari consuetudo loci, ita vt alias solitum præstari hodiè, & imposterum solui debet cum sic videamus in solutione decimarum, in quarum solutione debemus sequi consuetudinem, Io: Andr. in c. final. circa fin. de paroch. Rocch. de Curt. in tract. de consuetudin. n. 94. & 260. Balb. in tract. de præscript. part. 5. quæst. 5. vbi dicit communem opinionem, prout idem est in solutione gabellarum, l. fin. §. diui ff. de public. Bal. in l. 3. col. 2. C. de Naut. fen. Iason cons. 10. col. 3. vol. 1. Bal. in l. ex præstatione C. de vectig. Ruin. cons. 202. in fin. vol. 2. sicque etiam in contractu emptionis, & venditionis, quod debeat atendi consuetudo probatur in leg. si fundus ff. de euiction. Bar. in l. ex ea parte ff. de verb. oblig. Castrens. & alij in l. cunctos populos C. de Summa Trinit. & fid. Catholic. sicque in venditione gabellarum dixit Bart. in l. cum nulla, C. de pascuis public. lib. 11. Bertacch. de gabell. 3. in q. 2. part. Ruin.
2 cons. 74. volum. 1. quorum omnium ratio est, quia magna est authoritas consuetudinis, ita vt vincat statutum, Felin. in c. 1. n. 4. de sponsal. Decius cons. 590. n. 8. Menoch. de arbitr. Iudic. gl. 71. n. 4. Tusc. concl. 810. num. 7. lit. C. quos cum alijs allegat Nouarius forens. quæst. 103. n. 2. li. 1. vbi etiam quod consuetudo derogat iuri positiuo ex Grat. decis. March. 24. num. 14. & quæst. forens. 85. n. 13. eod. lib. 1. fundat consuetudinẽ dare iurisdictionem, imò merum, & mistum imperiũ, taliter quod ibidem n. 12. affirmat consuetudinem in onerarijs loci atendendam esse ex text. in c. cum olim de consuet. Franc. decis. 288. n. 4. quia consuetudo est optima interpres legum, & dubiorum leg. de interpretatione ff. de legibus cap. cum dilectus de consuet. eiusque vis est maxima, vt plenè probat Nouarius in pragmaticis Regni collect. 151.

Benè verum vbi consuetudo particularis non vigeret, visitati non tenerentur soluere, nisi ratham victus, qui potuisset præparari pro visitante eiusq; familia, & sic illud, quod expendere potuisset ad dandum alimẽta pro illo tempore quo visitat, seu tenerẽtur soluere, vbi in pecunia visitati vellent soluere procurationẽ.

4 Aduertendo quod visitati non nisi pro moderato comitatu expensas erogare cogerentur ad tex. in c. cũ Apostolus, de censibus Piaseg. in praxi Episcopali p. 2. c. 3. sub n. 64. vers. & non nisi, taliter quod si visitãtes asportarent magnam cateruam non essent obligati visitati procurationem soluere habito respectu ad omnes illos, nisi tamen illam quoque visitans haberet in suo seruitio, puta quia essent de familia Episcopi, nã tunc omnes, vel alendi essent pro illo tẽpore, vel habito respectu ad numerũ procuratio soluẽda esset.

Vndè Illustrissimi Pastores aduertere debent ad nõ vexandas miseras oues, nisi quatenus suppetunt vires visitatorum, & iuxta onus familiæ, quam visitantes secum ducunt, nec aliter, nec alio modo, quia secundum Leiuam in examin. Episcoporum lib. 4. c. 26. de visitatione n. 59. licet quam familiam debeat portare Episcopus in visitatione non sit taxatus numerus à Sacro Concilio, sed relinquitur arbitrio Episcopi, tamen dicit ipse, quod debet esse familia pauca, & necessaria nè populus grauetur ex eodem Concilio sess. 24. c. 3.

RESOLVT. CL.

1 *Procuratio dari potest à visitatis in pecunia.*

Procuratio an possit dari Episcopo in pecunia.

1 LIberum est etiam visitatis, si velint pecunia redimere procurationem, & visitator tenetur recipere in ea specie, quæ fuerit oblata c. felicis de censibus in 6. Concil. Trident. sess. 23. c. 3. de reformat. Piaseg. in praxi Episcopali p. 2. c. 3. de visitat. quorumuis exẽptorum sub n. 64. in fine pag. 229. quem refert, & sequitur Nouarius in iur. Pontificio nouo conclus. 5. n. 8. de visitatione, vbi pariter aduertit, quod in huiusmodi casu, etiã est obligatus visitator omne id, quod supereſt de ipsa pecunia, ex Nald. in summa in verbo visitare n. 10. illam adducens rationem, quia si de victualibus nihil secum deferre potest, vt probatum fuit supra in antecedenti resolutione, ergo neque de pecunia, quæ in locum victualium subrogata esse videtur, & cum ratione quidem, nam in iure est dispositum, quod subrogatum sapit naturam illius rei, in cuius locum est subrogatum, l. eum, qui ita §. iniuriarum ff. si quis caut. §. fuerat, vbi Faber, & Ias. instit. de action. adeò quod fiat subrogatio cum omnibus qualitatibus, quæ inhærent rei, in cuius locum est facta, & hoc tàm respectu rerum, quando vna res est subrogata, in locum alterius, quàm etiam respectu personarum quoties vna persona representat aliam, l. fin. C. de proxim. sacror. scrin. lib. 12. Morot. cons. 20. n. 7. & Iarrius Peregr. de fideicommiss. art. 16. num. 30.

RESOLVT. CLI.

1 *Procuratio exigi potest ab Ecclesiis Ciuitatis, dum visitantur, contrarium seruant auth. num. 2.*

Procuratio an sit recipienda ab Ecclesijs Ciuitatis, quando visitantur.

1 EX c. venerabili de censibus percipitur conclusio acceptata etiam à Canonistis, quod procuratio exigi potest ab Ecclesiis Ciuitatis, dũ visitantur, quod est verum, quamuis Episcopus possit reddire ad domum propriam, vt dicunt ibidem Abb. Hostiens. & alij scribentes, cum non tantum ratione interesse, sed etiam ratione officij, & in signum subiectionis detur huiusmodi procuratio, vt notat Leiua in suo exam. Episcopor. tit. de visitat. lib. 4. c. 26. n. 58.

2 Tamen ego in varijs visitationibus factis in mea Ciuitate Vici Equensi, nunquam volui accipere talem procurationem à Rectorib. Ecclesiarum sitarum intus Ciuitatem, imò & prope illam, prout & ita vidi seruatum multis annis à diuersis Illustrissimis Archiepiscopis Neapolis, qui pro tempore fuerunt, de qua etiam consuetudine testatur quoque Genuen. in praxi eiusdem Curiæ, c. 19. vbi dicit quod Neapoli seruatur, vt procuratio non recipiatur ab Ecclesijs Ciuitatis, sed suburbiorum distantium, quam consuetudinẽ seruandam esse annuit ex Concilio Tridentino sess. 24. de reformat. c. 3. ibi pro temporis tantùm necessitate, &

tate,& nō vltra, & eandem sententiam, & opinionem post ipsum approbauit Piaseg.in sua praxi Episcopali p.2.c.3.n.65. vbi voluit,quod dum Episcopus visitat Clerum suæ Ciuitatis procuratio illa nulla debeatur, & quod sic pluries respondit Sacra Congregatio Concilij, sequitur recentissimè Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij concl.5.n.3. qui supradictos omnes citatos adhuc allegat, addo Leiuam in examin.Episcoporum lib.4.tit.26.de visitat.n.62. vbi etiam, quod Laici gratis sunt visitandi.

RESOLVT. CLII.

1 *Procuratio non exigitur ab hospitalibus confraternitatibus, vel extauritis præter consuetudinem, & de ratione n.2. contrarium habetur num.3.*

Procuratio an possit exigi ab Hospitalibus,Confraternitatibus, vel extauritis, quando visitantur.

1 VBicumque non obstaret solitum, & consuetudo dicendum est, quod nō possunt Episcopi exigere procurationem in visitatione, quando visitant hospitalia,Confraternitates, extauritas, & similia,loca pia, ita Lap.de Cauilion.in tract. de hospit.n.98. Bonifac.in clem.quia contingit n.94.& ibi etiam Cardinal.& Imol.de Relig.domib. Genuens.qui testatur de communi Doctorum sentētia in praxi Curiæ Archiepisc.Neap.c.17.n.2.Thesaur. Fori Eccles.c.16.n.4.p. 2. Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij concl.5. n.5.sub rubr. de visitat., qui loquuntur in procuratione non debenda à visitatione Hospitalium.

2 Cuius conclusionis ratio est, quia talia bona huiusmodi locorum sunt instituta, vt deseruiant pro substentatione pauperum tantum, & ideò aliud onus agnoscere non debent.

3 Verum totum contrarium, & verius tenet Leiua in examin.Episcopor.tit.de visitat.lib.4. c.26. n.61. vbi affirmat omnes, qui visitantur esse obligatos ad procurationem, & in specie loquitur de Hospitalibus Societatibus ijs, Confraternitatibus, & Oratorijs.

RESOLVT. CLIII.

1 *Procuratio non exigitur ab Ecclesia paupere, nec à clericis pauperibus n.2.datur cautela num.5.*
3 *Paupertas excusat à multis oneribus.*
4 *Paupertas excusat à periurio.*

Procuratio an possit exigi ab Ecclesia paupere vbi visitatur.

1 DIcendum est non posse procurationem hanc debitam Episcopo visitanti accipi ab Ecclesia paupere, Thesaur.fori Eccles.c.16.n.4.part.2. Faber. decis.15. C. de Episcop. & Cleric. Nouarius in opusculo iuris Pontificij conclus.5.n.5. sub rubrica de visitat., vbi etiā, quod nec à pauperibus Clericis est exigenda,ex c.cum instantia, & ibi glos.de cēsibus,Surd. de alim.quæst.22. n.6. tit.4. vbi quod Episcopus de proprio expendere tenetur, Tiraquell. de nobilit.c.9.
2 n.43. videmus enim paupertatem à multis oneribus excusare,& esse maximopere fauorabilem,vt latè demonstrat, & probat Beninсas. in tract. de paupertat. quæst.4.per totā,Viui.decis. 222. vbi dicit quod ideò paupertas priuilegijs piæ causæ gaudet,& fruitur quibuscumque priuilegijs,& immunitatibus quibus causæ piæ vtuntur, & sic paupertas prodest l. si quis ad declinādum,§.fin autem, C.de Episcop.& Cleric.l.illicitas,§.fin.ff.de offic.præsid.

4 Indè paupertas excusat à periurio, & sic in casibus in quibus pauperes non obseruant iuramētum, excusantur.Innocent.in c.1.n.8.de offic.deleg.Bal.in cap. quærelam num.4. extra de iur.iurand. Rota in antiq. decis. 2. de Arbitr. Nec non paupertas ipsa excusat etiam à protestatione, Bal.in c.3. de rescript.Felin.in c.si qui testium sub n.10.de testibus, excusatque itidē paupertas ipsa emphyteutam, nè perdat emphyteusim Bald.in c.querelam de iur.iurand. Cioss.cons.31. n.4. vol.1. Et paupertas excusat etiam à desertione appellationis, ne appellanti pauperi currant fatalia, Bald.in l.acceptā 23.quę.C.de vsur.& in l.2. §.si quis, ff. si quis caut.Mathesil. fing.fin. Marsil. in l.1. §.præterea num.86.ff.de quæst.Cōcta in memoral.in verbo paupertas,latè Gratian.decis.Marchiæ 34.prout etiā excusat paupertas, vt excommunicatus absolui possit etiam non facta satisfactione ob paupertatem, vt in clement.1.§.vtrum, & ibi Card. & in clem.2. §.1. vbi etiam glos. de hæretic. & est tex. in c. à nobis de sent. excommunic.

Et Ecclesia pauper nō soluit melioramenta facta in emphiteusi ad eam reuersa ob lineam finitam,de quo latius in Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 69. & paupertas excusat à solutione collectarum, vt plenè apud Nouarium in suo solemni tract.de priuileg. miserabilium personarum.

5 Hæc licet sint vera, æquius tamen est in similibus casibus,quando Ecclesiæ visitatæ sunt pauperes quod coniungantur cum alijs, quæ vnam procurationem componant, itaut singulæ illam non soluant, sed coniunctim c.procurationes, de censibus.

RESOLVT. CLIV.

1 *Procuratio data à visitatis in pecunia vno anno non obligat ad annum sequentem, & de ratione n.2.*

An si vno anno visitati dederint procurationem in pecunia, possint anno sequenti cogi ad idem, an ad eorum libitum stet variare.

1 ELeganter notandum est quod si visitati elegerint vno anno procurationem præstare in pecunia non possent anno sequenti cogi ad idem,sed variare ad eorum libitum,valent Io. Andr. in c.Felicis de censibus in 6. Soccin.de visitat.solu.11.q.6. Genuens.in praxi Archiepisc.Neap. c.21. num.7. quem refert, & sequitur Nouarius in suo opusculo iuris Pontificij concl.5.num.9. de visitat.

2 Cuius opinionis ratio est,quia ista sunt merè facultatis, & communis est conclusio in materia præscriptionis,vt ea quæ sunt facultatis præscribi non possint l.viam publicam ff.de via public. vbi Bar.c. possessiones 16. quæst. 1. Abb. in c. quoniam frequenter §. in alijs,vt lit.nō contest. Afflict.decis.134.Gramm.cōsil. ciuil.142. vndè si quis cōsueuit hospitari, vel dare pat caponum multo tempore, non per hoc contra eum aliqua præscriptio super prædictis inducitur,Innocēt. in cap. cum Ecclesia colum. 2. de caus.possess.& propriet.Abb.in c.quo ad translationem col.1.in fin.de offic. ordin. Fel. in c.cum M. colum. 3. de constitut., quod est verum etiam in præscriptione immemorabili. Bertrand.cons.3.colum.1.vol.2.& cons.200.vol. 3.Paris. cons. 27. n.56. volum.1. Crauet. de antiquit. tempor.in quarta parte n.214.

RESOLVT. CLV.

1 *Procuratio an præscribatur de iure communi, & quid stante S.C.T.*

Procuratio an hodie præscribi possit stante Conc. Trid.

CErtum est quod de iure communi procuratio præscribi non potest, vt probatur in cap.cum ex officij, de præscript.

Tamen

Tamen aduertendum est, & notatu est dignum, quod hodie ex noua dispositione Sacri Concilij Tridentini sess.24. cap.3. de reformat. vtique præscribitur, nec peti potest, vbi illam non dandi viget consuetudo propter illa verba Concilij ibi.

In illis verò locis, seu Prouincijs, vbi consuetudo est, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud à visitatoribus accipiatur, sed omnia gratis fiant ibi id obseruetur.

Et iuxta hanc opinionem notarunt Piaseg. in praxi Episcopali. par.2.cap.3. num.65. Gratian. disceptat. forens.57.num.19. quos refert, & sequitur recentissimè Nouarius in opusculo noui iuris Pontificijs concl. 5.num.4.de visitat.

Quare cum aliquando essem consultus à varijs Illustrissimis Prælatis, semper fui in ista opinione, dum forma dispositionis cit.text. de iure communi videatur correcta per Concilium Tridentinum loco citato, vt annuunt Prædicti Doctores supra allegati.

RESOLVT. CLVI.

1 *Procuratio non debetur Episcopo ambulanti per suum Episcopatum ratione crismandi.*

Procuratio an debeatur Episcopo ambulanti per suum episcopatum ratione crismandi.

1 QVidam Episcopus dum per suam Diœcesim iter faceret occasione crismandi prætendebat expensas, & quia multi erant renitentes hoc onus agnoscere, fui consultus quidnam sentirem, & pro parte negatiua consului, quia certum est, quod vbi Episcopus ambulat per suum episcopatum hac occasione crismandi expensas accipere nequit, neque Laici, neque Clerici ad illas tenentur, quia est proprium officium Episcopi confirmare, & illud tenetur facere suis expensis Doct. super Concil. Trident. sess.24. cap. 3. de reformat. Leiua in examin. episcoporum lib.4. tit.26.de visitatione num. 63. Sumus enim in odiosis, & onerosis, nec debent extendi de vno casu ad alium, ut in cap.odia de regul.iur. in 6. cap. statutum de election. vbi dicitur quod statutum de his, qui ad parochialium regimen assumuntur promouendis ad Sacerdotium intra annum alioquin ipsis Ecclesijs sint priuati, ad Collegiatas extendi non debet, quia cum sit odiosum restringi potius, quam ampliari debet, prout ita ad id hunc textum adducit Nouarius in sua praxi elect.& variat. fori quæst.5.num.5.sect.2.in antiqua impressione Neapolitana.

RESOLVT. CLVII.

1 *Procuratio debetur Capitulo Sede vacante visitanti.*
2 *Visitatio est actus iurisdictionis.*

Capitulum Sede vacante an possit exigere procurationes debitas ratione visitationis.

1 NOn est dubitandum huiusmodi procurationem deberi Capitulo Sede Vacante visitanti, quia, vt inquit glos. in clem.1.§.propter quod, in verbo, capituli de elect. cum de iure communi Episcopus possit visitare, & procurationes suscipere tot.tit.de offic.ordin. visitatio autem sit actus iurisdictionis, in qua succedit Capitulum Sede Vacante, cap.his, qui de maiorit. & obed.cap.cum olim eod.titul. sequitur quod eo casu capitulum visitationis munus exercere possit, & procurationes, quæ in eius consequentiam veniunt, recipere, idem tenent Archidiacon. in cap. si Episcopus num.2.de supplen.neglig.prælat. lib.6. Collect.in d.cap.cum olim, num.3.de maiorit.& obed.vbi Bald. num.1.Abb. num.2. versic. sed indistinctè tenerem, Bellamer.num.3.Felin.num.3.vers. & limita, Cardin. in d.clem.1.num.17. in 9. quæst. in fine de hæret. Vital.ibid.num.178. Gemin. in cap.1. num. 4. & 5. de maior.& obed.in 6.& Franc.num.5. qui refert Imol. dicere hanc opinionem ueriorem esse Prop. ad Monach.in cap. Ecclesiæ, num.1.de supplend.neglig.prælat.in 6.Feder.de Sen.conf.16.nu. 2. vers. item potest capitulum, Marc.Coc. in tract. de Visit. num. 4. uers. 11. quæro, Franc. Pauin.de offic. & potest. cap.Sede Vacante quæst.7.1.quæst.princ.Rebuff.in praxi benefic.tit.de deuolut. num. 65. uers. poterit quoque, Et hanc etiam opinionem tenuit Rota in una Burgen. iuris uisitandi 1. Iunij 1598.coram Orano, ubi agebatur de uisitando Monasterio Monialium non exempto à iurisdictione Episcopi, & fuit dictum capitulū Sede Vacante illud visitare posse, licet secus sit quando ageretur de quinto dubitat., & Felin. num.3. ad fin.de maior.& obed.Soccin.in cap.qualiter,& quando, il secondo, num.185.& 191.ad fin. de accusat. Pauin.ubi supra num.7. & 8.

Immo potestatem uisitandi Sede Vacante nedum Capitulum habet respectu generalis Visitationis, quando uisitatur Ciuitas, uel Diœcesis, sed etiam respectu particularis, quæ potest institui contra certas personas subortas præcedenti diffamatione, Bonifac. in d.clement.1.num.177. & seqq. de hæret.

Et prædicta locum habent, etiam quando datur quasi Sedis episcopalis uacatio, ut puta Episcopo ab hostibus, uel Paganis capto, ut fuit dictum in eadem Burgen. 10. Martij 1597. coram Orano per text. in cap.si Episcopus de supplend.neglig. Prælatorum.

RESOLVT. CLVIII.

1 *Procuratio duplex num debeatur vbi eadem die plures visitantur Parochiæ.*

Procuratio duplex, an debeatur, vbi eadem die plures visitantur Parochiæ.

EXemplum quæstionis supradictæ pone, quod Episcopus visitaret vnam Parochiam, vbi sibi contingeret, procuratio vna, & si duas una die, an duæ procurationes, respondetur, quod vna tantum, quia tam iura antiqua, quàm nouissima victui necessaria uisitantibus solum consuluerunt, quia id solum erat necessarium fundatum in iure diuino, non alligabis os boui tituranti, & illud Apost. primo Corinth. 9. relatum in cap.si Episcopus de offic.ordinat. lib.6. ab eo metuntur temporalia, per quem spiritualia seminantur, cap.cum ad quorundam de excess.prælat. Silu. loc. cit. §. 5. facit cap. procurationes, ubi habetur ne numerus procurationum excedat numerum dierum, & cap.cum uenerabilibus decens, ubi habetur, quòd uisitationi est annexa procuratio, & si secus Visitatores facerēt malitiosè procastinādo ad lucrandas procurationes, uel à duabus Parochijs unica die uisitatis duas acciperēt tenentur ad restitutionem, Deūq; haberent ultorem, per dicta superius ad 4. & per ea, quæ dicit Nau. à simili de Medico, & Aduocato cap. 25. num. 64. & 30. & glos. in clem.2. in uers. una die de cens. & cap. felicis eod.tit.lib.6. circa finem, benè uerum est, quod ipsi uisitati possunt diuidere expensas faciendas, & soluendas uisitatoribus inter se.

Et in terminis proprijs, quod ubi Episcopus una, eademque die plures uisitat Parochias unam tantum procurationem habere debeat, & non plures, notat in specie Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij, conclus.5.num.6.sub rubric.de uisitat.& ita solet praticari à bonæ conscientiæ uiris, & uidi pluries seruatum à bonæ memoriæ Eminentissimis Dominis Cardinalibus

dinalibus Aquauiua, & Carafa Archiepiscopis Neapolitanis, tempore, quo in mea iuuentute apud ipsos Iudicis officio fungerer existens Canonicus eiusdem Cathedralis Ecclesiæ.

RESOLVT. CLIX.

1 *Episcopi solent visitari facere per Vicarios, & alias dignitates.*
2 *Procuratio debetur Episcopo visitanti tantum personaliter.*

Procuratio an debeatur Episcopo, vbi visitat per interpositam personam.

1 SOlent quandoque Episcopi locorum Ordinarij visitari facere Diœcesim per eorum Vicarios, Archidiaconos, vel alias dignitates, quare posset dubitari, si Episcopo competat in tali casu procuratio, &
2 quidem ego in collect. decis. par. 3. collect. 592. versic. limita nunc, fui in opinione negatiua, quia procuratio debetur Episcopo visitanti personaliter, vt cautum est in cap. procurationes de censibus, quam meam opinionem in specie sequitur Nouarius in opusculo noui iuris pontificij conclus. 4. sub num. 1. sub rubric. de visitat. vbi etiam ad id allegat Nald. in summa in verbo visitare num. 4.

Licet Zerola in praxi Episcopali in verbo visitatio dub. defendat, vt quando Episcopus visitat per alium tenentur visitati ad singula ipsis visitatoribus, ac si Episcopus visitaret, taliter quod dicendum est veram esse opinionem illam, quod Episcopus vbi non visitat personaliter, nequit accipere procurationem, sed non per hoc negari potest, quin debeatur illis, qui nomine Episcopi visitant, prout ita statutum est in cap. si Episcopus de officio Ordinarij, cuius verba propriè, prout ibi stant, hic transcribere volui, & sunt, quæ sequuntur. *Si Episcopus suam Diœcesim, vbi ei à iure permittitur, faciat per alium visitari, licet ille ipse habeat in alijs necessarijs prouidere, ij tamen, qui visitantur ministrare tenentur expensas victualium visitanti, cum secundum Apostolum sit magnum, si ab eo metantur temporalia, per quem spiritualia seminantur, idem tamen Episcopus cum personaliter non visitat, nihil prorsus ab ijs, qui per illum, quem deputat, fuerint visitati exigere poterit, aut debebit.*

PRAXIS LOCORVM PIORVM sub Regum immediata protectione existentium.

RESOLVT. CLX.

1 *Episcopi visitare tenentur non solum singulas Ecclesias, sed & cætera loca diœcesana.*
2 *Loca pia subiecta immediatè protectioni Regiæ sine eorum licentia visitari nequeunt.*
3 *In dubio Ecclesiæ, & loca pia præsumuntur subiecta Episcopo Diœcesis.*

Loca pia, quæ sub Regum immediata protectione sunt, an possint visitari ab Episcopo.

QVamuis quolibet anno, vel si Diœcesis tam ampla sit, vt anni spatio comodè circui nequeat saltem singulis duobus annis eorum gregem per semetipsos, nisi fuerint impediti visitare debeant Episcopi, vt disponitur per Sacrum Concilium Tridentinum
3 sess. 24. de reformat. cap. 3. & vna simul tanquam Sedis Apostolicę delegati visitare tenentur non solum singulas Ecclesias, & Monasteria, sed etiam, & alia loca sacra, quæ in sua Diœcesi reperiuntur, vt idem Sacros. Concil. Trident. mandat cap. 8. de reformat. sess. 7.

Tamen vigore eiusdem Conciliaris dispositionis sess. 22. de reform. cap. 8. non possunt ab Episcopo vi-
2 sitari loca pia, quę sub Regum immediata protectione sunt sine eorum licentia, prout, & recenter quoq; meminit vltra alios antiquiores, Nouar. in suo opusculo noui iuris Pontificij conclus. 4. num. 2. sub rubrica de visitatione, & videndus est Bouadill. in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 218. num. sequ. qui loquitur de hospitali Regio, quod est de iure patronatus Regio, vt non possit visitari per Prælatum sine licentia Regis.

Vndè licet Episcopus de iure communi habeat intentionem fundatam, quod valeat visitare omnes Ec-
3 clesias sibi subiectas, cap. 1. §. hanc autem de censibus in 9. & subiectæ præsumantur quæcunque existentes in ipsa Diœcesi, Rot. decis. 286. n. 2. par. 1. diuers. Marescott. var. resolut. lib. 2. cap. 15. Tamen id cessat, vbi tales Ecclesiæ essent sub Regum immediata protectione.

RESOLVT. CLXI.

1 *Ad loci Ordinarium pertinet cognoscere an loca pia sint exempta.*

Locus pius an sit sub protectione Regis, num cognosci debeat per Episcopum.

IN facti contingentia sui requisitus, quid sentirem, si vbi Episcopus intendit visitare locum pium, & excipitur illum esse sub protectione regia, & consequenter esse exemptum à visitatione, si id debeat cognosci per Episcopum.

Et fui in opinione affirmatiua spectare scilicet ad loci Ordinarium id cognoscere, prout & ita deter-
1 minauit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilij Interpretum per hæc verba.

Congregatio censuit si Episcopo hospitale aliquod visitare volenti opponatur exceptio, quod sub immediata Regum protectione existat vtique ad ipsummet Episcopum talis exceptionis cognitionem, & diffinitionem pertinere.

Et iuxta hanc eandem opinionem scripserunt quoque Marta in tract. de iurisd. par. 2. cap. 18. num. 8. qui de eadem declaratione Sacrę Congregationis meminit, & Costa cons. 4. num. 3.

RESOLVT. CLXII.

1 *Hospitalia eatenus dicuntur exempta, quatenus expressè sint sub protectione Regia.*
2 *Exclusio inducta à statuto non procedit nisi in casu, & persona expressa.*
3 *Extensio non conceditur in correctorijs.*

An omnia Hospitalia, quæ sunt in Ditionibus, & Regnis Regum sint exempta à visitatione.

SAcra Congregatio Eminentissimorum Concilij Interpretum declarauit, quod exceptione hospitalium, quæ sub Regum protectione immediatè sunt, vt sine eorum licentia non possint ab Episcopis visi-
1 tari, non comprehendantur omnia hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus, & Regnis sed illa tantum quæ expresè reperiuntur sub Regum protectione.

Cuius declarationis ratio euidentissima esse videtur, nam Concilium sess. 22. de reformat. cap. 8. loquitur præcisè de illis hospitalibus, quæ sub Regum immediatè protectione existunt, vndè non debet extendi ad alia, & de casu ad casum, quia quod Concilium non

non dixit, nec nos dicere debemus, maximè quia Concilium in hoc est correctorium iuris cõmunis, & ideò strictè intelligendum, Nouarius forens. q. 7. n. 18. lib. 1. vbi etiam quod casus omissus à Concilio pro omisso
2 debet haberi, probans quod exclusio inducta à statuto non procedit nisi in casu, & persona expressa ex
3 Magon. in decis. Florent. 147. num. 9. Et extensio non conceditur in correctorijs l. præcipimus, C. de appellat. l. si vero §. de viro ff. solut. matrim. Tiraq. de leg. connubial. glos. 2. n. 22. & de reuocand. donat. in verbo libertis n. 73. vbi ampliat, etiam quod dispositio correctoria æquitati valdè innitatur, cum omnis recessus à iure communi odiosus reputetur, Ias. in leg. qui exceptionem post n. 1. ff. de condit. indeb. Cranet. de antiq. tempor. par. 4. in princip. num. 42. latè Tiraq. de retrac. in præfat. num. 62. vbi ampliat etiam quod dispositio fuerit facta in fauorem alterius, Menoch. de recuper. possess. remed. num. 42.

RESOLVT. CLXIII.

1 *Consortes litis gaudent eodem beneficio electionis fori, & quare?*
2 *Magis dignum trahit ad se minus dignum.*
3 *Quod quis ex sua persona nõ habet, per alium impetrat.*
4 *Socius Doctoris gaudet priuilegio Doctoris.*
5 *Officium quod alteri vnitur, emittit pristinum nomen.*

Hospitalia quæ non erant sub protectione Regia anstante vnione, & reductione in vnum cum hospitalibus existẽtibus sub protectione Regis visitari possint.

VBicumque succedit casus; quod hospitale, quod non est sub protectione Regis vniatur alteri, quod sub Regia protectione stat, tunc visitari non potest, quia exemptio quæ erat illi hospitali sub Regia protectione existenti, communicatur etiam hospitali non priuilegiato, cum connexorum idem sit iudicium c. translato de constitut. cap. præterea, & ibi glos. de offic. deleg. plenissimè Nouarius in sua praxi elect. for. q. 1. sect. 3. in vltima impressione Neapolitana, vbi per plura media concludit, consortes litis cum habentibus beneficium electionis fori gaudere eodẽ priuilegio eligendi forum, nam connexa dicuntur individua, Surd. decis. 199. n. 13. & connexa reputantur vnum, Scacc. de appel. q. 17. limit. 21. sub n. 25.

Et quis consequitur priuilegium ex persona socij, quæ ex sua persona consequi non posset, Monter. dec. 14. n. 84. sequitur Nouarius forens. q. 155. lib. 1. vbi latius fundat quod sententia lata contra minorem indefensum sicuti contra eum tamquam nulla exequi non potest; ita nec etiam aduersus eiusdem correos, & consocios.

1 Item quia in tali vnione priuilegia data vni competunt alteri, quamuis sint contraria fauorabiliora, & meliora conseruabuntur, vt post alios notarunt Garcia de benefic. part. 12. c. 10. titul. de vnione num. 10. Maresc. var. resolut. lib. 2. c. 15. num. 4. qui loquitur in visitatione in Ecclesia vnita alteri, quod gaudeat exemptione Ecclesiæ cui vnitur.

Et facit nam hospitale sub Regis protectione, dicitur magis dignum, cum priuilegiatum sit, magis enim dignũ trahit ad se minus 10. Nicol. in addit. ad Rocc. de Curt. de iur. patronat. lib. 2. num. 208. Iul. Cęs. Mad. tract. de Sacr. Ordin. c. 18. n. 36. vbi motus dicta ra-
2 tione asserit, quod si laicus habeat ius patronatus, cum Ecclesia dicitur mixtum, & priuilegium Ecclesiæ transit in laicum, qui cum infra quatrimestre beneficiatum præsentare teneatur sine casu ratione, communioris potuit præsentare cum compatrono Clerico intra femestre, allegat. Thesaur. de collat. benefic. cap. 18. num. 46. cum seq. Nouar. in tract. de elect. fori dicta quæst. 1. vbi alios adducit huius opinionis.

Tantò fortius nam vnio Hospitalium indiuidua est, & ex illius vnione Hospitale erectum, & sic curam possit Prælatum visitare Hospitalia olim sibi subdita, & relinquere quæ sunt sub Regis protectione, quia & vnita, & taliter quæ indiuidua sunt, & non apparent alia subdita distincta ab exemptis, vnde succedit vera conclusio, quod ex consortibus, & socijs, etiam non priuilegiato, alterum priuilegium prodest, dum causa eorum diuidi, & separari non potest, l. si communem in princ. ff. quemadmodum seruit. amit. l. vna est via, ff. de seru. rusticor. prædior. ibi si is qui duos, ff. de liber. legat. l. 4. §. si fundus ff. si seru. vindice l. præcipimus in fin. C. de appellat. l. 1. & 2. C. si vnus ex pluri-
3 bus appellauerit, sæpè enim, quod quis ex sua persona non habet, per alium impetrat il 3. ff. quæres pignor. dat. obligat. non pos. Item laicus pro indiuiduis gaudet beneficio Clerici c. per tuas, & c. ad audientiam, §. fin. de præscript. Gail. obseruat. 20. n. 2. & de pac. public. lib. 1. c. 6. n. 17. & res temporales iunctæ Ecclesiasticis censentur Ecclesiastic. vt reperit Cranet. consil. 279. colum. penult. Dec. in l. rogasti, §. si tibi n. 6. ff. si cert. petat. item socium Doctorum gaudere priuilegio Doctorum, notant Arnon. sing. 83. Bombin. dubit. 8. post eius consilia, & ante eum Bald. in additione
4 ad primam constitutionem, ff. veter. §. hæc autem nostra Aghat. in tract. de priuileg. lib. 2. c. 4. n. 86. qui latissimè per plures numeros infert, quando priuilegia concessa vni ad alios extendantur, & quando Ciuitati extendatur ad Castra, & villarum n. 115. & seq.

5 Et confert etiam quod dixit Bart. in l. si quando in fine C. de appell. quod quando vnum officium vnitur alteri, aliud, quod vnitur extinguitur, & ammittit nomen prioris, Rota in antiquis decis. 11. de rebus Eccles. non alien. Veral. in decis. in verbo vnio par. 3. Faber decis. 74. de sacrosanct. Eccles. adeò, quod si appelletur, qui retinet illa duo officia debet appellari ad digniorem, Nouarius forens. quæst. 11. n. 9. part. 1. qui alia adducit, quæ possent huc adaptari pro corroboratione.

RESOLVT. CLXIV.

1 *Licentia Regis requiritur, ut visitari possint Hospitalia sub eius protectione.*
2 *Rex generaliter concedendo non dicitur concedere ea quæ sunt sibi reseruata.*
3 *Visitatio Diœcesis est reseruata soli Episcopo.*
4 *Absolutio reseruata Papæ, non censetur concessa sub generali concessione.*

Licentia Regis qualiter esse debeat vt Hospitalia sub protectione Regia existentia, possint visitari per Episcopum.

CErtum est, quod de licentia Regis hospitalia, quæ sunt sub protectione Regia possunt visitari, sed est aduertendum huiusmodi licentiam debere esse specialem ad hunc effectum, vt in propris terminis loquendo dicit Valasc. decis. Lusit. 105. n. 62. vbi meritò voluit, quod vbi Episcopus est electus à Rege nõ per hoc per talem electionem videtur concessa licentia visitandi hospitale erectum sub protectione Regia, quia requiritur licentia specialis, taliter quod in generali mandato, & concessione illa non cẽsetur da-
1 ta, & in generali concessione non venit ista licentia, quæ specialitatem requirit, quæ cum Principi sunt reseruata in signum supremæ potestatis, non veniunt in generali concessione nisi specialiter exprimantur. Paris. consil. 10. n. 1. lib. 4. Roland. consil. 76. n. 10. lib. 3. Petr. de potestate Princip. c. 22. n. 36. dicit, quod si in concessione Regni, vel à Principe supremo emanata sit di-

sit dictum cum translatione omnis imperij, & potestatis cum omni iure quod habet concedat, nullo reseruato, adhuc non veniunt reseruata Principi, sed solum ea, quæ possunt conuenire communiter cuilibet inferiori in re sua, & sic illo verbo debent intelligi de iure quod habet in re concessa, tanquam Dominus eius, non autem tanquam Rex, aut Princeps, allegat. Riminald. consil. 1. num. 20. vol. 6. immò in dubio Princ-
2 eps generaliter concedendo non videtur concessisse sibi reseruata in signum supremæ potestatis, Matiens. consil. 6. num. 9. glos. in cap. cum venerabilis, de consuet. in verbo causa conuentionis exemplificatur in Episcopo, qui eximat aliquam Ecclesiam quibuscumque generalibus verbis, non intelligitur exemptam voluisse a visitatione, & alijs sibi reseruatis, item nec Vicarius Episcopi cui sit attributa generalis potestas faciendi omnia, quæ potest ipsemet Episcopus potest Diœcesim visitare, absque speciali mandato, quoniã visitatio Diœcesis est reseruata soli Episcopo, & ea,
3 quæ sunt de reseruatis, non veniunt in generali mandato, & concessione, Iacob. 5. Brocc. de Vicar. Episc. qu. 120. num. 2. 3. & 4. lib. 2. subdit num. 5. quod in generali mandato Episcopi non veniunt ea, quæ verisimiliter non erat concessurus, exemplum etiam ponũt Doct. in Principe, qui tribuens alicui generaliter omnimodam eius potestatem, non intelligitur tribuisse, nec a se abdicasse appellationem, appellatio enim est de reseruatis Principi, Bal. in auth. quas actiones, vers. ex his apparet, C. de sacros. Eccles. talia enim reseruata Principi non veniunt in generali concessione nisi specialiter exprimantur, ita concludit Nact. consil. 508. num. 24. lib. 3. vbi reprobat Iason tenentem contrarium in consil. 161. lib. 2. per illam dictionem omnimodam idem & in Papa, puta si dat potestatem alicui Legato de latere conferendi beneficia qualitercumq; vacantia non poterit conferre beneficia reseruata ipsi Summo Pontifici, Roland. consil. 75. num. 23. lib. 3.
4 idem in absolutione reseruata ipsi Papæ non censetur concessa sub generali dispensatione absolutionis, sed requiritur quoad specialiter demandatur, quæ autem sunt reseruata non transeunt sine speciali priuilegio, Abb. in cap. prudentiam, §. 6. nu. 4. de offic. & potest. Iudic. deleg.

RESOLVT. CLXV.

1 *Visitare loca pia Regia non possunt Episcopi.*
2 *Episcopus non visitat Cappellas exemptas.*
3 *Visitatio exemptorum circa respicientia diuinum cultum datur.*

Loca pia existentia sub protectione Regum an possint visitari ab Episcopo quo ad decentiam diuini cultus.

1 QVamuis propriè, & formaliter visitare loca existentia sub protectione Regia non valeant Episcopi sic mandante Concilio Tridentino, tamen benè possunt illa visitare circa concernentia diuinum cultum, & eiusdem loci ornamenta, vt tenet Pereira Hispanus in suo tract. de manu Regia cap. 17. num. 12. par. 2. cuius hæc sunt verba.

In his confraternitatibus de Regũ protectione possunt inquirere Prælati decentiã Diuini cultus, & ornamentorum ex reg. c. 1. in fine de custod. Euchar. & per totum titulum de Reliqu. & vener. Sanct. vnde Abb.
2 in c. vult de censibus, & plures quos citat Paris. consil. 34. inquiunt, quod licet Episcopus non visitet cappellas particulares, & exemptas, tamen potest inquirere condecenter, vbi sacra ministrentur. Nec obstat Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. quia procedit circa opera quæ in illis locis exercentur, & circa petendas rationes eorũ quę ibi expenduntur, non autem de visitatione circa cultum Diuinum, quę ad Episcopum necessariò, & priuatè spectat, quia res spiritualis est, & ecclesiastica, & debet intelligi, vt ordinarij non visitentur in his quæ sub protectiones Regum comprehenduntur non verò de Diuinis, in quibus Reges iurisdictionem non habent.

3 Pro qua opinione facit, quod Episcopus potest visitare etiam exemptos circa ea, quæ respiciunt Diuinum cultum, vt percipitur a Nouario conclus. 3. n. 6. & conclus. 5. num. 4. de visitat.

RESOLVT. CLXVI.

1 *Exemptio est alleganda, & probanda.*
2 *Fori priuilegium habens, an teneatur comparere, & vide num. 3. vbi distinguitur.*

Loca pia quæ sunt sub protectione Regia, si Episcopus illa visitare prætenderet an debeant comparere, illorumque exemptionem probare.

1 VBicumque Episcopus intenderet visitare loca pia, quæ fortasse sunt sub protectione Regia, debent comparere, & allegare eorum exemptionem, iuxta l. si quis, ff. de iudic. & l. si quis in ius vocat. non ven. in quibus locis habetur, si quis a Iudice etiam in competenti citatus prætendat, se ad comparendum non teneri, quod nihilominus venire debeat, & allegare suum priuilegium, causasq; quare non teneatur.

2 Et licet contrarium suaderi posset ex latè scriptis per Caroc. in tract. de exceptionibus quæst. 3. except. 22. & per Nouar. in tract. de elect. fori quæst. 10. sect. 11. in antiqua impressione Neapolit. vbi fundauit habentem fori priuilegium, non teneri comparere, eorumque priuilegium allegare ex Afflict. in constitut. Regni statuimus, notab. 7. quæst. 6. num. 18. Addict. ad Cyn. in l. vnic. Cod. quando Imperator inter pupill. & vid.

3 Tamen pro vera resolutione distinguendi sunt sequentes tres casus iuxta doctrinam Innoc. in l. contumel. ff. de re iud.

Primus est si certum sit citatum de iurisdictione citantis esse, tunc meritò comparere debet ne reddatur contumax per dicta leg. contumacia. in fine cum similibus.

Secundum si manifestum sit, & euidens citantem non habere iurisdictionem in personam citati, sicut Iudex laicus in Clericum, non habet iurisdictionem tunc non opus est, vel comparere, vel allegare priuilegium, imò Iudex incompetens excommunicari potest, quousque desisteret, cap. si Iudex laicus de sent. excomm. lib. 6.

Tertius casus est, si sit probabile dubium, an vocatus eximi a Iudice citante, & excusari possit, tunc vocatus comparere, & allegare suum priuilegium, & iuxta hæc obseruauit Camera Imperialis, vt apud Minsing. obseruat. 7. centur. 6. & vide Gail. obseru. 49. num. 7. 8. 9. 24. lib. 1.

RESOLVT. CLXVII.

1 *Protectio Regia in limine debet haberi.*
2 *Exemptio non potest acquiri post.*
3 *Gratia Principis non intelligitur cum præiudicio tertij.*
4 *Præiudicium tertij semper censetur exceptuatum.*

Loca pia an possint poni sub Regia protectione longè post ipsam erectionem authoritate Episcopi factam.

1 REspondetur negatiuè ex infrascriptis.

Tum primo, quoniam necesse est, vt protectio Regia imploretur in limine, & in principio erectionis alio-

alioquin longè post erectionem est nulla, & non suffragatur ex decis. Rotæ apud Seraphinum 1599. part. 2. & ita Caualcan. de brachio Regio quæst. 9. num. 3. Burculten. cons. 3. & in cons. 99. Menoch. consil. 721. volum. 3. & ratio palpabilis est, quia protectio Regis æquipollet exemptioni argumento text. in cap. ex parte, & ibi communiter omnes de priuilegijs: & exemptio non potest acquiri post, ex Cened. quæstionum Canonicarum quæst. 11.

Tum secundo, quia non potest acquiri in præiudicium Episcopi argumento text. in cap. quamuis de rescriptis ex quo gratia Principis numquam intelligitur cum præiudicio tertij, cui medio tempore ius quæsitum reperitur argumento eorum, quæ notantur in cap. inter quatuor de maioritate, & obedientia, & facit text. in l. nec aures, C. de emancipationibus liberorum, quia præiudicium tertij semper censetur exceptum Nouarius forens. quæst. 63. num. 7. lib. 1. vbi quod semper censetur exceptuatum dum lex loquitur, & ideò dicit ipse Principem non præsumi donare cum aliena iactura, & tertij præiudicio ex Rota in vna Neritonen. pensionis Veneris 1. Iunij 1605. coram R. P. D. Pegna, & Princeps faciendo gratiam non censetur remittere illud quod læsum tangit Nouarius recentissimè forens. quæst. 96. n. 2. par. 2.

PRAXIS RELIGIOSORVM ordinum militarium.

RESOLVT. CLXVIII.

1 *Episcopus sedet post caput, quando non intrat vti Episcopus.*
2 *Antiquitas receptionis attenditur in Congregationibus.*
3 *Vicarius qui sedet vt Canonicus non habet primum locum.*

An Episcopus Meliten. sedere debeat immediatè post magnum Magistrum, vel alium loco ipsius, illo absente.

REspondi cum decisione Rotæ, cuius tenor est, Episcopus Melinetanus iuxta conuentionem inter Imperatorem, & Hierosolymitanam Religionem in fundatione Insulæ Meliten. debet habere magnam crucem, & esse de consilio, & quia præeminentia inter ipsum, & alios milites, & Priores dictæ Religionis controuersia vertebatur coram D. Guidobono fuit dubitatum an Episcopus in consilijs, & alijs locis debeat sedere, & incedere immediatè post magnum Magistrum, vel alium qui absente magno Magistro, vt
1 caput præsideat? Dicebatur pro parte Episcopi, quod Episcopus intrabat in consilijs, vti Episcopus ex quo inferebatur quod quando intrat in aliquo Collegio, vti Episcopus licet non sit caput in loco, semper ipse debet sedere post caput, Abbas in capit. postulasti num. 8. de concess. præbend. Felyn. in rubr. de maiorit. & obedient. column. 2. in fin. vers. Episcop. Cassan. in Cathalogo gloriæ Mundi part. 4. considerat. 45. & quia Episcopus sedet, vt Episcopus, & magna Crux fuit ei data, vt Episcopo, ideò debet sedere post caput.

Nec obstare dicebatur quod dictum Abb. in d. cap. postulasti, & aliorum procedat inter subditos, quia ista responsio non est vera, nam loquitur in Episcopo, qui existit in studio, & sedet in vniuersitate Scholarium, quia sedet post Rectorem, & tamen non est inter subditos suos.

2 Nec obstat quod in Congregationibus attenditur antiquitas receptionis, quoniam secus est, quando concurrit dignitas Episcopalis, quæ culmen dignitatum dicitur, vt habetur in cap. 1. de præbend. Abb. in cap. cum Victorien. col. 4. de elect. Ias. in l. Imperium colum. 4. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & alias omnes dignitates antecellit Cardinal. in cap. 1. de priuileg. & est text. in cap. innotuit de elect.

3 Non obstat dum dicitur quod Vicarius qui sedet, vt Canonicus non habet primum locum, Felin. in cap. ex litteris in 1. notab. de probat., quia illud procedit quando non sedet vt Vicarius, sed tamquam simplex Canonicus, alias secus esset. Accedit ad hoc conuentio facta per Imperatorem cum Religione dum conuentum fuit Episcopum debere insigniri magna Cruce, & sic insignitum in consilio recipiendum, & per consequens honorandum tanquam Episcopum, Præterea sui prædecessores primum locum post magnum Magistrum habuerunt in quorum loco Episcopus subrogatus fuit ideò in illo loco, & priuilegio debet admitti, leg. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis cauti Bart. in l. si quis §. 1. C. de inoff. test. Rip. in 2. respons. colum. 4. vol. 2.

RESOLVT. CLXIX.

1 *Beneficia sacri Ordinis Hierosolymitani censebantur simplices administrationes, & censentur regularia, vide num. 2.*
3 *Fructus vacantis beneficij cuius sint.*

Fructus comendæ ordinis Equitum Hierosolymitanorum vacantis ad quem spectent.

1 ANtiquitus beneficia Sacri Ordinis Hierosolymitani censebantur simplices administrationes ad nutum superioris amouibiles, quia ratione trium votorum substantialium regulæ Religiosi erant incapaces beneficiorum ecclesiasticorum, Mandos. super regul. 19. Cancellar. quæst. 2. Put. decis. 392. lib. 1. Mohedan. decis. 10. & 11. de caus. possess. & propriet. & alij.

Tamen quia deinde ordo obtinuit in priuilegium à bonæ memoriæ Clem. VII. vt valeret alternatim beneficium Ordinis conferre in titulum perpetui beneficij ecclesiastici, seu etiam ad nutum amouibilis, & ipse ordo electionem fecerit ea conferendi in titulum beneficij perpetui ecclesiastici Regularis, & ita vsus & consuetudo obtinuit, & in dies conferat ad decem annos comendas, & vltra ad beneplacitum conuentus, ex quo dum durat beneplacitum, dicuntur esse, & habere naturam perpetui, cap. signaturæ de rescript. in 6. Bart. & Nicol. de Neapol. in l. 1. de excus. tutor. Specul. in titul. loc. §. nunc verò aliqua, & finitur morte, Angel. consil. 217. Soccin. iun. cons. 89. num. 36. vol. 1. & Corn. cons. 112. & cons. 235. par. 2. Rebuff. in praxi benefic. titul. de com. & Nauar. in rubric. extra de præbend. & in tract. de redd. Eccles. quæst. 3. monit. 27. Nouarius in tract. de priuileg. miserabil. personarum
2 priuileg. 128. quod beneficia huius ordinis sunt Ecclesiastica regularia, & conferuntur perpetuò in titulum beneficij ecclesiastici, & Rota diuers. decis. 39. & 772. par. 2. quod ideo subsunt regulæ de resignandis, & Crescent. inter dictas decis. Rotæ volum. 3. decis. 970. quod S. P. voluit vt declaretur si validè possunt amoueri à Superiore stante consuetudine quod non amoueantur sine causa à statutis cognita, & ordinata quibus, & aliis stantibus ord. Gregor. XIII. ita declarauit in causa comendæ dello Masdeo, quam Reuerendissimus Episcopus Meliten. ante promotionem ad episcopatum habebat in titulum comendæ, quia vacabat per promotionem ad episcopatum tanquam beneficium ecclesiasticum perpetuum iuxta vsum, &
3 consuetudinem ordinis quare bene intrat extrauag. Iulii Tertii, vt fructus, durante vacantia talis beneficij, sint successoris pro supportandis oneribus beneficij, &

cij, & vt applicentur ad vtilitatem Beneficij, non autem Episcopi vel alterius. Anchar. cons. 158. Gabr. conf. 190. & 192. Doct. in c. præsenti de off. ord. in 6.

Eò fortius quia ordo si vacet per obitum capit nullum aliud ius, nec prætendit nisi vacans, & mortuorum iuxta stabilim. 4. de Camerar. & si vacet per resignationem duas annatas integras, & antiqua ex qua extracta est moderna ordinatio, volebat vt prouisus de beneficio, quia faciebat fructus suos teneretur soluere has duas annatas, vel mortuorum, & vacans, vt constat in stabilimento de Ambussum eodem tit. de Thesaur. Stab. 42. 43. 44. licet postea immutatum fuerit quoad mortuorum, & vacans receptor absque alicuius licentia pro mortuorio, & vacante commendarum possessionem capit, & exigit stabil. 49. titul. de com. ærar. quo verò ad vacantiam per resignationem, vt erigantur duæ annatæ sit in electione receptoris, vt exigat à prouiso, vel docet alteri, & exigat stabil. 5. de com. ærar. per quæ stabilimenta, & per stabil. 14. de Com. Ærar. quo ordinatum est, vt si vacante commenda non inueniatur aliquis capax ad eam obtinendam interea fructus sint communes ærario, ergo à contrario sensu, quod argumentum obtinet etiam in statutis Euer. in loc. à contrario sensu cent. 92. nu. 22. 23. & sequ. disponitur, vt si capax: sit non sint communis ærarii, sed illius cui confertur commenda, & ita probant multa alia stabilimenta antiqua, & vsus obtinet, vt in dies audio obseruari: si fructus enim non sint communes, nisi dum commenda vacat, quia non adest capax cui conferatur: ergo cum aduenerit capax, & sibi fuerit collata, quamuis ab alio occupata, nulli dubium quod fructus, quos tenetur restituere instrum. & occupator iuxt. notab. in dicta capita præsenti de præbend. in 6. acquiruntur prouisio, & non ordini per prædictas auctoritates, & rationes, quia secundum vsum ordinis conferuntur commendæ occupatæ in lingua ad recuperandum expensis, & laboribus recuperatis etiam si esset titularis illius commendæ occupatæ virtute ordinationis capitularis de Verdala titul. de Cam. ordin. 2. iustum est enim, vt qui sensit incommoda, & pericula debeat sentire commoda, iuxta ea, quæ fusius collegit Nauar. forens. qu. 17. num. 7. & quæst. 86. lib. 1.

RESOLVT. CLXX.

1 *Stabilimentum Religionis Hierosolymitanæ refertur.*
2 *Commendatarij sunt Gubernatores.*
3 *Bona Hierosolymitanorum alienari nequeunt absque assensu Apostolico, num. 4.*

An bona Religionis Hierosolymitanæ possint alienari absque Assensu Apostolico, interueniente Assensu Magni Magistri.

1 QVidem videtur respondendum affirmatiuè, & hoc stante stabilimento emanato per fratrem Riuellam magnum Magistrum, vbi fecit legem inter fratres quod vocatur stabilimentum tenoris sequentis videlicet.

Si è risoluto, e determinato che nessun Fratello dell'Ordine nostro, sia di qualsiuoglia conditione, & per qualsiuoglia vrgente necessità presuma vendere, impegnare, dare ad affitto perpetuo, obligare, ò alienare à persone secolari, & à quei che non sono dell'Ordine nostro; poderi, possessioni, case, vigne, campi, e ragioni di proprietadi, commende, ò membri, nè possano in qualsiuoglia modo darli à vita, ò à tempo senza licenza, e consentimento del Maestro, e del Capitolo Generale; e chi contrafarrà incorra nella priuatione dell'habito, e nondimeno tutto ciò se sarà fatto contra il presente statuto, s'intenda esser di nessuno valore, e momento.

Virtute cuius stabilimenti ita fuit decisum per Rotam Romanam in diuersis decisionibus, vt dicit Seraphin. decis. 1337. 1390. & 1460. in quibus decisionibus fuerunt multa bona reiuendicata in dicta sacra Religione ob alienationem factam ab antiquis Prio-
2 ribus, & Commendatarijs postquam Commendatarij non sunt nisi meri Gubernatores, & Administratores dictorum bonorum, prout est text. in cap. sine exceptione caus. 12. qu. 2. & dictum stabilimentum est lex facta inter fratres à Magno Magistro qui habet merum, & mistum Imperium, & omnimodam Iurisdictionem inter fratres virtute Bullarum Apostolicarum, tanto magis quod dictum stabilimentum est lex facta super bonis dictæ sacræ Religionis, & non in bonis alienis, & vnusquisque de re sua est moderator, & arbitrer, l. in re mandata, Cod. mandat. & ibi Bart. & communiter Doctores licet contrarium sit cautum hodie stante nouissimo Decreto Sanctissimi Domini Nostri Vrbani Octaui de Rebus Regularium non alienandis, quod recenter refert Nouarius in suo Opusculo iuris Pontificij noui concluf. 2. alias 14. de
3 Alienatione rerum Ecclesiæ, vbi in speciè nominatur ista Religio Hierosolymitana, circa prohibitionem ne possint alienari eorum bona absque Assensu Apostolico.
4 Taliter quod est aduertendum, vt non sufficiat consensus Capituli generalis, & Magni Magistri, sed sedes Apostolica est adeunda pro habenda facultate alienandi huiusmodi bona, cum virtute huiusmodi nouissimi Decreti sit derogatum præfato stabilimento.

RESOLVT. CLXXI.

1 *Religiosi nuncupantur Milites Hierosolymitani.*
2 *Equites Hierosolymitani cum quo Sacerdote confiteri possint.*

An Sacerdoti Regulari Ordinis militaris non approbato ab Ordinario possint Equites Militares eorum peccata confiteri.

1 DIco affirmatiuè ex quo huiusmodi opinio procedit, & locum sibi vendicat in omnibus Religiosis, & dictos Equites esse verè, & propriè Religiosos probatur apertè, nam ita probat Sanchez in Summa tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 11. vbi citat pro hac sententia plures Doctores, quibus ego addo alios quos citat Garzia de benef. tom. 1. part. 1. cap. 4. num. 15. de Cenedo tract. de paupert. Relig. dub. 60. num. 12. & seq. Nouarius lib. 1. qu. forens. cap. 42. Basil. Pont. de impediment. matrim. caus. 27. quæst. 2. §. 4. vbi sic asserit, dictos Equites esse verè, & substantialiter Religiosos, adeò certum existimo, vt oppositum iudicem nimis litigiosè dictum ne dicam grauius cum pleno ore litteræ Pontificiæ illos appellent Religiosos, & etiam cum castitate coniugali vera Religio constare possit eo quod sicut in paupertate latitudo est, ita etiam in castitate, quæ est materia voti: vota circa præsentem quæstionem adducit Mota de confirmat. ordin. Domini Iacobi lib. 2. cap. 2. §. 29.
2 Quare in terminis articuli de quo supra posse Equites huiusmodi confiteri cum Sacerdote Regulari non approbato ab Ordinario, sicuti possunt & alij Regulares notauit Sanchez in suis practic. disput. cap. 49. num. 11. & 13. quem refert, & sequitur Nouarius in suo vtili tract. de elect. & variat. fori quæst. 69. n. 23. sect. 2. in vlt. impress. Neapolitana.

RESOLVT. CLXXII.

1 *Disposita in Religiosis habēt locū in Equitibus Hierosolymitanis.*
2 *Dictio quicunque est vniuersalis.*

Equites

Equites Hierosolymitani volentes annullare professionem, an debeant obseruare formam Concilij Tridentini.

SEruatur in praxi fundata in eademmet Regula, & iuris conclusione, quod huiusmodi Equites sint
1 Religiosi, vt alias diximus, disposita per Sacrum Concilium Trid. sess. 25. cap. 19. de Regularib. habere locũ, & procedere etiam in Equitibus Hierosolymitanis, qui volentes eorum professionem annullare singula, & omnia in Concil. Trid. stabilita ad vnguem seruare tenentur, prout & ita decisum fuisse scribit Armendariz in addit. ad Recopilationes legum, Nauarr. lib. 2. tit. 18. §. 17. de Religionibus, nu. 71. quem refert, & sequitur in propriis terminis, Nouarius in suo Opusculo iuris canonici noui, concl. 1. alias 116. in ordine sub titulo de professione annullanda, nu. 24. pag. mihi
2 268. col. 1. Sacrum enim Concilium loco cit. loquendo vtitur dictione (quicumque) ibi quicumq; Regulares, quæ tanquam vniuersalis comprehendit omnes Religiosos tam in stricta, quam laxiori significatione, huius inquam naturæ est dictio ista, vt omnia, & singula comprehendat, & liget, nec stet sub restrictione, & ideò benè comprehendit ordines militares, vt in propriis terminis voluit quoque, Gonzalez in reg. 4. Cancellariæ nu. 62. affirmans pariter, ita sacram Congregationem declarasse in huiusmodi militibus Sancti Ioannis Hierosolymitani.

RESOLVT. CLXXIII.

1 *Professio in quonam tempore est facienda.*
2 *Ordines militares dicuntur præseruati.*

Equites Militares, An possint facere professionem ante probationis annum, & ætatem à Concilio requisitam.

1 SAcrum Concilium Triden. sess. 25. de Regularibus cap. 15. dum disponit, quod professio fieri non possit, in quacunque Religione, nisi post lapsum annum probationis, & ante decimum sextum annum completum non habere locum in Religionibus militaribus dixit, Rota in vna Tyratoren. pensionis 11. Octobr. 1570. coram Seraphino, vt patet in dec. 591. par. 1. diuers. & postea tenuit Sac. Congregatio Eminentissimorum Concilij Interpretum, vt fatetur Gõzalez in Regul. 8. cancell. glos. 8. sub num. 54. sequuntur Beia in respons. cas. conscientiæ, cap. 28. part. 4. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 44. n. 8. Azor. institut. moral. lib. 13. c. 4. q. 2. p. 1. quasi quod huiusmodi ordines militares de iure communi præseruati videntur Clem. qui contingit, §. præmissa de Religios. domib.

Contrarium tamen obseruarunt Nauarr. consil. 5. sub titul. de his, quæ vi, Fr. Emmanuel in sua Summa tomo 2. cap. 8. num. 2. concluf. 1. Gratian. discept. forens. 363. num. 27.

Sed quia in rei veritate, Rota in dict. Tyratoren. à qua omnes mouentur ad id dicendum, loquitur in militibus Sancti Stephani, ideò pro cõclusione verius est dicere quidquid sit in dictis Militibus, Hierosolymitanos tamen compræhendi sub præfato Concilij decreto, tum quia in rei veritate sunt magis strictè Religiosi, quam cæteri; tum etiam nam hodie pro confirmatione dispositionis Concil. Tridentini habent particulare statutum sub rubr. de recept. fratrũ, cap. 15. 18. & alibi de nouo forsitan conditum ad has redimendas altercationes, & ita testantur Parisius in tract. de resignat. beneficiorum lib. 6. quæst. 2. n. 120. & Nouar. in suo Opusculo iuris Pontificij noui concluf. 9. alias 21. num. 6. de ætate affirmans iuxta hanc opinionem ipsum in facti contingentia consueuisse, quod pariter dixit forens. quæst. 42. num. 2. lib. 1. & ita hodie indistinctè practicatur, & decisum fuit, vt commemorauit Armendariz ad recopilat. leg. Nauarræ lib. 2. tit. 18. l. 7. num. 16.

RESOLVT. CLXXIV.

1 *Exempti sunt à gabellis milites Sancti Iacobi, & Calatrauæ.*
2 *Qui Equites sunt verè Religiosi.*

An Milites Sancti Iacobi Calatrauæ, & similes sint immunes à gabellis.

1 REspondetur esse exemptos, & immunes à gabellis, vt latè ostendit Fiscal. monit. 28. col. 2. Bouadill. in sua Polit. lib. 2. cap. 18. nu. 264. & Sanchez, qui alios adducit in Summa lib. 4. cap. 16. num. 11. tom. 1. Garzia de benef. cap. 4. n. 15. Lasant. de decim. cap. 19. num. 92. art. 7. num. 2. Cened. de paupert. Religiosa dub. 60. num. 12. & sequ. Mastrill. dec. 290. num. 62. Costa cons. 42. vbi testatur quod hæc opinio fuit amplexa per Tribunal Regij Patrim. in anno 1540. die 5. Maii, tertiæ Indict. per quod fuit declaratus immunis Don Nigaster Io Porto Baro Sammatini, vti miles dicti habitus Sancti Iacobi, citato Procuratore Regii Fisci, & Sindico Felicis Vrbis Panormi, & in anno per officium Illustrissimi Senatus Messanensis fuit declaratus immunis à gabellis Don Scipio Cotturni, vti miles habitus Sancti Iacobi.

Et iuxta hanc eandem opinionem senserunt Nouarius in praxi elect. & variat. fori quæst. 37. sect. 1. in antiqua impressione Neapolitana, & Thor. qui alios citat in compend. decis. Regni Neapol. in verbo Mi-
2 lites Hierosolymitani tom. 2. vbi tam Hierosolymitanos Equites, quam Alcantaræ S. Iacobi Calatrauæ dicit verè Religiosos, & illos esse immunes ab omnibus gabellis, & quibusuis angarijs.

RESOLVT. CLXXV.

1 *Feudum per Clericatum amittitur.*
2 *Milites Hierosolymitani non debent esse Principorum temporalium Milites.*
3 *Milites Hierosolymitani non succedunt in feudis, & vide num. 4.*

An Equites Hierosolymitani sint capaces Feudorum eorum vita durante.

1 REspondetur quod si consideramus, iuris ipsius feudalis regulas circa illud feudum, quod regulatur iuxta veram, & propriam naturam feudi, & in qno non admittitur seruitij præstatio per substitutum res videtur in aperto constituta, quia Clerici, & Religiosi sunt feudorũ incapaces, vt ex multis locis ostendunt Zas. p. 5. sui tract. n. 71. & seq. Duaren. c. 6. in fine, illeque præ ceteris Clarissimus mihi videtur, qui ab Oberto illius iuris compilatore refertur lib. 3. feud. titul. 8. de feud. fem. §. ex hoc, vbi exemplũ à fœminis assumendo expresè succesio feudi etiam paterni Clerico interdicitur, cui similis locus est, tit. 14. eiusdem lib. Aumut. vel al. imperf. Imò si quid feudale possiderent per Clericatum amittere scribunt illarum consuetudinum scriptores lib. 2. tit. 21. de Vassall. mil. qui arm. bell. depos. & lib. 3. tit. 4. si de feud. defunct. contẽt. sit §. qui Clericus, & inter cap. extraordinaria per Iacobum Cuiacium edita tit. 109. & iure, & moribus receptum esse (scribitur) Vassallum Clericali se vitæ dedicantem feudum amittere, & quamuis contrariã in hoc consuetudinem in Clerico saltẽ non beneficiato inualuisse multi ex Interpretibus contendant, vt videmus ex Zas. & Duar. in locis supracitatis, idq; iuris

etiam esse vellent, Iacob. de Ardizone in summa feud. cap. 23. Io. Blanch. in Epitome feud. lib. 1. cap. 5. n. 10. Preposit. & Laudens. in tit. qui feud. dar. poss. & Claud. de Seysel. in tit. qui feud. accip. poss. Ampliat. 5. Clar. in §. feudum quæst. 18. & Cacher. decis. 27. & multæ ad negatiuam regulam limitationes tradantur per Duen. reg. 103. in verbo Clericus. Tamen de iure hoc est certissimum, & verissimum axioma in quocumq; Clerico, & Religioso, quod ex multis Pontificum constitutionibus, sacrorumque Canonum Decretis conspicitur, vt testatur Nouarius in praxi elect. fori qu. 34. sect. 1. in prima impress. & Grass. in tract. de effect. Clericatus effect. 4.

Milites autem istos Melitenses Equites non solum Clericos, sed & Religiosos monachos, & professos esse ex illorum impressis Constitutionibus colligimus eiusmodiq; professionem agunt, vt veri milites Christi dicantur omniaq; bona temporalia, vt nihil proprij habeant renunciare teneantur, & re vera Militia ista
2 considerata iure merito dicendum est istos milites nō posse esse Milites Principum temporalium, vt sunt cæteri Vassalli, qui Milites appellantur, quia ex Pauli Apostoli sententia, que registratur, in cap. reprehensibile 23. q. 8. Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus, vt ei placeat cui se probauit, & quia nemo eodem tempore duplici militia, & dignitate potest esse insignitus, vt scribit Harmenopol. in Promptuar. iur. ciuil. lib. 1. tit. 16. suarum Græcarum constitutionem ex l. vltim. C. de assessoribus, & l. 5. C. qui milit. non poss. lib. 22. eoque magis, quia per illius ordinis constitutiones sine magni Magistri licentia, nulli omninò personæ se fidelitatis Sacramento subijcere possunt, neque de iure ligiam aliquam valent præstare fidelitatem, minusque Domino temporali bellā-gerenti aduersus Christianos opem ferre, & istos milites veros Religiosos esse scribit, Abbas in cap. cum deputati, Nauar. consil. 12. lib. 3. Papon. lib. 1. titul. 10. Arrest. non enim videtur illius persona differre a Clerico beneficiato, quando commendam obtinet, qui Clericus nullo modo ad feudi successionem admittitur, vt latè per Natta consil. 600.

3 Quare permulti tenuere hos milites esse exclusos a feudorum successione, vt Brun. consil. 17. Cassan. in consuet. Burgund. in tit. de feud. §. 5. Menoch. consil. 54. n. 24. vol. 1. & de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 231. Thomas de Marinis de feudo tit. 2. n. 141. Addit. ad Ann. sing. 206. vbi ita decisum refert, referente D. Tiberio Coppula Præside Regiæ Cameræ, Nouarius, qui alios adducit in tract. de elect. & variat. fori quæst. 37. sect. 1. in antiqua impressione, Camill. de Curt. de feud. col. 3. n. 12. De Ponte de potestate Proregis tit. de Assensibus Regijs §. 4.

Licet non desint contrarium tenentes, vt Neuizan. consil. 30. Natta consil. 507. n. 9. vol. 3. Rubeus consil. 80. latius Viuius decis. 446. par. 3. vbi hanc conclusionem varijs fundamentis probat, Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 20.

4 Verum Anna in citat. singul. 206. refert, quod Religio Sancti Ioannis in vniuersum potest habere, & tenere feuda, prout de facto multas Ecclesias ea habentes in hoc Regno refert.

Et Gaspar Thesaur. forens. quæst. 18. circa finem lib. 1. notauit illorum vita durante admitti in patria Pedemontana huiusmodi Equites ad feudorum retentionem.

RESOLVT. CLXXVI.

1 *Milites Hierosolymitani non possunt disponere de bonis.*
2 *Milites Hierosolymitani sunt verè Religiosi.*
3 *Milites Hierosolymitani emittunt tria vota.*

Milites Hierosolymitani, An testari possint.

1 PRo resolutione huius Articuli negatiuam partem sequuntur, quia Milites Hierosolymitani non possunt disponere non solum de bonis, quæ ad ipsos pertinerent intuitu suæ Religionis, sed nec de patrimonialibus, aut aliundè quæsitis, Paleot. decis. 82. Caputaq; decis. 68. lib. 1. in manuscript. & hoc non solum ex dispositione Statutorum dictæ Religionis, sed etiā iuxta iuris communis dispositionem, quia sunt verè, & propriè Religiosi, Abb. in cap. 2. n. 3. in fine de statu Monachorum, & dicitur in dictis decisionibus, & præterea testari non possunt, cap. cum ad Monasterium in fine de statu Monachorum, cap. in præsentia de probat. not. in Auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. non enim habent velle, nec nolle quia in totum dependent à voluntate magni Magistri, Mohed. dec. 10. in fin. de caus. posses. & propr. quæ est potissima ratio, quare Religiosi testari non possunt, vt per Bald. in Authent. ingressi in 2. notab. & ita in terminis, Rota apud Ludouis. decis. 87. & 109.

2 Et quod Milites Hierosolymitani sint verè, & propriè Religiosi, Rota dec. 87. nu. 1. part. 2. & decis. 333. sub n. 1. & in decis. 887. num. 8. par. 1. & fuit dictam in Romana Palatij de Laquila 26. Maij 1600. coram Illustrissimo Cardinal. Lancellot. & in Tiratoren. decimarum 24. Maij 1618. coram R. P. D. Pirouano, & in Vrbenetana hæreditatis 18. Aprilis 1604. coram R. P. D. Mazanedo, Gratian. discept. forens. cap. 457. nu. 24. & seq. sub num. 26. reprobat opinionem contrariam, & sub nu. 27. dicit quod de eis iudicandum est,
3 vti de cæteris Regularibus professis emittunt enim tria vota castitatis, Paupertatis, & Obedientiæ, Rota decis. 491. nu. 5. part. 1. diuersorum, Vndè propterea quicquid acquirunt Religioni acquirunt, prout cæteri Religiosi, Rota decis. 333. sub num. 2. part. 2. in recenti fuit dictam in Romana Palatii de Laquila, vbi fuit dictum procedere, etiam respectu bonorum patrimonialium, prout hoc idemmet resoluit ista decis. immo acquisitio immediatè fit ipsi Religioni, non autem ipsis Militibus, prout latè discurso articulo tenuit Rota in dicta decis. 333. sub num. 2. vbi dicitur esse adhærendum huic opinioni tanquam fauenti Religioni, Nouarius de elect. & variat. fori quæst. 37. n. 4. sect. 1. in 1. impress. Neapol.

RESOLVT. CLXXVII.

1 *Appellatione Monacorum ueniunt quilibet Religiosi in fauorabilibus.*
2 *Militia Alcantaræ est uera Religio.*
3 *Pius V. confirmauit priuilegia Militum S. Lazari.*

An Milites S. Lazari, S. Iacobi, & Calatrauæ gaudeant priuilegio Canonis.

1 IN casu occurrenti respondi affirmatiuè, ex infra dicendis. Et primò, quia in c. si quis suadente 17. q. 4. fit mentio de Monachis, quorum appellatione veniūt Religiosi cuiuscumq; generis. Nauar. in man. c. 27. nu. 79. Felyn. in c. non dubium, n. 2. de sent. excom. præterea nominantur Clerici, quorum appellatione in materia fauorabili venit, quilibet Religiosus, Felyn. in d. cap. non dubium, n. 1. Tabien. in verb. excommunicatio, §. 5. n. 18. Sylu. in d. verb. Clericus, §. 1. n. 1. Et dicto cap. si quis suadente, dicitur principaliter fauorabile, licet sit mixtum cum odio cum principaliter sit factum in fauorem, c. 2. de decim. in 6. Abbas in d. c. non dubium, n. 3. Felyn. n. 2. Tabien. in d. §. 5. num. 38. & in puncto, vide Azor. instit. mor. lib. 13. cap. 3. qu. 3. & cap. 4. quæst. 4. Cæterum dicta militia dicitur vera Religio instituta ad militandum pro fidei defensione,

ac vni-

ac vniuersæ Italiæ salute,& comodo, vt patet ex Bulla Gregor. XIII. fœlic. record. edita de Anno 1572. 16. Kal.Octobr.& ita in puncto firmat.S.Thom. in 2.2.q. 188.art.3.& Nauar.de regul.consi.23.n.3. lib.3.Azor. in d.c.3.q.19. & c.4. qu. 4. vbi in terminis pertractat hanc quæstionem.

2 Secundò, nam militia Alcantaræ dicitur vera Religio secundum Nauarr.in d.consi.23.n.3.Caualc.decis. 28.n.47. par.1. Præcipuè cum dicta militia sit instituta sub Regula Ordinis Cistercientium, Rot. Rom. in nouiss. decis.266.par.2.Azor.in d. cap.3. qu.2. Vnde idem dicendum est de dicta militia S.Lazari vnita Religioni S. Mauritii, cum dicta Religio S. Mauritii fuerit similiter instituta sub Regula Cistercienſium, prout legitur expresè in dicta Bulla Gregor. XIII. licet in vnitis fiat communicatio priuilegiorum Doct. communiter in l.1. ff. deleg. 1.

3 Tertio,quia Pius IV. confirmando de anno 1565. priuilegia Religionis S.Lazari exemit ipsam in omnibus casibus, in quibus est exempta Religio S. Ioannis Hierosolymitani, & sic cum dictæ Religiones videantur adæquatæ succedit illa communis conclusio, quod adæquatus prosequitur priuilegia eius cui adæquatur,ac iura,& fauores,Paris.consi.17.n.3. vol.4. Natta consi.4.

Nec obstat si dicatur præfatos milites non vouere castitatem simpliciter, sed castitatem coniugalem, perpetua autem continentia requiritur ad perfectionem Religionis,secundum Paul.Apost.ad Corint.7.S. Tho.in dist. 2.2. qu.186. art.4. qui in fine dicit dictos milites ducentes vxorem non esse simpliciter,& absolutè Religiosos, secundum quid l. quantum in aliquo participant quædam, quæ ad statum Religiosis pertinent,& hoc dictum refert Nauar.in d.consi.23. n.6. & 8.& Rot.in d.dec.591. n.7. par.1.

Respondetur primo, quod ex priuilegio Papæ fuit dictis militibus commutatum votum solemne castitatis in continentiam, seu castitatem coniugalem, & ex dicta commutatione non dicitur mutata regulæ substantia,Nouar.de elect.fori qu.69.n.33.sect.2.Rot. Rom.in nouis.in d.decis.266. n.6.

Secundo respondetur supradicta procedere quoad perfectionem Religionis, ac illius excellentiam non autem quoad statum Religionis saltem sic institutæ, prout sic videtur declarare,Caiet.in d.q.186.art.4. & corroborat suum dictum arguendo de diuitijs ad matrimonium,& videtur etiam posse argui, quod dicitur de Petro Apostolo qui socium legitur habuisse,Matth. 8.& refert D.Thom.2.2. d. qu. 186. art. 4. in princ.

Quare concluditur merito quoque milites Calatrauæ, & D. Iacobi habere hoc priuilegium Canonis, vt ex multis notant Grass.de effect.Cleric. effect.9. num. 131.Bonac.de censur.disp.4.quæst.4.punct.1. num.7. Nouarius de elect.fori qu.69.sect.2. in vltim.impress. num.21.

RESOLVT. CLXXVIII.

1 *Equites mediæ Crucis non sunt exempti,sed vide n.3.*
2 *Equites mediæ Crucis non assumuntur ad sæcularia officia.*

Fratres Ordinis Sancti Ioannis insigniti media Cruce alba, An fori gaudeant priuilegio, vt cæteri eiusdem Religionis Milites.

1 CVm negatiua sententia transit Roder. reg.quæst. 63.num.18.part.2.quia verè Seculares sunt, viuunt enim sine regula,& cum eorum bonis,ac vxorem ducunt,proinde a Regia iurisdictione exempti non sunt mediæ Crucis Equites dixit Azeued. l.1.numer. 11. tit.1.lib.6. recopil.Bouadill.lib.2. Polit. capit.18. num.233. nec a decima,vel tributorum solutione sunt immunes, vt præcitati concludunt quin sæcularia Regis officia habere eos posse testantur Azeued. Bouadill. & Roderic. iam citati, ad quæ Hierosolymitani, Milites promouendi non sunt; Franc.decis.479. nu.4. Gratian.discept.457. num.28. Caball.crimin.resolut. cas.64.num.8.Mastrill.de Magistratib. lib.2. cap.6.n. 35. vt de cæteris Equitibus Calatrauæ, Alcantaræ, & similibus,Azeued.inquit,l.14.tit.5.l.7. num. 19. tit.9. lib.9. recopil. & in Scholijs ad Cur. Pisan. ad fin. lib. 2. Burg.de Paz.l.2.Thaur.num.75.ad fin.Clericorum in-
2 star,qui ad officia sæcularia assumi prohibentur, cap. 1.2.5.8.tit. Ne cler.vel monach. excomm. Couarruu. practic. quæst.cap.33. num. 6. Nouarius in pragmat. Regni 1.de Cleric.seu Diac.Petr. Gregor. syntag.iur. lib.47.cap.10. num.18.

3 Cæterum ego sum in contraria opinione, vt debeãt remitti ad magnum Magistrum eorum ordinarium, Superiorem cum sufficiat, quod militent sub dicta Religione, & ideo tanquam alij debent quoque frui priuilegio Fori.

RESOLVT. CLXXIX.

1 *Exemptus renuncirre non potest exemptioni.*
2 *Clericus sine Episcopi consensu non potest renunciare suo priuilegio,vide n.3.& quid in militibus,n.4.*

Equites Melitenses, an possint renunciare priuilegio Fori, cum consensu eorum Superioris.

DIctum est aliàs huiusmodi milites tanquam Religiosos gaudere suo fori priuilegio, quod & latius prosequitur ex recentioribus, Nouar. forens.qu. 42. lib.1. qui, & alios adducit eiusdem opinionis Doctores, & plura cumulat in materia, Card.Tusc.concl. 107. lit.H.Grass.de effect.Clericat. effect.1. num.109. latè Mastrill. decis.290. qui loquitur de omni specie militum, & equitum, scilicet, Calatrauæ, Alcantaræ, D.Iacobi,& D. Ioannis, & similium.

1 Sed an tali priuilegio possint illi renunciare quæstionis est, & conclusioè loquendo negatiuè respondeo, eo quia exemptus in non suum Iudicem consentire, & exemptioni renunciare non potest cum non de suo tantum, sed Superioris etiam præiudicio agatur, cui immediatè subiectus est,Abb.c.cum tempore n.2. de arbit.Felyn.cap.P.& G.n.3.de off.delegat.Bero. c. at si Clerici, n.38. de Iudic.Barbos.l.1.art.3. n.188.ff. de Iudic. Gail. lib.1.obseru.tom. n.2. & de pac.publ. lib.1 cap.12.n.10.Auend.de censibus cap.78.num.14. Franc.decis.540.n.20. Gratian. decis.78.num.50. 51. Cancer.2.resolut.cap.2.num.197.Mantica decis.237. num.4.Fontanell.de pact.nupt. claus.3. glos.3. nu.41. tom.1.Sed melitenses Equites Summo Pontifici sunt immediatè subiecti, Aret. §.idem iuris n.44.instit. de except.rustic.de fideicom. lib.5. cap.5.n.2. Ergo sine Pontificis licentia nemo eorum Ordinarij Iurisdictionem poterit prorogare, cap. significasti de foro compet.Auendan.de censibus cap.28.num.15.22.24. Felician.de censibus tom.2.lib.2.cap.3.num.13.& sue exemptioni, absque Pontificis licentia renunciare, Tusc.lit. E. conclus.566.n.6. Sed ea non obstante eam vendicat Superior sicut nec potest vasallus inuito Domino,cap.Imperialem,§.præterea,& ibi glo.verb. duos, Afflict.nu.24.25.de prohibit.feud.alien.per Feder.Abb.c.ex transmissa not.1.de foro compet. Scrader.de feudis p.10.sect.5.n.227. Anna consi.107.n.9. Peregr.decis.Rot. Patauinæ 149. n.8. & alij apud Nouarium forens. quæst. 43. lib.1. vbi idem concludit in
2 Clerico,dicens illum sine Episcopi consensu non posse renunciare suo priuilegio,quod latius prosequitur Cened.canonic.quæst.cap.11.nu.12. & Grass.in tract.de

effect. Clericatus effect. 1. num. 42. qui num. 652. affirmat, nec cum consensu Episcopi id posse facere ante eum, Surd. cons. 396. num. 15. tanquam concesso Ordini Clericali ad text. in l. ne quis, & ibi glos. C. de Aduoc. diuersor. Iudic. & ita etiam tenet Farinacc. de inquisit. qu. 8. n. 13.

3

4 Quare concludendum est huiusmodi Milites non posse tali priuilegio renunciare, vt de Equitibus dicit Aretin. in §. idem Iuris instit. de excep. rustic. de fideicom. c. 5. n. 3. lib. 5. Caball. resol. crimin. cas. 225. n. 11. & seq. Grass. de effect. Cler. d. effect. 1. n. 109. etiá quod accederet consensus magni Magistri, quia tale priuilegium respicit totum Ordinem dictæ Religionis, & consequenter ab vno non potest renunciari etiam cum consensu sui Superioris, nisi tamen accedat Papę authoritas, igitur enim de re magni præiudicij, & momenti, quæ inconsulto Pontifice Maximo expediri non debet.

RESOLVT. CLXXX.

1 *Regulares incidunt in excommunicationem comminatam ab Episcopo contra adeuntes Monasteria Monialium.*

2 *Regulares qualiter prohibeantur accedere ad Monasteria Monialium, & refertur Decretum Sacræ Congregationis, & an sub tali Decreto comprehendantur Milites Hierosolymitani n. 3.*

Milites Hierosolymitani an comprehendantur sub prohibitione facta Regularibus ne accedant ad alloquendas Moniales, absq; licentia Sacræ Congregationis.

1 CErtum est, quod Regulares incidunt in excommunicationem ipso iure comminatam ab Episcopo contra adeuntes Monasteria Monialium, eas alloquendi causa, Sorbus in compend. mendicāt. in verb. accedere ad Monasteria Monial. qui sic decisum

2 pariter dicit. Imò hodie prohibentur accedere vigore Decreti Sacræ Congregationis super Episcopos, & Regulares, quo auferitur Episcopis, & alijs Superioribus omnis potestas concedendi illis licentiam illuc eundi, & cum eis alloquendi sibique eam facultatem retinuit ipsa Congregatio, vt refert idem Sorbus in Compendio mendicantium in verbo ingredi Monasteria cuius decreti verba sunt quæ sequuntur.

Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Cardinales Sacræ Regularium Congregationis Præfecti ad occurrendum scandalis, quæ contingere possunt, aliisque iustis, & rationabilibus causis animum ipsorum, piè mouentibus, de speciali, & expresso mandato Sanctiss. Domini Sixti Diuina Prouidentia Papæ V. viuæ vocis oraculo eius facto decreuerunt, & mandauerunt nulli, post hac Religioso cuiuscumq; ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore cui Monasterij, seu domus, cura incumbit, visitatore, vel Visitatoribus, Confessario, ordinario, vel extraordinario, cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptis) licere absque licentia expressa eiusdem Sacræ Congregationis accedere ad monasteria, seu domos quarumcumque monialium, vel sororum, siuè sui, siuè alterius cuiuslibet Ordinis ad colloquendum, siuè tractandum cum eis; quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum monialium, seu sororum Ecclesijs, siuè Oratorijs exterioribus mitti contingerit prohibuerunt, ne dicti Religiosi vllo quæsito colore moniales, sorores, vt quamlibet aliam personam intra clausuram degentes alloqui possint; confessarijs autem similiter interdixerunt, ne in ædibus monialium, aut sororum contiguis pernoctet, aut alios pernoctare faciant, vel aliàs secum retineant, neuè extra tempora generalium confessionum, quibus soli tantum confessario refectionem diurnam accipere vix permittitur, & tunc demum videlicet cum sua habitatio, aut virorum domui, vel monasterium in quò degit à monialium, seu sororum monasterio, vel domo nimium distat, nisi tamen, & eo casu contrarium specialiter constitutum sit ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant, quæ omnia, & singula sub pœnis priuationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, aliisque eiusdem Congregationis arbitrio præceperunt, inuiolabiliter obseruari iniungentes cunctis Reuerendis Patribus Generalibus, Prouincialibus, & alijs quorumuis monasticorum, & mendicantium, ac non mendicantium Ordinum, & Congregationum Superioribus, ad quos spectat, quatenus infra terminum vnius mensis à die quo præsens decretum ipsis notificatum fuerit computandi debeant eiusdem decreti copiam cum huiusmodi præcepto omnibus suorum ordinum, & Religionum, monasterijs, domibus, & Conuentibus intimare, & notificare, ac intimasse, & notificasse, ne vllam aliquando demum ignorantiam in futurum allegare, aut prætendere quoquomodo possint, Romæ 9. Maij 1590. Frater Michael Bonellæ Cardinalis Alexandrinus, Georgius Palearius Secret.

3 Sed an sub huiusmodi Decreto comprehendantur Milites Hierosolymitani dum accidisset dubitari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & fuisset consultata Sacra Congregatio fuit rescriptum Domino Vicario tunc temporis sub dicto decreto comprehendi, & complecti tales Milites Sancti Ioannis tanquam Religiosos, non obstante quod prima facie videretur contrarium determinandum, quasi quod in odiosis non esset facienda extensio ex cap. odia de regul. iuris in 6. nisi vellemus respondere huic obiectioni, quod dum agitur de materia animæ, & de vitandopericulo peccati potius dispositio illa censeretur fauorabilis, quam odiosa, & quatenus odium contineret admitteretur nihilominus extensio ob salutem animarum, Abb. in cap. ex tenore n. 6. qui filij sint legitimi, Iason in Auth. quas actiones n. 25. C. de sacrosanct. Eccles. Rota diuers. decis. 29. n. 10. par. 2. & vide Roderic. quæst. regul. quæst. 1. art. 6. tom. 1.

RESOLVT. CLXXXI.

1 *Milites Hierosolymitani sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum, & quid in concernentibus curam animarum, n. 2.*

3 *Episcopus dicitur competens tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus.*

Presbyteri Hierosolymitani curam Animarum exercentes, An sint subiecti Ordinario.

1 PRobauit Nouarius forens. quæst. 42. lib. 1. quod Milites huiusmodi Religionis Hierosolymitanæ sint exempti à iurisdictione Ordinariorum, vt etiam canonizauerat per prius, Rota decis. 72. n. 5. par. 1. & est in praxi vbique receptum de qua, & moderniss. testantur.

Tamen in facti contingentia consultus ego resolui quendam Reuerendiss. num Episcopum esse Iudicem competentem contra quendam Presbyterum Religionis Hierosolymitanæ ratione curæ animarum, quam exercuisse dicebatur de authoritate, & approbatione eiusdem ad eiusdem beneplacitum in Parochia Sanctæ Mariæ de Rotunda suæ Diœcesis.

2 Et ad id dicendum mouebar ex dispositione Sacri Concilij Trid. sess. 25. c. 11. de Regular. quò expressè cauetur personas tam regulares, quam seculares huiusmodi curam animarum exercentes subesse immediatè in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi in cuius Diœc. peragūt, vt dicit

etiam

etiam Leon.in Thesaur. fori Eccles.c.18. n.105.part. 2.vbi latius.

3 Item, quia Episcopus dicitur competens tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus,iuxta disposita per dictũ sacrum Concil.Trid.de reformat.sess.24. c.11. & per Bullam reductionis Gregor. XIII. editam de anno 1580. die 25. Nouembris incip. circumspecta quibus derogatur expressè priuilegijs dictę Religionis.Et ita censuit aliàs sacra Congregat.in vna Tranen. per hæc verba,23. *Archiepiscopus potest tanquam Sedis Apostolicæ Delegatus,ex hoc Decreto,& ex reductione Gregor. XIII. procedere in criminalibus, & morum correctione contra inseruientes, & Clericos militiæ Sancti Ioannis Hierosolymitani in Ecclesia sepulchri dictæ Diœcesis.* Et testatur, etiam Leon.in Thesaur. For. Eccles. p.2. c.18.n.106. cum seq. sic fuisse decisum per dictam sacram Congregationem, & ita decisum est per Rotam Romanam in recollect.per Farinac.decis.493.p.1.to. 1.& tenent Macerat.variar.resolut.lib.1.resolu.17.n. 4.Nouarius in oper. iur.Pontific. noui conclus.3. n.7. de visitat., vbi quod visitari possunt.

RESOLVT. CLXXXII.

1 *Milites Hierosolymitani, & non professi gaudent priuilegio fori, & quid in Equitibus aliarum Religionum num.2.*
3 *Milites Calatrauæ,& Alcantaræ subsunt Pontifici. Ordines militares æquiparantur Ordini Hierosolymitano, ibidem.*
4 *Religio Alcantaræ dicitur vera Religio.*
5 *Nouarius laudatur, & defenditur à quadam oppugnatione.*

An Equites Alcantaræ, Calatrauæ, & Sancti Iacobi, qui adhuc professionem non fecerunt gaudeant priuilegio fori.

1 Distinguũt aliqui inter Milites Hierosolymitanos, & supra nominatos, vt præfati, & si non emiserint professionem gaudeant fori priuilegio, At secus alij huiusmodi ordinum, nempè S. Iacobi Calatrauæ, & similium, vt sunt Soccin. in cap.proposuisti de foro competenti, Boss. in pract.tit. de foro competenti n. 144.Bouadill.in sua Polytic.c.19.n.16.& 17.li.2.quos adducit Mastrill.decis.290.n.166.

2 Tamen aduertendum est, quod ista opinio non fuit recepta à sacra Congregatione,quæ in facti contingẽtia rescripsit illos indistinctè gaudere dũ sunt in actu probationis nouitiatus intra annum iuxta formam Cõcilij,quæ procedit etiam in Religiosis militaribus, vt eadem sacra Congregatio quandoque censuit, vt legitur, & iuxta hanc sententiam scripsit Nouarius forens.q.42.à n.5. par.1. qui supracitatos impugnare nixus est, prout ad id eundem Nouarium in specie allegat Placid.Costa, Siculus in addit.ad eius Genitorem consil.42.n.18. & ita fuisse aliàs decisum in Rota Romana mecũ differendo testatus est annis non longè elapsis Eminẽtissimus Dominus Cardinalis Mellinus, qui hodie diuina gratia fruitur dum vitam cum morte commutasse intelligam,& sic pariter certiorem me fecit Reuerendissimus Auditor Rotæ Mãzanedus.

Non debet enim esse differentia inter huiusmodi milites, nam licet ipsi Diui Ioannis sint magis strictè Religiosi, tamen non per hoc, & alij Religiosi, & Ec-
3 clesiastici non sunt, quia videmus Milites Sancti Iacobi Alcantaræ,& Calatrauæ esse subditos Sedi Apostolicæ, & quod ordines militares omnes æquiparantur ordini Hierosolymitano, vt latius apud Nauarr. de reddit.quæst.3.monit.27.Vasq.lib.3. controuers.cap. 105. & conferunt plenè adducta per Macer. resolut. 112.cas.63.vbi etiam quod Religio Alcantaræ dicitur

4 vera Religio, idem affirmans de Militia Sancti Lazari,quos & gaudere priuilegijs aliorum militum ibi fouet,vndè dispositum in nouitijs Religionis Hierosoly. mitanæ debet procedere, & in alijs.

Quare his veris existentibus abstinere se poterat, nouissimè Giurba consil.7.n.21.in mordendo Nouarium, Authorẽ multæ eruditionis sub prætextu quod non perceperat Soccin. & alios supra allegatos, nam & ipse doctissimus Nouarius in Regno,& hac Ciuitate Neapolis multum commendatus rectissimè legerat ipsos Authores, sed tanquam summus practicus rerum Romanæ Curiæ, à qua omnes discere debent, noluit à decisis à sacra Congregatione, & Rota Romana recedere eo fortius, quia eius opinio est corroborata rationibus.

RESOLVT. CLXXXIII.

1 *Equites Hierosolymitani delinquentes in officijs,quæ pro Principibus sæcularibus gerunt, puniri debent per Iudices eorum Religionis numero 8. & idem in Clericis.*
2 *Equites Melita sunt exempti à seculari iurisdictione.*
3 *Aliqui tamen dicunt consuetudinem esse in contrarium, numer.4.*
5 *Consuetudo quod laicus possit inquirere,vel punire Clericum non valet,num.6.*
7 *Licet præscripta, & sciente Papa.*
9 *Clerici, vel similes, qui à Iudicibus sæcularibus puniri non possunt, non debent ad offic.public.sæcularium admitti.*

Milites Hierosolymitani delinquentes in officio eis dato à Principe sæculari, An possint puniri ab illo, vel sint remittendi ad Ministros propriæ Religionis.

AFfirmatiua pars est tenenda, quod sint remittendi ad magnum Magistrum, quia isti milites sunt dedicati,nam nõ ducunt vxores, & dicuntur verè Religiosi, & appellantur fratres Hospitalis Sãcti Ioannis Hierosolymitani, & sunt de foro Ecclesiastico,& exẽpti ab omni sæcularium iurisdictione,vt patet ex Bullis plurium Summorum Pontificum descriptis in fine voluminis statutorum Religionis dictorum Militum, & tradit in puncto Felyn.in capitulo secundo,sub numero octauo, versiculo ita subdunt modernis extra de foro competent. quem sequitur Decius in tractat. crimin.libro quarto,capitulo nono,numero 36. versiculo sexto, idem dicendum tomo primo, & latissimè ostendit Cacheran. multa adduces decision. Pedem. 27. numero 18. versiculo quibus non obstantibus, ex quo infertur, quod sicut Clericus admissus Principem sæcularem ad aliquod officium sæculare,si in ipso officio delinquat,non potest ab ipso Principe, vel alio Iudice sæculari puniri,ita nec isti milites eiusdem fori priuilegium habentes,prout in Clerico dicũt Couarr. lib.practic.quæstion. cap.33. sub numero sexto, post versiculo Clerici autem, qui dicit esse communem opinionem licet apud Gallos minimè receptam,Clar. in pract.crimin. quæstione 36. num.25. versiculo pone quæro, vbi, & ipse dicit communem, sed non obseruatum in Gallia, & subdit quod videmus quotidie Principes sæculares tales Clericos etiam in sacris cõstitutos priuare officio, & etiam mulctare pœnis pecuniarijs, vbi qualitas facti hoc exigit, licet de iure malè ius teneri possiet,Farinac.libro primo,quæstion. crimin.tit. de inquisitione,quæstione 8. num. 98. versiculo & propterea si Clericus,qui pariter asserit communem de iure,licet de consuetudine contrarium seruetur ex testimonio Clar. Decius dicto capitulo 9.nu. 143.versic.10.non limitatur,& post alios Franch.dec. 479.n.3. Nec obstat quod aliqui teneant contrarium,

vt per Deci, vbi supra, & præter eum per Marsil. sing. 694. apud omnes post principium vers. tene tamen, menti perpetuo, & per Conra. in pract. cri. tit. de inquis. sub n. 8. in 16. & 17. limitationibus fol. 247. quia eorũ dictum nõ est verum, nec hoc iure cautum reperitur, vt dicit Deci. in loc. cit. vbi etiam respondet, ad ea quæ per tales contradictores allegantur. Nec vim facit consuetudo in cõtrarium, de qua attestantur tot Doctores, quia vt fatetur Clar. malè de iure Susarien, potest plus ego dico quod non valet cõsuetudo, quod laicus possit inquirere, vel punire Clericum de delicto, quia esset irrationabilis, & contra ius Diuinum, quò Clerici sunt exempti à iurisdictione sæcularium, vt optimè ostendit Decian. d. c. 9. n. 10. vers. tertio extende, vbi adducit, c. clerici cum ibi notatis per scribentes communiter extra de Iudic. & alia iura, & authoritates Doctorũ, quod procedit etiam si esset præscripta tanto tempore de cuius initio memoria non, extaret, vt subiungit Decian. n. 14. vers. exrẽditur præ. dicta conclusio, & etiam si Papa conscius fuisset de tali consuetudine, & nihil dixisset, quia licet iura imprescriptibilia sciente Principe præscribantur, hoc tamẽ verum est data capacitate præscribentis, secus autẽ si sit incapax, vt est laicus iurisdictionis in Clericos secundum Decian. alios adducentem vbi supra n. 16.

RESOLVT. CLXXXIV.

1 *De proximo accingendus habetur pro accincto. Et quando istud sit verum, num. 7.*
2 *Paratum vt detur habetur pro dato.*
3 *Conditio deficit quando constat statim eße defecturam.*
4 *Clericus effectus post delictum ex voto tamen ante delictum emisso, non potest accusari coram Iudice sæculari. Et quare num. 8. Sed in praxi minimè receptum est, num. 9.*
5 *Iuramento statur in dependentibus ab animo.*
6 *Miles Hierosolymitanus creandus qui gratiam se vestiendi obtinuit, nec aliud illi deest quam habitus assumptio, non habetur pro milite, nec tunc gaudent fori priuilegio. Miles Religionis Sancti Stephani creandus, qui cuncta adimpleuit, nec ei deest aliud, quam actualis assumptio habitus non habetur pro milite, nec gaudet priuilegio fori eius concesso delationis armorum.*

Quod Delinquens postquam fecit probationẽ pro consecutione habitus militum Hierosolymitanorum, & obtinuit gratiam suscipiẽdi dictum habitum, & soluit viaticum, & aliena facienda fecit, vt vestiretur, illud tamẽ adhuc non assumpsit, non gaudet priuilegio fori dictæ Religionis, sed remanet sub iurisdictione sæcularium Iudicum, ac si dictã gratiam non obtinuisset.

DIximus supra in alijs Resolutionibus, quod Milites Hierosolymitani delinquentes gaudent priuilegio fori, & immunes, & exẽpti sunt à iurisdictione sæcularium Iudicum, & sunt remittendi ad eorum Iudicem competentem magnum Magistrum.

Quæritur modo an dictum hoc procedat in eo, qui deliquit, postquam fecerat probationes, & obtinuerat gratiã suscipiendi habitum, & exoluerat viaticum, & iam se separauerat accedere ad Insulam Melitæ pro assumptione dicti habitus, & illum tamen nondum assumpserat, & videbatur quod sic primo per regulam quod de proximo accingendus habetur proaccincto l. penult. ff. de milit. testam. cui conformis est text. in l. ité legato 47. §. 1. uers. utrum autem legato, ff. delegat. 3. & §. fin. ad finem, in auth. ut extat institãt. 1. dot. quod pro dato habetur, quod iam paratum, & ut detur, & in l. si quis cum sciret in fin. ff. pro emptor. quod per dictum reputatur quod statim est perdẽdum, & in l. fin. ff. de condit. inst. quod deficit conditio quã cõstat statim defecturã, quã regulam, pulchrè exornat. Marsil. singul. 106. qui de proximo, & in repet. l. vnic. n. 92. & seq. uersic. facit præterea C. de rapt. Virg. Secũdo per decisionem Bal. in l. 1. ad finẽ n. 11. C. an seru. ex facto suo, ut tenet quod si laicus post commissum delictum efficitur Clericus, uel Religiosus ex uoto quod ante delictum commissum faceret de clericatu, uel Religione, non potest accuri coram Iudice sæculari nec ab eo puniri, sed cognitio erit Iudicis Ecclesiastici quasi quod uotum retrahatur, & delinquens eo tempore cẽseatur fuisse Clericus, uel religiosus: quam decisionẽ sequuntur Ias. in l. cum quedam puella n. 11. uers. limita singulariter ff. de iurisdictio omnium Iudic. & Decian. in tract. crimin. to. 1. lib. 4. c. 9. n. 23. uers. decimo, extenditur, & subdit Ias. n. 12. esse ualdè notandum, quia per eam, quis possit euadi à pena mortis præsertim, quia an uotum emiserit ante delictũ commissũ, uel non standum esset eius iuramento prout de alijs, dependentibus ab animo, uel conscientia alicuius regulariter stari debet, iuxta notata per glos. & scribentes in §. sed istæ institit. de actũ. & sequitur Decium, ubi supra, & idẽ tenẽt Cot. memorab. in uerbo laicus post princ. uers. sed hoc limitari debet, Marsil. singul. 534.

Contrarium tamen, quod imo remissio facienda non sit, uerius est, ex quò delinquens uerè non est miles, ad hoc enim ut dicatur miles, requiritur quod habitum militarem assumpserit, nec sufficit destinatio quæ ex multis, & uarijs accidentibus aliquando non sortitur suum effectum, & ita in puncto decidit D. de Franch. dec. 449. in tertia parte, & inquit quod ita iudicauit Magna Curia Vicariæ. & deinde Sacrum Cõcilium ex iam dicta ratione, & aliis quæ ibi uideri possunt: in hoc tamen standum erat declarationi Sacræ Congregationis DD. Cardinalium.

Ad allegata in oppositum respondet Franch. uno modo n. 4. quod regula d. decis. in l. penult. & aliorum iurium similium procedit secundum fictionem, & nõ ueritatem altero modo respondet n. 5. quod locum habet quando infallibiter opus paratum faciendum est de proximo, secus autem quando potest non fieri, ut in casu nostro ad dictum Bal. & sequacium de uoto respondet n. 6. quod procedit, quia ideſt indubitanter successurũ, ex quò quis tenetur uotum adimplere: secus autem si indubitãter successurum non esset, prout in terminis nostris in quibus multa accidere possunt, ex quibus non assumatur habitus concessus, pro qua responsione adduco ego text. in dicta leg. item legato dicto §. primò in aliis uerbis, quæ emerat, nec dum tamẽ ei adsignauerat assignaturus si uixisset, ff. de leg. tert. subdit præterea n. 7. quod in praxi non recipitur.

RESOLVT. CLXXXV.

1 *Beneficium vt dicatur, quæ concurrere debeant, & n. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*
8 *Beneficia Sancti Ioannis sunt ad mutum amouibilia.*

An beneficia militum Sancti Ioannis dicantur uerè, & propriè beneficia Ecclesiastica.

1 REspondetur minimè dici beneficia Ecclesiastica, siquidem in eis minimè concurrunt requisita beneficiis Ecclesiasticis competentia, nam ad hoc, ut sit aliquod beneficium Ecclesiasticum, debẽt insimul sex requisita concurrere, quæ tradit Abbas consil. 47. Illud de iure n. 1. part. 2. Decius in rubrica de rescriptis nu. 3. vers. & ibi concludit Gigas de pensionibus quæst. 86. n. 7. & 8. & alii infra citandi.

2 Quorum primum est, quod sit fundatum Episcopi authoritate interueniente glos. uerbo si beneficium in fine Clem. 2. de decimis, & ibi communiter omnes

Abbas

Abbas in cap. significatum n.5. in fine de præbend. Felyn. in cap. ex parte il 2. num.2. de rescriptis, Decius cons.210. viso puncto, num.4. Guido Papa decis. 187. n.1. Ripa in cap. decernimus, num.69. vers. in isto puncto de iudiciis, Bertrand. cons.379. n.1. lib.6. Rebuff. in praxi, titulo quare instituta sint beneficia, num.10. Gomezius in regula de annali qu.20. Spinus de testament. glos.4. principali n.36. Lambert. de iurepat. lib. 1. qu.9. art.3. n.1. & per totum Rot. decis. 505. n.1. p.1. diuersor. Cæsar de Grassis decis.13. n.9. de præbend. Ratio est, quia nullus priuatus sine Episcopi authoritate potest locum sacrum, vel rem spiritualem constituere cap. ad hæc de religiosis domibus, Guido Papa dicta decis. 187. n.1.

3 Secundum requisitum est, quod habeat quid spiritualitatis annexum, nam propter diuinum Officium datur beneficium, cap. fin. de rescriptis in 6. Abbas d. cons.47. n.1. vers. tertium consideratur, Anchar. in regula beneficium, n.4. de reg. iuris in 6. Barbatia in cap. in nostra num.74. de rescriptis, Rebuff. in tract. in pacif. possess. n.287. vers. tertio agnoscitur, Lambert. de iurepat. lib.1. q.9. art.3. sub n.3. vers. tertio requiritur.

4 Tertium requisitum est, quod sit conferendum Clerico, non laico, cap. cum adeò de rescriptis, cap. ex litteris de transact. cap.2. de institutionibus, Ancharan. Abbas, & reliqui, vbi supra Selua de benef. in princip. num.2.

5 Quartum requisitum est, quod conferri non possit, nisi ab Ecclesiastica persona Episcopo, vel Prælato, non vero à laico, cap. si quis deinceps, cap. si quis nullus 16. qu.7. & ibi glos. in summa Anchar. in d. reg. beneficium sub n.3. Abbas n.1. in d. cons.47. nu.1. Lambertin. d. art.3. n.10. post principium, Rebuff. de pacif. possess. d.n.287. in principio.

6 Quintum requisitum est, quod sit perpetuum, hoc est, quod non conferatur ad certum tempus, sed perpetuo, & ad vitam eius cui confertur hoc enim proprium beneficiorum est, cap. Sanctorum 70. dist. cap. penult. de Clerico ægrotante, c. si gratiosè de rescript. lib.6. Milius in repertorio, verb. beneficium, num.24. Gigans d. quæst. 86. vers.5. requisitum, Rebuff. cum alijs vbi sup. vers.5. dignoscitur, Achil. decis.1. num.4. de officio Vicarii.

7 Nam, sicut matrimonium carnale est perpetuum, est enim vir, & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem continens §.1. Institut. de patr. potest. sic, & hoc matrimonium, quod contrahitur inter beneficiatum, & Ecclesiam, c. inter de trãslatione Episcopi, Rebuff. in praxi, titulo requisita ad bonam collationem num.13.

Sextum requisitum est, quod conferens non possit sibi illud conferre, nec retinere, cap. finali de institut. cap. relatum de præben. & ibi notatur.

Necnon quod purè, & sine aliqua extrinseca conditione debeat illud alteri conferre, cap. si quis dator, & seq. cap. si quis obiecerit 1. qu.3. c. ex p.1. de off. delegat. cap.2. de elect. lib.6. Anchar. in d. regula beneficium, n.8. Abb. d. cons.47. n.1. vers.4. consideratur Gigans d. qu.86. n.9. Rebuff. vbi supra, Selua de benef. in principio, num.5.

8 Vnde cum præfata beneficia S. Ioannis sint amouibilia ad nutum Magni Magistri, vt per Mohedan. decis.10. de caus. possess. & propriet. quem refert Nouar. in pragmat. Regni prima de Ecclesiast. person. num. 5. ideò non debent dici beneficia Ecclesiastica.

RESOLVT. CLXXXVI.

1 *Episcopus habet iuris assistentiam super quarta.*
2 *Manutentio non impeditur ex exceptione requirente altiorem indaginem.*

Equites Hierosolymitani, An teneantur soluere quartam Canonicam ex Parochialibus Episcopo loci Ordinario.

IN casus contingentia allegabam decisionem Rotæ in vna Terulen. decimarum Veneris 15. Martii 1613. coram R.P.D. Vbaldo, quæ sub his complectitur verbis.

Fuit resolutum, articulos releuare ad effectum concedendi manutentionem Episcopo in quasi possessionẽ percipiendi quartam Canonicam, etiam ex Parochialibus spectantibus ad mensam Præceptoriarum Religionis Hierosolymitanę Curia, alias Rota resol. intrare arbitrium, ad effectum vt dicti artic. habeãtur pro probatis, illi autem comprehendunt, tum quod istæ Parochiales sunt contra Comites Episcopatus Ierusalem post erectionem dictæ Ecclesiæ in Cathedralem, & antedictam erectionem Archiepiscopus Cæsar Augustan. sunt in antiquissima possessione percipiendi dictam quartam Canonicam ab immemorabili tempore, qua stante quasi possessione, etiam de tempore Motęlitis quod bene percutit articulum competit Episcopo, absque difficultate manutentio, §. retinendæ, §. hodie Instit. de interdict. cum vulgar.

1 Quam manutentionem eò facilius concedendam esse Domini dixerunt, quia Episcopus habet iuris assistentiam super dicta quarta, c. omnes Basilicæ qu.7. c. conquerente de off. ordin. cap.1. de Cappellis Monachor. Rota de communi apud Cantuccium dec.31. n.5. vbi latè de hoc par.2. diuers. etiam contra Equites Hierosolymitanos, Hostiens. in cap. cum contingat, num.1. de decim. vers. nam secundum, & in d. cap. conquerente, n.15. de off. ordin.

2 Non obstat priuilegium exemptionis, quia tanquã requirens altiorem indaginem, & respiciens petitorium, non debet impedire manutentionem, vt fuit resolutum in Carthaginen. Decimarum 27. Iunij 1590. coram Gipsio, & in Abulen. Decimarum 21. Maij 1600. coram Pegna; & ita fuit decisum Episcopo solum informante, &c.

RESOLVT. CLXXXVII.

1 *Nobilitas non denigratur per ignobilitatem matris.*
2 *Refertur decisio Rotæ.*

In assumptione habitus Equitum Hierosolymitanorum, an obstet ignobilitas ex parte matris.

1 DIxi negatiuè in facti contingentia in alijs casibus nobilitatis ne denigretur nobilitas per ignobilitatem matris verum in assumptione habitus Diui Ioannis requiritur nobilitas ex parte, tãm matris, quã patris, vt censuit Rota in vna Gienen. portionis 5. Nouembr. 1607. coram Caualerio, cuius tenor est.

2 Iterum proposui dubium aliàs resolutum die 25. Iunii 1607. an statutum Ecclesiæ Gienen. obstaret D. Ioanni, & Domini dixerunt non esse recedendum à decisis, & quia maius fundamentum fiebat in auia paterna Ioannis, quam impuram fuisse asserebatur dictum fuit non obstare, cum enim in nobilitate consideretur genus, & sanguis ex linea paterna licet hæc nobilitas ex coniunctione cum vxore impura, aliquo modo denigretur nõ tamen admittitur, ita vt filiis ex tali coniugio nati eam amittant, vnde D. Ioannes natus ex parte nobili non ammittit nobilitatem, sibi prouenientem ex linea paterna, & vltra adductos in alia decis. tradit, Tiraq. de nobilit. cap.25. n.5. & c.35. n.4. per text. in l. humiles, C. de incert. nupt. & in leg. cum qui, ff. de interd. & relegat. & faciunt, quæ scribit Hierosolym. Osor. de nobil. ciuil. lib.1. c.4. incipient. Hæc autem opinio tantum valuit, &c.

Accedit quod si pater Ioannis qui habuit matrem impuram non amisit suam nobilitatem, vt latè in alia decisione dictum fuit illa impuritas multominus nocere debebit D. Ioanni qui ab ea est remotior.

Nec obstat cons. Paul. de Castr. 113. n. 4. lib. 1. dum ponderantur verba Statuti requirentis nobilitatem ex parte patris, quasi terminus iste ex parte patris, sit latior quam si diceret ex linea patris, & sic comprehendat consanguineos patris, tam agnatos, quàm cognatos patris, & sic auiam paternam Ioannis propter illius impuritatem ei nocere, quia habemus textum contrarium in cap. 1. de natur. succes. feud. ex latere omnes per masculos descendentes, vsque in infinitum iunctis verbis in fine text. per quem text. tradit Neapod. super consuet. Neapol. in tit. de succes. ab intest. constituit. incip. quod non est differentia inter istos terminos ex parte patris, & ex linea paterna; Idem etiam determinat Curt. Iun. cons. 5. num. 24. vbi dicit ex mente Bart. quod sub illis verbis ex parte patris non comprehenduntur, nisi illi qui sunt coniuncti per lineam masculinam faciunt tradita per Bart. cons. 10. lib. 1. & sic videtur esse verus intellectus, & etiam quod ante sit aliquod dubium, esset capiendus in hac materia statuti odiosi Italia enim statuta sunt contra ius, vt dicit Rota in vna Toletana portionis 27. Ianuarij 1595. coram Illustrissimo Domino meo Cardinal. Mant. Neque hoc statutum admisso hoc intellectu potest dici superfluum, quia vendicat sibi locum quãdo quis punitur, sed ignobilis ex parte patris, esset impunitus per lineam fœmininam, vt ex eius lectura apparet.

Non obstat Napodanus pro parte Capituli allegatus, vbi supra nu. 168. dum quod ex parte patris possunt adesse etiam agnati, vti descendentes ex amita, quia quidquid sit de veritate illius quæstionis, ibi agitur quo ad constitutionem gradus ad effectum successionis, quæ est in materia longè diuersa à casu nostro, in quo agitur de nobilitate, quæ vt dictum est consideratur per lineam paternã, vt in statuto exprimitur.

Ex quibus an appareant dicta verba ex parte patris, ita esse de iure intelligẽda in tract. doctrina quod verba à statuto posita debent intelligi secundum realem significationem, & ita statuentes ea intelligere voluisse, Bar. in l. si quid earum in princip. ff. de legat. 3. Curt. iun. d. cons. 5. num. 12. & 13. & ex his conclusum fuit non esse recedendum à decisis.

PRAXIS CLAVSVRÆ MONIALIVM.

Ad ornatum Bullarum Gregorij XIII. incip. adeo sacris Virginibus, & Pij V. incip. circa pastoralis.

RESOLVT. CLXXXVIII.

1 *Locus Monasterij intra quem Moniales sistere debent venit appellatione clausuræ.*
2 *Moniales non potest ad domos Monasterio contiguas accedere.*
3 *Moniales nequit se recipere ad alieni tecti partem.*

Clausuræ sub Nomine quidnam veniat.

1 VEnit sub appellatione clausuræ locus Monasterij intra quem Moniales sistere debent, & à quo egredi non possunt, absque clausuræ violatione, & clausura dicitur spatium quod intra ianuã Monasterij semper clausam continetur, & ita in praxi est receptũ.

Cuius clausuræ termini, & limites complectuntur omnia monasterij loca, ergo ianua clausa continentur, & ad quæ sæculares minimè admittuntur, vt patet ex Bulla felicis memoriæ Gregorij XIII. edita in Anno MCLXXII. tertio Kalendas Ianuarij, incip. Deo sacris Virginibus in illis verbis.

Nec ibidem licere monialibus, etiam Tertiarijs egredi à ianua Monasterij, quæ est pro clausa Monasterij ipsius, etiam ad claudendam aliam vlteriorem ianuam qua patere solet aditus sæcularibus venientibus ad rotam, vel ad cratem, seu loca colloquii destinata, vel ad pulsandam ipsam ianuam clausuræ, quæ loca cum saltem pro causis prædictis patere soleant sæcularibus extra clausuram censeri debent etiam quo tempore clausa sunt.

2 Vndè euenit monialem non posse ad domos monasterio cõtiguas accedere etiãsi domos illas inhabitent tantummodò fœminæ eleemosynis colligendis, vt seruitijs monasterio præstandis deputatæ. Cum enim ad huiusmodi domos sæcularibus pateat accessus, intra monasterij septa, non connumerantur, nec clausuræ terminis clauduntur; Ita Nauar. de reg. comment. 4. n. 56. Sanch. in opere morali tom. 2. lib. 6. cap. 15. n. 19. & consequenter monialis ad huiusmodi domum se transferens clausuram violare dicitur, prout ita cum in facto accidisset, & ego fuissem consultus ita respondi.

3 Prout etiam monialis clausuram violat, si ad alieni tecti partem transeat, quia tectum alienum domus minimè dicitur, pars monasterij, & consequenter neq; intra terminos clausuræ continetur, licet secus sit, vbi monialis in superiori tecti parte, quæ ad monasterium spectat, se existat, quia cum hæc dicantur pars monasterij intra terminos clausuræ continetur, & ita pluries consului.

RESOLVT. CLXXXIX.

1 *Moniales cuiuscumque Ordinis post professionem ad clausuram tenentur.*
2 *Conuersæ, & tertiariæ professæ tenentur ad clausuram.*
3 *Moniales Nouitiæ non tenentur ad clausuram.*
4 *Fœminæ professionem emittentes hac conditione, vt in domo propria remaneant ad clausuram non tenentur.*
5 *Fœminæ quæ non sunt verè moniales non tenentur ad clausuram.*

Clausura quasnam Moniales obligat, ita quod à Monasterio egredi non possint.

1 IN motu proprio fœlicis memoriæ Pij V. qui incip. Circa pastoralis satis enixè probatur omnes, & singulas moniales cuiuscumque Ordinis sint post emissam professionem obligari onere clausuræ, dummodò in congregatione viuant, vt patet in illis verbis cuiuscumque ordinis, vel militarium, etiamsi Hierosolymitanæ sint.

Et facit Concil. Trid. sess. 22. de regular. cap. 22. vbi præscribit omnia in superioribus decretis contenta seruari in omnibus Cœnobijs, ac Monasterijs quarumcunque Monialium quocumq; nomine appellentur, & sub quacumque regula, vel constitutionibus viuant, certumque est, quod adest vnum Decretum cap. 5. eiusdem sectionis de clausura Monialium.

2 Hinc infertur Moniales etiam conuersas, & tertiarias teneri post professionem ad clausuram, Rodriquez quæstionum Regularium to. 1. qu. 44. art. 4. Miranda in tract. de Monialibus qu. 1. art. 3. & 5. Suarez tom. 4. de rebus lib. 4. cap. 8. num. 14. & 17. & alij quos refert, & sequitur Nouarius in tract. de elect. & variat. fori qu. 65. sub n. 5. vers. & hinc sect. 2. in vltima impressione.

3 Et hinc quoque concludendum est Moniales nouitias non teneri ad clausuram, tum quia Iura loquũtur de professis, tum etiam, quia in materia odiosa appellatione Regularium non includuntur nouitij. Nouar. forens. qu. 89. n. 7. lib. 1. & ita in puncto scripsit Suar. de

de Religione tom.4.lib.1.cap.8.n.16. quem sequitur Nouarius in tract.de elect. fori quæst.63.n.22. sect.2. in vltima impress.Neapolitana.

4 Et pariter venit dicendum fœminas quæ solemnem professionem omitterent hac conditione, vt in domo propria remanerent (vt alias factam fuisse constat ex c.insinuante qui Clerici,vel vouentes) non teneri ad clausuram. Ratio est, tum quia in præcitatis iuribus sermo est de Monialibus in cõgregatione viuentibus ob id in propositione dixi modo in Congregatione viuant, Tum quia istæ non habent Monasterium, seu locum clausuræ, secus dicendum est de illis, quæ in Congregatione viuunt,etiam si tempore professionis animum haberent non obligandi se ad clausuram, onus enim clausuræ non oritur ex voluntate Monialium, sed ex dispositione Summorum Pontificum qui Moniales professas ad clausuram obligant.Miranda in tract.de Monial.quæst.1.art.4.conclus.5.

5 Et tandem affirmari potest illas fœminas quæ non sunt verè Moniales non teneri ad clausuram etiamsi aliquæ simplicia vota emittant,fœminæ verò quæ simpliciter vouent aliquem Religiosum viuendi modum hortandę sunt,vt solemniter profiteantur facta autem professione ad clausuram tenentur quod si renuant professionem solemniter emittere, & clausuram recipere non possunt vllam in posterum in suam Congregationem recipere, & si aliquam recipiant, receptio irrita est,vt patet ex motu Pij V. circa Pastoralis.

RESOLVT. CLXXXX.

1 *Episcopi procurant clausuram Monialium.*
2 *Clausura si obseruetur in Monasterijs exemptorum est videnda per Episcopum, sed contrarium num.3.& vide num.4.*

Clausura Monialium, An possit procurari per locorum Ordinarios in Monasterijs quæ Regularibus subduntur.

1 SAtis notum est, quod onus cogendi Moniales ad clausuram spectat ad Episcopos locorum Ordinarios authoritate ordinaria in suis Monasterijs, Authoritate vero Sedis Apostolicę delegata in Monasterijs Sedi Apostolicæ subditis, vt constat ex Concil. Tridentin.sect.25.de Regular.c.5. & notatur in c.periculoso de Statu Regular.

2 Imò sunt qui dicunt Episcopum posse,& debere videre an clausura seruetur non solum in Monasterijs sibi subiectis, sed etiam in Monasterijs Monialium, quæ regularibus subduntur, & non posse ab ipsis regularibus impediri quo minus ad hunc effectum ea visitet quoties id expedire iudicauerit, ita referunt à Sac.Congreg.Concilij decisum.Galet.in Margarita casuum conscientiæ, verbo clausura 1. Episcopus Minoren.in praxi par.1.verbo Moniales §.4.& §.8.vers. 4.Armendar. Armendar.in addict.ad recopil.legum. Nauarræ lib.1.titul.1.7.de Episcop.n.44.

2 Et licet sint qui totum contrarium affirmarunt, vt Mirand.de sacr.Monial.quæst.2.ar.14. num.3.& Sanchez in Summa Theologiæ moral.lib.6.c.15.num.21. vbi existimant non posse Episcopum ad clausuram cogere Moniales exemptas ab eis nec illis licere intrare huiusmodi Monasteria exempta Prælatisque Regularibus subiecta etiam prætextu videndi an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodo in casu quo publicè constaret illam esse violatam.

4 Tamen prima opinio est recepta in praxi, iuxta quam hodie indistinctè practicatur à Dominis Coepiscopis in eorum Diœcesibus.

RESOLVT. CLXXXXI.

1 *Clausura Monialium de iure positiuo inducta est.*
2 *Clausura de Iure diuino non fuit præcepta.*
3 *Lex per non vsum authoritate caret.*
4 *Lex promulgatur sub conditione, si acceptetur à populo.*

Moniales An possint excusari à Clausura vbi præcepta indicentia Clausuram non sunt recepta, vel contraria consuetudine sunt abrogata.

DVm in Alma Vrbe Romæ degerem transiui cum opinione requisitus à quodam Illustrissimo Prę. lato posse aliquibus in locis Moniales à clausura excusari, nempè quoties exempli gratia præcepta indicẽtia clausuram non essent recepta vel quoties contraria consuetudine essent abrogata secutus sententiam Azorij Instit.moral.p.1.lib.13. c.8. quæsito 1. quam etiã probauit Sanchez in sua summa l.6.c.15.n.4.to.2.

1 Pro qua opinione facit nam clausura Monialium iure humano positiuo inducta est, vt patet ex c.periculoso de stat.Regular.in 6.& ex Concil.Trident.sess. 25.c.5.& ex Bullis Pij V.& Gregorij XIII.quas recollegit post alios Naldus in sua Summa in verbo Clau-

2 sura, de iure enim diuino talis clausura non fuit præcepta, quia neque ex scriptura, nec ex traditione aliqua diuina huiusmodi clausura apertè deduci potest, vt per Nauar. in c. statuimus 19. quæst.3. n.29. comment.4.de Regular.,latè Miranda in tract.de Monialibus q.1.art.1.Vega in summa c.86.cas.19.tom.2.

Taliter quod cum clausura sit de iure humano, & ius humanum non semper vbique vigeat, Burchult. consil.167.n.35.& 36. vbi quod varijs de causis impediri potest; Ideò iure optimo dicendum est ex suprad.ictis causis posse Moniales à clausura excusari.

3 Et licet Lamas in Methodo curation. in appendic. §.2.in fine contra supradictam sentẽtiam teneat; Tamen contrarium puto verius,nam lex per non vsum, & receptionem authoritate caret, taliter quod neque est necessaria aliqua præscriptio temporis,sed sufficit sola repugnantia per actus contrarios. Suarez de legib.4.c.16.n.12.quia leges humanæ tàm ciuiles,quàm Pontificiæ, vt obligent requiritur consensus, & acceptatio populi. Nauar.in Manual.c.23.n.41. Emanuel Sa in Aphorism. in verbo lex n.1. Lessius de iustit. & iure lib.2.c.22. dub.13. n.98. Becan.in summa Theolog.tract.3.cap.6.quæst.8.n.2.par.2. Valentia tom.7. quæst.5.puncto 2.

4 Promulgantur enim leges sub tacita conditione, si à populo acceptentur, nam hoc videtur conforme benignæ Legislatorum voluntati, ne nimis eorum subditis onerosæ videantur, quod suadetur ex l. de quibus ff. de legibus, vbi leges nulla alia ex causa nos tenent, quam quod iudicio populi receptæ sint.

RESOLVT. CXCII.

1 *Episcopus dat licentiam exeundi à Monasterijs, & quid seruetur in Monasterij exemptis num.2.*
3 *Vicarius Episcopi potest Monialibus concedere licentiam exeundi à Monasterio, sic etiam & Vicarius Capitularis, num.4.*

Licentia exeundi à Monasterio à quonam sit impartienda inscriptis.

1 SCimus spectare ad Episcopum facultatem concedendi licentiam Monialibus exeundi à Monasterijs Episcopo, vel Sedi Apostolicæ subiectis, vt decernitur per Sacrum Concil.Trident.sess.25.cap.5.& statuitur in motu proprio Pij V., qui incipit decori, & honestati,quod illa debet esse in scriptis approbata.

2 In

2 In monasteriis verò exẽptis quæ Regularibus subduntur, facultas exeundi concedenda est à Superiore Ordinis, vt à Generali, Prouinciali, vel ab alio Prælato immediato, iurisdictionem quasi Episcopalem habente, & præterea ab Episcopo, vel illius Vicario. Ratio est, quia in præcitato motu præscribitur, vt licentia à Superiorib. Ordinis, & ab Episcopo, seu loci Ordinario concedatur etiamsi monasteria ab Episcopo. rum, & Ordinariorum iurisdictione exempta sint; hoc tamen intelligendum est; vbi prædictus Pij V. motus vsu receptus est, alicubi enim vsu receptus non est, consequenter in monasteriis exemptis non est necessaria in illis locis Episcopi licentia, sed sufficit facultas Generalis, aut Prouincialis, aut Superioris loci, monasterij, iurisdictionem quasi Episcopalem habentis, ita sentire videtur Nauarr. in commentar. 4. de Relig. n. 60. vers. 3. Azor. Institutionum moralium par. 1. l. 13. c. 8. quæst. 1. Suarez to. 4. de Religione lib. 1. c. 9. n. 13. Miranda de Monialibus quæst. 3. art. 6. conclus. 1. licet non sufficiat licentia Abbatissæ ipsarum Monialium, quia in motu proprio Pii Quinti fit mentio de Superioribus Ordinum Monialium, ibi præter alios ordines Superiorum vltra quod ipsa clausuræ præcepto tenetur, vt per Rodriquez tom. 1. quæst. Regularium quæst. 46. art. 2.

3 Similiter Vicarius Generalis Episcopi iuxta tenorem Sacri Cõcilii Tridentini loco citato poterit eandem licentiam concedere; quę quidem facultas tribuitur etiam in monasteriis, Sedi Apostolicæ subiectis, Lamas. in Methodo curationis in fine §. 5.

4 Et Capitulum Sede vacante adhuc poteri eandem licentiam concedere, & consequenter Vicarius ab eo deputatus, Sanchez in Summa Theologiæ moralis c. 15. lib. 6. num. 130. tom. 2. vbi idem affirmat in aliis iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus.

RESOLVT. CXCIII.

1 *Causa iusta requiritur, vt possit concedi licentia exeundi à Monasterio.*
2 *Causæ ex quibus Monialis possit à Monasterio exire recensentur.*
3 *Epidemiæ sub nomine quidnam veniat, & num. 4.*
5 *Morbus Epidemicus quotuplex sit.*

Causæ ex quibus facultas Monialibus exeundi à Monasterio concedi possit quænam sint.

1 AD finem vt Monialis à monasterio absque clausuræ violatione egredi possit nõ solum debet præcedere licentia Superioris, verum etiam debet subesse iuxta causa, vt colligitur ex c. periculosa de stat. Regular. in 6. & ex Concil. Trident. sess. 25. c. 5. de Regular., & alibi ex Constitutionibus Pontificum.

Attenta autem Bulla Pij V. incip. decori, & honestati tres tantummodo causæ concedendi prædictam facultatem exprimuntur.

2 Prima est Magnum Incendium. Secunda est infirmitas lepræ. Tertia est infirmitas Epidemiæ.

3 Cuius quidem morbi epidemiæ sub nomine pestem, seu morbum pestiferum intelligi notarũt Sorb. in compend. Mendicant. in verbo ingressus Monasteriorum num. 6. Zecch. de Republ. Ecclesiast. titul. de Regular. c. 3. num. 15. & Guttierez canon. quæst. lib. 1. cap. 14. num. 7.

4 Verum vt id melius intelligatur sciẽdum est, vt ex Galeno, & Hipprocrate annuit Grau. in suo tract. de morbo pestifero part. 1. cap. 18. Diuis 1. & subdiuis 1. & 2. esset morbũ qui Pandemius siue Pandemus apud Græcos appellatur sic dictus à dictione Pan, quæ totũ significat, & demos, ideſt populus, quia scilicet totum populũ eodem modo, & ex eadem causa inuadit, qua ratione etiam dicitur Panceneus, ideſt omnibus cõmunis cænos enim Græce quid commune significat: Quare à Latinis vocatur morbus vniuersalis, quia vno eodemque simul tempore, & ex causa omnibus communis in multos eodem modo grassatur; Hic autem

5 morbos Pandemus est triplex quædam dicitur Epidemius quidam endemius, & alius Pandemius simplex. Epidemius est, qui nõ vni soli regioni, sed plurib. communis est ob aeris alterationem à cælestibus Superioribusq; causis consurgẽtem, vnde non sufficeret si aeris alteratio aliunde solum proueniret, nisi simul adesset noxia superiorum causarum influẽtia: Endemius, siue Endemus appellatur qui cuidam populo proprius, & familiaris est ex noxis eiusdem terræ, aere, vel aqua, vel situ proueniẽs: Pãdemius simplex appellatur morbus communis, seu vniuersalis ex alteratione aeris non cælitus facta, sed ex alia causa communi, vt ex vitiosis cibis, aut potibus proueniens; Quare morbus Epidemius distat ob endemio quod ille communis sit regioni, & ex causa superiori consurgat hic autem sit familiaris cuidam populo ex causaq; inferiori consurgat a Pandemio autem simplici distat quod quamuis sit communis & eiusdem regionis sit at ex causa inferiori procedit ille autem ex superiori; Rursus hic Epimedius morbus est genus ad pestiferum, & non pestiferum quidam enim est Epidemius simplex qui & si non nihil contagionis, & malignitatis habeat non tamen est venenosus, alter autem est pestifer qui simul venenosus est. Vnde Rodriq. to. 1. quæst. regul. c. 49. ar. 4. vers. ex his sequitur concludit ex Galeno, & Hippocrate morbum epidemium, & pestiferum habere sicut superius, & inferius, omnis enim morbus pestifer epidemius est, sed non è contra pestifer enim duo petit nempè vt populariter grassetur, & pernicios sit itaut maiorem eo laborãtium partem interimat, epidemius autem vnico contentus est, nempè vt plurimum inuadat, seu populariter grassetur quamuis pernicios non sit, taliter quod epidemia simplex veniet in hoc casu, & non tantum epidemia quæ verè pestis est. Nauar. comment. 4. num. 48. de Regular.

RESOLVT. CXCIV.

1 *Casus excepti in Bulla Pij V. non extenduntur ad casus similes, & vide num. 2.*
3 *Io. Mariæ Nouarij I.C. Lucani Allegationes referũtur.*
4 *Iusta, & grauis causa requiritur vt Monialis è monasterio egredi possit, & quæ sit iusta causa n. 5. 12. & 13.*
6 *Clausuræ relaxatio est odiosa.*
7 *Dictio taxatiua non excludit casus similes.*
8 *Statutum comprehendit omnes casus in quibus eadem ratio viget.*
9 *Prædia Minorum alienantur ob æs alienum, & ob similes causas.*
10 *Filius exhæredatur ex quatuordecim causis, & ex similibus illis.*
11 *Ius tuendæ vitæ nullo iure auferri potest.*
14 *Peritis in arte standum est.*
15 *Anima cunctis rebus est anteponenda.*

Moniales an possint exire à Monasteriis ex aliis casibus similibus, vel vrgentioribus, illis, qui appositi fuerunt in Bulla Pii V.

1 EGo ipse in tom. 1. Praxis resolut. 545. in prima editione, & resolut. 541. in secunda editione fui in opinione casus exceptos in Bulla Pii V. de quibus in antecedenti resolutione non debere extendi ad casus similes, & vrgentiores taliter, quod moniales nisi ex tribus illis causis alias nequeant exire à Monasteriis, neque hęc facultas possit in similibus concedi, quã sententiam sequuti sunt Collectan. compend. Mendicant. in

cant.in verbo clausura Monialium n.5.Addit.ad Nauarr.consil.70. in fin. de Regular. Episcopus Minoren. in praxi Episcopal. in verbo Moniales §. 16. vers.2.p. 1.Fusc.de visitat.lib.2. c.18.n.1. Mirand.de sacr.Monial.q.3. art.4. Boll. in œcon. canon.class.c.4. n.10. & alij moderniores, Guttierez autem canon. quæst.li.1. c.14. probat motum proprium Pij V. dum excipit illorum casus exeundi moniales à suis monasterijs non
2 extendi ad casum nostri articuli, ita vt in illo liceat dare licentiam moniali exeundi à monasterio, quia etiam si iustissimus sit,ac pietate plenus adhuc excluditur a Pio V. in præfata sua Bulla ea potissimum ratione, nam in omnibus tribus casibus ex quibus licentiam permittit concedi posse monialibus exeundi à suis monasterijs ea est, vt tunc demum id liceat,quando causa tangit moniales illius monasterij ipsisque omnibus communis est, itaut damnum non exeundi omnes concernat,& non tantum singulas infirmas,in priori enim specie,hoc est pro salute omnium monialium ne totum monasterium pereat Sanctissimè Papa ille permisit,(vt communitati consuleret)quod licentia cõcedatur singulis monialibus à monasterio exeũdi ex prædictis causis,& infirmitatibus cõtagiosis ibidem expressis,hoc est propter magnum incẽdium, vel lepræ,aut epidemiæ morbũ, quæ omnes vrgentissimæ sunt, & salutem omnium monialium respicit talis licentia exeundi à monasterio in prædictis casibus,non vero quando causa tangit singulas infirmas, cum minus inconueniens sit,quod moriantur aliquæ, quam vt exeant per ea,quæ considerat idem loco citato.

Taliter quod ex causa communi, & quæ potest esse damnosa omnibus monialibus attenta eiusdem sentẽtia licita erit egressio,ex particularibus vero minimè.
3 Sed quia circa hunc articulum in facti contingentia ad instantiam D.Marchionis Fuscaldi fuerunt editæ Allegationes per Io. Mariam Nouarium I. C. Lucanum,illeq; transmissæ ad Sanctissimum D.Nostrum Vrbanum Octauum pro impetranda licentia egressus sororis Mariæ Spinellæ à Monasterio volui illas hic prout iacent imprimi facere,& sunt tenoris sequentis videlicet.

BEATISSIME PATER.

MArchio Fuscaldi Regni Neapolitani Magnus Iustitiarius post pedum oscula, Christiana,fraterna pietate,& charitate ductus Sanctitati vestrę humiliter preces porrigit, quod dignetur concedere, vt soror Maria Catherina Spinella eius germana professa in monasterio sub titulo Trinitatis Ciuitatis Neapolis iamdiu varijs morbis vexata taliter quod insaniæ,& furoris species transcẽdit,possit,& valeat claustrum derelinquere, & ad fraternos lares valetudinis, & salutis causa recuperandæ, & conseruandæ se conferre,vel saltem ad aliud monasterium conuolare.

Quæ supplicatio,nè iniusta,& nimis audax ex clausuræ rigiditate videatur, liceat pro iustificatione aliqua ex Canonicis sanctionibus,& Theologorum conclusionibus pro tali effectu in medium afferre, adhoc vt Sanctitas vestra magis piè, & paterno affectu,(iuxta morem) huiusmodi gratiam,imò iustitiam concedere queat.
4 Quare (genibus flexis petita prius licentia prout debet) fas sit ei supponere,quod vt monialis è monasterio licitè egredi possit requiritur facultas Superioris,cum iusta,& graui causa,eo quia cum monialibus clausura strictissimè indicetur, par est, vt facultas egrediendi, non nisi de graui causa à legitimo Superiore approbanda concedatur, vt colligitur ex c.periculoso de stat.Regular. in 6. ex Concil.Trident.sess. 25.c.5.& ex Bull.Pij V.& Gregor.XIII. circa id emanatas de quibus apud Quarantam in summa Bullar. in verbo Monasteria monialium, & Nald.in summa in verbo Clausura.
5 Iusta autem,& sufficiens causa ad hunc effectum de iure antiquo vigore supracitati c. periculoso censetur infirmitas ob quam monialis nequit cum alijs absque graui periculo,vel scandalo commorari; In Tridentino verò loco iam antea relato,quænam sit iusta causa non determinatur, sed iudicio Episcopi loci Ordinarij relinquitur. In Bulla verò Pij V. tres tantummodo causæ concedendi prædictam facultatem exprimuntur,prima est Magnum Incendium, secunda est infirmitas lepræ. Tertia verò infirmitas epidemiæ sub cuius nomine intelligitur morbus contagiosus qui alios inficere solet, vt est pestis,morbus gallicus,morbus S. Lazari, & ignis S. Antonij, vt communiter sentiunt omnes Doctores.

Sed licet hæc omnia sint vera, Tamen nec negari potest moniali concedi posse facultatem exeundi non solum ob tres adductas causas, verum etiam ob alias
6 similes, nam licet clausuræ relaxatio sit odiosa tanquam contra regulæ obseruantiam, & spiritualem monialium salutem, nihilominus nõ solum in casibus præcitatis, sed etiam in consimilibus relaxa tio clausuræ, non aduersatur Regulari Obseruantiæ maximè vbi agitur, pro salute tuenda, ita in quam scripserunt Nauarr.in coment.4. de Regularibus n.48. &in c.statuimus 19.q.3. n.49. Azor.institut. moralium part.1. lib.12.c.8.q.1.vers.tertio.Io.de la Cruz. de stat. Religion.lib.1. c.5. dub.4. Ceruantes in l.Thauri 6. n.59. Rodriq.quæst.regul.to.1.quæst.34.art.5.Amas.in method.curat.in appendic. Suarez tom.4. de Relig.li.1. c.9.num.3.& seq.Sorb.in compend.priuileg.in verbo Clausura, & in verbo ingressus Monasteriorum Monialium nu.6.vers.& sic etiam.Bonacin.de legib.disp. 1.q.1.punct.3.n.19.& de clausur. quæst.1. punct.9.n. 6.Sanchez in Summa lib.6.c.15. n.37. tom.2.Barbos. in tract. de officio, & potest. Episcopi alleg.102. à n. 16.& ego ipse Nouarius in tract. de elect.fori sect.2. in præfat.sub n.7. & in eandem opinionem concurrere videtur, Cened.in collect. ad ius Canonic. collect. 31.part.3. versic. crede est tamen in casibus omninò similibus præfatis tribus casibus exceptis in allegata Bulla Pij V. exemplificans in inundatione Aquarum, prout sic dicit seruatum in facti contingentia de Anno 1582.in Ciuitate Cæsar Augustana.

Quorum sanè sententia non caret ratione, nam licet in Piana Constitutione adsint verba taxatiua in illis tribus casibus ante signatis nempè Magni Incendij, lepræ, & epidemiæ, tamen ex identitate rationis eius dispositio bene extenditur ad alios similes, & æquales morbos.
7 Dictio enim taxatiua non excludit casus similes in quibus eadem ratio, aut vrgentior militat, vt ex multis probat Euerard. in Topic. legal. loco à natura dictionum taxatiuarum n.4.Gomez.tom.1.variarum resolut.tom.1.c.11.n.12. Padilla in Auth. res quæ nu. 81. delegat., quia tunc non fit extensio legis, sed terminorum, etiã quod simus in materia stricta. Rebell. de iustit.& iure quæst.6.sect.4.n.20.p.1.lib.1.Perez in tract.de Anniuersar.,& Cappellan.li.1.c.5.n.24. Cardos. in praxi Iudic. & Aduoc. in verbo lex n. 24. indè
8 statutum compræhendit omnes, & singulos casus in quibus eadem, vel maior ratio viget, vt tutatur Salycet.dicens de communi in l.2. n.21. C. de Noxal, vbi enim eadem est ratio, idem ius statim succedit tanquam compræhensiuè ad text.in l.item veniunt §. ait, Senatus ff.de petit. hæredit. cum alijs cõcordantibus de quibus latius Tiraquell. in l. si vnquam in verbo libertis, C.de reuoc. donat. à n.45., quia ratio regulat omnem dispositionem illamque restringit,& ampliat ad casum in quo pia ratio conuenit l. cum pater §. dulcissimis, ff. deleg. 2. Card. Mantic. de coniectur. vltim.

vltim. volunt. lib. 6. titulo 14. numero 23.

9 Et ideò videmus, quod licet in l. ob æs alienum C. de præd. & alijs reb. minor. ob solum æs alienum possint prædia minorum distrahi, tamen Glos. ibidem in verbo alienũ communiter recepta tradidit id quoq; fieri posse ob similes alias causas, & licet in l. fin. C. de reuocand. donat. decernatur ob solas causas ibi enumeratas posse reuocari donationem, tamen communis DD. conclusio sustinet posse quoque ex alijs æquè similibus id fieri, vt latius constat ex Molin. lib. 1. de primogenit. c. 9. n. 32. Gomes. tom. 2. variar. c. 4. n. 14. Clarus in lib. 5. recept. sententiarum §. donatio, quæst. 21. Suarez in Thesaur. recept. sententiarum in verbo donatio nu. 226., & similiter cum in Auth. vt cum de
10 appellat. cognosc. §. Aliud quoque Capitulum decidatur ob solas quatuordecim causas ibi expressas posse filium exhæredari, sentiunt omnes Doctores posse id quoque ex causis similibus fieri, vt per Couar. in c. Raynutius n. 16. de testam. Menchac. de succes. lib. 2. §. 17. n. 101. Villalob. in commun. opin. lit. E. nu. 143. Fachin. in controuers. iur. lib. 6. cap. 78. Plazza de delict. li. 1. c. 1. n. 15. Clar. cum §. testamentum q. 41., & hoc asserunt loquentes de his legibus adeò odiosis, & pœnalibus, quæ sunt concedentes licentiam exhæredandi filios, & reuocandæ donationis perfectæ, ergo à fortiori dicendum est in casu Bullæ Pij V. quamuis enim fauorabile sit restringere clausuram monialium, at illam restringere in casibus in quib. vitæ periculum euidenter videtur, satis impium erit.

Quibus sic iactis fundamentis per optimè deducitur supplicationem hanc esse maximopere iuridicã, siquidẽ iustè concedi potest Moniali licentia è claustro egrediendi, medendi causa morbo ita periculoso, itaut desperetur salus ea non egressa, cum & casus iste vrgentior sit exceptis in dicta Bulla Pij V. cum de monialis vita tuenda agatur, & leges Ecclesiasticæ, (qualis est ista de monialium clausura) minimè cum vitæ periculo obligant, inde si quidam monialem inuaderet ipsam interfecturus, esletq; opus egredi ad vitam tuendam, licitum ei esset egredi, ergo idem licebit ob simile vitæ periculum præseruare morbo contingenti, nihil enim refert siuè ab extrinseco, siuè ab intrinseco vitę periculum immineat, cũ in vtraque
11 idemmet vitæ tuendæ naturale ius suffragetur tanto fortius, quia nullo iure positiuo naturale propriæ vitę tuendæ ius auferri potest, clem. pastoralis §. cæterum de sententia, & re iudic. l. vt vim, & ibi communi calculo DD. ff. de iustit. & iur.

12 Et hinc legimus Gregorium XIII. fęlicis recordationis indulsisse cuiusdam Cœnobij monialibus liberũ egressum, quoties morbo ita periculoso laborarent, vt medici iudicarent necessarium egressum ad tuendam vitam, ex quo sanè patet hanc esse iustam egrediendi causam, prout de hoc meminit Nauarr. in coment. 4. de regularibus nu. 49. & 50. vbi in specie voluit, & approbauit, quod monialis laborans morbo, etsi non contagioso, dummodò sit periculosus, ita vt nisi exeat curari nequeat, sitq; vtique moritura, posse tutò à monasterio exire, & concedendam esse licentiam, quod etiam sequitur Suarez de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 9. n. 9. Graff. decis. aur. p. 1. li. 4. c. 23. n. 17. Sorb. in compend. priuileg. regul. in verbo Clausura, Azor. instit. moral. p. 1. lib. 1. c. 8. quæst. 1. Laima in method. curat. in Appendic. §. 10. sanè enim piè præsumendum est quod si Pius Quintus Pontifex in hoc casu esset, interrogatus respondisset, cum vtiq; tenendum sit illam fuisse mentem præfati Pontificis Maximi, vt in tali casu fas esset egredi, alias enim sat impietatis haberet, quam omninò alienam ab huiusmodi viris ipse pietate pijs esse affirmandum est, Pontifex inquam tanquam Pater beneuolus, & Pastor fidelis propriorum filiorum, suarumq; ouium necem non permittit.

13 Vndè tempore belli posse moniales è monasterio exire, seq; in locum tutum recipere, dum viget periculum, quod nisi egrediantur graui damno afficiantur resoluunt Azor. instit. moral. part. 1. lib. 13. c. 8. quæst. 1. Guttier. Canonic. quæst. d. c. 14. nu. 9. Nauar. d. coment. 4. n. 48. Sanchez in Summa dicto c. 15. num. 44. Bonacin. de clausur. quæst. 1. puncto 9. n. 7.

14 Quare cum præfata soror Maria, si in clausura dicti monasterij perseuerat, vtiq; cum expresso periculo vitæ id agit ex Medicorum iudicio, & relatione, quibus standum est, tanquam peritis in arte ad tex. in l. semel, C. de re milit. lib. 12. vbi Nouar. præter §. quod autem de non alienand. collat. 2. Alex. consil. 141. colum. penult. Abb. in c. tenor notab. 2. de re iudic. Mascard. de probat. conclus. 897. Pheb. decis. Rot. Lusit. 78. n. 5. to. 1. Actius in tract. de infirmit. c. 37. & nos diximus in tract. de elect. & variat. fori quæst. 9. nu. 2. sect. 2. Propterea Sanctitas Vestra, tanquam Iustus Iudex, & benignus Pater, gratiam, & iustitiam in relaxando clausuram concedere dignetur, vel alio opportuno remedio pro salute istius vtatur, prout virtus Spiritus sancti inspirabit in re, tàm necessaria, quæ moram absq; damno irreparabili vitæ minimè patitur.

15 Eò fortius, quia ob nonnullas causas valdè graues ore, non autem scriptis dicendas exitus huius monialis est quoq; vtilis monasterio in communi, quo in casu licitam esse egressionẽ extra claustra, probat Guttierez Canonicarum q. c. 14. & nisi eadem Soror Maria è dicto monasterio exeat est in discrimine amissionis animæ, quòd multum est considerandum, cum Anima cunctis rebus sit anteponenda l. sancimus C. de sacrosanct. Ecclesijs, & vbi agitur de salutæ Animæ non attenduntur apices iuris Tiraquell. de priuileg. piæ caus. priuil. 164.

Vnde pro licentiæ concessione in casu de quo agitur concludere satis consonum videtur, prout, & ità à Sanctitate Vestra elargiri ex eius pietate speratur, & ita genibus flexis petit, & iterum pedes osculatur.

Et hæc currenti (vt aiunt) calamo nomine, & pro parte dictæ Monialis ad instantiam præfati Marchionis mihi infrascripto V. I. D. Sanctitatis Vestræ pedibus prostato adduxisse sufficiat.

Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

PRAXIS EXPLORATIONIS voluntatis virginum Deo dicandarum.

RESOLVT. CXCV.

1 *Voluntas puellæ est exploranda per Episcopum, quando habitum suscipere vult.*
2 *Libertas est adhibenda in exploratione voluntatis.*
3 *Exploratio voluntatis puellæ est facienda tam ante habitus susceptionem, quàm in professione.*

Exploratio voluntatis, An facienda sit per Prælatos antequam puella suscipiat habitum Religionis.

1 ESt per Episcopum exploranda voluntas puellæ, nedum quando professionem emittit, verum etiam quando habitum suscipere intendit, ita vt spectet ad Episcopum, tàm ante susceptum habitum, quam postea ante professionis emissionem puellæ voluntatem explorare, nõ obstante, quod monasteriũ sit Regularibus subiectũ, vel alias ab eius iurisdictione exemptũ, & si prior exploratio nõ fuerit facta, sufficit quod fiat secunda, & hoc totum fuisse decisum referunt Piasegius in praxi Episcopali in verbo moniales nu. 232. Eman. quæst. regul. tom. 3. q. 12. art. 2. Ioan. de la Crux de statu Religion. lib. 1. c. 7. in fine,

Armen-

Armendar.in Addit.ad recopil. legum.Nauarr. lib.2. tit.18.l.7.de Religionibus n.37. & 44. cum sequentib. Sanchez in præcepta Decalogi lib.4. cap.18. num.23. cum sequentibus, Nouarius in opusculo iur. Canonic. conclus.vnic.de explorat. voluntatis puellarum, vnde Sacra Congreg. sic censuit.

Amplia primo,vt Virgines antequam ingrediantur Monasterium,adducantur ad matronas honestas, nec sanguine illis coniunctas, nec aliquo modo suspectas, vbi remotis omnibus earum propinquis examinentur ab Episcopo dictæ earum voluntates.

2 Amplia secundo,vt adhibenda sit omnimoda libertas in præfata exploratione alioquin præberetur causa legitima annullandi professionem ob metum reuerentialem, vt censuit Rot. in vna nullitatis professionis 13.Februarij 1586.coram Oradino.

Amplia tertio,vt Ordinarius diligentissimè quærere debeat,an Deo religiosè inseruire, atque inter moniales, apud quas est professionem emittere, an verò nubere velit; Et hoc fieri debet necessarijs interrogationibus, & quidquid respondet describi debet à publico Notario, præsentibus testibus idoneis, quæ quidem puella, si ob aliquam causam probabilem videtur, Ordinario non esse examinandum in monasterio, examinari debet extra septa eiusdem monasterij, vel alio Religioso loco, qui aptior, & commodior videbitur,vt censuit Sac. Congr.

3 Amplia quarto vtramque explorationem spectare ad onus Episcopale, scilicet tam ante susceptionem habitus, quàm professionis, quod si Episcopus, alteram, vel neutram prædictarum explorationum fecerit,contra Concil. fecisse censuit Sacr. Congreg.

Amplia quinto in ea, quæ Inconsulto Episcopo habitum Religionis susceperit,nam antequam profiteatur ab Episcopo exploranda est diligenter,vt pariter censuit Sacra Congregatio Concilij.

RESOLVT. CXCVI.

1 *Vicarius dicitur associari Episcopo in iurisdictione.*
2 *Exploratio voluntatis non potest fieri per Vicarium, & quando secus num. 3.*
Et an id procedat in Capituli Vicario, n.4.
5 *Vicarius Capitularis habet iurisdictionem Ordinariam.*

An Vicarius Episcopi, vel Capituli Sede vacante possit explorare voluntates puellarum, quæ intendunt Religioni inseruire.

1 VIdebatur prima consideratione affirmandum ex eo, quod Vicarius dicitur associari Episcopo in iurisdictione cap.in nou.16.qu.7. & faciat idem consistorium cum Episcopo cap.2.de consuetud. in 6. vnde cum representet personam Episcopi, & lex loquens de Episcopo, non excludit Vicarium, Gratian. decis. 167.

2 Verum contrarium est tenendum,vt huiusmodi exploratio voluntatis non possit fieri per Vicarium, vt notant Sbroz.de officio Vicarij lib.2.qu. 208. & Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum part. 1. num. 237.

3 Quod est verum,nisi Episcopus esset impeditus,quo casu licet Vicario id agere, vt disponit Sacr. Concilij Trid. sess.25. de Regul. cap.17. & notat Nouar. conclus.vnic. num.1. de explorat. volunt. puellarum, vbi etiam quod in tali casu potest alteri id demandari, & ita practicatur, & practicari vidi in multis Regni Ciuitatibus.

4 Vnde idem dicendum in Vicario Capituli Sede vacante,quod poterit etiam talem explorationem facere ex vulgata regula, quia Capitulum Sede vacante à quo, & ipse habet iurisdictionem, succedit in omnibus quæ spectant ad Episcopum, & ille facere potest, cap.his, qui de maiorit. & obedient. latè comprobat Rebuff.in praxi benef.in titulo de deuolut. à num. 58. cum sequ.Pauin. de offic. & potest. cap. Sede vacante quæst.1. par.1. vbi tradit regulam, quod Capitulum Sede vacante habet iurisdictionem ordinariam à iure communi,ita quod possit inducias dare, & omnia quæ ad iurisdictionem pertinent expedire, latè Nouarius forens.quæst.102.a num.6.cum sequ.lib.1. vbi plura quæ hic adaptari possent adducit, taliter quod ordinariam habet iurisdictionem,Azor.institit.moral.lib.3. cap.37. quæst.7. Paris. de resignat. benefic. quæst.23. num.24.& 25.lib.7.& proinde in Vicarium à Capitulo Sede vacante electum omnis transit iurisdictio ipsi competens, vt necessarium in ijs non sit speciale mandatum, quæ in Episcopi Vicarium sine speciali mandato non transirent, nisi Capitulum Vicario a se electo limitatum de facto mandatum dederit reseruando sibi aliqua,quia tunc in ijs Vicarius iurisdictionem exercere non posset.Guttierez lib.1.Canonic.qu.cap. 10.n.11. Garzia de benef.cap.7.part.5.n.30.quia Vicarius iurisdictionem non habet aliundè nisi a Capitulo,Bursat.cons.108. n.25. Alter. de censur. disput.3. lib.4.cap.2.litt.B.tom.2.Suarez de censur. disp.7. nu. 15. sess.3. tom.5.

5

RESOLVT. CXCVII.

1 *Prefecta Monasterij qualiter ante professionem debeat significare id Episcopo.*
2 *Professio non est nulla, vbi fuit omissa exploratio voluntatis.*

Exploratio voluntatis Virginum Deo dicandarum, vbi est omissa, An per hoc professio reddatur nulla.

VT aliàs diximus spectat ad Episcopum,vel eo impedito ad eius Vicarium, aut aliquem eorum sumptibus ab eis deputatum explorare Virginis voluntatem diligenter an coacta sit, & seducta sit, an sciat quid agat,& si voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas, iuxta
1 Monasterij illius, & ordinis regulam, necnon Monasterium fuerit idoneum liberè ei profiteri liceat, & præfecta Monasterij vno mense ante de huiusmodi professione significare debet Episcopo alioquin posset suspendi ab officio ad libitum Episcopi, vt disponit Sacrum Conc.Trid.sess.25.de Regul. c.17.

2 Hæc licet sint vera, tamen ego multoties consultus dixi,quod exploratio huiusmodi,vbi reperitur omissa non per hoc professio redditur nulla, ex decis. Sacræ Congregationis quæ voluit quod si Antistes hanc explorationem non fecerit contra Concilium fecisse dicendum est,sed ab istis sacris Virginibus,a quibus non solum habitus est susceptus, sed iam professio facta, absque prædicta exploratione,& examine,nihil Ordinarium debere scitari, sed permittere eas in suo statu permanere.

Quamuis benè in Abbatissas animaduertere posset Ordinarius ob hanc negligentiam, illasque posset punire non solum pœnis a Conc.Trid.statutis, sed etiam Ecclesiasticis censuris, & alijs iuris remedijs coercere valeret,non obstantibus quibuscumque priuilegijs, vt testatur Campanil.in diuers.iur.canon. c.16.num.17. rubric. 12.

RESOLVT. CXCVIII.

1 *Terminus qualis præfigatur puellis, quæ sumpserunt habitum ad declarandam earum voluntatem.*
Et intra quod tempus examen debet perfici, n.2.

Quinam

Quinam terminus debet præfigi ab Ordinario puellis, quæ sumpserunt sacrum habitum Monialium si velint professionem emittere.

1 SCiendum est, quod postquam puellæ, quæ Deo seruire intendunt sacrum habitum sumpserunt in aliquo monasterio debet ab Ordinario loci Episcopo certus dierum numerus quindecim, vel viginti præfigi, intra quem debeant declarare, an in rei veritate intendant professionem emittere, vel non, & in casu quo non intenderent profiteri, tunc vtiq; sunt remittendæ ad domos consanguineorum, vel affinium, vt affirmat Campanil. in diuers. iur. canon. rub. 12. cap. 216. nu. 18. postquam Episcopus hac de re certior factus fuerit intra vigintiquinque dies examen hoc perficere tenetur, quibus elapsis amplius se intromittere non debet, Galet. in sua Margarita casuum conscientiæ in verbo Nouitij, Armendar. in addit. ad recopilat. leg. Nauarr. lib. 2. titul. 18. leg. 7. de Religion. num. 45. quos refert, & sequitur Nouarius in suo iure Pontificio nouo concluf. 1. num. 3. sub rubric. de exploratione voluntatis puellarum pag. 200. col. 1.

RESOLVT. CXCIX.

1 *Exploratio voluntatis puellæ non debet fieri ad instantiam illius, qui intendit ipsa in vxorem ducere.*
2 *Vbi imminet suspicio quod puella profiteri volens esset à monialibus inuestiganda quid agendum.*

Exploratio voluntatis puellæ quæ habitum recepit, An possit fieri ad petitionem illius, qui intendit ipsam in vxorem ducere.

1 ADuertendum est, quod locorum Ordinarij ad quos spectat huiusmodi explorationem facere, non debent explorare voluntatem puellarum, quæ habitum recipiunt ad petitionem volentium illas in vxores ducere, sed debent omninò expectare tempus emittendæ professionis, quo in tempore si immineret suspitio, quod inuestigetur a monialibus pro suo officio curabit, indè duci ad exteriorem Ecclesiam, Monasterij, vel in propinquiorem, & ibi voluntatem
2 explorare, quod si cesset huiusmodi suspitio, tunc non in alio loco quam ad Crates ferreas id perficere valebit, prout in propriis terminis, notat Campanil. in suo diuersor. iur. canonic. cap. 16. rub. 12. num. 15. qui iuxta hanc sententiam decisum per Sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium Concilij Interpretum fatetur, & post eum ita pariter affirmat Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij concl. vnic. n. 4. & 5. sub titulo de Exploratione voluntatis puellarum, & ita ego vidi pluribus vicibus practicatum Neapoli, & alibi.

PRAXIS EXCOMMVNICATIONIS in subsidium.

RESOLVT. CC.

1 *Iudex diligenter inspicere debet, si adsit aliud remedium antequam concedat excommunicationem.*
2 *Excommunicatio est vltimum remedium subsidiarium.*
3 *Ordinarium remedium, ubi habetur, extraordinario uti quis non debet.*
4 *Actio subsidiaria datur, quando deficit ordinaria.*

An excommunicationis pœna regulariter sit subsidiaria.

1 INter requisita excommunicationis proferendæ illud in primis est vt Iudex diligenter inspiciat si adsit aliud remedium, quo pars experiri valeat ad eius intentionem consequendam, vt voluit Bald. cons. 81. vol. 1. quem refert, & sequitur Monald. cons. 27. num. 3. & sequent. volum. 1. & proinde iure optimo, Costa in eius tractat. de remedijs subsidiarijs voluit literas monitoriales, minimè concedendas esse, nisi in subsidium scilicet deficientibus alijs probationibus allegat Nauarr. in cons. 3. de censibus, addo Neuiz. in Sylua nuptial. lib. 3. in verb. Monitoria n. 48. Vgol. de potest. Episcopi c. 45. §. 3. Sayr. decis. 4. de censibus.

Cuius conclusionis ratio est, quoniam excommunicatio est vltimum remedium, quo vtitur Ecclesia, cap. Clericus de vita, & honestate Clericorum, Henriquez cons. 12. num. 6. Grassius cons. 13. de sententia excommunic. vol. 2. ex quo reputatur maxima pœnarum, cap. corripiantur 24. quæst. 3. & quoties habemus re-
3 medium ordinarium non debemus vti extraordinario leg. si causæ, ff. de minoribus, cum vulgaribus. Sotus in 4. sententiar. distinct. 22. quæst. 1. & probatur apertè in Conc. Trid. sess. 25. cap. 3. de reformat. vti excommunicationis gladius qui est neruus disciplinę Ecclesiasticæ sobriè, & cum magna circumspectione est exercendus, & tunc demum quando alia via suum recuperandi inueniri non potest, vt prosequitur Berret. cons. 3. num. 2. & in cons. 5. num. 19. sequuntur Summistæ omnes in verb. excommunicatio præsertim Zerula in sua praxi Episcop. verb. excommunicatio n. 7. latissimè Costa de remediis subsidiarijs remed. 14. num. 16. & seq.

Et ex supradictis prouenit rationabiliter quod per Iudices ecclesiasticos in præceptis ab eis enarratis inseratur clausula sub pœna excommunicationis in subsidium, vt latè prosequitur Genuen. in praxi Curiæ Archiep. cap. 22.

Infertur pariter ex supra positis conclusionibus, quod existentibus duobus insolidum obligatis in forma Cameræ Apostolicæ, quorum vnus est soluendo, & proinde ab eo omne debitum recuperari potest, non potest relaxari censura contra alterum ex obligatis, vt testatur fuisse in Rota decisum, Farinacc. in decis. 97. par. 4. diuersorum, & refert Costa vbi supra n. 14. Thesaur. fori eccles. cap. 38. n. 31. Episcopus Minoren. in praxi cap. 22. n. 6. & seq. vbi plura ad hoc.

4 Ampliatur supra posita regula circa id, quod loquitur de subsidio procedere generaliter, ac in omni materia præsertim in actionibus. Ex quo actio subsidiaria datur cum actio ordinaria deficit, l. quædam, ff. de edendo, l. fin. C. de magistratibus conueniendis, Viuius decis. 116. n. 20. Carroc. decis. 109. n. 20. latissimè Bellarmin. in suo perutili tract. de caritatiuo subsidio quæst. 14.

Amplia secundo, vt non vitietur actus, si plura remedia fuissent cumulata, & sic esset, exempli gratia, pœna pecuniaria, quæ est ordinaria cum pœna excommunicationis, quæ solet loco pœnæ subsidiariæ ferri, vt voluit perbellè Hondedeus cons. 177. & latissimè Costa in suo tractatu de remediis subsidiarijs in præludijs, præludio 4. in princ.

Limita secundo, vt existentibus duobus remedijs, scilicet magis subsidiarijs, & minus subsidiarijs vti debemus, vt regula procedat remedio minus subsidiario secundum Bald. in l. in prouinciali, §. 1. ff. de noui operis nunciatione, Corneus cons. 87. num. 2. vol. 1. plenè Barz. in decis. 130. n. 121. & ratio est secundum omnes quoniam tunc illud remedium magis subsidiarium haberetur loco ordinarii, vt latè prosequitur Costa in dicto tract. præludio 3. in princip.

RESOLVT. CCI.

1 *Allegans aliquid ad suę intentionis fundamentum debet probare.*

2 *Relatio*

2 *Relatio nuntij non sufficit, quando aliquid requiritur pro iustificatione.*

An vt possit deueniri ad pœnam excommunicationis in subsidium debeat constare Iudici de impedimento exactionis pœnæ ordinariæ.

AD pœnam excommunicationis, quæ in subsidium deficientibus, alijs pœnis infligitur deueniri minimè per Iudicem poterit nisi coram eo fuerit plenè constitum per relationem Nuncij de impedimento executionis pœnæ pecuniariæ, vel alterius; & ratio est, & colligitur ex vulgata illa iuris conclusione allegantem aliquid ad suæ intentionis fundamentum debet illud probare, vt probatur in §. item instit. de excusat. tutorum, Bald. cons. 449. vol. 5. Alciat. de præsumpt. regula 2. præsumpt. 27. Menoch. eiusdem nominis tractatu præsumpt. 25. n. 14. Mascard. de probationibus conclus. 1154. Benincas. in tractat. de pauperrate quæst. 6. Pacian. in tract. item de probationibus cap. 54. lib. 1. Paris. cons. 50. num. 61. cum sequ. lib. 1. Gail. obseru. 152. lib. 2. Mising. obseruat. 94. cent. 3. & Albanus in suo cons. 161. n. 6. & seq. vol. 1. vbi plura ad hoc, quod vbi aliquid requiritur pro iustificatione alicuius rei non sufficiat relatio Nuncij super impedimento, vel defectu aliquo, nisi plenè aliundè Iudici constiterit de dicto defectu.

1

2

RESOLVT. CCII.

1 *Executio qualiter fiat ex l. à Diuo Pio, ff. de re iudic.*
2 *Pater quando filij bona alienare possit.*
3 *In casibus, in quibus creditor succedens debitori potest sibi satisfacere, qualiter censeatur sibi soluisse.*
4 *Concilium loquens de relaxatione excommunicationis non inducit formam.*

Stante dispositione Conc. Trid. sess. 25. de reform. cap. 3. mandantis non posse infligi pœnam excommunicationis nisi in subsidium, An si inferatur non obseruato dicto ordine excommunicatio dicatur nulla.

SÆpè numero controuertitur de excommunicationis inualiditate ob non seruatum ordinem legis Sacri Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de reformation. mandantis non posse deueniri ad fulminationem censurarum, nisi in subsidium, & tunc demum, vbi constat non adesse alia remedia ordinaria ad suum consequendum.

In quo dubitationis articulo conferre videtur si supradicta Conciliaris dispositio induxerit formam, nec ne, & loquendo à simili de executione sententiæ pro instructione Iudicis non pro forma datum, aut per scriptum, l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. nisi primò capiuntur mobilia, & eis non extantibus, vel insufficientibus deuenitur ad immobilia, in subsidium verò ad nomina debitorum. Carocc. tract. de excusat. bonor. quæst. 3. & ex communi Doct. sententia in praxi quoque obseruata firmat, Nouarius de priuileg. miserabil. personarum priuil. 43. vbi Doctor. cumulat. Gabriel. suis commun. titul. de execut. rei iudic. conclus. 2. Conrad. ad l. vnic. si de moment. possess. limit. 18. nu. 24. vsque in fin. de Franch. decis. 441. par. 3. Bertaz. crimin. cons. 402. nu. 44. cum seqq. volum. 2. Asin. de execution. §. 4. cap. 90. num. 12. Mohedan. decis. 185. Put. Rom. Rot. decis. 318. lib. 2. Coller. tract. de process. executiui part. 3. cap. 9. num. 17. Vrsil. ad Afflict. decis. 358. Muscatell. in praxi part. 3. glos. in verbo seruata num. 37. cum seqq. Surd. consil. 39. num. 22. & seqq. volum. 1. vbi præterea limitat multifariam opinionem tenentium, quod peruersione huius ordinis contrahitur nullitas executionis. Cui confert satis, quòd authoritas data patri, vt vrgente necessitate possit bona aduentitia, in quibus patriæ potestatis ratione habet vsumfructum alienare, Marchisell. quæst. 113. regulanda, & contemperanda est ad normam dist. 8. in venditione, vt primò alienet mobilia, & his non sufficientibus, immobilia: mox debitorum nomina alioqui tenebitur filijs ad interesse, & si pater hoc facere nimium distulerit vulg. l. vlt. §. sin autem æs alienum, vbi Bald. C. de bon. quæ lib. Pinell. ad l. 1. par. 3. num. 23. C. eod. Ludouic. decis. Perus. 13. nu. 13. part. 1. eadem statera libratur facultas testamentarii executoris, Curt. iun. cons. 327. lib. 3. qui deinde bona testatoris vendere non potest, nisi præcedentibus legitimis subhastationibus, Bursat. cons. 28. vol. 1. Diui decis. 305. par. 2. Vallasch. decis. 68. Identidem si contra contumacem procedatur, inter alias pœnas fit inductio in possessionem, primo bonorum mobilium, & illis non extantibus, vel non sufficientibus immobilium, ac in subsidium peruenitur ad iura, & nomina debitorum, Abbas in c. ad quoniam frequenter ibiq; Mising. num. 70. vt ritè non constet, quod si non inueniatur emptor, tunc in subsidium adiudicari debet pignus creditori, pretio tamen iusto ab æstimatoribus, & probis viris loci illius, vbi bona sita sunt taxato, vel in subhastatione definito, Asin. d. loc. & Surd. prædicto cons. 39. n. 25. cum seq. Additur, quod in casibus, in quibus creditor succedens debitori, potest sibi soluere, præsumitur facta prius de mobilibus, quàm stabilibus. Surd. decis. 170. Cæterum si inter mobilia fortasse extarent boues aratorii, vel animalia ad publicum bonum pertinentia, vel instrumenta ad fundi culturam, in his quoque fieri posset exequutio, sed in subsidium tantùm. Vt tradit Plot. ad l. si quando nu. 712. C. vnde vi, Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cas. 378. & ita limitatur text. in l. exequutores, cum authent. Agricultores, C. quæ rei pignor. oblig. possess. sicuti militum, & Clericorum stipendia, & arma sequestrum excludunt, ac exequutionem nisi in subsidium, l. stipendia, vbi Mathesil. C. de execut. rei iudic. & Asin. praxi iudic. §. 31. cap. 2. limit. 33. cum duabus seqq. & limit. 36. vbi de libris scholarium, Magon. decis. Rot. Lucens. 24. num. 7.

Cæterum vt ad Articuli decisionem deueniam cõclusiuè, dico Concilium d. cap. 3. tradere instructionem, non autem imponere formam, prout ita quoq; sentit Maceratens. var. resolut. lib. 1. resolut. 112. cas. 75. in fin. vers. Insuper, & consequenter, quod si feratur excommunicatio non obseruato dicto ordine Concilij, non per hoc erit nulla.

2

3

4

RESOLVT. CCIII.

1 *Excommunicationis mala recensetur.*
2 *Episcopus quidam antequam excommunicaret, flebat.*
3 *Excommunicatio non est ferenda, quando non creditur profutura.*
4 *Absolui ab excommunicatione, an & quando debeat inuitus.*
5 *Excommunicatio pro rebus perditis quando ferenda.*
6 *Excommunicatio semper ferenda in subsidium.*
7 *Episcopus non debet esse promptus ad excommunicandum.*
8 *Episcopus non potest excommunicare propter iniuriam propriam, nisi iniuria concernat Ecclesiam.*
9 *Episcopus an teneatur denunciare excommunicatos.*

Excommunicatio qua maturitate ferenda sit à Iudicibus Ecclesiasticis.

1 IVdices memores esse debent, vt excommunicationis gladius sobriè cum magna circumspectione, non autem ex leuibus causis incutiatur, nam magis con-

contemni quam formidari, perniciem potius parere, quam salutem: verum est, Concil. Trident. cap. 3. sess. 25. de reform. sunt enim incredibilia mala, quæ secum trahit excommunicatio quorũ satis sit referre; quod excommunicare nihil aliud est, quam trahere hominem Sathanæ exemplo Apostoli, qui tradidit Sathanę Corinthium fornicatorem, cap. omnis Christianus, cap. audi 11. quæst. 3. & quod excommunicatus participat cum diabolo in incendio ignis æterni, Nouarius de elect. & variation. fori quæst. 33. sect. 2. in antiq.

Et licet hodie excommunicati non necentur a Dęmone, hoc euenit, quia Dęmones nolunt hoc facere, ne homines timeant multum excommunicationem, & sic contraheretur via lucrandi animas multorum per contemptum excommunicationis, vt tradit Turrecrem. in dicto cap. Audi; secundo excommunicatus dicitur possideri a Diabolo, qui vtitur eo tamquam pectore suo, gl. in dicto cap. Audi citius moritur, cap. Episcopi 11. qu. 3. Angelus Custos, non ita adiuuat illum sicut prius, Abbas in rubr. de sentent. excommunicat. est sicut infidelis; Vnde D. Matthæus 18. si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus: dicitur homo valdè infirmus, & solus cum non habeat remedia Sacramentorum, priuatur communione Fidelium, suffragiis Ecclesiæ, quæ pro illo non erat nec viuo, nec mortuo, cap. quicumque 11. quæst. 3. & ista suffragia seruiunt ad gratiam seruandam, ad habendam protectionem rei paternalem, & defensionem ab hostibus, quibus priuatur excommunicatus, Siluest. in verb. excommunicatio §. 1. & omissis alijs effectibus nulla maior pœna est in Ecclesia Dei excommunicatione, & Sanctus Augustinus in c. nihil 11. quæst. 3. dicit Christianum nihil debere magis formidare quam excommunicationem, & ibi Turrecr. referens eundem Augustinum dicit grauius est homini excommunicari quam si feriretur gladio, si à feris deuoraretur, si flammis vreretur; Notissima sunt exempla Sancti Antonij, qui volens ostendere effectũ excommunicationis excommunicauit panem, & statim effectus est niger, absoluit postea, & euasit albus; Sancti Bernardi qui excommunicauit muscas, quæ impediebant Diuina Officia in Ecclesia, & statim ceciderunt omnes mortuæ; Quidam Abbas excommunicauit quandam syluam cum lacu quam quidam potens a quo recuperare eam non poterat detinebat, & sylua non amplius fructus protulit, nec lacus pisces; quidam miles excommunicatus sedens in mensa porrigebat panem canibus, & illi nolebant accipere. E domo cuiusdam excommunicati statim Ciconiæ filios abstulerunt, & alio transtulerunt, quamuis animalia bruta, & arbores non possunt excommunicari, sed maledici; Cassaneus cons. 1. Nouarius in pragm. Regni 1. de Brutis, & ego vidi plura memorabilia exempla excommunicatorum, quorum aliqui post breue tempus interfecti, alii subitanea morte perempti sunt.

2 Inde affirmat Eminentissimus Cardinalis Vgo in Epist. 1. ad Corinth. super cap. 5. Episcopum debere cum fletu, & compassione tollere per excommunicationem flagitiosos de medio Ecclesiæ, referens exemplum cuiusdam Episcopi, qui semper flebat quotiescumque excommunicabat aliquem, & ferè omnes citò corrigebantur per excommunicationem suam, & ex prædictis infertur.

3 Primo, quod non debet excommunicari, quando creditur excommunicationem futuram inutilem, & in vilipendio, Ioann. Andr. in cap. Romana de sentent. excommun. in 6. Ioann. Andr. & Dominicus in cap. 1. eod. tit. & lib. 6. Felyn. in cap. Apostolicæ de except. & inuehit, Hostiens. contra quendam legatum, qui exercitibus armatis, & volentibus iam congredi præcepit, sub pœna excommunic. latè sententiæ ne congrederentur; nam spreto eius mandato perierunt multorum corpora.

4 Et si Delegatus videt turbatores suæ iurisdictionis adeo peruersos, quod si excommunicarentur peiora facerent, deberent suspendere, donec mutentur tempora, & Deus, vel Vicarius apponat consilium, Felyn. loc. cit. qui alios adducit, quinimò dicit Sanctus Thomas in 4. dist. quæst. fin. art. vlt. quod Episcopus potest inuitus absoluere, & debet si videat illius animæ expedire. Quam doctrinam Diui Thomæ intelligit, Abbas in cap. ab excommunicatio de rescriptis, quando sublata excommunicatione erit spes, quod alio remedio emendabitur, secus sit non sit spes, quia tunc non debet absolui, Felyn. latè in d. cap. Apostolicæ, qui dicit in dubio, quando nescitur vtrum ostinatus in excommun. corrigetur, vel non deberet absolui, sed esse necessarias claras coniecturas.

5 Secundò, circa monitoria, quæ pro rebus deperditis concedi solent, maturè est procedendum, iuxta Conc. Trident. dicto cap. 3. sess. 25. vt non concedantur ea, nisi pro re graui, saltem continente summam ducatorum quinquaginta, sed pro minori possent fieri monitiones tantum, nec quando veritas alio modo haberi potest, vt quia testes sunt in causa citati, vel monitoria petuntur in facto proprio, in quo non præsumitur ignorantia, nisi quando de iure præsumitur, vt tradit Soccin. in fallent. 175. post Bart. in l. non fatetur, si de confess. Abbas in d. cap. ab excommunicato, nec si sunt infamatoria, aut continent criminalitatem, vt latè tradit Neuiz. in Sylua nupt. in verbo monitoriè prob. in cap. 2. de constit. in 6. & nos latissimè diximus in praxi cap. 1.

6 Tertio ex Concil. Trid. dicto cap. 3. in omni causa, vti debet Iudex Ecclesiasticus excommunicatione in subsidium quando exequutio realis, vel personalis fieri non potest, de quo Genuens. in praxi cur. Archiepisc. cap. 77.

7 Quarto Iudex Ecclesiasticus ex supradictis non sit facilis ad faciendum plura statuta continentia excommunicationem, & desuper non sit promptus ad excommunicationem, vt tradit Turrecrem. in c. fin. quis 11. quæst. 3.

8 Quintò vigilet Iudex ne excommunicationem in aliquem ferat propter iniuriam propriam, cap. inter querelas 23. quæst. 4. quod intelligitur quando iniuria concernit solum Episcopum, secus si redundat in dedecus Ecclesiæ, vel si excommunicet pro defensione sua, quia licet vim vi repellere, cap. dilecto de sentent. excommun. in 6. vt declarat Turrecrem. in dicto cap. inter querelas, & vim vi repellendo pro defensione sua, vel iurium Ecclesiæ potest excommunicare nullo iuris ordine seruato, Innocen. in cap. venerabil. de censibus.

9 Adhuc animaduertendum est, quod Episcopus excommunicans iniustè sine scriptis, aut monitione, aut alias iniustè ex ignorantia crassa, vel supina peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem cum grauiter lædat proximum, Turrecrem. in cap. illud 11. quæst. 3. Nauarr. c. 27. n. 8. cap. sacro de sent. excomm.

Et prꝛterea notandum est, quod Episcopus tenetur denunciare excommunicatos, vt resipiscant, & conuertantur aspicientes cõfusionem suam, dum ob aliis vitantur, & non potest dissimulare, cap. curæ 11. qu. 3. Abb. & Doct. in cap. pastoralis, §. verum de appellat. & denunciat. quæ denunciatio, est facienda nominatim, vnde si excommunicatus declaretur Ioannes cum eius sociis, vel fautoribus, nisi illi essent notorij non essent vitandi, Innocent. in cap. in Lateranensi de præbendis.

PRAXIS

PRAXIS EDVCATIONIS PVELLARVM, intus Monasteria Monialium.

RESOLVT. CCIV.

1 *Puellæ possunt educari in Monasterijs.*
2 *Puella, quæ educatur in Monasterijs non potest retinere ancillam.*
3 *Habitus puellæ, quæ ingreditur Monasterium qualis esse debeat.*

Causa Educationis, num liceat Puellis Monasteria Monialium ingredi.

1 INter alios casus, quibus fœminis permittitur ingressus Monasteriorum Monialium est, & illa si causa educationis illuc velint ingredi, nam Sacr. Concilii declaratio censuit, nullo Concilii Decreto prohiberi, quò minus puellę in monasteriis monialium educentur, si tamen eadem monasteria ante Concilium consueuerint, huiusmodi puellas recipere, & quæ à Superioribus Monasteriorum, scriptam licentiam impetrarent, atque Abbatissæ, & reliquarum monialium consensus accesserit, & quod ipsæ puellæ, eo modo in monasteria intromittantur, qui virginali pudori, ac modestiæ conueniat, nullamque secum famulam adducant, nec in eo manere possint, nisi vsque ad ætatis suæ annum 25. & quod ex eo dum exeunt, eandem ferrent clausuram, quam moniales ipsæ, & si semel exierint nullam habeant ad ea reuertendi facultatem, vt ex litteris eiusdem Congregationis ad Episcopum Hieracensem, quas se vidisse testatur, Passarellus, & refert Sorbus in suis Annotationibus ad prædictum compendium super dicto verbo in versic. de puellis autem, quinimò ipse vidit alias multas superinde declarationes ab eadem Congregatione factas, quas, hic rescribere, duxi non esse superuacaneum, maximè quod aliqua illa amplexantur capita, quorum veritatem non ignorare vtillimum fore iudicaui (Puellæ sęculares non prohibentur, quin in Monasteriis monialium conuerti possint, seruanda, tamen sunt instituta cuiuslibet Monasterii, nec nisi de consensu Superioris
2 eiusdem Monasterii admittendæ. Item puellæ, quæ educationis gratia degunt in monasteriis debent ibi manere sine ancillis, nec inde exire, nisi non reuersurę, possint, & obligatæ sunt ad clausuram, & ad cætera, sicut ipsæ moniales; item statutum est, de puellis, quæ propter tenues facultates, vel inopiam domi suæ tutari nequeunt, ac eisdem de victu a propinquis suppeditatæ sunt in monasteriis collocandæ, Item puellæ educationis gratia stare possunt in monasteriis monialiũ, quando seruant omnia, ad quæ tenentur ipsæ moniales, cap. tamen 14. & 16. huius sess. 25. locum non habet in dictis puellis, item puellæ, quæ educationis gratia in monasterio monialium recipiuntur, recipi debent de consensu Abbatissæ, & monialium, & de consensu, & de licentia in scriptis Superioris, earundem, debentq; in monasterio sine ancillis manere, & si semel ab eo exierint, non sunt amplius in eo admittendæ, illis autem licentia dari debet, inde ad balnea curandæ ualetudinis causa exeundi, ijsdemque permitti, vt in idem monasterium redire possint, item Episcopus potestatem facit puellæ redeundi, & commorandi in monasterio, in quò alias commorabatur causa educationis, & si in eò non exiuit morbi sui curandi causa, modo id fecerit de eius licentia, & quod seruentur
3 omnes conditiones, quæ alias in alijs literis, huiusmodi eisdem præscriptæ fuerunt, (ac demum alijs omissis illam refero, quæ subscriptis concipitur verbis;) Puellæ, quæ de licentia Superioris monasterij, de eò exierint curandæ valetudinis causa, rursus in eò admitti debent, modo ab earundem Superiore licentiam in scriptis impetrent, & Abbatissæ, ac reliquarum monialium accedat consensus, & eò vestitu in Monasterium intromitti debent, qui virginali modestię, ac pudori conueniat, nullamque suam famulam ducant, & dum ibi erunt, seruare debent clausuræ eandem legę, quam moniales seruant, neque ibi permanere permitti debent vltra ætatis suæ annum 25. quò ex loco si semel exierint, nullam postea reuertendi habeant facultatem, his tamen temporibus, nonnisi præcedente licentia Sacræ Congregationis Regularium licet.)

RESOLVT. CCV.

1 *Decretum de numero monialium non obstat in introductione puellæ in Monasterio monialium.*

Vt Puella possit recipi in Monasterium causa educationis, quæ concurrere debeant.

1 PVellas etiam causa educationis in monasterijs monialium recipi posse, nec illis obstare Decretum de numero monialium determinatione rescripsit Sacr. Congreg. Concil. Episcopo Hieracen. quod rescriptum refert Quar. in summ. Bullar. in ver. monasteria monialium, vt sequitur.

Reuerendissime Domine ex sacra Congregat. Cardinalium, Tridentini Concilij Interpretum Amplitudinis tuæ nomine quæsitum est, an puellæ in monasterijs monialium educationis causa permanere possint, ij verò sic censuerunt ad te scribendum, iam dudum ab eadem Congregatione statutum esse, nullo Concilii Decreto prohiberi, quominus puellæ in monasterijs monialium educentur, si tamen eadem monasteria ante Concilium consueuerint, huiusmodi puellas recipere, si à Superioribus monasteriorum scriptam licentiam impetrarint, atque Abbatissæ, & Reliquarum Monialium consensus accesserit, tum verò hæ ipsæ puellæ, eò vestitu in monasteria intromittantur, qui virginali pudori, ac modestiæ conueniant, nullamque secum famulam adducant, nec manere in eis possint, nisi vsque ad ætatis suæ annum vigesimumquintum, atq; in eis dum erunt, eandem seruent clausuræ legem, quam moniales ipsæ, & si semel exierint, nullam habeant, ad ea reuertendi facultatem, proinde Congregatio; his litteris, impertiendam tibi hanc facultatem duxit, vt quotiescunque in ista tua Ciuitate, & Diœcesi Hieracensi, id expedire amplitudo tua iudicauerit, possit permittere puellas in monialium monasteria, in quibus piè, & honestè instituantur introduci, adhibitis tamen conditionibus, suprascriptis, & bene in Domino, valebit, Romæ die vlt. Augusti 1575.

Amplitudinis tuæ vti Frater.
Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti.

Et reassumendo dict. declarationem in summario.

Primo requiritur, vt educentur sine ancillis.

Secundo, si semel egrederentur, non amplius possunt illuc reuerti.

Tertio, tenentur ad Clausuram obseruandam, quẽ admodum ipse moniales.

Quarto, quod recipiantur cum licentia in scriptis Superiorum.

Quinto, & de consensu Abbatissæ, & monialium.

Sexto, quod si ob ægritudinem curandam, de licentia tamen Superioris, vt supra de consensu Abbatissę, & monialium exierint à monasterio, rursum in eò admitti debent, cum licentia Superioris, & de consensu Abbatissæ, & monialium.

Septimo, quod vtantur eò vestimento, quod Virginali modestiæ, & pudori conueniat, & eadem conditiones debent obseruare Viduæ, quæ ibi manent, licet istæ Viduæ de cætero non sunt recipiendæ in Monasterijs, nisi moniales fieri voluerint, & Sacr. Congreg. declara 156. & 214. & 475. & 122. & 57. censuit.

RESOLVT. CCVI.

1 *Parentes cogentes filias ingredi monasteria quando incurrant excommunicationem, & qualis coactio sit necessaria, n. 2. & de quo ingressu intelligatur, n. 3.*

An cogentes fœminas intrare Monasterium, educationis causa incidant in excommunicationem, latam in Concil. Trid. sess. 25. cap. 18.

1 REspondeo distinguendo, vel dictæ fœminæ sunt impuberes, vel sunt puberes, si sunt impuberes, dico parentes, illas cogentes non incurrere in hanc excommunicationem, nam pater, & mater ex iure Canonico, vt probat Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. cap. 19. num. 8. & 9. habent ius naturale, offerendi filios Religioni, & talis filius sic oblatus tenetur obedire patri ordinanti suam educationem, & antequam annos suæ pubertatis attingat, non potest a Monasterio exire, & hoc ius canonicum non fuit hic a Concilio reuocatum, & ita hanc sententiam in terminis docet, Suarez de relig. tom. 3. lib. 3. cap. 9. n. 4. & Portel. in addit. ad dubia, regul. ver. clausura monialium, nu. 4. quidquid postea, quod valdè miror dubitanter asserat, in ver. moniales, n. 18. si autem dictæ fœminæ cogantur intrare monasterium puberes, ideſt post annos duodecim incurritur excommun.

Ampliatur supradicta conclusio, etiam si cogentes non dicant, vt intrent ad habitum suscipiendum, neq; ad professionem emittendam, sed solum, vt ibi maneant, cum habitu sæculari, vsque ad occasionem nubendi, ita Raynerius in Catalogo censur. cap. 6. excom. 63. Megala instruct. cas. conscient. in 3. p. lib. 4. cap. 6. n. 100. Ledesma in addit. ad sum. tom. 2. tract. de statibus, cap. 5. concl. 8. Zerola in praxi Episc. p. 2. ver. moniales, quæst. 13. & Filiuc. tom. 1. tract. 14. c. 6. nu. 89. & ante omnes, Nauar. conſ. 56. de sentent. excom. in 1. edit. & conſ. 6. de regul. in 2. edit. Suarez de relig. disp. 23. sect. 15. n. 9.

2 Limitatur nunc supradicta principalis conclusio, tunc cogentes fœminas intrare monasterium incurrere in dictam excommunicationem, quando coactio illa ingressus efficeretur in ordine, vel cum animo ad postea suscipiendum habitum Religionis, siue suasionibus monialium, siue alia via, secus si hoc nullo modo intenderent ipsi cogentes, tunc enim non incurrerent, ita ex Emanuel, Rodriq. in sum. to. 2. c. 8. num. 9. Portell. in addit. ad dubia regul. ver. moniales, n. 14. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 4. n. 12.

3 Intellige secundo, vt Concilium non loquatur de omni ingressu Monasterij, sed de illo, qui per se ordinatur a parentibus ad susceptionem habitus, & sub hac conditione, seu pactione fit, igitur secundum Suarez, videtur tunc cogentes fœminas intrare Monasterium incurrere in excommunicationem, quando haberent animum, vt vbi in vita permaneant, & suscipiant habitum, secus autem si habeant animum, vt ibi custodiantur, vel etiam, vt paulatim afficiantur, & postea si noluerint habitum suscipiant.

RESOLVT. CCVII.

1 *Aetas duodecim annorum requiritur, vt puella possit ingredi Monasterium.*
2 *Episcopus nequit dispensare in hac ætate.*
3 *Annus cæptus habetur pro completo.*
4 *Aetas necessaria ad Cathedrales inferiores quænā sit.*

Cuius ætatis debeat esse puella, vt admitti possit ad educandum in Monasterio Monialium.

1 CVm quis Religionem ingredi habitumvè Regularem suscipere intendit duodecim annos expleuisse oportet, si mulier sit, ita sentiente sacro Concil. Trid. in c. 17. sess. 25. de regul. quod si vir, in ea debet esse ætate, quam eius ordinis, in quò recipitur, etiamsi mendicantium fuerit, regularium instituta, & ordinationes requirunt, ex decreto Clem. VIII. sub die 18. Martij 1603. cuius verba refert Quarant. in sua Summa Bullar. in verbo monasteria regularia.

Amplia procedere suprapositam conclusionem in multis casibus.

Et primo etiam in monasteriis sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, nam non reguntur, sed tunc sub immediata Sedis Apostolicæ protectione, non solum quoad clausuram, sed etiam in aliis omnibus ab Episcopo corrigi possunt, id Concil. loc. cit. c. 9. tanto magis monasteria, si quæ reperiuntur omnimodè subiecta Episcopo, ab ipsomet in omnibus corrigi, & gubernari debent.

2 Amplia secundo, ut non possit dispensare, ut puella quæ 12. annum non compleuerit possit habitum in monasterio suscipere, vt ex Armendar. in addit. ad leg. Nauarr. lib. 2. tit. 1. l. 7. n. 41. tradit Nouarius concl. 9. n. 2. de ætate, vbi etiam asserit a Sacr. Congreg. responsum fuisse Anno 1580. quod si puella in 12. ætatis Anno matrimonio coniuncta, & Religionem ingressa sit, cogendum sponsum per quatuor annos expectare, vsque dum illa profiteatur.

Amplia tertio, ut in hac materia non procedat regula, quod annus cœptus habeatur pro completo, ex latè traditis per Surdum in decis. 178. vnam vbi fit mentio de anno intelligere debemus de perfecto, Archid. in cap. fin. de iudic. in 6. Abb. in c. cum in cunctis, in princ. de elect. & dicit Bald. in l. ex his in 2. oppos. C. quando dies, quod vbi lex, uel homo non declarat, tempus debet esse perfectum, & magis propriè dicitur annus, quando est perfectus, quam ubi est imperfectus, ut inquit Aretin. l. si cui, ff. deleg. 1. quinimò annus non est in rerum natura, si non est perfectus, ut dicebat Iacob. Put. citat. a Lancell. Dec. in d. l. si cui, & in dubio tempus assignatum debet esse cõpletum, glos. d. cap. cum in cunctis, in c. Subdiaconus, ubi Alex. nu. 5. Bald. in cap. ex his n. 3. & 4. ubi ait, quod hæc est propria vocis significatio, nisi aliud suadeat coniectura, voluntatis, uel æquitatis, Abb. in c. cum in cunctis n. 6. de elect. Arch. in c. ad nostram de regular. Natta pulchrè conſ. 461. Oddus de restit. in integr. q. 2. n. 51.

4 Pro qua opinione facit, quod ætas viginti duorum annorum necessaria ad dignitates in Cathedralibus inferiores, in quibus nulla inest cura animarũ, vt per Sacr. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. vers. ad cæteras autem, debet esse completa, adeò ut non sufficiat vigesimum secundum annum esse cœptum, ut per Mandos. de ætat. minor. cap. 5. n. 10. Leil. de iust. & iur. cap. 34. lib. 2. n. 108. dicens illam formulam, nè sit minor viginti duobus annis insinuare illos viginti duos annos debere esse completos, & ita sacram Congregationem determinasse testantur Garzia de benefic. part. 7. c. 4. nu. 70. & Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontificij, conclul. 3. n. 2. de ætate, qui tamen nu. 3. plures contra dicentes refert.

Sed deueniendo ad Articulum propositum, sciendũ est pro resolutione, quod Sac. Congreg. declarat. 468. censuit, quod puellæ educationis causa in monasterijs monialium permitti debent, vsq; ad decimum quintũ annum ætatis suæ, & alia quæ est 445. hic posset esse dubium, qua ætate puellæ educationis causa possint recipi in monasterijs, ad hoc respondetur, me non inuenisse circa hoc declarationem aliquam, sed putarẽ non debere recipi, nisi ad minus septem, aut octo annos expleuerint, quod fundatur ratione, quia non deceret in monasterijs teneri infantulas, quasi in cunis, vel cum obstetricibus, & potest a simili deduci per ea quæ dicit Sacr. Congreg. de cler. recip. in semin. c. fin. sess. 23.

fess. 23. qui debent esse 12. annorum, uel in ætate requisita ad sponsalia, quæ est septem annorum expletorum, cap. licet de sponsal. Couarr. de sponsal. cap. 2. num. 2. part. 1.

RESOLVT. CCVIII.

1 *Declaratio Sacræ Congregationis refertur.*
2 *Repentini casus important necessitatem.*
3 *Scandali euitandi causa licet recedere à regulis iuris.*

An mulieres, quæ habent suspicionem ne eis aliqua vis inferatur à Maritis, possint reponi in Monasterijs Monialium causa educationis.

SAcra Congregatio censuit in hæc uerba. *Mulieres quæ sunt in discordia cum Marito, & eius sæuitiam timent, si extra culpam sunt, quamdiù iustam causam timendi habuerint, debent si sunt in Monasterijs tolerari in posterum, verò huiusmodi mulieres non debent recipi, si verò mulier aliqua venerit in suspicionem marito, quò timet, ne ab eo aliqua vis ei inferatur debet permitti, vt possit ingredi monasterium monialium, si modo constitutiones Monasterij non repugnant, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium, & causa cessante ingressus, debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem Monasterium ingredi poterit, & tenetur ad clausuram, sicut aliæ Moniales, & stare sine ancillis, &c. ita Sacr. Congregat. declarat* 132. & hoc fouetur iure communi, prout habetur in cap. de benedicto 32. quæst. 1. Sylua tract. de benefic. 4. part. quæst. 7. nu. 18. uer. 104. & Nauar. consil. 5. de diuort. dicit Episcopū hoc posse, & licet Apostilla, ibi dicat Sacram Congregat. dedisse quandam formulam circa hoc, & ideò succedente casu recurrendum esse ad eam, tamen ego uidi formulam, & est ut primo conueniat constitutioni Monasterii, secundo de consensu Abbatissæ, & Monialium, tertio sine ancillis, quarto ut seruet clausuram, ideò censeo succedente casu repentino, posse Episcopum hoc facere, quia in casibus repentinis, & periculosis non potest, ita facilè haberi recursus, & ita uidi practicatum in multis Ciuitatibus Regni, & præcipuè in Alma Vrbe Neapolis, dum ibidem assisterē
2 Superior, repentini enim casus important necessitatem, quæ necessitas facit licitum, id quod aliàs est illicitum, cap. quod non est licitum, de reg. iur. in 6. cum aliis concordantibus, de quibus apud Nouarium forens. quæst. 28. n. 10. lib. 1. Vbi quod necessitas legi non subiacet, ex l. 1. ff. de offic. proconsul. l. 1. Cod. de oper.
3 libert. l. pro tyronibus, C. de priuileg. & ad euitandum scandalum licet à statutis, & regulis iuris recedere, quasi quod tacitè leges ipsæ, id patiantur, quia uidetur inesse causa, quæ regulariter excusat, quia in omni edicto rationabilis excusatio est excepta, cap. ex parte de officio delegati, cap. quoniam de rescriptis facit, cap. eò noscitur eod. tit.

Respectu autem viduarum eadem Sacra Congregatio censuit inquiens, (Viduæ quæ viris mortuis honestatis causa se contulerunt in Monasterium, modo sint bonæ existimationis, & famæ, legibusque monialium pareant, tolerari debent, nisi moniales fieri velint, & iterum. Viduæ Nobiles, quibus permittitur ingredi Monasterium, his conditionibus, vti debent, vt nullas secum ducant ancillas, & eo animo ingrediantur, vt nolint, inde amplius exire, & dum apud Moniales sunt his clausuræ finibus, & legibus teneantur, quibus ipsæ moniales.

RESOLVT. CCIX.

1 *Morari puellis conceditur intra vigintiquinque annis, & ita dicitur decisum per sacram Congreg. n. 2.*

Puella educationis gratia ingressa Monasterium intra quantum tempus exire debet.

FVi quandoq; consultus à variis Prælatis intra quātum tempus puella, quæ ingressa est Monasteriū causa educationis, postea exire deberet, & semper re-
1 spondi, quod postquam præteriit tempus annorum vigintiquinque, intra quod illic morari conceditur ex causa educationis, si statim puella non egreditur, neque ipsa, neque alia quæuis incidit in excommunicationis labem, siuè censuram, sed potest Episcopus terminum constituere intra quem eligat puella vtrum velit monialis fieri, aut à monasterio egredi, iuxta quandam declarationem sacræ Congregationis Eminentissimorum Sacri Concilij Interpretum, vt testatur Thesaur. fori Eccles. cap. 16. num. 54. par. 2.

PRAXIS INTERSTITIORVM CIRCA ORDINVM Susceptionem.

RESOLVT. CCX.

1 *Ordines vno die conferri non possunt, sed quid si extet consuetudo, num. 2.*
3 *Et quid fauore Carthusianorum.*

Interstitia temporum inter vnum, & alterum ordinem minorem, An, & quæ debeant concurrere.

1 MInores ordines, licèt vno die omnes non possint conferri, secundum glos. verbo minores in cap. 2. de eo, qui furtiuè ordines suscepit, Mandos. super reg. cancell. 24. de malè promotis, q. 1. n. 6. Rebuff. super reg. 23. cancell. vers. item cupiens Guttierez, canon. lib. 1. c. 26. n. 31. & 32. Henriq. lib. 10. c. 11. num. 4. Bonac. de Sacram. disput. 8. q. vnic. punct. 5. n. 36. nihilominus propter verba, Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. videlicet (atq; ita de gradu in gradum ascendāt, vt in eis cum ætatæ vitæ meritum, & doctrina maior accrescat) laudabilius erit abstinere, nisi immineret necessitas, vel alia vrgens causa bene visa Episcopo, & in specie postea firmant Miranda in man. præl. q. 38. art. 5. concl. 2. & Antonin. var. resol. lib. 1. resol. fin. casu 26. & in Concil. Brach. vlt. art. 2. c. 1. relinquitur prudentiæ Episcoporum, an simul, vel per interstitia temporum debeant conferre Ordines minores, inter vnū igitur, & alterum minorem ordinem poterit esse interuallum, quod daretur de vno die festo ad alium proximum, cum singulis diebus festis conferri possint, vt dicimus, ita Sorbus in comp. mendic. verb. ordo, vers. & sic bene, Campan. rubric. 6. c. 3. nu. 13. quod verum iudico, uel tutius interueniente interuallo, de vno ex temporibus generalium ordinationum; ad aliud tenent, Vgol. de potest. Episc. c. 26. §. 27. nu. 4. &
2 Maiol. de irregul. lib. c. 24. nu. 13. tamen si consuetudo adesset, quæ permitteret minores ordines, & primam tonsuram vnica die conferri, seruanda est, vt asserunt Siluest. verb. ordo 2. nu. 7. vers. 3. Rebuff. vbi proximè, & Henriqu. d. §. 4. Campan. 1. diuers. iuris Canonici, rubr. 6. cap. 2. nu. 20. & decisum refert, Armendar. ad recopil. legum, Nauarr. lib. 1. tit. 18. l. 1. nu. 57. & etiam illa non obstante, si quis vno, eodemque die omnes ordines minores, vel primam tonsuram cum minoribus receperit, nullam incurret irregularitatem, ita Auila de censuris par. 7. disput. 9. sect. 1. dub. 4. Sayr. in eod. tract. lib. 7. c. 10. nu. 22. Valentia tom. 4. disput. 7. quæst. 19. punct. 3.

Scire tamen debet, quod fertur declarasse Sacram Congregat. in Anno 1597. Carthusianos clericali tonsura insignitos, vno eodemq; die posse promoueri ad ordines minores, propter eorum vitam solitariam, vt

fatetur Genuen. in praxi curiæ Archiep. Neapol. c. 81. sub n. 1. in antiqua impressione.

RESOLVT. CCXI.

1 *Ordines conferendi seruatis temporum interstitijs.*
2 *Ordines Sacri duo non possunt conferri.*

Interstitijs temporum seruatis Ordines quare sint conferendi.

1 SEruatis temporum interstitijs conferendi sunt ordines, videlicet vno anno elapso post susceptionē vltimi minoris ad Subdiaconatum, iterum ad Diaconatum post annum, & post alium ad Presbyteratum, vt habetur in Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. 13. & 14. nam interim ordinandi commodius doceri poterunt, quantum sit ordinis, quem suscipiunt, pondus, & dignitas, & cum ætate meritum vitæ, ac doctrina maior accrescere poterit, vt habetur in Concil. Trid. quod ad hoc citat Vgolin. de potest. Episcopi cap. 26. §. 27. num. 2. & alia adducit Graffis de effect. b. cleric.
2 in prælud. nu. 326. cum seqq. nullus autem Episcopus absque speciali, & particulari priuilegio, & indulto de nouo concesso, conferre potest alicui, etiam Regulari, duos sacros Ordines in vna, & eadem die, etiam si ad id faciendum prætendat habere se quantumcunq; legitimam nimis vrgentem, & rationabilem causam. Miranda in manual. Præl. tom. 1. quæst. 38. art. 5.

RESOLVT. CCXII.

1 *Ordines minores, & Subdiaconatus non possunt conferri non seruatis interstitijs.*
2 *Ordo sacer post ordinem minorem susceptum quando statim suscipi potest.*

Subdiaconatus Ordo, & alij Minores vna eademq; die, An possint conferri non seruatis interstitijs.

1 DIcendum est absque difficultate, quod Subdiaconatus ordo, & alij minores non seruatis interstitijs in eadē die sine Papæ licentiæ conferri nō possunt, cap. 2. de eo, qui ordin. furt. suscepit, quinimo hodie,
2 ne dum simul dari non possunt, sed nec infra annum, cum non nisi post annum a suscepto postremo gradu minorum Ordinum ad sacros quis promoueri possit, nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas aliud exposcat, vt habetur in Concil. Trid. sess. 23. de reform. c. 11. cuius Concilij decretum arbitrio Episcopi remittit facultatem abbreuiandi interstitia, non autem promouendi, vel dispensandi, vt promoueantur vno die, ad duos sacros, vel vltimum minorum cum primo sacrorum; ita Menoch. de arbit. casu 264. n. 6. Maiol. de irregul. lib. 4. cap. 11. post nu. 1. & lib. 3. cap. 24. post nu. 13. Salzed. ad Diaz. cap. 25. vers. vna eadem die non tamen, Concilio dicto loco aufert consuetudinem, quæ permitteret, vt possint simul minores dari cum Subdiaconatu, nam vbi ea extaret, licitè his quoque temporibus, eos simul conferret Episcopus, vt tenent Nauar. in Manual. cap. 25. num. 21. vers. 8. Rebuff. in praxi benef. tit. de Clericis male promotis, glos. 1. nu. 18. Sorb. in comp. priuileg. mendicantium, verbo ordines sacri vers. & licet Guttierez, canon. lib. 1. c. 26. nu. 31. & 32. Viuald. in candel. aureo tit. de Sacramento Ordinis num. 36. Henriq. in summ. lib. 10. c. 11. §. 4. Suar. tom. 5. disput. 31. sect. 1. num. 41. Eman. quæst. regul. tom. 3. qu. 23. art. 4. quamuis ab ipso Concilio sublatam esse omnem contrariam consuetudinem existimant. Menoch. de arbitr. indic. casu 563. nu. 8. Salzed. ad Diaz. cap. 25. vers. vna eadem die, Maiol. de irregular. lib. 4. cap. 11. num. 1.

RESOLVT. CCXIII.

1 *Anni cursus qualiter detur inter vnum Ordinem sacrum, & alterum.*
2 *Anni sunt computandi iuxta Ritum Ecclesiæ.*

Anni cursus, qui inter vnum, & alterum ordinem interuenire debet, qualiter computari debeat.

1 PRo vera resolutione huius articuli firmanda est conclusio, quod anni cursus, qui inter vnum, & alterum ordinem debet interuenire non opus est, quod habeat trecentos sexaginta quinque dies, quo tempore annus conficitur, sed sufficit aduenisse, eandem solemnitatem, & diem anni subsequentis, in quo anno transacto alium suscepit ordinem, & ita interstitia non sunt mathematicè interpretanda, ita vt ordinandus nequeat ad ordines promoueri, nisi inter vnum, & alterum ordinem moram traxerit duodecim mensium completorum, sed moraliter, & iuxta ritum Ecclesiæ, videlicet ab vna Quadragesima ad aliam, & a Pentecoste, licet, inter primam, & secundam Pentecostis solemnitatem, non sint elapsi duodecim menses, prout ita decisum fatentur, Sorb. in compend. mendic. in verbo Ordines sacri, vers. circa id. Episcop. Minorens. in praxi episcopal. in verb. Ordo, vers. ad quartum circa med. par. 1. Vgolin. de potest. Episcopi, cap. 26. & §. 27. num. 6. & alii communiter, & vide Nouarium in suo opere noui iuris Pontificij, conclus. 8. sub
2 num. 3. vers. at contrarium sub rub. de ætate, vbi quod anni computandi sunt iuxta ritum, & vsum Ecclesiæ, & allegat Fornar. de ordin. c. 3. n. 9. & Bonacin. de Sacrament. disput. 8. quæst. vnic. §. n. 15. licet loquatur de ætate requisita in volentibus ascendere ad sacros Ordines, quo in casu non defuerunt contrarium tenentes, quos ipsemet Nouarius adducit ibidem, vbi inter alios me quoque pro hac contraria opinione adducit, vt pro legitima Ordinum sacrorum ætate non sint computandi dies bissexti, nec de illis curandum est, eo quia annus a iure determinatus intelligitur ex trecentum sexaginta quinque diebus continuis, vt apud Henriqu. in summa lib. 10. cap. 19. §. 2.

RESOLVT. CCXIV.

1 *Ordines possunt conferri non seruatis interstitijs ex dispensatione Episcopi, vel Capituli sede vacante, n. 2.*
3 *Abbates possunt dispensare cum eorum subditis circa interstitia.*

Ad quem nam spectet dispensare super Interstitijs.

1 QVamuis seruatis temporum interstitijs conferendi sint ordines, Episcopus tamen cum ordinandis ex causa bene valet in huiusmodi interstitiis dispensare, vt cautum est in Conc. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 14. ibi nisi ob Ecclesiæ vtilitatem aliud Episcopo videretur.
2 Quæ quidem facultas Episcopo concessa transit ad Capitulum Sede vacante, vel eius Vicarium, Quarantā in summ. Bullar. in verbo Capitulum, vers. 3. Piaseg. in praxi Episcop. cap. 1. n. 50. part. 1. in magnis, Graff. de effect. Cleric. in prælud. num. 339. Armendar. l. in addit. ad recopil. leg. Nauarr. lib. 1. titul. 18. l. 7. de Episcop. num. 57. Vbi testatur ita decisum, quos refert, & sequitur Nouarius in suo iure Pontificio nouo, tit. de dispens. num. 2.

Amplia supradictā conclusionem procedere, vt dispensatio hæc interstitiorum spectat ad Episcopum, etiam respectu religiosorum, cum quibus dispensare valet ex causa, sibi per attestationem suorum Superiorum manifesta, Sorb. in compen. priuil. ord. mend. in verbo

in verbo ordines Sacri, vers. quoad secundum, vbi quod dispensatio hæc interstitiorum pertinet ad Episcopum, etiam respectu religiosorum, cum quibus dispensare potest ex causa sibi per attestationem suorum Superiorum manifesta, ita quod nefas sit Præpositis regularibus dispensare in hoc casu, Rodriqu. in explic. Bullæ Cruciatæ in fine, Henriquez in sum. lib. 10. cap. 23. §. 4. litt. L. confert. in collect. priuilegi sacri Ordinis folio 136.

3 Et in casibus, in quibus Abbates suis subditis primā tonsuram, ordinesq; minores possunt conferre per Conc. Trid. sess. 23. de reform. c. 10. poterunt cum eisdem dispensare in interstitijs, vt resoluit Campan. rub. 12. cap. 13. nu. 42. & vide Mirand. in suo manuali prælatorum tit. 1. qu. 38. artic. 7. conclus. 3. Vbi etiam eleuat dubium, sed non resoluitur, vtrum sibi erit, quādo huiusmodi Abbas, quia infirmus, siuè occupatus ad aliud, miserit subditos suos ordinandos, possit cum eis in interstitiis dispensare, (an hoc competat Episcopo ordinaturo,) quod tamen recenter non reliquit cogitandum, Nouarius in suo opere iuris Pontificii noui, concl. 3. sub n. 4. de dispensat. Vbi in propriis terminis voluit, non esse Episcopi, ad quem missus est regularis ordinandus, hoc iudicium facere, sed spectare ad Superiorem mittentem, & ita ait decisum per Sacram Congregat. ex Molfes. in summ. Theolog. moralis tract. 2. de sacr. Ordin. cap. 1. n. 56. tom. 1. Vnde idem Nouarius refert n. 6. ad Episcopum proprium spectare hanc dispensationem facere, qui vbi subditum suum alibi ad ordinandum mittit, in litteris dimissorialibus id expresè concedere debet, prout ita respondit Sacra Congregatio.

RESOLVT. CCXV.

1 *Episcopus cum ordinandis in interstitijs, ad eius libitum dispensare non potest.*
2 *Causa grauior requiritur in dispensatione inter Diaconatum, & Sacerdotium.*
3 *Causæ dispensationum referuntur ex Nouario.*

Iustæ causæ dispensationis interstitiorum, quænam sint.

1 LIcèt Episcopus cum ordinandis in huiusmodi interstitiis dispensare possit, non tamen ad eius libitum, atque arbitrium non regulatum aliqua legitima causa, vt habetur in Concil. Trid. sess. 23. de reformat. cap. 14. ibi (nisi ob Ecclesiæ vtilitatem aliud Episcopo videretur) ita Nauar. cons. 12. de tempor. ordinat. & additio ad eum cons. 19. de Voto, Miranda in Manuali Prælatorum, tom. 1. quæst. 38. art. 8. conclus. 3. & 4. Vgolin. de potestat. Episcopi cap. 26. §. 27. num. 3. Bonacin. de Sacramentis disput. 8. quæst. vnica puncto 6. num. 1. versic. grauiorem, vbi dicit grauio-
2 rem causam requiri in dispensatione interstitiorum inter Diaconatum, & Sacerdotium, quam inter cæteros ordines, nam Trident. Concil. in dispensationibus interstitiorum inter minores ordines, requirit solum arbitrium Episcopi; in dispensationibus interstitiorū, inter minores, & maiores ordines exquirit necessitatem, aut Ecclesiæ vtilitatem, in dispensatione verò interstitiorum inter Diaconum, & Presbyteratum, postulat Ecclesiæ vtilitatem, & necessitatem, ita ut non sufficiat Ecclesiæ vtilitas, verum etiam requiratur necessitas, quæ tamen necessitatis, vel utilitatis causa extraordinaria, aut publica, non requiritur, qua Concil. Trident. non remittere uidetur hoc negotium arbitrio Episcopi, & prudentiæ eius; posita ..ilitate Ecclesiæ, & necessitate quam Episcopus ..cundum circunstantiam loci, & temporis, aut iuxta ..onditionem personæ sufficientem iudicauerit, utranque approbant Sorb. in compendio priuileg. §. ordines sacri ad finem Emman. quæst. regul. tom. 3. qu. 4. art. 6. & 7. Menoch. de arbitr. casu 427. n. 30.

3 Taliter quod Nouarius in suo opere noui iuris Pontificii concl. 3. nu. 7. de dispensat. docet iustas causas dispensationis in huiusmodi interstitiis solere esse utilitatem Ecclesiæ, uel eius necessitatem, cuius quidem Ecclesiæ utilitas esset, quoties illa egeret personis, & ministris idoneis ad seruiendum, necessitas uerò esset, quando pauci essent ministri idonei, sed quādo deficerent idonei, & non idonei, affirmans pariter debere Episcopum aduertere idoneos ministros legitimis occupationibus esse detentos, & aliquando ob inualetudinem non residere in Ecclesiis, quo in casu putat Nouarius, & doctè quidem necessitatem simul, & utilitatem moraliter internenire, & consequenter iustam dispensationis causam præbere.

RESOLVT. CCXVI.

1 *Dispensatio super interstitis clarè est facienda.*
2 *Impedimentum Canonicum censetur sublatum per scientiam Episcopi.*
3 *Princeps promouendo inhabilem dispensat.*

Dispensatio super Interstitijs qualiter sit facienda.

1 SVper interstitiis temporum necesse est, ut Episcopus, uel alius ad quem spectat id agere, clarè dispenset, vel vt assumat ad ordines infra anni curriculum ordinandum, sciens, nondum esse elapsum tempus ab antea suscepto ordine ad sequentem, quia si ignorauit tacitè dispensare non videtur, vt notarunt Maiol. de irregular. lib. 3. cap. 24. n. 14. Salzed. ad Diaz. in pract. crim. cap. 25. vers. opportunè, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 563. n. 10. Grass. de effect. cleric. in prælud. n. 342. quos refert, & sequitur Nouarius in suo iure canon. nouo conclus. 3. n. 3. de dispensat.

2 Cuius opinionis ratio est, nam omne Canonicum impedimētum, cuius dispensatio ad Episcopum spectat, censetur sublatum, si illud sciens Episcopus ordinauerit, iuxta ea quæ resoluerunt Abb. in cap. veniens num. 2. & 4. de filijs presbyter, Bart. in l. Barbarius, n. 12. ff. de offic. prætor. vbi Ias. num. 10. Felin. in cap. prēterea num. 7. de testibus cogendis, Menoch. de præsumpt. lib. 2. qu. 20. num. 7. & sciens impedimentum, & eo non obstante, ordinans censetur tollere impedimentum, vt legitimè actum gerat, Glosa notabilis in cap. qui aliquando in verbo concubinas 52. distinct. quam ad propositum adducit Molfes. in summ. tract. 2. de Sacram. ordin. cap. 14. num. 10. tom. 1. nam princeps promouendo inhabilem scienter, secum dispensat, dato, quod non vtatur verbo dispensationis, Alex. in l. quidam consulebant ff. de re iud. Put. decis. 448. lib. 1. plenissimè Gabriel conclus. 8. de præsumpt. vbi ampliat id esse verum in inferiore à Principe supremo, vt tenet, Imol. in d. l. quidam consulebant, col. 4. vers. sed verus, taliter quod sola scientia sufficiat, nec requiratur, vt in literis promotionis sit expressa inhabilitas, Bar. in l. fin. col. 2. vers. & ideò fuit quæst. 6. de fruct. & lit. expens. Bellamer. decis. 698. & 746. Paris. cons. 44. n. 15. vol. 4. & ideò, vbi Capitulum promoueret inhabilem, vel indignum eo casu censetur dispensare, Specul. in tit. de dispensat. §. sunt quoque in fine Oldrad. cons. 329. colum. 2. & cons. 331. Bal. in l. eam quam col. 10. C. de fideicommiss.

RESOLVT. CCXVII.

1 *Pœna non incurritur ab Episcopo ordinante non seruatis interstitijs.*
2 *Recipiens ordines non seruatis interstitijs peccat.*

Ordinatus, & ordinans absque temporum Interstitijs, an aliquam pœnam incurrant.

1 EPiscopum ordinantem subditum non seruatis tẽporum interstitijs nullam pœnam incurrere, fundauit, Nauarr. consil. 4. de tempor. ordinat. nec ordinatum aliquam incurrere censuram, nec irregularitatem voluit, Zerol. in sua praxi Episcopal. in verb. ordo §. 8. par. 1. & post eum Sayr. decis. 56. de tempor. ordin. addo Suarez in tractat. de censur. disputat. 31. sect. 1. num. 43. Piasec. in praxi Episcop. cap. 1. num. 50. part. 1. Bonacin. de censur. disputat. 3. quæst. 6. punc-
2 to 5. num. 7. vbi tamen resoluit recipientem ordines non seruatis interstitijs peccare si faciat, absque licentia Episcopi, circa quod licet contrarium teneat Henriqu. in summa lib. 6. cap. 10. §. 3. tamen ego sum cum prima opinione, eo quia, vbi quis contra legem agit, peccat, vtique mortaliter ex cap. nam concupiscentia, vbi Doct. de constitution. alias leges per Canones, & Concilia frustra essent condita, quod non est dicendum, nam vbi sunt publicata, & recepta vtique obligant, & venientes contra eorum dispositionem peccant, vt omnes Canonistæ, Summistæ, & Theologi affirmant.

RESOLVT. CCXVIII.

1 *Episcopus familiarem suum ordinare potest, sed non potest cum eo dispensare super interstitijs, num. 2.*
3 *Lex, vbi dispensat quoad vnum, non videtur dispensare quoad alium.*

Facultas concessa Episcopi dispensandi in interstitijs, An procedat quoad familiares.

1 LIcet certum sit, quod Episcopus possit suum familiarem non subditum ordinare, vt legitur in sacro Conc. Trid. sess. 23. cap. 9. de reform. de qua materia nouissimè vltra antiquiores, Nouarius in opere iuris Pontificij concluf. 3. sub tit. de ordin.

2 Tamen aduertendum est, quod cum eo non poterit dispensare super interstitijs, vt in specie notat Nauar. consil. 27. de tempor. ordinat. Sayr. decis. 28. eod. tit. vbi quod Episcopus talis agere nequit ea ratione, quia cum Ordinarius suus facere non valeat nisi pro vtilitate, & necessitate Ecclesiæ, multò minus huiusmodi Episcopus extraneus, cui non est subditus familiaris triennalis videtur iudicare, posse de necessitate, & vtilitate Ecclesiæ non suæ, præsertim cum potestas ordinandi familiarem non suum triennalem non subditum, & dandi literas dimissorias exorbitans sit à iure communi, & differens à potestate dispensandi super interstitiis, & proinde ad illam non sit extendenda, cap. quæ à iure de regul. iur.

Quæ opinio eò fortius hodie procedit stante Bulla Sisti V. felicis memoriæ incipient. sanctum, & salutare edita de Anno 1588. de qua apud Sayr. decis. 27. cit. tit. de tempor. ordinat.

3 Et facit, nam vbi lex dispensat quo ad vnum, non videtur dispensare quo ad alterum, nisi expresè dicat, quia dispensatio est odiosa, nec est extendenda de casu ad casũ, imò nec valet argumentum in tali materia de maiori ad minus, & dispensatio super affinitate non extenditur ad publicam honestatem concurrentem, Nauarr. consil. 4. de consang. & affinit. & dispensatio eius, qui ob febrem, vel alium dolorem non valet recitare horas canonicas ad cæcum non extenditur, Sayr. decis. 7. de priuilegiis, Nauar. consil. 33. de celebrat. Missar.

PRAXIS ERECTIONIS NOVARVM Parochiarum.

RESOLVT. CCXIX.

1 *Ecclesia sine Episcopi consensu ædificari nequit, sed sufficit quod sit tacitus, num. 3.*
2 *Episcopus assignat locum ædificationis Ecclesiarum.*
4 *Consensus Episcopi sufficit, vt habeatur post constructam Ecclesiam.*
5 *Consensus Episcopi non requiritur in refectione Ecclesiæ.*

Noua Parochia an possit erigi per Vniuersitatem non adhibito consensu Episcopi.

1 ECclesia sine Episcopi consensu ædificari nequit, vt probat text. in cap. nemo, & in cap. placuit de consecrat. distinct. 1. & in cap. adhuc de relig. domibus, & in cap. cum olim 14. ver. insuper de priuileg. Authent. de Eccles. titul. 1. §. si quis autem collat. 9. & notant vltra alios Germon. de sacror. immunit. lib. 3. cap. 1. & 2. Fusc. de Visitat. lib. 2. cap. 2. Maurus alleg. 3. Reusner. decis. 1. num. 34. part. 4. & Duran. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 25. ego in praxi resolut. 11. part. 2. vbi si in ædificatione Cappellæ, vel oratorij requiratur
2 talis consensus, qui quidem Episcopus locum ædificationis assignat Crucem figit, lapidemque ponit primarium, vt post glos. in d. cap. nemo in verbo veniat, scribit Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 4. vbi etiam resoluit posse Episcopum per se, vel per alium tale primarium lapidem ponere, & Crucem fi-
3 gere, quod in dies videmus, & practicamus firmans quæst. 6. huiusmodi Episcopi consensum sufficere si sit tacitus, scilicet si Episcopus sciuerit Ecclesiam construi, & non impediuerit, neque contradixerit cum tamen facilè potuisset, ante eum, Sylua de benefic. p. 1. qu. 6. nu. 21. asserentem pariter consensum Episcopi
4 sufficere post constructam Ecclesiam, imò si in parochia esset Ecclesia, & vellet alia ædificari, & si accederet Episcopi, aut Prælati consensus id fieri nequit, absque etiam Parochi consensu, ne iuribus suæ parochialis Ecclesiæ præiudicium fiat, vt argum. cap. dilectus de Cappell. Monachor. voluit Guid. Pap. decis. 360. & scribit Crescent. decis. 1. num. 2. de oper. nou. nunciat asserens præstari cautionem de demoliendo, & quod interim pendente lite, non consecretur, sequitur Franc. Marc. decis. 1014. volum. 3. recenter, refert Nouarius in suo iure Pontificio nouo, concluf. 1. nu. 3. de Monasteriorum ædificatione, vbi etiam asserit in reparatione Ecclesiæ Episcopi, vel Prælati consensum non requiri, & glos. in cap. de Monachis 18. quæst. 2. Reusner. decis. 1. sub n. 32. lib. 4. nisi tamen esset in totum diruta, siue funditus distructa, & in tali casu requireretur Episcopi consensus iuxta doctrinam Felin. in cap. cum accessissent de constitut. vt in simili non licet Iudæis nouas Synagogas erigere, sed non prohibetur antiquas reficere, leg. fin. §. illud, C. de iud. cap. consuluit, vbi Doctor. extra de iudic.

RESOLVT. CCXX.

1 *Ecclesia in dubio præsumitur erecta auctoritate Episcopi maximè quando in ea diuina celebrata fuerunt, n. 2.*
3 *Licentia vbi requiritur in aliquo actu non præsumitur illa ex cursu temporis.*

Noua parochialis Ecclesia an præsumatur erecta auctoritate Episcopi ex diuturnitate temporis.

1 REspondi in facti contingentia, quod præsumatur in dubio Ecclesia Episcopi auctoritate erecta maximè quando haberet dotẽ, Calder. cons. 4. de religios.

gios. dõmibus Bellamer. in cap. super hoc num. 21. de renunc. Cæsar de Grassis decis. 13. nu. 5. de præben. &
2 dignit. vt etiam Parochialis Ecclesia Superioris authoritate, & consensu ex lapsu temporis erecta præsumitur, quando in illa diuina officia publicè celebrata fuerunt, vt plenè constat apud Gabriel. conclus. 1. n. 8. de præsumpt. Tiraquell. de legibus connubial. in ver. contracter. glos. 7. à num. 39. cum seq. Lamberteng. in tract. de contract. consens. glos. 7. n. 51. & seq. Anchar. cons. 136. vbi dicit pro Monasterio Monialium præsumi lapsu tẽporis triginta annorum Superioris authoritatem interceſſiſſe, Alex. cons. 45. vol. 3. vbi loquitur de lapsu decẽ, vel viginti annorum Afflict. decis. 268.
3 Gam. decis. 144. & 168. Rot. diuers. decis. 52. n. 41. vol. 3. quod est verum quando requiritur consensus, at secus si esset necessaria licentia in qua non sufficit cursus aliquis, Afflict. in c. 1. nu. 46. de prohib. feud. alien. per Lothar. Cost. de fact. scient. & ignorant. in ver. communia vtriusq; Iudicij neg. 18. n. 9. iuxta quorum sententiam voce consuluisse Reuerendiss. Antistiti Ciuitatis Nucerię Paganorum per supradictas authoritates, testatur Nouarius in iure Pontificio Nono concluſ. 1. n. 5. in fine de edificatione monasteriorum.

RESOLVT. CCXXI.

1 *Ecclesia vbi distat, potest erigi noua.*
2 *Incommoditas populi est causa erigendi nouam parochiã.*
3 *Deuotio populi operatur, vt possit erigi noua parochia iuxta Nouarij sententiam.*
4 *Religioni in dubio magis debemus fauere.*
5 *Ecclesiis construendis magis fauemus.*

Noua Parochia quando cogi erigi possit.

1 PRobat text. in cap. ad Audientiam de Ecclesijs ædificandis, quod vbi propter nimiam distantiam Ecclesiæ Parochialis Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina Officia audienda accedere non possunt, noua potest Ecclesia in ipsius parochia ædificari, & in ea Sacerdos sublato appellationis obstaculo ad præsentationem Rectoris, Ecclesiæ maioris certa portione de antiqua illi deputata poni, qui quidem text. innouatus, & ampliatus est per Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 4. his verbis (Episcopi etiam tanquam Apost. Sedis Delegati in omnibus Ecclesijs Parochialibus, vel Baptismalibus, in quibus populus ita numerosus sit, vt vnus Rector non possit sufficere Ecclesiasticis Sacramentis ministrandis, & cultui diuino peragendo, cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet sibi tot Sacerdotes, ad hoc minus adiungere, quot sufficiant ad Sacramenta exhibenda, & cultum Diuinum celebrandum, in ijs verò, in quibus ob locorum distantiam, siue difficultatem parochiani, sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda accedere non possunt, nouas Parochias, etiam inuitis Rectoribus iuxta formã constitutionis Alexand. III. quæ incip. ad audientiam constituere possint; illis autem Sacerdotibus qui de nouo erunt Ecclesijs præficiendi, competẽs assignetur portio, arbitrio Episcopi, ex fructibus ad Ecclesiam Matricem quomodocumq; pertinentibus, & si necesse fuerit, compellere possit populum eam subministrare, quæ sufficiat ad vitam dictorum Sacerdotum sustentandam, quacunque reseruatione Rot. decis. 484. n. 2. apud Farin. par. 1. recent.
2 vbi quod Parochias nouas erigendi iusta causa videtur incommoditas populi recipiendi Sacramenta, & audiendi Diuina officia, & num. 3. quod non sufficit quælibet distantia, sed ea dumtaxat, quæ præbet difficultatem, Parochianis accedendi cum magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & Diuina Officia audienda, eadem Rot. decis. 204. nu. 2. par. 2. recent. & decis. 745. nu. 2. d. part. 2. recen.
3 Quinimò secũdum Nouarium in allegatione inserta apud nos collect. 2911. etiam, quod nulla adhuc necessitas concurreret, sed sola deuotio populi, posse erigi, etiam inuito Rectore, nouam Parochiam, intra fines antiquæ, etiam si ex hoc matrici inferatur aliquod damnum, dummodo sit modicum, & non magnum ex hac sola ratione, quia ex prædicta fundatione, seu erectione nouæ Ecclesiæ augetur cultus Diuinus, cui Canones quantum possunt fauent, spreta etiã
4 particularium vtilitate temporali, vt patet ex text. in c. ex parte de constit. quia in dubio magis fauemus religioni quam alteri, leg. sunt personæ offic. de relig. & sumpt. funer. cum similibus, & Diuinum Cultum etiam Summi Pontifices maximè augeri cupiunt, vt habetur in cap. finali de restit. in 6. ibi minuitur cultus Diuinus, quem desideramus augeri, & ita prædicta omnia fundat Paulus de Cittadinis in tract. de Iure patronatus in 3. p. q. 1. causæ quem sequitur Lambert. in eod. tract. in 15. art. 3. q. principalis primæ partis primi libri, qui in finalib. verbis addit, quod tali casu absq; dubio nouæ Ecclesię fundator acquirit iuspatronatus illius, accedẽte tamen Diœcesani cõsensu, in fundatione prædicta, quæ procedunt cessante necessitate erigendi nouam Ecclesiã, vti tenet præfatus Paulus in loco cit. vers. ampliùs etiam hoc procederet cessante necessitate ædificandi, & Lambertin. ibid. vers. & hoc ampliat procedere cessante necessitate ædificandi.
5 Item quia magis iura fauent Ecclesijs construendis, quam constructis, quia per construendas augetur magis Religio, Anan. in cap. Apostolicę num. 2. de donat. Gizzarel. decis. 37. num. 6. part. 1. Nouarius forens. quæst. 1. tom. 2.

RESOLVT. CCXXII.

1 *Lex quando aliquid dicit ex causa faciendum, de causa constare debet.*
2 *Assertioni Episcopi quando non stetur, & quando nec Iudici asserenti credatur, num. 3.*
4 *Allegatio causæ facta ab Episcopo non sufficit pro erectione nouæ Parochiæ.*

Vt Parochia noua erigi possit, An credatur Episcopo loci Ordinario dicenti esse illam necessariam.

IVxta ea quæ in superiori resolutione affirmauimus, noua Ecclesia Parochialis non erigi debet in alterius Parochia absq; causa, cum de iure commuui prohibitum sit, & ex causa tantum necessitatis, seu magnę incommoditatis concedatur, prout dicit Glos. in c. ad Audiẽtiã in verbo Magna difficultate de Eccles. ædif. de qua quidẽ causa constare vtiq; debet eo quia quan-
1 do lex aliquid dicit, seu disponit faciendum ex causa, de causa cõstare debet, antequã fiat ordinatum, prout dicit Bar. in l. item si suspectus ff. de procur. Dec. in l. 1. nu. 7. vbi etiam dicit causam deberi inseri, vt actus iustificetur, cum recedatur à regula communi, & ibi etiã loci Seni, in princ. C. de eden. Cephal. consil. 421. n. 62. vol. 3. & latè Ias. in l. 1. num. 58. & ibi latissimè Purpurat. nu. 69. & seq. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisd. & optimè, Alciat. in tract. de præsumpt. in reg. 3. præsumpt. 9. colum. fin. in 5. fallent. & latè, & optimè in c. quod Sedem sub n. 13. & seq. de offic. ordin. vbi etiam dicit distinguendo ibidem num. 19. & seq. credendum
2 non esse Episcopo, seu Ordinario asserenti de causa, quando talis assertio tendit in præiudicium tertij, prout in casu nostro, quod prius voluit Angel. in consil. 107. in fin. vbi dicit, quod licet Iudici concedatur à iure, vt possit sibi auocare possessionem alicuius loci litigiosi ob suspicionem ne partes deueniãt ad arma,

nihilominus ad talem auocationem deuenire nequit, nisi de tali suspicione constet, & discutiatur parte presente de cuius præiudicio tractatur, & agitur, & quod
3 non creditur Iudici asserenti ita esse, nisi ex actis appareat, sequitur Cæphal. cons. 421. num. 60. vol. 5. ante eum, Iason. in l. 1. num. 60. ff. de offic. eius cui mandata est iurisdict.
4 Quare concludendum est non sufficere allegationem causæ factam ab Episcopo, nisi cum effectu aliter probetur, vt in proprijs terminis ex supradictis affirmant Monald. cons. 120. num. 5. & Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij conclus. vnica sub rubrica de Parochiis num. 6.

RESOLVT. CCXXIII.

1 *Ecclesia quantum distare debet ab altera.*
2 *Iustitia causæ erectionis nouæ Parochiæ, an stet apud Episcopum, & num. 3.*

Causæ Iustitia circa erectionem nouæ Parochiæ, An resideat in arbitrio Episcopi.

1 EPiscopi arbitrio reliquit Sacrum Concil. Trid. sess. 21. de reformat. cap. 4. vers. in ijs quantum vna Ecclesia ab altera distare possit, vt commodè Sacramenta sumere, inde possint Parochiani, prout resoluunt Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de erect. in curat. Paroch. n. 9. & Menoch. de arbitr. Iud. cas. 497. vbi quod iusta ratione factum est, vt Sedes Episcoporum, non multum inter se distent, vt scilicet vnus alteri opem ferre possit, cum opus erit, verum ambigi solet; quantum vnus Episcopatus ab altero distare possit, & debeat, & Iudicis arbitrio hoc relinqui censuit, glos. in cap. vult 80. distinct. Ita etiam Iudicis arbitrio relinquitur, quantum vna Ecclesia Parochialis ab altera distare possit, vt commodè Sacramenta sumere inde possint Parochiani, ita declaratur text. in ea ad audientiam el 1. vbi Doctor. de Eccles. ædif.
2 Ita vt hodie ex vi Sacri Concilij totam causam iustitiæ residere in Episcopi arbitrio, affirmat Barb. de potest. Episcopi alleg. 68. n. 4. par. 3. vbi allegat nos in prax. resolut. 476. n. 6. par. 1. in magnis.
3 Verum recentissimè Nouarius in suo Opusculo iuris Pontificij conclus. vnica num. 5. sub titul. de Parochis totum contrarium, & verius probat per hæc verba formalia, (Nec obstat, quod hodie de nouissimo iure tota causæ iustitia in Episcopi arbitrio resideat, ergo poterit ipse sine maioris partis Parochianorum consensu circa separationem agere, vt sentiunt isti moderni, siquidem respondeo hoc non reperiri cautum in sacro Concilio dicto cap. 4. circa materiam separationis Parochialium, sed circa portionem assignandam nouo Sacerdoti, & Curato, vt ex dicto Concil. apparet. Intantum, quod cum sacrum Concilium nullum verbum dicat, circa illud, quod prætendunt isti Authores assignare pro eorum ratione, ideo non veram appellare, illam possumus.)

PRAXIS CLERICORVM SALVATICORVM,

Ad ornatum Decr. Sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinalium de Mandato Sanctiss. D. N. olim Papæ Gregorij XV. editi.

RESOLVT. CCXXIV.

1 *Clerici saluatici non dicuntur verè Clerici.*
2 *Clerici saluatici dicuntur adscripti perpetuò Ecclesiis.*
3 *Clerici saluatici non gaudent priuilegio Canonis.*

Clerici Saluatici qui dicantur.

1 EGo semper existimaui Clericos Saluaticos minimè dici verè, & propriè Clericos, adeo quod si eis fuerit collatus aliquis ordo, quia tunc fruerentur omni clericali priuilegio tam scilicet Canonis, quam fori ex vi ordinis collati iuxta tradita communiter in cap. 1. & 2. de foro compet. cap. Clerici, & text. in cap. qualiter de iudicijs, & probatur in l. statuimus, Cod. de
2 Episcopis, & clericis. Sed potius dici personas adscriptas perpetuo seruitijs alicuius Ecclesiæ, & iuxta tex. in cap. indicatum de immunitate Ecclesiæ, vbi probatur apertè tales Clericos saluaticos propriè dici personas ascriptas seruitio Ecclesiarum à quibus recedere non possunt quemadmodum adscripti plebæi, vt habetur in l. cum satis de agricolis, & censitis lib. 11. vbi latè Lucas de Penna in 3. col. & latissimè Felyn. in cap. multorum, §. primo de Iudæis.
3 Et ex ijs deducitur optimo iure censuisse sacram Eminentissimorum Cardinalium Congregationem supradictos Clericos saluaticos, non gaudere canonis priuilegio, sed fori solummodo in criminalibus, cum priuilegium canonis præcipuè detur ratione ordinis clericalis. Nauarr. in cons. 24. de priuilegiis excepto Nouitio alicuius religionis, c. religioso §. 1. de sententia excommunicationis. Nauarr. in cons. 3. de foro compet. Sayr. in decis. 2. eod. titulo.

RESOLVT. CCXXV.

1 *Clerici coniugati gaudent priuilegio fori, quod declara in criminalibus secus in ciuilibus, vt n. 2.*
Et ideo carcerantur pro debito ciuili, & n. 3.
4 *Clerici saluatici, & coniugati nominantur sub rubrica pragmat. Regni.*
5 *Clerici coniugati differunt à saluaticis.*

Clerici saluatici, An sint idem quod Clerici coniugati.

VIdetur in aliquibus conuenire cum Clericis coniugatis.
1 Primò, quia Clerici coniugati gaudent priuilegio fori, quemadmodum gaudent saluatici, cap. 1. de clericis coniugatis, Clar. in praxi quæst. 36. Farinacc. de inquisitione qu. 8. n. 63.
2 Secundò, quia Clerici saluatici gaudent fori electione, prout & alii clerici, Nouarius in praxi elect. fori qu. 52. n. 13. sect. 2. in vltima impress. Neap.
3 Tertio conueniunt, quia quemadmodum per decretum sacræ Congregationis, clerici saluatici non gaudent priuilegio in ciuilibus circa gabellarum exemptionem, ita & clerici coniugati, Cappella Tholosan. in decis. 104. Cened. quæst. 4. num. 19. quam opinionem tenet Natta consil. 3. volum. 2. dicens posse carcerari pro debito ciuili, Guttierez lib. pract. quæst. 5. num. 5. pro qua opinione pondera text. in cap. 1. de clericis coniugatis in 6. vbi vltra priuilegium canonis, & fori in criminalibus; in cæteris rebus, & actionibus, non gaudent Clerici coniugati priuilegio clericali, Nouarius in pragmatica 1. de clericis, seu Diaconis, Saluatico.
4 Conueniunt quartò, quia sub vna eademq; rubrica situantur in pragmatica Regni de clericis coniugatis, & saluaticis, & de iure validum est argumentum ab ordine rubricarum, Triuis. in decis. 57. p. 2. Rubricæ enim faciunt ius, & pro iure possunt allegari, Boic. in proœmio decretal. in §. fin. n. 6. Io. Andr. ad speculat. in titul. de dispensatione §. final. in fine, Nouarius tom. 2. qu. forens. cap. 21. n. 19.
5 Disconueniunt tamen in hoc, quia clerici coniugati tunc priuilegio fori gaudent, quoties, cum vnica, & virgine contraxerunt, & vestes deferant clericales

iuxta

iuxta terminos, cap. vnic. de clericis coniugatis in 6, at saluatici per Decretum Sacræ Congregationis non adstringuntur ad delationem habitus, nec ad contrahendum cum vnicis, & virginibus.

RESOLVT. CCXXVI.

1 *Clerici saluatici dicuntur personæ Ecclesiasticæ.*
2 *Seruientes Ecclesiæ deputati gaudent priuilegio fori, etiam si fuerint Deputati authoritate Prælati ad aliquod hospitale eius auctoritate erectum, vt n.3.*

Clerici saluatici, an dicantur personæ Ecclesiasticæ.

1 DIcuntur verè, & propriè personæ Ecclesiasticæ ex quo sunt principaliter adscripti seruitio Ecclesiæ, quod quidem argumentum validissimum esse testantur, Felyn. & cæteri communiter in cap. nullus de foro compet. Bald. in cons. 339. vol. 1. Dec. in cons. 57. n. 6. & seq. vol. 1. Monald. cons. 97. n. 6. vol. 1.

2 Ex qua vera, & indubitata conclusione deducitur seruientes Ecclesiæ deputatos ad eius obsequium, prout sunt præfati clerici dici personas Ecclesiasticas, præcipuè, vbi sunt verè astricti, & deputati eius seruitio, quia sunt exempti à iurisdictione sæculari, Barbac. n. 29. Abb. n. 5. Barbos. num. 10. §. in cap. 2. de foro compet. Decian. in tract. crimin. to. 1. lib. 4. c. 9. n. 24. Bellett. in disquisition. clericorum §. 1. n. 2.

3 Amplia pariter in personis deputatis authoritate Prælati ad aliquod hospitale eiusdem Ordinarij auctoritate erectum, nã pariter fori priuilegio gaudent, Valasc. in decis. 105. n. 32. Grass. de effectibus clericatus effectu 1. n. 117. quos refert Barbos. de potest. Episcopi par. 2. allegat. 12. n. 40.

Ratio palpabilis principalis conclusionis est, quoniam idem iudicium est de aliquo, quod est de eius seruientibus, latè de Ponte in decis. 36. Gizzarell. in dec. 20. quia seruientes dicuntur appendices eius, cui præstatur seruitium, Alex. in l. scriniarios, C. de testam. milit. Bal. in cons. 51. vol. 1. Alciat. in cons. 6. n. 6. Alban. in cons. 27. n. 6. & seq. volum. 1. Nouarius in praxi elect. & variat. fori, q. fin. sect. 3. in vltima impressione Neapolit. vbi quod inseruientes Ecclesijs, tanquam membra Ecclesiarum gaudent fori electione.

RESOLVT. CCXXVII.

1 *Clerici saluatici an possint remoueri absque causa.*
2 *Cappellanus non potest remoueri absque causa.*
3 *Monachus non potest remoueri à Priore.*
3 *Baro non potest remouere absque causa.*

Clerici saluatici, an possint remoueri ab Episcopo absque causa.

1 FVit pluries dubitatum, si Clerici saluatici in aliqua Ecclesia ab Episcopo constituti possent remoueri absque causa, in qua dubitatione pluries consultus respondi, minimè posse absq; legitima causa, ad quod fundandum adducebã primo illud simile, quod
2 quamuis Cappellanus ad nutum amouibilis possit remoueri, non tamen hoc permittitur absque legitima causa, Abb. n. 22. Dec. n. 3. in c. ad nostram, de confirmatione vtili, vel inutili, Milius in repert. verb. beneficium manuale n. 26. Rebuf. in tract. de pacif. possess. n. 275. Gonzal. glos. 5. §. 6. n. 40.

Secundo adducebam Innoc. in cap. insinuante n. 2. qui clerici, vel vouentes, vbi si Abbas absque causa re-
3 moueret Monachum à prioratu manuali, posset idem Monachus implorare officium superioris, vt sine causa ex sola malitia non remoueatur, ad similitudinem serui, iuxta terminos, text. in l. 1. C. de precibus Imperatori offerendis, in §. ad maior. instit. de ijs, qui sunt sui, vel alieni iuris.

4 Tertio allegabam cons. Burgos de Paz. 31. vbi si Baro deputet in sua Baronia Notarium ad libitum, suum, non poterit eum sine causa remouere ex sola malitia, sequitur Gonzalez, vbi supra n. 3. Molina de primogenitis, lib. 1. c. 25. n. 17. Guttierez pract. qu. 11. n. 2. Mastrill. in decis. 185. part. 2. vbi concessio ad beneplacitum non posset reuocari absq; legitima causa.

Quarto adducitur Rotæ 33. n. 18. de præbendis, vbi ridiculum, & puerile hodie concedere, & cras reuocare, & pœnitere, nam, vt refert Io. Andr. in cap. præsenti n. 3. de offic. deleg. in 6. omnis variatio in iure reprobatur, l. serui electione, ff. de legat. 1. cap. licet de procuratoribus, cap. quod semel, de regulis iuris, Achill. decis. 13. & 14. Lopez in l. 5. tit. 19. partita 6. neq; malitijs est indulgendum, l. in fundo, ff. de rei vend. cap. sedes de rescriptis.

RESOLVT. CCXXVIII.

1 *Capitulum sede vacãte potest creare Clericos saluaticos.*
2 *Capitulum sede vacante est Ordinarius.*
3 *Subrogatus sapit naturã illius in cuius locũ subrogatur.*
4 *Capitulum sede vacante succedit in his, quæ spectant ad Episcopum.*

Clerici saluatici, an possint constitui, & assignari seruitio Ecclesiæ à Capitulo sede vacante.

1 SIcuti Episcopus potest creare istos Clericos saluaticos, illosque seruitio Ecclesiæ assignare, ita pariter hoc ius competit Capitulo, sede vacante, cum illud sit propriè Ordinarius mortuo Episcopo, Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontificii concluf. 1. num. 4. sub rubrica de causis primæ instantiæ coram locorum Ordinariis tractandis, & infra biennium terminandis.

2 Et illud succedit in iurisdictione Prælati mortui, ita quod alter Episcopus vocetur, & in illum locum subrogetur, & tanquam subrogatus debet sapere naturam illius, in cuius locum subrogatur, l. si eum, §. qui iniuriarum, ff. si quis caut. vbi Bart. Bald. & alii, cum latius adductis per Card. Tusc. concl. 577. lit. S. quem nouissimè refert Nouarius forens. qu. 2. num. 8. to. 2. vbi concludit, quod quando delegatus fuit suffectus in locum Iudicis ordinarii, debet appellari ad Iudicem secundarum causarum, tanquam quod iudex suffectus pendeat ab eodem Barone delegante.

3 Tandem quia Capitulum sede vacante succedit in singulis, quæ spectant ad Episcopum, cap. his, qui, de maiorit. & obedient. latè Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolut. à n. 58. cum seq. Panin. in speciali tract. de officio, & potest. Capituli sede vacante, qu. 1. vbi copiosè regulam exornat.

RESOLVT. CCXXIX.

1 *Officium datur propter seruitium.*
2 *Altari seruire tenetur, qui de Altari viuit.*
3 *Priuilegium cessat cessante seruitio.*
4 *Collegiatus non seruiens actu potest remoueri.*
5 *Commodum qui sentit, debet sentire incommodum.*

Clerici saluatici, An possint expelli quando iniuncto seruitio non incumbunt.

IVsta causa expellendi, & cassandi à numero stabilito huiusmodi Clericos saluaticos erit, quoties in-
1 iuncto seruitio non incumbunt, quia priuilegium istis conceditur propter seruitium, & Altari seruire tene-
2 tur qui ex Altari priuilegium retinet, & de illo viuit.

Noua-

Nouarius forens. quæst. 22. num. 8. tom. 2. & cessante
3 seruitio debet cessare priuilegium, tanquam vnum dependens ab altero, ex regul. text. in cap. cum cessante, de appellat.

Facit, quia Clericus in minoribus constitutus, qui non intendit seruire Ecclesiæ, potest tanquam inutilis expelli à Collegio Clericorum, Genuens. in practicabil. Eccles. quæst. 622., vbi adducit text. in l. vnic. C.
4 de colleg. lib. 10., vbi cautum est, quod ille qui est in aliquo Collegio, nisi seruiat actu, non solum non gaudet priuilegio Collegij, sed indè remoueri debet.
5 Aliàs si contrarium diceretur, esset concedere, quod quis haberet commodum sine incommodo, contra terminos text. in leg. secundum naturam, ff. de regul. iur. vbi commoda debent sequi illum, qui sentit incommoda.

RESOLVT. CCXXX.

1 *Numerus Clericorum saluaticorum concessus enucleatur.*

Clerici saluatici quonam Numero possint à locorum Ordinarijs creari.

NOuarius in suo vtili tractatu de elect. & variat. fori, quæst. 52. sub num. 13. sect. 2. in vltima impressione Neapolitana ex declaratione Sacræ Congregationis Eminentissimorum Cardinalium fundat in Cathedralibus Ecclesijs ad summum quatuor posse assumi, In collegiatis, vel parochialibus duos, In cæteris verò Ecclesijs in quibus diuina celebrantur vnum. Tenor autem dicti decreti est, vt sequitur videlicet.

Sacra Cardinalium Congregatio negotijs Regni Neapolitani Præpositorum certior reddita in nonnullis eiusdem Regni Diœcesibus Clericos, quos vocant saluaticos in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem, aut vtilitatem excreuisse; volens eandem exemptionis causam declarare, & fraudibus cuiuscumque occurrere, de Sanctissimi Domini Nostri Gregorij XV. mandato viuæ vocis oraculo desuper habito Clericos Saluaticos huiusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum seruitio retineri, vel in locum quoquo modo deficientium assumi posse in Cathedralibus, seu Superioribus Ecclesiis ad summum quatuor, in Collegiatis, vel Parochialibus duos, in alijs vero Ecclesijs in quibus Diuina celebrantur, si Episcopo videbitur, vnum: quos quidem Episcopi prorsus gratis, & tales qui omninò per se ipsos non autem per interpositam personam seruitium debitum præstent, nec vllo modo criminosos, vel malæ conditionis, & famæ eligere debeant; aliàs, & hi nullo gaudeant priuilegio; eligentis iudicio Sedis Apostolicæ seuero exponentur, eos verò priuilegio Canonis non gaudere fori autem priuilegio in criminalibus omninò in Ciuitatibus quoad corporis districtionem tantum, & immunitatem ab oneribus personalibus, non autem ab alijs durante seruitio frui debere, sed si alicubi minoribus vtantur priuilegijs, & immunitatibus ex legitima consuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in casu controuersiæ eadem Sacra Congregatio sibi reseruat illam debere attendi; cognitionem verò aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere hoc præsenti Decreto statuit, præcipit, & declarat Romæ 10. Kalend. Iunij 1623. Octauius Card. Bandinus, Laurentius Campegius Secretarius.

RESOLVT. CCXXXI.

1 *Initium spectandum est, illudque est caput rationis, nu. 3. etiam in delictis, num. 4.*
2 *Principium bonum habere iuuat.*
5 *Offendens Bannitum à Banno exempto non tenetur.*
6 *Origo possessionis est inspicienda.*
7 *Qualitas requisita in actu sufficit quod adsit tempore actus.*
8 *Habilitas præsentati debet esse tempore præsentationis.*

Criminosus, an possit creari Clericus saluaticus, si tempore quo creatur est emendatus, & absolutus.

1 VIdebatur non posse eo, quia initium spectandum est leg. 3. §. scio, ff. de maioribus l. filius, ff. de verbor. obligat. l. si procurat. ff. de mandat. l. item illa §. 1. ff. de constitut. pecun. Isern. lib. 2. constitut. Sicil. tit. de pœna contum. Cephal. consil. 91. nu. 27. latè Iason in l. clam possidere a nu. 15. ff. de acquirend. possess. Man-
2 dos. reg. 18. Cancellariæ, de ætate pro Canonicis, quæst. 12. nu. 12. Monachus in capit. si eo tempore num. 3. de rescript. lib. 6. dicens magnum esse habere bonum primordium l. cum filius §. hæres, ff. de legat. 2. l. si tamen ff. de Senat. cons. Maced. ibi quia initium contractus spectandum est: sic initium, & caput rationis attendi
3 debet, & secundum ipsum tota ratio intelligi l. Prætor. ait §. initium, vbi Doct. ff. de edend. Grat. resp. 53. num. 62. volum. 1.
4 Et initium spectamus etiam in delictis fauore rei l. si quis 7. ff. de furtis, ibi non posse cum manifesti conueniri, quia origo furti in seruitute facti non fuit manifesti.
5 Vnde bannitum offendens, eo deinde à banno exempto, non tenetur l. qui cum maior vers. sed si minor, ff. de bon. libert. l. quod ait lex §. ait, vbi Bart. ff. ad l. Iul. de adulter. Doctor. in leg. Cracchus Cod. eodem Bartol. in leg. si constante §. vxorem, ff. solut. matrim. Marsil. singul. 225.

Similiter spectatur initium delicti, vt sciamus ad quem pertineat eius punitio, Bart. in d. l. quod ait §. 1. ff. ad legem Iul. de adulter. Abbas in capit. final. nu. 2. de sentent. excom. Bald. in cap. 1. §. iniuria de pace iurament. firm. in verbo feudum, & in cap. olim ad fin. de dol. & contum. Iaf. in l. more nu. 22. ff. de iurisdict. omn. Iudic. Roland. à Valle consil. 77. incip. Magnificus nu. 6. lib. 4. facit quod notat Bald. in cap. innotuit nu. 11. versic. item vbi, de elect. quod vbi de natalibus quærimus, initium spectandum est, per text. quem dicit solemnem, & optimum in l. quod ergo in princip. ff. de his qui notant. infam.
6 Sic initium, & origo possessionis debent inspici ad vsucapionem l. clam possidere in principio, vbi Alexand. nu. 7. ff. de acquirend. possess. in l. iusto errore §. si possessionis nu. 1. ff. de vsucap. Iaf. in l. si is qui pro emptore, nu. 54. eodem titul. Bald. in l. cum ancillis nu. 10. C. de incest. nupt. & cum principium sit pars potissima cuiuslibet rei, vt in l. 1. ff. de orig. iur. & ait Philosophus lib. 1. Ethycor. Fusc. in tract. de visit. lib. 1. c. 1. nu. 2. l. quamquam, vbi Bart. n. 1. ff. de aqu. pluu. arc. Quia bonum initium est valdè considerandum secundum Riminald. in l. vt vim num. 38. ff. de iust. & iure, & in l. posthumo nu. 311. C. de bonor. possess. contra tabula, & in l. precibus n. 284. C. de impub. & alijs substit. nam teste Bald. in d. lege 1, num. 11. principium bonum faciens, processum bonum facit, Io. Salisberien. in Policr. lib. 9. de curial. nugis cap. 20. & finem licitum qui aliàs illicitus esset l. qui cum natu maior §. 1. de bonis libert. Hugo Celsus consil. 65. incip. ex processu nu. 2. post Bart. in l. quod ait lex §. quod ait ff. ad l. Iuliam de adulter. sicut è contrario, vbi principium est vitiosum, processus est vitiosus, idem Bald. in l. 3. nu. 1. C. comm. de vsucap.

Cæterum his licet veris existentibus, totum contrarium videtur verius, quia sufficere debet quod non sit
7 criminosus tempore electionis, & nominationis: qualitas enim requisita in actu sufficit adesse tempore actus celebrati, argum. text. in l. Mela, in princip. ff. de aliment. & cibar. legat. cum latius reassumptis per Nouarium in tract. de datione in solutum quæst. 25. n. 5. & seq. part. 2.

Et facit pro corroboratione quia habilitas, vel inha-
8 bilitas præsentati sufficit, vt tempore præsentationis adsit,

adsit, Rota diuers. decis. 69. par. 3. Serafin. decis. 1234. Macerat. variar. resolut. lib. 1. cap. 19. quos probat, & sequitur Nouarius in suo opusculo noui iuris pontificij conclus. 2. num. 6. sub rubrica de præsentatione à patronis facienda.

RESOLVT. CCXXXII.

1 *Instrumentum contra Clericum coniugatum liquidatur in foro Ecclesiastico.*
2 *Causæ liquidationis instrumentorum sapiunt criminalitatem.*

Liquidatio Instrumenti contra Clericum saluaticum, quo in foro sit facienda.

1 EGo ipse in decis. Curiæ Aechiepisc. 170. par. 3. firmaui conclusionem aduersus Clericum coniugatum debere liquidari instrumentum in foro Ecclesiastico, quod latius prosequutus fuit, Nouarius forens. qu. 79. tom. 1.

2 Idem dico, vbi liquidandum est instrumentum contra Clericum saluaticum, nam vi decreti Sacræ Congregationis in causis criminalibus, isti sunt conueniendi in foro Ecclesiastico, vt ibidem legitur.

3 Quare cum causæ huiusmodi sint dependentes à publicis instrumentis, & obligationibus iuramento vallatis, vtiq; sapiunt criminalitatem, Frecc. de præsent. Instrument. par. 6. Afflict. decis. 64. Franc. decis. 162. num. 7. vbi Ritum de liquidatione instrumentorum incalescere criminalitati; ideò dicendum est Clericum saluaticum pro tali causa debere esse citandum in foro Ecclesiastico, & ita consului dum ex facto casus accidisset.

PRAXIS HABITVS CLERICALIS.

Ad ornatum Sacr. Concil. Trident. sess. 15. de reformat. cap. 6. & Bull. Sixti V. incip. cum Sacrosanctam.

RESOLVT. CCXXXIII.

1 *Habitus Clericalis consistit in duobus.*
2 *Clericus coniugatus quando non dicatur incedere in habitu, & tonsura.*
3 *Clerici coniugati quid obseruare debeant, vt gaudeant fori priuilegio.*

Habitus Clericalis, in quibus consistat.

1 SVnt qui notarunt habitum Clericalem consistere in duobus copulatiuè, nempè in veste scilicet, & tonsura, nec vnum sine altero sufficere ex cap. si Iudex laicus, circa medium de sententia excommunicat. in 6. ita Gemin. in cap. 1. de cleric. coniugat. Aretin. cum Addent. cons. 16. Bald. in l. si qua per calumniam, C. de sacrosanct. Eccles. num. 3. Bertacch. in suo repertor. in verbo Clericus il 2. Aluarez in specul. iur. pontific. cap. 35. versic. & notabis Bellett. in disquisit. clerical. part. 1. tit. 3. §. 8. num. 7.

2 Quamuis Clericum non coniugatum incedentem sine altero ipsorum non dici incedere absque habitu, & tonsura innuunt Zabarella in cap. perpendimus de sentent. excommunicat. Roland. à Valle cons. 4. nu. 6. lib. 1. Farinacc. in practic. criminal. quæst. 8. num. 65. vbi voluit secus esse in Clerico coniugato, qui si tantum alterum ipsorum deferret, diceretur vtique in habitu, & tonsura non incedere, quod etiam dixerunt, Couarr. practic. quæst. cap. 31. num. 7. Guid. Pap. decis. 138. Rot. in decis. 3. de sentent. excommunicat. quod tamen hodie attenta dispositione Sacri Concilij Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 6. cessat, quia tenentur clerici coniugati, vt gaudeant priuilegio fori non solum incedere in habitu, sed etiam tonsuram deferre coniunctim, vt per Nouarium in pragmatica Regni 5. de Clericis, seu Diaconis saluaticis, & in opusculo noui iuris Pontificij conclus. 6. n. 2. de foro compet.

RESOLVT. CCXXXIV.

1 *Clericalis habitus non reperitur specificè determinatus.*
2 *Consuetudo Regionis debet attendi circa habitum Clericalem.*
3 *Habitus honestus dicitur conueniens Clericis.*
4 *Vestes clericales dicuntur, quæ à sacris Canonibus non reperiuntur prohibitæ.*
5 *Clerici deferre debent vestes vsque ad Talos.*
6 *Clerici deferre habitum coloratum non possunt, & in summa modestia debent deferre vestitum, n. 7.*

Habitus Clericalis qualis esse debeat.

1 CErtum est, quod habitus Clericalis non reperitur specificè de iure determinatus, quia de iure antiquo erat amictus linea tunica super quibuscunque vestibus, vt testatur Reg. Tapia in Auth. ingressi in verbo Monasteria, cap. 1. num. 22. C. de sacrosanct. Eccles. qui tamen his temporibus nouissimis non defertur,

2 ideò circa hoc omninò debet attendi regionis consuetudo, in qua clericus habitare reperitur, glos. in cap. penult. de vit. & honest. cleric. in verbo decoratis, vbi scribit, quod ad videndum, an aliquis incederet in habitu, videndum est, an ille qui in tali habitu incederet primo aspectu, si videretur à populo clericus iudicaretur, vel laicus, Cappella Tholos. decis. 225. & decis. 252. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 36. nu. 11. Decian. in tract. crim. lib. 4. cap. 9. nu. 96. affirmans quod omnis habitus honestus dicitur conueniens clericis,

3 dummodo non sit à consuetudine reprobatus, Nouarius in suo opusculo noui iuris pontificij, conclus. vnic. nu. 4. de vestibus clerical. vbi alios citat pro hac conclusione, Scaccia in tract. de iudic. par. 1. c. 11. num. 84.

4 & 87. vbi dicit, quod illæ dicuntur vestes clericales, quæ à sacris Canonibus non reperiuntur prohibitæ, ex quò ius canonicum in ista materia procedit, potius prohibendo, quam permittendo, prohibet enim clericis nonnullos habitus, de quibus infra, non tamen præscribitur quem deferre habeant, vt vtar verbis eiusdem Scacciæ, d. num. 84. qui etiam dicit, quod ita communiter, asserunt Doctores, allegat Clarum in §. fin. qu. 36. ver. dixi clericum, forma vero habitus clericalis qualis debeat esse, habetur, in cap. pen. de vita, & honest. cleric. vbi habetur quod debet esse clausa desuper, nec nimis longa, nec nimis breuis, & in cap. con-

5 tingat interdum de sentent. excommun. vbi Doctores notant, quod clerici debent ferre vestes, vsque ad talos, quod dictum referunt, Menoch. in tract. de arbitr. iudic. casu 392. nu. 2. Patian. in tract. cui incumb. onus proband. negat. lib. 2. cap. 34. nu. 38. & 39. Episcopus Moscon. in prax. Episcop. in verb. clericus §. 14. vbi dicit, quod vestes talares, vsque ad pedes, vel quasi iuxta rationabilem mensuram, color vero vestimentorum debet esse potius niger, quam aliter; Moscon. loco proximè citato, est tamen verum, quod aliqui colores sunt clericis specialiter interdicti, vt est rubeus, qui permittitur solum Cardinalibus, & viridis, qui conceditur Episcopis tantum, cap. penult. de vit. & honest. cler. Cepolla eod. num. 30. Menoch. de arbitr. iud. ca-

6 su 392. num. 12. Patianus supracitato cap. 34. n. 39. & sicut clerici prohibentur deferre aliquos colores, ita etiam aliquas vestes, & ornamenta, vt manicas, pileum, Spitocchum, seu tabatrum foderatum, vsque ad oram, caligas saccatas, & indumenta aperta, ita habetur

betur in præcit. cap. penultim. de vit. & honest. cleric. Menoch. latè d. cas. 392. per totum, vbi luculenter declarat, omnium supradictorum veram etymologiã, & significatum, Patian. in d. tractat. cui incumb. onus probant. negat par. 2. cap. 38. num. 39. Vbi vlterius addit, quod non possunt vti fresis, pellis pectoralibus, aut calcaribus deauratis, item nec fibulis, nec corrigijs aureis, item nec possunt, vti vestibus virgatis partitis, vel diuersi coloris, Clement. quoniam de vit. & honest. cleric. vbi habetur etiam quibus pœnis plectãtur clerici prædictis vestibus, seu coloribus, se induentes, Vitalin. in præcitat. Clement. quoniam num. 4. 19. 20. 21. 22. & per totam, Rosell. in summ. in verb. clericus il primo, num. 3. Turrecrem. in cap. omnes num. 2. 21. quæst. 4. Clarus in §. final. quæst. 36. num. 11. in fine, vbi tandem concludit, quod puniuntur Iudicis arbitrio, & quod dictum est, quod attenditur consuetudo circa habitum, quando dicatur clericalis, ita etiam est dicendum quoad birrettum, cum nec hoc in iure reperiatur determinatum, Moscon. in tractat. de maiestat. militant. Eccles. lib. 1. part. 2. cap. 2. vers. de berretto vero cart. mihi 412. vbi dicit, quod eis est interdictum deferre pileum æreum, quæ omnia tamen tempore primitiuæ Ecclesiæ non obseruabantur, ex quo tunc Clerici non deferebant habitum distinctum à Laicis, Decian. cons. 50. n. 18. lib. 4.

7 Clericus autem in summa, modestiam seruare debet in vestitu, est enim incredibile quanto opere Sacerdotem apud populum commendet humilis, sed grauis, & modestus vestitus, ne in eo sit nimis exquisitus, vt enim ait S. Bernardus in Apologetico, Mollia indumenta animi mollitiem, apertè indicant, nec tantum curaretur corporis cultus, nisi prius neglecta fuisset mens inculta virtutibus, corporis enim, ac vestium fragrantia arguit intus latere animum graue olentẽ, & immundum, & vt ait S. Hieronymus ad Eustachiũ, vestis nec satis munda, nec sordida, & nulla diuersitate notabilis, nec ad te obuiam prætereuntium turbã consistat, & digito monstreris, tria inquam sunt vt habetur Ecclesiastic. cap. 19. quæ animi interiora demonstrat amictus corporis, risus dentium, & incessus.

RESOLVT. CCXXXV.

1 *Clerici non vtuntur vestibus superbis, & laicalibus.*
2 *Clericus quando dicatur esse in habitu clericali.*

An vbi vestis Superiòr est clericalis, ita vt cooperiat inferiorem laicalem, Clericus dicatur incedere in habitu.

1 NOn est dubium, quod Clerici non debent vti vestibus superbis, & laicalibus, sed congruentibus statui, & ordini clericali, prout fuit determinatum in 6. Concil. Constantinopolitano canon. 27. & in 2. canon. 16. & habetur in cap. clerici 23. distinct. cap. 1. & seq. 21. quæst. 4. Clement. quoniam de vita, & honest. cleric. & nouissimè per Conc. Trid. sess. 14. cap. 6. de reformat. Rebuff. latè super constit. Galliæ tom. 2. in rubr. de pannis aureis n. 18. Trotius in tract. de perfecto clerico lib. 2. c. 38. Couarr. in lib. pract. quæst. cap. 31. num. 8. qui omnes ad saturitatem loquuntur de vestibus Clericis congruentibus.

2 Tamen certum est, quod Clericus dicatur esse in habitu clericali, quando portat vestem superiorem clericalem, & inferiorem, seù interiorem iurgatam, vel aliter laicalem, in isto casu est distinguendum, aut illa vestis interior incedendo apparet, & tunc non diceretur in habitu clericali, aut illa vestis laicalis non apparet, & cooperitur per vestem superiorem, & tunc diceretur incedere in habitu clericali, Philipp. Franc. in cap. 1. in princ. de cler. coniug. Sigismund. Scacc. in tract. de Iudic. p. 1. cap. 11. n. 96. Grass. de effect. clericatus effect. 1. n. 1186. quos omnes recenter reportat, & sequitur Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontificij, concluf. vnica sub n. 6. vers. quinimò sub tit. de vestibus clerical.

RESOLVT. CCXXXVI.

1 *Vestes talares debent portari ab Ecclesiasticis.*
2 *Clericus dicitur incedere in habitu, quando portat pallium talare.*
3 *Verba Viuald. reponuntur.*

Habitum clericalem deferre, An dicatur Clericus, qui non omnes vestes talares defert, sed vnicam tantum.

1 SVpposita illa conclusione iuris in Curijs Ecclesiasticis satis recepta, vestes talares, scilicet dimissas, vsque ad talos, debere portari per Ecclesiasticas personas, vt per Pancirol. lib. 1. variar. lectionum, cap. 21. Moscon. de maiest. militant. Eccles. cap. 2. vers. de habitu autem par. 2. lib. 1. & ex Bull. Sixti V. felicis memoriæ ad præpositi articuli decisionem deueniendo reperio, quod Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij concluf. vnica num. 6. de vestibus clerical. est in
2 opinione, quod Clericus dicatur incedere in habitu quando defert pallium talare, & togam quæ perueniat ad genua, itavt quod sentiat ipse Author non esse de necessitate quod omnes vestes sint talares, ad quod allegat Ledesma in summa par. 2. tract. 2. cap. 2. propè concluf. 14. circa finem, Graff. in decis. aur. lib. 3. cap. 3. num. 3. par. 1. Garzia de benef. cap. 1. num. 23. par. 7. qui adducit Viual. in Candelabr. aur. part. 3. in fin. in explicat. Bullæ Sixti V. de habitu, & tonsura, versic. quarta assertio, pagina mihi 738. qui loquitur per hæc verba videlicet. *Quas vestes simplices esse necessarias videtur, non quod vnusquisque Clericus teneatur duas habere, videlicet (vt clarius loquamur) Sotanam, & Feriolum, vel Mantellum, sufficit enim vnicuique Vestis longa, quo totus honestè tegatur secundum Apostoli sententiam ad Thimot. 6. habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus, alias oporteret omnes esse diuites.*

RESOLVT. CCXXXVII.

1 *Clericus domi habitum talarem deferre non cogitur, & sic etiam quando est ægrotus, num. 4. vel iter facit, n. 6.*
2 *Aduerbium iugiter, qualiter intelligatur.*
3 *Verba generalia restringuntur ad habilia.*
5 *Perseuerantia in dimissione habitus, quæ nam debeat esse, vt quis sori priuilegium perdat.*
7 *Clericus quando dicatur recedere ab ordine status clericalis, & n. 8. 9. 10. & 11.*
12 *Apostata dicitur, qui intra annum probationis habitum relinquit.*

Habitum Clericalem non deferens, An aliquando excusetur, itaut per dimissionem illius non dicatur decedere à statu ordinis.

1 CLericus non tenetur semper habitum clericalem talarem deferre, & ideò excusatur, vbi solus est domi, & agit, absque scandalo spolians se ob calorem, nec minùs cum tali veste tenetur dormire, item ex causa peregrinationis, vel alia honesta, licet clerico habitum transformare, & accipere habitum pœnitentialem, puta peregrinorum, vel similem, vt ex cap. Episcopi 21. quæst. 4. Rayn. Host. & alijs tradit Summa confess. lib. 3. tit. 7. quæst. 2. & in specie Candelabr. aur. pag. 739. col. 1. vbi pag. 738. col. 2. n. 10. Dat. intellectum

2 lectum verbis Bullæ Sixti V. Ibi (Iugiter) quod quamuis tale aduerbium Iugiter actui, cui adiungitur continuationem significet, vt in oratione Corporis Christi (Deus qui nobis, &c. & in l. corruptionem, Cod. de vsufruct. in l. liberi, §. 1. ff. de inoffic. testam. non tamen sic strictè est intelligendum, sed cum grano salis, & prudentiæ moderamine quemadmodum intelligitur illud Apostoli Colloss. 1. Semper pro vobis orantes, & 2. Thimot. 1. Oramus semper pro vobis, & ibi cap. 5. sine intermissione orate, non enim significat Apostol. quod sit semper orandum, & nihil aliud faciendum, sed cum oportet orare, & frequenter orare, & facit,
3 quia præcepta affirmatiua non obligant semper, sed suis debitis temporibus, vt dicit idem Candel. aureum in multis locis, & vbi supra, & verba generalia restringuntur ad habilia l. vt gradatim, in princip. ff. de muner. & honor. l. 1. in princip. C. de Sacrosanct. Eccles. cum alijs iuribus, de quibus Nouarius forens. quæst. 8.
4 num. 4. lib. 1. Indè quando quis ex infirmitate non vtitur tonsura, etiam excusatur Cappell. Tholos. decis. 104. quam sequitur, & refert idem Nouarius in pragmat. Regni 1. de Cler. seu Diacon. saluat.

5 Tanto fortius, quia vt Clericus amittat priuilegium opus est tanta perseuerantia in dimissione habitus, vt publicè æstimetur laicus, Layman. in Theol. moral. lib. 4. tract. 9. c. 6. n. 2. assert. 1. Suar. de cens. disput. 22. n. 11. sect. 1. Bonacin. de legibus, disput. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. num. 14.

6 Sic etiam excusatur Clericus à delatione habitus, quando iter facit, ex dictis per Nouarium in suo opusculo noui iuris Pontificij, conclus. vnic. num. 8. de Apostatis à Religione, vbi quod Religiosus dimittens habitum, iter agendo non dicitur Apostata, quia hæc dicitur iusta causa, ex cap. 1. de vit. & honest. Clericor. cap. 2. eodem tit. in 6. Sanchez in summa lib. 2. cap. 4. tom. 1.

Item vigore Bullæ Sixti V. excusantur à delatione habitus clericalis, qui non habent pensionem excedentem summam annuorum ducatorum sexaginta de Camera, imò licet Clericus haberet illam summam, & tamen non exigeret adhuc, nec teneretur habitum deferre, vt dixit Rota apud Ludouis. decis. 20. in fine, quem refert, & sequitur Nouarius in eodem opusculo noui iuris Pontif. d. conclus. vnic. n. 7. sub tit. de vestibus clericalibus, pag. 272. col. 1.

7 Sed, vt Clericus dicatur recedere à statu Ordinis Clericalis per dimissionem habitus, tres possunt considerari casus, quos seiunctim hic apponere volo.

Primus casus est, quando agitur ad hoc, vt Clericus dicatur priuatus priuilegio Canonis, & ad huiusmodi effectum requiritur, quod totaliter dimiserit vestes Clericales, itaut omninò incedat, vt laicus, & ter monitus, habitum clericalem non resumat, ita tex. in dict. clem. 1. vers. omninò incedant, ut Laici de vit. & honest. cleric. Ilsern. in constitut. Regni apostatantes, & ibi Afflict. num. 10. vers. dicit, hic Andr. ex quo infertur, quod percutiens Clericum in habitu suscipiendū, minimè monitum, incidit in pœnam, cap. si quis suadente 17. quæst. 4. prout expressè habetur, in cap. in audientia, vbi notatur extra de sentent. excommunic. & scribunt Archid. in cap. non est facilè 40. distinct. & in cap. præcipuè 11. qu. 1. Bald. C. si ignorans sub n. 1. ff. locati. Quod tamen est intelligen. si percutiens sciat esse Clericum, secus si probabiliter ignorauerit, quia tunc pœnam excommunicationis non incurrit, cap. si quis, vbi glos. in verb. ignorauerit, ibique Soccin. n. 1. & cap. in audientiam, cap. perpendimus de sentent. excommunic. cap. si quis iudex, eodem tit. lib. 6. glos. per illum text. in l. si qua per calumniam, verb. putabatur, & ibi Bald. num. 1. vers. Deinde venio, Cod. de Episc. & cler. Bart. & Alberic. in d. l. si quis ignoramus ff. locati, & iterum Bart. & Angel. in l. apud Iabeonem, §. si quis Virgines, ff. de iniur. Host. in summ. titul. de sentent. excommunic. §. qualiter, vers. Quid si dicas, & de communi testantur, Plaza de delict. lib. 1. c. 27. num. 13. Clar. in §. final. quæst. 77. num. 7. Hier. de Tortis post cons. Butr. num. 20. & hoc etiam procedit, nō obstante nouissima dispositione Concilij, quæ cum loquatur de priuilegio fori, non derogat, nisi in eo, quod est expressum. Dec. cons. 358. num. 3. nec prohibet stare aliud; quod expresè correctum non est l. præcipimus, C. de appellat. Bart. consil. 72. colum. 3. Surd. decis. 195. nu. 6. & eandem opinionem in terminis probauit Nouarius forens. quæst. 7. num. 17. & sequ. lib. 1. & melius, ac latius in praxi elect. & variat. fori, sect. 2. in ultima impress. Neapol. in illa quæstione, si Clericus habeat priuilegium eligendi forum, ubi etiam per hoc uoluit beneficium, cap. Odoardus de solut. competere Clerico, & si non incedat in habitu, & tonsura, quia dicit ipse Concilium desiderat, hæc requisita, quoad forum tantum, nec debet extendi de uno casu ad alterum, ut latius per eum.

8 Secundus est casus, quando agitur, ut dicatur priuatus priuilegio fori, & tunc licet de iure communi requiratur, quod incedat, ut laicus, & ter monitus non desistat, iuxta d. clem. prima, de uit. & honest. cleric. cum alijs Doct. supra plenè allegatis, tamen hodie ex dispositione Sacri Concil. Tridentini sufficit, si Clericus in minoribus constitutus, non seruet requisita in d. sect. 23. cap. 6. quæ nullam monitionem requirunt, quia Concilium simpliciter, aufert priuilegium fori constituto in minoribus ordinibus, præterquam in duplici casu, nempè si habeat beneficium Ecclesiasticum, aut si non habet, si deferat habitum, & tonsuram clericalem, & alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, ut apertè patet ex uerbis Concilii, & animaduertunt, Nauar. consil. ultim. num. 60. titul. de priuileg. Menoch. cons. 912. num. 34. Genuens. in praxi Cur. Archiepisc. Neapolit. cap. 7. sub num. 3. Gratian. disceptat. forens. cap. 190. num. 12. lib. 1. Quinimò nec sufficeret ad hoc, ut gaudere possit priuilegio fori, si quis inseruiret ministeriis Ecclesiasticis, sed non gestaret habitum clericalem, nam requiritur utrumque copulatiuè, ut eadem Congregatio declarauit, & tradit post alios Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontificii, conclus. 6. sub tit. de foro competenti, ubi etiam, num. 5. fuit in opinione esse uerum, quod in eo, in quo Concilium requirit seruitium in diuinis, sufficit etiam si deseruiat alteri Ecclesiæ, quā illi, cui fuit per Episcopum adscriptus, prout Sacra Congregatio in facti contingentia respondit, sub die 28. Decembris 1586. ut ante eum meminere, Genuēs. in prax. dict. cap. 7. nu. 1. Quaranta in Summa Bullar. uerb. habitus, sicuti etiam sufficit, si Clericus inseruiat Cappellæ existenti in Ecclesia, quæ ab Episcopo confraternitati Laicorum esset pro Oratorio assignata, quod eadem Congregatio censuit, ut apud eosdem.

9 Tertius est casus, quando ob non delationem habitus agitur ad hoc, ut Clericus priuetur beneficio, uel pensione Ecclesiastica, & tunc requiritur necessario, quod spatio tanti temporis in habitu clericali non incesserit, ut communi opinione reputaretur laicus, iuxta Consil. Christophor. de Castell. 5. num. 9. quem probat Farinacc. d. quæst. 8. num. 68. & ideo, ut Clericus in hac materia dicatur priuatus, non sufficit, si semel, aut bis incesserit in habitu laicali, quia licet prædicta constitutio requirat gestationem habitus, nihilominus debet intelligi, cum aliquali modificatione, iuxta tradit. per Felyn. in proem. decretal. dum exponit uerbum cōtinuè, & sequitur Vrsill. ad Afflict. decis. 24. num. 7. ex omnibus his patet, tres esse modos, quibus præcipuè contingit, Clericos à statu ordinis recedere, quibus tamen non semper contrahitur apo-

tur apostasia, sed in illis tantum casibus, in quibus recessus est improbatus, quod fieri potest.

10 Primus, si Clericus sit in sacris constitutus, nam tunc illi recessus ad seculum est interdictus, cap. 1. §. sed si in subdiaconatu, & cap. sanè de cler. coniug. c. 2. & ibi Abb. qui Clerici, vel vouentes, cap. Presbyteris 25. distinct. & cap. decernimus distinct. 28. & communiter Doctores.

11 Secundus, si beneficium, quod in minoribus existens obtinuerat, adhuc dimisso habitu retineat, c. Ioannes de cler. coniugat. Innoc. & Abb. in cap. 3. de Apostat. Anan. qui testatur de communi, in rubr. de Apostat. num. 11. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 34. Clar. in §. fin. quæst. 78. num. 4. in fin. Menoch. de arbitr. cap. 546. num. 50. cæterum si Clericus simpliciter in minoribus constitutus habitum dimittat, & ad seculum reuertatur, non poterit, ideò apostata reputari, cum talis recessus sit a sacris Canonibus permissus, cap. Ioannes, & cap. final. extra de Cler. coniugat. cap. cum ex eo, circa med. ibi, ne, sicut a multis, & ibi glos. in verbo retrocedere, de elect. lib. 6. cap. 1. de cler. coniugat. Hostiens. in cap. 3. de apostat. & ibi Abb. num. 2. Anchar. in cap. 2. sub num. 3. de præbend. Couarr. de sponsal. par. 2. quæst. 1. §. 3. num. 2. Decian. in tractat. crimin. lib. 5. cap. 73. num. 24. & alii Doctores passim.

12 prout etiam apostata non dicitur, qui intra annum probationis habitum relinquit, cap. consulti, & cap. penult. de regul. vbi Doctor. latè, Lap. allegat. 46. Menoch. de arbitr. Iudic. d. cas. 546. n. 45.

RESOLVT. CCXXXVIII.

1 *Pœnæ aduersus non deferentes habitum clericalem quænam sint.*
2 *Bulla Sixti V. in hac materia per extensum adducitur.*
3 *Bulla Sixti V. de qua supra fuit moderata.*
4 *Bulla eiusdem Sixti V. moderatoria prima adducitur.*

Habitum clericalem non deferentes in quas pœnas incidant, tàm vigore Concil. Trident. quam Bullarum Sixti V.

1 SAcrum Concil. Tridentin. sess. 14. de reform. cap. 6. mandat contra non deferentes habitum, quod si postquam ab Episcopo suo, etiam per edictum publicum moniti fuerint, honestum habitum clericalem illorum ordini, & dignitati congruentem, & iuxta ipsius Episcopi ordinationem, & mandatum non detulerint; per suspensionem ab ordinibus, ac officio, & beneficio, ac fructibus, & redditibus, & prouentibus ipsorum beneficiorum; necnon si semel correcti, denuò in hoc deliquerint, etiam per priuationem beneficiorum, & officiorum huiusmodi coerceri possint, & debeant.

2 Sixtus autem V. postea emanauit Bullam contra Clericos non deferentes habitum clericalem de Anno 1589. die 5. Ianuarij, vt sequitur.

Cum sacrosanctam, & infra, hac nostra perpetuò valitura constitutione præcipimus, & mandamus, omnibus, et quibuscumque clericis, non solum in sacris, sed etiam in aliis minoribus constitutis, & clericali tantum tonsura insignitis, & nedum beneficia Ecclesiastica, qualiacumque etiam simplicia, nunc, & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad ea ius habentibus; verum etiam pensiones super quibusuis fructibus, redditibus, aut prouentibus, quarumuis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum Cathedralium, & aliarum quarumcumque Ecclesiarum, seu Abbatialium, Capitularium, & Conuentualium mensarum, necnon Monasteriorum, Præpositurarum, Præpositatuum, Præceptoriarum, Hospitalium, Canonicatuum, præbendarum, dignitatum, personatuum, administrationum, officiorum, & beneficiorum, quorumcunque Ecclesiasticorum, secularium, & quorumuis, ordinum regularium, seù illorum distributionibus quotidianis, ac iuribus emolumentis, & obuentionibus vniuersis sibi reseruatas, ac fructus prædiuè, aut bona Ecclesiastica, loco pensionum sibi assignatos, vel assignata ex quacunq; concessione, seù dispensatione Apostolica, percipientibus etiam coniugatis præscriptim, etiamsi idem clerici coniugati, iuxta constitut. piæ memor. Bonif. PP. VIII. Prædecessoris nostri in Concil. Tridentin. innouatam priuilegijs Curialibus, vti velint, tàm in Romana Curia degentibus, quàm extra eam vbilibet gentium, & locorum constitutis, vt ipsi, & eorum quilibet, quantumuis exempti existant, & quouis priuilegio, vel immunitate gaudeant, quacunque dilatione, aut tergiuersatione postposita, debeant omninò, qui in Vrbe præsentes fuerint, intra quindecim dies, qui verò citra montes, intra quatuor menses, qui denique vltra montes constituti sunt, intra octo menses à die publicationis præsentium litterarum in Romana Curia faciendæ tonsuram, & habitum clericalem, vestes scilicet talares, aut milites infra dicendi, quibus pensiones, ac fructus, aliaue bona Ecclesiastica reseruata sunt, suæ militiæ conuenientem, quacumque remota excusatione assumere, & ingiter deferre; in futurum autem, nonnisi actu Clericis in habitu clericali, & tonsura, & militibus infra dicendis, in militari incedentibus suæ militiæ propria, aut alia quæcunque Ecclesiastica, etiam simplicia beneficia, respectiuè conferantur, aut commendentur, aut pensiones fructusue, aut bona Ecclesiastica reserentur; Alioquin ipsos, & ipsorum quemlibet, qui quoad gestandum habitum clericalem, & militarem supradictum, lapso huiusmodi tempore, eorum comitiuæ, vt supradictum est præfixo nostris huiusmodi præcepto, & mãdato nunc, & in posterum perpetuis futuris temporibus, cum effectu non obediuerint, præter alias pœnas contra eos inflictas, etiam quibuscunque dignitatibus, administrationibus, officijs, canonicatibus, & præbendis, ac beneficijs etiam simplicibus, & præstimonijs per eorum quemlibet in titulum commendam, vel aliàs pro tempore obtentis, necnon pensionibus, fructibus, ac prædijs, bonisque Ecclesiasticis, huiusmodi quocumque modo eis reseruatis, vel reseruandis omni iure sibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, harum serie ex certa nostra scientia de Apostolicæ potestatis plenitudine priuamus, ac sine vlla alia monitione, citatione Iudicis decreto, aut ministerio, ipso facto priuatos declaramus, ac tam beneficia ipsa per priuationem huiusmodi vacare, liberè aliis conferri posse, quam etiam pensiones cassatas, extinctas esse, & fore, ac fructuum, & aliarum rerum reseruationes cessare, & quemquam vlterius ad illorum solutionem, minimè teneri, & ob non solutionem censuras, & pœnas aliquas incurrere non posse, nec debere decernimus, ipsasque dignitates, personatus, administrationes, officia, necnon Canonicatus, præbendas, & beneficia, sic pro tempore vacantia, collationi, prouisioni, & dispositioni nostri Rom. Pontific. pro tempore existentis, perpetuò reseruamus, statuentes sic in præmissis vniuersis, & singulis per quoscunque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, in quauis causa, & instantia iudicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: Cæterum milites quarumuis militiarum sub regula, aliqua approbata canonice institutarum, vel alios Romanæ Curiæ officiales, qui non vti Clerici, sed potius tanquam milites iuxta priuilegia, & dispensationes Apostolicas eis in genere, vel in specie per nos, aut prædecessores nostros nominatim concessas, & sub fel. record. Pij PP. V. prædecessoris nostri constitutione, quæ incipit sacrosanctum, &c. huiusmodi priuilegiorum

giorum forsan reuocatoria minimè comprehensa beneficia militiæ, quam professi sum regularia obtinent, seu pensiones super quibusuis fructibus, redditibus, & prouentibus Ecclesiasticis, etiam prædictarum Ecclesiarum, & beneficiorum sæcularium, aut fructus ipsos sibi reseruatos percipiunt, aut obtinebunt, vel percipient, in futurum, siue clericali caractere insigniti sint, siue non sint, qui vero clerici sunt etiamsi ab initio tempore reseruationis pensionum, seu fructuum huiusmodi regularem habitum nondum susceperint, nec militijs officiorum Romanæ Curiæ adscripti fuerint, sed post factas eorum cuique reseruationes ante, vel post publicationem præsentis constitutionis milites effecti extiterint, sub præcepto, & mandato, præfatis de habitu, & tonsura clericali deferendis, nolumus comprehendi, sed ijs permittimus in regulari habitu militiæ, quam professi sunt, conuenienti, vel si ipsi milites Roman. Cur. officiales fuerint, qui pensiones, ac fructus, aliaue prædia, aut bona Ecclesiastica, ex dispensatione, seu priuilegio Apostolico percipiant, habitu militari suprascripto absque alicuius censuræ, vel pœnæ Ecclesiasticæ incursu licitæ vti valeant, & nihilominus, tàm beneficia suæ militiæ regularia retineant, quàm etiam pensiones super Ecclesiarum, & beneficiorum prædictorum, etiam sæcularium fructibus, seu bona, vel fructus præfatos sibi pro tempore reseruatos percipiant, non obstantibus &c.

Sed vt refert Nouarius in suo opusculo noui iuris
3 Pontificij concluſ. vnica, versic. postea vero, de vestibus clericalibus: præfata Bulla Sixti V. fuit postea ab eodem Pontifice moderata, & declarata per aliam eiusdem Anni, prid. Kalend. Februarij, quæ est tenoris sequentis videlicet.

Pastores, & infra omnibus, & quibuscumque Clericis, tàm in Romana Curia, quàm extra eam vbilibet de gentium, & locorum constitutis, qui pensiones, fructus, aut prædia, vel bona Ecclesiastica, sibi in vna, vel pluribus vicibus reseruata, & concessa, summam, seù valorem annuum 60. ducat. auri de Cameræ insimul non excedentes, seù excedentia percipiunt, aut percipient in futurum; ac præterea nostris familiaribus, nobis in quibusdam inferioribus ministerijs, quales sunt, qui à pedibus, seù parafrenarij mensæ dispositores, aut credentiarij, aut dispensatores vulgo dicuntur, & alijs similibus seruitijs actu mini-strantibus, qui in futurum inseruient, necnon quibusuis nostrorum infirmorum familiarium, actu nobis in Palatio nostro Apostolico inseruientium familiaribus continuis commensalibus, præsentibus, & futuris, qui pensiones, aut fructus bonaue Ecclesiastica loco pensionum, vsque ad quamcumque summam, & valorem nunc percipiunt, aut in posterum pro tempore percipient, vt ipsi, & eorum quilibet eo habitu impunè, & licitè vti possint, quo sua munia promptius expeditiusque obire valeant, nec pœnis eadem constitutione inflictis subiaceant: authoritate Apostolica tenore præsentium de speciali gratia concedimus, & indulgemus. Reliquis autem nostris, aut personarum nobis inseruientium familiaribus continuis, commensalibus omnibus, & singulis alijs, tàm clericis, quàm militibus, beneficia fructuum, vel bonorum Ecclesiasticorum reseruationes, ac pensiones obtinentibus, aut in ipsis beneficijs, vel ad ea ius habentibus in Vrbe præsentibus tem us quindecim dierum in dicta Constitut. præfixum, nec dum elapsum, ad alios quindecim dies à fine dicti primi termini computandos extendimus, & prorogamus, ac demum militibus, tàm militiarum canonicè institutarum, quàm Roman. Cur. officialibus, qui iuxta præfatam nostram Constit. in militari habitu incedere tenentur, vt vestibus communibus, cum insignibus tamen Crucis, aut Numismatis suæ militiæ proprijs vti valeant, atque hac ratione ipsius constit. præcepto, vel plenè satisfacere censeantur, pariter indulgemus. Eos verò Clericos, aut milites quibus pensiones, aut fructus, bonaue, aut prædia Ecclesiastica ad quamcumque summam reseruata, aut reseruari concessa sunt, vel post hac reseruabuntur, non aliter ad gerendum huiusmodi habitum teneri volumus, nisi post quam pensiones fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos steterit, quo minus exigant, vel percipiant. Decernentes, &c. De qua vide Nouarium Iuniorem in summa Bullar. verbo habitus Clericalis.

PRAXIS NOVITIORVM.

RESOLVT. CCXXXIX.

1 *Ecclesiasticæ personæ quænam dicantur.*
2 *Offendens Nouitios incidit in excommunicationem.*
3 *Nouitij gaudent fori priuilegio, etiam quod non sint prima tonsura initiati, num. 4. & pro delicto commisso extra claustrum cognoscuntur à Superiore, num. 5.*

Nouitius, An sit persona Ecclesiastica, itaut gaudeat priuilegio fori, & Canonicis; etiam si non sit prima tonsura initiatus.

1 PErsonæ Ecclesiasticæ dicuntur non solum omnes Clerici, siuè sæculares, siuè regulares Religiosi, ac Religiosæ, eorumque conuersi, & conuersæ in antiqua Religione approbata vota professentes, vt in cap. ad monasterium de statu Monachorum, & in capitul. lex contineat 27. quæst. 1. sed etiam eorumdem Nouitij, siuè Clerici sint, siuè conuersi, vt post alios latè probauit Nouarius in suo tractat. de elect. & variat. fori quæst. 46. sect. 2. in vltima impressione Neapolitana, & ideò gaudent priuilegio Clericali, cum respectu
2 personæ, quoniam offendentes eos incidunt in excommunicationem contentam in cap. si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. vt est text. in cap. Religioso de sentent. excomm. in 6. tum etiam quoad forum in causis ciuilibus, & criminalibus infra annum probationis occurrentibus, quia cognoscuntur ab ipsiusmet
3 Religionis Prælato, vt latè probat Nauar. d. consil. 58. de Regul. Bellug. in speculi princip. Rubric. 11. §. videdum num. 5. Decian. in tract. crimin. lib. 6. cap. 17. nu. 9. Molin. de iustit. & iur. disp. 139. latè Grass. in tract. de effectibus Clericatus effect. 1. num. 78. vbi alios ad-
4 ducit. Quod esse verum etiam quod Nouitius prima tonsura non sit initiatus putarunt Azor. institut. moral. lib. 12. cap. 3. quæst. 2. part. 1. Rodriq. quæst. Regul. part. 3. quæst. 51. artic. 12. Et Cened. Canonicar. quæst. cap. 6. num. 41. & hinc à solo suo Prælato prouidendum esse, etiam pro homicidio, & quouis alio graui delicto scripserunt Abb. in cap. cum contigat nu. 21. de ætat. & qualitat. Marsil. singul. 534. Eugen. consil. 26. num. 10. Caualcan. decis. 11. par. 5. à num. 1. & pro
5 delicto extra claustrum commisso pariter a suo Superiore cognosci debere firmat Nouar. lib. 1. quæst. forens. quæst. 42. num. 7. vbi allegat nos in decis. Curiæ Archiepisc. 121. part. 2.

RESOLVT. CCXXXX.

1 *Nouitij veniunt appellatione Ecclesiasticorum.*
2 *Declara quoad fauores, & non quoad odia.*
3 *Canonici veniunt in fauorabilibus appellatione Clericorum.*
4 *Cardinales veniunt appellatione Clericorum.*

Conclusio illa quod appellatione Ecclesiasticorum veniunt Nouitij, An procedat in odiosis, & fauorabilibus.

1 PAssim omnes in ore habent quod Ecclesiasticorum appellatione veniunt Nouitij, vt per Hostiens. in c. statuimus in verbo posse de Regular. Gras.

in

in tractat. de effect. Clericatus effect. 9. Farinac. in practic.crimin. qu.8.n.46.

2 Tamen id cautè legendum est, quia hæc conclusio debet intelligi quoad fauores, & non quoad odia, vt tradiderunt Berret.cons.68. n.5. Costa de retrotract. cap.9.cas.3.num.24.Rodriqu.quæst.regul. p.1.quæst. 21.art.11.Cened.canonic. quæst. cap.4. nu.41. Graff. cons.22.nu.25. lib.5.Nouar.quæst.forens. 80. num.7. lib.1.quia odiosa sunt restringenda,c.odia de reg.iur. in 6. & ideò appellatione Clericorum veniunt Canonici in fauorabilibus, non autem in odiosis, Nouar. in praxi elect.fori quæst.sect.2. in vltima impress. Neapolit. & quando constitutio est fauorabilis sub nomine dignitatis comprehenduntur etiam Cardinales, & Episcopi,Glos.in cap.2.de præbend.in 6. Barbat. in tract.de præstant.Cardin.quæst.7.par.1. Gomez. in proem.reg.cancell.quæst.4.in fine, Mandos. in regul. cancell.32. quæst. 15. Simonett. de reseruat. benefic. quæst.11. sicut etiam in materia fauorabili, Cardinales veniunt appellatione Clericorum, Calder. in cap. in nostra de rescript. Troct. de perfecto Clerico, c.7. num.3.Bellet.disquisit.Clerical.par.1. §.2.n.8. prout in materia odiosa non comprehenduntur sub generali constitutione, Felyn. in cap. super his de fide instrum.Io.Monach. in cap.1.de schismat. Oldrad.consil.293.& ideò Cardinales non comprehenduntur sub censuris,quæ imponuntur transgressoribus Pontificiarum Constitutionum, nisi de illis fiat expressa mentio, vt asserunt Laudens. de Cardinal. quæst.62. Licirier de primogen.quæst.24.n.32. lib.1.

RESOLVT. CCXLI.

1 *Nouitij ante professionem non sunt Religionis membra.*
2 *Nouitij priuilegijs Religionis gaudent.*
3 *Nouitij verè sunt de familia Monasterij.*

Nouitij, An Religionis priuilegijs vtantur, & gaudeant.

1 QVamuis Nouitij ante professionem non sint Religionis membra, & ideò infra probationis annum propriè, & verè non dicantur Religiosi, vt dicit Bart.in l.illa,C.de Sacrament.Baptism.reiter.Imol.in l. quoties in stipulationibus, & ibi etiam, Angel. ff.de verb.oblig.& in l.si idem,vbi Paul. de Castro, ff.de iurisdict. omn. Iudic.Bald.in l. non solum in princip.ff. de excusat. tutor.

2 Tamen Nouitij benè Religionis priuilegijs gaudent in multis,vt per Sayr.in Thesaur. cas. conscient.lib.7. cap.10.num.6.vbi illis hoc vnum addit,quod dicit esse speciale in Societate Iesu, in qua, cum per tria vota simplicia facta post biennium probationis, iuxta ipsius Societatis constitutiones, verè, & propriè quis Religiosus efficiatur, & per ea tollitur irregularitas, non quidem iure communi,& antiquo,sed iure nouo, quo sic vouentes, verè, & propriè Religiosi fiunt, vt patet ex peculiari Constitutione Gregorij XIII. quæ est 102. eiusdem in ordine, incip. Ascendente Domino, §. & quamuis edita Anno 1584. 8. Kalend. Iunij, in qua hoc ipsum de ijs, qui de Societate tria illa vota simplicia post Nouitiatum emiserunt,declarauit,probauit,& definiuit,confutatis etiam luculenter ijs,quæ contra obijci possent, ac pœna excommunicationis latè sententiæ, necnon inhabilitatis ad quæuis officia, & beneficia sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, eo ipso, absque alia declaratione incurrenda, indicta ijs, qui contradicant, insuper reseruata ipsi Sedi Apostolicæ absolutione ab huiusmodi, vt latius in dicta constitutione habetur.

3 Et quod Nouitij debeant gaudere priuilegijs monasterij,facit,quia Nouitij verè sunt de familia monasterij,& pars communitatis eiusdem Religionis,Dian. resolut. moral. tract. de immunit. Eccles. resolut.37. versic. sed aduersus, quem refert Nouarius in suo nouo tract.de elect.fori d. quæst.46. sect.2.

RESOLVT. CCXLII.

1 *Nouitii in odiosis non veniunt appellatione regularium.*
2 *Nouitii non comprehenduntur sub casibus reseruatis.*
3 *Religiosi quibus confiteri possint.*
4 *Nouitii non astringuntur oneribus Regularium, nec illius censuris, num.5.*

Nouitij, An includantur sub Bullis editis contra Religiosos, vel in casibus reseruatis à Superioribus Religionum.

1 SVpposita illa probabili opinione, quod Nouitij in odiosis non veniunt Regularium appellatione, vt supra in alia resolutione fuit firmatū, dicendum est in casu,de quo quæritur, illos non includi sub Bullis editis contra Regulares. Inde loquendo de Bulla Clem. VIII. edita circa prohibitionem munerum Regularibus, quod non includat Nouitios notarunt, Sorbus in compend.priuileg.in vers.dare,Filiucius tom.2.tract. 34.cap.3.nu.60. F.Bartholom. à S. Fausto in thesaur. Relig.lib.8.quæst.206.Sanchez in summa lib.5. cap.5. num. 12. tom.2. quos sequitur recenter Nouar. lib.1. quæst.forens.cap.80. vers. inde, in secunda impress.

2 Idemque dicendum est in casibus reseruatis à Superioribus Religionum, quia Nouitij nec includuntur, taliter quòd absolui possunt,Graffius in Append. lib.1.cap.7.num.69. Emanuel Sà in suo Aphorism. in verb.casus reseru. Homobon.in tract. de casib.reseru. c.32. part.1. Nald. in summa, in verbo Nouitius, n.7.

3 Quemadmodum licet Religiosi non possint confiteri, nisi Confessariis ab eorum Prælatis designatis, & si alias facerent, confessio esset nulla, tamen Nouitii possunt confiteri omnibus Confessariis ab Episcopo approbatis, & confessio erit valida, Henriquez in summa lib.6.cap.16. num.3. in glos. lit.X. Rodriquez quæst.regular.tom.1.quæst.27.art.11.Homobon.in examin.Eccles.par.1.tract.5.cap.2. quæst.13. Molfes. in sua summa tract.7. cap.14. nu.81.& si contrarium teneant, Megal.instruct.conscient.lib.1. cap.8.nu.20. par.1.Vecch.in praxi Nouit.disput.10.dub.3.num.3.

4 quorum tamen opinio est contra communem, quia Nouitii non astringuntur oneribus, & præceptis Regularium, licet sint inducendi Siluest.in summa in verbo Religio il 5.quæst.6. nec præceptis,& censuris Religionis,Graff.consil.8.num.8.de voto.

5 Et Nouitij censuris Religionis non innodantur Armill.in summa in verbo Nouitius n.17. Angel. nu.18. Tabien.nu.14.Silues. in summa in verbo Religio il 5. num.6. Henriq.in summ.lib.7.cap.22.§.7.Nec oneribus ipsius sunt obnoxii, præsertim ne teneantur recitare Diuinum officium, nisi ratione ordinis, vel beneficii, quod haberent Sorbus in compend. mendicant. in verbo Nouitius, §. final.

RESOLVT. CCXLIII.

1 *Pubes debet esse qui ingreditur Religionem.*
2 *Aetas duodecim anni requiritur in ingredi volentem Religionem.*
3 *Annus nouitiatus ad quid detur.*

Nouitius quam ætatem habere debet ad hoc, vt legitimum faciat Nouitiatum.

1 SCiendum est, & notare debemus, quod vt ingressus in Religionem sit propriè,& verè Nouitius, ac legitimum

gitimum faciat nouitiatum; requiritur quod si pubes, ideſt quatuordecim annorum completorum, vt ſupponi videtur in Clement. fin. iunct. gloſ. in verbo ætate, de regular., & ſcripſerunt Sylueſter in ſumma, in verbo Religio il 2. quæſt. 12. & in verb. Religio il 3. quæſt. 2. Azor. inſtit. moral. lib. 12. c. 2. q. 4. & q. 7. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez in præcepta Decalog. cap. 4. nu. 22. lib. 5. tom. 2.

2 Et cum quis religionem ingreditur, habitumq; regularem ſuſcipere intendit, duodecim annos expleuiſſe oportet ſi mulier ſit, vt in Concil. Trident. ſeſs. 25. c. 17. de regular. quod ſi vir, in ea debet eſſe ætate quam eius ordinis Regularis in quo recipitur Regularia inſtituta, & ordinationes requirunt ex decreto Clem. VII. de quo apud Quarant. in ſumma Bullar. in verbo Monaſteria Regularia.

Cuius opinionis ratio reddi faciliter poteſt illa in-
3 ter alias, quæ fortaſſe adduci, & conſiderari poſſent; eo quia annus Nouitiatus datur ad auſteritates Religionis experiendas, inter quas primum, & ſupremum locum obtinet caſtitatis obſeruantia, cuius difficultates impuberes experiri plenè vtique non poſſunt, vt experientia, quæ eſt rerum magiſtra docet.

Declara tamen quod licet ſupradicta ætas ſit neceſſaria, tamen de licentia Superioris generalis Ordinis poteſt quis acceptari ante pubertatis annum, & valebit ingreſſus, Sanchez in præcepta Decalog. lib. 4. cap. 18. num. 8. ita vt gaudebit talis priuilegio Canonis, iuxta textum in c. Religioſo, de ſentent. excomm. in 6. prout ita probat Angel. in ſumma in verbo Nouitius num. 21. & Palud. in 3. ſent. diſt. 39. quæſt. 3. in quæſtiuncul. 2. in fine.

RESOLVT. CCXXXXIV.

1 *Creatio Religioſorum de iure ſpectat ad Prælatum.*
2 *Capitulum repugnante Prælato, & è contra non poteſt ad profeſſionem admittere, quia amborum conſenſus requiritur, num. 3.*

Nouitius An poſſit admitti ad profeſſionem abſque conſenſu Capituli Monaſterij.

1 PRo reſolutione huius quæſiti pars negatiua eſt, & videtur verior. ea ratione, quia creatio Religioſorum de iure pertinet ad Prælatum, & ad Conuentum ſimul, c. ea noſcitur, de his quæ fiunt a Prælato.

Tum etiam quia in creatione Religioſorum reperitur quidam contractus, & reciproca obligatio, qua profitens monaſterio obligatur, & monaſterium vicißim ipſi profitenti, eum ſuſtentandi, & alendi, & cum ipſo vnum corpus, & Collegium conſtituendi; igitur requiritur vtriuſque partis conſenſus: & ſicuti profeſſio eſt nulla, deficiente conſenſu profitentis, ita & nulliter facta eſt cenſenda, & exiſtimanda deficiente conſenſu Monaſterij, & maximè contradicente capitulo, Nauarr. conſ. 62. num. 2. de Regularibus, Miranda in ſuo Manuali Prælatorum q. 24. art. 8. Vndè ſequitur quod nec Capitulum repugnante Prælato, nec Superior repugnante capitulo, poteſt aliquem ad profeſſionem admittere, idem Nauarr. conſil. 9. q. 5. n. 13. de conſtit. in 2. edit. Sanchez in præcepta Decalogi lib. 5. c. 4. num. 69. Fr. Bartholom. à S. Fauſto in ſuo theſaur. Religioſ. q. 240. lib. 5. vbi quod procedunt nõ ſolum ad admittendum aliquem ad profeſſionem, ſed etiam ad receptionem ad habitum, vt ſequitur etiam Emanuel Sà in ſuo Aphoriſmat. in verb. Religio, num. 65. & Leis. de iuſt. & iur. lib. 2. c. 41. dub. 7. taliter quod amborum cõſenſus requiritur pro vt dictum eſt cum profeſſio ſit quidam cõtractus inter religionẽ, & profeſſum ex quo reciproca quædam oritur obligatio; ſequitur quod nec profeſſio tacita, neque expreſſa fieri, aut dari poteſt alicui ſine conſenſu vtriuſque, nempè capituli, & nouitij, iuxta textum in l. in omnibus ff. de act. & obligat. & l. ſicut C. eod. tit. Innocent. & Panormit. in cap. porrectum, de Regul. Sylueſtr. in ſumma in verbo Religio quæſt. 19. num. 19. teſtans eſſe communem opinionem.

RESOLVT. CCXXXXV.

1 *Beneficia Nouitiorum non vacant durante Nouitiatu.*

Nouitiorum Beneficia An dicantur vacare, ita vt iure eligendi in illis competente interea priuentur.

1 DIcendum eſt, quod durante tempore Nouitiatus beneficia eorumdem Nouitiorum interea non ſunt dicenda vacare, iuxta cap. beneficium, de regular. in ſexto, & ibi Gemin. nu. 1. & 3. ac Petr. Gregor. Tholoſ. in lib. 1. partis iuris canon. titul. 28. ca. 4. adeò quod ſi beneficium poſſideant habentes ius eligendi, cum prædictum ius computetur inter fructus, teſte Felyn. in cap. cum olim, de maiorit. & obedient. Innocent. in c. in litteris in princip. de reſtitut. ſpoliat. debent vocari dummodò in loco non admodum litigij quo degant, ſed vt eligant, ſeu Procuratorem conſtituant ad eligendum ſi Archidiacono credendum eſt in eodem cap. beneficium verſic. aſſenſus, quem ſequitur inibi Guillielm. colum. 2. & Petr. de Anchar. n. 3. à Philippus Probus num. 1. tum per rationes ab eodem Archidiacon. traditas, tum præterea per eius authoritatem, quæ maxima eſt præſertim ſuper 6. Decretalium, vt eius dicta in eo libro ſint præferenda cunctis reſolutionibus ab alijs omnibus in eodem libro traditis, vt inquit Felyn. in cap. 1. poſt num. 54. de conſtitut. & Thomas Ferreta caut. 19. in fine per authoritatem Rotæ in deciſ. 348. in antiquis, & conſequenter videtur non admittenda contraria ſententia Pauli ſuper eodem cap. beneficium, & inibi Ioannis Monaci num. 2. Ioan. Andr. poſt num. 2. & Gloſæ magnæ propè finẽ, quod nequeant eligere, vel Procuratorem conſtituere ad eligendum, Azor. conſtitutione moralium lib. 12. cap. 3. ſubijcens ſecus eſſe quoties electio, ſiuè præſentatio ad ipſos Nouitios ſpectaret non iure collegij, ſed ex eorum propria perſona per Gemin. & Franc. in eodem c. beneficium. Verum ipſe in præfata Doctorum, & grauiſſimorum controuerſia, vel relinquerem cogitandum, quemadmodum Franchus relinquit in ipſomet cap. num. 2. in fine, vel dicerem eſſe vocandos non quidem, vt perſonaliter eant ad electionem, ne eueniant, quæ Ioan. Andr. & alij pertimeſcunt, & propterea negant illos vocari debere, ſed vt Procuratorem conſtituant, atque, ita omnis abeſt mali timor, & ipſi eligendi iure non priuantur: quod ſi beneficia à Nouitijs poſſeſſa retinerent curam animarum, Epiſcopus alios ſubſtitueret, qui illis inſeruiant, aſſignata eis congrua de illorum prouentibus portione ex eodem cap. beneficium, nec tantum deſeruiunt per anni tempus in illo c. ſtatutum, ſed quoſque fuerit emiſſa profeſſio, vt inquit Pariſius in tractat. de reſignat. benefic. lib. 3. quæſt. 13. poſt n. 82. fretus Concil. Trident. can. 16. ſeſſ. 25. de regularibus.

RESOLVT. CCXXXXVI.

1 *Probationis Annus debet eſſe continuus.*
2 *Superioris Authoritas excuſat.*
3 *Salarium debetur Auditoribus pro tempore quo fuerunt abſentes de licentia.*
4 *Abſentia propter infirmitatem eſt coacta.*

Nouitius egressus Monasterium de Superiorum licentia propter inualetudinem, An possint adimplere annum probationis, reuertendo ad illud.

1 REgulariter annus probationis, debet esse continuus ad hoc, vt professio fieri possit in Religione, aliter quod non coniunguntur, Abb. & Ancharan. in c. ad Apostolicam, de regular. Syluest. in sua summa in verbo Religio il 5. quæst. 4. num. 4.

Tamen vbi Nouitius de Superiorum licentia exiuit de Monasterio, propter malam valetudinem, habetur enim pro præsente, ac si numquam fuisset egressus, & potest adimplere annum probationis, coniungendo primum tempus cum sequenti, quasi non stet per eum ad quem pertinet, quò minus conditio impleatur, ideò debet iudicari, & haberi pro impleta, Gonzal. Mendoz. Vasconcell. lib. 2. var. iur. argum. cap. 15. vbi testatur resolutum, ita per sacram Congregationem Concilij, Gratian. in addit. ad decis. Marchiæ 35. nu. 2. Graff. in decis. aur. lib. 3. cap. 5. post num. 18. Nauar. cons. 47. de Regular.

2 Et ratio est, quia licentia Superioris excusat, & illum facit esse pro præsente, ex dictis per Amat. decis. Rotæ Marchiæ 52. n. 22. quem allegat Nouarius in praxi elect. & variationis fori, quæst. 45. sect. 3. in antiqua impressione Neapolitana num. 13. cum sequent.

3 vbi fundauit salarium deberi Auditoribus Rotæ pro tempore quo fuerunt absentes cum licentia; & quod lectores dicuntur legere, eo tempore quo vacant de licentia Superiorum.

4 Tum etiam quia absentia, propter infirmitatem est coacta, & non voluntaria, & quod quis inuitus patitur, non debet ei afferre præiudicium, vt notat Glos. in cap. fin. distinct. 5. in verbo inuita, & in cap. presbyteros dist. 50. Et infirmus censetur Ecclesiæ inseruire, Gemin. consil. 1. colum. 3. Bonifac. in Clem. cupientes, num. 46. de pœnis. Vnde ideò videmus, quod qui absunt a Choro propter infirmitatem, quia interesse censentur, ideò bene possunt distributiones quotidianas percipere, cap. vnic. §. qui verò, de Cler. non resident. Nauarr. in coment. de horis canonic. c. 11. nu. 10. Guttierez quæst. canonic. lib. 1. cap. 1. nu. 140. Couar. lib. 3. var. resol. c. 13. num. 8. Duen. regul. 206. limit. 7. & latius Cened. lib. Canon. quæst. cap. 1. num. 7.

RESOLVT. CCXLVII.

1 *Electio fori competit personis Ecclesiasticis, etiam si agant pro eorum offensa, num. 2. vel consanguineorum, num. 3.*

4 *Nouitij vti personæ Ecclesiasticæ, gaudent beneficio electionis fori.*

Nouitius an vtatur priuilegio, *l. vnicæ, C. quando Imperat. inter pupill. & viduam.*

1 PErsonæ Ecclesiasticæ, pro bonis Ecclesiast. litiganti, perhorrescentiamq; aduersarij alleganti competit procul dubio electio fori, de qua in l. vnica, C. quando Imperat. ita Doctor. omnes in cap. cum sit generale, de foro competenti, Afflict. decis. 257. vbi etiã Vrsil. in addit. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 166.

2 Et quemadmodum persona Ecclesiastica, habere fori electionem, vbicumque ageret pro rebus Ecclesiasticis, ita pariformiter haberet ipsius fori electionem, quotiescumque per laicum foret offensa eius persona, & sic ei illata reperiretur iniuria, & percussio, pro vt sic assentitur cum suo necessario fastigio, & apparatu in terminis, Io. Vincent. de Anna in allegat. 146. Franc. decis. 897. Viuius decis. 27. vbi sic decisum in Reg. Audient. Apuleæ refert, & adducit rationem, nam iniuria illata personæ Ecclesiasticæ Deum tangit, cap. nonnulli 3. q. 1. tangit etiam totam Ecclesiam, & sic iniuria facta Clerico, potest a quolibet de illo loco vindicari, ad quos principaliter pertinet, ita Bal. & Paul. Castrens. in leg. 1. §. huius studij in fin. ff. de iust. & iure; licet hinc est quod si remitteretur iniuria hæc ab offenso, non censeretur vtique remissa ea, quæ est illata toti Ecclesiæ, can. si is qui 27. quæst. 4. & c. Salonitanæ 44. dist. Card. in Clem. 2. in princ. de pœnis, & Doctr. in cap. fin. de maledic.

3 Imò personas Ecclesiasticas agentes, prò iniuria facta consanguineis, posse vti huiusmodi priuilegijs electionis fori, pulchrè probauit Nouar. forens. q. 7. lib. 1. vt apud eum in facti contingentia latius videri potest.

4 Et cum vt aliàs probatum est Nouitij, durante probationis anno nomine Ecclesiasticarum personarum veniant precisè in fauorabilibus, prout in casu, de quò agitur: ideò iuridicè concludi potest Nouitios habere priuilegium eligendi forum, prò vt, & cæteræ personæ Ecclesiasticæ, vt ità in terminis scripsit idem Nouarius in sua praxi electionis, & variationis fori, quæst. 35. sect. 2. in vltima impressione.

RESOLVT. CCXLVIII.

1 *Nouitij non possunt habere beneficia regularia.*

2 *Beneficia secularia possunt conferri Nouitio.*

3 *Præsentatus ad beneficium, licet ingrediatur Religionem potest institui.*

Nouitijs beneficia Regularia, An possint conferri, vel secularia.

1 DIcendum est, quod nullatenus beneficia regularia possunt conferri Nouitiis, sed debent dari expresse professis, cap. nullus, de electio. Clem. 1. de supplenda negligentia Prælatorum, & Clem. 1. §. sanè 2. de Statu Monachorum, Paulus Lapus, Domin. num. 6. vers. in eandem glos. ibi nullus, & Franchus num. 1. circa finem, in cap. beneficium, de regul. in 6. quidquid sentiat glos. ibi in verbo conferendum. Azor. lib. 13. c.

2 3. quæst. 1. Beneficia verò secularia possunt conferri Nouitio, & valebit collatio, seu electio de eo facta, cum possit consentire, & redire ad seculum, & non sit verè Religiosus, quamuis contra teneat dicta Glosa verbo cõferendum, dicens quod constituto in probatione, non poterit conferri beneficium, quod per seculares possideri non possit, & cap. quam sequitur ibi Lapus, Ancharan. & Domin. vbi supra, sed contra eum tenet Franchus, dicto num. 1. vers. in eadem glos. ibi possideri, dicens satis videri, quod licet id fieri non debeat, vt dicit gl. si tamen eidem conferatur, vel ad id eligatur, tenebit electio, vel collatio, & cap. qui tamen malè ait quod consentiendo, & beneficium acceptando, videtur ipsi Religioni renunciare, sicut è conuerso, nam non est compatibile beneficium cum Nouitiatu, & probatione; idem tenet Azor. supra, vnde in Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 13. & 15. de reformat. prohibetur beneficia regularia secularibus vniri. Hodie in eodem Concilio, session. 14. cap. 10. de reform. decretum est, vt regularia beneficia, in titulum regularibus professis prouideri consueta, tum per obitum, aut resignationem, vel aliàs illa, in titulum obtinentis vacare contingerit religiosis tantum illius ordinis, vel iis qui habitum, qui omninò suscipere, & professionem emittere teneantur, & non aliis ne vestem, lino, lanaque contextam induant; conferantur Gonzal. in regul. 8. Cancell. glos. 8. num. 7.

3 Ex quibus meritò, Nouarius lib. 1. quæstion. forens. c. 80. volum. 1. præsentatum ad beneficium Iurispatronatus, si ingrediatur Religionem, dum est in Nouitiatu, posse institui per Ordinarium.

RE-

RESOLVT. CCXLIX.

1 *Vota Religionis ingreſſu reſoluuntur, etiam quod ſint perſonalia, num. 2.*
3 *Vota temporalia poſſunt commutari in perpetuum Religionis ingreſſum.*

Nouitius durante Anno Nouitiatus, An ſit à votis in ſeculo emiſſis abſolutus.

1 CLarum eſt, quod per ingreſſum Religionis vota reſoluuntur, cap. admonere 33. quæſt. 2. vbi gloſ. in verbo Monaſter. affirmat, quod Religio multos parit effectus, nempè quod quantumcumque peniteat, quis teneatur finire; ſi intret Religionem ad illa non tenetur: cum Religio ſoluat vinculum iuramenti, cap. peruenit, de iure iurand. Item ſoluit votum cap. ſcripturæ, eodem tit., taliter quod per ingreſſum religio-
2 nis, in anno probationis vota reſolui, ſiue ſint perſonal. vt ieiunia, & orationes, ſiuè realia, vt eleemoſynæ, ſiuè miſta, vt peregrinationes ad Eccleſ. cum eleemoſ. aduerſus Sylueſt. in ſua ſumma, in verbo Religio tenuit Couar. de pactis par. 1. §. n. 4. verſ. 2. apparet; qui ampliat ſuum dictum, etiam abſque authoritate Superior. quod ſatis cõſtat ratione vrgentiſs. quia Deus melius, & gratius acceptabit id opus, quod melius eſt, cap. quod ſuper his, de voto; facit text. in cap. ſcripturæ eod. tit. vbi reus fracti voti non dicitur, qui temporale obſequium in perpetuum, noſcitur, Religion. ob-
3 ſeruantiam commutare; facit etiam text. in cap. peruenit, de iure iuran. quo quidem caſu, cum certum ſit ingreſſum Religion. gratioſum eſſe Deo, quam quod cumque aliud opus. Hinc fit, quod quæcumque vota temporalia poſſint commutari in perpetuum Religion. ingreſſum abſque authoritate Superior. D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. gloſ. in cap. Monacho 2. q. 6. Panor. & Felyn. in dicto cap. peruenit, Sylueſt. in verbo votum 49. Roman. ſingul. 498. facit etiam text. in ca. licet, de pœnit. & remiſs. vbi Abb. Card. & Ancharan. exiſtimarunt non eſſe neceſſariam authoritatem Superior. in commutando pœnitentiam iniunctam à Confeſſario, in ieiunando aliquot dies in pane, & aqua, ſi certa ſit neceſſitas carentiæ panis: quia tunc poteſt vti leguminibus, aut alijs cibis ad ſubſtentationem, facit etiam text. in c. licet. de regular. vbi reſponſum eſt poſſe, quem tranſire ad ſtrictiorem Religionem, licentia tamen petita, non tamen obtenta à Prælato.

RESOLVT. CCL.

1 *Milites S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, qui profeſſionem non emiſerunt, minimè gaudent priuilegio fori, ſed vide nu. 2.*
3 *Nouarius ab impugnatione Giurbæ, defenditur, & laudibus extollitur.*

Nouitij Religionum Militar. puta S. Io. Hieroſol. Calatrauæ, & Alcantaræ, An gaudeant priuilegio fori, ſicuti & Nouitij aliarum Religionum.

1 NOn deſunt, quia in ea fuerunt opinion. quod Milites Ordinum S. Iacob. Calatrauæ, Alcantaræ, & ſimilium, qui profeſſionem adhuc non fecerunt, quod non gaudeant priuilegio fori, vt dixerunt Soccin. in c. propoſuiſti, de foro competenti, Boſs. in eodem tit. n. 144. Bouadil. in ſua Politica lib. 2. cap. 19. nu. 16. & 17. Maſtrill. deciſ. 290. nu. 166. par. 3., vbi ita affirmat vidiſſe practicari in Regno Siciliæ; quidquid ſit in alijs Nouitijs Religionum, qui intra tempus Nouitiatus quantum ad hoc cenſentur perſonæ Eccleſiaſticæ ex l. ſtatu liber. ff. de quæſtion. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. nu. 24. Scaccia de iudic. cauſarum ciuil. cap. 5. nu. 12. vbi quod ſi profeſſio non eſt facta, quia adhuc non eſt elapſus annus, vel quia aliter eſſet impeditus, tunc ingreſſus religionem gaudet foro Clericali, taliter quod paria ſunt ad iſtum effectum factam fuiſſe profeſſionem, vel eſſe intra annum faciendi eam.

2 Verum contrarium, & verius in puncto principali ſcripſit Nouarius in ſuo tomo 1. quæſt. forenſ. cap. 42. vbi perbellè probauit, quod ille qui aſſumpſit tantum habitum ſacræ Religionis militaris, & profeſſionem adhuc non emiſit, gaudere priuilegio fori, quia valet argumentum de ſtatu Regularium, ad ſtatum, & Religionem Religioſorum militarium, vnde diſpoſitum in vno, debet in alio procedere.

Et licet non ter Giurba conſ. crimin. 77. num. 21. tentauerit pungere doctiſſimum Nouarium in citata quæſt. 42. ſub prætextu quod non percepiſſet, Socc. &
3 alios contrarium tenentes; putans quod illi loquantur in militibus alterius ordinis, quam S. Io. Hieroſolymitani; ex quo cenſere videtur Nouitios Religionis Hieroſolymitanæ gaudere hoc priuilegio fori, alterius verò Ordinis non, ſupponens illos non eſſe verè Religioſos. Tamen aduertendum eſt totum contrarium fuiſſe decretatum à ſacra Congregatione, vt indiſtinctè qui aſſumpſit habitum Ordinis militaris debeat fori priuilegio gaudere, prout ſic etiam deciſum in Regno Hiſpaniæ fatetur Barboſa in remiſſion. Doct. ad leg. Luſitan. lib. 2. tit. 12. fol. 163. Vnde præfatus Nouarius, ſicuti doctè, & piè ſupradictam ſuſtinuit opinionem; ita quoque maximoperè laudibus extollendus venit; & eiuſdem Nouarij ſententiam aduerſus ſupracitatos recentiſſimè adducit Additio ad Coſtam Siculum, in conſil. 42. num. 18. & diximus ſupra in titulo de Religioſor. militar. Ordin.

RESOLVT. CCLI.

1 *Perſonæ Eccleſiaſticæ quæ dicantur.*
2 *Nouitij ante profeſſionem non ſunt Religionis membra.*
3 *Nouitius ante annum probationis, an poſſit ordinari.*
4 *Trahens Nouitios ad forum ſeculare incidit in cenſuram Bullæ Cœnæ.*

Cenſura lata in Bulla Cœna Domini, contra trahentes perſonas Eccleſiaſticas, an liget illum qui trahit Nouitium ad Forum ſeculare.

FVi quandoque conſultus in variis caſibus contingentibus, ſi trahens Nouitium ad forum laicale ſit innodatus cenſura lata in Bulla Cœnæ Domini, & ſemper pro affirmatiua parte reſpondi; eo quia perſonæ Eccleſiaſticæ, in dicto Canone nominatæ dicuntur omnes fori priuilegio gaudentes, atque adeò omnes ij qui aliquo actu eximuntur à ſecularibus; nempè per receptionem ad aliquam ex Religionibus approbatis, vt præter alios aduertit Sayr. in Theſaur. caſ.
1 conſcientiæ lib. 3. cap. 19. num. 7. & perſonæ Eccleſiaſticæ dicuntur, non ſolum omnes clerici, ſiuè ſeculares ſint, ſiuè regulares Religioſi, ac Religioſæ, eorumque conuerſi, & conuerſæ in aliqua Religione approbata vota profitentes, vt in c. cum ad monaſterium, de ſtat. monach. & canon. lex continentiæ 27. quæſt. 1. ſed etiã eorumdem Nouitij, ſiuè Clerici ſint, ſiuè Conuerſi: quia Nouitij infra probationis annum licet, non dicãtur propriè Religioſi, vt dicit Bart. in l. illa. Ne Sacr. Baptiſ. reit. Imol. in l. quoties in ſtipulationibus, & ibi etiam Angel. de verbor. obligat. & in l. ſi idem, vbi Paul. Caſtr. ff. de iuriſd. omn. Iudic. Rom. & Bald. in l. non ſolum in princ. & §. annus per illum text. ff. de ex-
2 cuſ. tutor. eò quod Nouitij ante profeſſionẽ non ſunt religionis membra, nec ad primam tonſuram ordinari poſſunt, vt in cap. in monaſterijs 19. quæſt. 3. Armill. in ſumma, in verbo Nouitius, numer. 18. & ſi aliter il-

lum textum intelligat Turrecrem. ibi, & Rodriquez
3 tom.1.quæst.regular.quæst.13.cap.4,in fine,vbi optimè defendit Nouitium infra annum probationis posse ad primam tonsuram, & etiam ad ordines promoueri; nec obligantur ad præcepta regulæ,nisi sicut alii Christiani,Sylvest.in summa,in verbo Religio 5.num. 6.Angel.ea.versic.num.18.& Sayr.lib.7.Thesaur.cap. 13.num.6.tamen gaudent priuilegio Clericali.

4 Vnde in propriis terminis supracitati articuli, quod censura lata in Bulla Cœnæ Domini contra trahentes personas Ecclesiasticas, liget trahentem Nouitium ad forum seculare, docet Nouarius de electio.& variat.fori qu.46.sect.2.in vltima impressione Neapolitana.

RESOLVT. CCLII.

1 *Nouitius intelligitur filius illius Monasterij, in quo receptus fuit.*
2 *Commoda sequuntur illum,qui habet incommoda.*
3 *Decisio Triuisani reportatur.*

Nouitius An intelligatur filius illius Monasterij, in quo receptus fuit, si in alio professionem emittat.

1 Est vsus aliquarum Religionum,& præcipuè Clericorum Regularium, vt Nouitius intelligatur filius illius Monasterij, in quo receptus fuit, quamuis professionem emittat in alio Monasterio, & sicut ad illud Monasterium, in quo fuit receptus,spectat onus dicti Nouitij non solum dum est in nouitiatu, sed etiam vbi est professus:sic etiam omnia emolumenta, quæ perueniunt ad Religionem ratione dicti Nouitij
2 in quocunque tempore pertinet ad idem Monasterium, iuxta regulam iuris, vt qui sentit commodum, debet sentire & incommodum,iuxta vulgatam regulam,de qua Nouarius lib.1.quæst.forens.cap. 113.nu. 7.nisi tamen Capitulum Monasterij,in quo fuit receptus Nouitius consentiret vt posset Nouitius disponere in fauorem Monasterij, in quo professionem emisit, quia tunc benè illa bona acquirerentur dicto Monasterio:cum bona non acquisita remitti, & relaxari possint absque scrupulo,Abb.in cap.sua. num. 9. de his quæ fiunt à Prælat. Quarant. in summa Bullar. in titul.de alien.rerum Eccles.num.43.

3 Verum in puncto principali notabis quod Triuisan. decis. Rot.Venet. 30. part. 1. hæc dicit,*Monacus vel Regularis die professionis, quam emittit, omnia eius bona vna cum persona sua incorporantur Monasterio cap. 2.Concil.Trident.sess.25. de regular. & monial. adeò vt Monasterium in quo professionem emisit est dominus libertatis,& bonorum profitentis:postea verò professus ille si mutat Monasterium, ideſt Ciuitatem, non autem Religionem, & aliquid acquirat; dubitatur cui acquirat an Monasterio suæ professionis emissæ, vel illi in quo reperitur: in vna Perotta nuncupata Venetiarum dubium hoc mihi euenit in facto, & prima facie videbatur dicendum quod pecunia fratris Adriani Perotta reperta in eius cellula in Monasterio Sancti Antonii Venetiarum esset ad iudicanda Monasterio Sancti Saluatoris Venetiarum in quo professionem emiserat, quia illud dicitur eius Monasterium,& ideo quicquid acquirit Monachus acquirit suo Monasterio, Abbas in c. ne religiosi, de regular. num. 3. suum dicitur illud in quo Monachus factus est, ergo pecunia prædicta prima facie videbatur dicendum deberi consignari Monasterio Sancti Saluatoris. His tamen non obstantibus contrarium decisum fuit nempè spectare ad Monasterium Sancti Antonii vbi inuenta fuit ex doctrina Cardinalis Zabarellæ cons.6.nu.2.*

RESOLVT. CCLIII.

1 *Interdictum Cleri,includit Religiosos.*
2 *Interdicta Ciuitate,singuli censentur interdicti.*
3 *Nauarri verba reportantur.*

Ciuitate interdicta, an Nouitij includantur.

1 EX Nauar.in manuali habetur cap.27.nu.167.versic. quamuis interdictum Cleri; habetur, quod interdictum Cleri includat Religiosos, Religiosas, Conuersos, Conuersas, sic etiam Nouitios, & Nouitias: Igitur à contrario dicendum est,quod interdicto populo Ciuitatis non includuntur Nouitij Religionum,vt firmat Campanil.in diuers.iur.Canonic.ca.3, num.28.Rubr. cap. 12. per hæc verba,ex quibus illud
2 præcipuum comprobatur axioma, quod licet interdicta Ciuitate,singuli illius vniuersitat.interdicti sint, cap.si sententia,§.cum verò de sent.excommun.in 6, nihilominus in aliquod ingressus monasterium statim fit ab eo liberatus, atque etiam ante professionem; quia in Clericorum numerum ascriptus,& propterea valeat ordinibus insigniri, atque initiatis vti, vt post longam disputationem concluſit Federic. de Senis in citato cons.32.& defendit Vgolin. in tract.de censur, tabul.5.sub rubr.de interdicto,c. 20.§.4.num.2. vbi tamen pro sui tuitione adducit Nauarr. in manuali, cap.27.num.267.vers.quamuis interdictum Cleri,vbi
3 hæc scribit verba. (*Quamuis interdictum Cleri, videatur includere religiosos, & religiosas, conuersos, & conuersas,nouitios,& nouitias) ergo à contrario interdictum populi non eos amplexantur; validum apparet argumentum, quò ad eos qui tempore interdicti reperiuntur Nouitii,non autem ad eos qui eò tempore erant laici, & postea assumpserunt habitum; ad istos enim nullatenus extendi posse præfata verba Nauarri.*Opinor,quamuis concluserim resolutionem ipsum substinere, illosque per assumptionem habitus monachalis,iam liberatos ab interdicto, & consequenter promoueri, ac in promotis ministrare non prohiberi.

RESOLVT. CCLIV.

1 *Nouitij absoluuntur à censuris ab eorum Prælatis, sed vide num.2.*
3 *Initium in delictis attenditur.*

Nouitij an à censuris, & casibus reseruatis ante ingressũ incursis, possint absolui à suis Superioribus.

1 DIcendum est, quod à casibus reseruatis, nec non à censuris etiam ante ingressum incursis, absoluuntur à Prælatis Religionum,Hostiens.in cap.monachi,in princip.de sent.excommun.Archid.in cap. Religioso,circa finem,de sentent. excommun.in 6.Lap. alleg.47.Graff.in decis.aur.lib.3.cap. 5. sub num. 33. Sayr.in thesaur.cas.conscient.lib.3.cap.28.nu.14. vbi tamen num. 15. declarat,quod à censuris absoluuntur cum reincidentia, si infra annum egrederentur à Monasterio.Passarell.de priuileg.minimor.cap. 33. Felician.in tit. de excommun. cap. 14. & 15. Astens. in summa lib.7.tit.13,artic.5.quæst.11. vbi quod præfata clausula cum reincidentia si indè exierint,subintelligeretur etiam si non apponeretur.

2 Verùm Innocentius in c. cum illorum, de sent. excomm.negat Nouitios posse absolui a Super.regular. cuius opinio tanquam verior videtur confirmata per Rodriq.quæst.regul.q.20.art.21.to. 1. vbi proponens hunc articulum respondet affirmatiuè, motus ex priuilegio quodam Clem.IV.minoribus concesso,alteroque Pauli III. concesso Congregationi Iesus,quare videtur contrarium innuere in illis Religionib.quę consimile

simile non habēt priuilegium, eò quia priuilegia sunt priuata lex, & contrariam insinuant dispositionem de iure communi, & ab eo aliquid alienum continere dicuntur l. 1. §. si plures, ff. ad municip. l. 3. & ibi Doctor. ff. de bon. liber.

3 Pro qua vltima opinione satisfacit, quod in delictis, & criminibus tempus in quo commissum est, debet attendi, l. 1. ff. de pœn. l. iniuriarum extimatio, ff. de iniur. l. 1. §. 1. ff. ad Syllan. quamuis mutetur status, glos. in l. 1. in verbo commissa, Cod. vbi de crimin. agi oport. nam priuilegium superueniens non mutat forum, de quo latè Giurba decis. 23. cum in omnibus initium, & principium sit inspiciendum, vt probatur in leg. si filiusfamilias, ff. de verb. oblig. & fusè discutit Nouarius in suo tract. de datione in solutum qu. 25. part. 2. qui in praxi elect. fori qu. 46. sect. 2. in vlt. impres. Neapol. in specie cum ista finali opinione trāsit, & illā fulcit rationibus alijs, vt apud eum legi poterit.

RESOLVT. CCLV.

1 *Nouitij quando admittantur ad profitendum.*

Finito tempore Nouitiatus, Superiores An possint tempus professionis prorogare.

1 ESt quidem certum, nec dubitare licet, quod finito tempore Nouitiatus, Superiores ad profitendum admittant Nouitios, quos habiles inuenerint, aut è Monasterio eos ejiciant exceptis Clericis Societatis IESV, præcipitur in Conc. Trid. cap. 16. sess. 25. de regular. relatione autem, deinde super hac dispositione Concilij per Sacram Congregat. Cardinalium, illius Interpretum facta Sanctissimo Pio Papa V. declarauit Sanctitas sua procedere tantùm in illis Nouitijs, quos Superiores elapso tempore nouitiatus habiles inuenerint, non autem in his, quos inhabiles, vt sunt illi, qui didicenda adhuc non bene didicerunt: & ideò quo ad istos attinet, Sanctitas sua concessit, vt Superiores possint illorum professionem, si ipsi Nouitij consenserint, prolongare dummodò habeant spem probabilem, quod efficiantur habiles infra sex menses, ita testatur Gaspar Passarell. in suo tractat. priuil. fol. 230. respondisse Eminentissimos Cardinales præfatæ Congregationis sub die 8. Nouembris 1564. & refert etiam Sorbus adiungens, ita præterea viuæ vocis oraculo concessum fuisse Religioni Capuccinorum in Annotat. ad compend. men. die. verbo nouitius, vers. 6. notandum ipsos vidi Neapol. nonnunquam dilatum fuisse ad multos dies, & hebdomadas post annum, idq; ex multis, diuersisque tunc emergentibus causis, atque in facto occurrentibus.

RESOLVT. CCLVI.

1 *Beneficium illius, qui religionem ingreditur non est conferendum intra probationis annum.*
2 *Beneficium resignatum à Nouitio qualiter sequuta professione debeat ab Episcopo conferri.*

Nouitiorum beneficia, An possint resignari.

1 TExt. in cap. beneficium, de regular. in 6. videtur annuere, dum constituit ne beneficium illius, qui religionem ingreditur, sit conferendum intra probationis annum, nisi ipsius accedat consensus, hæc quidē verba nouissimè relata indicant ea posse à Nouitiis resignari, & eius accedente consensu alteri conferri, idq; expressis verbis affirmant Angel. & Armil. in verbo nouitius, ille n. 22. iste autem n. 18. verum contradicit Maiol. in tract. de irregul. lib. 3. c. 6. post n. 1. negans id fieri posse, & factam renuntiationem nullius esse validitatis adiungens, & Paris. de resignat. benefic. lib. 3. qu. 13. n. 4. mouentur ex cap. 16. Conc. Trid. sess. 25. de regular. cuius decretum vendicare sibi locum, etiam in renunciatione beneficii, idque pluries declarasse Congregationem Concilii, subnectit, idem Paris. num. 5. ob quod cum ille canon, procedat etiam in renunciante bona sua ante ingressum religionis, illius tamen intuitu, vt probat Molina in tract. 2. de iust. & iur. disput. 139. versic. ambigit rursus, & clarius disp. 149. versic. quod ad Ecclesiam, vtique rectè censuit præfata Congregatio Concil. in hac renunciationis beneficij specie ex Parisio citato loco, num. 9. vt qui animo ingrediendi monasterium renunciauit beneficium ante ingressum, nullius sit validitatis renunciatio dum tamen nihil in bonis habeat renuncians, ex quibus viuat, aut ordines susceperit ad illius titulum: quibus quidem in casibus resignatio prohibetur admitti, nisi emissa professione; idque exprimitur in supplicatione cum clausula, aut de consensu Superioris infra
2 duos menses ante professionem emittendam, nec aliàs intelligatur effectum sortiri, nisi sequuta professione vigore eiusdem Canon. 16. quamobrem beneficium resignatum, ita Episcopus alteri conferri nequibit, nisi emissa professione, ex eiusdem Congregationis sententia, cuius est testis, idem Paris. inibi num. 7. ne illum pœniteat profiteri, quod contingere plerumque experimur, & inquit D. Thom. 2. 2. quæst. vltim. artic. 1. & Nauarr. in cap. cui portio 12. qu. 1. princip. post num. 9.

RESOLVT. CCLVII.

1 *Nouitius si decedat infra annum probationis habetur pro professo.*
2 *Animi destinatio habetur pro completo.*
3 *Nouitius largo modo dicitur Religiosus.*

Nouitius decedens infra annū probationis, An habeatur pro professo ad hoc vt eius bona sint Monasterij.

1 EX communi Doctor. opinione testatur Dec. in cap. in præsentia, n. 73. vers. nono quæritur, de probat. quod si nouitius decedat infra annum probationis, quia habetur pro professo; eius bona monasterij sunt, sequuntur Gabriel conclus. 12. nu. 13. de præsumpt. Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 38. n. 7. Gratian. decis. Rotæ Marchiæ 35. n. 13. quia cum
2 iam ingressus fuerit religionem, ista animi destinatio, quæ deprehenditur ex actu inchoato, etiam non finito, habetur pro opere perfecto, & consūmato, licet casu fortuito non peruenerit ad effectum, vel ex aliquo alio impedimento, l. cum quidam, & leg. si non sunt, §. infecti, ff. de aur. & argent. legat. sicque de nouitio ingresso monasteriorum concludit Ancharan. cons. 69. nu. 8. Mandos. de priuileg. ad instar glos. 10. num. 24. Franch. in c. cūnullus, in fin. & ibi Anchar. etiam in fin. de tempor. ordinat. nam sufficit, vt qui in loco possit moram trahere, vt sic iudicetur tanquam de perpetuo, & professo, vt notant Doctor. in cap. fin. de rescript. in 6. & sufficere debet, quod non mutauerit voluntatem, & conferunt latè considerata per Nouarium lib. 1. qu. forens. cap. 40. vbi probauit legatum sub conditione, quod efficiatur Sacerdos, transmitti ad hæredes, si legatarius morte præuentus, non peruenerit ad Sacerdotium, quasi quod per ipsum non steterit.

3 Tanto fortius, quia largo modo Nouitius intra annum probationis dicitur Religiosus, & professus, cap. 10. de stat. Monachor. Rebuff. in praxi benefic. in tit. de dispensat. cum Regularibus facta n. 23. vbi ex hoc infert per Apost. Cancellariam nouitium vocari Monachum, & Canonicum regularem apponendo post salutationem in principio Bullæ Religionis zelus, ac si

professus esset: quia præsumitur illum velle continuare religionis propositum. Bene verum totum contrarium in puncto principali tenet Tiraq. de retract. lignaer §. 1. gl. 8. num. 36. pro quo faciunt adducta per nos in praxi resol. 138. par. 2.

RESOLVT. CCLVIII.

1 *Nouitij non veniunt appellatione subditorũ Regularium.*
2 *Nouitij non possunt ordinari ab eorum Abbatibus.*
3 *Abbates ordinando Nouitios incurrunt suspensionem.*

Nouitij an ordinari possint ab eorum Abbatibus.

1 SVpposita illa opinione quod Nouitij intra annum probationis possint ordinari, vt probat Rodriq. q. regular. tom. 1. quæst. 13. cap. 4. qui cum Turrecrem. dat intellectum text. in cap. in monasterijs 19. quæst. 3. Cum Nouitij non veniant appellatione subditorum Regularium, quia possunt retrogredi infra annum, vt considerat eruditè quidem Nouarius in suo opusculo iuris Pontificij noui, conclus. 5. sub num. 6. de
2 ordinibus. Ideò non possunt recipere ordines ab eorum Abbatibus, sed tenentur recipere ab illo Episcopo, in cuius diœcesi existit monasterium quod incolunt, vt post alios notarunt Miranda in manuali Prælat. q. 38. art. 9. conclus. 2. Henriq. in summa lib. 10. c. 23. §. 3. lit. G. Sanchez in Decal. lib. 4. num. 20. in fin. Nald. in sua summa in verbo Ordo, vbi quod re vera Episcopus loci, in quo Nouitius est in probatione, dicitur eius Ordinarius, & ideo ipse eum ordinare debet, vel litteras dimissoriales concedere.
3 Amplia, vt ordinantes huiusmodi Nouitio incurrant suspensionem comminatam in Conc. Trid. sess. 23. c. 10. de refor. vt per Maiol. de irregular. lib. 4. c. 2. sub num. 11. & licet contrarium voluerit Sayr. in thesaur. cas. conscientiæ lib. 4. cap. 13. num. 5. tamen contra illum recenter docet Nouarius in dicto opusculo iuris Canonici citat. conclus. 5. num. 7.

RESOLVT. CCLIX.

1 *Regularis absoluitur à suo Prælato, quando alterum regularem offendit.*
2 *Abbas uenit appellatione monachorum in fauorabilib.*

Nouitius ab excommunicatione ob Clerici percussionem incursa a quo sit absoluendus.

1 QVando regularis verberat Regularem eiusdem Monasterij, absolui potest a suo Prælato ca. monachi, & cap. cum illorum, de sent. excommun. si vero percusserit Clericum secularem absoluetur ab Episcopo cap. Religioso, de sent. excommun. lib. 6. quod si percusserit regularem alterius claustri absoluetur per Prælatum proprium, & Prælatum eius, qui passus est iniuriam, cap. cum illorum, de sent. excommun. Quod secundum Doctor. allatos, ita debet intelligi, nimirum quod Prælatus illius qui percussit, iuramentum recipiet, & absoluet, & saltem semel percutiet, vt seruetur forma consueta. Prælatus verò percussi ipsum percussorem verberabit, quia Prælato percussi satisfieri debet de iniuria suo subdito irrogata, & Monasterium percussoris pro percussore satisfare non tenetur, quia delictum personæ non debet in detrimentum Monasterij redundare, argum. cap. fin. de offic. ordin. Item Clerici communiter viuentes, & sub vno tecto dormientes, & in eadem domo vescentes ab Episcopo suo absolui possunt cap. quoniam de vita, & honest. Cleric. Sic etiam Moniales percutientes se inuicem, vel conuersas suas, aut Clericos, ab Episcopo absolui possunt cap. de Monialibus de sentent. excom. mun. Item fratres S. Ioannis Hierosolymitani absolui possunt a suo Priore Sacerdote, cap. Canonica de sentent. excommun. & hæc omnia intelligi debent de percussione non enormi, quia si esset enormis tunc, nec Abbas suos Monachos, nec Episcopus prædictos absoluere posset, nisi in casibus, in quibus Papam adire nequeunt: sed tantum absolui possunt à Papa, cap. cum illorum, de sentent. excommun. Verum hodie Religiosi ferè omnes priuilegia habent, vt etiam ab enormi absolui possint a Prælatis suis, ne alioquin si ad Papam mittendi essent, occasio vagandi illis tribueretur, & quod de Monachis diximus, etiam de Prælato incidente in hunc canonem dicendum est, quantum ad absolutionem; quia caput non debet esse minus fauorabile membris, & appellatione monachorum venit Abbas in materia fauorabili cap. final. de verb. sign. vt notat Syluest. verbo absolutio 5. num. 4. §. quantum. Adeò quod quamuis Nouitius incidat in hunc canonem absolui poterit a Prælato Monasterij, etiam intrà annum probationis, quia etiam iste est persona Ecclesiastica ex glos. in cap. Religioso, in verbo possit, de sent. excomm. lib. 6. & gaudet priuilegio Canonis, vt ex d. cap. Religioso colligitur, & consequenter videtur, vt etiam gaudeat priuilegio contento in c. Monachi nè vagentur; quod in Nouitio tanto periculosius est, quanto est infirmior, & minus expertus, & idem docet Astensius par. 2. lib. 7. tit. 13. art. 5. q. 1
10. quod si religionem intra annum egrediatur remicidit in eandem sententiam, nam propter fauorem religionis, & sic propter temporale impedimentum absolutus fuit. Vnde, & præsentare se debet ei qui alias eum absoluere posset, argum. cap. eos, qui de sent. excommun. lib. 6. ex summa Astenti, vbi supra art. 5. q. 11. & Syluest. in d. §. Nouum.

RESOLVT. CCLX.

1 *Moniales ante professionem propriè non dicuntur.*
2 *Nouitius non tenetur ad obseruantias regulares.*
3 *Testamentum condere licet Nouitio.*
4 *Nouitiæ quando veniant sub nomine professarum.*

Excommunicatio lata contra alloquentes Moniales, An comprehendat alloquentes Nouitias.

1 PRo resolutione videndum est, an Monialium appellatione comprehendantur Nouitiæ, & prima consideratione videbatur quod non, & ratio est, quia ante professionem non dicuntur propriæ Moniales, sed latè arg. cap. fin. duodecima quæst. 2. Abb. in cap. in præsentia num. 6. de probationibus, Bald. in Autentica ingressi, C. de sacros. Eccl. Hinc plura inferuntur,
2 & primo quod Nouitius non tenetur ad obseruantias regulares, licet ad illas sit assuefaciendus, Syluest. in verbo religios. quæst. 6. Tabien. & Armil. in verbo Nouitius supra. Secundo communis est omnium sententia eos ab onere persoluendi officium esse immunes, eum tantum ad religionem professi obligentur, & si Palud. contrarium affirmauerit ob id quod ex elemosynis viuant, & gaudeant priuilegijs Cleric. vt dixit Graff. in 1. par. lib. 2. suarum decis. de hor. canon. cap. 1. Tertio in anno probationis habet velle, & nolle, quod non habet professus 12. quæst. 1. cap. non dicatis, de elect. in 6. cap. si religiosus, vnde potest condere testamentum glos. in c. 2. de testam. cap. vlt. 12.
3 quæst. vltima in fine; quamuis non possit bonis suis renunciare, nec illa obligare etiam cum iuramento, quamuis in fauorem cuiuscumque piæ causæ, sine licentia Episcopi, aut eius Vicarij, vt habetur in Conc. Trid. sess. 24. cap. 16. quod quidem Concilium nil derogauit quoad testamenti factionem, & ratio est, quia testamẽtũ reuocari potest donec morte testatoris cõfirme-

firmetur: quod nō sic est in alijs obligationibus. Quarto potest liberè ad sæculum remeare, de regul. cap. statuimus, cap. ad Apostolicam, & cap. is qui. Quinto beneficium Ecclesiasticum Nouitij sæculare non vacat cap. beneficium, de regul. in 6. Vnde Archid. ibi dicit, qui est vocandus ad eligendum, vel mittere debet procuratorem, quamuis Io. Andr. in eodem capitulo vtrumque neget, quia causa religionis ritè, & legitimè abest. Sexto non alligatur statutis religionis, & ita casibus reseruatis, & censuris, cum in religionis ordinem nondum admissus sit, vt dixit Azor. lib. 12. cap. 2. quæst. 10. & Henriq. igitur ex his videtur quod cum Nouitia non fit verè, & incommutabiliter religiosa, c. religioso de excommun. in 6. quod non incidat qui loquitur cum Nouitia, cum non dicatur propriè monialis, cap. pernicioſam 18. q. 2.

4 Quare resolutiuè dici potest, quod Nouitia circa ea, quæ ad gratiam, & fauorem spectant, venit nomine professæ; non tamen circa ea, quæ pertinent ad onus, & pœnam. Vnde cum non posse loqui cum Notitia spectet ad onus, & pœnam, diximus loquentem cum illa non incurrere excommunicationem. Hinc fit quod si aliquis accessit ad monasteria monialium cum licentia loquendi cum tali moniali, deinde cum loqueretur cum illa, ex industria ad se vocari fecit Nouitiam, & cum ea locutus est per horam: eo casu dicerem, quod iste non est excommunicatus, & ratio est, quia excommunicatio loquitur de quocunque homine accedente absque licentia, vt loqueretur cum monialibus exemptis; sed appellatione monialium propriè veniunt professæ, quæ degunt sub aliqua regula d. cap. pernicioſam, ergo excluſæ Nouitiæ, cum simus in pœnis, in quibus facienda est stricta interpretatio.

RESOLVT. CCLXI.

1 *Nouitij durāte professione habētur in eodē statu ingressus.*
2 *Nouitij durante Nouitiatu possunt retinere beneficia.*

Nouitij durante Nouitiatus tempore an retineant omnia, quæ ante ingressum habebant.

1 DIcendum est, quod exceptis casibus, in quibus ex speciali ratione habentur pro Clericis, & Ecclesiasticæ personæ dicuntur; in reliquis omnibus iudicantur quoad personæ conditionem, iuxta statum in quò erant tempore ingressus, vt inquit Geminian. in capit. 2. num. 12. de regular. in 6. & propterea si erant Clerici sæculares, & beneficiati, dixi eos retinere beneficia, & alia consequi non prohiberi, neque testari de his potuisse, si habitum non assumpsissent; & nunc subnecto, eos verè vniuersorum bonorum, & feudalium retinere dominium sequutus Martinum Laudens. & Præpos. in cap. 1. §. si Clericus, si de feud. fuer. controuers. & inibi Afflict. postquam multa pro contraria parte concesserat à num. 26. concludit insequens relatam affirmatiuam sententiam post num. 29. atque in specie retineat dignitatem Regiam, inquit Alberic. in Authen. ingressi, num. 31. C. de sacrosanct. Eccles. quinimò si retrocedat à religione in vita patris, aut etiam post illius mortem, dum tamen post professionem, succedat in maioratu, multis rationibus, & authoritatibus defendit Caldas in suis comentarijs ad l. 2. si curatorem, vers. implorar. in integr. restitut. nu. 29. C. de integr. restitut. immò in feudis id ipsum concludit Afflict. in eodem §. Clericus num. 25. Caldas in loc. cit. num. 28. satis probabile videri ab Iserniæ sententia in materia successionis feudalis non esse recedendum, sed maioratum, siuè primogenitum instituere non denegatur ipsis Nouitijs, vt resoluit Molin. de primog. Hispan. lib. 2. ca. 9. n. 52.

RESOLVT. CCLXII.

1 *Forma concedendi facultatem pro Nouitijs ad Regularem habitum ex Decreto Clementis VIII. reponitur.*

De formula concedendi facultatem pro nouitijs ad regularem habitum recipiendis in monasterijs, & locis designatis.

1 HÆc forma de qua supra oritur ex Decreto felicis memoriæ Papæ Clementis VIII. quod hic per extensum, apponere libuit, & est vt sequitur.

Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Clemens Diuina prouidentia Papa VIII. Cum Regularem disciplinam restituere, atque in pristinum statum reuocare maximè cuperet, regulares que omnes vitam, moresque suos ad rationem eius instituti quod quisque professus esset, ita componere, vt quæ ad votorum vim, habitum, victumque communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissimè obseruarent; generali Decreto quod de mense Iunij, editum tertia Iulij anni 1599. promulgatum fuit Ordinum Religiosorum Superioribus, nonnullis exceptis prohibuit ne aut Nouitios reciperent, aut quemquam ad professionem ante admitterent, quam à Sanctitate sua Monasteria aliquot ad eam rem præscripta essent in quibus obseruantia vigeret, nunc verò, eadem Sanctitas sua à locorum etiam Ordinarijs, quibus id muneris demandauerat certior facta, in infrascriptis Monasterijs, & Conuentibus Ordinis N. præfinitum esse numerum, dumtaxat eorum, qui vel ipsius Monasterij censibus, vel consuetis eleemosynis, sustentari ibi commodè possint, atque in iis omnia fideliter obseruare, quæ sunt cum illorum professionis perfectione coniuncta nempè castitatis, paupertatis, & obedientiæ vota, vna cum cæteris decretis, particularibus, vel instituti ipsius, vel Pontificiis, etiam ad victum, vestitumque communem spectantibus, ipso Decreto, vt supra edito, & promulgato, nequaquam obstante, potestatem facit Superiori eiusdem Ordinis, Nouitiatus in infrascriptis monasterijs, & conuentibus erigendi, Nouitios, recipiendi, educandi, atque ad professionem admittendi, modo tamen id ad præscriptum instructionis, iussu suæ Sanctitatis editum, neque aliquo modo fiat: quoniam vero ea est suæ Sanctitatis mens, & voluntas vt in Monasterijs, & Conuentibus ad alendos nouitios præfinitis, regularis obseruantia perpetuò retineatur, mandat, & præcipit, vt in ipsis præscriptus iam personarum numerus, in posterum seruetur, nullusque omnino superior cuiusuis conditionis, personarum, & nouitiorum numerum augere præsumat, ea pœna proposita, vt omnibus priuatus officijs vocis activæ, & passiuæ ius omne amittat, vult denique Sanctitas sua huiusmodi facultatem per Congregationem reformationis Apostolicæ hoc Decreto Secretarij manu subscripto, concedi, non obstante Decreto, vt supra promulgato. Datum Romæ, die &c. præscribitur verò numerus Sacerdotum .... Clericorum ..... Nouitiorum ..... Couuersorum autem &c. N. Visitationis, & Reformationis Apostolic. Secretarius.

RESOLVT. CCLXIII.

1 *Perquisitio Natalium, & Morum facienda est in illo qui uult ingredi Religionem.*
2 *Aetas ingredi uolentis religionem quænam sit.*
3 *Recepti in Nouitiatum generalem confessionem facere tenentur.*
4 *Nouitij qualiter separatè habitare debeant.*
5 *Institutiones super educatione Nouitiorum latè reponuntur.*

Institutione super receptione, & educatione Nouitiorum quænam sint.

FElicis memoriæ Clemens VIII. iussit edi institutiones super receptione, & educatione Nouitiorum Religiosorum Monasterijs, & Conuentibus designatis, vel designandis, quarum tenorem hic inserere libuit, & sunt quæ sequuntur videlicet.

1 *Primò quod attinet ad recipiendorum Nouitiorum formam, vltra diligentem perquisitionem quæ habenda erit de vniusquisque natalibus corporis habitudine, moribus, & vita ante acta, & præcipuè eorum, qui sextum decimum ætatis suæ annum excedent, an criminosi, an ære alieno grauati, vel reddendæ alicuius administrationis rationi obnoxij sint iuxta formam Constitutionis fel. record. Sixt. V. & moderationum subsequutarum, illud etiam Superiores ad quos spectabit, sedulo perquirant, vt quibus in monasterijs, & conuentibus ex Apostolica facultate, nouitiatus fuerint instituti in ijs ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditionis sacris Canonibus, Summorumque Pontificum constitutionibus præscriptas non habeat iuxta decretum super forma recipiendi Nouitios die 19. Maij 1602. editum.*

2 *Quisque recipiendus in aliquo ordine regulari, etiam mendicantium, in ea sit exactione constitutus quam eius ordinis, in quò recipietur regularia instituta, & ordinationes requirunt eam verò litterarum scientiam, caleat, aut illius addiscendi spiritualem, in dubiam præseferat, vt minores, & suis temporibus; maiores ordines iuxta decreta sacri Concil. Trident. suscipere valeat, sed si quis annum vigesimum quintum excedens ad habitum regularem admitti postulauerit, & talis eruditionis expers inuentus fuerit in conuersorum tantum, quibus litterarum scientia non est necessaria numerum referatur, ipsi autem conuersi non recipiantur ante vigesimum ætatis suæ annum, & nisi saltem præcipua doctrinæ Christianæ Capita nouerint.*

Demum Superiores diligenter exquirant quo spiritu, quâ mente, ac voluntate, id regulares vitæ genus elegerint quem sibi finem proposuerint num zelo meliores frugis, ac perfectionis vitæ, & vt Deo liberius famulari possint, an potius leuitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animo ducantur, & an eorum parentes ope, & subsidio ipsorum indigentes destituantur.

Prouideant quoque vt omnes etiam conuersi recipiendi priusquam ad habitum regularem admittantur, ab ijs quibus, munus hoc incumbit de regula quam professuri sunt tribus votis essentialibus statuque regulari, & alijs cuiusque ordinis, peculiaribus institutis, & constitutionibus diligenter instruantur, & quia quarundem Religionum moris est, nedum conuersos ad professionem admittendos, verum, & oblatos, vt vocant recipere circa ipsorum oblatorum receptionem, vnaquæque religio suas peculiares constitutiones specialiaque instituta obseruare teneatur.

3 *Statim atque Nouitij ad habitum recepti, & in locum Nouitiatus introducti fuerint per generalem omnium peccatorum confessionem totius anteactæ vitæ conscientiam discutiant, & expurgent.*

4 *Quod verò ad loci vnusquisque Nouitiatus spectat, locus huiusmodi propria clausura ab ea parte Conuentus, & Monasterij, in qua degunt professi segregatus sit, atque distinctus habeatque tot ad dormiendum cellulas separatas, quot erunt numero Nouitij, vel dormitorium ita capax, vt pro singulis, singuli lectuli, commodè sterni possint, in quò etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus, pro Magistro eiusque socio reperiatur.*

5 *In eò etiam præter alias communes commoditates aptus locus adsit ad spirituales collationes, seu conferentias faciendas, ac lectiones, institutionesque Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum se ipsi commune recipiant.*

Oratorum insuper, seu Cappella, si cõmodè fieri poterit ad Nouitios in spiritualibus, præsertim in cæremonijs Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem, benè conclusus, atque munitus adsit, sin minus hortum cæteris fratribus communem recreationis tempore impediantur ipsis verò Nouitijs ibi commorantibus, curabit magister cum loci superioris auctoritate, si opus fuerit, ne in eundem quisquam alius ingrediatur.

Ad huiusmodi locum nouitiatus nemini eiusdem, vel alterius ordinis regularis, etiam Conuentus, & Monasterijs officiali, vllo nunquam tempore sub quouis prætextu aditus pateat, præterquam magistro, eiusque socio, ac etiam Monasterij, aut Conuentus Superiori, si quandocumque ingrediendum sibi necessario existimauerint, quò tamen casu, aliquem semper ex senioribus Conuentus, vel Monasterij Patribus socium assumat.

Huius loci clausuræ clauis apud Magistrum semper asseruetur, illique soli liceat ex graui tantum causa ingressum illuc alicui permittere, si quis autem Nouitiorum quempiam alloqui voluerit magistro præsente, & non aliter alloquatur.

Nouitiorum Magistro socius, si per nouitiorum instruendorum multitudinem necessarius fuerit vita, & moribus quoad fieri poterit consimilis deputetur, qui in his, quæ ad nouitiatus regimen spectant dicto Magistro immediatè, subiectus existat, eligaturque tam Magister, quàm socius per Prouinciale Capitulum per triennium ad minus onus huiusmodi subsiinui, quod si aliquo casu extra tempus capitulare noua loca Nouitiatus concedi contingat, tunc electionem magistri Nouitiorum, & socij huiusmodi in his nouis locis, per Generalem, vel Prouinciakem, seu Ministrum, aut earum Visitatores, seu Vicarios de diffinitorum tamen, vel grauiorem aliorum Patrum consensu fieri permittatur idemque seruetur, si intra triennium, alterum, vel vtrumque vrgenti aliqua de causa ex illis locis amoueri, vel mori contingerit, in cuius vel quorum locum alij consimilis subrogari debeant.

Tam nouitiorum magister, quam socius ab alijs omnibus officijs, oneribusque vacationem habeant quæ nouitiorum curam, & regimen impedire valeant, ipse magister sacerdotali ordine sit initiatus, ac in quinto saltem supra trigesimum ætatis suæ annum constitutus, & per decennium à professione emissam in Religione persliterit, socius verò trigesimum annum excedat, sintque ambo doctrina, & quantum per superiorum diligentiam, & vires fieri poterit vitæ etiam ante actæ exemplo præstantes: orationis præterea, & mortificationis operibus addicti prudentia, charitateque refertis, non sine affabilitate graues zelum Dei cum manjuetudine præseferentes, ab omni cordis, & animi perturbatione, ita præsertim, & indignationis, quæ in se, & erga alios charitatem impedire consueuerunt, quam longissimè alieni, & talem demum, qui in omnibus seipsos bonum operum exemplum præbeant, vt ij, qui eorum curæ subsunt illos, non tam metuant, quàm reuereantur, nec illis vnquam detrahere quidquam possint.

Habere etiam Magister, plenam, & absolutam potestatem circa nouitiorum institutionem, ac nouitiatus regimen, ita vt in illis, minime, Visitatoribus, ac superioribus maioribus, vel etiam localibus exceptis quoris colore se iungere liceat.

Curam adhibeat diligentem, vt nouitij omnes in regulari disciplina sedulò exerceantur agnoscantque præcipuè diuinæ, quæ digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam quæ vera sit, atque perfecta votorum solemnium, & quem necessariam cuiusque ordinum constitutionum obseruantia, modum in orationem, tum vocali, tum mentali fructuosè persistendi illicitas passiones, & vitia ad quæ natura per peccatum labefactata, omni tempore prona est, atque procliuis, per sensum custodiam, & mortificationem cohibendi austeritatem ieiunij, cili-

cia,

tia, disciplinas, conscientiæ, puritatem, probam illius discussionem Sacramentorum frequentiam confessionis præsertim, atque bis saltem singulis mensibus fiat, per aperitionem quotidianam motuum internorum, cordis, & tentationum manifestationem, per exercitium humilitatis, circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Nouitius bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat, vnusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem, sibi à Magistro præscriptum, ac pluries, in die propriam conscientiam, vnusquisque examinare contendat: ipsi autem magistro soli Nouitiorum confessiones audiendi cura committatur, liceat tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire iudicauerit, vel per se ipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eorundem Nouitiorum confessiones audire.

Quotidiæ Missæ sacrificio intersint, & statutis horis in Choro nocturnis, diurnisque diuinis Officijs assistant.

Exercitationibus etiam corporalibus vacent legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quæ in solitario loco, & commodo extra Nouitiatum semel in hebdomada, vel in alternis saltem hebdomadibus longior statuatur, fiatque semper Magistro præsente, vel socio, qui multum inuigilent, ne duo ab illis commorentur disiuncti, atque eo tempore cuiusque, in quam natura ferantur propensionem scrutentur.

Non liceat eius durante Nouitiatu, & probationis tempore, vna cum professis, nisi in Choro in Ecclesia tempore officiorum in processionibus, aut in cœnaculo, causa refectionis immorari, nec permittitur eis professos domo exeuntes comitari.

Pro communibus, & proprijs, cuiusque necessitatibus, quæ accidere possunt, vnus ex Nouitijs ipsis ætate, moribusque prouectior deputetur, qui absente socio Magistro permittente, omnia prout opus fuerit, agat, cui etiam tanuæ custodia, & rerum leuioris momenti prouisio intra nouitiatum committi poterit.

Cum autem licet Clericorum bene instituendum cura debeat esse præcipua, conuersorum tamen, religiosa instructio non sit omittenda, quin potius equanimiter amplexanda, quandoquidem satis exploratum est, illorum etiam cum regulam profiteantur, eandem perfectam educationem, tum religioni decorem, & ornamentum, tum alijs Christi fidelibus ædificationem exemplum, atq; vtilitatem afferre, conuersis ipsis à Clericorum nouitiatu separatis ad dormiendum locus, quantum commodè fieri poterit, assignari præcipitur, illi tamen hac separatione non obstante Magistro Nouitiorum, seu Superioribus monasteriorum, & Conuentuum, iuxta cuiuscunque ordinis statuta, & constitutiones subditi esse, & obedientiam præstare debebunt, à quo non tantum circa temporalia obsequia probandi, & exercendi, verum etiam pro eorū capacitate, & commoditate de spiritualibus præsertim, de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod vt commodius fiat ad capitula, & spirituales conciones, per quæ magistro Nouitijs fieri solent, accersiri debeant, & vt Ecclesia statutis horis conueniant, nisi tunc in suis officijs actualiter occupati fuerint.

Tempore verò probationis, elapso iu tantum, qui non solum religiosæ professionis capaces, sed ad laborem corporalem apti, ac diligenti examine reperti fuerint, dummodo ætatis suæ annum, quoad Clericos decimumsextum; quo verò ad conuersos vigesimumprimum excesserint ad professionem admittantur, sed qui ad conuersorum habitum recepti fuerint ad Clericorum statum transire, etiam durante tempore probationis non possint.

Superior cuiuslibet Conuentus, in quo Nouitiatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo vnusquisque Nouitij professio registretur, illumque Nouitius professus propria manu, & duo testes, qui præsentes fuerint, subscribant.

Conuersus verò litterarum, ignarus, professus in eorundem testium, qui se subscripserint præsentia, propria manu signum Crucis apponat, asseruetur liber, & custodiatur in Archiuio, vbi scripturæ ad Monasterium, seu Conuentum pertinentes reponi consueuerunt.

Quia verò in quibusdam ordinibus filiationis vsus est receptus declaretur, quod licet decretum sit, vt Nouitius educandus, certa Monasteria, aut Conuentus designata quilibet ordo habere debet, licitum tamen sit superioribus monasteriorum, & Conuentuum huiusmodi ordinum, in quibus filiationis vsus receptus est eos, quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filiorum, iuxta cuiusque ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cum iuxta præsentes institutiones, & aliàs seruatis seruandis ad ordinem recepti fuerint, ad loca nouitiatuum cum testimonialibus litteris transmittere, vbi tanquam dictorum Conuentuum, seu Monasteriorum filij, eorundem nomine, & instantia recipi, ac in nouitiatu probari, & deinde atque ad eandem Monasteria, seu Conuentus filiationis huiusmodi remittantur in professorio ad perfectionem, vt permissum est exerceri debebunt.

Porro ne loca huius monasterii, seù Conuentus ab alio præoccupentur, Capituli generalis, aut Prouincialis partes erunt numerum præscribere pro omnibus, & eam similiter rationem, circa alimentorum contributionem, si opus fuerit inire, singulis conuentibus, & monasteriis prescribere, quæ magis expedire videbitur.

Vt autem Nouitij iam in professorum numerum sicut præmittitur recepti melius in bono spiritu, regularisque disciplinæ obseruantia stabiliantur, & confirmentur, mādatur, vt statim post professionem emissam, si in conuentibus, aut monasterijs pro nouitiatibus assignatis locus aderit secundi nouitiatus, siue professoris ab ea, quæ nouitiorum est, atque antiquorum professorum habitatione distinctus, & segregatus ibi collocentur, si monasterium, aut conuentus eos alere queat, sin minus in aliorum commodiorem Conuentum, aut monasterium transferantur, in quò is locus cum requisitis ad Nouitiatum supra narratis reperiatur, vel accommodetur, aut de nouo conseruatur.

Ab hoc onere tamen ille Religiones excipiuntur, quæ suarum constitutionum, seù institutorum vigore maioris temporis cursu nouos professos intra nouitiatum detinere consuescunt, quibus in hac parte non derogatur; illis tamen permittitur, vt prædictis earum constitutionibus non obstantibus, idipsum facere possint, si id rationi, ac Religioni magis expedire diiudicauerint, quibus in locis degunt sub regulis, & modo viuendi adhuc arctiori, quam seruient antiquiores professi, ita quod in negotijs monasteriorum, aut conuentuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debeant, ibique permaneāt, quousque ad ætatem sacris ordinibus suscipiendis sufficiētem deuenerint, vel saltem per triennium post professionem: quo etiam tempore poterunt, quinimò debebunt, litterarum studijs operam nauare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, quibus Nouitiorum magistrum præditum esse oportet dictum est.

Declaratur tamen, quod propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi Nouitios, nisi in locis pro nouitiatu designatis, aut in posterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique, si ille, qui inter religiosos gradu, & ordine Superiores sunt, & alij ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum, aliquo deliquerint, seù quouis modo contrafecerint, officiorum omnium, quæ tunc obtinebunt, priuationem, grauioresque pro modo admissæ culpæ pœnas se subituros certò sciant. Dat. Romæ apud S. Petrum die 19. Martii 1603.

PRA-

PRAXIS REVISIONIS VNIONVM.

RESOLVT. CCLXIV.

1 *Vniones reuidere spectat ad Episcopum.*
2 *Verba Sacr. Concil. Trid. referuntur.*

Reuidere Vniones, cuinam fit concessa Facultas.

1 PRo responsione dicendum est, quod vniones, quæ reperiuntur factæ in Diœcesi possunt reuideri ab Episcopis locorum Ordinarijs, vt in specie mandat Sacrum Concilium Trident. sess. 7. de reform. c. 6. per hæc infrascripta verba videlicet.

2 *Vniones perpetuæ à quadraginta annis citra factæ examinari ab Ordinariis, tanquam à Sede Apostolica delegatis possint, & quæ per subreptionē, vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Ille verò, quæ à dicto tempore citra concessæ, nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis instantiam fient, nisi eas ex legitimis, aut aliàs rationabilibus causis coram loci Ordinario vocatis, quorum inter est verificandis factas fuisse constiterit; per subreptionem obtentæ præsumantur, ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit: viribus omninò careant.*

Et iuxta hanc eandem dispositionem, vide idem Concilium sess. 25. cap. 9. vers. quæ verò à quadraginta annis, cuius hæc sunt verba.

Quæ verò à quadraginta annis citra factæ effectum, & plenam incorporationem sunt consecutæ; hæ nihilominus ab Ordinariis, tanquam ab Apostolica Sede delegatis, reuideantur, & examinentur, & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtentæ fuerint, similiter cum vnionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipsa separentur, & aliis conferantur.

RESOLVT. CCLXV.

1 *Vniones debent visitare quotannis.*
2 *Sacri Concil. verba sess. 7. cap. 7. de reformat. reponuntur.*

Vniones reuideri, & visitari per Episcopos locorum Ordinarios quoties debeant.

1 EPiscoporum locorum Ordinariorum munus versatur in visitādis vnionibus singulis annis, prout, & ita dispositum est per Sacrum Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 7. in his verbis.

2 *Beneficia Ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seù aliis Ecclesiis, vel Monasteriis beneficiis, seù Collegiis, aut piis locis quibuscunque perpetuò vnita, & annexa reperiuntur ab Ordinariis locorum annis singulis visitentur, qui sollicitè prouidere procurent, vt per idoneos Vicarios etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine, aliter expedire videbitur ab eis cum tertiæ partis fructuum, aut maiori, vel minori, arbitrio ipsorum Ordinariorum portione, etiam super certa re assignanda, ibidem deputandos animarum cura laudabiliter exerceatur; appellationibus, priuilegijs, exemptionibus etiam cum Iudicum deputatione, & illorum inhibitionibus, quibuscunque præmissis minimè suffragantibus.*

Et iuxta hanc dispositionem reminiscor pluries fuisse practicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana tempore, quo vti Iudex, & Vicarius generalis assidebam.

RESOLVT. CCLXVI.

1 *Quæ vniones gaudent priuilegio immemorabilis.*
2 *Immemorabilis habet vim tituli.*
3 *Acta censentur benè gesta ex temporis cursu.*

Vniones factæ ante quadraginta annos à die publicationis Concilij, An possint reuideri.

EXceptuatur reuisio vnionum factarum ante quadraginta annos à die publicationis Concilij, numeratos, ita quod in tali casu sunt ligatæ manus Episcoporum in se non ingrediendo, vt recenter aduertit Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontific. concluſ.
1 8. sub num. 1. in rubr. de Vnionibus Beneficiorum, vbi assignat rationem, quia tales vniones gaudent priuilegio immemorabilis, & consequenter habent vim priuilegii a Papa, legitimè obtenti, cap. super quibusdam §. præterea, vbi gl. in verbo non extat, de verb. signif. Abb. in cap. cum nobis num. 4. de præscript. Alexand.
2 cons. 24. vol. 2. Marsil. sing. 89. & habet vim tituli, l. hoc iure, §. ductus aquæ, & ff. de aqua quotid. & æstiu. cap. 1. de præscript. in 6. Natta consil. 283. Cæphal. consil.
3 403. nu. 6. lib. 3. Dec. cons. 341. col. penult. quod etiam in præscriptione iurisdictionis procedit, Bald. in cap. si diligenti, de præscript. nam ex tanti temporis curriculo omnia bene acta præsumuntur.

RESOLVT. CCLXVII.

1 *Vniones, quæ non sunt sortitæ effectum, non debent executioni demandari.*
2 *Verba sacri Concil. Tridentini sess. 25. cap. 9. de reform. referuntur.*

Vniones, quæ non sunt sortitæ effectum, vel quæ deinceps concessæ fuerunt, An debeant per Episcopos executioni demandari, vel sint conferendæ, iuxta primum statum.

1 SAnè dicendum est, & fundari debet regula, quod vniones, quæ suum non sunt sortitæ effectum, vel quæ deinceps concessæ fuerint; non debent ab Episcopis executioni demandari; imò cum vacauerint, liberè, vt antea conferendæ sunt, nisi Papa in sua Bulla expressam faciat mentionem dispensando, Nouarius in opusculo noui iur. Pontific. concluſ. 8. n. 2. de vnion. benefic. ex dispositione Sacri Concil. Tridentini sess. 25. cap. 9. vers. insuper, de reform. cuius hæc sunt verba, quæ sequuntur.

2 *Insuper accessiones per viam vnionis factæ de beneficiis liberis ad Ecclesias iurispatronatus etiam laicorum subiectas, tam ad parochiales, quam ad alia quæcumque beneficia etiam simplicia, seu dignitates, vel hospitalia, itaut prædicta beneficia libera eiusdem naturæ, cum iis quibuscumque vniuntur, efficiantur, atque sub iure patronatus constituantur. Hæc si nondum plenarium sortita sint effectum, vel deinceps ad cuiusuis instantiam fient, quacumque authoritate, etiam Apostolica concessæ fuerint, simul cum vnionibus ipsis per subreptionem obtentæ intelligantur, non obstante quacunq; in iis verborum forma, seù derogatione, quæ habeatur pro expressa, nec executioni amplius demandētur, sed beneficia ipsa vnita cum vacauerint liberè, vti antea conferantur.*

Et ita scio fuisse practicatum sæpius per Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam, tam tempore Eminentissimi Cardinalis Aquæuiuæ, quam Eminentissimi Cardinalis Caraffæ Archiepiscoporum pro tempore.

RESOLVT. CCLXVIII.

1 *Regula reuocatoria vnionum cessat, quando vniones sint perpetuæ.*
2 *Clausula non obstantibus non sufficit contra Constitutionem*

vionem Concilii.
3 *Derogatio specialis requiritur Conc. Trid.*
4 *Regula 12. Cancellariæ reuocatoria vnionum, non procedit in vnionibus factis Seminarijs.*
5 *Vnio facta in augmentum cultus diuini non comprehenditur sub regula reuocationis vnionum.*
6 *Pia causa non comprehenditur in generali sermone.*

An Episcopus in remissione vnionum possit illas reuocare, & quæ.

1 QVando vniones sunt perpetuæ in eis non obtinet locum Regula reuocatoria vnionum, cum illa ad temporales non ad perpetuas extendatur, vt post Ancharan. consil. 404. tria dubia, & in regula accessorium de regulis iuris in 6. tradit Gambar. lib. 5. titul. de potestate legati in vniendo num. 160. & quia vnio hæc facta extitit authoritate sacrosancti Concilij Tridentini, cui Summi Pontifices visum non est derogare, nec derogari velle: non enim est Papæ intentio velle derogare Concilio prædicto tot laboribus, & vigilijs celebrato, vt ex cap. Ecclesia, de electione, & l. si quando C. de inoffic. testam. tradit Rebuffus respons. 159. vers. 12. qui in terminis vnionis hoc ponderat, & confirmat ea ratione, quod Concilij constitutio habet in se clausulam derogatoriam secundum Archidiacon. in cap. 1. in vers. noscatur, de constitut. in 6. Gambar. lib. 10. de potestate legati num. 397. & sibi non derogatur, ita facilè sicut constitutioni Papæ, Dec. in cap. 1. nu. 8. de iudicijs, & in cap. prudentiam num. 18. de officio delegat. dicens quod contra Constitutionem Concilij non sufficit clausula non obstantibus; vnde Cæsar. de Grassis decis. 9. alias 3. de rescript. ait quod in Concilio requiritur derogatio specialis, quamuis eius series, & dispositio fuisset narrata, Ripa post Archidiacon. & alios in cap. 1. num. 8. de iudicijs, Gonzalez super reg. 8. Cancell. de mensium altern. gl. 6. num. 120. glos. 13. num. 36. & glos. 18. num. 103.

2 Et in propriis terminis quod regula 12. Cancellariæ reuocatoria vnionum non procedat, nec locum habeat in vnionibus factis Seminariis, nec aliis factis authoritate dicti Concilii Tridentini, resoluit Paris. lib. 2. de resignat. beneficiorum quæst. 9. num. 18. & seq. idem Gonzal. super regul. 8. §. 7. glos. 5. num. 46. & seq. dicens quod saluantur, & excipiuntur vniones quæ fiunt pro fundatione, dotatione, augmento, vel conseruatione Collegiorum, & piorum locorum, aut religiosorum ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum, vt ipsa regula excipit, & concernunt notata in c. ex parte, de constitutionibus c. fin. de rescript. lib. 6. Roman. in repet. auth. similiter C. ad leg. Falcid.

3 Quibus constat vnionem factam in augmentum cultus Diuini non comprehendi sub regulis reuocationis vnionum, Rota Romana sacri Palatij lib. 3. par. 3. decis. 1143. incip. an per regulam, dicens, ita fuisse resolutum in vna Conchensi præstimonij vnionis de Baraxas, vt per Mohedan. decis. 7. num. 3. de priuilegiis, eò quod in generali sermone non comprehenditur facta ad piam causam, ex Innoc. & Ant. de Butr. in cap. relatum li. 1. de testam. Felin. in c. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 3. de constitut. Achill. de Grassis decis. 388. alias vnica, super regula Cancellariæ de reuocation. vnionum.

PRAXIS COGNITIONIS CAVSARVM Matrimonialium, & Criminalium.

RESOLVT. CCLXIX.

1 *Episcopus est Iudex competens causarum matrimonialium, neque alijs committi solent num. 4.*
2 *Causa matrimonialis dicitur ardua.*
3 *Episcopus debet cognoscere de causa matrimon., quia Sacramentum.*

Cognitio causarum matrimonialium, & criminalium ad quem regulariter spectet.

1 EX Concilio Trid. sess. 24. cap. 20. cognitionem causarum matrimonialium non pertinere nisi ad Episcopos tantum, cuius textatio duplex assignari potest.

Prima, quia cum matrimoniales causæ arduæ sint, vt per Bald. in cap. causam matrimonii, de probationibus. Abb. in cap. mulieri n. 7. de iure iurando, Sbroz. de officio Vicarii lib. 2. quæst. 44. num. 4. propterea non per inferiores, sed ab Episcopis tantum esse cognoscendas æquum est.

2 Secunda ratio est, quia licet matrimonium contractus sit, quia tamen Sacramentum Ecclesiæ est, Episcopis tantum de eo cognoscendi facultas datur, vt probat textus in cap. multorum 35. quæst. 6. cap. auditis, de præscriptionibus, c. accedentibus de excessibus Prælatorum.

3 Et disponit Concilium Trident. sess. 24. de refor. cap. 20. vers. ad hæc, causæ matrimoniales, par enim iustumque Sanctissimi Patres existimauerunt, tam sublimi Sacramento superiores, etiam omnium totius Orbis Iudices tribuere, resoluunt Couar. de sponsalibus par. 2. cap. 8. §. 12. nu. 1. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 43. in princip. Franc. Leo in Thesaur. fori Ecclesiastici par. 2. cap. 9. nu. 6. Guttierez practic. lib. 3. quæst. 26. nu. 1. Lopez l. 7. per text. ibi verbo à los Obisbos tit. 10. par. 4. Sanchez de matrimon. lib. 3. disput. 29. num. 17. Nos in praxi fori Ecclesiast. decis. 245. in prima edit. & resolut. 215. in 2. edit. Molin. de ritu nupt. lib. 2. diffinit. 10. num. 14. Seraphin. Rota Romana decis. 765. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 9. & Curia Romana aliis quam Episcopis de stylo committere non consuenit, plures citati à Rendina in promptuario recept. sent. tit. 72. nu. 6.

RESOLVT. CCLXX.

1 *Causarum matrimonialium cognitionem iudicialiter Episcopus committere non potest, & num. 2.*
3 *Pontifex consueuit Episcopis committere causas, quia graues.*
4 *In tali causa non datur iuramentum suppletorium.*
5 *Causæ grauis cur non possint subdelegari.*
6 *Industria personæ censetur electa in tali causa.*

An ex delegatione possit inferior Episcopo habere huius causæ cognitionem.

1 CAusas matrimoniales, quæ spectant ad Episcopum iure Ordinario, potest ipse committere discutiendas, & decidendas Doctoribus, etiam qui non sunt eius Vicarii, Alexand. consil. 149. volum. 3. glos. in dicto cap. 1. de consanguin. Sbroz. quæst. 43. num. 7. & 9. Couar. num. 1. vers. item ex delegatione, & debent huiusmodi causæ matrimoniales ob sui grauitatem cognosci, & iudicari ab his qui statuta Canonum non ignorant. vt probatur in dicto cap. 1. in fine, vbi causæ matrimoniales, solummodò committuntur peritis, & tractantur per Iudices discretos, Couar. vbi proximè Sbroz. dicto lib. 2. quæst. 43. num. 32. & quæst. 44. num. 1. Menoch. consil. 100. num. 240. & 258.

2 Suprapositam conclusionem veram intelligas, quo ad extraiudicialem cognitionem, alioquin non posset Episcopus delegare inferiori Prælato, cum ius delegandi pertineat ad Pontificem Maximum pro cuius opinionis comprobatione.

3 Addu-

3 Adducitur text. in cap. proposuisti, de probation. & in cap. ex literis, de in integrum restitut. & in cap. 1. vt l. te non constet, quibus probatur causam matrimonialem à Romano Pontifice delegari, non solum Episcopis, sed, & inferioribus, nempe Archidiaconis, Prioribus, & Archipresbyteris, Abb. in cap. 1. de consanguin. & affinit. Rendina d. tit. 72. num. 6. Couarr. dicto num. 1. vers. est tamen, vbi addit non solere Romanos Pontifices causas matrimoniales, nisi ex iusta causa, aliis quam Episcopis committere; si matrimonialis controuersia à Romano Pontifice cuiquam delegetur, non poterit is delegatus, etiam Episcopo eam subdelegare, Couarr. vbi proximè, Menoch. cons. 15. tom. 1. Sbroz. dicto lib. 2. quæst. 43. n. 14. ex eo probatur, quia causa matrimonii est grauis, glos. in cap. mulieri 34. de iureiurand. Soccin. Iuern. cons. 86. num. 6. Sbroz. dict. quæst. 43. num. 10. & ideò in illa mulier testis esse non potest cum criminali par esse dicatur, vbi per text. in dicto cap. mulieri, probat Duen. reg. 325. ampliat. 1. Et contra alios declarat Molina de ritu nupt. lib. 1. comp. 8. à num. 14. quicquid dicant Tiraquell. l. 9. connub. glos. 1. part. 9. num. 64. & de pœnis tempor. cap. 51. n. 47. & seq. Mascard. de probat. conclus. 762. num. 6.

4 Hinc etiam in causa matrimoniali, quia est grauis, & ardua, & criminali æquiparatur, iuramentum in supplementum probationis non præstatur, glos. verb. absoluto in d. cap. mulieri, Turresan. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 102. propè finem, vers. limita, secundo pag. 444. & 446. Mascar. de probat. in proem. q. 9. n. 43. & conclus. 1030. n. 1. Surd. cons. 109. num. 19. Borrell. in summ. omn. decis. tit. 54. de iuram. supplet. n. 45. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 33. à nu. 113. Molin. d. lib. 1. comp. 15. n. 4.

Et causæ graues non possunt delegari sine iusta cau-
5 sa, vt probat text. in cap. si pro debilitate de officio delegat. quem ita intelligunt, Menoch. cons. 17. nu. 8. Paris. de resignat. lib. 5 qu. 3. n. 26. D. Barbos. in l. cum Prætor §. 1. n. 396. ff. de iudic.

6 Probatur etiam, quia cum delegantur causæ graues, & arduæ censetur electa industria personæ, cap. is, cui de offic. delegat. lib. 6. Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 54. n. 7. & 11. de præsumpt. quæst. 21. n. 4. Ego ipse in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. part. 1. decis. 88. n. 6. sed quando est electa industria personæ non potest, quis mandare alteri vices suas, cap. vlt. §. 15. autem in 1. de officio delegat. Menoch. dicta quæst. 21. n. 2. Honded. cons. 55. n. 79. vol. 1. Surd. cons. 433. n. 15. & 16. Peregr. var. ad rubr. de officio, & potest. Iudicis delegati nu. 7. Sanch. de matrim. lib. 3. disput. 7. n. 18. ergo nec etiam poterit subdelegare causas matrimoniales, quæ graues, & arduæ sunt.

Ad text. verò in cap. ex literis, de in integrum restitut. respond. Couarruu. dict. vers. est tamen, in fine, ibi delegatum causam matrimonialem subdelegasse, quia eam commisit Collegæ, cui ipse Romanus Pontifex eandem causam commiserat, & cuius industria ab ipso Principe, ad idem negotium electa fuerat.

RESOLVT. CCLXXI.

1 *Vicarius Episcopi ex commissione potest de causa matrimonij cognoscere.*

An Vicarius Episcopi habeat cognitionem causarum matrimonialium.

1 POtest tamen Episcopi Vicarius huius coniugalis causæ cognitionem tractare, etiam ex generali commissione Episcopi, quod probatur ex text. in cap. de frigidis, & malef. vbi etiam proponendam esse quærelam coram Episcopo, vel eius misso ad diuortium, vbi glos. verbo misso explicat, idest Vicario, probatur etiam in cap. vlt. de cognat. spirit. vbi dicitur propositum esse impedimentum matrimonii, coram officiali Cantuarien. & sic supponitur eum posse de causis matrimonii cognoscere; Ita tenet Anton. nu. 2. Præpos. n. 2. Abb. num. 4. Alex. num. 5. cap. fin. Couarruu. d. num. 1. vers. potest, Sbroz. d. lib. 2. quæst. 44. in fine, Bertach. in tract. de Episcopo lib. 4. part. 7. quæst. 20. num. 23. Sanch. dict. disput. 29. num. 18. vers. 2. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 45. quæst. 20. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum par. 1. num. 201. Quicquid contrarium velint, Rebuff. in praxi benefic. titul. de forma Vicar. num. 155. Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 1. puncto 3. dub. 1. Vgolin. de officio, & potestate Episcopi cap. 4. §. 7. nu. 2. vers. 9. causas matrimoniales.

RESOLVT. CCLXXII.

1 *Abbas potest cognoscere de causa matrimonij inter suos subditos, & n. 5.*
2 *Abbas non dicitur inferior.*
3 *In locis subiectis habet Iura Episcopalia.*
4 *Prælati seculares quinam sint, & de quibus loquatur Concil. Trid.*

An Abbas cognoscere possit causas matrimoniales.

REspondeo cum decis. Rotæ in vna Burgen. iurisdictionis Decembris 1594. coram Orano, cuius tenor est.

1 Fuit resolutum cognitionem causarum matrimonialium, & criminalium pertinere ad Abbatem Sancti Ioannis, immediatè cum suis subditis sedi Apostolicæ subiectum, quia vt alias in vna Salamant. iurisdictionis coram Card. Aldobrand. fuit dictum quando Abbas habet Iura Episcopalia, & proprium Territorium, nec est dignitas in Cathedrali Ecclesia, non comprehenditur in Decreto Concil. Trid. cap. 20. sess. 24. de reform. quod loquitur de Decanis, Archidiaconis, & aliis Prælatis sæcularibus.

Neque enim potest dari inter eos aliqua similitu-
2 do, non quidem respectu dignitatis; cum Abbas non dicatur esse de inferioribus, vt est text. in cap. si quis deinceps 16. quæst. 7. Lapus allegat. 84. n. 11. Franc. in cap. 2. n. 5. de præbend. lib. 6. Sarnen. ad regulam de annal. quæst. 11. n. 4.

Neque etiam respectu facultatis, quia Abbas in lo-
3 cis pleno iure sibi subiectis habet iurisdictionem Episcopalem, vel quasi, cap. 1. in singulis, de statu Monachorum, cap. Abbates, ante finem, de priuileg. lib. 6. glos. clem. 1. in verbo propriis, de reb. Eccles. non alienand. Butrio cap. cum explantare, §. in Eccles. de priuileg. Aret. cons. 63. n. 4. Dec. in cap. cum te 1. not. vers. & concludo de rescript. locaq; sibi subdita dicuntur extra iurisdictionem Episcopi, faciunt territorium separatum, Gemin. in cap. cum Episcopus, num. 4. eodem lib. 6. & in cap. 2. num. 19. de constitution. eod. lib.

Neque etiam ratione alicuius qualitatis cum Decretum loquatur de Prælatis secularibus, vt sunt Decanus, & Archidiaconus, cap. 1. & tot. tit. de off. Archidiacon. Felyn. in cap. ex parte Decani de rescrip. Ro-
4 ta decis. 17. de concess. præbend. in nou. & alii inferiores, qui regulariter subsunt Episcopo, Franc. in c. Romana, §. ab Archidiaconis in 1. not. de appell. lib. 6. & quibus cum eo cumulatiuè competit iurisdictio, Abb. in c. cum ab Ecclesiarum, n. 9. de offic. ordin. Felyn. in c. auditis col. 5. de præscript. Idem Abb. in c. pastoralis, n. 6. Felyn. col. 1. de offic. ordin.

5 Ex

5 Ex quibus cessat id quod pro parte Archiepiscopi fuit deductum, quod scilicet cognitio causarum competens Abbati, restringi debeat ad causas suorum subditorum regularium, non autem secularium, cum istud non possit quadrare causis matrimonialibus, quæ inter Regulares non excitantur, vltra quod intentio Concilii non fuit Abbati, & aliis, exceptis regularibus præiudicium inferre, sed hoc omne relinquere dispositioni iuris communis.

RESOLVT. CCLXXIII.

1 *Inferiores Episcopo possunt ex consuetudine cognoscere de causa matrimoniali.*
2 *Quænam consuetudo requiratur.*
3 *Inferior Episcopo quænam præscribere potest.*
4 *Inferior Episcopo non dicitur habere territorium, & quomodo.*

An facultas cognoscendi causas matrimoniales possit præscriptione acquiri.

1 EX præscriptione, consuetudine, vel priuilegio possunt inferiores Episcopo quærere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus, vt probatur in dicto cap. accedentibus, resoluunt glos. in cap. 1. de consanguinit. glos. in cap. literas, de restitut. spoliat. Couar. d. num. 1. vers. verum, Palat. in repet. cap. per vestras, notab. 2. §. 1. nu. 33. Nauarr. consil. 1. sub titul. de officio Iudicis delegat. nu. 5. in antiq. & cons. 3. sub eodem tit. in nouis. Concil. enim Trident. d. c. 20. non
2 sustulit consuetudinem in qua sunt inferiores Prælati, si sit immemorabilis, vt censuit Sac. Congregatio, prout referunt addit. ad Nauar. dict. cap. 3. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 33. num. 5.
3 Quare etiam dicimus quod Prælatus inferior Episcopo potest præscribere ea, quæ sunt meri imperii, & similem potestatem cum territorio. Archid. in c. cum Episcopis, de offic. ordin. in 6. & de cognitione causarum matrimonialium, quę præscribitur per inferiores Episcopo, qui hanc iurisdictionem exercebant, vbi consueuerunt ius reddere, Calder. cons. 2. de præscript. post princ. vers. quod possit. Neque enim in Abbate ordinario hoc correctum est ex dispositione Concil. cap. 20. sess. 24. de reform. vbi inferiores prohibentur de huiusmodi causis cognoscere, nam intelligitur de inferioribus Episcopo subditis, prout ita practicari in Curia Romana testatur Flores quæst. 24. num. 25.
4 Et quamuis Prælatus inferior, excepto Episcopo, non possit dici habere territorium, nec de iure communi, nec de consuetudine, quæ non posset operari quod in eadem Ciuitate, vel Diœcesi essent insolidum duo capita, quasi monstra, c. quoniam, & c. quanto de offic. ordin. Tamen sunt aliqui Abbates hoc habentes ex priuilegio Papæ, qui solus hoc potest concedere, Panormit. in cap. cum contingat 13. colum. 6. in princip. vers. nec consuetudo num. 18. de foro compet. vbi subdit, quod inferior non potest quærere sibi territorium tanquam separatum ab Episcopo, ita vt faciat caput in eadem Ciuitate, vel Diœcesi, cum hoc sit absurdum, & impossibile; poterit tamen hoc facere quærendo territorium quasi sub Episcopo, vt Episcopus habeat saltem vniuersalem iurisdictionem habitu, & Prælatus inferior, habeat quasi sub eo, licet ab exercitio excludatur Episcopus, prout in exemptis, & similibus, vt declarat Abbas in dicto cap. cum contingat 2. num. 19. de for. compet. sequitur Bald. de præscript. par. 5. quæst. 11. col. 1. in fin. num. 9. versic. quod procedit, vbi etiam num. 7. subdit, quod inferior Prælatus potest præscribere certam partem Diœcesis cum territorio, excludendo prorsus Episcopum in illo loco ab exercitio iuris Episcopalis priuatiuè, non cumulatiuè, Abb. in cap. auditis, de præscript. sic Dominus Prouinciæ habet ius in tota Prouincia, nisi aliquis præscripserit illud ius in aliqua Ciuitate, vel Castro intra Prouinciam; potest enim tale Castrum cum territorio ad alium pertinere, & sic facere per se territorium a Prouincia, idem Abb. in cap. nimis 29. col. 2. post med. vers. hæc vera secundum num. 1. in fine de iure iuran. Roland. cons. 33. num. 28. lib. 3.

RESOLVT. CCLXXIV.

1 *Causarum matrimonialium, Capitulum sede vacante an sit Iudex.*
2 *Ex ordinaria Iurisdictione potest cognoscere, secus ex delegata Episcopo.*

An Capitulum sede vacante possit cognoscere de causis matrimonialibus.

1 MVltoties vidi dubitari an Capitulum Sede vacante succedat in facultate cognoscendi de causis matrimonialibus; & videbatur negandum ex quo Concilium simpliciter verba facit de Episcopo, & consequenter minimè extendendum ad Capitulum, prout à simili arguit Abb. in cap. quod in ijs de maiorit. & obedient. Alex. de Neuo cons. 71. Calder. in consil. 2. de ijs, quæ fiunt à Prælatis absque consensu Capituli,

Cæterum contrariam sententiam tenendam existimo, quam firmarunt tex. in c. veniens de eo qui duxit in matrimon. resoluunt Couarr. dict. nu. 1. in princip. vers. atque etiam Pauin. de officio, & potestate Capituli Sede vacante parte 1. quæst. 10. sub nu. 8. Quaranta in Summa Bullarij verbo Capitulum Sede vacante, quæst. 5. vbi asserit per Concil. Trident. dicto loco dispositum esse quod causæ matrimoniales relinquantur examini, & iurisdictioni Episcopi tantum, vt excluderentur alii Prælati inferiores, at Capitulum in hoc casu non dicitur inferior Episcopo, sed par.
2 Vnde ego ipse in Resolutione 215. existimaui in hac quæst. esse distinguendum, quod aut loquimur de causa matrimoniali ex ordinaria iurisdictione, & tunc non est dubium quod in ea succedat Capitulum Sede vacante in locum Episcopi, aut loquimur de causa delegata matrimoniali commissa Episcopo, aut eius Vicario in hæc verba. Dilecto Filio Vicario Fratris nostri Episcopi, & tunc Capitulum non succedit in delegatione,

Non enim valet Capitulum cognoscere de causa delegata Episcopo, etiamsi appoluerit ille manus ante obitum per C. quoniam Ab. de offic. delegat. Bellamer. decis. 166. Marchesan. de commission. super commissione appellatiouum extra Romanam Curiam par. 1. cap. num. 32.

Ex quibus secundum Barbos. ducta est sacra Rota Romana elapsis annis ad validam iudicandam impetrationem quandam beneficiorum certo modo factam à quodam Hispano, eo quia illa minus iustè possidebat alter adhuc Hispanus, & illegitimè natus, quia obtinuerat dispensationem illegitimatis à Vicario Capituli Sede vacante suffulto delegatione Apostolica vigore Breuis expediti cum clausula illa officiali solita apponi in Breuibus directis ad partes Hispaniarum, vbi dicitur officialis, qui in Italia appellatur Vicarius ex notatis per Bellamer. decis. 5. de officio Vicarij, & addit ad decis. Rotæ 2. eodem titulo in nouis.

RESOLVT. CCLXXV.

1 *Adulterii crimen, primus patrator.*
2 *Cognitio talis criminis cuius fori sit.*

3 *Cum*

3 *Cum agitur de separatione Thori, Iudex Ecclesiasticus est competens.*
4 *Si agitur de punitione delicti, Iudex secularis est competens.*

Cognitio criminis adulterij ad effectum separationis matrimonij spectat ad Episcopum.

1 PRimus homo qui adulterium commisit, fuit Lamech, vt habetur in capit. districta 24. quæst. 3. vbi Turrecremata num. 10. dicit quod fuit grauius punitum, quam homicidium Cain: & pro Iudice seculari facit text. in cap. Rex debet 23. quæst. 5. vbi co-
2 gnitio adulterij est mixti fori, & sic vterque Iudex potest cognoscere, & ibi illud notat Turrecremata, Innocent. & Abb. & cap. tuæ de procuratoribus, & Ioan. Andr. in capit. fin. de adulteriis lib. 6. & in capit. 10. de offic. ordin. vbi Alciat. nu. 18. testatur hanc esse communem opinionem, Roman. cons. 678. Bal. in Authen. Clericos num. 7. C. de Episc. & Clericis, Couar. de sponsalibus 2. par. cap. 7. num. 20. Iulius Clarus receptarum sententiarum lib. 5. quæst. 37. qui alios refert dicentes commun. Decianus in tractat. criminali to. 1. cap. 26. num. 2. Gregorius in l. 58. glos. 5. titul. 6. partita 1. Gomez. in l. 80. Tauri num. 47. vers. vnum tamen est Diaz in practica criminali, cap. 79. Menoch. de arbitris, casu 419. Guid. Papa decis. 68. Franchus decis. 312. Boer. decis. 292. Aufrerius de potestate seculari in Ecclesiast. regula 4. quæ cognitio mixti fori intelligenda est, si agatur de peccato puniendo, secus si de delicto, quia tunc Iudex laicus est solitus Iudex nisi agatur de separatione matrimonii ob causam adulterii, quia solus Ecclesiasticus cognoscit.

3 Et sic aut agitur ciuiliter contra adulteros, vel criminaliter, aut ad separationem matrimonii, & restitutionem dotis, si ad separationem matrimonii, & tunc coram Iudice Ecclesiastico agendum est cap. tuæ, de procuratoribus; quia pœna separationis Thori est Canonica, quæ videtur impedire sacramentum matrimonii, & sic solus Iudex Ecclesiasticus cognoscit; quam opinionem sequitur Romanus dicto singulari 674. Felyn. in capit. cum generale, de foro competent. versic. respectu adulterij, Iulius Clarus quæst. 37. quæro numquid in fine, Gomez. in dicta lege 80. Tauri num. 47. versic. vnum tamen scias; Decianus dicto cap. 26. num. 7. versic. Tertia conclusio. Bermondus, qui hanc dicit communem opinionem, & pro hac sententia consuluit Angelus de Vbaldis inter consilia matrimonialia cons. 42. vbi tenet quod si Iudex secularis velit procedere quod possit inhibiri à Iudice Ecclesiastico sub pœna excommunicationis, idem tenet Decius in consil. 212. quia quotiescumque agitur ad separationem matrimonij, licet adulterium opponatur in vim querelæ adhuc crimen est merè Ecclesiasticum, vt docet Federicus Senis consil. 236. titul. de comp. Iudiciis §. 1. versic. 17. Paulus de Castro consil. 65. volum. 1. num. 3. pro qua sententia est bonus text. in cap. plerumque de donationibus in tantum quod non potest peti restitutio dotis propter adulterium coram Iudice laico cum prius agendum est ad separationem Thori coram Ecclesiastico, & accessoriæ petenda dotis restitutio, si verò agatur de mero facto petendo dotem propter adulterium commissum, de quo constat per sententiam, vel per confessionem partis, vt tradit Franch. decis. 312. num. 6. versic. sed ad hoc dictum fuit, tunc solus Iudex laicus est competens, vt semel vidi iudicatum, quia de adulterio commisso constabat per executorias, & sic per Iudicem laicum fuit dos restituta marito.

Si verò agatur criminaliter de punitione delicti secundum pœnam legis, vel Canonis tunc Iudex secularis est competens, & non Ecclesiasticus, Authent. sed hodie. C. ad l. Iuliam, de adulteriis. Auth. nulli iudic. §. si quando vero, & quando punitio, & accusatio est inter laicos, vt in l. 80. Tauri, vbi solus maritus potest accusare vxorem adulteram, quod huius cognitio ad solum Iudicem laicum spectet, tradit Innocentius in dicto cap. tuæ, de procuratoribus; quia Iudex Ecclesiasticus non debet sententiam sanguinis proferre, cap. sententiam sanguinis, ne Clerici, vel Monachi, & si Iudex secularis debet illud delictum punire, vt in cap. si quis 23. q. 4. & in cap. Rex debet 23. q. 1.

PRAXIS COMMVTATIONIS VLTIMARVM Voluntatum.

RESOLVT. CCLXXVI.

1 *Destinata ad pios vsus non possunt in alium conuerti citra summi Pontificis consensum.*
2 *Legatus à latere non potest commutare destinata ad pios vsus etiam in aliud melius.*
3 *Voluntas Testatoris pro lege seruanda est.*

Deputata ad certos pios vsus, an possint commutari ad alios meliores, sine authoritate Pontificis, cum consensu hæredis.

PLuries accidit quod testatores faciunt legata ad pios vsus, quæ non possunt deseruire pro vsibus destinatis, & aliquando Ecclesiæ pro earum necessitate, vel vtilitate vellent vti legatis ad alios vsus, quam destinatos, consultus fui pluries, an authoritate Episcopi id fieri possit, & quia hæc materia est valdè vtilis, & frequens, nonnulla in hoc titulo colligere puta-
1 ui, sit itaque conclusio quod destinata, siue relicta à fidelibus, ad certos pios vsus non possunt in alios conuerti sine authoritate Papæ, text. Clarus in Clement.
2 quia contingit de relig. domib. itaut nec fieri possit commutatio à Legato de latere, Card. Imola, & Bonifacius in d. Clement. etiam si commutatio fieret in melius, iuxta veriorem opinionem Lap. Imol. Bonif. in d. Clement. Abb. in capit. tua nobis num. 4. de test. Spin. in specul. testam. gl. 10. num. 24. Aufrer. ad Cappell. Tholos. decis. 24. Caualcan. decis. 40. num. 11. quia
3 voluntas testatoris pro lege seruanda est, cap. vltima voluntas 13. q. 2. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 3. & etiam si accedat consensus hæredis, quia non agitur de vtilitate ipsius, cui possit renunciare, sed de seruanda voluntate Defuncti, Card. Imol. Bonif. vbi supra Felyn. in cap. cum accessissent, num. 19. de constit. Nouarius in tract. de priuileg. miserabil. personarum priuileg. 71. num. 6. qui alios allegat.

RESOLVT. CCLXXVII.

1 *Derogatio iuris quæsiti non est necessaria in commutatione vltimæ voluntatis facta per Papam, & num. 3. & 5.*
2 *Clausula non obstante non solum operatur validitatem commutationis, quoad nam partem testamenti, sed etiam totius.*
4 *Clausula non obstante tollit ius alteri quæsitum.*
6 *Gratia erectionis de sui natura est præiudicialis.*
7 *Archidiaconus habet iurisdictionem in Ecclesia Cathedrali, quæ quando sublata censeatur, ibidem.*

Derogatio iuris quæsiti, an sit necessaria in commutatione voluntatis, facta per Papam.

1 DIxi non esse necessariam, sumus enim in commutatione voluntatis, de vno vsu in alium facta per Summum Pontificem, cum clausula non obstante, quæ sufficit, absque eo quod requiratur vlterior dero-

gatio

gatio iuris quæsiti, cum per dictam clausulam satis appareat de eius mente, quod intendit vti supremo iure potestatis supremæ, vt concludit Bald. in l. si testamentum 10. in princip. & in fin. versic. per temeritatem, & ibi etiam Corn. in fin. versic. sed ea plenitudine num. 9. Iason nu. 3. Castr. nu. 2. C. de testam. Alex. ad Bart. in l. legatum Ciuitati, in verb. in alium vsum
2 ad med. versic. item nota quod licet Papa, ff. de vsufruct. legat., ita vt huiusmodi clausula, non solum operetur validitatem commutationis, quo ad vnam partem voluntatem testatoris, sed etiam reuocationem totius testamenti iam perfecti, vt concludunt omnes Doct. supracit., quamuis in casu, in quo nulli fieret præiudicium, talis commutatio valeret, etiam sine dicta clausula, non obstante Castr. in d. l. si testamentum in fin. versi. sed quæritur an Princeps, C. de testament.

3 Immo in casu nostro fuit derogatum regulæ, de iure quæsito, cum sufficiat quod Papa vtatur verbis, quomodocumque derogatorijs ad effectum, vt sit sublata dicta regula Rota coram in Sacrato Cæsar Augustana iurisdictionis 5. Februarij 1609. & cum in casu, de quo agimus, adsit clausula non obstante per eam est sublatum ius tertij, cui apparet per Principem, vo-
4 luisse derogari cum dicta clausula operetur, & tollat ius alteri quæsitum; non secus si dictum fuisset de plenitudine potestatis, & ex certa scientia. Alexander consil. 101. visis instrumentis exemptionis colum. 5. ad fin. numer. 9. lib. 1. Cyn. in l. vltima numer. 3. in fin. versic. Petrus videtur dicere C. si contra ius, vel vtilit. public. Butr. in cap. quæ in Ecclesiar. col. penult. ad med. versic. aut totaliter in tollendo, num. 28. & ibi Io. Andr. ante med. versic. vbi vero præscriptum, de constit. Calder. consil. 12. in princip. de rescript.

5 Et si non esset facta derogatio dictæ regulæ adhuc valeret commutatio, quia derogatio non esset necessaria, ex quo cessat dicta dispositio regulæ, quando materia super qua cadit concessio, est de sui natura præiudicialis, prout sumus in casu nostro, in quo præiudicium tertij necessario, & apparenter continetur, quia aliàs priuilegium, & commutatio voluntatis, esset sine effectu. Corn. consilio 83. circa primum consultationis, column. penult. post med. versic. tertio respondetur num. 16. lib. 4. post Bald. in l. nec auus 4. in princip. C. de emancipat. liberor. Rot. coram Cardin. Seraphino Iserden. prætheminentiarum 26. Iunij 1602. quæ est inter impressas decis. 1445. vbi de Ecclesia parochiali erecta in collegiatam, quæ eo ipso in necessariam consequentiam præcedit alias parochiales, quamuis non sit derogatum dictæ regulæ, de non tol-
6 lendo, cum talis derogatio non sit necessaria quasi gratia erectionis sit de sui natura præiudicialis dictis Ecclesijs, nam mutato statu dicitur mutatum antiquum ius, Rota coram Sacrato in Lauretana iurisdictionis 20. Iunij 1616. Exemplo loci, qui erigitur in
7 Cathedralem, in quo Archidiaconus habet iurisdictionem, statim enim tollitur huiusmodi iurisdictio, & applicatur præiudicio tertij, vt concludit Hostiens. in cap. cum inferior. 16. colum. 2. ad med. vers. ex quo aliquis Episcopatus de maiorit. & obedient. Rota in d. Lauretana Iurisdictionis 20. Iunij 1616. coram Sacrato.

RESOLVT. CCLXXVIII.

1 *Hæres, an possit cum consensu Episcopi mutare conditiones appositas à fundatore, ob cultum diuinum.*
2 *Voluntas defuncti honesta obseruari debet.*
3 *Insignia fundatoris, in Ecclesia ab eo fundata, an per hæredem tolli possint, & num. 4.*
Et quid in alijs benefactoribus, num. 5.
6 *Dominus, non potest inhabitare in loco, in quo alter vsum habet.*
7 *Sepulcrum alicuius familiæ, illa extincta, an alteri concedi possit.*
8 *Vsusfructus ad proprietatem reuertitur, vsufructuario defuncto.*

Conditiones appositæ à Fundatore ob cultum diuinum, vel ob sui memoriam, honorem, & comodum suæ familiæ, an mutari possint.

1 EGo fui multoties in opinione, quod conditiones quas Fundator, ob cultum diuinum, vel ob sui memoriam, honorem, & commodum familiæ suæ obseruari voluit eas hæres, vel successor, quamuis consentiente Episcopo mutare, vel tollere omninò non
2 potest, contra defuncti voluntatem; Nam piam, & honestam voluntatem defunctorum obseruari naturalis æquitas postulat, sicuti habetur in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. capit. vltima voluntas 13. q. 2.

3 Vnde ex his resoluendum est, quod hæres, vel successor, ipseque Episcopus, nisi grauissima causa postulante, auferre non possint insignia fundatoris, posita in Cappella, vel Ecclesia quam construxit, aut dotauit neque liceat successori, si alterius familiæ sit sua insignia eo loco ponere, vt nimirum memoria primæ fundationis perpetuetur, qua de re vide Lambertinum, de iurepatronat. quæst. 5. eademque est ratio de sepulchro, fundato tali lege expressa, vel tacitè constituta, vt in eo soli descendentes, siuè hæredes sanguinis sepeliantur cuiusmodi appellantur sepulcra maiorũ.

4 Eademque ferè ratio esse videtur, eorum beneficiorum, qui Cappellam suis sumptibus estruxerunt positis in memoriam insignibus suis sepulchro, & c. quæ proinde sine magna necessitatis ratione auferri non debent, neque refert, & si familia extincta sit, quia nihilominus optat fundator in hominum memoria viuere præsertim Christianorum quippè, qui hac ratione excitantur ad orandum pro anima illius: Nam alioquin homines pij reuocabuntur ab huiusmodi cõstructionibus, si eorum iura, & positę memorię in animarum suarum vtilitatem, temere violentur, possunt verò interim etiam aliorum nouorum beneficiorum insignia, & sepulchra in Cappella admitti saltem cum intentione, vt intelligatur quis primus constructor fuerit, idque ob receptam Doctor. regulam, quod fundator, vel benefactor non censeatur impedire velle Ecclesiæ vtilitatem.

5 Item, alia ratio esse videtur de aliis benefactoribus, qui Ecclesiam, vel Cappellam non construxerunt, sed tantum in ea ius sepulturę sibi compararunt, & si enim his, & hæredibus eorum inuitis, extra casum necessitatis, vel magnæ vtilitatis, alios ibi sepelire non liceat, quia talia sepulchra instar hospitii esse cẽsentur, iuxta
6 cap. Ebron. 13. q. 2. at qui in fundo, in quo alter vsum habet, non potest Dominus habitare vsuario inuito, l. si hæres §. final. & leg. seq. ff. de vsu, & habitatione legata. Tamen postea, quam tota progenies benefactoris extincta est, multi censent vsum Cappellarum, &
7 sepultarum eiusmodi aliis concedi posse, Azo in summa Instit. de vsu, & habit. §. si verò vsus, & §. illud, Angelus ver. sepultura, §. 41. Armilla num. 24. Rodriqu.
8 tom. 3. reg. qq. q. 59. art. 10. Tum quia sicuti morte vsufructuarii eiusque descendentium redit vsufructus ad proprietarium iuxta l. corruptionem, C. de vsufructu, ita etiam ius Cappellæ, & sepulturæ mortuo benefactore, eiusque redditus redit ad Ecclesiam, eiusque Rectorem, vt aliis concedi possit; Tum quia alioque enim impedirentur alij, quo minus Ecclesiam ornare, & beneficiis suis augere possint. Denique si causa necessitatis, vel vtilitatis, postulet tunc Episcopus, vel alius Ecclesiæ Prælatus, etiam inuito benefactore, aut hærede ad quem ius sepulchri pertinet alios in eo sepellire potest, sicuti docet Armilla loc. cit. Sauer. in verb.

verb.sepultura nu.5. eodemq; modo intelligendum puto, Sylu.eodem verb.quæst.3.

RESOLVT. CCLXXIX.

1 *Episcopus non potest mutare qualitatem beneficij à fundatore appositam.*
2 *Dispositio defuncti, vbi certa est ab Episcopo alterari non potest.*
3 *Legatum factum ad opus illicitum, an hæredis lucro cedat.*
4 *Princeps tantum supremus potest ab vno quid auferre, & alteri dare.*

Qualitas beneficii à primo fundatore appositа, an mutari possit per Episcopum.

1 IN casu hæredum Francisci de Nardelis, dicebam annis elapsis, consultus quid sentirem, quod vbi iusta, & rationabilis est dispositio fundatoris, ea ab Episcopo, vel alio, Papa inferiore, Prælato mutari minimè potest, per text. in Clement. quia contingit de Religios. domibus, & in cap. tua nobis, de testam. vbi dicitur; in omnibus pijs voluntatibus per locorum Episcopos prouidendum, vt secundum defuncti voluntatem vniuersa procedant: quò loco Abb. num. 5. Couar. nu. 11. annotarunt, à solo supremo Principe, qualis in Ecclesiasticis est Papa, vltimis voluntatibus, per plenitudinem potestatis, ob causam iustam derogari posse, iuxta Clement. quia contingit de Religios. domibus, & docet Rochus de iurepatronatus, in verb. pro eo num. 31. quæst. 15. Cæsar Lambertinus de iurepatron. qu. 5. princ. artic. 3. nu. 6. Nauar. de redit. Eccles. qu. 1. mon. 50. numer. 5. & consil. 5. de præbend. numer. 3. edit. 2.

Est enim hæc assertio vniuersalis, de omnibus vltimis voluntatibus, modò iustè, & rationabiles sunt, atque insuper certæ, seu indubitatæ, sicuti bene admonet Rochus citat. quæst. 25. ex Baldo, & alij regulam tradens vbicumque dispositio defuncti certa est, respectu causæ personæ loci, & c. ab Episcopo alterari non possunt, sin verò dubium sit de voluntate defuncti ad loci Episcopum, haud dubiè pertinet eam interpretari, deinde si voluntas defuncti irrationabilis existat, poterit se Episcopus opponere, vt executio non ita sed aliter fiat: quandoquidem defunctus Episcopo legem imponere non potuit, quò minus de pijs suis fundationibus, aut relictis, secundum sacros Canones, quod rectum, & recens est, constituat sicuti iudicat, glos. citat. c. tua nobis, ver. voluntatem, & docet Abb. ibid. num. 5. idque etiam ciuili iure de relictis profanis traditum est, l. legatum, ff. de vsufruct. legato, quod legatum ad opus illicitum, v.g. spectaculum in Ciuitate non permissum hæredibus, cedere non debeat, sed publica magistratus potestate cum hæredum consensu, ad aliud opus licitum applicari, quinimò si hæres, aut patronatus alijvè, quorum interest consentire, nolint, etiam ipsis inuitis, Prælatus disponere poterit, maximè locum haberet, si mutatio aliqua facienda sit, cum præiudicio illorum, qui etiam consen-
4 tire recusant: quandoquidem solius Principis supremi est auferre vni, & alteri dare, ait glos. in l. cap. constitutus, ver. à quocumque, de religios. domibus, vel si qualitas, seu conditio à fundatore appositа mutanda sit in totum, seu in perpetuum talem mutationem ab Episcopo institui non posse fatentur omnes, cum interim Lambertinus, & alij apud Rochum locis citatis permittant Episcopo, vt pro vna vicè, aut breui tempore mutationem, aliquam dispensatiuæ ob causam rationabilem efficere possint.

RESOLVT. CCLXXX.

1 *Miraculorum requisita recensentur, & num. 2. 3. 4. 5. & 6.*

Miracula vt propriè dici valeant, quæ requirantur.

1 AD Miraculorum verificationem, nonnulla concurrere debere, mihi suadeo.

Primò, vt sit aliquod arduum, & difficile, vt saturatio quinque millia hominum, cum quinque panibus, & duobus piscibus. Ioan. cap. 6. vbi ait, vnde ememus panes vt manducent hi, & Marc. 8. quis potest hos saturare in solitudine? vbi arduum, & difficile demostratur, & pariter vt sit insolitum, vt sistere Solem, & Lunam Iosuè 10. & 4. Reg. cap. 20. & Isai. cap. 38. vbi est magna difficultas, an sisterint omnes Cœli, vide pro hac materia Sot. 4. sent. dist. 48. q. 2. art. 2. & quod insolitum sit à Deo, ostenditur ex eò quod necesse est, quod præsumitur Martyres à Deo impetrasse, quæ mandat, cap. si quis præpostera 50. distin. & hoc casu procedit illum quod dicitur facere miracula, est donum Spiritus sancti, vt in cap. quærendum, de pœnit. dist. 2. & ibi notat alios, non est miraculum sicut fecerunt Magi Pharaonis, qui fecerunt ranas, & serpentes conuertentes eorum virgas sicut faciebat Moyses, de quib. in c. nec mirum 26. q. 5. & illud propriè dicitur præstigium, c. re vera, & ibi Arch. de consecrat. d. 2.

2 Secundo requiritur quod sit contra naturam, sicut dictum est de virga Moysis, mutata in serpentem, & de Asina loquente ad Balaam, de quibus in cap. re vera, & in cap. cum ex iniuncto, de hæret. & in d. cap. re vera ponitur de virtute dictæ virgæ, de qua etiam habetur Exod. 68. 14. 16. 17. & Ios. & 4. & confert illud simile in Ioan. c. 9. de cœco nato, vbi fecit lutum, quod non solum non est illuminatiuum, sed obcæcatiuum.

3 Tertio vt fiat de his, quæ raro fiunt, vt Diuus Augustinus lib. de vtilit. creden. ad Honoratum c. 16. Th. loc. cit. art. 7. ad secundum, & 2. 2. art. 1. & 2. vide addit. Ant. Franc. in Pan. in d. cap. cum Marthæ num. 7. lit. B. patet in languido Ioan. cap. 5. vade, & amplius noli peccare, & de paralitico, siuè hydropico, Lucas cap. 13. remittuntur tibi peccata tua.

4 Quarto, vt fiat statim, illico, protinus, repente, nam si fieret successiuè, non diceretur verè miraculum D. Thom. loc. citat. art. 8. Bed. & Hier. super Luc. c. 4. de Socru Simon imperauit febri, & statim ita de Lazaro, statim, ita de filio vidue, statim, & alia quam plurima, nec obstat, illud Mar. c. 8. de cæco illuminato paulatim, & successiuè, quia etiam paruula temporis mora fuit sanatus, & facit ad hoc dictum Turrecrematæ in c. sunt plures, de pœnit. dist. 1. & D. Thom. in 3. par. Summæ q. 44. art. 3. vbi dicit miracula fieri subito, in instanti, & perfectè, & illum cæcum, de quò habetur Marc. 8. non recepisse statim visum, propter eius infidelitatem, secundum Chrisost. vel secundum Bedam, quem Christus vno verbo totum, simul curare poterat, paulatim curauit, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostenderet, quæ vix, & quasi per gradus ad lucem redit, facit text. in c. maiores §. vbi adhuc de Baptismo, nec etiam ille cæcus, recessit a præsentia Christi, quin totus efficeretur sanus.

5 Quinto requiritur, quod non vi verborum, sed ex hominum merito illud contingat, nam panis, & vinum, potestate, & virtute verborum transubstantiantur in corpus, & sanguinem cap. cum Marth. extra de celebrat. Miss. & se requiritur quod miraculum sit euidens, non autem latens, & credibile, vt est Eucharistia.

Sexto

6 Sextò requiritur, quod sit ad corroborationem fidei, Herba enim ministerio hominis tranfit in vitrũ, & nil ad corroborationem fidei. Ideò ad canonizationem, nisi hæc loquatur, concurrerent in miraculo, non prodessent, quia non esset miraculum, sed potius miraculosum, vt dicit Ioan. Andr. in d. c. vnico de reliq. & venerat. Sanct. in verb. Sedis. circa finem, & Host. in summa sup. al. ver. item quærendum est, de miraculis, Anch. in d. c. teneamus 1. q. 1. Hostien. Ioan. Andr. & alij in c. venerabili de testibus.

RESOLVT. CCLXXXI.

1 *Miracula propalari non possunt absque authoritate Romanæ Ecclesiæ.*
2 *Miracula an fieri possint à Dæmone, vel improbo viro.*
3 *Miracula quomodo cognoscuntur.*
4 *Episcopi debent esse cauti in miraculorum publicatione.*

Miracula quando publicari possunt.

1 NOn potest miraculum publicari, teneri, haberi, seu venerari sine authoritate, & approbatione Romanæ Ecclesiæ, c. 1. de reliq. & venerat. Sanct. & requiritur etiam approbatio Ordinarij, Conc. Trid. sess. 25. c. de inuocat. & venerat. Sanct. initio: ratio potest esse, quia miracula possunt fieri per malos homines, & Dæmones, c. teneamus 1. quæst. 1. glos. in d. cap. 1. in ver. miracula, D. Thom. vbi supra, Mart. h. c. 7. & ca. 24. Hier. c. 23. Deut. cap. 13. Diu. Aug. lib. 10. ca. 16. de Ciuit. Dei, & homin. 9. in Apocal. & tract. 110. in Ioan. Alexand. de Ales 2. par. quæst. 43. mem. 10. propè fin. D. Thom. super c. 12. Collect. 3. in cat. aur. super Luc. c. 1. referens Athan. in vita Sancti Hylar. super Matt. c. 7. & ibi Chrisost. super cap. 8. Luc. Sanctus Maxim. in hom. 1. Dominica Aduêt. D. Tho. super c. 6. ad Ephes. lect. 3. propè fin. Beda in c. 3. Ioan. super illa verba, dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, Alcuinus ibidem, & ibi glos. inter linea, Diu. Tho. 2. 2. quæst. ibi, art. 3. & 1. p. quæst. 61. art. 2. ad secundum, D. Aug. lib. 6. super Gen. ad literam, Mall. malef. q. 16. art. 10. ad octauum Sig. li. 1. c. vlt. par. 3. de strig. comp. Theol. lib. 2. c. 1. Sot. 4. & 5. dist. 43. quæst. 2. art. 3. Diu. Thom.
2 in addit. 3. par. 77. art. vlt. & super c. 15. 1. Cor. lect. 8. quib. in locis habes an miracula possint fieri à Dæmonibus, vel à malis hominibus, vel à viris sanctis etiã
3 nõdum canonizatis ab Ecclesia Catholica, & cognoscuntur primo ex fine, secũdo ex modo, tertio ex tempore, quarto ex locis, D. Hier. in Matt. c. 8. super illa verba, venisti ante tempus, & in c. glos. ord. super Luc. c. 8. & ibi Cirill. & Nicef. in histor. Eccles. li. 1. c. Innoc. in c. 1. de reliq. & venerat. Sanct. Paris. 2. p. & sic quan-
4 do succedunt in aliqua Diœcesi sint cauti Reuerẽdissimi Ordinarij, ne miracula promulgent, nisi prius id per testes legitimos fuerit sufficienter probatum, & processus siue aliquid huiusmodi mittatur ad Summũ Rom. Pont. glos. citat. & cap. venerab. de testam. & ibi glos. Nauar. cap. 18. n. 5. notab. 4. & sic ab ipso Summo Pontif. expectetur determinatio, vide Bull. Leo X. quæ est 15. & incipit super nè vbi etiam inspirationes diuinæ non possunt publicari sine Sed. Apost. licentia, & Ordinariorum approbatione.

RESOLVT. CCLXXXII.

1 *Canonizatio Sanctorum vt fieri possit, quæ concurrere debeant, & num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.*
13 *Canonizatio Sanctorum Martyrum facilius fit, quam in cæteris Sanctis.*

Verificatis miraculis, quid agendum sit pro canonizatione.

1 DVodecim requisita concurrere debent verificatis miraculis alicuius viri, vitæ laudabilis pro eius canonizatione.

Primò debet expectari, quod aliquæ personæ honestæ, & authenticæ denuncient factum Roman. Pontif. & supplicent pro Canonizatione facienda, & hoc non semel, sed pluries, & instanter, sicut notatur de cessione, & petitione pallij, c. quoniam cedendi extra de renunciat. post petitam de elect. non enim consueuit statim moueri ad committendam talem inquisitionem Rom. Pontific. sed potius expectare, quamdiu pulsetur, & famam accedere, & vtrum miracula crescant, & continuentur, antequam inquisitionem committat, & benè, cum miracula, seu miraculosa quædam fiant per malos c. teneamus, & c. nec mirum 26. quæst. 5. glos. & Doct. in c. cum ex iniuncto de hæret. Bald. in ca. venerabili de testibus, vnde cauẽdum est, ne populus decipiatur, vt in c. fin. extra de reliq. & venerat. Sanct. & quia circa maiora maius periculum vertitur, ideò cautius est agendum c. quiescamus 42. dist. ea miramur. 61. dist. c. nuper 7. q. 2. c. vbi periculum in princ. de elect. in 6. in l. 1. §. sed & si quis ff. de Carbo edicto; dicunt tamen aliqui quod si fiat elusio vix possunt continuari miracula vltra quadraginta dies.

2 Secundum est requisitum, quod si continuentur supplicationum instantiæ, & fama, & miraculorum continuatio perdurare dicatur, consueuit Roman. Pontif. hoc proponere inter fratres, & aliquibus Episcopis patriæ illius qui dicitur Sanctus, vel conuiciniæ, vel alijs personis honestis, & incorruptibilibus committere, vt inquirant de fama, & deuotione populi, & de miraculis, & de alijs, quæ sunt eidem nuncianda in genere, & nõ in specie, & quo ad famam, & non quo ad veritatẽ, & quod scribant, quæ inuenerint, & an eis videatur quod super veritate eorundẽ sit inquisitio cõmittẽda.

3 Tertium est, si tales describunt talia per quæ videatur, quod inquisitio veritatis sit committẽda, requirit iterum Summ. Pontif. Fratrum Consilia, vt definiat vtrum sit inquisitio committenda, vel non.

4 Quartum, quod si inquisitio ei committenda videtur, iterum rescribit eisdem, vel alijs, quod iterum veritatem requirant, primò de fama, secundo de vita, tertiò de miraculis exactè diligenter, fideliter, prudẽter secũdum artic. & interrogatoria, quę sub Bulla sua transmittit, de quò notatur in c. venerabilis, de testib. extra, & quòd inuenerũt, remittãt suis sigillis inclusũ.

5 Quintũ, quod remissa inquisitione, cõmittatur examinatio in Curia aliquib. Cappellanis, vel alijs personis authẽticis, & discretis, quę etiã format rubricas.

6 Sextum, quod rubricæ sint factæ exacta diligentia examinetur per Papam, & eius fratres, & requirat Papa consilia eiusdem, an scil. videantur probata talia propter quæ sit canonizatio non immeritò facienda.

7 Septimum, quod si videtur Papæ, quod sit facienda hoc secretè diffinit inter fratres, pro hoc facit, quod in simili dicitur de substantia ex forma electionis, vt notant Doct. in c. quia propter de elect. & ibi gl. in verb. maior.

8 Octauum, quod coadiunctis Episcopis, qui sunt præsentes in Curia, narrat publicè in consistorio, ea quæ acta sunt, & probata secreta diffinitione, iam facta suppressa, requirat consilium Prælatorum, facit glos. in ver. consilio in c. Anastasius 19. distinct. quæ dicit, quod Papa tenetur requirere consilium Episcoporum, vbi de fide agitur, quam glos. sequitur ibi Dominic. Cardin. etiam facit, quod dicit Panorm. in c. significasti, de elect.

9 Nonum, quod assignatur certa dies, vt omnes conueniunt ad certam Ecclesiam, in qua accendũtur cærei

multis, & sternitur tapetis Ecclesia, & paratur, & illuc conueniunt Papa, Fratres, & totus Clerus, & facit sermonem Summus Pontifex processum recitans, vt probata inducant populum ad adorandum, quod Deus nos permittat conseruare in hoc negotio.

10 Decimum, quod flexis genibus fiat deuota oratio, & cantetur Veni sancte Spiritus, vel alius hymnus, siue antiphona conueniens.

11 Vndecimum, quod surgat Papa ab oratione, & dissiniat illum, de quò agitur, sanctum esse, & Sanctorum Cathalogo conscribendum, & festum suum tali die colendum: in quantum dicitur Sanctorum Cathalogo conscribendum, facit pro hoc glos. notabil. in l. eos in verb. qui C. de offic. magistri milit. quæ dicit, quod qui non sunt scripti in matricula, sunt tanquam priuati; ideò dicit Augustin. in Authen. de mand. princ. §. penult. in c. si quidem post glos. ibi in d. verb. Collect. 3. quod solum militibus scriptis in matricula danda sunt priuilegia militaria, vnde dicit Bald. in l. diximus in fine, ff. de excus. tutor. quod mercator non descriptus in matricula, non gaudet priuilegio mercatorum facit c. si Romanos 19. dist. vbi probatur, quod qui non reperitur scriptus inter alios de Vniuersitate, non præsumitur esse de Vniuersitate.

12 Duodecimum, & vltimum requisitum est, quod cãtetur Te Deum laudamus, & celebrat Papa Missam solemniter in honorem eiusdem Sãcti, & in hoc quod dicit quod cantatur Te Deum laudamus, facit quia Ecclesia quotidie in officio in fine horæ matutinæ cãtat illud Canticum, idem fit peracta Episcopi electione secundum Speculat. tit. de elect. §. 1. versic. consequenter, in fine enim cuiuslibet operis laudandus est Deus, & gratiæ sunt ei agendæ: sicut facit, tam in fine celebrationis Missę, quàm in fine horarum Canonicarum, dum dicit Deo gratias, facit c. de hymnus, de cõsecrat. dist. 1. & ibi glos. in verb. & hymno vult, quod Clerici post assumptionem cibi debent agere gratias Deo allegat, c. vlt. §. edent 44. dist. facit quod notatur in glos. fin. c. firmissimè 15. quæst. 1.

Dicit tamen Ioan. Andr. in dicto ca. vnico de reliq. & venerat. Sanct. 16. quod hic ordo hactenus non semper vsque ad vnguem est seruatus, maximè quando agebatur de martyrizatis pro fide; nam tales consueuerunt facilius, & leuius expedire, & ita dicit tenere Hostiens. ex quò videtur concludere, quod hęc forma, licet congrua, & honesta per Papam etiam de necessitate, non est obseruanda, & vt ex prædictis apparet probitas vitæ, & legalitas, seu bona vita operatur ad sanctitatem consequendam, quæ quidem sanctitas, seù probitas, aut legalitas maximè operatur in multis primo, vt hic ante dictum est.

13

RESOLVT. CCLXXXIII.

1 *Miracula an probentur per testes singulares, & num. 2.*
3 *Testes singulares non coniunguntur, quando vnus deponit de confessione vnius partis, alius vero de alia.*
4 *Testes singulares probant quando agitur de probanda diuersitate miraculorum diuersis temporibus factorum.*
5 *Actus quando habeat vnum originem, illa origo probatur per testes singulares.*

Miracula an probentur per testes singulares.

1 ARchidiaconus in cap. nec mirum 26. quæstion. 5. quem sequitur Abb. in consil. 42. tenet non probari per testes singulares, cuius opinio nõ caret ratione, ex regula generali, quod testes singulares regulariter non probant text. est in c. nihilominus, & ibi glos. 3. quæst. 9. & in c. tam literis de test. vbi glos. in versic. soli, & in cap. cum dilecti, de elect. & in cap. licet causam, vbi Abb. Collect. 2. de probat. Pet. de Ancha. in consil. 276. Hyppol. in pract. §. diligentes col. 2. Felyn. in c. licet ex quadam colum. 3. & seq. de testib. Corn. in consil. 286. col. 2. vol. 3. vers. in cons. 134. in princ. vol. 1. Alex. col. fin. volum. 1. Ifern. in repet. l. admonendi col. 94. ff. de iureiuran. Grat. consil. 2. col. fin. vol. 2. Paris. consil. 57. colum. 2. vol. 1., quod adeò verum est Bald. in l. iurisiurandi col. 2. C. de test. tantum probant 2 mille testes singulares quantum vnus, Alex. in consil. 18. col. fin. vol. 4. in consil. 20. & in cons. 71. vol. 4. Paris. cons. 57. col. 2. vol. 1. Marian. in cons. 90. n. 8. vol. 2.

3 Et adeò est vera supradicta conclusio, quod testes singulares non iunguntur, quando vnus deponit de cõfessione vnius partis, alius de alia, Alex. in cons. 68. col. 2. vol. 3. & in cons. 36. col. fin. volum. 5. Aymon. in cons. 73. enim in c. licèt ex quadam col. 3. de testi. Salyc. in Auth. rogati in fin. C. de test. sentit Alex. in cõs. 175. col. 1. vol. 1. dum maior saluare testes probantes confessiones à singularitate sentiens, quod si non essent cum testes non probarent, Paris. in cons. 57. col. 2. vol. 1. Curt. sen. in repet. l. admonendi n. 1. 93. de iureiurand. Alex. in cons. 53. col. final. vol. 1. Marian. iun. consil. 90. col. 2. volum. 2. & cons. 99. col. 3. vol. 2. Paul. de Castr. in cons. 143. col. 2. vol. 2. Bertrand. in consil. 175. col. 3. vol. 2. Aymo. de antiq. temp. in 4. p. n. 137.

4 Limita tamen supradictam conclusionem, quoties agitur de probanda diuersitate miraculorum, varijs temporibus factorum, quia tũc testes singulares probarent, ex regul. iuris, quod quoties agatur de probatione actus nõ momentanei, sed successiui, vel ad probandum quid in genere, tunc testes singulares sufficiãt glos. in l. ob tamen, §. fin. ff. de testibus, vbi etiam Butrig. & Bart. & Iac. de Arena in l. 2. C. quæ sit longa consuet. Bald. in l. actor. col. 3. C. de probat. & in l. de quibus col. penult. ff. de legib. Alex. in consil. 85. col. fin. & in cons. 86. col. 3. vol. 2. & in cons. 92. colum. penul. vol. 2. & in cons. 110. col. fin. vol. 4. & in cõs. 13. col. fin. vbi dicit communem opin. vol. 7. Gram. in cons. 150. colum. 2. vol. 2. Marian. iun. cons. 90. col. 2. vol. 2. & ideò dicit Corn. in consil. 34. col. fin. vol. 2. quod vbi 5 plures actus habent vnam originem, & vnam causam, illa causa, & illa origo probatur per testes singulares Arg. etiam tenet illam opinionem in cons. 233. vol. 2. Boer. decis. 239. Aymo. qui dicit hanc communem opinionem in cons. 73. n. 34. Gramm. cons. 82. colum. penult. vol. 2. Aymo. de antiquit. tempor. in 4. parte num. 157.

RESOLVT. CCLXXXIV.

1 *Miracula fiunt ex causis, & quæ sint ibidem.*
2 *Christi imago aliquando percussa sanguinem effusit.*

Miracula quare fiunt.

1 MIracula fiunt primo ad confirmationem sanctæ prædicationis, Marci vlt. & hæc potest facere etiam homo peccator, D. Tho. secundo ad propagationem fidei, D. Greg. in homil. Ascens. tertio ad ostẽdendum sanctitatem alicuius viri, vt de B. Stephano, Actor. 7. dicitur faciebat prodigia, quia plenus gratia, quarto ad ostẽdendũ sanctitatem loci, vt Gen. 28. & Exod. 3. quinto ad cõseruationẽ fidei, & ad fouendã charitatem fideliũ, quæ alioquin refulgescerent, Matt. c. 24. 1. Cor. c. 14. qui profetant hominibus loquuntur ad ædificationem, & exortationem, & consolationem, D. Thom. 1. Cor. cap. 12. lect. 2. & sic augendam plebis Christianæ deuotionem, sexto ad gloriam Dei. Actuũ ca. 4. Ioan. cap. 9. Psalm. 113. Septimò ad confirmandam veritatem sacrarum Imaginum, prout in septima Synodo generali, quæ est secũda Nicæna, sub Cõstãtin. & Irene Imperatoribus, vbi agitur de Imagine Cru- 2 cifixi percussa pugione emitti magnam sãguinis effu-

sionem

sionem, ex Athanasio, & ex Imaginibus Sancti Cosmæ, & Damiani, & sic videmus diuersis locis sacris hisce nostris temporibus fieri miracula circa corporũ infirmitates, & ista possunt peti à Deo, Flor.Theol.4. sent.tract.de suffrag.art.2. difficult.2. conclus.2.D. Thom.in 2.ad Thesal.c.3.lect.2. circa vlt.

RESOLVT. CCLXXXV.

1 *Informatio super miraculorum verificatione committi debet in dignitate constitutis, & num.2.*

Quibus personis debet committi examinatio super vita, & miraculis alicuius.

1 PRæsens quæstio resoluitur ex communi, ac generali conclus. desumpta ex ca. statum de rescriptis in 6. vbi committendæ sunt personis in dignitate Ecclesiastica constitutis, quem textum sæpissimè canonizauit Rota in decis.31.32. de rescrip.in antiquis, & in decis.1. de offic. delegatis in antiquis latè Gratianus disceptat.forens.lib.1. c.93. Paris.de resignat. benefic.lib.3.q.5.Genuen.in prax.c.63.

2 Et propterea suppositа supradicta conclusione Summus Pontifex debet committere inquisitionem super vitam, & miracula alicuius Sancti; viris doctis, & probis quibus ipse voluerit, sed præcipuè committitur viris in dignitate Ecclesiastica constitutis, vt Archiepiscopis, & Episcopis, & his deficientibus dignitatibus, & Canonicis Ecclesiarum Cathedralium tenet Ioann.Andr.super.c.1. de reliquijs, & veneratione Sanctorum.

RESOLVT. CCLXXXVI.

1 *Testes qui recipi debent super miraculorum probatione, & num.2.*

Qui testes super miracula debent recipi.

1 TEstes super miracula debent recipi, familiares, propinqui parentes, pater, & mater, qui fuerunt præsentes, qui maiorem cognitionem illius miraculi habent, medici, chirugici, qui medicauerunt talem infirmum, & sciunt remedia medicinæ non profuisse talibus infirmis c.1. de reliquijs, & veneratione Sanctorum, c. venerabili de testib.

2 Qui testes debent esse bonæ vitæ, & famæ, qui substententur ex suis redditibus si fieri possit, timentes Deum, qui frequenter recipiunt Sacræ Eucharistiæ Sacramentum, & omni exceptione maiores, Io.Andr. in c. venerabili de testibus, & alij communiter.

RESOLVT. CCLXXXVII.

1 *Testis vt validè propter miraculorum, verificationem deponere valeat quomodo se gerere debeat.*
2 *Miracula non requiruntur ad beatitudinem, sed quia non potest alicuius Sanctitas sine illis sciri.*
3 *Testes super miraculis, an simul examinari possint.*

Testis deponens de miraculis qualiter sit examinandus.

PRo resolutione affirmandum est, quod testis deponens de miraculis examinandus est.

1 Solus, secretè, & sigillatim, cap. venerab. de testib. & ratio est, quoniam agitur de re magni momenti, quia multi non sanctè faciunt miracula, aut vi verborum, vt consecratio Eucharistiæ, aut vi parentelæ, vt Rex Franciæ, vel illi de Domo Sancti Pauli, Arte magica, aut ex carit te sola, vt de consecrat. dist.4. solet, vt hic pàr cesset. est glos. optima in cap. vnico, in verb. præcipimus, de reliq. & ven. sanc. in vi. requiruntur autem miracula, non quia sunt necessaria ad beatitudinem, sed quia non potest aliter sciri alicuius beatitudo, nisi per miracula, est autem miraculum secundum Bald. quando id quod non potest fieri per homines virtute humana, siue hominis ministerio.

3 Est tamen animaduertendum, quod quamuis supradiximus testes super miraculis soli examinantur, tamen si simul examinantur non valet examinatio, vt non glos.2.in c.causam, & ibi Abb.in 11.col. & Spec.in titul. de test. §. nunc tractandum in princ. & in 3. colum. versic. sed pone pro dux, & hoc propter rationem glos. dicas tamen quod non est improbatum, immò vtile alias personas esse præsentes, maximè in arduis secundum Bald. in l. nullum in 11. colum. versic. 4. ne C. de test. & Abb. in dicto cap. cum causam, & hinc est, quod de necessitate alij vocantur in cau. hæresis, ca. vt officium de hæret. in vi tamen in alijs causis sufficit Iudex cum suo Notario, vt per glos. in l. current. ff. de test. & in l. solam, C. eo, Butr. post alios in ca. quoniam contra, in colum. 1. de test.

RESOLVT. CCLXXXVIII.

1 *Ordo quis seruandus est in formando processum super vita, & miraculis.*

Quis ordo seruandus est in formando processu super vita, & miraculis alicuius.

1 IN formando processu super vita, & miraculis alicuius Sancti, ex commissione Summi Pontificis canonizandi.

Duo Commissarij, vel tres, ad quos venit commissio directa conueniunt in aliqua Ecclesia, vel sacristia, & præsentata commissione à procuratore illius Religionis, vel personæ, quæ instat pro canonizatione, antiquior, vel dignior eorum Iudicum eam aperit, obedit, & osculatur; & ponit supra suum caput, & dat coniudicibus, & hæc omnia scribuntur à Notario, & hæc omnia probanda sunt per idoneos probatæque vitæ, ac legitimos testes, c.1. & 2. de reliq. & venerat. Sanct. & in capit. venerabil. vbi omnes communiter de testibus.

RESOLVT. CCLXXXIX.

1 *Discrimen quod consideratur inter gratiam, & miraculum.*
2 *Miracula an censeri debeant quando quis in aliqua imagine Beatæ Mariæ Virginis gratiam recepit.*
3 *Miraculum potest fieri successiuè, & in instanti.*

Quænam sit differentia inter miraculum, & gratiam.

1 SVnt qui putant differentiam esse, quia gratia respicit, quod habeatur intẽtum intra tempus, sed miracula fiunt subitò in instanti, & perfectè, vt per Zerol. in praxi Episcopal.p.1. vers. Miraculorũ quæst.2. Piaseg.in prax.Episc.ca.3.artic.3.num.7. part.2.D.Tho. in 3.par.q.44.artic.3. ad 2.vbi respondet ad argumẽtum illius cæci Marc.8. qui non recepit statim visum, sed audiamus eius verba, Christus in instanti infirmis perfectã sanitatẽ cõferebat, vnde super illud Matth.8. & surrexit, & administrabat illius dicit Hieronymus, sanitas, quæ confertur à Domino, tota simul redit, specialiter autẽ in illo cæco contratiũ fuit propter infedelitatẽ ipsius, vt Chrysostomus dicit, vel sicut Beda dicit, quem vno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat, quæ vix, & quasi per gradus ad lucẽ redeat,

hæc D.Thom. quando ergo apparet, infirmos successiuè, & non in totum fuisse liberatos ab infirmitatibus, dicendum est, illa non esse miracula, non tamen negandum quin non sint gratiæ, quarum quotidie infinitum numerum misericors Deus elargitur nobis interceſſione, & merito Sanctorum.

2 Inde Genuens. in sua prax. cap. 49. in vltima impres. sione refert, fuisse dictum in Curia Archiepiscopali Neapolis non esse miracula, quæ dicebantur fieri in quadam Ecclesia Ciuitatis Neapoli virtute cuiusdam Imaginis Beatæ Mariæ ex eo, quia plures personæ, quę per longum tempus fuerant infirmæ, cum ad dictam Ecclesiam accessissent, statim receperant sanitatem, quoniam ex attestationib. medicorum apparebat, nō fuisse in totum liberatas ab infirmitatibus, & miracula sunt ex omni parte perfecta, numquam enim Christus aliquem sanauit, quem non in totum liberauit ab infirmitatibus mentis, & corporis, vt dicit D. Augustinus in Can. sunt plures, & ibi Card. de Turrecremata de pœnit. dist. 3. par. summ. quæst. 44. artic. in solut. ad secundum argumentum, vbi dicit miracula fieri subito, & in instanti, & perfectè, & illum cæcum de quo habetur Marc. 8. non recipisse statim, visum, propter eius infedelitatem secundum Chrisost. vel secundum Bedam, quem Christus vno Verbo totum simul curare poterat, paulatim curauit, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostenderet quæ vix, & quasi per gradus ad lucem reddit, facit text. in ca. maiores §. vbi aduc. de Baptismo, non tamen poterat negari quin essent gratiæ, quarum quotidie infinitum numerum misericors Deus nobis elargitur interceſſione Beatæ Mariæ, & aliorum Sanctorum.

3 Non desunt tamen, & alij qui sentierunt miraculum posse fieri successiuè, & non in instanti, vt Cajet. q. 21. cent. 12. ad 3. Vasq. in 1. part. tom. 2. disput. 214. cap. 2. num. 9. Maluitius de canonizat. Sanctorum dub. 3. num. 51. sed tutius est primæ adhærere opinioni.

RESOLVT. CCXC.

1 *Miracula an per Episcopum approbari possint.*
2 *Dictio, nisi, quam vim habeat, & num. 3.*
4 *Abbas exemptus an cognoscere possit de miraculis.*
5 *Verbum, nemini, quid importat.*

Miraculorum approbatio ad quem spectet.

1 DIcendum est ad Episcopum pertinere approbationem nouorum miraculorum, vt referit Thesaur. fori Ecclesiast. c. 1. num. 21. par. 2. Piaseg. in praxi Episcopali par. 2. cap. 3. n. 18. & probatur ex Conc. Trident. sess. 25. de inuocatione, & veneratione Sanctorum, ibi (nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo, qui simul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in consiliū Theologis, & alijs pijs viris, ea faciet, quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit.)

Itaut Episcopi munus est examinandi, & approbādi noua miracula, cum ipsi soli, & non alio inferiori huiusmodi pot estas concessa sit, etsi quasi Episcopalem iurisdictionem habeat, vt colligitur ex sacro Concil. loco cit. Ibi (nemini licere, nisi recognoscente, &
2 approbante Episcopo) ponderando dictionem illam, nisi, quæ vim habet taxatiuæ dictionis, vt post alios quos adducit probat Barbos. in remiss. Doctor. de dictionibus cap. 184., ponderando etiam verbum illud, nemini, quod importat omnimodam exclusionem, idem de dictionibus c. 179.

Vltra quod ibi fit mentio de Episcopo, & consequenter excludi debet inferior, vt in varijs casibus cōsultus respondi, & ita in proprijs terminis refert, & sequitur Macrateu. var. resolut. li. 1. resolut. fin. cas. 42. per hæc verba videlicet. Cum publicaretur noua miracula fieri in Ecclesia Annunciationis Beatissimæ Virginis Terræ montis Paganini intra fines Diœcesis Aprutinæ fuit dubitatum,

3 An illa essent recognoscenda solum ab Episcopo Aprutino ab eodemque approbanda, vel potius ab Abbate dictæ Ecclesiæ: Pro Episcopo allegabant Sactū Concil. Trident. sess. 25. rubr. de inuocat. venerat. & Reliq. Sanct. in illis verbis, nemini licere nisi recogno-
4 scente, & approbante Episcopo, ponderabaturque dictio illa, nisi, quæ vim habet taxatiuæ dictionis, l. Consulto C. de testam. Couar. de sponsal. c. 4. par. 2. §. 1. n. 8. formatiuè inducit, Osasch. decis. 174. n. 2. Felin. in c. in causis n. 10. de testibus.

5 Ponderabantur insuper verbum illud, nemini, quod denotat omnimodam exclusionem. Abb. in cap. graue num. 8. de offic. ordin. & tandem illa verba, vel Ecclesia quomodolibet exempta, nam dictio quomodolibet comprehendit ea, quæ aliàs sui natura non comprehenderunt, Gozadin. consilio 1. num. 9. Curt. iun. consilio 1. num. 1. Soccin. sen. in l. quidam num. 5. ff. de rebus dub. Natt. consilio 455. numero 19. & in puncto vide Thesaur. fori Eccles. parte 2. capitul. 16. numero 21.

Quod comprobatur tum quia ibi fit mentio Episcopi vnde excluditur inferior, Tiraquell. de retract. conuent. glos. 6. num. 9. & 13.

Tum quia Episcopus Aprutinus ostendebat se esse in possessione, vel quasi visitandi dictum locum saltem vti Sedis Apostolicæ delegatum, iuxta Sancta per Sacrum Concil. Tridentino sess. cap. 8. & sess. 21. capitul. 8.

Nec non exercuisse ibidem ea, quæ sunt ordinis impræscriptibilia c. veniens de præscript. Abb. cap. cum olim num. 5. eodem titulo, Bald. de præscript. par. 1. q. 5. princ. q. 12. n. 5.

Insuper excommunicationem pro rebus deperditis concessisse, iuxta disposita per Sacr. Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de reformatione.

Et licèt ex parte dicti Abbatis, adduceretur ipsum posse recognoscere dicta miracula, cum in dicto loco iura quædam exerceat Episcopalia, puta concedendo literas dimissoriales ad ordines, & cognoscendo de causis matrimonialibus, & criminalibus Clericorum, & approbando Confessarios ad dicta per Nauarr. de spons. lib. 4. cons. 5. & de loco compet. consil. 2. num. 4. Paris. consil. 22. num. 14. vol. 4.

Et corroboratur ex eò, quod Ordinarius dicitur quilibet habens iurisdictionem ordinariam, vt per Paris. de resignat. benefic. li. 3. & seq. Felyn. in c. decernimus n. 9. de iudic.

Nihilominus fuit replicatum, supradicta omnia fieri per Abbatem contra Sacrum Concil. Trident. de reformat. sess. 25. c. 15.

Præterea præscribens in vno, non dicitur præscribere in alio, Abb. in c. auditis n. 9. Felyn. n. 28. de præscript.

Demum dictum Concilium loqui in specie de Episcopo non autem vti verbo Ordinario faciunt dicta per Nauarr. de spons. dicto consil. 5. n. 2.

PRAXIS IVRIVM PAROCHIALIVM.

RESOLVT. CCXCI.

1 *Parochia quæ dicatur.*
2 *Curatus ad effectum, vt iura Episcopalia consequatur, sat est vt per eum non stet quin Sacramenta ministret.*
3 *Parochiani vnius Parochiæ licet in aliena Sacramenta suscipiant non tamen per hoc illius efficiunt.*

4 Cura-

4 *Curatus non præiudicat Ecclesiæ si negligit ibi Sacramenta ministrare.*
5 *Personæ quot sufficiunt ad constituendam Parochiam.*

Parochia quænam dicatur, vt eius Parochus consequatur iura Parochialia.

1 ECclesia dicitur, quæ habet Parochiam, idest locum deputatum in quo populus habitat ad curam animarum congregatus dicitur parochialis, Gosfred. in summ. de paroch. Abbas in cap. extirpandæ, §. qui vero num. 20. de præbend. Sylvest. in verbo parochialis, & sufficiunt decem ad contrahendam parochiam, Specul. in titul. de not. crimin. §. 8. versic. quidam tenent, qui si recedant, manet parochialis habitu, licet non actu, & illis reuersis iterum dicitur parochialis habitu, & actu glos. communiter approbata in cap. licet canon. in verbo parochia de elect. in 6. quam ibi sequuntur Anchar. nu. 5. vers. quærit, glos. Gemin. n. 6. & Franch. num. 2. Sylua de benefic. part. 3. quæst. 42. Rebuffus in praxi, titul. de non promo. n. 35. Recuperat enim statum suum quasi iure postliminij, Ioan. Andr. ibidem in nouell. colum. 3. in glos. sed nunquid nec desinit esse parochialis actu etiamsi parochiani, qui in parochia habitant ex aliqua causa, vel culpa, ibi non percipiant Diuina, ita vt Curatus nullum laborem sustineat, quia ad effectum vt Cura-
2 tus consequatur iura parochialia sufficit, quod per eum non stet quin ministret Ecclesiastica Sacramenta, vt per Abb. in dicto §. qui verò nu. 11. Rebuffus in concordat. titul. de collat. §. statuimus in verbo parochialis, vers. qui dicatur parochianus, Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontificij, conclus. 1. tit. de decim.

3 Quod habet locum quamuis parochiani audiant Diuina, & Sacramenta percipiant in aliena parochia, quia non propterea efficiuntur de illa parochia nisi animo perpetuæ habitationis cum rerum substantia ibi fiant Incolæ, & parochiani, Clem. dudum §. huiusmodi de sepult. Doctor. in c. 15. qui vbi Franc. num. 1. & alij eod. tit. lib. 6.

4 Similiter si Curatus neglexerit administrare Sacramenta parochianis, qui ea de causa fuerint coacti accedere ad alia loca ad ea percipienda, hęc culpa, & negligentia Curati non potest mutare statum Ecclesiæ, Rebuff. super recordat. de collat. §. statuimus il 2. in verbo parochialis, versic. quis dicatur parochianus, de Vbald. in tractat. de Canon. Episcop. & paroch. q. 11. num. 15. & quæst. 12. num. 16. Castil. in tractat. de Canonica portion. cap. 2. num. 40. Præsertim si constet Ecclesiam habere limites intra quos adsint habitatores, Gosfred. in summ. de paroch. Sylvest. in summ. in verbo parochia, Vitalin. in clemen. 1. num. 48. de præbend. Card. consil. 48. num. 2. Romanus cons. 356. Rebuffus in dicto §. statuimus circa principium; Nec probetur huiusmodi habitatores recessisse, vel saltem remanserint decem personæ, quæ sufficiunt ad con-
5 stituendam parochiam, vt post alios Specul. dicto titul. de not. crimin. §. 8. versic. quidam, tamen quam opinionem Rota canonizauit in vna Toletana parochialis 17. Maij 1587. coram Eminentissimo Cardinale Platto.

RESOLVT. CCXCII.

1 *Habitatio quæ requiratur, vt quis de alicuius Parochia efficiatur, & num. 2.*
3 *Domicilium quomodo contrahitur, & numer. 4. & 5.*

Habitatio quænam sit necessaria, vt quis propriè Parochianus dicatur, vt parochus consequatur iura parochialia.

1 LIcet Doctor. disputent quæstionem, quenam habitatio sit necessaria ad hoc, vt quis dicatur verus parochianus, & eius parochus quis sit, & propriè dicatur vt assistere possit matrimonio, & duplex sit sententia, aliqui enim voluerunt exigi animum constituendi ibi domicium, quare si habet domicilium in vno loco, transferatque se in alium, nõ animo permanendi, sed ex causa limitata ad tempus qua finita, rediturus sit ad proprium, non censeri parochianum illius loci in quo ad tempus adest, sed loci domicilij permanentis per tex. in c. is qui de sepult. in 6. Menoch. cons. 398. vol. 4. Abb. & alij adducti per Sanch. de matrim.
2 disp. 23. n. 11. Attamen vera sententia quam ipse tenet n. 12. 13. & seq. est, quod acquiritur parochia ratione habitationis quando ea breuis tẽporis non est, sed in id oppidum se aliquis recepit causa alicuius negotij expediendi, vt eo expedito ad proprium domicilium redeat, vt acquirunt Scolares loco studij, famuli, & mercenarij non ad breue tempus locantes operas in domo Heri, & ij, qui causa pestis, aut belli aliquo confugiunt, quam conclusionem pluribus auctoritatibus,
3 & rationibus firmat Sanchez, vbi supra, vbi inter alios dat rationem, quia ex sola habitatione alicubi non per modum viatoris, sed conducta domo, vel officina cõtrahitur quasi domicilium, itaut hic possit ibi conueniri, leg. hæres absens §. proinde in fine de Iudic. & ibidem subdit nu. 14. non opus esse expectare, vt maiori anni parte in parochia, aut Diœcesi habitauerint, sed statim ac animum habitandi maiori anni parte habẽtes, incipiunt habitare, effici parochianos, & tanquam tales posse omnia erga illos exerceri sicut enim ad
4 domicilium nullius temporis habitatio requiritur, sed statim ac quis incipit habitare cum animo perpetuo habitandi illud acquirit l. domicilium, ff. ad municipales, vbi glos. in verbo domicilium, Sanchez dicta disp. 23. n. 2. ita statim, ac quis incipit habitare animum habens habitandi toto tempore efficitur parochianus, latissimè in materia Nouarius in tract. de elect. fori quæst. 39. sect. 2. in prima impressione Neapol.

5 Sed vbi est probatum, contrahentes habitasse in Ciuitate cum domo, & familia animo ibi habitandi, & commorandi, non per modicum tempus maximè si à loco recesserint cum omnibus eius rebus, & bónis negotiando exinde in prædicta Ciuitate, vt solet fieri in loco propriæ habitationis tunc etiam præsumitur domicilium, ibi verè constituisse Menoch. de arbitr. casu 86. n. 18. de præsumpt. præsumpt. 42. nu. 14. lib. 3. Mascard. conclus. 534. num. 19. & ad materiam videndus Guttierez de matrimonio c. 63. Cened. Canonicarum quæst. c. 21. Castill. in decis. 96.

RESOLVT. CCXCIII.

1 *Ius sepeliendi an connumeretur inter iura parochialia.*
2 *Sacramenta in Ecclesia parochiali sumi debent.*
3 *Viator vbi mori contingerit in quo loco sepeliendus est.*
4 *Ius sepulturæ pẽdet ab administratione Sacramẽtorum.*

An inter iura parochialia connumeretur ius sepeliendi.

1 ECclesiæ parochiali competit etiam iure parochialis ius sepeliendi omnes intra parochiam degentes, etiamsi sint exteri, & forenses, habentes hospitium in Ciuitate, nam hi quoque sunt sepeliendi in Ecclesia
2 parochiali habitationis cum in eo summantur Sacramenta, Archid. post antiquiores iu cap. 1. numer. 3. de sepult. in 6. Butr. in cap. 1. num. 9. & Abb. numer. 4. eodem tit. Summa Sylvest. in verbo sepultura num. 8.

cum alijs idem puto de viatoribus transeuntibus, nec
3 habentibus hospitium in Ciuitate, nam licet secũdum vnam opinionem hoc casu ius sepulturæ spectet ad Cathedralem, quam tenet gl. in c. in nostra de sepult. Innoc. Hostiens. & Ioan. Andr. in c. 1. de sepult. nihilominus alia est verior, quod scilicet spectet ad Parochialem intra cuius fines quis obijt, & hanc tenent Archid. Butr. Abb. & summa Sylvest. in locis supra citatis, & hæc sententia eo magis procedit, si per Parochialem fuerint morienti administrata Sacramenta,
4 nam ius sepulturæ multum pendet ab administratione Sacramentorum, vt tradunt communiter Doct. in d. c. 1. Eò enim ipso quod percipiunt Sacramenta, videntur elegisse sepulturam, vt per Butr. in dicto ca. 1. n. 9. Abb. n. 4. & Sylvest. n. 8. Franc. & Gemin. in c. 1. de sepult. in 6. Lapus in c. fi. eodem titul. & ita tenuit Rota in vna Hispalen. iuris votandi 9. Iunij 1595. coram Eminentissimo D. Seraphino.

RESOLVT. CCXCIV.

1 *Cadauer laicorum vbi sepeliuntur quando sepultura electa non fuit, & n. 2.*
3 *Princeps vbi sepeliendus si proprium non habet sepulchrum.*
4 *Spurius vbi sepelitur.*
5 *Filius exhæredatus an sepeliri possit in sepulchro patris.*
6 *Filius licet habeat sepulchrum matris sepelitur tamen in illo patris.*
7 *Sepulchrum filij an dici possit sepulchrum patris.*
8 *Expositi vbi sepeliuntur.*
9 *Vxor sepelitur in sepulchro viri, & num. 10. & 11.*
12 *Maritus an sepeliri possit in sepulchro vxoris.*
13 *Filius adoptiuus vbi sepeliendus.*
14 *Relegati vbi sepeliuntur, & vbi damnati ad mortem. n. 15. & 40.*
16 *Viatores vbi sepeliuntur.*
17 *Sepultura electa si est interdicta vbi sepeliendum est cadauer.*
18 *Defuncti morbo contagioso, vbi sepeliuntur.*
19 *Mater si prægnans decesserit vbi fœtus sepeliri debet.*
20 *Sepulturæ electio est libera.*
21 *Electio sepulturæ est matris patre absente.*
22 *Pater eligit sepulchrum pro filio emancipato impubere.*
23 *Adultus curatorem habens potest sepulturam eligere.*
24 *Maritus non potest eligere sepulturam vxoris.*
25 *Dominus eligit sepulturam seruo.*
26 *Episcopus an eligere possit sepulturam extra Cathedralem, & quid in Abbate, num. 28.*
27 *Nouitij an possit sibi eligere sepulturam.*
29 *Electio sepulturæ an conuerti possit in alterius arbitrio.*
30 *Parochus an interroget infirmũ pro sepulturæ electione.*
31 *Persuadens mutare sepulturam an sit excommunicatus.*
32 *Electio sepulturæ in Ecclesijs regularibus non possunt à Parochis impediri.*
33 *Testes quot requiruntur ad probandam electionem sepulturæ.*
34 *Electio sepulturæ probatur per testamentum, vel per Codicillum.*
35 *Auus an possit eligere sepulturam pro nepote impubere.*
36 *Filius impubes an cum tutoris authoritate sibi sepulturam eligere possit.*
37 *Frater maior an possit eligere sepulturam pro fratre minori.*
38 *Abbas an possit eligere sepulturam pro Monacho.*
39 *Monachi professi non habent sepulturæ electionem.*
41 *Mandans eius corpus non sepeliri non est audiendus.*
42 *Sepulturæ nouæ electio antiqua dimissa tenet.*
43 *Sepulchra aliena eligi possunt patronis consentientibus.*
44 *Rector in casu necessitatis an possit eligere pro aliquo alienam sepulturam.*
45 *Electio sepulturæ an fieri possit in Ecclesijs Monialium.*

In quibus casibus Parochus priuatur hoc iure Parochiali sepeliendi decedentes in sua Parochia.

1 PRo introductione huius quæsiti examinanda sunt primo, cadauera laicorum vbi sepelienda, nulla facta electione sepulturæ. Secundo quis possit sepulturã eligere, & qualiter debetur eius electio. Tertio qui non possint sepulturam eligere. Quarto in qua Ecclesia possit fieri sepulturæ electio.

2 Quo ad primum, quando non est facta electio, sepultura esse debet in Ecclesia Parochiali, vbi Sacramẽta sunt accepta, aliàs pœna est restitutionis corporis,
3 & quidquid inde est peruentum; Principes non habentes sepulchrum maiorum suorum sepeliendi in Cathedrali; Episcopus enim est eorum Parochus capit. fin. de sepult. in 6.

4 Filius sepeliri debet in sepulchro Patris, & si ascendentes sui aliam sibi elegerint sepulturam, nisi tamen constaret aliud de mente illius, vt per Io. Andr. in cap. quis de sepult. in 6.

Spurius legitimatus per Principem ad contemplationem Patris sepelietur in sepulchro patris. Et spurius si legitimetur post mortem patris, in sepulchro matris sepeliendus.

5 Filius exhæredatus sepelietur in sepulchro patris l. si quis hæres ff. de relig. & sumpt. funer. si quæ etiam procedit, & habet locum in filio hæreditatem repudiante, nisi sepulchrum sit hæreditarium, l. 1. ff. de suis, si pater damnetur de crimine læsæ maiestatis iura sepulchri non transeunt ad filios.

Filius mortuus in domo patris, vbi habet domicilium, sepeliẽdus est in Ecclesia in qua sepeliri deberet de iure ipse pater, si factus pubes non eligit sepulturam, Nauar. consil. 1. de sepult.

6 Filius habens patrem, & matrem, & ambo habent sepulturam, sepelietur in sepulchro patris cum eius sequatur conditionem ca. fin. de filijs presbyter., nisi ex consuetudine, vel priuilegio sequi deberet conditionem matris.

7 Filius habens sepulchrum, Pater autem nõ, minimè sequetur pater filij sepulchrum, descendentes enim sequuntur ascendentium sepulchrum, non è contra, nec transuersales suorum transuersalium, nisi sint hæredes, & sepulchrum sit hæreditarium, & tales non elegerint, Medic. de sepult. part. 1. quæst. 7.

8 Infantes expositi sepelientur in sepultura Hospitalium; prout & ibidem etiam aluntur, vt pulchrè probat Nouarius in tract. de elect. & variat. fori quæst. 10. num. 3. sect. 2. in vltima impressione.

9 Vxor sepeliri debet in sepultura mariti; sequitur enim eius dignitatem, & domicilium si fuerit ad domum eius ducta, vt plena manu corroborat Nouarius in suo nouo tract. de elect. fori quæst. 3. sect. 3.

Excipitur nisi fuerit per adulterium separata, & non reconciliata, non enim est amplius de domo viri.

10 Ampliatur etiamsi esset vidua, & reuersa ad domum viri; retinet enim mariti priuilegia, & dicitur coniugium prioris mariti, vt deducit Nouarius loco mox citato num. 18.

Ampliatur secundo, vt sepeliatur vbi sepultus est maritus, non autem vbi eius mariti maiores.

11 Si mulier nubat secundo, sepelietur in sepulchro secundi; etiam si secundo remanserit vidua, attenditur namque causa proxima, & immediata.

12 Si maritus nõ habuerit sepulturam, vxor autem sic, maritus non sepelietur in sepulchro vxoris; non enim sequitur domicilium, & dignitatẽ vxoris, sed è contra.

13 Adoptiuus, seu arrogatus decedens viuente patre adoptante in eius sepulchro sepelietur, secus sepelietur in sepulchro patris naturalis; Relegati ad tempus sepeliendi in ea Ciuitate in qua sepeliri debuissent, nisi iuissent relegati.

14 Rele-

14 Relegati verò perpetuo sepelientur in loco quo erãt deportati, ita quod nec corpora eorũ absq; permissu Principis trãsferri possint, l. fi. de cadauer. damn.

15 Damnati ad mortem de consuetudine sepeliuntur in suis sepulchris, vel in Parochiali Ecclesia, vel in loco ad id destinato de iure l. 1. de cadauer. damnat., licet de iure illi non debent sepeliri nisi ex permissione Principis, Butr. in cap. ex parte de sepult.

16 Aduene, & Viatores morientes in itinere sepeliuntur Ecclesia intra cuius Parochiam moriuntur, cap. Ecclesia 13. q. 3. c. fin. 17. quæst. 1.

17 Quando sepultura electa est interdicta debet sepeliri in sepulchro maiorum, aliter in Parochiali, quæ si est interdicta sepeliendus est in Cathedrali, si verò omnes sint interdictæ sepelietur in Monasterio propinquiori, dummodò non sit indignus Ecclesiastica sepultura, Archidiacon. in c. 1. de sepult. in 6. cap. vbicumque 13. q. 2. clem. eos de sepultur.

Ruri commorans recreationis gratia sepelietur cadauer eius in sepulchro maiorum si commodè fieri potest, secus in rurali.

Moram trahens in studio, vel alibi vbi venit animo commorandi, ibi sepelietur in Cathedrali.

Excipitur nisi Ecclesia Parochialis ei Sacramenta administrasset. Syluest. in summ. in verb. sepultura n. 8.

18 Qui morbo contagioso decesserunt sepeliri nõ debent in loco periculoso, Fum. in verbo sepultura nu. 6, quamuis Anchar. tenet contrarium, quia causa prohibitionis, quæ fuit in vita, cessat in morte.

19 Matre mortua prægnante fœtus sepelietur cum ea, dicitur enim pars ventris, c. si quę, de consecrat. dist. 4.

20 Quo ad secundum quisquis est tumulandus, vbi sepulturæ locum elegerit, cum libera sit sepulturæ electio, quæ cessat si ad suggestionem alicuius fiat c. cum liberum de sepultur. c. 1. de sepult. in 6.

Omnis qui non prohibetur à iure, potest eligere sepulturam; est enim ipsa electio sepulturæ pars vltimæ voluntatis, cuius libertas tolli non potest, cap. contra 13. quæst. 2.

Pater eligit sepulturam pro filio impubere, nisi esset impubes, cuius malitia suppleret ætatem, vel si impubes eligeret, & factus pubes ratificaret.

21 Absente patre, mater eligit sepulturam filio impuberi, si pater ex consuetudine possit eligere.

Electio sepulturæ facta à Patre, sibi, & familiæ suæ omnibus viuentib. in Ecclesia N. omnissa Ecclesia in qua alias de iure erat sepeliendus, ita vt eius filius impubes qui mortuus est, sit sepeliendus in ea, si consuetudo terre nõ habet, vt pater possit eligere sepulturã filio impuberi, non valet: sicut si impuberi viuenti pater elegerit sepulturam permittente consuetudine, & filius decedat factus pubes, non tenetur sequi iudicium patris, cum res deuenerit, ad casum à quo non potuit incipere.

22 Pater potest eligere sepulturam filio emancipato impuberi, Doctor. in cap. licet de sepult. in 6.

Mater eligit pro filio spurio impubere, si adsit consuetudo, vel eius sit in potestate, Gemin. in d. capitul. licet.

23 Adultus curatorem habens, potest absq; eius authoritate sepulturam eligere, cum etiam possit testamentum condere l. Aurel. ff. de liber. legat.

Pubes etiam in potestate patris, potest sibi eligere sepulturam d. c. licet, de sepultur. in 6.

Adoptiuo filio impuberi, potest eligere pater sepulturam durante adoptione, si tranſit in potestatem patris adoptiui; secus si impubes decessit mortuo adoptante, c. vnic. de cogn. leg.

Vxor potest sibi eligere, etiam viuente viro, electio namq; talis ad eum potius statum pertinet, in quo mulier soluitur à lege viri.

24 Maritus non potest eligere sepulturam vxori præterquam in sepulchro maiorum suorum, c. is qui, de sepultur. in 6. vel in eò quod ipse elegerit, quæ electio debet secundum aliquos fieri non tunc temporis, quo mortua est vxor, sed prius; aliter hoc esset in fraudem Parochiæ, quæ nemini patrocinari debet, vt probat Nouarius forens. quæst. 40. n. 15. & quæst. 148. n. 4. to. 1.

25 Dominus potest eligere pro seruo impubere, Vbal. de quart. Epifcop. c. 11.

Filij familias possunt eligere post 14. annum, siuè masculus, siuè fœmina, D. Anton. par. 5. titul. 10. ca. 5.

Alienam sepulturam quilibet eligere potest respectu sepulchri familiæ, seu hæredis, sed respectu Rectoris Ecclesiæ eò inuitò etiam non suus Parochianus in eius Ecclesia eligere potest c. 1. de sepultur. in 6.

26 Episcopus potest sibi eligere sepulturam alibi, quã in Cathedrali c. bonæ 12. quæst. 2. glos. in cap. vbicumque 13. quæst. 2.

27 Abbas non recognoscens Superiorem nisi Papam, potest eligere sepulturam extra monasterium, habet enim velle, & nolle, c. si Religiosus, de elect.

Ampliatur ad professos præfectos beneficijs manualibus, ex membris monasterij, Clem. C. de rescrip.

28 Ampliatur secundo, ad Nouitios, possunt enim ad seculum redire, vt latè probat Nouarius de elect. fori q. 46. sect. 2. in vltima impressione Neapolitana.

Ampliatur tertiò, ad professũ tam remotũ à Monasterio, vt ad illud nequeat deportari, c. fin. de sepultur.

29 Electio sepulturæ commissæ voluntati alterius, tenent plures valere prædictam electionem, in præiudicium Parochiæ, quia satis elegisse videtur, qui per aliũ eligit, Ancharan. & Domin. in cap. 1. de sepultur. in 6. alij tamen tenent contrarium, Andr. consil. 214.

Excipitur tamen, nisi Commissarius eligat volente, & sciente committente, valet tamen electio loci sepulturæ commissa alicui in Ecclesia per committentẽ electa; licet enim electio cõmitti potuerit, & ipse committens decesserit commissione iam facta, non tamen decessit facta electione, & ideò acquisitũ fuit ius Ecclesiæ in qua debeat sepeliri, non electa sepultura, aliud est enim eligere sepulturam, aliud eius electionem committere, Lap. in cap. 1. de sepultur. in 6.

30 Parochus, dum ad infirmum communicandum ipsum interrogat non in genere in qua Ecclesia vult sepeliri, sed in specie dicit infirmo vis sepeliri in Parochia, vel in alia Ecclesia ipsam specialiter nominando, non valet hęc electio tanquam facta ad suggestionem, sed debet in genere interrogari, Crauetta consil. 7. vol. 2. Bursat. consil. 226. num. 18. vol. 3.

Religiosi Sancti Franciſci possunt inducere aliquem ad eligendam sepulturam in Ecclesia Ordinis Sancti Dominici, cessat enim fraus, & ratio finalis dictæ legis d. cap. 1. de sepult. in 6.

31 Persuadens mutari sepulturam est excommunicatus, Clem. cupientes, de sepult. in 6.

Si Sacerdos Parochialis corpus eius, qui alibi eligit sepulturam, violenter rapuerit cum fraude, & antequam deueniret ad manus eorum, quibus debebatur, spoliauit; tenetur restituere quidquid accepit, & ipsum cadauer, perditque quartã Canonicam, ad similitudinem hæredis subtrahentis res hæreditarias, qui in eis quartam trebellianicam perdit, & ius institutionis debitum, quod aliàs erat detracturus, l. Paulus, ff. ad l. falcid. l. rescript. ff. de his quæ indign. licet aliqui teneant contrarium, quo ad partem Canonicam, quia delictum presbyteri non debet nocere Ecclesiæ cap. si Episcopum 16. quæst. 6.

32 Electio sepulturæ in Ecclesijs Regulariũ nõ potest à parochis impediri, quibus tamen debetur ius Quartę.

Laicus potest aliquem inducere ad eligendam sepulturam in certo loco, & valebit electio, vt per Vbal. de quart. Canonic. dict. c. 11.

33 Ad probandam electionem sepulturæ requiruntur saltem

saltem duo, vel tres testes, cum sit species vltimæ voluntatis, & agatur in ea de præiudicio Parochialis Ecclesiæ, sicut quælibet dispositio ad pias causas requirit numerũ duorum, vel trium testium, nec solũ propositũ eligendi sine electione sepulturæ sufficit, quia propositũ in mente retentũ nihil operatur, l. si repetendi, C. de condit. ob caus. & probatur per singulares testes, si vnus deponat audiuisse eligi sepulturam ab Antonio in tali loco, & alius in alio loco, Medic. de sepult. q. 8.

34 Probatur etiam in testamento, vel codicillo, etiam inualido, vel per scripturam manu propria subscriptã.

Glos. in c. 2. de sep. extr. verbo Quartam, tenet quod prius possit deferri funus ad Parochiam propriam, siue extet cõsuetudo, siue non, rationibus ibidẽ relatis.

35 Quoad tertium, Auus non potest eligere sepulturam pro nepote impubere materia odiosa. n. appellatione in patris non continetur Auus; agitur enim de præiudicio Ecclesiæ, in qua sepeliri deberet.

Nec pater pro filio naturali, non enim dici potest filius familias, Molin. disp. 219.

36 Filius impubes etiam cum authoritate tutoris non potest eligere sepulturam, non enim tutoris authoritas potest ea perficere, quæ porrigũtur post mortẽ pupilli, quo tẽpore tutela expirauit, c. licet, de sepult. in 6.

37 Frater maior pro minori non potest eligere; nam c. licet, c. loquitur de linea ascendentium.

Nec filius pro patre, etiam mente capto, nam ius datum est patri erga filium, non è contra, & constitutio loquens de linea ascendentium, non extenditur ad lineam descendentium.

38 Abbas non potest eligere pro monacho professo, est enim factus pater, & potestas eligendi conceditur tantum patri naturali, dicto cap. licet.

39 Monaci professi non possunt sibi eligere sepulturam, c. final. de sepultur. in 6.

Si quis sponte eligeret sepulturam, deinde inductus fuisset ad aliam eligendam, sepelietur in prima electa: secunda enim electio fuit inualida ratione inductionis, quæ non tollit validam.

40 Damnatus ad mortem non potest eligere sepulturam, nullam enim potest vltimam voluntatem emittere, nec aliquid potest pro anima relinquere, l. eius, ff. de testam. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. titul. de instrum. edit. Sylvest. in summa in princ.

41 Mandans corpus suum non sepeliri sepultura, non est obediendus, nec hæres vllam incidit pœnam, si illum congruè sepeliri faciat.

42 Quoad quartum, si quis antiqua dimissa, nouam elegerit sepulturam, electio tenet c. 2. de sepult. in 6.

43 Eligi potest sepultura aliena, consentientibus patronis illius, Roman. sing. 692.

44 In casu necessitatis potest Rector Ecclesiæ sepelire mortuum in alterius sepultura; concessa Cappella ad vsum sepulturæ alicui familiæ, & eius descendentibus, qui non est de progenie illius domus non potest eligere sepulturam in dicta Cappella, Vbald. loc. citat. c. 12.

Ampliatur, vt nec Clerici, qui id concesserunt, possint ibi alium sepelire, etiam si essent Clerici, siue seculares, siue regulares dictæ Ecclesiæ: in eò enim fundo, in quò quis habet vsum, non potest Dominus inhabitare inuito vsuario, l. si habitat. ff. de vsu, & habitat. nisi progenies fuerit extincta; vsus enim soluitur post mortem, l. pen. C. de vsufruct. Nouarius forens. quæst. 76. tom. 2.

45 Electio sepulturæ potest fieri in Ecclesia monialium, licet non possit hodie fieri intra septa monasterij, Natta consil. 932. vol. 2.

RESOLVT. CCXCV.

1 *Ecclesia habet intentionem fundatam super decimis fructuum, qui colliguntur intra parochiæ fines.*

2 *Ecclesia exigit decimam solum in frumento an sibi præiudicet, vt non possit in posterum exigere super alijs fructibus.*

3 *Decimæ præteriti temporis an exigi possint.*

4 *Consuetudo attendi debet in qua Ecclesiæ decimæ soluendæ sint.*

5 *Ecclesia an possit præscribere decimas contra aliam Ecclesiam, & num. 6. 7. 8. & 9.*

An ius percipiendi decimas connumeretur inter iura Parochialia.

1 SImiliter quoq; Ecclesia Parochialis habet intentionem fundatam de iure communi super primitijs, & decimis fructuum qui colliguntur intra fines Parochiæ, Dec. in c. final. de Paroch. & in c. cũ contingat, de decim. Put. decis. 361. lib. 1. latè Card. consil. 26. num. 4. & seq. adeo, vt ipsi decima sit persoluenda de omnibus dictis fructibus licitè acquisitis, c. Nuncios, & ibi glos. c. non est, vbi Abb. in 2. not. de decim. & absque aliqua diminutione, vel detractatione, c. cum homines, c. nõ est in fin. de decim. Mohed. decis. 69. Rebuff. in tractat. de decim. quæst. 11. num. 3. Nouarius forens. quæst. 21. tom. 1.

2 Et licet Ecclesia Parochialis decimam petierit, aut etiam exegerit solum de quadam specie fructuum puta grani, vel olei; non propterea amittit ius, & possessionem respectu decimæ aliorum fructuum.

Quinimmò per perceptionem vnius speciei, alio in possessione nõ existente, illi conseruatur possessio percipiẽdi decimam ex omnib. alijs fructibus, etiam subrogatis in locum eorum, qui ex prædio decimali prius colligebantur, adnot. in c. commissum, & in cap. cum tua, de decimis, Rota decis. 2. n. 3. de præscript. in nonis, Felyn. post alios in c. auditis, nu. 19. eodem tit. cum proueniant ab eadem radice nempè à iure decimandi, Balb. de præscript. 2. par. quæst. 2. nu. 17. & 18. Couar. practic. quæst. c. 37. num. 5. & tenuit Rota in Hispalen. iuris votandi 6. Februarij 1576. coram Episcopo Lauretano, & in illa Corduben. decimarum 21. Octob. 1596. coram Card. Pamphil.

3 Quod adeò verum est, vt etiam nomine Ecclesiæ agi possit cõtra Dominum, vel possessorem pro annis præteritis quibus decima soluta non fuit. Abbas post Ioann. And. in c. Pastoralis, & in cap. cum homines, de decimis, Federic. de Senis consil. 81. Euerard. cõsil. 83. num. 3. & fuit tentum in vna Sabinen. Decimarum de mense Maij 1597. corã Gypsio, vbi ad decisiones Caputaquen. 12. & 244. part. 1. fuit responsum illas forsan locum sibi vendicare in decimis minutis, de quibus loquitur text. in dicto c. cum tua, ibi glos. in verbo Minutas, de decim. istæ enim non multum habentur in cõsideratione, argum. l. scio, de in integr. restit. Rebuff. vbi proximè q. 15. num. 51. Propterea non tenet argumentum de decimis minutis ad grossas; nec in eis militat tanta ratio, Turrecremata in c. reuertimini, n. 11. vers. ad sextum 16. quæst. 1.

4 Illud autem non recipit dubitationem, quod in soluendis decimis vni Ecclesiæ potius, quam alteri consuetudo attendi debet si iure cautum aliud non reperiatur, c. ad Apostolicæ, in fine de decim. quem text. sic intelligunt Innoc. ibi, & Abb. nu. 3. & probatur expressè in cap. cum sint homines, eodem tit. vbi Parochiani vnius Ecclesiæ colebant prædia sita in alia Parochia, & dubitabatur cui Ecclesiæ decima esse solnenda, & deciditur consuetudini standum esse, quia in eo casu non erat dispositum cui Ecclesiæ esset magis debita, & in his terminis loquitur decis. Achill. de Grass. 2. de decimis, & Puteus decis. 154. lib. 1. Nouarius qui plura in hac materia cumulat in suo Opusculo noui iuris Pontificij concluf. 1. de decim.

Et talis consuetudo inducitur spatio decem annorum,

tum, vt per Abbat. in dicto c. ad Apostolicę, & in dicto c. cum sint homines, nu. 6. ad finem, & ita tenuit Rota in illa Toletana decimarum coram Coccino de anno 1581. posita inter decis. diuers. 163. part. 2. & in illa Osimen. decimarum 18. Maij 1590. coram Card. Plato, & in Calaguritana decimarum 12. Februarij 1599. coram Corduba.

5 Præterea admonendi sumus, quod vna Ecclesia potest contra aliam ius decimandi præscribere, cap. de quarta, de præscript. cum alijs per Rot. decis. 14. n. 2. de Iudic. in nou. Dummodò concurrat titulus, & possessio quadraginta annorum, vel sola possessio immemorabilis, c. 1. de præscript. in 6. & ibi Gem. Franc. & alij, Card. Zabarel. cons. 26. n. 5. Mill. in verb. præscribi an possit ius decimarum, Dyn. in reg. possess. n. 27. vbi etiam Couar. in 2. par. §. 5. sub nu. 2. vers. quinta conclusio, Balb. de præscript. part. 2. partic. 3. quæst. 6. sub num. 20.

6 Quod intellige respectu Ecclesiæ, quæ non sit Parochialis, nam ipsa, vt præscribat aduersus Parochialem decimas Parochiales illi de iure debitas, indiget forte quadragenaria cum titulo secundum Abb. in dicto c. cum sint homines, nu. 6. circa finem de decimis. secus si agatur de præscript. vnius Parochialis aduersus aliam, quia tunc sola quadragenaria sufficit secundum Abb. vbi supra, & tenuit Rota in illa Toletana decimarum de Vargas 20. Maij 1596. coram Blanchetto, & in illa Ciuitaten. decimarum 28. Iunij 1596. coram Gypsio.

7 Et idem est quando agitur de præscriptione inter Ecclesiam non Parochialem, & aliam similiter non Parochialem, vt fuit tentum in vna Valentina decimarum de Candia 2. Maij 1603. 10. Decembris eiusdē anni, & 19. Martij 1604. coram Pamphilio.

Aduertendum tamen est, quod hæc cōclusio de præscriptione non procedit quoad fructus subrogatos in locum illorum qui prius colligebantur, & quorum decimandi ius fuit præscriptum.

8 Nam licet mutatio seminis non mutet obligationem, c. cōmissum, & ca. cum in tua, de decim. Hostien. in summa eod. tit. §. final. q. 10. Bologuet. cons. 29. n. 3. Adeo vt si decima frumenti sit debita alicui Ecclesiæ, & loco frumenti seratur Crocus, de croco tanquam de subrogato eidem Ecclesiæ decima debeatur. Rota apud Paleot. dec. 70. & fuit tentum in vna Conchen. decimarum 5. Maii 1600. & 27. Iunii 1601. corā Card. Pamphil. Nihilominus hoc non procedit quando decima frumenti erat debita ratione præscriptionis, quia tunc decima croci nati in loco, in quo alias serebatur frumentum pro parte Ecclesiæ respectu decimę croci debetur, ita Rebuff. de decimis quęst. 6. n. 35. Sed hoc etiam adnotandum est, quod licet ius decimandi aliquando præscribi possit, tamen libertas non soluendi decimas in totam præscribi nō potest etiam à personis Religiosis, Rebuff. in dicto tract. de decim. quęst. 13. n. 60. versic. sed libertatem, latè Balb. de præscript. 5. part. princip. q. 7. nu. 3. & seq. Hinc Hostiens. in summa de consuetud. §. fin. n. 14. vers. ergo discretus Monachus dicit quod contra Episcopum, vel Ecclesiam Parochialem, nō debet Monachus allegare præscript. sed consuetudinem sequitur, Ruyn. cons. 142. num. 11. vers. per hoc infert. lib. 5.

9 Et talis consuetudo debet esse præscripta saltem spatio quadraginta annorum, glos. vlt. cum qua transeunt omnes in c. cum quibusdam §. ille quippè de decim. Boich. in c. peruenit nu. 9. eod. tit. Gemin. in c. 2. eod. tit. §. cæterum num. 3. Franch. in §. Diœcesani nu. 1. in fine eod. titul. lib. 6. Balb. vbi supra part. 1. quintæ partis princip. quæst. 7. n. 3. versic. fallit.

Et quod talis libertas non soluendi decimam, præscribi non possit etiam si per mille annos constaret non fuisse solutum probat text. in cap. causam, & ibi omnes Doct. de præscript. & concordantes plures allegat Triuisan. in decis. sua ciuil. 29. num. 15.

Potest autem à Rectore fieri compositio super modo soluendi decimam, & talis compositio durat eo viuente nisi à Papa fuit confirmata, quia tunc durat perpetuò, Zabarell. consil. 146. nu. 2. Non tamen fieri potest compositio diminutiua quantitatis cum laicis sine consensu Papæ, glos. Abb. & alij in cap. venerabilis de confirmat. vtil. vel inutil. & in cap. ex multiplici de decim. & in cap. 2. de transact. Bertrand. consil. 14. & cons. 116. lib. 1. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 13. n. 19. & seq. vsque ad num. 27.

RESOLVT. CCXCVI.

1 *Oblationes à quo tempore cœperunt.*
2 *Oblationum nomine quæ veniunt.*
3 *Oblationes quando necessario fieri debent, & à quibus prohibeantur num. 4. 5.*
6 *Laici quando possunt recipere oblationes à Clericis.*
7 *Laici non exigunt tributum ab Ecclesiis.*

An inter iura Parochialia numerentur oblationes.

1 CErtum est, quod oblationes à Deo fuerunt ordinatæ. Non apparebis, inquit Dominus, ante conspectum meum vacuus. Ceperunt autem oblationes tempore Cain, & Abel, alij dicunt tempore Noè, ædificauit Altare Domino, tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundi, & obtulit illa in Holocausta super Altare. Et in lib. Num cap. 6. vbi habetur, quod Principes Israel obtulerunt munera coram Domino sex plaustra tecta, cum duodecim bobus, & alia quæ præcepit Dominus.

2 Et oblationum nomine veniunt quæcūque de proprijs, & licitis rebus à fidelibus offeruntur, & sub nomine oblationum continentur omnia quocunque titulo ad Ecclesiam perueniunt, c. causam de verborum significat. & text. in cap. cum inter eod. tit. & propriè oblationes dicuntur illæ quam faciunt fideles dum offerunt ad Altare, vel ad manum Sacerdotis; Rebuff. de decimis q. 1. num. 27. Socc. de oblationibus quæst. 3. & Troill. eod. tract. quæst. 21. Carat. de iuribus parochialibus cap. 3.

3 Et quamuis non cogatur quis ad offerendum, & ad oblationes faciendum, quatuor casus sunt in quibus oblationes necessariò sunt faciendæ. Primò, consuetudo, nam vbi extaret, quod in quibusdam festiuitatibus Parochiani soliti sunt certas facere oblationes, illis neglectis, aut non præstitis, possunt per Superiorem cogi ad illam consuetudinem seruandam, & videtur dici de consuetudine per decem annos recepta; Secūdo, si Parochus indigeat tunc enim cogendi sunt ad offerendum sub priuatione Diuini Officij. Tertiò, in diebus festiuis, vbi Ecclesia non habet Decimas, & de hoc infrà. Quartò, vbi relictum fuit aliquid ex testamento, vt probat tex. in cap. ad Apostolicam, & quod ibi communiter notatur in c. ad Apostolicam de Simonia, Nauarr. in Manuali c. 232. nu. 29. ca. cum sit de simonia, Rebuff. de decimis quæst. 1. num. 24.

4 A nonnullis tamen prohibentur oblationes recipere, prout primo. Ab Hæreticis, Iudæis, excommunicatis. Non ab oppressoribus pauperum. Non à raptoribus. Non ab vsurarijs. Non ab affinibus atrociū criminum. Non ab inuadentibus bona Ecclesiæ, antequam restituant. Non à publicis meretricibus. Et hoc in detestationem criminis eorum, & ne videatur illorum peccata fouere, c. grauibus 3. q. 7. c. non est 1. q. 1. Flor. 3. par. tit. 12. ca. 11. c. oblationes, distinct. 30. Cod. super eodem emp. c. quia de vsur. Card. Hostiēs. c. 56. c. de viro 12. quæst. 9. c. extrahens de Decim.

5 Nec laicus debere recipere à Clericis oblationes,

nec

nec aliqua in hoc consuetudo esset admittenda,& quę si extaret potius abusus, quam laudabilis consuetudo, nam tales prætendentes à Clericis oblationes sunt excommunicandi,& omnis consuetudo cõtraria sublata
6 fuit. Limitatur primò, quod possint ex causa recipere Laici a Clericis oblationes ad tempus cum causa sit pia ad fauorem Ecclesiæ,& animæ salutem, tamen nõ licet eas accipere propria auctoritate,sub quouis prętextu, sed Sacerdoti conuenit illas pauperibus erogare, vel in casibus, vbi causa pia subest. Limitatur secundo in consuetudine introducta in Italia, per quam in festo Purificationis B. Virginis, Laici recipiunt oblationes Candelarum benedictarum à Sacerdotibus, quæ seruanda erit his concurrentibus. Primò quando ex istis oblationibus Ecclesia nullum damnũ pateretur, & Populus ad deuotionem excitaretur, quod intelligendum est quantum ad vnam candelam pro quolibet, alias esset damnosum, quia esset tributum debitum ab Ecclesia laicis, nec Episcopus potest cogere Sacerdotes ad dandum. Idcircò consuetudo vsitata quod ad domos deferantur non est laudabilis,
7 eò quòd hoc modo quasi videntur laici exigere tributum ab Ecclesia, quod tolerandum non est, & talis non vsus, sed abusus est, qui punitur. Vnde in Conc. Prou.Mediol. cautum est ne Candelæ benedictæ deferantur domum ad laicos, saluo si Patronus aliquis beneficij iure habet ius illas exigendi. Voluntariè tamen oblatas candelas laici possunt recipere, & non potest quis præsumere quod Ecclesia sit constructa sub hac tributaria conditione,quia à lege prohibitum est, de quibus omnibus latè Goffred. & Hostiens. in summa de oblationibus,Sylvest.verb.decima,quæst.3. Diu.Thom.2.2.quæst.86.Paris.cons.155.& facit text. in capitul.vbi iste 74. distinct.cap.priuilegium 18.qu. 3. cap.quæst.13. quæst.23. & text.in cap. postquam 19.dist.

RESOLVT. CCXCVII.

1 *Oblationes quæ fiunt intra limites parochiæ Oratorijs Parocho non acquiruntur,& num.2.3.4.*
5 *Immagines Sanctorum possunt in priuatis domibus detineri.*
6 *Oblationes quæ fiunt tempore Iubilæi ad quem spectant.*
7 *Oblationes quando spectant ad Episcopum.*

In quibus casibus Parochus priuatur iure parochiali circa acquisitionem oblationum.

LIcet vt supra diximus, oblationes quæ fiunt in parochiæ limitibus quærantur Parocho, nonnulli tamen inueniuntur casus in quibus hoc ius cessat inter quod sunt.

1 Primo,vbi oblationes fierent oratorijs, vel Confraternitatibus, quia tunc non Parocho, sed in vtilitatem Ecclesiæ conuerti debent, Abb.in cit.c.pastoralis,Felyn.in c.dilectus de offic. ordinarij, Dec. in cons.127. & in cons.248. Alex.de Neuo cons.63. num.6. & seq. Canale.de oblation.quæst.8.in princip.

2 Secundus casus est, vbi oblationes fierent Cappellæ in aliqua Ecclesia existenti, quoniam tunc non parocho, sed ipsi Ecclesiæ quærũtur,vbi ex coniecturis appareret contemplatam fuisse Ecclesiam, nam ex coniecturis percipi potest, vt si in ipso Altari adesset imago alicuius Sancti, cuius intuitu fierent oblationes, debentur Altari, non Rectori, in dubio autem oblationes, quæ fiunt in aliquo Altari præsumuntur fieri intuitu Ecclesiæ, vt probat Felyn. vbi supra, Socc.cit. tract.de oblationibus q. fin. Abb.in c.fin.de successionibus ab intestato,& in cap.pastoralis, vbi supra. Genuensis in praxi c.72.n.14.

3 Tertius casus in oblationibus factis Cappellæ, seu Oratorio sito intra fines Parochiæ, vbi intuitu imaginis depictæ in dicta Cappella, vel Oratorio essent factæ, quia tunc non Parocho,sed Oratorio quæruntur, Felyn.in c.requisisti de testamentis, Abb. in ca.3.de Ecclesijs ædificandis, & in c.ex transmissa de præscriptionibus,& Dec.in cit.cons.248.& Doctor.in rubrica, & in c.quamuis de decimis.

4 Quartus casus in oblationibus factis in parietibus domus alicuius priuati, præsertim si offerens obtulisset contemplatione Domini domus,puta si talis esset pauper,vel tales oblationes in pios vsus conuerteret, tunc enim illius Domini oblationes efficerentur,item si ex tacita voluntate, vt si offerens sciebat Dominum domus ex consuetudine conuertere oblationes in suas necessitates, vel pios vsus. Nec obstat, c. Hanc consuetudinem 11. quæst.1. quia loquitur de oblatis in Ecclesia, non in loco profano. Si verò daretur ignorantia in offerente, vel non posset apparere de voluntate offerentis,tunc nõ acquireretur Domino domus.

Si autem imagini donaretur pes, aut brachium quod illi deficiebat, tũc est Domini illius domus,quia corpus principale trahit ad se illam partem. Notandum item est non posse compelli Dominum domus,
5 vt destruat imaginem, cum prohibitum non reperiatur imagines Sanctorum non posse detineri in priuatis ędibus, & vijs publicis.

Excipitur tamen nisi Populus abuteretur dicta imagine, vel esset periculum Idolatriæ, tunc enim posset Episcopus illam destrui facere, & tunc id faciendum est sine Populi scandalo,& Sanctorum offensione, Dominus verò domus posset imaginem delere, frangere, & abradere, quod intelligendum dummodò non fiat in contemptum, & sine Populi scandalo. Ita Maluet. de oblationibus rubric.4.

6 Quintus est casus. In oblationibus, quæ fiunt tempore Iubilæi in Ecclesia Cathedrali, nam spectant ad Archipresbyterum,non ad Episcopum,quoniam cum Archipresbyter habeat curam animarum,& administrationem Sacramentorum, habet consequenter in omnibus oblationibus de iure communi fundatam intentionem; vt censuit Rota Romana, in vna Beneuenti spolij 10.Decembris 1585.coram Penia,& Cruett.vbi supra quæst.12.

7 Sextus & vltimus casus est, in oblationibus factis celebranti, nam cedunt Ecclesiæ Rectori,Crat. vbi supra, vbi notandum, quod si Episcopus celebranerit Missam in Parochiali oblationes in ea facta sunt Episcopi, nam tota sua Diœcesis intelligitur eius Parochia. Limitatur primò, quando consuetudo esset in contrarium. Limitatur secundò, quando Episcopus in vno loco longam traheret moram, & nimis frequenter celebraret. Oblationes factæ in consecratione Ecclesiæ spectant ad Episcopum. Ampliatur etiam ad oblationes factas in consecratione Episcopi,vt debeant esse Episcopi, non assistentis. Si consuetudo sit, vel statutum, vt oblationes,quæ fiunt die Dominico debeant esse Prælati, & in festo principali debeant esse Episcopi, si festum principale occurret in die Dominica, si oblationes fuerunt contemplatione Dominicæ cedunt Prælato, aliæ cedunt Episcopo; vel dic, quod oblationes factæ ab alienis Parochianis, censentur factæ ratione festiuitatis, à proprijs autem Parochianis, cum dubium sit cuius contemplatione fiant, diuidendæ sunt.

Ex his resoluitur quæstio, quòd oblationes, quæ fiunt in Missa de sponso, quæ celebrantur à Parocho in aliena Parochia debent esse celebrantis,cum eius contemplatione dentur.

RESOLVT. CCXCVIII.

1 *Ecclesiæ nouæ ædificari non possunt absque Diœcesani con-*

consensu, & an id extendatur ad Parochum intra fines cuius Parochiæ nouæ Ecclesiæ ædificari possint, n. 2.
3 *Ecclesia parochialis habet priuilegium, vt intra suos fines alia Ecclesia ædificari non possit.*
4 *Oratoria priuata concessa intelliguntur, sine parochiæ præiudicio, & in illis celebrari vetitur in certis diebus.*

An inter iura Parochialia connumeretur vt noua Ecclesia intra fines parochiæ ædificari non possit absque Parochi consensu.

1 PLuries scripsi non posse nouas Ecclesias atque Monasteria ædificari absque Diœcesani consensu, vt censuit Sacr. Conc. Trid. sess. 25. ca. 3. de Regularibus.
2 Sed quæsitum fuit an id extendendum ad consensū Parochi quoties intta fines Parochiæ noua ædificaretur Ecclesia, & dicendum est pariter requiri Parochi consensum; idq; numerari inter iura parochialia, vt ex pluribus probat Nouarius in nouo Iuris Pontific. conclus. 10. vbi si Parochia esset Ecclesia, & vellet alia ædificari, & si accederet Episcopi, aut Prælati consensus id fieri nequit absque Parochi etiam consensu ne iuribus suæ Parochialis Ecclesiæ præiudicium fiat, vt argum. cap. dilectus de Cappell. Monachorum, voluit Guid. Pap. decis. ibo, & scribit Crescent. decis. 1. nu. 2. de oper. nou. nunciat. asserens præstari cautionem de demoliendo, & quod interim pendente lite non consecratur, sequitur Franc. March. dec. 10. 14. vol. 3. nouiter, Ego ipse in Collect. 2390. num. 1.
3 Vnde Ecclesia Parochialis gaudet priuilegio, vt intra vnius fines alia Ecclesia, vel Cappella non possit ædificari inuito eius Rectore, quia esset facere in sui præiudicium cum comprehendat quidquid est intra fines eiusdem Parochiæ quasi totum ipsum solum per fines designatos sit certo modo in possessione ipsius Parochiæ, vt contra eius voluntatem alia Cappella, ædificari nequeat, c. quicumque 16. q. 1. & c. Pastoralis de his quæ fiunt à Prælat.

Et in facultatibus extruendi Oratoria, stylus Romanæ Curiæ hæc inter alia ad fauorem Parochialium apponere consueuit, quæ & ab Episcopis in huiusmodi concessionibus apponi deberent.
4 Vt Oratorium decenter instructum, & ornatum, & ab omnibus actibus domesticis liberum existat, tum vt concessio intelligatur sine Parochialis Ecclesiæ præiudicio, & excipiantur dies Natalis Domini nostri, Resurrectionis, Pentecostes, quibus ibidem celebrari non liceat, sed Parochialis frequentetur quodque alij præterquam seruitio personæ cuius intuitu Oratorium conceditur necessarij ibidem audientes Missam ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia per hoc non liberentur, Piaseg. in praxi par. 2. c. 3. titul. de Visit. Eccles. Paroch. num. 11.

RESOLVT. CCXCIX.

1 *Missa an sit in Parochia audienda.*
2 *Sacramentum Eucharistiæ sumi debet in die Paschatis in propria Parochia, vel in Cathedrali, num. 3.*
4 *Parochus vagabundorum quis dicatur, & quis Peregrinorum, num. 5.*

An auditio Missæ in die Dominico numeretur inter iura Parochialia.

1 VNusquisque tenetur P rochiæ suæ interesse, vbi commodè id fieri potest ad audiendum verbum Dei, cogi tamen non potest vt Missam audiat in Parochia, quia nimirum Sacr. Concil. Trident. vtitur verbo moneant. Quinimò extat declaratio Leo. X. qua declarat, satisfieri huic præcepto si audiatur Missa in Ecclesijs Regularium Sacr. Concil. Trident. sess. 24. capitul. 4. de reformat. Conf. in Coll. Priu. Min.
2 Vnusquisque fidelis tenetur Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipere quolibet anno in Parochia sua; Quæ Communio legitima est si ante, vel post octo dies in Paschate fiat, & satisfit præcepto; c. omnis ver. ferm. de pœnit. & remiss. Nauarr. in Manual. cap. 21. num. 45.

Excipiuntur pueri, quia ob reuerentiam tanti Sacramenti tardius communicant quo vsque in eis cessauerit puerile iudicium, quod & Sacr. Concil. Trid. expressit clarius, quam text. ipsius, c. omnis vtriusque sexus in illis verbis, cum ad annos discretionis peruenerint, sess. 12. de sacr. Euchar. Sacram. Can. 9. Nauarr. c. 21. num. 52.

Die Paschatis administrare hoc Sacramentum non licet Regularibus, alijs verò diebus id eis est permissum, c. quicumque 13. quæst. 1.

Satisfacerent omnes tamen præcepto Ecclesiæ si communicauerint in Ecclesia Cathedrali, Episcopus enim, & Ecclesia Cathedralis concurrunt in cura animarum cum omnibus Parochis, Diœcesis, & quilibet ex Diœcesi recipere potest Sacramenta in Cathedrali, Genuen. in praxi c. 26. num. 22.
3 Satisfacit item præcepto communicans quocūque die Hebdomadæ sanctæ, seu quocunque die Quadragesimæ si sit consuetudo, Nauar. c. 21. num. 45.
4 Vagabundorum Parochus dicitur quilibet Presbyter Parochialis, vbi ipsi extiterint, quia non habent domicilium proprium, & ideò ibidē sortiuntur quousque in dicta Parochia extiterint, ex eo dicti vagabundi cum lares certos non habeant, Abb. in c. final. de form. compet. Nouarius in pragmat. Regni 1. sub rubrica de vagabund.
5 Peregrini possunt confiteri illi Parocho in cuius Parochia inueniuntur, & resolutum fuit hoc dubium ex declaratione facta viuæ vocis oraculo ab Eugenio IV. Viatores vbi se inuenerint in Paschate, illi Parocho sint obligati tanquam incolatum habentes circa Sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, Sot. in 4. dist. 18. q. 4. art. 2. & alij communiter.

RESOLVT. CCC.

1 *Canonica portio connumeratur inter Iura parochialia.*
2 *Operarius dignus est mercede sua.*
3 *Quarta parochialis debetur Parocho etiam si in aliena parochia sepulta est.*
4 *Quarta parochialis an debeatur Commendatario.*

An inter Iura Parochialia connumeretur Canonica portio, seu quarta funeralis.

1 COnnumeratur pariter inter iura parochialia Canonica portio, seu quarta Parochialis, quæ Parochis debetur propter Sacramenta, quę illi ministrāt suis parochianis, & sic propter onus, quod in eorum administratione subeunt. c. 1. c. relatum, c. de his, cap. cum liberum de sepultur. Clem. dudum, §. verum eod.
2 dignus est enim operarius mercede sua, & non alligabitur os boui trituranti, 1. Corint. 9. c. quicunque 12. quæst. 2. Nouarius forens. quæst. 22. n. 8. tom. 2.
3 Et ideò debetur Quarta Ecclesiæ parochiali illius, qui defunctus, erit etiam si alibi eligat sepulturam, ca. de his c. super eo c. super nostra de sepultur. Clem. dudum eod. Vbald. tract. de quarta c. 8. c. 2. de sepult. in 6. secundum rationabilem consuetudinem regionis c. certificari, de sepult.
4 Et debetur etiam Vicario perpetuo Comendatario c. nemo, de electione in 6. & Vicario temporali c. cum ex eo, de elect. lib. 6. Item Sacerdoti conducto, & habenti curam Parochianorum c. requisisti, de testam. & hoc quando nullus adesset Rector.

Si paro-

Si parochialis fuerit Collegiata, cura non residente pœnes certam personam, diuidetur inter Clericos Ecclesiæ, ita quod singuli habebunt portionem nisi aliter statutum, vel consuetudo statuerit, Ioan. de Lignano c. fraternitatem, de sepulturis, si Cappellani Cathedralis sepeliuntur in Cathedrali, vel alibi eligunt sepulturã, Quarta debetur parocho habitationis, Lap. allegat. 62. num. 2. vers. in contrarium, Rebuff. tract. de decimis q. 5. num. 13. debetur enim parochiæ immediatè non autem Matrici, & si parochus immediatus non petat, Episcopus potest petere, Bald. cons. 270. n. 1. ad finem, versic. & si corpora, & ad hanc materiam spectantia nonnulla practicabilia congerit Nouarius in suo tract. de incertis, & malè ablatis priuileg. 46. vbi plura de quarta.

RESOLVT. CCCI.

1 *Funeralia spectant ad Parochum quando Defunctus non elegit sepulturam.*
2 *Funeralium appellatione quæ veniant.*
3 *Funeralia parochiali Ecclesiæ debentur, non autem Cappellano Oratorij priuati.*
4 *Parochus habet intentionem fundatam super funeralibus.*
5 *Administratio Sacramentorum spectat ad Curatos.*
6 *Papa quando censetur derogare voluisse Conc. Trident.*

Funeralia an connumerentur inter iura parochialia, & quænam dicantur Funeralia.

1 VBicunque ille qui est de parochia sepelitur in Ecclesia parochiali, vel aliam, non eligit sepulturam, funeralia illa spectant ad ipsam parochiam in qua defunctus tumulatur, vt per Vbald. in tract. de quarta Episcopali, nam est de iure parochiali habere funeralia, nec parochus debet fraudari, si alibi parochiani eligunt sepulturam.

2 Ipsorum funeralium appellatione hodie veniunt candelæ, quæ circa cadauer accenduntur, Maceries omnis quæ supra Castrum doloris, & corpus construitur, pannus, siuè laneus, siuè sericeus, siuè aureus contextus quo feretrum tegitur, & omnia quæ cum funere computantur, & pro illo in Ecclesia per hæredes præparantur, siuè alias efferentur, extrau. inter cunctas, de priuilegijs, glos. in d. Clem. dudum, vbi Abbas de sepultur., prout mortuaria sunt illa quæ offeruntur pro mortuis, Vbald. de quarta Episcop. c. 4. n. 10. p. 2.

3 Amplia, quod funeralia parochiali Ecclesiæ debentur, nec Cappellano Oratorij priuati, vt determinauit Rota in vna Bergomen. funeralium Lunæ 7. Nouembr. 1594. coram Eminentissimo Cardinali Mantica, cuius tenor talis est, videlicet.

Placuit Dominis sententiam Vicarij Bergomensis latam ad fauorem Præpositi Ecclesiæ Sancti Alexandri esse confirmandam nisi à Confraternitate Disciplinatorum Sancti Bernardini probetur priuilegium recipiendi funeralia de quibus agitur; Nam ea quidem inter iura Parochialia connumerantur, & Parochiali Ecclesiæ debentur c. 1. & c. relatum, & c. cum liberum de sepult. Abb. in rubric. de Paroch. n. 23. Vnde Cappellano priuati Oratorij applicari non debet sed Parocho, qui curam exercet animarum, cui non propter se, hoc est ratione salarii, seu laboris humani corporis, sed propter Ecclesiam cui præsidet debeatur, Bonif. de Vital. in Clem. duarum §. verum nu. 9. de sepultur.

4 Habet enim parochus fundatam intẽtionem in istis funeralibus, prout in administratione Sacramentorum, iuxta deducta per Rotam in vna Neapolitana priuilegij Veneris 3. Iunij 1622. coram Eminentissimo Cardinali Caualerio, cuius tenor sequitur.

Paulus Quintus sanctæ memoriæ ad instantiam Vniuersitatis, & hominum Ianuensium, Neapoli existẽtium, concessit per littreas in forma Breuis eidem Vniuersitati facultatem erigendi Ecclesiam in Ciuitate Neapolis, & quod Cappellani dictæ Ecclesiæ ad nut m amouibiles deputandi per dictos homines possent ministrare Sacramenta Sanctissimæ Eucharistiæ, Extremæ Vnctionis, & alia Sacramenta Ecclesiastica Ianuensibus in propriis, vel alienis domibus infirmitate detentis, etiam in die sanctissimæ Resurrectionis Dominicæ, & quod corpora Ianuensium Defunctorum in dicta Ecclesia sepulturam eligentium absque licentia Ordinarii, aut Parochorum possent in ea humari sine tamen præiudicio iurium Parochialium cum clausula; Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac etiam in Prouincialibus, seu Synodalibus Concilijs editis.

Hoc Breue fuit per Vicarium Illustrissimi D. Cardin. Archiepiscopi Neapolitani executioni demandatum cõtra Rectores Ecclesiarum Parochialium, qui funera Ianuensium in dicta Ecclesia impediebant; causa vero mihi in Rota commissa dubitaui an ritè, & rectè fuerit ad executionem dicti Breuis processum, & Domini omissa validitate executionis, responderunt non fuisse rectè processum ad executionem.

5 *Moti sunt autem, quia de iure communi administratio Sacramentorum spectat ad proprium Parochum, vt de Sacramento Extremæ Vnctionis Rodriquez quæ. regul. tom. 3. q. 77. ar. 1. in principio, & est tex. in Clem. dudum vers. verum, de sepulturis, quæ edita fuit in Concilio Generali Viennen. & de Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ est dispositio Concilii Generalis Lateranensis in cap. omnis vtriusque sexus de pœnitent. & remiss.; Quo vero ad Sacramentum Matrimonij tam in Concil. Trid. sess. 24. c. de reformat. Matrimonii, quam in Concilio generali Viennen. de quo in Clem. 1. de priuil. dispositur, vt soli Parochi possint interuenire; Vnde ad hoc vt Breue prædictum Vniuersitati Ianuensium suffragaretur necesse fuerat specialiter derogare Conciliis Generalibus c. ex parte de Cappell. Monach. Felyn. in c. nonnulli n. 2. de rescript. Archidiac. in c. 1. n. 2. circa medium de constit. in 6. Cardin. Lancellott. de Concil. lib. 5. art. 18. num. 8.*

6 *Et quamuis dispositionis Concilii Trid. censeatur derogatum quando contra illud Pap. disponit, vt in Sancti Angeli pensionis 16. Decembris 1594. coram Cardin. Pamphilio, tamen id solum procedit quando constaret Papam derogare voluisse, vt per Gonzal. ad regulam 8. glos. 6. nu. 120. Quæ voluntas hic non visa fuit adesse, cum solum Papa derogauerit Concilii Synodalibus, & Prouincialibus, non autem Generalibus, quorum dispositiones egent speciali derogatione, vt per Felyn. Archidiacon. & alios supra alleg. Vnde videtur quo ad Concilia generalia voluisse illa remanere illesa; Responsum etiam fuit satis esse idem quod disponitur in Concilio Trident. de præsentia Parochi, quoad matrimonia fuisse etiam dispositum in Concilio Generali Viennen. de quo in dicta Clement. 1. de priuileg. quatenus ibi mandatur Religiosos non posse Sacramenta Extremæ Vnctionis, vel Eucharistiæ ministrare, vel matrimonia solemnizare, non habita super his Parochialis presbyteri licentia speciali, quod procedere in quolibet Sacerdote affirmat Rodriquez dicta quæst. 79. articul. 1.*

Et ideo cum Breue prædictum tamquam concessum ad instantiam Vniuersitatis Ianuens. & non Motu proprio indigeret iustificatione, & non fuerit iustificatum; in præmissis visum fuit non potuisse executioni demandari.

RESOLVT. CCCII.

1 *Parochus an possit agere pro legato relicto Parocho pro celebratione Missarum.*
2 *Decisum Rot. ad punctum refertur.*

An inter

An inter iura parochialia connumeretur exactio legati pro celebratione Missarum ipsi Parochiæ facti.

1 REspondeo affirmatiuè arguendo à simili de relicto Cappellæ pro Missarum celebratione, cuius exactio ad Rectorem pertinet, vt censuit Rota in vna Beneuentana legati 9. Decembris 1615. coram D. Caualerio, cuius tenor est.

2 *Domini responderunt pro Informante videlicet, exactionem annui legati scutorum 50. relictorum per quondam Ioannem Baptistam Rubinum, Cappellæ Sancti Antonij in Ecclesia Metropolitana spectare ad Antonutium illius Rectorem, qui prouisus fuit à Clemente VIII. fel. memor. per resignationem in manibus Sanctissimi factam à Gentilutio eius prædecessore, & possessionem accepit, & illius redditus percipit, vt deponunt testes, vnde ad ipsum vti Rectorem competit ius agendi ex iure suæ Ecclesiæ cui legatum relictum fuit; præsertim cum legatum factum fuerit pro Missis celebrandis in dicta Cappella pro anima sua, et suorum prædecessorum, qui in dicta Cappella sepulti sunt, ad tradita per Vbald. in tract. de Canon. & Episcop. port. c. 4. quæst. 15. num. 2. & seqq. & cap. 7. num. 57. & seq. Nec visum fuit obstare quod hæc Cappella fuerit dilatata, & ad maiorem ornatum Ecclesiæ incorporata Cappellæ Sanctissimi Sacramenti, quia non constabat de vnione aliqua; Immò constat Cappellaniam fuisse, & hodie esse in statu collatiuo, cum antea possideretur à Gentilutio, per cuius resignationem fuit prouisus Antonutius qui hodie possidet, vt dictum est.*

RESOLVT. CCCIII.

1 *Manuteneri debet habens fundatam intentionem licet possessionem non probet, & num. 3. 4. & 5.*
2 *Episcopus habet intentionem fundatam exercendi iurisdictionem in sua Diœcesi.*
6 *Priuilegiũ allegans manutenendus est in eo quod allegat.*
7 *Manuteneri debet in possessione is qui in ea est, licet habeat iuris resistentiam.*

Intentio fundata Parochi in iuribus Parochialibus in quibus nam dilatetur, ac limitetur.

1 COmmunis, & trita est iuris conclusio, quod habens fundatam intentionem, suam de iure communi debet manuteneri, etiam nulla probata possessione, per tex. in c. cum personæ, in fine, & ibi notant omnes, de priuileg. in 6. Qui generaliter allegari consueuit, li-
2 cet loquatur de Episcopo, qui habet de iure communi fundatam intentionem exercendi iurisdictionem quo ad omnes subditos in tota sua Diœcesi, & in qualibet eius parte, etiam in inuitos, c. cum quærente, de officio ordinar. c. cum Episcopus, eodem titul. lib. 6. c. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. Vnde Episcopo per hanc solam rationem assistentiæ dandum est mandatum de manutenendo, etiam si non probet quasi possessionẽ, vt disponitur in illo text. & tenuit Verall. decis. 203. p. 2. Rota in vna Bononien. Sancti Petronij 28. Aprilis 1595. coram Eminentissimo Card. Mantica, & in vna Veronen. iurisdictionem 18. Martij 1596. coram Pamphilio, & sic à simili dicendum est fauore Parochorum in eorum iuribus parochialibus.

3 Conclusio locum habet, etiam si contra habentem iuris communis assistentiam, exhibeatur priuilegium, seu titulus, quia donec de illius releuantia disputatur, ei datur manutentio, dummodò producens titulum non sit in possessione, vt in dicto cum personæ §. pen. & ibi Lap. Abb. nu. 4. & ita fuit resolutum per Rotam in vna Carthagin. decimarum 27. Iunij 1590. coram Gypsio, & in vna Valentina decimarum 20. Februar. 1598. coram Peregrino.

Et procedit quamuis inferior alleget præscriptionem, quia Ordinarius, siuè sit in possessionem iurisdictionis, siuè non, vtitur sua iurisdictione contra eum quousque præscriptionem probauerit, vt dicit Lapus in dicto c. cum personæ, num. 4. vers. 2. per illum text. in fine subdens hoc esse propter odium præscriptionis, & propter iuris communis fauorem, & Lapum sequitur ibi Anchar. nu. 6. in 12. not. Gem. in §. si vero vers. 2. Franc. in 2. not. Socc. in c. recepimus nu. 72. de priuileg. lib. 6. & fuit tentum per Rotam in vna Salamantina iurisdictionis 18. Aprilis 1581. coram Cantuccio, vt in decis. diuersorum 145. p. 1. & in allegata Veronen. iurisdictionis coram Cardin. Pamphilio in qua Episcopus agebat contra Decanum, & Capitulum, quibus ex Concil. Trid. sess. 24. cap. 2. de reform. præseruatur immemorabilis consuetudo cognoscendi causas criminales, & matrimoniales: & fuit dictum quod Episcopus solus debebat manuteneri propter iuris assistentiam in facultate exercendi dictam iurisdictionem, donec contra eum per tres conformes immemorabilis probaretur.

4 Nec non est vera etiam in Ordinario inferiore; Nã hic quoque danda est manutentio, nulla probata possessione, quando habet iurisdictionem fundatam ex priuilegio, vel consuetudine, quæ sit ita notoria, vt negari non possit, secundum Ioan. Andr. in dicto ca. cum personæ, in princip. vbi ita extendit illum text. & cum sequuntur ibi Gemin. n. 4. Franchus num. 2. & Anchar. in primo not. qui rationem reddit, quia notorium facti eundem habet effectum, quem habet notorium iuris, quoad iurisdictionis exercitium.

5 Cessat autem firmata conclusio; Primo quando assistentia iuris communis est turbata, & obscura, quia tunc non releuat, nec ex ea datur manutentio; sed Rota solet omisso iudicio possessorio aggredi merita causæ, & discutere petitorium, vt fuit obseruatum in pluribus causis, & signanter in vna Lucen. seu nullius iurisdictionis 4. Maij 1598. coram Eminẽtissimo Cardin. Seraphino, & in vna Montis Regalis 4. Nouembris de eodem anno coram Penia.

6 Item quando contra habentem iuris communis assistentiam, allegatur priuilegium, simul cum præscriptione, quia tunc manutenendus est ille, qui priuilegium allegat: & ratio est, quia possessio non est adeò infecta, neque habet tantam resistentiam iuris, neq; talem præsumptionem contra se, cum iustificetur ex titulo, vt non sit habenda in consideratione; quemadmodum, si sola præscriptione niteretur, & ita habet text. in d. ca. cum personæ, & distinguunt omnes Doctor. ibi post Lap. Anchar. in 12. not. Gemin. in §. fin. num. 3. & Franc. num. 2. & fuit resolutum in vna Salamantina iurisdictionis 17. Decembris 1582. coram Card. Seraphino.

Quod tamen declaratur quando priuilegium, & possessio strictè percutiunt casum de quo agitur, aliàs secus, vt tentum fuit in allegata Seguntina Decimarum 30. Octobris 1600. coram eodem Eminentissimo Cardinali Seraphino.

7 Similiter non habet locum pluries dicta conclusio, vbicumque alter existit in possessione, quia is manuteneri debet, licet ipsi ius commune resistat, Couar. practic. quæst. c. 17. num. 6. Menoch. de retinend. possess. remed. vlt. nu. 21. & 22. Capyc. decis. 189. & ita pluries scio fuisse practicatum in Curia Archiepis. Neapolis.

RESOLVT. CCCIV.

1 *Præscribi an possint iura Parochialia.*
2 *Præscriptio non habet locum nisi in casibus de iure expressis.*
3 *Decimæ an præscribi possint.*
4 *Inferior an possit præscribere iura Superioris.*
5 *Abbas an possit præscribere contra Episcopum.*

Iura

Iura Parochialia An possint præscribi.

1 ADuersus iura Parochialia solet quandoque opponi de præscriptione, vnde licebit hic inuestigare si talis præscriptio procedere possit, cum regulariter illa non habeat locum, nisi in his casibus, qui in iure
2 sunt expressi, ca. 1. vbi glos. de præscript. Couar. in regul. possessor. par. 2. §. 3. num. 7.
3 Et quidem dicendum est, posse præscribi talia iura, cum videamus decimam, quæ est de iuribus parochialibus præscribi posse, cap. ad aures, de decimis, cap. de quarta eod. tit. Nauar. consil. 1. de decim. & latius fuit dictum supra in resolut. si ius percipiendi decimas, connumeretur inter iura parochialia versic. præterea.
4 Item quia inferior potest præscribere iura Superioris, c. auditis, de præscript. ca. cum olim, eod. tit., vbi probatur Abbatem posse præscribere iura Episcopalia, qui potest cognoscere de causis matrimonialibus, & beneficialibus, cum hæc omnia ad iurisdictionem pertineant, & quærantur, cum præscriptione territorij de quo videndi sunt Couar. de sponsal. par. 2. ca. 8. §. 12. n. 1. Suar. de Paz. in pract. to. 2. prælud. 1. n. 8., & Diez de Meua var. quæst. lib. 3. quæst. 24. n. 25.

Et faciunt pro corroboratione ea, quæ in Superiori proxima quæstione adducta sunt.

PRAXIS FVNCTIONES PAROCHIALES.

RESOLVT. CCCV.

1 *Iura Parochialia respiciunt vtilitatem Parochi; quid verò functiones, num. 2.*
3 *Parochus in sua Parochia dicitur Prælatus.*
4 *Rector in suo beneficio dicitur Imperator, & Rex.*

Quodnam discrimen sit inter iura Parochialia, & Functiones Parochiales.

1 SCiendum est pro responsione, quod iura Parochialia respiciunt vtilitatem Parochorum, puta emolumenta, quæ ex Parochia ipsa proueniunt, de quibus satis longè in superiori titulo dictum est.
2 Functiones verò Parochiales sunt illæ, quæ à proprio Parocho fiũt, & in quibus Cappellarum, seu quorumuis beneficiorum simplicium Rectores, Sacristæ, & Cappellani se intromittere nequeunt; sed tale officium ad ipsum tantum Parochum spectat, qui in actu curæ animarum gerit vices Episcopi, c. bonæ rei 12.
3 quæst. 2. & in sua Parochiali dicitur Prælatus, nec non talem habet authoritatem, qualem, & quantam habet
4 Prælatus cum Capitulo in Ecclesia collegiata. Idemq; Rector in propria Ecclesia dicitur Imperator, & Rex, & Apostolorum vices in illa tenet Rom. cons. fin. & ideo semper ibidem præfertur, vt latè per Molin. in tractat. de canon. lib. 2. c. 14.

RESOLVT. CCCVI.

1 *Candelarum benedictio spectat ad Parochum.*

Candelarum Benedictio Num sit functio Parochialis.

1 IN die Purificationis B. Mariæ Virginis vulgo vocata (la Candelora) solent Ecclesiastici benedicere Candelas, illasq; populo dispensare, quod quidem ius Parochis ad locorum ordinarios parochianos vtique spectat, cum Candelarum Benedictionem inter parochiales functiones connumeretur, prout ita ex facto decreuisse Eminentissimorum Cardinalium Congregationem apparet in Summa Bullar. in verbo Missa, & ita quotidiana viget praxis in singulis Regni Dioecesibus, sequitur etiam Carat. in tract. de iuribus parochialibus cap. 6. pag. 6.

Inde dum in mea Ciuitate Vici Equensi prætenderetur in parochia S. Ciri, & Ioannis benedictionem hanc Candelarum esse faciendam per quendam Cappellanum, ibidem onus celebrandi nonnullas Missas habebat, dum Reuerendus parochus dictæ Ecclesiæ ad me habuisset recursum, mandatum fuit per meam Curiam, quod talis non se intromitteret, sed quod præfatus parochus, qui in hoc habebat intentionem fundatam huiusmodi munus exerceret, prout cum effectu sic fuit obseruatum, & obseruatur, prout testatur Nouarius in Opusculo secundo noui Iuris Pontificij concluſ. 1. de functionibus Parochialibus.

RESOLVT. CCCVII.

1 *Benedictio Cinerum spectat ad Parochum.*

Benedictio Cinerum An spectet ad Parochum.

1 SOlet primo die Quadragesimæ fieri benedictio Cinerum, & hæc benedictio in propria parochia non potest inuitè fieri nisi à loci parocho, cum Benedictio Cinerum connumeretur inter functiones parochiales, & ideò à parocho sunt faciendæ, prout & sic notatur in summa Bullar. in verbo Missa, & declarauit sacra Congregatio Rituum sub die 18. Martij 1602. & sic seruatur in praxi, & ita refert quoque Carat. in suo breui tractatu de iuribus parochialibus cap. 6. pag. 6. vers. Functiones propriæ, quas recenset, & sequitur Nouarius in secundo opusculo noui Iuris Pontificij concluſ. 1. de functionibus parochialibus.

RESOLVT. CCCVIII.

1 *Benedictio Palmarum spectat ad Parochum.*
2 *Benedictio Palmarum connumeratur inter functiones Parochiales.*

Benedictio Palmarum An sit functio parochialis.

1 FErtur sacram Eminentissimorum Cardinalium in Rituum Congregatione Deputatorum censuisse Palmarum benedictionem, quæ in toto Christiano orbe in die Dominico proximo Paschatis fieri solet spectare ad parochos locorum Ordinarios.
2 Connumeratur enim inter functiones parochiales huiusmodi Palmarum benedictio, vt legitur in Summa Bullarij in verbo Missa pag. mihi 403.

Et ideo rationabiliter parochi munus debet esse talem benedictionem impartiendi in eius parochiali Ecclesia, prout & vbique seruatur, sequitur Carata in tract. de iuribus parochialibus pag. 6. c. 6., refert, & sequitur Nouarius in opusculo secundo noui Iuris Pontificij concluſ. 1. de functionibus parochialibus.

RESOLVT. CCCIX.

1 *Benedictio Fontis Baptismalis an spectet ad Parochum.*
2 *Benedictio fontis baptismalis connumeratur inter functiones Parochiales.*

Benedictio Fontis Baptismalis An connumeretur inter functiones parochiales.

1 IN Ecclesijs parochialibus, & quæ sub Magistrorum laicorum gubernio, & directione esse solet extauritis nuncupatis Sacerdotales functiones circa fontis Baptismalis benedictionem spectant ad proprium parochiæ parochum, vt declarauit eadem Sacra Congregatio Rituum sub die 18. Maij in Anno 1602., & refert

refert Summa Bullar. in verbo Missa pag.403.

2 Quæ quidem resolutio eo iuuatur fundamento si quidem certum est, nec dubitari potest, quod huiusmodi benedictio fontis Baptismalis connumeratur inter functiones parochiales, ergo necessariò ad ipsum, & proprium loci ordinarium Parochum pertinere debet tale munus exercere, & ita seruatur in praxi, & sic scribit modernus Carat. in tract. de iuribus parochialibus c.6. pag. 6., quem refert Nouarius concluſ. 1. de funtionibus parochialibus.

RESOLVT. CCCX.

1 *Delatio Sanctissimi Sacramenti in die Cœnæ Domini fit per Parochos cum ad illos tale munus spectat num. 2.*

Delatio Sanctissimi Sacramenti, & celebrationes Missarum Feriæ V. in Cœna Domini, & Sabbati sancti, An sit functio parochialis.

TEmpore quo Sacra Congregatio Rituum regebatur per Eminentissimum, & Reuerendiss. Cardinalem Ptolomæum, & in ea vti Secretarius assidebat Alexander Gratianus die 18. Maij in Anno Millesimo sexcentesimo secundo, eadem Sacra Rituum Congregatio declarauit Sanctissimi Sacramenti Delationes, & celebrationes Missarum feriæ quintæ in Cœna Domini, & Sabbati sancti quoque connumerari inter functiones parochiales, nec tale munus specta-
2 re ad Cappellanos, siue Sacristas Ecclesiarum fortè à laicis deputatos, sed ad proprium Parochum, seu Rectorem animarum curam habentem in Ecclesijs huiusmodi institutum, vt habetur in summa Bullar. in verbo Missa, & legitur in tractat. Carat. de Iur. parochial. c.6.

Vnde videmus hodiernis temporibus, tàm in Ciuitate Neapolis, quàm in alijs Regni loci delationem Sanctissimi Sacramenti fieri à proprijs Parochis, & illos similiter in Feria quinta Cœnæ Domini, & Sabbati sancti celebrare Missas, sequitur Nouarius in opusculo noui Iuris Pontificij concluſ. 1. de functionibus parochialibus, tom. 2.

RESOLVT. CCCXI.

1 *Aspersiones quæ in Paschalibus diebus fieri solent in domibus fidelium, an connumerentur inter iura parochialia, & num. 2.*

Aspersios domorum An sit functio parochialis.

1 VIget praxis, quod in die Sabbati sancti facta benedictione fontis, soleant aspergi domus mediante aqua benedicta.

Quod quidem ius spectat ad Parochos, qui in Parochianorum domibus hāc solemnitatem facere debēt, nec alius poterit huiusmodi vsurpationem prætendere cum inter functiones parochiales similiter connumeretur huiusmodi facultas aspergendi domos, vt legitur in summa Bullar. in verbo Missa pag.403. versic. Candelarum, & voluit Sacra Congregatio Rituum, quæ ita declarauit ad fauorem parochorum, sequitur, & meminit Carat. in suo methodico tractat. de Iuribus parochialibus cap.6. versf. functiones, &c.

2 Vndè merito dum in Curia Archiepiscopali Neapolitana ob mortem Eminentissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Carafæ bonæ memoriæ Vicariatus Capituli Sede vacante, munere fungeretur, prætenderetur; pro parte cuiusdam Sacristæ deputati à quibusdam extauritarijs intus quandam Ecclesiam parochialem huius Ciuitatis Neapolis, quod ipse poterat in tali die facere huiusmodi aspersionem, præcedente memoriali porrecto pro parte Reuerendi Parochi dictæ Ecclesiæ, per dictam Curiam Archiepiscopalem fuit mandatum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, quod talis Sacrista se abstineret, nec se intromitteret in aspergendo domus parochianorum, & sic fuit manutentus in possessione proprius parochus, qui habebat in huiusmodi functionibus parochialibus assistentiam iuris, & intentionem fundatam, & ita fuit executum.

Sicque aliàs mandaui in mea Diœcesi Vici Equensi dum casus ex facto accidisset.

PRAXIS APPROBATIO Confessariorum.

RESOLVT. CCCXII.

1 *Confessarij approbatio fieri debet ab habente iurisdictionem ordinariam.*
2 *Vicarius, & Capitulum Sede vacante possunt approbare Confessarios.*
3 *Iurisdictionem Episcopalem habens in populum potest approbare.*
4 *Episcopus potest Sacerdotem alterius diœcesis approbare.*
5 *Regulares pro audienda confessione secularium indigent approbatione Ordinarij, & quid pro audienda confessione monialium, ibidem.*

Approbatio Confessariorum à quo facienda.

1 OMnes habentes iurisdictionem ordinariam possunt approbare Confessarios in eorum territorio, & districtu, ita quod approbatio hæc ab Episcopo confirmato, & habente subditos iuxta Concilij Tridentini dispositionem sess. 23. cap. 15. de reform. fieri
2 potest, vel à Vicario Generali, qui vices Episcopi sustinet, aut à Capitulo Sede vacante, tanquam Episcopalis iurisdictionis successore, ca. dum olim de maior. & obedient. latè Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontificij concluſ. 1. de confessione Sacramentali.

3 Sicque similiter ab alio habēte iurisdictionem Episcopalem in populum exemptum à iurisdictione ordinaria, quia dum iste habet iurisdictionem Episcopalem, ideò ei licet Confessarios in suo territorio approbare, Reginald. in praxi fori pœnitential. lib. 1. n. 180. Vasq. quæst. 93. art. 3. dub. 3. Sanchez de matrim. disp. 29. num. 14. lib. 3. & ita consului ad fauorem D.
4 Anelli Ceraioli Archipresbyteri S. Petri. Posset tamen Episcopus approbare Sacerdotem alterius Diœcesis, si aliqua ratione fiat subditus ipsi Episcopo, vt si fiat ei subditus ratione alicuius ministerij, ad quod obligatur in ipsius Episcopatu, aut ratione domicilij, aut habitationis pro aliquo tempore, pro quo saltem possit illum approbare, Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 187. Leon. de potest. confess. temp. Iubil. extra ordin. q. 4. num. 28.

5 Et hæc approbatio est necessaria, etiam respectu Regularium, quando secularium confessiones audire intendunt, vt post plures aduertit Nouarius loco citato n. 9. vbi tamē n. 10. docet Regulares Confessores in monasterijs Monialium, quæ sub cura Regularium sunt, non indigent approbatione Episcopi, sed sufficit, quod sit data à suo Superiore.

RESOLVT. CCCXIII.

1 *Sacerdotium requiritur, vt valeat approbari ad audiendas confessiones.*
2 *Potestas absoluendi confertur in ordinatione, & per quæ verba.*

3 Ordina-

3 *Ordinatus absque verbis quorum remiseritis peccata, & an validè absoluat.*
4 *Pro Sacerdote habitus, cum non sit, an validè absoluat.*

Qui possint approbari ad audiendas confessiones.

1 NOtum esse debet, quod soli Sacerdotes possunt approbari ad hunc actum exercendum, quia illi tantum sunt capaces huius iurisdictionis cum ad tale exercitium character Sacerdotalis in exercēte simpliciter necessarius sit, quæ potestas absoluendi cōfertur in ipsa ordinatione Sacerdotis per illa verba, Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, taliter quod Sacerdos, cui Episcopus post ordinationem non dixit illa verba, Accipite Spiritum sanctum, &c. nō posset validè à peccatis absoluere, & si obtineat hanc iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, suos subditos, cum requiratur præfata potestas prius tradita in ordinatione, D. Th. in addit. ad 3. p. quæst. 8. art. 3. Suarez 4. to. disp. 16. sect. 3. n. 16. Vasq. de pœnitentia quæst. 93. art. 1. dub. 2. ita quod nec erit valida absolutio data ab eo, qui non est Sacerdos, licet communiter pro tali haberetur, cum adsit impedimentum iuris diuini, quod ab Ecclesia suppleri nequit, Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 22.

RESOLVT. CCCXIV.

2 *Approbatio Confessarij qualiter facienda.*
2 *Sacerdos non idoneus admissus ab Episcopo ad audiendas confessiones non censetur idoneus.*
3 *Quæ requirantur, vt iudicetur idoneus.*

Approbatio quomodò facienda ab Episcopo Confessarij.

1 SCiendum est, quod approbatio facienda in personas Sacerdotum, vt valeant audire fidelium confessiones, debet esse per examen, aut alia ratione ab Episcopo iam confirmato, & habente subditos, iuxta Sacri Concilij Tridentini dispositionem sess. 23. c. 15. de reformat.

2 Vndè sunt qui dixerunt, non censeri approbatum Sacerdotem, & consequenter idoneum non esse ad absoluēdum, qui fuit approbatus, & admissus ab Episcopo sciente illum non esse idoneum, Suarez disp. 28. n. 7. sect. 1. Reginald. in praxi fori pœnitential. lib. 1. n. 197., nam Sacr. Concil. Trident. d. c. 15. requirit, vt Sacerdos qui beneficium parochiale non habet iudicetur idoneus, hic autem non verè iudicantur idoneus, sed potius fictè, dum Episcopus interius sciat, & iudicet non idoneum, quare Sacra Congregatio ibi requirere videtur approbationem cum iudicio, & iudicium cum approbatione conuinctim, & sic dicendum est inter ius esse iudicandum idoneum, & exterius approbationem faciēdam, sequitur Fr. Bartholom. à S. Fausto in tractat. de Indulg. quæst. 79. lib. 4., qui in quæst. 80. post alios affirmat, quod quando Episcopus iudicat idoneum aliquem Sacerdotem, & illum vti talem approbat, licet re ipsa non sit idoneus, talis approbatio censetur valida.

RESOLVT. CCCXV.

1 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*
2 *Scriptura non requiritur ad approbationem Confessarij.*
3 *Cautela est approbationem fieri in scriptis, & de ratione.*
4 *Quomodo seruetur in Curia Archiepiscopali.*

Approbatio Confessarij facienda per Episcopum, An debeat esse in scriptis.

1 SAcrum Concilium Tridentinum loquens de approbatione, id non aperit, vnde formam apposuisse nō videtur, cum lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debeamus, leg. de pretio, ff. de public. in rem action. leg. non distinguemus, ff. de recept. Arbitr. Et quod lex non dicit, non est ab homine præsumendum, leg. dissentientis, C. de repud. Ideò ad validitatem huiusmodi approbationis non requiritur, quod detur in scriptis. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 1. num. 198. Graff. decis. part. 1. c. 13. n. 51. Nouarius in suo opusculo noui iuris Pontificij concluf. 1. nu. 8. de Confessione sacramental. quamuis consultius esset, quod in scriptis detur, ad finem, vt Confessarius valeat eam exhibere quoties occasio euenerit, prout, & ita solet seruari, & seruatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana, per quam præuio examine solet concedi ista approbatio, & facultas aliquando per sex menses, & aliquando per annum, iuxta personarum qualitatem, & idoneitatē.

RESOLVT. CCCXVI.

1 *Approbatio durat etiam post mortem approbantis, quousque reuocetur, & de ratione num. 2.*
Et quid in praxi seruetur, num. 6.
3 *Approbatio reuocari potest superueniente iusta causa, seu in idoneitate, & num. 4.*
5 *Authoris obseruantia in nouiter examinando Confessarios in eius aduentu.*

Approbatio Confessarij An reuocetur per mortem approbantis.

1 QVamuis iuxta dicta per Suarez disput. 28. sect. 8. n. 1. & per Vasquez quæst. 93. artic. 2. dub. 4. approbatio Confessarij facta à loci Ordinario possit reuocari; Tamen quousque reuocetur semper durat, ita quod neque per mortem concedentis extinguitur, Suarez to. 4. d. disp. 28. sect. 4. n. 22. Coninch. de pœnitent. disp. 8. dub. 7. n. 49. ad instar præsentationis mendicantium factæ Episcopo scribit Nauar. in Manual. c. 27. num. 266.

2 Nam hæc non solum est gratia facta, de qua materia optimè recenter discutit Nouarius to. 2. quæst. forens. quæst. 80., verum etiam iuridica declaratio, quæ procedit, & est in viridi obseruantia vsque quò in effectu reuocetur, licet possit ex aliqua iusta, & rationabili causa reuocari, vt dicit Suarez loco citato, quia fundamentum huiusmodi approbationis minimè est, & dicitur immutabile, cum fundatum sit in morum qualitate, scientia, & similibus conditionibus necessarijs ex parte Confessariorum, quæ qualitates possunt mutari, & sic Ordinarius potest retrocedere.

3 Quæ conclusio vera redditur ex dispositis in ca. accepimus de ætat. & qualit., ibi in illis verbis. (Nisi fortè postquam promoti fuerint reddiderint se indignos,) ex qua sanctione apertè patet, vt qui idoneus erat, posset euadere in idoneus, & consequenter approbatio iam facta posset reuocari, prout pluries vidi seruari in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & ego pariter seruaui in mea Diœcesi, in qua cum aduenissem, vt meæ conscientiæ satisfacerem mandaui, quod vocarentur omnes Confessarij approbati à meo prædecessore, & quos idoneos reperi, confirmaui, vt per Suarez loco citat. n. 5. Mirand. in Manual. Prælat. quæst. 45. art. 7. concluf. vnic. tom. 1.

4 Inde, vt ad articulum principalem reuertar in praxi seruatur, quod mortuo Ordinario solent Confessarij ab ipso expositi audire confessiones, donec licentia, seu delegata iurisdictio, aut à successore Episcopo reuoce-

reuocetur, aut confirmetur, Graff. decis. aur. li. 1. c. 13. n. 49. Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 18. n. 72. Henriq. in summa lib. 6. de pœnitent. c. 6. n. 7. Sayr. de censur. lib. 7. c. 14. n. 7. & ita tempore mei Vicariatus Capitu. li Sede vacante ob mortem Eminentissimi Domini Cardinalis Carafæ bonæ memoriæ seruatum est.

RESOLVT. CCCXVII.

1 *Regularis approbatus extra Diœcesim approbantis non potest audire confessiones.*
2 *Vrbanus Papa VIII. quid disposuit in materia priuilegiorum concessorum Regularibus in materia confessionis.*

Regularis approbatus ab aliquo Antistite an extra eiusdem Diœcesim peccata audire valeat absque alia approbatione.

1 REgulares semel ab aliquo Antistite approbati extra suam Diœcesim non posse audire confessionem, concludendum est cum Sylvest. in summ. in verb. confessus il 1. §. 14. Nauar. in Manual. c. 27. n. 266. vers. 6. Viuald. in Candelabr. aur. par. 2. tit. de absol. nu. 50. Beneuent. de pœnit. cap. 16. quæst. 3. dub. 2. Miranda in Manual. Prælat. quæst. 45. art. 8. concl. vnic. Valer. different. inter vtrumque forum in verbo absolutio, different. 1. nu. 2. vbi alios allegat firmans puniri posse si absque licentia, & approbatione Episcopi, quod etiã docet Nouarius in opusculo noui Iuris Pontificij concl. 2. in fine de Confessione Sacramentali.

Et his temporibus ex Bulla Sãctissimi Domini Nostri D. Vrbani Papæ VIII. 12. Septembris 1628. sunt reuocata omnia priuilegia quibusuis Religiosis, Societatibus, &c. audiendi Confessiones absque Ordinarij examine, & approbatione ibi (*Confessores verò siue regulares, siue seculares quomodocunque exempti, tàm ordinarij, quam extraordinarij ad confessiones Monialium, etiam regularibus subiectarum audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diœcesano idonei iudicentur, & approbationem quæ gratis concedatur obtineant.*)

PRAXIS EXTAVRITARVM.

RESOLVT. CCCXVIII.

1 *Extauritæ nomen declaratur.*
2 *Extauritæ dicuntur loca pia.*
3 *Loca quando dicantur Ecclesiastica.*

Quænam vocentur Extauritæ, & an dicantur loca pia.

1 NE super incognitis terminis procedere videamus scire debent cuncti, quod in Ciuitate Neapolis, imò, & in quantumplurimis eiusdem Regni partibus ex communi consuetudine congregandis laicis eiusdem octinæ, siue regionis, loci, vel parochiæ qui deputantur, ac præficiuntur, & onus habeant obuentiones pias exigendi illasque personis Ecclesiasticis, aut etiam in beneficium infirmorum egenorum, debilium, & aliarum miserabilium personarum distribuãt, & excarcerant pauperes, vel illis alimenta præstant, aut captiuos redimunt, vel orfanas, & pauperes dotant, & alia similia charitatis opera exercent, ac tales Congregationes, extauritæ appellari solent.

2 Quæ quidem vtique loca pia dicenda sunt, vt per Nouarium de elect. fori quæst. 56. sect. 2. in vltima impress. dum in eis opera pia exercentur, prout est egenos adiuuare, pauperes alimentare, orfanas dotare, & similia agere, nam secundum Authorem citatum in eodem tract. de elect. & variationis fori quæst. 42. nu. 11. in antiqua impressione Neapolitana sect. 1., vbi in aliquo loco sunt destinata bona in alimoniam pauperum, vel in eo exercentur aliqua opera pietatis, & charitatis, semper illa loca dicuntur pia, & gaudent priuilegijs piæ causę, ex dictis per Bald. consil. 162. vol. 5. & Capr. consil. 54. colum. 2. idem Nouarius in praxi elect. fori quæst. 43. num. 1. sect. 1. in antiqua editione.

3 Bene verum, vt loca Ecclesiastica appellari possint requiritur, quod sint approbata, & ædificata authoritate Romani Pontificis, vel Ordinarij Episcopi, iuxtã ea, quæ probauit Marta in tract. de iurisdict. cas. 113. à num. 21. cum seq. par. 4. taliter, quod vbi consensus Papæ, vel Ordinarij non apparet in fundatione bene appellari possunt loca pia, sed non Ecclesiastica, & Religiosa, iuxta ea quæ tradit Guttierez Canon. pract. quæst. lib. 1. quæst. 33.

RESOLVT. CCCXIX.

1 *Restitutio in integrum datur minori.*
2 *Restitutio in integrum datur Ecclesiæ.*
3 *Extauritæ quando detur restitutio in integrum, & numero 4.*

Extauritæ an habeant beneficium restitutionis in integrum.

1 CErtum est, quod restitutio in integrum, aduersus tres sententias conformes sicuti datur minori, Mysing. obseruat. 84. Menoch. consil. 478. num. 56. & consil. 757. num. 1. ita pariter competit ecclesiæ cui in hoc distinctè æquiparatur secundum Innoc. in cap. auditis de integr. restit. Cappell. Tolos. decis. 54. Benintend. decis. 85. num. 6. Mil. in promptuar. in versic. restitutio ita datur, vbi ait, quod ita datur minori, & ecclesiæ restitutio contra plures sententias sicuti contra vnam, idem dixit Roman. de loco pio singul. 94. Sfor. Odd. de restit. in integr. q. 3. art. 4. & 5. & art. 6. num. 46. & adde Bursat. cons. 55. num. 14. & in Minore, an & quando ei restitutio in integrum concedatur, seù alijs personis priuilegiatis ob peremptionem instantiæ, Castil. decis. 111. per totam, vbi examinat quæstionem, & Mut. decis. 58. intentum, quod statim, quod fuerit petita impedit exequutionem non cęptã, ad text. vbi gloss. in verbo postulata C. de integr. restit. postul. procedere, etiam aduersus tres sententias conformes, quando non petitur malitiosè, & per calumniam dixit, Salic. in l. 1. C. ne lic. tertio pro noct. quæst. vlt. contra Bal. ibidem contrarium tenentem Lancellot. de attentat. pendent. restit. in integr. num. 88. & seq. & num. 93. subdens hanc opinionem esse veriorem, & communiorem pro qua tenent longè plures Doct. & numero, & authoritate, & de magis communi dixit Gabr. de execut. rei iudic. concl. 1. n. 17. Cappell. Tolos. decis. 54. Mysing. centur. 3. d. obseruat. 84. ad finem, vbi refert ita in Camera sæpè decisum maximè quando ex antiquis, aut nouis actis aliquid appareat, quod cesset præsumptio calumniæ, Magon. decis. Flor. 104. n. 25. Mohed. decis. 77. & dec. 176. Mascar. concl. 1280. n. 18. & 23. qui post alios hoc intelligit; quando aliquid aliunde constaret de iniustitia sentẽtiarũ, Sfor. de restit. in integr. quæst. 43. art. 3. Laurent. in decis. Auenion. 2. per totam, Rimin. consil. 593. n. 28. & 69. velum. 5. & Tesaur. decis. 181. ad fin.

3 Sed an idẽ procedere debeat respectu extauritarũ, dubitari potest, & quidem prima facie videtur distinguendum, quod aut illæ sunt erectæ cum auctoritate Summi Pontificis, vel Episcopi loci ordinarij, & tunc sine dubio debet gaudere hoc beneficio restitutionis in integrũ, vt in simili iudicatũ refert Cabedus decis.

Lusitaniæ 51.n.8.part.1.vel non sunt erectæ cum istorum beneplacito, & tunc huiusmodi restitutionem prætendere nequeunt, prout in simili casu ex magis communi Doctor. opinione post alios testatur Lodouic.decis.Perusin.90. num.9.

4 Tamen totum contrarium indistinctè videtur verius, vt omninò competat beneficium restitutionis in integrum præfatis extauritis,& si authoritate Episcopi non erectis, vt concludit Nouarius in suo tract. de elect.& variat.fori quæst.56.n.12.sect.2.in vltima impress.Neapol.fol.159. & ita seruatur ita praxi.

RESOLVT. CCCXX.

1 *Visitari possunt extauritæ ab Episcopo etiam si sint intus Monasteria Regularium, num.2.*
3 *Altaria intus Ecclesiam Regularium qualiter visitẽtur.*

Extauritæ an possint visitari per Episcopum, & quid si existant intus Ecclesias Regularium.

1 NVlla debet cadere dubitatio,quin huiusmodi extauritæ debeant, & possint visitari per Episcopum stante dispositione Concil. Trident. sess.22. de reformat.c.8. vbi mãdatur Episcopos habere ius visitandi omnia Collegia, & Congregationes laicorum, quocumque nomine vocentur, & licet cura dictorum locorum ad laicos spectet, non obstante quacumque consuetudine, etiam immemorabili priuilegio, vel statuto.

Et in proprijs terminis loquendo propriè de huiusmodi extauritis,ita concludunt praxis Curiæ Archiepisc.Neap.c.17.circa finem,& Nouarius in suo Opusculo Iuris Pontificij concluf. 4. de visitatione num. 2. affirmans id esse verum siue illæ sint erectæ authoritate Episcopi,siue non,ex Valasc.decis.105. n.59.Garz. de benefic.cap.1.nu.602. in fin.part.5. Bouadil.in Politic.c.17.num.39.lib.2.

2 Quæ opinio est vera etiam,quod tales extauritæ essent intus Ecclesias Regularium, quia adhuc possent visitari per Episcopum, vt decisum in Sacra Congregatione Eminentissimorum Cardinalium Concilio interpretum, dicunt Margarit. casuum conscientiæ inverso. Episcopus il penultimo, & praxis Archiepisc. Neapol.c.21.in antiquis,quod tamen cessat in Altaribus,quę intra easdem Ecclesias Regularium consistũt, 3 nam Episcopus illa visitare non potest, nisi quo ad administrationem, vt scribit idem Nouarius loco citato num. 4., qui testatur sic rescripsisse Sacram Congregationem Eminentissimorum de Anno 1622. Episcopo Imolen. & ita ego consului ad fauorem Venerabilis Monasterij Carmelitarum Terræ Gragnani Licteren. Diœcesis in currenti anno 1630. dum Reuerendissimus Episcopus intenderet visitare quoddam Altare Extauritæ fundatæ intus dictam Ecclesiam.

RESOLVT. CCCXXI.

1 *Iuspatronatus in quibus Ecclesiis acquiratur.*
2 *Iuspatronatus extauritarum an dicatur laicale,vel Ecclesiasticum, & quid sentiat author, num.3.*
Et quid decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, num.4.

Iuspatronatus Extauritarum an sit Ecclesiasticum, vel laicale.

1 EST in iure satis tritum,quod iuspatronatus acquiritur in omnibus Ecclesijs, Cappellis, Altaribus, & pijs locis, glos.in ca.piæ mentis,& cap.filijs 16. quæst. 7.& toto tit.de iure patronatus,Card. & alij in ca. postulasti de iure patronatus,Card.in Clement. 2. quæst. 2. de iure patronat. Item iuspatronatus haberi potest in Ecclesijs Cathedralibus per laicos ex Papæ priuilegio, Præpositi.in c.hortamur dist. 117. qui patronatus non Episcopum, sed alios beneficiatos dictæ Ecclesiæ præsentabit,Præpositus in c.Imperium dist.10. quia Papa Episcopos facit, sed dictus Patronus habebit alios fructus iurispatronatus, excepta dicta præsentatione Episcopi, c.venerabilem, de elect. & c.nobis de iure patronatus,item competit iuspatronatus laico in Ecclesia collegiata dicto cap.nobis excepta præsentatione Prælati, nisi hæc expressè concessa sit, in fundatione glos.in dicto c. nobis in verbo nisi aliter, item competit dictis iuspatronatus etiam in Monasterijs, excepta tamen præsentatione, cap. monasterium 16. quæst.7.dicto cap.nobis, & cap. cum dilectus de consuetud.Abb.in consil.59.par.2.num.3.si in fundatione id fiat Cardin. Seraphin. decis.1305. item cõpetit iuspatronatus in Plebanatu, seu in Ecclesia parochiali per supradicta, & cum pleno fructu iurispatronatus, cum in ea non sit Collegium dicto c.nobis à contrario sensu; item competit iuspatronatus in Cappellis d.ca. nobis, Abb.in dicto consil.59. n.3. exceptis Cappellis fundatis in Ecclesijs Regularibus Monachorum, vel Mendicantium, erunt tamen patroni tales Fũdatores tantum quò ad ius honoris, scilicet processionis, & prælationis in Ecclesia,vel Cappella,vt in dicto c.filijs 16.quæst.7.item competit iuspatronatus in altari immobili ex fundatione, &c. aliquando enim Cappella pro altari, & è contra ponitur cap. quæsitum 1.quæst. 3.cap.si quis il primo 7.quæst.4.Abb.conf.89.lib.2.Et competit etiam iuspatronatus in hospitali religioso, Tarinus in c.de quarta num.14. c. de dilecto inter dilectus, & ibi Abbas de donationibus, prout competit etiam oratorio cum consensu Episcopi constructo, quia hospitale, & oratorium æquiparantur. Abb.in c. fin. de censibus, vnde iuspatronatum haberi posse etiã in extauritis ex supradictis liquidò constari potest.

2 Sed an tale iuspatronatus sit laicale, vel Ecclesiasticum posset dubitari,& Thesaurus fori Ecclesiæ par.2. c.21.n.239.dicit iuspatronatus ipsarum esse laicale,vt etiam refert Macerat.resol.66.num.1.lib.1.

3 Ego tamen pro veritate affirmo,quod si huiusmodi extauritæ sunt fundatæ authoritate Pontificis, vel Ordinarij; vtique iuspatronatus in eis constitutum non debet dici laicale, sed Ecclesiasticum,sed si careant tali authoritate Superiorum Ecclesiasticorum tunc posset procedi opinio supra allegata ea ratione, quia vt alias dixi, vbicunque huiusmodi extauritæ sunt erectæ authoritate Episcopi, absque dubio appellantur loca pia, & consequenter iuspatronatus in eis fundatum censendum est Ecclesiasticum.

4 Imò in Curia Archiepiscopali Neapolitana indistinctè fuit decisum iuspatronatus extauritarum dici Ecclesiasticum.

RESOLVT. CCCXXII.

1 *Bona Extauritarum quando alienentur absque assensu Apostolico, & quid sentiat Author, num.3.*
3 *Ecclesiæ sub nomine quando veniat Extaurita.*

Extauritarum bona an possint alienari absque Assensu Apostolico.

1 SI retineretur distinctio,quod vbi huiusmodi extauritæ sunt erectę cum consensu,& authoritate Pontificis, vel Ordinarij loci Episcopi, sunt loca pia, concludendum esset in casu proposito,bona extauritarum tunc posse vendi absque solemnitatibus iuris, & Extrauagantis ambitiosæ de rebus Eccles.non alienand., quoties non sunt erectæ cũ authoritate Superioris Ecclesiastici,at vbi interuenerit consensus Ordinarij loci

in

in fundatione, tunc vtique assensus Apostolicus esset necessarius in alienatione, alias alienantes inciderent in censuras, & contractus claudicaret, vt per Nouarium in suo Opusculo noui iuris Pontificij conclus. 1. sub n.2. versic. sic quæ pariter consultus de alienatio-
2 ne rerum Ecclesiæ, vbi concludit Ecclesiæ sub nomine tunc comprehendi huiusmodi extauritas quãdo sunt fundatæ authoritate Episcopi, & id notat in specie in materiæ alienationis bonorum Ecclesiæ.

3 Cæterum ego sum in opinione, quod cum bona huiusmodi extauritarum sint destinata ad pios vsus, & ad aliqua charitatis opera agenda; Ideò non possunt alienari absque debitis solemnitatibus ex dictis per Rebuff. de alien. rer. Eccles. num. 34. Guttierez Canon. quæst. lib. 1. c. 9. in fine; sicque in terminis terminantibus scripsit idem Nouarius pro contraria parte allegatus in suo tract. de elect. & variat. fori quæst. 56. nu. 11. sect. 2. in vltima impreis.

RESOLVT. CCCXXIII.

1 *Extauritarii sunt annales in administratione Extauritarum.*
2 *Extauritarii finito anno tenentur eligere successores.*
3 *Episcopi quando possint priuare Magistros extauritarum administratione.*

Magistri Extauritarum finito anno eorum administrationis an possint cogi per Episcopum ad eligendos alios successores.

1 SEruatur in praxi, quod pro conseruatione, & administratione huiusmodi extauritarum, eliguntur aliqui Magistri, qui curam habent exigendi obuentiones, & introitus earundem extauritarum, & faciendi expensas necessarias, & opera pia executioni demandare, qui quidem cum sint annales, finito tempore non possunt continuare officium, & munus, argumento text. in leg. 2. C. de muneribus, & honoribus, non continuandis, & lib. 10. §. 1. institutionibus de perpetuis, & temporalibus actionibus, cum alijs iuribus, de quibus apud Nouarium quæst. forens. 85. lib. 1. & con-
2 sequenter tenentur eligere successores, ne eorũ administratio perpetuetur, quod si essent renitẽtes possent cogi per Episcopum loci ordinarium ad illos eligendos, cum Episcopus dicatur Pastor huiusmodi ouium, & cuncti teneantur illi obedire taliter, quod possunt priuare Rectores, & Magistros earundem extauritarum, & alios substituere quando in administratione
3 malè se gessisse comperiantur, vt aduertit Duard. in explic. Bullæ Cœnæ Domini lib. 2. can. 15. q. 7. concluf. 6. num. 15. Genuens. in praxi Cur. Archiepisc. Neap. c. 17. in fin. qui sic pluries seruatum dicit.

Pro qua opinione etiam facit nam videmus licere Episcopo pro bono regimine similium locorum decreta ipsorum confirmare, reformare, & augere, non tantum in visitatione, quam extra, & sibi reseruare facultatem huiusmodi decreta reformandi, moderandi, & augendi ad sui libitum, vt decisum per Sacr. Congreg. Eminentiss. Cardinalium Concilij Interpetrum, testatur Nouarius in suo opusculo Iuris Pontificij noui concluf. 4. n. 5. sub rubr. de visitat. vbi etiam ex eiusdem Congregationis respõso est in opinione Episcopos virtute Concilij Tridentini, non solum in ipso actu visitationis habere ius visitandi hospitalia, & omnia pia loca quomodocunque nuncupentur, verum etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, quod similiter refert, & sequitur Beller. per eundem allegatus disquisition. Clerical. §. 12. num. 6.

Vnde cum in hac mea Ciuitate Vici Equensi Magistri extauritæ fundatæ, & erectæ intus Venerabilem Ecclesiam S. Mariæ de Thoro Clericorum Regularium Theatinorum post elapsum anni circulum, & plures alios menses non curarent eligere successores Magistros per Curiam Episcopalem fuit iniunctum præceptum sub pena excõmunicationis, vt magistros nouos eligerent, & crearent, qui tanquam obedientes filij cũ effectu statim electionem fecerũt, & ita seruat praxis.

RESOLVT. CCCXXIV.

1 *Extauritæ habentes Ecclesias cum campanis authoritate Ordinarii fundatæ censentur.*
Et quid si haberent nomen Sancti sibi appropriatum n. 2.
Et quid si adessent ibi Cemiteria, vel sepulturæ, num. 3.
Et in quibus aliis casibus num. 4. 5. & 6.

Extauritæ quando censeantur authoritate Pontificis, vel Ordinarij Episcopi fundatæ.

QVamuis plura signa possent asseri ex quibus huiusmodi extauritæ consensu Pontificis, vel Ordinarij loci censeantur constructæ, & fundatæ, tamen selectiora, & magis vsu frequentia hic adducere breuissime intendo.

1 Et primo, quando huiusmodi Extauritæ habẽt Ecclesias cum campanis in eisque celebrantur Diuina, Lambert. de iure patr. lib. 1. part. 1. quæst. 1. princip. art. 10. n. 10. Nauar. de foro cõp. consil. 3. Capuraq; decis. 328. par. 1. & sũt institutæ ad spiritualitatẽ, & charitatis professionem, Bursat. cõsil. 343. n. 12. volum. 4.

2 Secundo si haberent nomen Sancti sibi appropriatum, vt per Felin. c. de quarta n. 73. de præscriptionibus, Menoch. in tract. de præsumptionibus lib. 4. præsumpt. 115. num. 4.

3 Tertio si in illis extauritis adessent fortasse cimiterij, vel sepulturæ ex dictis per glos. in Clementina quia contingit de religiosis domibus, Roman. consil. 477. num. 12.

4 Quarto vbi huiusmodi extauritæ reciperent decimas, vt per eundem Roman. loco cit. num. 12.

5 Quinto si in eius fuerit seruata hospitalitas per tempus antiquissimum, Gabriel concluf. 2. num. 6. de pia causa.

6 Sexto si in eis exerceretur Sacramentum Baptismi, Romanus allegato consil. 477. num. 11.

Taliter, quod infrascriptis concurrentibus extauritæ semper censentur, erectæ authoritate Superioris Ecclesiastici, Marta de iurisdict. par. 4. cas. 113. Duard. in Bull. Cœnæ Domini lib. 2. Canon. 15. quæstion. 7. concluf. 2. num. 8.

RESOLVT. CCCXXV.

1 *Extauritarii sunt exempti à solutione decimarum, & quando id verum, num. 2.*
Et vide per discursum n. 3. vbi allegatio Mauri refertur.

Extauritarij an teneantur ad solutionem decimarum impositarum personis Ecclesiasticis.

1 SVnt qui putant extauritarios indistinctè esse exẽptos à solutione decimarum imponi solitarum à sanctissimis Pontificibus, iuxta variarum rerum etiam Ecclesiæ egestatem, & necessitatẽ sub prætextu, quod extauritarij sunt puri laici, quorum collegium est immune à solutione d. decimarum, prout per plura media concludit Afflict. in tract. iuris congruis in ii. col. dum discutit, vtrum in bonis extauritariorum habeat locum ius congrui.

2 Verum distinguendum est, quod vbi extauritæ sunt erectæ authoritate Papæ, vel Ordinarij, tũc quia inter loca pia connumerantur, propterea debent teneri ad solutionem decimarum, & quia circa hunc articulum

allegationem compilauit Maur. regiſtratam num.41. volui illam per extenſum inſerere.

3 *In cauſa Reuerendiſs. Domini Nuntii Apoſtolici contra Marg.nobilis Sedis Portæ nouæ Ciuitatis Neap.aſſertos extauritarios Cappellæ,ſeu Altaris Sanctæ Crucis cõſtructæ intus Eccleſiam S. Mariæ ad Coſmodium huius Ciuitatis ſuper petita ſolutione decimarum nomine dictæ Cappellæ, vt ex proceſſu, & actis.*

Prima conſideratione dici poſſet dictos nobiles non teneri ad decimas prædictas, ex quo ſunt puri laici, quorum collegium eſt immune à ſolutione dict. decimarum, prout per plura media cõcludit D. Matthæus de Afflict. in tract. iuris congrui 11. col. dum diſcutit q. vtrum in bonis extauritariorum habeat locum ius congrui allegando Ioan. de Imol. in Clem. per literas de præben. & referendo etiã quod alias Rex Ferdinandus aſſerunt extauritas non teneri ad decimas perſoluendas, vt vbi per eum, quod ipſi ſint extauritarii adminiſtrauerint bona per eos poſſeſſa nituntur in poſſeſſione centum annorum, quam aſſerunt bene probaſſe, quæ poſſeſſio habet vim tituli, ſeu priuilegii, l. hoc iure §. ductus aque ff. de aqu. quot. & æſtiu. cap. 1. de reſcript. in 6. cap. ſuper quibuſdam, extra de verb. ſignific. cum aliis vltim.

Fortificantur prædicta ex multis inſtrumentis antiquis præſẽtatis per dictos nobiles, in quibus aſſertiuè, ſeu enunciatiuè fit mentio de extaurita, & quod d. nobiles ſunt extauritarii S. Mariæ in Coſmodium per quæ inſtrumenta bene probatur ipſos eſſe extauritarii Cappellæ S. Crucis intus Eccleſiam prædictam S. Mariæ conſtructæ, ita punctualiter dixit Bald. in l. cum aliquis, C. de iure deliber. dicens, quod inſtrumenta antiqua facientia mentionem de confinibus enunciatiuè, vel aſſertiuè probant illa confinia ibi mentionata, quem ſibi ſequitur Salic. & Iacob. Butr. in l. optimam, C. de contrahend. & committ. ſtipulat. Anton. de Butr. in c. cum dilectus extra de ſucceſſ. ab inteſt. & Franc. de Aret. in conſil. 42. incip. viſo conti. elegãtiſſimo.

Attamen his non obſtantibus dico ipſum Dominum Nuncium poſſe exigere d. decimas de bonis per ipſos nobiles detentis tanquam ſpectantibus ad Eccleſiam Sanctæ Mariæ, & Cappellæ ibi conſtructam, & ſignanter ad Cappellam Sanctæ Crucis ibi fundatam, prius tamen præſuppoſito, quod dicti nobiles allegant quandam Cappellam S. Crucis intus dictam Eccleſiam fundatam fuiſſe, & eſſe extauritam, vt in articulis, & multis eorum comparationibus habetur, alio etiam præſuppoſito, quod Eccleſia Sanctæ Mariæ in Coſmodiũ eſt Parochialis, & dicta Cappella eſt conſtructa intus dictam Eccleſiam, prout tàm dicti nobiles, quam ipſe D. Nuncius plenè probarunt.

RESOLVT. CCCXXVI.

1 *Priuilegia conceſſa Eccleſiæ trahuntur ad Extauritas pia cauſa, & Eccleſia parificantur.*
2 *Priuilegia Eccleſiæ conceſſa trahuntur ad hoſpitalia.*

Priuilegia conceſſa Eccleſiæ An trahantur ad Extauritas.

1 AFfirmandum eſt, quod priuilegia conceſſa Eccleſię trahuntur quoque ad extauritas, cum tunc bene appellentur loca pia, vnde tanquam tales gaudere poſſunt priuilegijs Eccleſiæ, cum quælibet pia cauſa gaudeat eiſdem priuilegijs, quibus gaudet Eccleſia, Io. Andr. Anchar. & Domin. in c. 1. nulli ante finem de rebus Eccleſ. non alien. vbi adducit rationem, quia pia
2 cauſa, & Eccleſia æquiparantur de iure, vt latius proſequitur Nouarius in ſuo aureo tract. elect. fori queſt. 50. ſect. 2. in vltima impreſſione, vbi ideò firmat regulam, quod ſicuti Eccleſia habet beneficium electionis fori, de quo in l. vnica, C. quando Imper., ita pariter; & pia cauſa.

Facit etiam pro comprobatione, nam in ſimili videmus, quod priuilegia conceſſa Eccleſijs competunt etiam hoſpitalibus l. omnia C. de Epiſcop. & Cleric. §. final. auth. de Eccleſ. titul. Rota. conſ. 7. nu. 7. volum. 3. Dec. conſil. 488. num. 14. Alex. conſil. 9. num. 5. vol. 2.
3 Nouarius qui plures alios adducit concordantes, & multa corrollaria facit in eodem tract. de elect. & variat. fori quæſt. 54. ſect. 2., ergo idem dicendum eſt fauore extauritarum, quia valere debet argumentum de hoſpitalibus ad extauritas, & è contra de extauritis ad hoſpitalia, & vni conceſſum debet habere locum in alio, ſicuti alteri prohibitum, debet eſſe quoque prohibitum, & alio.

RESOLVT. CCCXXVII.

1 *Extauritarij, & Adminiſtratores Eccleſiarum tenentur reddere rationem adminiſtrationis.*
2 *Epiſcopi exigunt rationem ab Adminiſtratoribus locorum piorum.*

Extauritarij an cogantur reddere rationem adminiſtrationis factæ coram Epiſcopo.

1 PRacticatur tàm in Ciuitate Neapolis, quam & alibi, vt extauritarij cogantur dare rationes geſtæ adminiſtrationis coram locorum Ordinarijs, quę praxis corroboratur, nam Adminiſtratores, tàm Eccleſiaſtici, quam laici fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ etiam
1 Cathedralis, Hoſpitalis, Confraternitatis, eleemoſynæ, Montis pietatis, & quorumcumq; piorum locorũ rationem reddere tenentur ſingulis annis ſuæ adminiſtrationis Ordinario, conſuetudinibus, & priuilegijs quibuſcumque in contrarium ſublatis, niſi ſecus fortè in inſtitutione, & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ expreſsè cautum eſſet, hæc ſunt formalia ferè verba Concil. Trident. ſeſſ. 22. de reformat. ca. 9. de cuius materia vide Guttierez lib. 1. c. 35. n. 19. cum ſeq. Flores variar. reſol. quæſt. 21. num. 180. cum multis ſeq. Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. c. 395. Gonzales ad regul. 8. Cancellariæ glo. 5. n. 45. & glo. 29. n. 3. Modern. de iuriſdict. p. 2. cap. 18. num. 6. 9. & 10. Rota Roman. apud Farinac. deciſ. 355. par. 1. tom. 1.
2 De omnibus locis pijs Epiſcopo ratio reddenda eſt ab Adminiſtratoribus, ſiue ea ſint publica, ſiue priuata Eccleſiaſtica, vel laicalia refert deciſum Armendariz in addit. ad recopil. Legum, Nauar. lib. 12. tit. 18. l. 7. num. 78. poſſint ab huiuſmodi Adminiſtratoribus rationis adminiſtrationis exigi, donec coram eorum Ordinario doctum fuerit de inſtitutione, in qua ſecus expreſsè cautum ſit, prout deciſum refert Modern. de iuriſdict. dicto loco, & Epiſcopi valent laicos compellere ad executionem, vt tenet Stephan. Gratian. Marchiæ dec. 189. dub. 2. & hæc poteſtas tranſit in Capitulum Sede vacante. Quarant. in ſumma Bullarij verbo Capitulum verſ. 7. pag. 136. praxis Epiſcopal. p. 2. verb. Capitulum §. 9.

Si quis autem Adminiſtrator piorum locorum videns ſe conſtrictum ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis appellaret, licet admittatur appellatio non propter hoc impeditur, aut ſuſpenditur executio, ita refert deciſum praxis Epiſcopal. par. 1. verbo Hoſpitale §. 3. verſic. 6.

PRAXIS PVNIENDI REGVLARES.

Recedentes ab eorum Conuentibus, prætextu recurſus ad Superiores ſupremos.

RESOLVT. CCCXXVIII.

1 *Pœna contra recedentes ab eorũ conuentibus reponitur.*

Quid

Quid Sancitum fuerit per Concil. Triden. circa receſſum Regularium à Conuentibus abſque licentia.

1 COncilium Tridentinum ſeſſ. 25. de Regularibus c. 3. prohibet receſſus Regularium ab eorum Conuentibus, per hæc verba, *Præcipit non licere regularibus à ſuis conuentibus recedere, etiam prætextu ad ſuos Superiores accedendi, niſi ab eiſdem miſſi, aut vocati fuerint, qui verò ſine prædicto mandato in ſcriptis obtento repertus fuerit ab ordinarijs locorum tamquam deſertor ſui inſtituti puniatur.*

RESOLVT. CCCXXIX.

1 *Confugere ad Superiorem An liceat monaco ſi malè tractetur à Prælato, & num. 2. & 4.*
3 *Punitur ſcandalum præbens.*

Regularis recurrens ad Superiorem propter auſteritatem Prioris an incidat in pœnas Concilij.

RAmirez in ſuo doctiſſimo tractatu de confirmatione ordinis Diui Iacobi, declarat. 4. quem refert, & ſequitur Rodriquez in conſil. 77. n. 15. & ſeq. & Cęuall. lib. 1. communium contra communes q. 33. Mordicus firmat non eſſe licitum alicui Religioſo etiã
1 ſi male tractetur, confugere ad Prælatum ſuperiorem abſque licentia Prælati inferi propter eius auſteritatem, vel propter aliam cauſam, & tales confugientes puniri debere à ſuperioribus grauibus pœnis.

Cuius doctiſſimi viri ſententiam, veram eſſe exiſtimo duobus concurrentibus.

2 Primo, vt cum ſcandalo Regularis pergat ad ſuperiorẽ abſq; licẽtia: ratio eſt, quia in iure valdè puniuntur
3 ſcandala præbentes, vt probat text. & ibi latiſſimè Felyn. qui effectus ſcandali colligit, in cap. nihil cum ſcandalo de præſcriptionibus, Lapus allegat. 37. Clauaſs. in eius ſumma verſ. ſcandalum, Monald. in conſ. 97. vol. 1. præſertim in Regularib. in quibus Conc. Trid. aggrauat pęnas, vt patet in ſeſſ. 25. de regularibus c. 14.

4 Secundò requiritur, vt regularis valdè grauetur à Superiore inferioti, quia in tali caſu vbi ſupra modum grauatus, & abſque ſcandalo accedit ad ſuperiorem, vt ipſum à tali grauamine ſubleuet, hoc caſu videtur appellare poſſe, vt optimè per Rodriquez tom. 1. quæſtionum regularium quæſt. 30. art. 3.

RESOLVT. CCCXXX.

1 *Concilium Tridẽtinum non tollit iuſtam appellationem.*
2 *Abbatis conſenſus non eſt neceſſarius, vbi ipſe Abbas eſt inquirendus.*
3 *Adire Superiorem ob iuſtum grauamen ſapit naturam appellationis.*
4 *Clauſula appellatione remota non tollit grauamen irreparabile.*

Regularis grauatus recedens à Conuentu abſque licentia Superioris cum appellatione ad ſupremum Superiorem an puniri poſſit.

1 IDem Rodriquez loco ſupracitato firmat Concilium non voluiſſe derogare, vel tollere iuſtam appellationem in tam graui ratione fundatam ca. ſuſpicionis de appellationibus c. ex parte, vbi latiſſimè Felyn. de reſcriptis præſertim, vt non ſit petenda licentia ab eo ad cuius grauamen tollendum adit Superiorem, cuius ſententia infra dicendis comprobatur fundamentis.

2 Primò per gloſ. in c. cũ paſtoris 2. quæſt. 2. vbi probatur non eſſe neceſſarium Abbatis conſenſum quoties ſubditus vellet accuſare ipſum Abbatem confert ad hoc text. cum ibi traditis in ca. ex parte de accuſationibus, Rota in deciſ. 3. eod. tit. Trentacinq. in conſ. 4. n. 1. & ſeq. vol. 1. Surgent. de Neapol. illuſtrata lib. 1. c. 25. n. 21. Giurba conſ. 69. n. 18. vbi plura.

Secundò ex text. in c. de priori, de appellationibus, vbi iubetur caſtigari prior, quia appellationem non admiſit, latiſſimè Scaccia in eius tractatu de appellationibus lib. 2. quæſt. 2. nu. 16. & ſeq. gloſ. in c. cum appellationibus de appellationibus in 6. Quarant. in ſũma Bullar. in verb. Archiepiſcopi authoritas quæſt. 3. Achill. de Graſſ. in deciſ. Rot. 7. de appellationibus.

3 Tertio ex tex. in cap. dilecti de appellationibus, vbi adire ſuperiorem ob iuſtum grauamen habet vim appellationis præſertim apud religioſos, cum appellationem non videatur prohibere Concilium, & conſequenter, nec vt valdè grauatus per viam iuſti grauaminis, & appellationis iuſtæ, verbo, vel facto poſſit adire ſuperiorem ad conquerendum de illo.

Quarto ex Conſil. Nauar. 6. de appellationibus, vbi ſi per S. C. hoc prohiberetur, eſſet obuiare iuri naturali tollendo appellationem l. 1. ff. de appellationib. Hinc
4 eſt, quod clauſula appellatione remota non tollit grauamen notabile, Gratian. in deciſ. 128. Doct. in c. paſtoralis de appellat. & fuit deciſum in Rota apud Verallum deciſ. 3. part. 1.

Quinto ex eodem Nauar. qui eandem opinionem defendit in c. nullam 18. quæſt. 2. nu. 52. dicente Concilũ Trident. non vetare appellare, ſed adire ſuperiorem ſine licentia Prælati, quod longè aliud eſt, idẽ docet Nauar. lib. 2. conſ. 4. de appell. intelligendumque eſſe dictum Concilium de illo, qui non grauat ſine vllâ appellatione ad ſuperiorem ire vult, eo ſolo quod prętendat licere ſibi adire illum ſine Prælati immediate licentia petita ſalua iuſta de cauſa.

Sexto probatur pulcherrimè ex Rodriq. tom. 1. quæſt. 29. art. 2. Arag. 22. q. 69. art. 3. Soto li. 5. de iuſtitia, & iure quæſt. 6. art. 3. idem Rodriq. in ſumm. de ordine c. 13. num. 4.

RESOLVT. CCCXXXI.

1 *Reus quando excuſatur à fuga.*
2 *Iuſte fugiens non dicitur fugitiuus.*
3 *Recurſus ad Superiorem non eſt prohibitus.*
4 *Ius ſuperioritatis à Principe abdicatum non cenſetur.*

Regnlaris recedens à Conuentu prætextu grauaminis, ac iuſtæ appellationis an poſſit capi, & detineri per Ordinarium loci.

1 NAuart. vbi ſupra tenet, quod licet Ordinarius iuſtè poſſet capere talem regularẽ per ſuum territorium tranſeuntem iuxta diſpoſitionem dicti Concilij, non tamen iuſtè retinere, nec punire ſi fidem faceret ſe Iudicem grauare, vel grauaminis prætextu iter arripuiſſet ad Superiorem, & licentiam in ſcriptis non deferret ſecum, quia noluit eam ſibi concedere Prælatus à quo appellauit, aut iuſtè metuit eam petere, vel quia ob appellationem, vel licentiæ petitionem in carcerem iniuſtè conijctus fugit.

2 Cuius concluſionis ratio eſt, quoniam cum recurſus hoc in caſu non prohibeatur, impediendus ergo non eſt ad text. l. cuiuſque 3. reſpon. ff. ad l. Iul. maieſt. ex quo Doct. inferunt Barones eorũ Vaſſallos prohibere non poſſe ne Regem adeant, & qui eos prohibuerit in læſæ Maieſtatis crimen incidet, Apen. in l. 1. ad fin. C. vt nemo ad ſuum patrocin. lib. 11. Pute. de Syndic. rubr. de exceſs. Baron. §. an Baro, Cãpan. in c. grauamina n. 60. Anna ſingul. 62. Afflict. deciſ. 265. n. 97. & ibi Vrſill. n. 101. Boer. deciſ. 215. nu. 28. Capyc. deciſ. 130. num. 10. Surgen. de Neap. Illuſt. lib. 1. cap. 25. num. 13. Prętерquam in ſuæ iuriſdictionis præiudicium, Fab. in

leg. 1. C. de offic. præfect. vrb. Boer. decis. 114. Mastrill. decis. 9. nu. 5. ac ne coram alio Iudice inuito Domino litigent, Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 10. num. 10. & in terminis, quod Vassalli prohiberi non possint ne Re-
3 gem adeant, & si Barones pro eorum negotijs non possint ad eum mittere in consulto Prorege, ac sine suis literis, edocuit Maynard. in constit. in aliquibus, glos. Comitum, & Baronum n. 54. Trentacinq; cons. 4. num. 4. Surgen. c. 25. num. 21.

RESOLVT. CCCXXXII.

1 *Episcopus nequit retinere Regularem, qui transit per suum territorium absque licentia Superioris.*
2 *Recursus, vbi non est prohibitus non venit impediendus.*
3 *Vassalli non possunt prohiberi ne adeant Regem.*

Regularis recurrens ad Superiorem supremum absque licentia Prælati inferioris timens ne ipse sæuiat, an incidat in pœnas Concilij.

1 REspondeo minimè incidere, nec ab Ordinario loci puniri posse, nam si quis metu Iudicis fugiat timens ne ipse sæuiat, aut quid iniustum in eum committat excusatur à fuga leg. contra pupillum ff. de re iudic. Bertaz. consil. crimin. 468. Caualcan. consil. 12. Boer. decis. 215. Calefat. cons. 87. Valenzuol. consil. 50. Vrsill. ad Afflict. decis. 265.

2 Hinc est, quod seruus, qui iuste ausugit non dicitur fugitiuus l. quod sit fugitiuus, §. 1. ff. de ædil. edict. Beltrand. cons. 41. & qui fugit ad Dominum, fugere non dicitur, Ceppoll. in l. si quis sit fugitiuus n. 21. Nec qui ad Superiorem accedit, vt iustitiam assequatur, Paris. de Syndic. verb. fuga officialis c. 2. n. 4. Nec in pœnam fracti carceris incidit, Hostiens. Innoc. Abb. n. 19. c. vt debitus de appellat. Iacob. à S. Georg. l. 1. nu. 9. C. de seru. fugit. Boer. decis. 215. Mastril. decis. 295. Menoc. de arbit. ad cas. 301. Marta dec. 234. Mascard. de probat. conclus. 820. cum carcerationis timore 15. fugisse præsumatur cuius causa est inquisitio, vel accusatio quam nemo innocens pati vult, Bart. l. 1. ff. de bon. eorum, & alij, licet citatus ad huc non fuerit reus, Dec. cons. 283. Paris. cons. 133. Menoch. cons. 284. n. 25.

4 Ratio rationis est, quoniam recursus ad Superiorem non est prohibitus licet prohibita ei sit appellatio, Rom. cons. 323. nu. 14. & ibi Scholast. verb. officij, Menoch. de arbit. q. 70. Franch. decis. 148. Tusch. lit. R. conclus. 64. Cancer. 3. resol. cap. 18. quia recursus inter regalia est, quæ non abdicantur à Rege, Oliban. de offic. ca. 3. Imò ijs in casibus quibus recursum à se abdicare permittitur, nec in totũ à se abdicare posset, dict. Oliban. de offic. cap. 11. Cum nec ius superioritatis à Principe abdicatum censeatur, Bald. l. fin. C. de iurisdict. omn. iudic. Natta cons. 487. n. 12. Inferioris ergo Iudicis iudicium non redditur eluforium, quia si ea in causa ad Superiorem recurrit reus cuius prohibita fuit appellatio Iudicis, à quo manus non sunt ligatæ in suam sententiam exequendo donec sit inhibitus, Abbas in c. pastoralis de appell. Marant. titul. de appell. Ludouis. Rota decis. 435.

RESOLVT. CCCXXXIII.

1 *Carcerem non dicitur frangere, qui ad Superiorem recurrit, nec rumpit fideiussionem, num. 2.*
3 *Arreptio itineris habet vim appellationis.*

Regularis recedens à Conuentu absque licentia superioris, an dicatur apostata si ad Superiorem fugit.

1 REspondetur negatiuè, si quidem recurrẽdo ad Superiorem non dicitur apostata, sicut à simili carcerem non frangit, qui ad superiorem fugit, Hostiens. Innoc. Abb. n. 19. c. 14. debitus de appellat. Iacob. à S. Georg. l. 1. nu. 9. C. de seru. fugit. Alber. l. & si post tres ff. si quis caut. Perez l. 34. ad finem, Boer. decis. 215. Mascard. de probat. conclus. 820. Mastrill. decis. 295.
2 Marta decis. 234. Nec officialis à sindicatu fugisse dicitur qui M. R. C. adijt Carrau. de sindicat. p. 1. n. 214. Nec in stipulatam fideiussionis pœnam incidit ex Rit.
3 163. Gramm. cons. 42. Vrsill. dec. 130. Anna singul. 561. Caball. resolut. crimin. cas. 42. Quia itineris arreptio appellationis loco est, c. cum olim de dol. & contum. c. cum causam de officio deleg. c. audita de restitut. spoliat. Ioannes Andr. c. dilecti. de appell. Angel. l. cũ quidam ff. eod. Boer. decis. 215. Lãcellot. de attent. 1. par. c. 11. Marta decis. 134. Tuscus lit. I. conclus. 366.

RESOLVT. CCCXXXIV.

1 *Reus exiens à domo sibi pro carcere assignato, num contrauenit.*
2 *Discedens animo redeundi, in pœnam non incidit.*
3 *Rediens sponte, non dicitur habuisse malum animum.*

An recessus Regularium absque licentia sit punibilis, vbi pœnitentia ductus statim redierit.

NOn esse punibilem examinauerunt à simili loquendo Bald. in cons. 37. num. 2. & seq. volum. 2. Alex. in cons. 52. Vulpell. in cons. 12. nu. 22. & seq. pro quorum sententiæ comprobatione adducitur Carrer.
1 in praxi tit. de inditijs, & torturis §. tertium inditium, vbi pœnali stipulationi non contrauenitur si à domo pro tuto carcere reo assignata exierit reus, & postmodum statim redierit, Bald. in l. 1. nu. 7. C. de edilit. edict. & in l. 1. n. 15. C. de seruis fugitiuis, Rom. cons. 193. Grammat. in consil. 57.

2 Comprobatur secundò, pariter à simili, quod discedens animo redeundi in pœnam minimè incidat, Lanar. in cons. 7. num. 10. Grillenz. in cons. 132. n. 19. latè Nouarius foreas. quæst. 28. tom. 1.

Comprobatur tertiò, ex cons. Giurb. 34. vbi satis durum est si ex paruo interuallo committatur pœna, vt mora purgari non possit, Bertaz. in consil. 303. Laderch. in cons. 197. cum mora breuis non cõsideretur, Nouarius loco citato n. 7. vbi etiam, quod momentanei actus in pœnalibus non sunt in consideratione.

3 Quartò comprobatur, quia recedendi animum non præsumitur habuisse qui sponte redijt l. nihil interest, ff. de postliminio reuersis, nec carcerum efractor est, qui reuertendi animo ab eis exierit, Alex. ad Bart. in l. 1. ff. de efractatoribus, Boer. in decis. 215. n. 17. Honded. cons. 94. Mascard. de probat. conclus. 266. nu. 22. Farinac. q. 30. num. 149.

Et ratio suprà dictorum omnium comprobationũ est, quoniam illic censetur reus persistere, vbi redeundi animum habere constat, Bart. in citata l. nihil interest, Bald. in cons. 91. n. 6. & seq. & Lanar. in citat. cons. 7. nu. 10. nec sufficit inobedientiæ actus, sed dolus requiritur, Merlin. in decis. 25. nu. 2. Viuius decis. 505. & Giurba vbi sup. n. 9. & seq. vbi nonnulla similia ad huius dubitationis comprobationem more suo adducit.

RESOLVT. CCCXXXV.

1 *Iuri suo quilibet renunciare potest.*
2 *Vouens castitatem renunciat iuri quod habet.*

An sit aliqua Religio, in qua eius Regularibus denegetur recursus, seu appellationis refugium.

SAnctissime in Constitutionibus Ordinis Fratrum Prædicatorũ interdicitur ipsis religiosis appellatio, licet

tio, licet enim oppressis ius naturale subueniat per appellationis beneficium, tamen quicumque potest si
1 vult huic iuris naturalis subsidio renunciare, & eo ipso quod aliquis in prædicta Religione professionē emittit, & secundum illius ordinis leges, & constitutiones viuere vult huiusmodi recursum denegantes, præterquam in capitulis, aut visitationibus videtur huic priuilegio, & fauori naturali renūciare, quia quemadmo-
2 dùm vouens castitatem renunciat iuri quod habet ad contrahendū matrimonium, & manet alligatas ad viuendum in statu cælibatus, & vouens paupertatem renūciat libertati à iure naturali sibi concessæ ad obtinēda, & possidenda bona temporalia, & adstringitur in paupertate perpetua viuere, & per obedientiæ votum renunciat libertati iure naturali sibi competenti, & subditus alligatus, aut religatus remanet. Hoc ipsum dicendum est de appellationibus postquā Bonifacius Papa IX. quibusdam literis datis Romæ anno 1302. eas appellationes abstulit à prædicto sacro Prædicatorum Ordine, itaque quomodocunque Religiosus sit grauatus per sententiam à suo superiore admittenda est appellatio, & sic si ea non obstante executioni mādabitur sententia Superioris erit articulus violentiæ nisi contrarium per constitutiones, & ordinamēta ordinis fuerit dispositū, vt in c. ad nostram de appellat.

RESOLVT. CCCXXXVI.

1 *Læsus iniuria affligitur.*
2 *Religiosis excluditur aditus ad Regia Tribunalia.*

Cur facultas appellandi, ac recursus, sit sublatus aliquibus Religionibus ad ornatum cap. ad nostram de appellat.

REspondeo cum Rodriq.to.1.quæst.29. art.3. & in summa in fine tit.de ordine iudic.ca.13. num.5. Couarr.in practic.c.23.vers.6. versic.8. Zerola 2.par. §.Regulares vers.6.per quam sanctè in plurimis Religionibus appellādi vsum fuisse abiectum, nam quamuis fortasse euenire aliquando possit, vt Monachus ali-
1 quis iniuria læsus affligatur, hæc tamen damna, quæ rarissimè contingunt pace, & quiete totius Religionis compensantur, cum illius neruus atque decus in eo maximè consistat, vt altissimo silentio inter fratres q; sua est professio, vt planiter tractent, & transigant nec se seculo prodant, aut saltem non facilè causas extra religionem deducant, ex quo non leues perturbationes, ac iurgia oriuntur in grauissimum Religionis de-
2 trimentum, & ob hanc causam excluditur religiosis in Hispania aditus ad Tribunalia Regia per viam violētiæ ex l. 40. titul. 5. lib.2. Aduertendum tamen est ex Nau.lib.2.de appell.conf.4.quod id quod dicitur non licere religiosis appellare, quia illis interdicta appellatio intelligendum est, quando non est excessus in correctione, & mandata, vel præcepta Superiorum sunt rationabilia, & legitimè facta, vt diximus in quæst.74.nu.24. & in lectura glos.5.nu.19. Cæterum si superior in ijs deficiat potest religiosus appellatione tanquam iuris naturalis subsidio se tueri.

3 *Reparatio Ecclesiæ spectat ad percipiētes fructus ab ea.*
4 *Consuetudo attenditur in materia reparationis.*

Quis teneatur ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis.

1 ECclesiam Cathedralem egentem reparatione tenetur Episcopus reparare, Io.Gall.9.siue Arresto 293. post Stephanum Aufrer. in decision. Cappellæ Tholos. 500. Renat. Choppin. de sacra. forens. Polit. lib.3. c.artic.11. quos sequitur Geraldus Maynardus, in decision. Tholos.40.lib.1. Reusnerus in decis.1. lib. 4.num.30.

2 Eodem etiam modo parochialem Ecclesiam illius Rector reparare tenetur, vt voluit Cappella Tholos. in decis.499. Valasq.in decis.179.n.7. & decreuit Cōc. Trid.sess.21.c.7.incip.cum illud, vide Pappon. Arrest. Curiæ lib.1.tit.1.Arrest.12.

3 Et omnes tenentur, qui ab Ecclesia recipiunt fructus decimales, Maynardus in decis. Tholos.31. lib.1.

4 Supradictæ tamen conclusionis decisio recipit nōnullas declarationes, quarum prima illa est, insp iciendam fore consuetudinem, vt is ad reparationem teneatur, qui consuetudine reparare solitus sit, vt argum.cap.ad Apostolicæ extra de Symon. voluit Abb. Panorm.in c.1.n.3. de Eccles.ædific. & voluit Aufrer. in dicta decis.Cappellæ Tholos.499.

5 Secunda, est simili præcedenti, quod in Ecclesia in qua est quarta reddituum, vel relictorum deputata pro illius fabrica, & reparatione eroganda est, & tunc nec Episcopus suam, nec Rector parochialem suam reparare tenebuntur, prout Simplicius, & Gregorius Summi Pontifices statuerunt in c.quatuor, c.de redditibus, c.cognouimus 12.q.2. Hostiens.in summa titul. de Ecclesiæ ædific.§.1. in fine Panorm.in dicto c.1. & Aufrer.in dicta decis.499. Ripa li.3. Responsor.c.22. n.3.post alios, Aluarus Valasc.consult.siuè decis.1079. n.7.cum his quæ allegat.Fuschus de visitat.lib.1.c.10. n.15.16. nouissimè renatus Choppin. de iure Cœnobiorum lib.1.titul.2. art.11. Maynard. in decis. Tholos.41.Petr.Gregor. Syntagmat. iuris vniuers.lib.2.c. 1.num.12.

6 Tertia declaratio, non teneri Episcopum non Prælatum ad Ecclesiæ reparationem, si ab hostibus sit destructa, vt censuit Arrest. Curiæ Franciæ 69.

7 Quarta declaratio est, vt tunc Prælatus, & Rector teneatur ad Ecclesiæ reparationem, deductis tamen ijs, quæ pro necessitate vti possint, & sic de superfluis tantum teneantur, vt dicit Cappell. Tholos. in dicta decis.599. Hostiens.Panorm.& Aufrer.in locis allegatis, Valasc.in dicta consultatione, siue decis.179. n.22. & 23. & 26. & in hoc casu est fructuum modicitate, & insufficientia, non tenentur argum. c.decernimus 10. q.1.c.de his, de Eccles.ædific.& voluit Concilium Tridentinum sess.21.c.7. incip.cum illud, ibi, qui si non fuerint sufficiens, quod aduertit Costa de remed. subsidiar.remedio 106.illatione 2.num.1.2.& 3.

8 Quinta declaratio sit, vt his omnibus deficientibus teneantur subditi, & Parochiani cum ibidem recipiāt Sacramenta, argum.c.si Episcopus de offic.ordin.in 6. Panormit.in dicto c.1.n.3.& 4.in cap.de his num.3.& 4.eodem titul.Aufrer.in dicta decis.Cappella Tholos. 499.Valasc.in dicta consultatione, siuè decis.1079.n. 26. cum pluribus seqq. Const. de modicitate reddituum Ecclesiæ, quod & probauit etiam Sacrum Tridentinum Concilium in dicta sess.21.c.7.supra allegato, Fuscus de visitat.lib.1.c.10.sub nu.16. Maynardus decis.Tholos.32.

Eoq; casu Parochiani tenentur ad opera cum operibus manualibus, & cum curribus, & tenentur dare calcem, & cæmenta vsq; ad finem operis perfecti, & Ecclesiæ ædificatæ, Maynard.in dec. Tholos.32. & in decis.33.

PRAXIS REPARATIO ECCLESIARVM, & Cappellarum.

Iuxta Concilium Tridentinum sess. xxj. Canon. vij.

RESOLVT. CCCXXXVII.

1 *Reparatio Ecclesiæ Cathedralis spectat ad Episcopal. quod declaratur, vt num.4.5.6. & 8.*
2 *Reparatio Ecclesiæ parochialis spectat ad parochum.*

RESOLVT. CCCXXXVIII.

1 *Reparationem Ecclesiarum Episcopus in visitatione præcipuè considerare debet.*
2 *Reparatio Ecclesiæ patronatæ ad quem spectat.*

Ecclesiam, vel Cappellam patronatam, quis teneatur reparare, & paramentis instruere.

1 VIgilare summopere debet Episcopus, præcipuè in visitatione circa Ecclesiarum, & Cappellarum reparationem, dotationem, earumque paramenta, & alia necessaria, ca. Episcopum 10. quæst. 1. exemplum singulare præstitit Dauid, qui dixit Nathan Prophetæ. Ecce ego habito in domo cedrina, Arca autem Domini sub pellibus est, & proposuit ædificare templum, quod debent cõsiderare omnes diuites, sed præcipuè Episcopi, 1. Paralyp. c. 16. hinc oritur dubium, si Ecclesia, vel Cappella est de iure patronatus, qui teneatur eum reparare, & instruere paramentis, alijsque necessarijs, dicendum est, quod si patronus non dedit dotem sufficientem pro victu Sacerdotis, pro luminarijs, & alijs necessarijs, ipse tenetur ad ista, quia fundãs Ecclesiam tenetur prædicta præstare c. nemo de consecrat. dist. 1. nam eò ipso quod fundat Ecclesiam, videtur se obligare ad omnia necessaria, Turrecrem. in c. placuit, q. 2. & si Ecclesia fuit fundata authoritate Episcopi sine assignatione dotis d. c. placuit, & sic poterit in visitatione fieri præceptum patrono, vt infrà competentem terminum prouideat de necessarijs sub pœna priuationis iurispatronatus, & Cappellæ; Non obstat. c. 1. & c. de his, de Ecclesijs ædificandis, in quibus locis dicitur, Rectorem teneri, intelligitur, quando Rector recipit portionem pro fabrica, vt dicit ibi Innocentius in casu sequenti.

RESOLVT. CCCXXXIX.

1 *Monasterium destructum potest reædificari sine licentia Superioris, dummodò remaneat solum.*
2 *Aedificationis castrorum prohibitio non comprehendit refectionem.*
3 *Monasterij reparatio an comprehendatur sub dispositione Bullæ Clem. VIII.*

An quemadmodum prohibetur per Bullam Clementis VIII. nouum monasterium erigi, ita, & reparari.

1 VIdebatur prima facie negatiuè respondendum, nam destructo ædificio, cum remaneat solum, potest illud reædificari sine licentia Superioris, Angel. in Auth. de non alienan. §. hoc ita ad fin. collat. 2. quẽ citat. Benedict. de Vadis, in addit. ad Felyn. in repertorio in verbo Synagoga, vbi ex hoc dicit posse concludi, quod Iudæis sit licitum reædificare Synagogas combustas, vel in totum destructas absque licentia Episcopi, cum remaneat solum, & area, quasi remanẽtibus vestigijs prioris ædificij res non dicatur noua, quamuis esset in totũ, & funditus destructa, ideò merito videtur posse permitti reædificationem, vt etiam considerat Dec. in l. domum suam n. 3. de regul. iur.
2 Vnde etiam prohibitus ædificare castra, non prohibetur reficere, Bald. & Angel. in l. 1. §. ædificere de mort. inferend. quos citat. Felyn. in c. cum accessissent n. 33. de constit. cum alijs per Boer. decis. 44. n. 4. & ita seruari dicit Ias. in l. ex hoc iure n. 13. de iust. & iur. vbi quod licitum est reficere muros fortilitij, seu villę sine licentia Superioris, Glos. & Bart. in l. sacra loca 9. §. muros de rerum diuis.
3 Verum prædictis non obstantibus contrarium dixi concludendum esse, nam quando castrum esset in totum, & funditus destructum, vel alias materia penitus abolita tunc dicitur castrum nouum si reædificaretur, ideò non licebit illud ædificare sine licẽtia Superioris, & taliter ædificanti potest, nũciari nouum opus, quoniam hęc refectio antiquam non sustinet, sed castrum nouum facit, Boer. decis. 44. n. 5. vbi multos allegat attestando, ita fuisse iudicatum contra Dominum, qui volebat in area castrum ædificare post Alber. qui etiã ita attestatur in l. 1. §. si quis ædificium ff. de oper. nou. nunciat. & in l. inter stipulantẽ §. sacram de verb. obligat. Felyn. in c. consuluit in 2. notab. de Iudæis, & in c. cũ accessissent 8. col. penult. in princ. vers. hæc & similia limita num. 33. de constitut. & quamuis Dec. & alij supra allegati illud concludant, tamen eorum opinio non est tuta, & contraria sententia est magis communis, & in iudicijs approbata, vt per Doctores supra adductos, & per Alex. & Ias. in l. 1. §. si quis ædificium de nou. oper. nunciat. Item Ias. in l. quo minus col. penult. n. 184. de flumin. vbi multa similia adducit.

Taliter quod articuli decisio distinctione indiget, quod aut Monasterium est omninò destructum funditus, & in tali casu absque licentia erigi, potest prohiberi, vel eget aliqua reparatione, & non subintrãt termini Bullæ ex dictis per Nouariũ in pragmatica Regni 2. sub rubric. de ædificijs priuatis prohibitis n. 2. & seq. vbi quod possunt vetera ædificia refici, quoniam diuersum est nouum ædificium constituere, & vetus reficere ad tex. in l. 1. §. enim ff. de itiner. act. priuat. & in terminis casus nostri scribit nouiter Nouarius Iunior in comentar. super Bullas Clem. VIII.

RESOLVT. CCCXL.

1 *Consuetudo aliquid dandi per Canonicum nouiter receptum ad pios vsus valida est.*
2 *Consuetudo applicans fructus pendentes beneficij vacantis fabricæ Ecclesiæ valida est.*
3 *Redditus beneficiorum vacantium an possint applicari reparationi Ecclesiæ Cathedralis.*

An redditus Beneficiorum vacantium applicari debeant reparationi Ecclesiæ Cathedralis.

1 RAtio dubitandi pro opinione affirmatiua ducebatur, & eo quia valida est cõsuetudo, vt aliquid detur à Canonico nouiter recepto, dummodo id in pios vsus erogetur, Abb. in c. Iacobus n. 3. & in c. sicut n. 2. eodem tit. Felyn. in c. cum M. Ferrar. n. 20. Grass. decis. aur. de Simon. c. 96. n. 49. p. 1. lib. 2. Nauarr. de Simon. lib. 5. cons. 1. n. 3. Anna cons. 11. n. 2. Surd. cons. 2. num. 29. Becc. consil. 76. num. 11.
2 Quæ opinio corroboratur authoritate grauissimorum Doctorum asserentium, valere consuetudinem applicantem fructus pendentes beneficij vacantis fabricæ Ecclesiæ, vt voluit Abbas in c. Iacobus n. 3. de Simon. Alber. de Ros. in 1. par. stat. q. 80. Rip. de arb. & arbitr. resp. 1. n. 11. Monet. de distribut. quotid. par. 2. quæst. 18. n. 55. Paris. de consid. quæst. 38. nu. 27. cum seq. vbi ita fuisse decisum testatur per sacram Cõgregationem Eminentissimorum super decreta sacr. Cõcil. Trid. & licet aliud visum fuerit, Paris. in cons. 93. n. 1. cum seq. Felyn. in c. cum M. Ferrar. n. 20. de constit. Tamen eorum pace non est ipsorum sectanda opinio vti contra veriorem, & sententiam magis receptam, ac in practica obseruatam.
3 Verum pro prædictæ opinionis resolutione, est dicendum Episcopum posse redditus beneficiorum vacãtiũ applicare fabricæ Ecclesiæ Cathedralis ad tempus, quod verũ intelligas si redditus Episcopi, & Canonicorũ nõ sufficiũt accedentibus Canonicis: Ita Abbas in c. 1. de Ecclesijs ædificand. post, Io. Andr. in c. si propter de rescript. in 6. & est cõmunis de qua testatur Felyn. in c. cum accessissent de constitut. dũmodò

alteri

alteri non competant fructus primi anni, & sic limitatur Clement. si vna de rebus Eccles. non alienand.

RESOLVT. CCCXLI.

1 *Commutatio vltimarum voluntatum non est licita Episcopo, quod declara, vt num. 2.*
2 *Redditus Ecclesiæ superflui possunt assignari fabricæ alterius pauperis.*

An Episcopus possit de fructibus Ecclesiæ vnius fabricæ superfluis assignare fabricæ alterius Ecclesiæ pauperis.

1 SI Episcopus possit de fructibus fabricæ vnius Ecclesiæ superfluis assignare fabricæ alterius Ecclesiæ pauperis negatiuè videbatur respondendum, eo quod regulariter non est licitum Episcopo mutare piam testatoris voluntatem, Clem. quia contingit de relig. dono, cap. Pisanis de restitut. spoliat. Couarr. in cap. tua, n. 7. de testam. Nauar. de præbend. cons. 5. nu. 3. & de rebus Eccles. alien. cons. 2. nu. 6. lib. 3. Gabriel. cons. 183. nu. 8. vol. 2. Thesaur. for. Eccles. p. 2. cap. 36. num. 29. Cappell. Tholos. qu. 26. Becc. cons. 5. num. 6. cum sequ. vol. 1.

2 Quidquid tamen sit ex supradictis, contrariam sententiam tenendam firmiter existimaui, si quidem magis est iuri consona, & à Scribentibus recepta, prout illam tenuerunt Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum nu. 272. de constitutionibus per glos. in cap. constitutus de relig. domibus, & glos. in cap. 1. de rebus Eccles. in 6. idem tenet Nauarr. cap. 11. de rebus Eccles. alien. ex pluribus præsertim ex notatis per Abbatem in cap. exposuisti de præbend. sed ad tollenda scandala consuluit in praxi, vt obtineatur licentia à Papa.

3 Non obstat, quod pro contraria parte dicebatur, nam id verum sine causa, secus si concurrat iusta causa, & rationabilis, prout hic, tunc enim dispensare potest in legato pio, Abb. in cap. nos quidem, de testam. Gomes. super regul. de trien. pos. quæst. 92. Gabian. in verbo legatum §. 2. num. 6. Sylu. ibidem §. 4. num. 12. Viui. decis. 265. num. 11. lib. 2. Natta cons. 425. nu. 3. Rota Rom. in nouissim. decis. 1122. par. 3. lib. 3. & hodie extat Sacr. Concil. Trident. de reformat. sess. 22. cap. 6. & sess. 25. cap. 4. Mandos. de signat. Grat. rubr. commutatio vltimæ voluntatis, Bero. in d. cons. 5. nu. 41. cum seq. vt contrarium sentiat Nouarius Iunior Eccles. Neapol. Canonicus in l. 1. C. de erog. milit. ann. lib. 12.

RESOLVT. CCCXLII.

1 *Rector Ecclesiæ tenetur impendere fructus omnes in reparatione Ecclesiæ in defectum patroni.*

Rector Ecclesiæ quando teneatur impendere omnes redditus in eius reparationem.

SOlet multoties dubitari quid agendum, vbi Cappella non est patronata, quo casu obligatur patronus ad illius reparationem, iuxta tradita communiter in cap. nobis per illum text. de iure patronatus, nec Rector percipit ex ea fructus sufficientes pro victu suo, nec pro fabrica, & Cappella indiget reparatione,
1 vel paramentis, & respondetur in hoc casu obligari Rectorem eam reparare, & instruere, & expendere omnes fructus, ita Innocent. & Abb. in d. cap. de his; talis etiam præsumitur intentio fundatoris, quod Ecclesia non debet corruere, sed ex eisdem redditibus reparari, & si fuisset interrogatus, ita respondisset argum. glos. in l. tale pactum, ff. de pact. vnde quod verisimiliter est, debet attendi.

RESOLVT. CCCXLIII.

1 *Reparationis Ecclesiæ omissio inducit peccatum mortale.*

Vbi Ecclesia reparari non potest, an tunc transferri debeant beneficia ad Ecclesias Matrices.

1 FElyn. in cap. per tuas, il terzo, de simonia dicit, quod Clericus omittens reparare Ecclesiam ruẽtem peccat mortaliter, nec eum excusat tenuitas redditiuum Ecclesiæ, quia tenetur de proprio patrimonio nisi esset pauper, allegat S. Thom. post Innocent. vbi supra, sed Abb. intelligit patrimonium, idest partem sibi debitam ex fructibus beneficij, & interim cessabunt onera, & prædicta intelligo quando redditus sufficiunt pro reparatione infra breue tempus, sed si essent adeò tenues, vt Ecclesia reparari non posset, nisi post longum tempus, & difficiliter, tunc facienda esset transactio iuxta Conc. Trid. cap. 7. sess. 21. de reformat. & sic poterit Episcopus in visitatione sequestrare fructus beneficiorum, vel partem illorum pro paramentis, & alijs necessarijs, idem censeo quando Ecclesia est de iure patronatus, sed patronus est pauper.

RESOLVT. CCCXLIV.

1 *Rector Ecclesiæ tenetur ad reparationem Ecclesiæ si supersint fructus, & de ratione, n. 2.*
3 *Prima charitas incipit à se ipso.*

Rector Cappellæ an teneatur ad reparationem quoties sibi supersunt fructus.

1 IN hoc articulo respondeo cum decis. Cappellæ Tholos. 500. cuius tenor est. *Item fuit quæsitum vtrum Rector Ecclesiæ Parochialis ruinam minantis cogi possit ad illius reparationem, concluſum fuit, quod sic de redditibus, qui sibi supersluunt, vt in cap. de his, de Eccles. ædific. quod intellige deductis necessarijs, quibus non tenetur se priuare, vt conuertat ad Ecclesiæ reparationem, quia charitas ordinata, incipit à se ipso, cap. non satis 86. dist.*

2 Quæ decisio secundum me corroboratur, ex eo quod denominatio rei intelligitur semper deductis necessarijs, l. Iulianus, ff. ad exhibendum, prout de fructibus, quod intelligantur deductis expensis, Triuis. decis. 34. par. 1. & in releuio, quod intelligatur deductis oneribus, testatur Mastrill. decis. 112. prout de valore beneficij, quod intelligatur deductis oneribus perpetuis impositis super eiusdem fructibus, dicit Cassador. decis. 19. de præbend. Veral. decis. 328. par. 3. per doctrinam, Felyn. in cap. ad aures de rescript.

3 Et facit pro corroboratione, quia prima charitas incipit à se ipso, & ante omnia quis debet habere rationem sui, l. præses, C. de seru. & aqua, cap. qui vult ordinare 19. de pœnit. dist. 3. & ibi glos. in verb. se ipso D. Paul. 2. ad Corint. 1. S. Thom. 2. 2. qu. art. 6. cum neque etiam quis teneatur subtrahere suis necessitatibus, vt in causam piam eroget, Archid. in cap. non satis, num. 4. dist. 86.

Imò amplius, idem erit in illa necessitate sine qua vita non potest conuenienter pertransiri secundum conditionem, & statum personæ propriæ, & aliorum, quorum cura ei incumbit, huiusmodi enim necessarij terminus non est constitutus in indiuisibili, sed multis additis non potest dijudicari esse vltra tale necessariũ, & multis subtractis adhuc remanet, vnde aliquis possit conuenienter vitam transigere secundum proprium statum, & de huiusmodi rebus dare eleemosynam est bonum, non tamen cadit sub præcepto, sed sub consilio.

Inor-

Inordinatam enim esset si tantum sibi quis subtraheret de bonis proprijs, vt alijs largiatur, quod de residuo non sufficeret ad viuendum condecenter, & secundum statum, & negotia occurrentia, prout & concludit D.Thom.2.2.quæst.32.art.6. Sylu. in verb. eleemosyna n.2. Nauarr.in manual. cap.23. n.6.

RESOLVT. CCCXLV.

1 *Ecclesiæ ampliatio intelligitur facta remanentibus iisdem prerogatiuis.*
2 *Ideò remanere debent eadem arma, & insignia familiæ, quæ reperiebantur in Ecclesia antiqua.*
3 *Ecclesia noua subrogata in locum antiquæ debet assumere omnes illius qualitates.*
4 *Ecclesiæ renouatio censentur facta sine alterius præiudicio.*
5 *Insignia armorum depicta in Ecclesia ostendunt dignitatem familiæ, & illius memoriam conseruant.*

An vbi Ecclesia reædificatur, vel renouatur Insignia, quæ ibidem erant sint renouanda.

1 IN præsenti articulo respondeas cum decis. Rotæ in vna Calaguritana præminentiarum 29. Martij 1610. coram Ludouisio, deinde Gregorio XV. cuius tenor est.

Pro Dominis de Murga informantibus fuit resolutum,
2 *arma, seu scuta armorum suæ familiæ, quæ appositæ, & affixa reperiebantur in fornice, & columnis, seu pilastris Cappellæ iterum esse transferenda, & affigenda cornici, & columnis Cappellæ nouæ, quia vt fuit conclusum corã*
3 *bon.mem.Gypsio 28.Iun.1589.ampliatio Eccles.intelligitur facta firmis remanentibus qualitatibus Eccles.& prerogatiuis Dominorum de Murga,iuxta not. in cap. ad audientiam,il secondo de Eccles.ædific. Vnde arma, & insignia familiæ de Murga, quæ reperiebantur in Cappella veteri, deberent etiam affigi in Cappella renouata, quę cum sit in locum antiquę subrogata, debet assumere omnes eius qualitates,l.si eum,§.qui iniuriarum,ff.quis caut.benè faciunt in argumentum,trad. per Host. in c.3. nu.4.de iurepatr. Abb.in cap. cum olim n. 6. de consuet. cum alijs adductis in præfata decis. in qua etiam fuit dictum renouationem censeri factam sine alicuius præiudicio; Multum autem pręiudicaretur Dominis de Murga, si non liceret in Cappella ponere insignia armorum, per quæ di-*
5 *gnitas familię ostenditur, & memoria conseruatur, Anchar.cons.356.in fin.Bald.in l.1.C.vt nem.lic.sing.Imper. de Anan.cons.86.post num.2.& ibi Bologn.in addit. cum alijs adductis per informantes.*

RESOLVT. CCCXLVI.

1 *Plura tẽpora considerantur in casu difficultatis propositę.*
2 *Distributio bonorum Ecclesię circa eius fabricam, & reparationem quomodo fiat hodie.*

Distributio Bonorum Ecclesiæ circa eius fabricam, & reparationem, an fiat hodie quemadmodum antiquis temporibus.

1 PRo resolutione distinguenda sunt varia tempora, primum tempus est in initio nascentis Ecclesiæ, Christiani nihil proprium habebant, nec Clerici, nec Ecclesię, sed vendebant omnia, quæ habebant, & Apostolis dabant, vt distribuerent, sequuti perfectionem Euangelicam, Vade, & vende omnia quæ hãbes, & da pauperibus; Probatur hoc in Actis Apostolorum, c.4. Multitudinis inquit, textus Sacer. credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, & ex facto Ananiæ pater relato in cap.5. Actuum Apost. & ex cap. futuram Ecclesiam 12.quæst.1.

Successit deinde secundum tempus multiplicato numero Christianorum, vt non possent ex eleemosynis sustentari in communi, & laici Christiani retinebant bona sua, & Clerici dumtaxat ex eleemosynis, & oblationib. sustentabantur, nihil in particulari habentes, & has eleemosynas inter ipsos Clericos, & alios, Episcopus distribuebat, c.videtis, c.concesso, c.relatum, cap.expedit in quæst. 1. & colligitur ex Concilio Antiochensi, c.25.to.1.Concil. c.Episcopus 12. quęst. 1.facit text.in c.inquirendum de peculio Cleric.

Superuenit deinde tertium tempus, in quo etiam Clerici desuescerunt viuere de eleemosynis, & cęperunt habere bona propria, vt probatur in c. certo 12. quęst.1.& in Concilio Agathensi cap.40.c.viduas, cap. Pastor.prima quæst.2.

Aduenit deinde quartum tempus, in quò erant iam Ecclesiæ affluentes bonis, & diuitijs, & redditus Ecclesiarum solebant diuidi in quatuor partes, vnam habebat Episcopus, aliam Rector Ecclesiæ, tertiam fabrica Ecclesiæ, quartam vero pauperes, & Episcopus diuidebat, vt colligitur ex c.concesso, c.quatuor, c.mos.12. quæst.2.

Sed & per Canones antiquos aliquando Episcopi habebant mediam partem, aut tertiam oblationum, quæ fiebant in Ecclesijs, c.de ijs, & c.seq.10.quæst.1.eò quod erant pauperes, sed per tempus cæperunt augeri bona Episcopatuum, & statutum est in secundo Bracharensi Concilio, quod nullus Episcoporum præter honorem Cathedræ suæ, idest, solidas suas quidpiam aliud haberet ab Ecclesijs inferioribus, nec perciperet tertiam partem de oblationibus Ecclesiarum inferiorum, sed seruarentur reparationi Ecclesiæ, c.placuit c. priscis, Rebuff.in praxi, titulo de dispensat.ratio ætatis pag.402.n.3.& 4.sed & aliquibus Ecclesijs Episcopus, & capitulum tertiam partem habebant. Rector verò Ecclesiæ particularis duas partes, quia sacra ministrabat, & omnia onera, & sumptus Ecclesiæ, & fabricæ supportabat.

2 Hodie verò secundum Rebuff. vbi supra n. 6. bona Ecclesiarum debent in tres partes distribui, vt prima sit Clericorum, secunda pauperum, tertia fabricæ, ſca. concessio, & seq.12.quart.2.

Et ita ex prædictis colligitur, quod secundum Canones aliquando tertia pars reddituum Ecclesiæ erat in eius fabricam cõuertenda, c.decernimus 10. quæst. 1.& aliquando quarta pars erat deputata, vt in c.1. c. quatuor, & seq.10. q.2. tradit Ripa lib. 2. respons.22. nu.2. & alibi, Gregorius in l.11. tit.10. partit.1. dicit qui, & distributionis bonorum Ecclesiarum secundum diuersa tempora meminit, Abbas in quæst. incipit istius in c.postulasti, art.10. Rebuff.in loco allegato.

RESOLVT. CCCXLVII.

1 *Commendatores perpetui tenentur ad reparationem Ecclesiæ, non tamen temporales.*
2 *Commendæ perpetuæ assimilantur beneficijs.*
Et plura inferuntur, vt num.5.6.7.8.& sequentibus.
3 *Commendatarij perpetui faciunt fructus suos.*
4 *Text.in c.licet Canon.de elect.in 6.habet locum in commendis perpetuis.*

An Commendatores teneantur ad reparationem Ecclesiæ ipsis commendatæ.

1 IN præsenti articulo, est distinguendum, quod aut est commenda perpetua, aut temporalis, primo casu teneantur ad fabricã Ecclesiæ conferre, in secundo vero nequaquã ratio diuersitatũ est, quoniam cõmenda perpetua beneficij est titulus Canon. c. dudum, il 2. de elect.

elect.c.ſi plures 21. quæſt.10. Monach.num.3. Archidiacon. & alij in cap.nemo deinceps 15. de elect. in 6. Feder.de Semis in tract. de permutat. beneficiorum, quæſt.15. per totã, Milius in repertorio verbo beneficia commendata nu.11.& verb. commend. an ſit Canonicus titulus, Guid.Pap.quæſt.159. verſ.5. concluſ. Rebuff.de pacific.poſſeſs.nu.35. cum ſeq. Lambertin. de iure patronat.lib.2.p.1.quæſt.6.art.14. per totum, Gomez. in regul. de infirmis quæſt.13. & in regula de impetrantibus benefic. vacan. per obitum familiar. Cardin.quæſt.6.& in regula de triennali quæſt.5. Hoieda de incompatibilitate beneficiorum par.1.c.14. num.6.& 2.p.c.4.n.11.Mandoſ.in regula de veriſimili q.3.n.2.& in regula 32.q.7.n.22. Puteus dec.158.n.4. lib.1.Rota deciſ.765.n.5.par.3. diuerſorum.

2 Nam commendæ perpetuæ de beneficijs parum, aut nihil diſtant ab alijs prouiſionibus beneficiorum, & ſic in Bulla illius dicitur, vt comodius onera ſuſtentare valeas de alicuius ſubuentionis auxilio prouidere cupientes tale beneficium auctoritate Apoſtolica concedimus, & commendamus, ac prouidemus per te quam diu vixeris obtinendum, poſſidendum, ita quod durante commenda huiuſmodi de fructibus, & redditibus ipſius diſponere, & ordinare valeas, &c. quam formam aſſignat Rebuff.in praxi titul. de commenda n.28.& de pacific.poſſeſſor.n.43.

3 Vnde talis Commẽdatarius perpetuus facit omnes fructus ſuos, ſicut alij titulares perpetui, Caſſador.dec. 33.n.5.ſuper regulis, Rebuff.de pacific.poſſeſſor.n.43. Mandoſ.in dict.regul.30. quæſt.3. num.4. Puteus dec. 25.num.4.lib.1.

Et dicitur talis commenda perpetua, diſpenſatio obtinendi prohibitum, ſicut etiam vnio temporalis, Gemin.conſil.38.n.11. Caſſador.deciſ.33.nu.5. ſuper regulis,& deciſ.2. de vnionibus n.9. Mandoſ.in regul. 33.quæſt.30.num.3.

4 Hinc pœna cap licet Canon.de election.in 6.contra non promouentes, ſe infra annum habet locum in his Commendatarijs perpetuis, Clem.in agro §.cæterum de ſtatu Monachorum, ibi infra annum computandum à tempore collationis, & commiſſionis, & antea dixerat conferri nequeat, nec committi, & per commiſſionem intelligitur de commenda, Rebuff.de pacific.poſſeſſ.num.42. verſ. & ſicut tenetur infra annum, Mandoſ.in d.regul.32.quæſt.7.n.10. & 11.

5 Requirit quoque talis commenda ætatem, & alias qualitates legitimas, ſicut verum beneficium, c.nemo deinceps de elect.lib.6.Caputaquenſ.deciſ.127. num. 3.par.1.

6 Sic poteſt eſſe Iudex Apoſtolicus Commẽdatarius perpetuus, iuxta text. in c. ſtatutum de reſcript. lib.6. & latè tradit ibi Gomeſ.nu.77.in 9.ampliat.Caſſan.in conſuetudinibus Burgund. in rubr. de ſucceſſione des baſtardes §.num.88.

7 Ita vt diſpoſitio text.in cap. quoniam, Abb.14. de officio delegat. in quo concordarent alia iura dicentia, quod delegatio facta dignitati non expreſſo nomine proprio tranſit ad ſucceſſorem, habet etiam locum in Commendatario perpetuo, vt Dec. ibidem nu.4. verſ. & iſta tertia. Mandoſ.in dicta regula 32.q.7.n. 8.& 9.

Ita talis Commendatarius perpetuus poteſt præſentare, eligere, & conferre, ſicut quilibet alius prouiſus, vt plenè per Rebuff.in praxi tit.de commenda nu. 60.& 61.

8 Habet etiam liberam poteſtatem in ſpiritualibus, & temporalibus, Abb.in c.cum non nobis olim vlt.notab.de elect.Rebuff.de pacific.poſſeſſ.n.41.

9 Ac propterea poteſt locare fructus ad plures annos ſicut alij titulares, & in eis habet locum cap. veſtra de locat. Calderin. in conſil. 8. an Commendatarius per totum ſub titulo de locat.Roman.350.in caſu propoſito à num. 8. Rebuff. in praxi titul. de commenda num.62.

10 Hinc regul.de infirmis reſign. intrat in commendis perpetuis, Caſſador.d.deciſ.32.per totam ſuper regulis, Gomeſ. in dicta regula de infirmis quæſt. 13. per totam, & expreſsè probatur ex eadem regula, quæ eſt 18. de viginti in illis verbis, vel illius commendæ ceſſerit, Rota deciſ.80.n.2. lib.3.diuerſ.

11 Sic etiam regula de publicandis reſignationibus locum habebat in perpetua commenda, vt manu fuſa, per Gomeſ.ſuper eadem regula, queſt.3.per totam.

12 Hinc in impetratione alterius beneficij, debet fieri mentio de tali commenda, aliàs gratia erit nulla, gloſ. verb. commendare verſ. ſed numquid habens talem commendam in c.nemo,& ibi Ioan.Monach. num.4. & omnes de elect.lib.6.Capyc.deciſ.3. num.6. Puteus deciſ.272.lib.2.

13 Pariter illegitimus non diſpenſatus talem commendam habere non poteſt, Rebuff. in praxi titul. de commendis num.63.

14 Sicut & Commendatarius poteſt tranſigere ſuper fructibus ſui beneficij commendati, ac eos vendere, Geminianus conſ.17. pro declaratione in fine Capyc. deciſ.3.ſub n.9.Rebuff.de pacific.poſſeſſ.ſub n.40.

15 Item alia commenda inducit incompatibilitatem inductam à cap.de multa, de præbend. & extrauagan. execrabilis, eodem tit. vt poſt longam diſputationem hinc inde reſoluit Alphonſus Hoieda de incompatibilitate beneficiorum, par.1.c.14.num.16. vſque ad nu. 30. & hodie expreſsè diſponitur per Concil. Trident. ſeſſ.7.c.2.& cap.4.

Et licet antea ſecus dicebatur Caſſador.deciſ.32.n. 7. ſuper reg. Sorrent. ſuper regul. de Idiomate q.5. Mandoſ.in regul.32.quæſt.7.num.14.

17 Nec non regula de triennali procedit in commendis, Gomeſ.latiſſimè in regul.de trienn.q.5. num.10. & ſeqq. Rota deciſ.765. in cauſa Vrgelen. per totam part.3.diuerſarum.

18 Nec non regula de veriſimili notitia, Caſſador. deciſ.30.ſuper regul. Gomeſ.ibidem quæſt.4.

19 Similiter Commẽdatarius poteſt permutare commendam cum alio beneficio, in titulo dato c.fin.& ibi plenè Imola de rerum permut. Rebuff.de pacific.poſſeſſ.num.38. Feder.de Sen.in tract. de permut.quæſt. 13.Bellarm.in eodem tract.par.3.q.4.

20 Ac etiam poteſt reſignare commendam etiam in fauorem, Rota deciſ.80.lib.3.diuerſarum, Pariſ.de reſign.benef.lib.2.q.17.num.1. per totam.

21 Item Commendatarius perpetuus tenetur verificare narratiuam ſicut quilibet alius beneficiatus, Puteus deciſ. 254. lib.3. per totam, per quam deciſ. fuit receſſum à deciſ. 247. eiuſdem Puteus eodem lib. 3. prius facta, vbi contrarium Rota tenuerat.

22 Et Commendatarius Abb.alicuius monaſterij ſimiliter dicitur Prælatus, Rota deciſ. 346. num.2. par.3. diuerſar.

RESOLVT. CCCXLVIII.

1 *Conſuetudo eſt attendenda in obligatione fabricæ Eccleſiæ, etiam contra laicos Parochianos, nu. 2.*

3 *Vbi ſunt redditus ex quibus poteſt refici Eccleſia laici non tenentur.*

4 *Vſufructuarius tenetur ad refectionem.*

An Laici Parochiani teneantur ad reparationem Eccleſiæ Parochialis.

1 REſpondeo, quod ante omnia in hac obligatione fabricæ attendenda eſt conſuetudo, nam ſi conſuetudo legitimè præſcripta fuerit, quod vel Epiſcopus, vel Rector, vel beneficiarij, vel etiã laici Parochiani præ-

ni præstent sumptus fabricæ, vel quod Rector Ecclesiæ, & beneficiarij reficiant Cappellam maiorem Parochiani verò corpus Ecclesiæ, vt fit in multis locis Regni talis consuetudo, non obstantibus Canonibus seruanda erit, quia consuetudo vincit legem, l. de quibus, ff. de legibus c. fin. de consuetudine, & quod valet talis consuetudo, tenet expresse Innocentius in c. fin. de his, quæ fiunt à maiori parte cap. capite si propter, & ibi Dominicus de rescriptis in 6. Ripa lib. 3. respons. 22. nu. 3. colum. 2. Panorm. in c. 1. de Eccles. ædificand. glos. Gregor. in l. vndecima, Hisp. tit. 10. par. 1. in verb. quæ son dadas, Extrauag. 2. partition. tit. 2. §. 50. & consuetudo est maior statuto, Nouarius forens. quæst. 103. num. 2. tom. 1.

2 Et est valdè notandum, quod valet talis consuetudo etiam contra laicos Parochianos, vt ipsi teneantur ad fabricam, vt in specie tenuerunt Archidiac. in d. cap. conces. 12. q. 2. Innoc. & Abb. nuper allegati, Angel. in sum. verb. Clericus 3. Rebuff. in praxi titul. de dispensatione ærat. pag. 403. n. 7. Ripa dict. respons. 12. col. 2.

Nam contrarium dicendum videretur, cum ipsi nõ percipiant aliquid de redditibus Ecclesiæ, sed subsistinetur talis consuetudo, quia videtur profecta ex charitate, & deuotione Parochianorum, & per hoc limitatur glos. in d. c. quatuor 12. q. 2. quæ scripsit laicos non teneri de iure aliquid erogare in fabricam, vel refectionem Ecclesiarum, quia istud regulare est, sed fallit nisi consuetudo sit in contrarium, vt etiam laici teneantur suis sumptibus fabricare, & reficere secundũ Rip. vbi supra, & etiam si Ecclesia habeat in redditibus, prout ita non semel obseruatum reminiscor.

Et hanc consuetudinem, vt laici teneantur ad fabricam, probat etiam Hostiens. in summ. de Eccles. ædificand. §. 1. dum ait, quod in aliquibus regionibus laici de consuetudine opus fabricæ faciunt suis expẽsis, quæ cõsuetudo fundatur auctoritate iurium, quæ ibi adducit, & quod ipsorum locorum interest cum ibi percipiant Ecclesiastica Sacramenta, & Missam audiant, & maximè erit obseruanda, vbi non bene soluunt decimas c. quicumque 16. q. 1. quod & pluries consului, & quod compellendi sunt talem consuetudinem obseruare argum. c. ad Apostolicam de Simonia, facit quia consuetudo vim legis habet leg. de quibus, ff. de legit. c. fin. de consuetudine, l. 2. C. eodem, & idem absq; dubio si de contractu cum laicis circa hoc constet, quia pactis standum c. 1. c. 3. de pactis l. iurisgentium §. præter ait ff. de pactis.

3 Limita supra positam principalem conclusionem, & primo si in Ecclesia esset certa portio, seu sint certi redditus deputati ad fabricam ipsius, & sufficientes, & Clerici qui talem portionem, vel redditus percipiunt tenentur ex illis Ecclesiam reficere, vel ædificare cap. vnico 10. quæst. 3. c. decernimus 10. quæst. 1. Ripa respons. 22. colum. 2.

Sub limita supra positã limitationem, si portio deputata ad fabricam non sufficit, tunc Prælatus, & Clerici beneficiarij tenentur supplere id quod deficit secundum redditus quos vnusquisque eorum habet ex tali Ecclesia, & sic pro rata redditum cap. 1. de ijs, de Eccles. ædifican. c. si Monachus 16. quæst. 1. c. fin. de ijs quæ fiunt à maior. parte c. Feder. consil. 217. Card. in c. ad audientiam in fine Eccles. ædificand. Ripa in dicto respons. 22. nu. 3. & hoc in quantum vnusquisque facere potest, & sic deducto omni eo quod vnusquisque eorum indigeat ad vitæ sustentationem, vt probatur in d. c. de ijs, & scripsit Ripa vbi supra colum. 2. in principio, & ita Concilium Trident. sess. 21. c. 7. ibi omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiunt, vt procedat deductis necessarijs alimentis.)

Quæ est eadem ratio quam ponit glos. ad text. ibi in c. 1. de Eccles. ædificandis, quia vbi est emolumentum, ibi debet esse onus, & non est ferendus, qui lucrũ amplectitur, onus autem subire recusat l. vnica §. pro secundo in fine, & §. ne autem vers. nec sit talis cõdict. caduc. tollend. sicut è contrario ad quę inspectat onus debet spectare emolumentum l. manifestissimi, §. penult. in fine c. de furtas c. vlt. de ijs, quæ fiunt à Prælat. regul. qui sensit lib. 6.

4 Facit simile quod adducit glos. de vsufructuario, qui tenetur ad sarta tecta reficienda l. eum ad quem, C. de vsufruct. l. hactenus ff. vsufruct. eum traditis per Pinel. in l. 1. de bonis matern. prima partition. num. 60. Valasc. de iure emphyt. quæst. 12. n. 4. versic. 10. naturale, & q. 17. num. 1. lib. 1.

Quod si deducto necessario ad alimenta beneficiatorum non supersint redditus Ecclesiæ ad fabricam reparandam honestum est, quod laici Parochiani adiuuent Clericos à quibus recipiunt sacramenta argument. 51. Episcopus de officio ordinar. lib. 6. ita Panormit. in c. 1. n. 4. de Eccles. ædificand. sequitur Ripa dicto respons. vigesimo secũdo col. 2. versic. & ibi redditus, Gregor. Lop. in l. vndecima, Hisp. titul. 10. par. 1. vbi addit. quod nec posset Parochianus, volendo vitare hoc onus cedere huic Ecclesiæ, quia hoc non pendet à facultate sua, vt in c. omnis de pœnit. & remiss.

RESOLVT. CCCXLIX.

1 *Parochiani vbi sunt pauperes, nec possunt reficere Ecclesiam, debet fieri translatio ad Matrices.*

Si laici Parochiani, siuè Filiani adeò sint pauperes, quod non possint subuenire fabricæ, quid agendum?

1 QVotiescumque Parochiani sunt adeo pauperes, & inopes, quod non possunt subueuire fabricę, quid sit faciendum tradit Paul. de Citadinis de iure patronatus in 3. par. art. 5. ad quem se remittit Greg. in lege 11. tit. 10. par. 1. in glos. 2. in fine; sed & hoc est prouisum per Sacr. Concil. Trid. sess. 21. cap. 7. in fine, ibi. (*Quod si nimia egestate laborent ad matrices, seu viciniores Ecclesias transferantur cum facultate tàm dictas Parochiales, quàm alias Ecclesias dirutas in profanos vsus non sordidos, erecta tamen ibi Cruce conuertendi*; & ita scribit Valasc. alleg. 179. num. 22.

RESOLVT. CCCL.

1 *Laici non existente consuetudine, adhuc in subsidium tenentur in reparatione Ecclesiæ parochialis.*
2 *Concilij Tridentini verba referuntur.*

Filiani laici an teneantur ad reparationem fabricæ Ecclesiæ Parochialis in subsidium, licet non adsit consuetudo contribuendi.

1 QVamuis contra opinionem Abb. sentiant. Glos. in cap. quatuor 12. quæst. 2. & Host. in summa de Eccles. ædif. quatenus dicunt, quod laici de iure non tenentur ad fabricam, nisi in Ecclesijs, vbi hæc vigerit consuetudo, & sic non distinguũt, an redditus Ecclesiæ deductis necessarijs ad beneficiatos, & seruientes ipsi Ecclesiæ sufficiant ad fabricam, nec ne, attamen opinio Abb. seruanda est, nempè quod deficiente portione deputata fabricæ, & non sufficientibus redditibus Ecclesijs deducto necessario ad beneficiatos parochiani vltimo loco, compellantur cum eorum interfit, & ita seruatur in praxi, quæ pia, & Christiana est.

2 Quæ opinio optimè probatur per Concilium Tridentin. sess. 21. can. 7. cuius verba sunt. (*Parochiales verò Ecclesias, etiamsi iurispatronatus sint ita collapsas refici, & instaurari procurent ex fructibus, & prouentibus*

bus quibuscumque ad easdem Ecclesias quomodocunque pertinentibus; qui si non fuerint sufficientes omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesijs prouenientes percipiunt, aut in illorum defectum Parochianos omnibus remedijs oportunis ad prædicta cogat quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota.

Et ex prædictis vidi ego multoties practicari in Ciuitate Neapolis præsertim tempore bonæ memoriæ Eminentissimi Cardinalis Carratæ, pro subsidio nouæ parochiæ in Burgo Virginis, & parochia ipsa redacta ad perfectionem in loco, vbi vulgo dicitur *la Massaria di Fonseca*.

RESOLVT. CCCLI.

1 *Onus reale spectat ad Dominum, & nõ ad Conductorem.*
2 *Adhoa soluitur per Dominum.*
3 *Inuestituræ faciendæ potestas spectat ad Dominum.*
4 *Ius præsentandi est in fructu, & an spectet Conductori.*

Onus contribuendi fabricæ Ecclesiæ parochialis an spectet ad Conductores pariter domorum, an verò ad Dominos domus.

1 FVit pariter in Ciuitate Neapolitana dubitatum si onus contribuendi fabricę Parochialis spectat ad Dominos ædium, an verò ad Conductores domorum, & concluditur quod cum huiusmodi onus sit reale nõ pertinet ad conductorem, sed ad Dominum, secũdum Alexand. in consilio 4. colum. 2. volum. 5. Capyc. in inuestitura feud. folio 29. Liparulus in additione ad Iserniam in §. similiter de capitulis, Corradi quemad-
2 modum dicimus de Adhoa, cuius solutio non pertinet ad conductorem, sed ad Dominum feudi, Anna cons. 3. n. 18. volum. 1.
3 Et facit quia in simili videmus, quod inuestituræ faciendæ potestas pertinet ad Dominum, non autem ad vsumfructuarium, Guid. Papa decis. 477. Bellonus consil. 6. num. 16. resp. 688. nu. 3. Menoch. consil. 66. nu. 39. libr. 1. qui contrarium tenet in renouatione Franc. Marc. decis. 605. part. 1. vbi tàm quoad inuestituram, quàm pro ad ipsius renouationem tenet cum prædictis, licet dicat quod Dominus tenetur dare Laudemium vsufructuario, & tamen vsufructuarius plus iuris habet, quam Conductor, vt latissimè per multa iura probat Alex. d. cons. 4. in fine vers. ex prædictis vol. 5. & faciunt ea, quæ tradunt Doct. in l. naturaliter §. nihil. commune ff. de acquir. possess. & ratio est, quia ius inuestiendi est ius Dominicale, quod non transfertur in vsufructuarium, vel conductorem.
4 Et tandem comprobatur à simili, quia licet ius præsentandi sit in fructu, quod est fortius, non tamen trãsfertur in conductorem ad modicum tempus, Castrens. cons. 57. venerabilis vir. vol. 1. Abb. post glos. & alios in c. ex literis de Iure patron. & ibidem Berous, Picus in l. Titia testamento, §. Titia cũ nuberet, nu. 129. & 130. ff. de leg. 2. Lambertin. in tract. de Iur. patron. li. 1. 8. 9. princ. 2. part. in 2. artic. fol. 140. Roch. Curt. de Iure patron. ver. ipse vel is, à quo n. 58. Felyn. in c. cum Bertoldus colum. penult. de re iudic. Boer. decis. 224. in fine de Anna fing. 594. & Carroc. in tract. de locato nouissima editione tit. de Iure patron. fol. 242. num. 2. de quo nouissimè videndus est Nouarius forens. qu. 146. tom. 1. vbi latè disputat articulum.

RESOLVT. CCCLII.

1 *Materia refectionis Ecclesiæ dicitur pia.*
2 *Legatum pro monumenti constructione pium appellatur, sic etiam si fuerit factum pro refectione pontis n. 3.*
4 *Legatum incertum valet fauore piæ causæ, & refectionis pontium.*

Refectionis Ecclesiarum, & Cappellarum materia an sit pia.

PRobat Nouarius in suo nouo, & vtili trac. de elect. & variat. fori q. 51. sect. 2. sub n. 22. in vltima edi-
1 tione Neapolitana, quod materia refectionis Ecclesiarum, & Cappellarum dicitur pia, & ideò firmat legatum pro reficiendis Ecclesijs pium appellari, Barbat. cons. 26. lib. 3. Surd. cons. 62. n. 5. & seq.
2 Quæ opinio fulcitur, nam in simili legatum pro cõstructione monumenti dicitur pium, vt per Bald. & Angel. in l. hæreditas §. si defuncto ff. de petit. hæred. Menoch. de præsumpt. c. 115. num. 25. lib. 4. Intrigliol. singul. 97. num. 150.
3 Et legatum pro refectione pontis, viæ, fontis, & similium adhuc inter legata pia reponitur, vt voluit Glos. in l. 1. §. ad municipal. ff. ad l. Falcid. Dec. consil. 72. Florian. in l. cũ de iure verso colum. 2. ff. de vsuris, Bald. in Auth. similiter C. ad l. Falcid. Firmian. in trac. de Episcopo part. 4. lib. 4. quæst. 31. versic. congruenter dicendum, latius Tiraquell. in tract. de pia causa in præfatio. in versic. item legatum factum ad constructionem, vbi quod sicuti alias valet legatum incertum fauore piæ causæ, ita & pro refectione pontium l. quidam in testamento, & ibi Glos. & alij, ff. deleg. 2. Bart. in l. si is cui annuum, ff. de annuis legatis, & quod hæc res adeò est fauorabilis, vt priuilegium immunitatis à publicis muneribus non se extendat ad hoc, nisi in specie fuerit circa illud priuilegium cõcessum l. 1. vbi Ioan. de Plat. C. de collat. fund. patrim. lib. 11. & l. absit vbi idem Plat. C. de priuileg. Domin.

PRAXIS MATRIMONII VAGORVM.

Iuxta Concil. Trident. sess. xxiv. Cap. vij.

RESOLVT. CCCLIII.

1 *Dispositio Sacri Concilij Tridentini circa matrimonia vagorum refertur.*

Quid disponat Concilium Tridentinum circa matrimonia Vagorum.

1 SCiendum est, quod Sacrum Concilium Tridentinũ loquens de matrimonijs vagorum, vtitur his verbis in sess. 24. c. 7. videlicet. *Multi sunt qui vagantur, & incertas habent sedes; & vt improbi sunt ingenij, prima vxore relicta, aliam vt plerumque plures illa viuente diuersis in locis ducunt; cui morbo cupiens sancta Synodus occurrere, omnes ad quos spectat paternè monet ne hoc genus hominum vagantium ad matrimonium facilè recipiãt, Magistratus etiam seculares hortatur, vt eos seuerè coerceant: Parochis autem præcipit ne illorum matrimonijs intersint, nisi prius diligentem inquisitionem fecerint, & re ad Ordinarium delata ab eo licentiam id faciendi obtinuerint.*

RESOLVT. CCCLIV.

1 *Vagus dicitur, qui non habet domicilium.*
2 *Moram non trahens in vno loco, dicitur vagus.*
3 *Vagabundo asserenti habere domicilium incumbit onus probandi.*

Vagus quisnam dicatur ad effectum contrahendi Matrimonium virtute Concilij.

1 ESt approbatum à Doctoribus communiter, vagũ illum debere appellari, & in rei veritate esse, qui nõ habet domicilium certum, vel habitationem; quotidieq;

tidieq; per varias Ciuitates vagus operiat, glos. in l. eius, qui manumisit, §. fi. ff. ad munic. Bar. in l. 4. §. prætor ait num. 24. ff. de damn. infect. Iodoc. in pract. crimin. quæst. 33. nu. 15. Bos. in tit. de foro compet. Imol. in c. fin. n. 15. de eo qui mitti. in poss. cau. rei feruan. c. 11. num. 7. & Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 39. versic. sed hic quæro.

Vnde non immerito scribit Menoc. in decimo remedio recuperandæ possessionis n. 50. eum dici vagũ,
2 qui non trahit moram in vno loco, sed modo huc modo illuc vagatur, sic Bar. in l. 1. n. 2. C. de Tiron. lib. 12. & Angel. in l. hæres absens, & ibi Curtius Iun. nu. 10. in fi. ff. de iudic. Farinac. de inquisit. q. 7. nu. 15. vbi plures allegat Mascard. de probat. cõclu. 1397. vbi tenet, eum dici vagum, qui mansionem vllibi habeat, sed per mũdum vagando transgrediatur, & ita respondet Riminald. in cons. 445. n. 35. vol. 3. & quem cõstiterit semel esse vagabundum certum, ac probatum semper esse vagabundum præsumere debemus. l. in bello §. factæ, ff. de cap. & postlim. reu.

3 Hinc sit, quod asserenti ipsum domicilium habere, nec amplius esse vagabundum incumbit onus probandi. Ita Riminald. in d. consil. 445. nu. 29. vol. 3. & Mascard. de probat. d. conclus. 1397. n. 3. & 4.

Qui quidem vagi adeò exosi, & infames sunt, vt neque in ciuilibus, neque in criminalibus pro idoneis testibus admittantur, vt tradit Decian. in cons. 83. n. 14. vol. 3. qui confirmat per ea, quæ tradit Bald. in l. mulier, la 2. C. de iure doti, Alex. consil. 89. in vltimis verbis, vol. 1. & Marsil. consil. 28. volum. 1.

Videndus quoque Menoch. in tractat. de arbitr. Iudic. lib. 2. centur. 6. casu 531. vbi inter alia decidit n. 3. vagabundum remitti debere ad Iudicem in cuius territorio commisit delictum; Quod verum esse intelligo si a Iudice loci delicti petatur remissionem fieri, quia tàm in petente remissionem, quàm in remittente militat qualitas tribuens iurisdictionem, scilicet in petente remissionem ratione commissi delicti in remittendo eo, quia vagabundus vbique conueniri potest tàm ciuiliter, quàm criminaliter, & ibi puniri, vt not. glos. & ibi communiter Doctores in lege prima C. vbi de crim. agi potest nedum de vtbanitate, sed etiam de necessitate, vt tradit glos. in verbo de niue in Clem. fin. & ibi Zabarell. quæst. 9. de sentent. & re iudic. idem Panorm. c. fin. n. 15. ex de foro compet. remissio enim vagabundi fit sine iniuria alicuius Iudicis, vt refert Farin. de inquisit. quæst. 7. nu. 14. vide etiam Tib. Decian. de remiss. reor. ad suos Iudic. c. 19. n. 17. tom. 1.

RESOLVT. CCCLV.

1 *Banniti dicuntur esse sine Ciuitate.*
2 *Banniti non dicuntur vagabundi.*

Banniti an dicantur vagi ad effectum contrahendi matrimonium iuxta formam Concilij.

1 MAgna profectò altercatio est inter Doctor. vtrũ scilicet Banniti dicantur vagabundi, & disposita in vagabundis censeantur disposita in bannitis, & è contra, & quidem videtur affirmatiuè ea ratione, quia Banniti videntur esse sine Ciuitate, & domicilio, per text. in l. 1. §. hi qui ff. deleg. 3. in l. quidam sunt, ff. de pœnis, & vtrobique glos. in verbo apolides, latè Nouarius, qui multa reassumit forens. quæst. 93. tom. 2. Veritas tamen est, quo Banniti non dicantur, nec reputen-
2 tur vagabundi nisi eo Banno essent Banniti, quod similes essent deportatis, vel quod statim post Bannum indictum per orbem otiosè vagarent modo huc, & modo illuc pedes non figendo, nec domiciliũ sibi aliquod eligendo, vt tradit Iul. Clar. §. fin. quæst. 29. n. 8. Cepolla cons. crim. 59. vers. sed dubium, Alber. in 4. par. statu q. 80. commun. opin. attestatur Suarez in suis opinion. cõmunibus in lit. B. & Hippol. Bonac. in suis opinion. crimin. in verb. vagabundus post medium vers. vnde.

RESOLVT. CCCLVI.

1 *Verba generalia generaliter sunt intelligenda, etiam si simus in constitutione odiosa, num. 2.*
3 *Verba generalia restringuntur ad suas causas, & ad rationem, num. 4.*
Notorium probatione non indiget.

An dispositio Concilij sit seruanda circa matrimonium contrahendum per vagum in eo, qui licet sit incola, est tamen notus Parocho.

1 POsset responderi esse hanc seruandam solemnitatem Concilij, si quidem verba eiusdem Concilij sunt generalia, ergo generaliter intelligẽda, l. 1. §. quod autem ff. de aleator. l. in fraudem, & ibi Bald. ff. de testam. milit. l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. si seruitus, ff. de seruit. vrban. præd. l. regula, §. vltim. ff. de iur. & facti ign. l. fin. in fin. C. de dotis promiss. si finita
2 §. de cæteris ff. de damn. infect. l. 1. §. generaliter, ff. de legat. præstant. etiam si simus in constitutione odiosa pœnali, & correctoria, Rota Romana apud Farin. decis. 41. n. 9. & seq. tom. 1. par. 1.

3 Et verba generalia restringũtur ad suas causas, Paris. de resignat. benefic. lib. 9. quæst. 17. num. 94. & habent vim specialis expressionis, Guttier. consil. 5. n. 4. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 9. nu. 23. cum seq. &
4 verba quantumuis generalia debent restringi ad rationem, & causam propter quam fuerunt prolata, & intelligenda sunt, l. hæres meus §. 1. ff. delegat. 1. Menoch. consil. 496. n. 52. Surdus consil. 431. n. 12. & verba vniuersalia omnia includunt, quia qui omne dicit nihil excludit l. Iulianus ff. delegat. 3. Tusch. tom. 8. lit. V. conclus. 121. & verborum tenor semper est attendendus, Molin. tit. nupt. lib. 1. c. 20. n. 7.

Cæterum supradictis non obstantibus in casu nostro, quia debet sufficere esse notum, quia tunc ratio
5 Concilij videtur cessare, notorium enim cum non indigeat probatione, gl. in clem. appellanti de appellat. Angel. in l. necessarijs n. 5. ff. de acquir. hered. Mascard. de probat. conclus. 88. num. 50. nec subiacet regulis iuris, Paris. consil. 1. num. 37. vol. 1. Nouarius qui plura alia adducit in suo vtili tract. de elect. & variat. fori quæst. 19. a num. 16. cum seq. sect. 1. in vltima impress. Neap.

RESOLVT. CCCLVII.

1 *Domicilium certum habentes non sunt vagi.*
2 *Argumentum à cessante ratione valet.*
3 *Legis mens est potius attendenda, quam verba.*
4 *Ratio generalis legis restringitur ex mente legis.*
5 *Ratio naturalis quod negat, ratio naturalis non audet.*

An dispositio Sacr. Concil. circa matrimonium per vagos contrahendum, locum habeat in personis habentibus certum domicilium, sed sunt ignoti in loco vbi contrahunt.

1 VIdebatur primo minimè sibi locum vendicare ex quo habentes domicilium certum, non dicuntur vagi, & propterea cessat legis ratio l. adigere, quamuis ff. de iure patronat. cum similibus, & argumentum à
2 cessante ratione valet, l. quod dictum est, ff. de pact. Euerard. in Topic. legal. loco 85. Menoch. consil. 90. n. 71. & consil. 93. nu. 9. & consil. 95. num. 84. & consil. 96. nu. 10. & cons. 124. num. 76. de præsumpt. lib. 4. q. 190. num. 25. Surd. consil. 383. nu. 14. & est irrefragabile in

iure

iure ex Seraph.de priuil.iuram.priuil.21. nu.2. & legis verba cui non conueniunt, non conuenit eius dispositio l.4.§. toties, vbi Paul.ff. de damno infect.l. quod constitutum,ff.de milit.testamen.l.mæuia,ff.de manumiss. testament.l. ita autem in princip. & ibi Bart. de administra.tutor.& vbi cessat ratio legis cessat omnis disputatio, gl.vlt.in l.ancillæ,C.de fructis,Surdus consil.58.n.3.Lucens.decis.12.num.18. quos cum alijs citat Anton.variar.resolut.lib.1.resolut.46. num.1.

3 Et legis mens magis est attendenda,quam verba,l. scire leges ff.de legibus, l.non aliter ff.delegat.3. l.nominis, & rei, §.verbum ex legibus ff.de verbor.signif. Surdus decis.35.n.14. Genuens.in praxi eccles. quæst. 144. num. 3. lex enim & legis mens idem sunt, Surdus decis.43. nu.9. A verbis tamen legis non est recedendum d.l.non aliter ff. deleg.3. c.vlt. & ibi glos. de verbor.signific.nisi constaret voluntatem loquentis aliter voluisse; & lex non ad verborum formulam,& ritum, sed ad effectum solum attendere debet, Ferrer.in con-
4 stit.Cathalon.glos.4.num.66.Ratio enim generalis legis restringitur ex mente legis, Surdus decis.9.nu. 13. Armendariz in proem. addit. ad recopil. legum, Nauarr.n.131. & lex non est imposita verbis, sed rebus l. 2.in fin. C.commun.legat.l.final. C.de vsur.c.secundo requiris de appellat. Surdus de alim.tit.9. quæst.21.n. 20.Ferrer.in constit.Cathalon.glos.5.num.160.Scacc. de appell.quæst.17.limit.10.n.14. Tusch.tom.5. lit.L.
5 concl.272.& quod ratio naturalis negat, ratio naturalis non audet l.2.vlt.ff.de vsufruct.earum rerumque vsu consumuntur, & lex naturam semper imitatur l. adoptio 16. ff.de adoption.ff. minorem natu institut. eodem, Pichard.ad rubr. instit. quibus modis testam. infirm.num.1.

Cæterum contrarium venit dicendum, vt firmarũt Ægid.de matrim.disp.27.num.29.vers.Nota 2. vbi in vers. Nota 3. dicit Concilium in præsenti esse intelligendum de ijs qui communiter dicuntur vaghi, non autem de his qui domicilium transferunt, notique sunt in ijs locis, de quo etiam Guttier. in tract.de matrim.c.65.num.9.

RESOLVT. CCCLVIII.

1 *Actus corruit omissa forma, etiam si omittatur in minimo,num.2.*
3 *Fieri contra legem, vel formam legis parificantur.*
4 *Forma ad vnguem est seruanda.*
5 *Forma dat esse rei.*

An matrimonium contractum per vagum non adhibita per Parochum forma tradita à Concil. Trident. sit validum.

1 VIdebatur negatiue respondẽdum, si quidem actus corruit omissa forma legis l.cum hi, §. si Prætor, ff.de transact.l.traditionibus C.de pact.regul.quæ cõtra de regul.iuris lib.6. cap.cum dilecta rescript. cap. quia propter de elect.cap.1. de rebus eccles.non alienand.lib.6.Euerard.in Topic.legal.loco 53. Rebuff.in tract.de pacificis possess.num.155. Surd. decis.268.n. 8.Pereiera de potest.eligendi capit.2.num.13.Valasc. consult.103.num.3.& consult.133.num.4. Sessæ decis. 30.num.10.Ferrer.in constitut.Cathalon.glos.1.num. 350. Escobar.de ratione cap.11. num.19.infinitos re-
2 fert Farin.in prax.crimin.par.4.consil.65.in addit.lit. D.etiamsi omittatur in minimo,Tiraq; de retract. cõuent.§. 4. glos.6. num.31. procedit quando omittitur forma essentialis, & necessaria, & paria sunt aliquid fieri contra legem, vel non seruata forma legis, au-
3 thent.qui res cum ibi not. C. de sacrosanct. eccles. & pœna dignus non est aliquo præmio legali efficiendus, l.siue 23.ff.de negot.gest.l.conuenire ff.de pact.dotal. c.ex parte de consuetud.c.vlt.c.vers. cum generaliter de præscript.

4 Et forma ad vnguem est seruanda, & si deficiat in minimo, actus corruit,l.cum hi §.si Prætor ff. de transact.l. cum dubium C. de legibus, Tiraquell. tract. de iudicio in rebus exiguis, versic. hoc tamen intelligit pag.mihi 51.Azeued.ad l.18.nu.4.titul.21.lib.4.nouæ recopill. Guttierez. pract. lib. 3. quæstion.15. num.5. cum seq.Rendina in promptuar. recept.sentent.tom. 1.titul.100.nu.5.& 6.Flamin.de resignat.lib.5. quæst. 6.num.227.Gonzal.ad regul.8.Cancel.gl.4.num.137. Tusch.tom.3.lit.F.conclus.415. Pereier.de empt.c.3. num.13.Farin.in prax.crimin.part.4.consil.76. n.13. Rota Romana apud eandem decis. 671. nu.2. tom.2.
5 part.1.& forma dat esse rei, l.Diuus ff.de in integrum restit.l.Iulianus 9.§.quis rem,ff.ad exhibend.cum alijs apud Nouarium in tractat.de elect.& variat.fori q.2. num.5.sect.1. in vltima impress. taliter quod nec admittitur per æquipollens. Idem Nouarius forens. q. 92.num.6.tom.2.

RESOLVT. CCCLIX.

1 *Vagitas per orbem non præsumitur.*
2 *Vagitas est quid facti.*
3 *Delictum non præsumitur.*
4 *Habitare in loco in quo est natus quis præsumitur.*

Vagitas an in dubio præsumatur? vbi agitur de contrahendo matrimonio.

1 VAgatio per orbem non est præsumenda,quia quilibet præsumitur suum habere domiciliũ, prout & omne animal habet suam tanam, omnis monacus suam cellam, & quælibet Religio suum monasterium, quelibet Vniuersitas suum Sindicum, & Terra, & Ciuitas suum Baronem, vel Gubernatorem, vel Dominum.

2 Adeò, quod vagationem esse quid facti dicendum est, & facti quæ sunt in dubio non præsumuntur, nisi probentur l.in bello §. facta, ff. de captiu. & postlim. reuers.l. si emancipati,vbi Ias. C. de collat. l. 1. C. de probat.

5 Tantò fortius, quia verbum (vagare) tendit in malam partem,& per consequens arguit delictum,quod in dubio non præsumitur, vt latè probat Mascard. de probat. concl. 495., vel saltem minus præsumitur l. prætor §.docere ff.de vi bona raptor.

7 Et cum quilibet habitare in loco in quo natus sit, præsumatur, vagatio non est præsumenda, ita vt alleganti contrarium onus probandi incumbit l.2.& l.verius ff. de probat. quasi quod cum sit contra regulam iuris, dicens aduersus ipsam suam intentionem probare debeat,si quidem est certum, quod habens regulam pro se releuatur ab onere probandi, & in alium transferat probationem, vt probatur in l. illud C. de sacros. eccles.l.fin.C.de hæred. instituend.

RESOLVT. CCCLX.

1 *Incola dicitur habere domicilium.*
2 *Incola quis dicatur*

An disposita in matrimonio contrahendo per vagos, habeant locum in matrimonio contrahendo per incolas.

1 REspondi in facti contingentia minimè procedere in matrimonio contrahendo per incolas, si quidem incola dicitur habere certum domicilium,& cõsequenter cessat ratio prohibitionis cum incola dicatur is, qui in aliquam regionem domicilium suum cõtulit,

tulit, ita Gayl. li. 2. practicarum obseruationum obseruat. 35. num. 8. & obseruat. 36. num. 3. & patet ex l. pupillus, §. incola ff. de verborum significat. vbi dicitur incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum
2 contulit, & in l. si patria C. de incol. lib. 10. vbi dicitur si in patria vxoris tuæ, vel qualibet alia domicilium definisti incolatus iure vltro te eiusdem Ciuitatis muneribus obligasti, & ex l. domicilium ff. ad municipale, & notat ibi glos. verbo incolas, vt ait domicilium facit incolas, vt etiam dicitur in l. Ciues, & in l. si in patria C. de incolis lib. 10. Asserunt Soccinus in cap. licet ratione de foro competent. n. 8. Gayl. in obseruat. 35. n. 3. Nouarius in Praxi elect. & variat. fori quæstione, sect. 3. in antiqua impressione Neapolitana.

Et certum est, vt aliàs dixi, vagum non habere domicilium certum, vt per Nouarium, qui alia adducit in pragmatica Regni 1. de Vagabundis.

PRAXIS ERECTIONIS NOVARVM Dignitatum.

RESOLVT. CCCLXI.

1 *Papa creat nouam dignitatem Ecclesiasticam.*
2 *Episcopus, & Canonici creare posſunt dignitatem solitam in Ecclesiis.*
3 *Nouus Canonicorum numerus constitui potest ab Episcopo.*

Episcopus, & Canonici an possint creare nouam dignitatem in Capitulo.

1 REgulariter creare omninò nouam dignitatem Ecclesiasticam spectat solum ad Papam c. 1. 22. distin. Abb. & Dec. in c. cum accessissent de constit.
2 Tamen Episcopus, & Canonici possunt creare in sua Ecclesia dignitatem solitam in Ecclesijs, vt est Archidiaconatus, & Præsbyteratus dummodò pro tali dignitate dos constituatur d. cap. cum accessissent, vbi Canonistæ, & in specie Abb. num. 4. Felyn. nu. 14. Dec. num. 9. Corneus consil. 193. num. 19.

Indè Nouarius forens. quæst. 24. nu. 4. tom. 1. affir-
3 mauit licere Episcopo constituere nouum Canonicorum numerum, & ita etiam dicit de dignitatibus nouis c. in Ecclesia de cõstitut. c. quoniam de vita, & honest. Clericorum, Selua de benefic. quæst. 23. num. 16. par. 2. Episcopus Minorens. in Praxi Episcopal. in verbo Episcopus vers. decimo septimo.

Declarat autem Maur. allegat. 59. lib. 1. quod si in eadem Ecclesia non adsit certus, & determinatus numerus Canonicorum, tunc quamuis Superior possit nouos creare Canonicos, ex qua noua creatione inducitur nouum ius Canoniæ, id tamen intelligitur, vt dictus Superior paucos, & moderatos Canonicos creare possit absque præbendis, sed multitudinem nouorum Canonicorum creare prohiberetur, & hoc circa numerum Canonicorum de nouo creandorum remittitur arbitrio Episcopi, vt punctualiter docuit Abb. in c. dilectus col. 3. vers. in eadem glos. ibi, sed nunquid in titul. de præbend., & idem Abb. in c. vacante in vers. circa materiam eodem titulo.

RESOLVT. CCCLXII.

1 *Taciti, & expressi eadem est virtus.*
2 *Tacitum resultans ex expresso, cessat cessante expresso.*
3 *Consensus expressus Episcopi requiritur in erectione nouarum dignitatum.*

In erectione nouarum Dignitatum an sufficiat tacitus Episcopi consensus.

CErtum est, quod in erectione nouarum dignitatum requiritur assensus Episcopi, loci Ordinarij, vt supra dictum est, sed num talis consensus sufficiat, quod sit tacitus hic inquirendum est.

1 Et quidem videtur pro affirmatiua parte respondendum ex illa vulgata regula, quod taciti, & expressi eadem est virtus, idemque iudicium l. cum quid vbi Doctor. ff. si cert. petat. l. fin. ff. deleg. 2. imò tacitum operatur plusquam expressum in multis casibus, vt
2 per Cardin. Tusch. conclus. 11. lit. T. affirmans conclus. 12. quod tacitum resultans ex expresso cessat cessante expresso per text. in l. 3. §. fin. ff. de seruitut. rusticor. prædior.

3 Sed his non obstantibus totum contrarium est verius, quia consensus Episcopi in hac materia debet esse expressus nec sufficit tacitus, vt post Abbat. in cap. cura in fine extra de Iure patron. affirmauit Ferret. consil. 343. num. 3. & consil. 345. num. 5. quos sequitur Sbroz. in tract. de officio, & potest. Vicarij quæst. 31. num. 8. lib. 2.

RESOLVT. CCCLXIII.

1 *Identitas eadem est Vicarij, & Episcopi.*
2 *Authoritas Vicarij Episcopalis non sufficit in erectione nouarum dignitatum.*
3 *Vicarius Episcopi non potest creare nouum beneficium in Ecclesia.*

In erectione nouarum dignitatum Num sufficiat authoritas Vicarij Episcopalis, maximè si Episcopus sit absens.

1 EX consil. Portij 99. num. 43. deducitur sufficere authoritatem Vicarij Episcopalis, quem dicit ipse posse interponere suam authoritatem in creatione dignitatis ratione identitatis quam habet cum Episcopo, cum quo facit idem consistorium, illique associatur in iurisdictione, Nouar. forens. q. 93. n. 3. tom. 1.

2 Cæterum totum contrarium videtur verius, quando habet speciale mandatum ad id agendum, nam regulariter Vicarius Episcopalis absque speciali mandato non potest interponere suam auctoritatem in creatione dignitatis, vt probat Dominicus post Ioan. de Deo in c. fin. de offic. Vicar. in 6. Federic. de Sen. consil. 164. Iap. alleg. fin. Calder. consil. 3. de offic. Vicar. Ferret. consil. 324. n. 4. & plenius cõsil. 343. refert, & sequitur Sbroz. de officij Vicarij lib. 2. quæst. 31. nu. 4. vbi n. 6. ampliat etiamsi Episcopus esset absens à Ciuitate, vel Diœcesi, vt respondisse contra Vicarium Vicentium fatetur Ferrett. d. consil. 327. num. 6. ea ratione, quia absentia Episcopi non amplificat facultatem Vicarij, nisi in casibus à iure expressis, Franc. in c. 2. col. 3. de offic. Vicar. in 6.

Quod dicit verum Sbroz. loco citato nu. 9. etiam si Vicarius habere mandatum cum expressione aliquorum specialium secuta clausula generali allegat Ferret. pluries cit. consil. 327. num. 7.

3 Et facit pro corroboratione, quia Vicarius Episcopi nequit creare nouum beneficium in Ecclesia, sicuti nec conferre sine speciali mandato, vt probat Ioan. Andr. in c. fin. de offic. Vicar. in 6. vbi etiam Franc. colum. 2. quæst. 2.

PRAXIS INSIGNIA CANONICALIA.

RESOLVT. CCCLXIV.

1 *Insignia dantur Canonicis ob dignitatem.*

2 *Signum*

2 *Signum ostendit signatum.*
3 *Res præsumitur illius, cuius est signum.*
4 *Sigillum appositum in scriptura facit præsumere consensum illius, cuius est sigillum.*

Insignia quare concedantur Canonicis.

1 NOuarius forens. quæst. 24. n. 15. tom. 1. docet Canonicis dari insignia propter dignitatem, quam habent, & præeminentiam supra alios Clericos simplices, vndè vt dignoscantur à cæteris aliquod signum habere debent.

2 Signum enim ostendit signatum l. stigmata C. de Fabricens. li. 12. l. 1. §. si intelligatur ff. de ædilit. edict., sicuti stigmata ostendunt militem, Habitus Clericum, Toga officialem, Cuculla Monacum, & Marca Mercatorem, Bald. in c. causam n. 2. de probat., vbi etiam

3 Dec. & Felin. n. 4., & res præsumitur esse illius, cuius est signum quo signata est, vt latè per Annam alleg. 110. Menoch. de præsumpt. lib. 3. quæst. 34. Nouarius in tract. de elect. & variat. fori quæst. 43. nu. 5. & seq. sect. 2. in vltima impress. Neap. vbi etiã concludit, Furiosũ quem præsumi ex signis furoris, & ideò Marãt. in cõs. 129. affirmauit per signa probari, quòd animal sit alicuius, vt ita in proprijs terminis tenet Luc. de Pen. in l. stigmata col. 2. C. de Fabricen. lib. 11. vbi dicit ista formalia verba videlicet, & nota hic argumentum, quod si quis agit pro boue, vel equo mercato merco gregis sui, licet non probet dominiũ, tñ sufficit sibi probare, quod illo signo suo mercatus sic reperitur, eius enim res esse videtur cuius signo signata est, & hoc idem tenet ibi Bart. & Angel. qui dicunt sufficere ad probandum in fauorẽ petẽtis animal, probare, quod est signatus signo suo, & hoc in simili tenet Bar. in l. cum in diuersis ff. de relig. facit text. & ibi Doct. in l. decernimus C. de aquæductu lib. 11. quorum Doctor. hæc est intentio, quod solum signum non arguit de necessitate dominium, cuius probatio est difficilis, & debet fieri per strictiores probationes, vt not. Bart. in l. quidam in suo ff. de condit. instit. tamen inducit præsumptionem in fauorem habentis signum per quam potest obtinere.

Item facit, quia per sigillum appositum in scriptura

4 præsumitur consensus illorum, quorum est sigillum l. tribunus §. 1. de milit. testam. Gabriel. latè concluſ. 4. de præsumpt. Viuius decis. 54. vbi n. 2. quod ex sigillo probatur mandatum ex Innocent. in c. quoniam contra de probat. Card. in clem. 1. in princip. de procur., vndè fides vniuersitatis, in qua illius sigillum appositum reperitur vti publicum plenè probat Bald. in l. si qua per calumniam col. fin. C. de qua Epis. & Cleric.

RESOLVT. CCCLXV.

1 *Insignia à quo dentur Canonicis, & n. 2. & quid vbi tractatur de Canonicis super numerarijs num. 3.*

Insignia Canonicis An possint dari ab Episcopis locorum Ordinarijs.

1 EGo ipse in decis. Curiæ Archiepiscopali Neapol. 333. par. 3. fui in opinione insignia non posse dari Canonicis ab Episcopis locorum ordinarijs.

2 Verum post mea scripta eleganter quidem Nouarius forens. quæst. 24. tom. 1. totum contrarium probauit, respondendo meæ opinioni, quod loquor ibi in causa Hebdomadariorum Archiepiscopatus Neapolitani, qui cum non habeant dignitatem merito dicit ipse, in tali casu fuisse necessarium implorare auctoritatem ab Apostolica Sede.

Quam opinionem si sequi velis, poteris illam declara-

3 rare nõ habere locum, quoties Episcopus crearet Canonicos supernumerarios, nam illis insignia deferre, &

habitum Canonicalem assignare in præiudicium antiquorum Canonicorum non valebit, vt in proprijs terminis rescripsisse Eminentissimum Cardinalẽ de Mõte Nomine Sacræ Congregationis, refert nouissimè Nouarius in tract. de elect. fori quæst. 35. nu. 10. sect. 4. & ita reperi fuisse aliquandò decisum per sacram Cõgregationẽ Eminentissimorum, & Reuerendissimorũ Cardinalium, cuius quidem declarationis verba hic transcribere volui, & sunt quæ sequuntur, videlicet.

Sacrorum Rituum Congregatio in vna Hidruntina 1. Septembris 1612., & in alia Brundusina 10. Nouembris eiusdem Anni respondet non licere Episcopis innouare, mutare, vel concedere signum, seu habitum Canonicalem in præiudicium antiquorum Canonicorum, sine expressa Sedis Apostolicæ licentia, Io. Baptista Rinuccius Secretarius.

RESOLVT. CCCLXVI.

1 *Exemplis non est iudicandum.*
2 *Membra non debent recedere à suo capite.*
3 *Nouitates in iure sunt odiosæ, & illi fauere nõ debemus.*
4 *Variatio in iure dicitur odiosa.*

Insignia Canonicalia An possint mutari ab Episcopis præter stilum Curiæ Romanæ.

CVm quidam Episcopus intẽderet mutare insignia suis Canonicis præter stilum Curiæ Romanæ voluit à me scire, si id licitè agere potuisset, & quidem

1 pro parte affirmatiua vrgebat illud axioma, quod exemplis non est iudicandum, sed legibus l. nemo Iudex, §. non enim in verbo non exemplis, & ibi Sal. & Doct. C. de sentent. interloqut. Bald. in rubric. C. quæ sit longa consuetudo, Afflict. in constit. Regni vt de successionibus col. 7.

Cæterum re melius perpensa totum contrarium cõsului, nam cum caput omnium Ecclesiarum sit Romana, ab illa quælibet altera Ecclesia debet se regulare tanquam ab ipsa dependentia, non debent enim

2 membra recedere à suo capite, & stilus Curiæ Romanæ pro lege haberi debet in Ecclesijs inferioribus, maximè vbi est longeuus stilus, si quidẽ obseruãtia Curiæ, & longeuus vsus causarũ pro lege absque scrupulo allegari potest, Clem. sæpè §. & quia, & ibi Cardin. Florẽt. q. 6. de verb. signif. Afflict. decis. 79. decis. 135. 243. & 391. Eugen. cons. 42. inde in Regno stilũ Sacri Cõcilij, tãquã superioris Tribun. vim legis obtinere, latè probat Carauit, in Rit. M. C. V. 1. sub n. 23. & Rit. 260. n. 7.

3 Item facit, quia mutatio insignium operatur nouitatem, quæ nouitates in iure sunt odiosæ, & multa incommoda pariunt, & ideò semper euitandæ, Cephal. cons. 583. n. 34. volum. 4. Anchar. consil. 157. Neuizan. consil. 111. vbi firmat, quod nouitas in homagijs induci non debet, & tentans nouitates debet reprehendi cap. quis nesciat 11. dist. & nouitatibus, ideò fauere nõ debemus, Nouell. regul. 109. vbi ad plura infert, taliter quod non sunt audiendi tẽtantes subuertere antiquos modos regiminis Ciuitatum, vt per Bald. in l. in rebus, ff. de constit. Princip. minimè enim mutanda sunt, quæ semper eandem habuerunt interpretationem, & vsum l. minimè ff. delegat. Glos. in c. 1. §. præterea in fin. de c. Conrad.

4 Et variatio in iure adhuc est odiosa, & doli mali plena, & semper restringenda, Nouarius in suo vtili tract. de elect. & variat. fori q. 3. num. 2. sect. 1. in secunda impress. Neap.

Nec tenendo hanc opinionem obstat, quod exemplis non est iudicandum, nam ista regula cessat in exẽplo & stilo Curiæ Romanæ, Mendoza in tract. de benef. incompatibil. cap. 1. num. 37. par. 2. quia in tali casu, videtur esse exemplum Principis, quod seruari de-

bet pro lege, & facit ius quo ad omnes, & iuxta illud est seruandum, vt latissimè per plura media probat Vinius decis.91.

PRAXIS ANTICIPATIONIS Solutionis non faciendę in locationibus Rerum Ecclesiarum in præiudicium Successorum.

Ex Concilio Trident. sess. xxv. cap. xj. de Refor.

RESOLVT. CCCLXVII.

1 *Dispositio Sacri Concilii Tridentini refertur.*

Quid disponat Concil. Trid. circa anticipatam solutionem locationis Bonorum Ecclesiæ non faciendam successoribus.

1 CIrca præsentem materiam Sacrum Concilium Tridentinũ sessione 25.c.11.de reformatione prohibendo huiusmodi anticipationem solutionis his vtitur verbis.

Magnam Ecclesiæ perniciem afferre solet, cum eorum bona representata pecunia in successorum præiudicium aliis locantur, omnes igitur dictæ locationes, si anticipatis solutionibus fient, nullatenus in præiudicium successorum valida intelligantur, quocumque indulto, aut priuilegio nõ obstante, nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur. Non licet etiã iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominandi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec conductoribus per se, aut alios ea exercere, aliterque concessiones etiã à Sede Apostolica factæ surreptitiæ censeantur; locationes verò rerũ Ecclesiasticarũ, etiam auctoritate Apostolica cõfirmatas sancta Synodus irritas decernit quas à triginta annis circa ad longum tempus, seu vt in nonnullis partibus ad vigintinouem, seu bis vigintinouem annos vocant factas Synodus Prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Ecclesiæ, & contra Canonicas sanctiones contractas fuisse indicabunt.

RESOLVT. CCCLXVIII.

1 *Locatio anticipata solutione an sõper præiudicet successori.*
2 *Solutio anticipata locationis si sit verè conuersa in vtilitatem Ecclesiæ an successor teneatur stare locationi.*

Solutio anticipata si sit verè conuersa in vtilitatem Ecclesiæ an noceat successori.

1 SI successor in beneficio teneatur stare locationi factæ per prædecessorem nomine Ecclesiæ, vbi fuerit facta anticipata solutio, & conuersa pecunia in vtilitatem Ecclesiæ, Doctores de iure communi dicunt successorem teneri stare locationi, quando probatur pecuniam receptam per prædecessorem fuisse conuersam in vtilitatem Ecclesiæ, ita Anchar. in consil. 116. Geminian. cons. 17. Alexand. consil. 160. vol. 6. Abb. in disp. 3. Decian. respons. 14. n. 10. lib. 2. Ferrettus consil. 151. lib. 1. Nouarius in opusculo noui iuris Pontificii concl. 1. n. 3. de locat. rerum Eccles.

2 Sed difficultas oritur hodie Concilium Trident. dũ annullat locationes factas anticipatis solutionibus in præiudicium successorum c.11. sess. 15. de reformat. nihilominus, quando notoria esset necessitas Ecclesię, vt si rueret nisi pecunia pro reparatione inueniretur, quo casu etiam successor teneretur, tunc non videtur tractari de præiudicio suo, nam hoc casu si contraheret debita, successor teneretur c.1.de solutionibus dũmodò sit notorium, & manifestum. Nam Concilium Tridentinum videtur obuiare fraudibus, quare admitti posset hæc opinio in casu manifestissimæ necessitatis Ecclesiæ, salua declaratione Sacræ Cõgregat. Cõcilii Trident. ad quã recurrere poteris pro vera resolutione, & vide Nouariũ forens. q. 62. n. 7. & seq. tom. 1.

RESOLVT. CCCLXIX.

1 *Prælatus vbi tenetur stare locationi, potest de nouo exigere à conductore pensionem.*
2 *Facto alterius quis grauari non debet.*
3 *Factum vnius non debet alteri nocere.*

Facta solutione anticipata prædecessori, an successor possit de nouo exigere pensionem à conductore.

1 IN casibus, in quibus Prælatus tenetur stare locationi Prædecessoris, potest de nouo exigere à conductore pensionem prædecessoris anticipate solutam, Gigas de pension. quæst. 88. Tusc. conclu. 419. n. 15. lit. L. Surdus decis. 326. n. 79. firmans n. seq. Prelatum sciẽtem repudiaturum Prælaturam, non obligare successorem, etiam si nomine Ecclesiæ faciat locationem, licet conductor poterit habere recursum contra hæredes locatoris, si forte fuerint soluendo iuxta regul. l. pro hæreditariis C. de hæred. Act. Pereir. de empt. ca. 25. nu. 6. Barbos. in l. si filio famil. §. final. nu. 21. ff. solut. matrim. refert Nouarius in opusculo noui iuris Pontificiis concl. 1. de locat. rerum Ecclesiæ in fin.

2 Et ad comprobationem confert primo, quod facto alterius nemo debet prægrauari l. si quis in suo legis C. de inoffic. testam. Surd. cons. 173. n. 84. Alieno facto nullus oneratur l. in causæ, ff. de procurat. Et alieno facto ius alterius non mutatur l. nam satis §. fin. ff. quem a suo seruit. ammitt.

3 Et factum vnius non debet alteri nocere l. si vnus, §. ante omnia ff. de pactis l. de pupillo §. si plurimũ, ff. de nou. oper. nunciat. l. pater famil. ff. de hæred. instit. l. nõ debet alteri, & ibi Dec. ff. de regul. iur. l. cohæredi C. familiæ Herciscund. l. hæredes §. in illa ff. eodem l. debitorũ pactionibus, C. de pactis, & argumen. text. in l. id, quod nostrum ff. de regul. iuris facit l. trãsactione matris, C. de trãsact. l. post certis C. de liberali causa, Menoch. cons. 346. n. 26. Surd. decis. 102. n. 1. & consil. 22. nu. 29. & factum alterius non debet nocere ei qui nihil fecit dict. l. de pupillo, §. si plurimum, Farin. p. 4. cons. 65. n. 100.

RESOLVT. CCCLXX.

1 *Confessio est probatio omnibus melior, & omne genus probationis superat.*
2 *Cõfessio facta à prædecessore, quãdo præiudicet successori.*
3 *Actus gestus in morte non præiudicat alteri, de cuius præiudicio tractatur.*
4 *Confessio gratuita Abbatis non valet in præiudicium Monasterii.*

Quietatio facta conductori Bonorum Ecclesiæ à prædecessore in Mortis articulo, Num successori preiudicet.

1 QVamuis confessio Prælati valeat ad liberandum, ita quod præiudicet successori, vt notatur in c. de Constantinopolitana 22. distinct. quasi quod confessio sit probatio omnibus melior l. cum a matre C. de rei vendic. l. generaliter C. de non n. pecun., & ideò omne genus probationis superat, & semper admittitur, etiam vbi aliæ probationes non admitterentur, vt per Marant. in praxi p. 6. art. 5. n. 25. Surd. consil. 60.

Tamen quietatio facta conductori bonorum Ecclesiæ à prædecessore in mortis articulo, non præiudicat
2 successori in mortis articulo, ex decis. Afflict. 168. vbi refert decisum confessionem, & quietationem factam per Abbatissam Sanctæ Mariæ de Capua suo Procuratori

tori tempore infirmitatis, ex qua infirmitate mortua fuerat non valuiſſe in præiudicium Monaſterij, & Abbatiſſæ ſucceſſitricis in dicto monaſterio, & conſequenter fuit iudicatum, non obſtante dicta quietatione præfatum procuratorem debere dare rationem, & reliqua reſtituere.

Tum quia quietatio habetur pro ſuſpecta ob præiudicium ſucceſſoris, ex text. in ca. de his, de ſepultur.,
3 vbi actus factus in morte non præiudicat alteri de cuius præiudicio tractatur; & ideò confeſſio debiti facta in morte nō nocet hæredi, vbi non eſt iurata Authent. qui obtinet C. de probat., licet ſecus, vbi eſſet facta in vita, quia tunc noceret ſucceſſori l. generaliter C. de non numeratæ pecuniæ.

Tum etiam, quia ſecundum Federic. de Sen. conſil. 142. confeſſio non poteſt nocere ſucceſſori abſque authoritate ſuperioris, niſi probetur veritas.

4 Tum tandem, quia ſecundum Paul. de Caſtro in conſil. 1. confeſſio gratuita Abbatis non valet in præiudicium monaſterij tanquam ambitioſa, ſequitur Panorm. in c. fin. de præſumpt. vbi extra iudicium confeſſio Prælati minimè obeſt, & nocet Eccleſiæ.

PRAXIS ILLEGITIMÆ Succeſſionis filiorum in Eccleſijs Paternis.

Iuxtà diſpoſitionem Concil. Trid. ſeſſ. 25. Can. 14.

RESOLVT. CCCLXXI.

1 *Diſpoſitio Concilij circa ſucceſſionem illegitimorum in Eccleſijs paternis reportatur.*

Quid in hoc diſponat Sacr. Concil. Trident.

1 CIrca materiam illegitimæ ſucceſſionis filiorum in Eccleſijs paternis, Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſione 25. cap. 14. his vtitur verbis, videlicet.

Vt paternæ incontinentiæ memoria à locis Deo conſecratis, quos maximè puritas, ſanctitaſq; decet longiſſimè arceatur, non liceat filijs Clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio in Eccleſijs, vbi eorum Patres beneficium aliquod Eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcumq; etiam diſſimile beneficium obtinere, nec in dictis Eccleſijs quoque modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorumque parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere, quod ſi in præſenti pater, & filius in eadem Eccleſia beneficia obtinere reperiantur, cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare Eccleſiam intra trium menſium ſpatium, aliàs ipſo iure eo priuatus exiſtat, & ſuper iis quæcumque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur; ad hæc reciprocæ reſignationes, ſi quæ poſt hac à parentibus Clericis in fauorem filiorum fierent, vt alter alterius beneficium conſequatur in fraudem huius Decreti, & Canonicarum ſanctionum factæ omnino cenſeatur, nec collationes ſequutæ vigore huiuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcūque quæ in fraudem factæ fuerint ipſis Clericorū filiis ſuffragentur.

RESOLVT. CCCLXXII.

1 *Filius non poteſt canere in Eccleſia, in qua pater habuit, vel habet beneficium, & hoc ſi ratione mercedis ageretur, num. 2.*

An filius illegitimus poſſit tanquam ſimplex Muſicus canere in Eccleſia, vbi pater obtinet beneficia.

1 SI pater habuit, vel habet beneficium in aliqua Eccleſia, eius filius illegitimus non poteſt in ea canere tanquam muſicus ſimplex, ita Nauar. conſ. 1. de cō-

ſtit. q. 17. Sayr. deciſ. 1. de conſtit. Gratian. tom. 2. cap. 397. n. 26. & ſeq. Garzia de beneficiis, p. 7. c. 3. num. 68. Barboſ. de offic. Epiſcop. allegat. 65. n. 20. nam in Cōcilio dicitur illegitimi in dictis Eccleſijs quoquo modo miniſtrēt, & canere in Eccleſia eſt miniſtrare eandem ob cauſam ſi filius illegitimus iret proceſſionaliter ad aliquam Eccleſiam, in qua eius pater eſſet beneficiatus, quamuis filius eſſet Cappellanus alterius Eccleſiæ, filius non poteſt celebrare, vel miniſtrare in illa Eccleſia, in qua pater habet beneficium.

2 Hoc autem Decretum Concilij intelligitur, quando filius in Eccleſia paterna miniſtraret ex officio, vel ratione mercedis, ſecus vero ſi ibi celebraret, vel miniſtraret ex deuotione, vel ex propria voluntate, ita Roder. in ſumma, tom. 1. c. 247. nu. 1. Campanil. in diuerſor. rubr. 11. c. 13. n. 67. Garzia loc. cit. n. 73. Armēdariz. n. 33. & Barboſ. nu. 24. & vſu ita eſt receptū, quāuis Nauar. dicta quæſt. 17. n. 46. negat id poſſe facere, quia inquit, licet nō videatur tàm miniſtrare Eccleſiæ, quàm ſuæ deuotioni conſulere, negari tamen non poteſt eum miniſtrare aliquo modo in illa Eccleſia in altaris miniſterio, & conſtat rationem fugandi memoriam incontinentiæ paternæ attingere aliqua ex parte celebrationem illam priuatā, & ſententiā hanc ſequitur, & tenet Salzedo in praxi crimin. cap. 48. lit. A. ſed prior opinio cum in praxi ſit recepta tuta conſcientia poteſt amplecti.

RESOLVT. CCCLXXIII.

1 *Titulus attenditur in beneficialibus.*
2 *Titulum habens, dicitur habere beneficium.*
3 *Filius poteſt retinere beneficium, de quo pater non ceperat poſſeſſionem.*

An illegitimus poſſit obtinere beneficium in Eccleſia, vbi eius pater obtinuit beneficium, ſed non cœperat poſſeſſionem.

1 RAtio dubitandi eſt, quia in beneficialibus non attenditur principaliter poſſeſſio, ſed titulus c. ex frequentibus de inſtitutio. & in cap. beneficium lib. 6. Boerius dec. 24. num. 8. & facit, quod tradit Card. in Clem. vt ij qui §. illi vero n. 10. & 11. de ætate, & qualitate, & is verè dicitur habere beneficium, vt dicit Gar-
2 zia de benef. c. 2. 3. p. n. 92. vnde Pariſ. de reſignatione beneficiorum lib. 7. q. 7. n. 47. ait, fuiſſe reſolutum in ſacra Congregatione Concilij, die 16. Iul. 1587.

Cæterum contrarium eſt firmādum, vt ſi pater fuit prouiſus de beneficio in aliqua Eccleſia, cuius tamen
3 beneficii poſſeſſionem nec per ſe, nec per ſuum procuratorem eſt adeptus, vigore huius decreti Concilij nō prohibetur filius obtinere beneficium in ea Eccleſia, ità Garzia de benef. p. 7. c. 3. n. 56. in 2. & 3. declarat. Campanil. in diuerſor. iur. canon. rubr. 11. c. 13. nu. 67. Armendariz. in additio. ad recopillat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 19. l. 1. de filiis præsbyter. nu. 20. & 44. nam Concilium ita decreuit ad arcendam memoriā paternæ incontinentiæ, & ne inducatur ſucceſſio in beneficiis, quæ duo ceſſant, quando patri eſt quidem collatum beneficium, cuius tamen poſſeſſionem non comparauit, ſi verò eius poſſeſſionem habuit, ſed ſine canonico titulo, vel non pacificè, tunc filius in eadem Eccleſia beneficium habere non poteſt, nam verba Concilii verificatur in eò, qui verè habuerit beneficiū, quamuis abſq; legitimo titulo, vt per Nouarium in ſecūdo opuſculo noui iuris Pontificii, titulo de illegitim.

RESOLVT. CCCLXXIV.

1 *Fillius retinet beneficium in Eccleſia, in qua pater fuit Cappellanus amouibilis.*

2 *Cappellania non dicitur beneficium.*

Illegitimus an possit obtinere beneficium in Ecclesia, vbi pater fuit Cappellanus amouibilis.

1 SI pater ministrauit in aliqua Ecclesia tanquam Cappellanus amouibilis sine titulo beneficij, tunc filius eius illegitimus potest in eadem Ecclesia ministrare, & habere beneficium, Gratian. tom. 2. disceptat. c. 397. num. 24. & seq. Grazia in tract. de benefic. par. 7. c. 3. n. 72. & alij communiter affirmantes, iuxta hanc sententiam fuisse decisum, & determinatum per sacram Congregationem Concilij Eminentissimorum Cardinalium.

Et ratio præfatæ opinionis datur, nam Concilium solum loquitur in casu quo pater habet, vel habuit beneficiū, at qui seruit alicui Ecclesię, vel in ea ministrat non propterea dicitur habere in ea beneficium, quæ ratio, idem probat si pater, & filius velint celebrare in eadem Ecclesia, in qua neuter habet beneficium.

2 Certumque est, Cappellaniam non esse beneficium, & ideò videmus non comprehendi sub Regula octaua Cancellariæ de mensibus, & alternatiua, vt latè probat Gonzal. in coment. ad eandem Regul. Cancell. glos. 5. vbi num. 21. dicit tales Cappellanias non posse conferri ab Episcopis, Curt. Iun. consil. 20. part. 1. Rebuff. de pacific. possessor. num. 287., nam in huiusmodi Cappellanijs non concurrunt requisita beneficij, de quibus alibi diximus, & ideò non oportet iterum hic recensere.

RESOLVT. CCCLXXV.

1 *Nepotes non comprehenduntur sub dispositione Concilij loquentis de filijs.*
2 *Filius repræsentat incontinentiam patris.*
3 *Filius præsumitur esse similis patri.*

Nepotes An prohibeantur habere beneficia in Ecclesijs, in quibus eorum Aui habuerunt, vel habent.

1 EGo dixi in decis. Curiæ Archiepiscopal. Neapol. 300. part. 4. textum Concilij, de quo supra prohibentem, ne filij Clericorum possint habere beneficia in Ecclesijs, in quibus patres ministrauere, non habere locum in nepotibus, sicque sentierunt Roias de success. ab intestat. c. 20. num. 112. Rebuff. in praxi dispensat. super defect. natal. num. 27., & meam opinionem nouiter sequitur Nouarius in suo vtili tract. de elect. & variat. fori quæstione 9. num. 60. in fine sect. 3. in vltim. impres. & ita de mandato Sanctissimi D. N. Gregorij XIII. determinauit Sacra Romana Rota, vt dicit addit ad Sayr. decis. 9. de filijs presbyterorum per hæc verba.

Aduertendum est circa id quod tradit Auctor de nepotibus, quod cum Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinales Congregationis sacri Concilii Tridentini existimauerint, tàm in dicta constitutione Clementis VII. quam in Concil. Trident. sub illa prohibitione, Ne filij illegitimi beneficium paternum obtinere possint, comprehendi nepotem legitimum ex filio illegitimo respectu beneficii auiti ob ea Concilii verba longissimè, nec vlla in his terminis Rotæ decis. reperta fuisset statuerunt postea iidem Cardinales ex ordine S. D. N. Gregorii XIII. intelligere quid de hac re Rota sentiret, vbi vt notat Nauar. cōsil. 10. in Nouis decisū fuisse in Rota duodecima die Februarii 1574. non comprehendi nepotem legitimum ex filio illegitimo, neque sub Clem. neque sub Concil. Trid. tàm inspectis verbis, quàm etiam inspecta mēte, seu ratione tàm Clem. quā Concilii; quæ Rota decis. probari facilè potest, si quidem si verba Clement. consideremus certa est illa non conuenire nepoti legitimè, vt patet ibi in ipsorum resignantium filiis ex fornicatione natis; & ibi super defectu Natalium, quā ex dictis Sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur, & ibi ob inordinatum spuriorum filiorum amorem; & ibi quod de cætero filij presbyterorum, ex fornicatione nati, & similiter, nec verba Concilij conueniunt, vt patet ibi, qui non ex legitimo Matrimonio nati sunt. Vnde cum regula generalis sit, quod vbi verba dispositionis non conueniunt, neq; dispositio ipsa conueniat, ex Bart. & Dec. in l. 4. §. Prætor ait, de damn. infect. & idem Bart. in c. 1. n. 21. de elect. & Alciat. in l. liberorum num. 6. de verb. significat. & ibidem Alex. in verb. Tertius casus est, & in dictis constitut. solum mentio fit filiorum, non ea solum ratione, quod si filij sint, sed quia nati sunt ex fornicatione, consequens est, vt quæ de filijs illegitimis statuuntur in nepotibus legitimis locum non habeant, ex Bart. in l. fin. C. de filijs natural. qui etiam cum aliis communiter concludit conclus. 1. num. 58. de verbor. significat. nepotem legitimum ex filio illegitimo hæredem de Auo instituì posse, quia in eo vitium paternum, & per consequens qualitas patrem excludens cessat, vt docent Card. Paleot. de nothis, & spurijs c. 53. & Couar. in Epit. par. 2. c. 8. §. 5. n.

3 *13. sed ne timens, aut ratio Clement. vt Concilij locum habet in nepote natus filius repræsentat incontinentiam patris, nepos autem non item, & filius præsumitur esse similis patri sic nepos respectu Aui, siue ergo verba, siue mentem Clementinæ, aut Concilij inspiciamus dicendum est nepotes legitimos non excludit, cum non militet eadem ratio, & materia est odiosa, & quia si Clementina, vel Concilium nepotem legitimum excludere voluissent, nepotem etiam sicut filium nominassent; Denique huius opinionis sunt, glos. in cap. presbyterorum, verb. filios dist. 56. & in cap. Apostolica 8. quæst. 1. Archid. ibi Gofred. in summ. n. 5. de filijs presbyterorum, Ioan. Andr. & in c. ad extirpandas titul. eodem, & Auth. ibidem Pisanell. & alij summistæ communiter in verb. illegitimus.*

PRAXIS OBSERVATIONVM dierum festiuorum,

Iuxtà Concil. Trid. sess. 25. cap. 12. de Regular.

RESOLVT. CCCLXXVI.

1 *Episcopus habet intentionem fundatam super obseruantia dierum festorum.*
2 *Non obseruans dies festos peccat mortaliter.*
3 *Orationibus vacandum est in diebus festiuis.*

Quid disponat in Concil. Trid. obseruationem dierum festiuarum.

PRo introductione discutiendorum libet hic reponere formalia verba Concil. Triden. sess. 25. c. 12. de Regularib. quæ sunt vt sequūtur videlicet.

Episcopus an possit sub pœna excommunicationis prohibere opera seruilia diebus festiuis.

1 EPiscopus habet intentionem fundatam, tàm de iure cōmuni c. 1. de ferijs, quàm ex forma Cōstitutionis sanctæ memoriæ Pij Papæ V. incipiente: cum primum Apostolatus officium §. cum vero, circa dierum Festorum obseruationē, vt in Bullario n. 5. vbi expresse prohibētur Dominicis, & alijs diebus festiuis in honorem Dei, & B. Mariæ Virginis fieri mercatus, & huiusmodi profanæ negotiationes, & opera seruilia,
2 quæ constitutio obligat inobedientes ad peccatū mortale propter verba præceptiua, & prohibitiua, Nauar. in summ. c. 23. num. 52. post Felyn. in cap. nam concupiscentiam de constit. Abbas in cap. dolentes de celebrat. Missar. Doctor. in Clemēt. dudum de sepultur. & Clemen. si Dominū, §. ideoque de reliquijs, & venera-

3 tione

3 tione Sanctorum, vacandum est enim diebus his orationibus,& ab opere seruili abstinendum; Nam quod dicitur aliàs licitè exerceri est illicitum dictis diebus, Hostiens.in summ.in titul. de ferijs, §.quid nō in princip.& in c.1.vbi Abbas num.5. Butr.Cardin.& alij eodem titul.Gregor.in suo opere Syntagm.iuris p.3.lib. 25.c.3.num.8. qui testatur prohibitum esse per legem generalem mercatus, & nundinas his diebus in Gallia fieri,Rebuff.in constit.Regni Galliæ tit.de mercatoribus,artic.vnico glos. vltim. nu.5. & in omni bene constituta Ecclesia prohiberi videmus, vt in constitutionibus Ecclesiæ, & Prouinciæ Mediolanen.lib.1. tit.de Festorum dierum cultu §.3. Fusc.de visit.lib.2. ca.21. numer.41.

RESOLVT. CCCLXXVII.

1 *Episcopi tenentur sub mortali si dies festiuos obseruari non faciunt.*
2 *Episcopi tenentur suos populos hortari, vt in diebus festiuis audiant Missam.*
3 *Episcopus num possit excommunicare non audientes Missam in diebus festiuis.*
4 *Memorabile in proposito affertur.*
5 *Episcopus potest prohibere ne histriones in diebus festiuis ante celebrationem Missæ in circulis cantent.*
6 *In diebus ferialibus est Missa celebranda valde manè pro Artificibus.*
7 *Episcopus non debet laborari facere diebus festiuis in suo territorio.*

De sollicitudine Episcopi circa obseruationem Festorum.

1 SVmmopere ad cultum Diuinum pertinet obseruatio Festorum,de qua plura sacris Canonibus tit.de ferijs in Bulla Pij V.cum primum quæ obligat Episcopos ad mortale si festa obseruari nō faciunt, & in actis Ecclesiæ Mediolanen. & apud Summistas pauca vero magis frequentia memoranda censui.

2 Primo, quod Episcopus debet hortare populum, totis viribus,vt in diebus festiuis audiant Missam propter summam eius vtilitatem, quam post alios recenset Toletus in instruction.Sacerdot.li.6.c.9.& propter singularia exempla relata à Diuo Gregorio in dialog.

3 Et quamuis Episcopus posset non audientes Missam excommunicare, cap.Sacerdotes, cap.Missas,ca. omnes de cons. dist. 1. id tamen sine grauissima causa facere non debet, nempè quando contemptus manifestus cognoscitur, quia multi excusantur ex pluribus causis nè excommunicatio potius illaqueet,quam ędificet.

4 Ioannes Patriarcha Alexandrinus, vt contineret populum ad audiendam Missam vsque ad finem, vsus est tali arte,cum enim populus die quadā finito Euangelio discederet,ipse quoque omittēs celebrare sequebatur illos dicens. Quod Pastor debebat sequi oues quo ibant, Populus verecundia confusus deinceps non discessit ab Ecclesia ante benedictionem Sacerdotis, hoc autem hodie fieri non potest c.in his 7.quæst.1.

5 Secundo debet prohibere diebus festiuis de mane, Histriones, & Mimos, quia multi eorum causa retrahuntur ab auditu Missæ: Quinimmò, qui relictis diuinis,accedunt ad eos,possunt excommunicari,cap. qui die de constit.dist.1.& ca.2. dist.3. Tempore Quadragesimali prædicti sunt prohibendi de mane, & sero, quia est tempus pœnitentiæ.

6 Tertiò, vt populus diebus ferialibus audiat Missam, deberet Episcopus mandare, vt valdè mane celebretur vna Missa pro artificibus, & alijs negotiatoribus, iuxta c.est necesse de consecrat. dist.1. sed vt die festo audiat concionem debent prohiberi Missæ priuatæ ante conuentualem c. & hoc attendendum, dict. distinct.& supra diximus.

7 Quarto, vt fideles diebus festiuis desistant ab opere seruili,id ante omnes ipse Episcopus aliorum exemplo seruare debet, & proinde cauere ne in diebus festis faciat boues fidelium laborare in terris Ecclesiæ quando ipse Episcopus non est pauper,sed posset conducere, quia hoc esset peccatum, & scandalum magnum alijs prohibere, & pro Ecclesia permittere; Dixi nisi Episcopus ob paupertatem posset conducere boues, quia tunc necessitas facit licitum.

RESOLVT. CCCLXXVIII.

1 *Consuetudo excusat à peccato.*
2 *Episcopus potest prohibere ne in diebus festiuis Populus elaboret, consuetudine aliqua in contrarium non obstante.*
3 *Consuetudo,quæ est inductiua peccati,tollenda est.*
4 *Bald.in l.quadraginta,C.de ferijs declaratur.*
5 *Consuetudo per quam tolluntur feriæ in honorem Dei, si ex aliqua iusta causa inducta sit, an subsistat.*

An consuetudo regionis excuset ab obseruantia festorum, ita vt pœna ab Episc. imposita exigi non possit.

1 NEgatiuè resoluendum est, quia tunc consuetudo excusat à peccato, quando est tolerata ab Episcopo,causa rationabili subsistente,puta necessitatis, pietatis, & similis, sed non propterea arctantur Episcopi ne huiusmodi abusus possint prohibere maximè in diebus festiuis solemnibus, in quibus secundum aliquos,nec etiam tolerantia Episcopi excusaret, & ita loquitur Angel.in sum.in verbo feriæ §.21. Syluest. in verbo Dominica §.3. quæritur Caiet. in verbo festum §.quo ad tertium,Arm. eodem verb. n.15. Nauarr.in
2 manu.c.15.n.8. Poterunt ergo Episcopi præfata prohibere: immò ad id tenentur, prout expressè præcipitur in dicta Constitutione Pij V. §.cum vero,vers.quibus omnibus districtè præcipimus, quæ verba magis obligant ad peccatum mortale,Butr.& Ioan. Andr.in c.dolentes de celebrat. Missarum, & licet Caiet. in dicto §. festum fauendo dictæ consuetudini dicat excusationem tribuere, tamen etiam fatetur laudabile esse huiusmodi nundinas,& mercatus prohibere,obedientia speratur. Immò dicta consuetudo tanquam inductiua peccati potius abusus est ideò tollendus, vt dicit
3 Butr.in dicto c.fiual.de fer.n.3.& ibi Abb.nu.5.Roch. in c.fin.de consuetud. in princip.nu.14. & latius n.28. sect.2.nu.4.& 21.cum seq. Rebuff. in tract.de consuetud.num.44.

4 Non obstat doctrina Baldi in l. quadraginta, Cod. de fer. vbi concludit valere consuetudinem per quam tolluntur feriæ in honorem Dei,quia non procedit vbi agitur de peccato, vel periculo animæ, prout esset in violatione festorum, quæ præcipiuntur in veneration-em Diuinæ Maiestatis, prout explicat Alex. consil. 53.num.11.lib.5.

5 Præterea tunc valebit dicta consuetudo per quam tolluntur huiusmodi feriæ, quando subesset publica,& legitima causa,de qua hic non constat,Bart.de represalijs quæst.9.princip.quæst.4. vt cum publica necessitas vrget iuxta c.licet de ferijs l.omnes Iudices C. eodem; & ex his patet responsio Bald.in leg. vnic.num. 1.Cod.de nundinis, & ad Sotum de iustitia,& iure lib. 12.quæst.4. art.4. circa finem, & ad Maranta in praxi iudiciorum dist.9.num.49.Francisc.Marc.decis.53.n. 1.part.1.

RESOLVT. CCCLXXIX.

1 *Tolerantia Superioris an excusationem inducat.*

2 *Tolerantia Superioris an excuset transgressores dierum festiuorum.*

An Tolerantia Episcopi excuset transgressores obseruationis festiuorum dierum.

1 DVbitandi ratio pro affirmatiua cõfert illud, quod dici solet tolerantiam Superioris inducere excusationem, vt probat text. & quod ibi communiter notatur in cap. cum iam dudum, de prebendis, Bald. in cons. 21. vol. 1. Dec. in cons. 70. nu. 3. & seq. vol. 2. Alex. in cons. 71. nu. 6. vol. 2. & Superioris tolerantiam quodammodo excusare a pena, testatur Sessa in decis. 37. Ruiz. in decis. 2. num. 31. & sequenti, & tolerantia Papæ aliquando excusare voluit, Azor. part. 1. lib. 5. c. 12. Posseuin. in explicat. Bullæ Cœnæ cap. 13. colum. fin. in medio.

2 Cæterum contrarium firmiter tenendum in casu præposito, nec tolerantiam Episcopi excusare voluit, Gratian. in decis. Rotæ Marchiæ in 21. nu. 7. & seq. & ita pariter scribit de iure verius, ac firmiter tenendũ Sylues. in verbo Dominica §. 3. quæritur Caiet. in verbo festum §. quo ad tertium, Armill. eod. verbo n. 15. Nauar. in Manu. c. 15. num. 8. poterunt ergo Episcopi præfata prohibere, immò ad id tenetur, prout expressè præcipitur in dict. constitut. Pij V. §. cum vero, vers. quibus omnibus districtè precipimus.

RESOLVT. CCCLXXX.

1 *Regulares non tenentur obseruare dies festos inductos in Synodo.*
2 *Pars tenetur se conformare suo toto.*
3 *Leges Episcoporum Regulares non ligant.*
4 *Ieiunia ab Episcopo imposita non obligant Religiosos.*
5 *Casus in quibus Regulares tenentur legibus Episcoporum, & num. 6.*

An dies festiuos indictos in Synodo ab Episcopo, tenentur obseruare regulares.

1 AFfirmatiuam sententiam docet Vasquez in part. 2. tom. 2. disp. 167. c. 4. nu. 32. Sanchez in summ. tom. 1. lib. 4. num. 25. c. 15. qui citat. Rodriquez, Villalobos in summa tom. 1. tract. 2. dub. 51. num. 4. Becanus in summa Theol. part. 2. tract. 3. c. 6. quæst. 11. n. 3. & in hanc sententiam videtur inclinare Malderus in part. 2. quæst. 96. art. 5. fol. mihi 409. col. 1. & alij, qui asserunt religiosos obligari iure naturæ saltem quo ad iuridicam ad eiusmodi leges seruandas, quando ille
2 non derogant statui religioso, & spectant ad communem obseruantiam, & deuotionem totius populi, & Cleri; pars enim debet conformari suo toto saltem in ijs in quibus homogenea est.

3 Idem docet Pontius de matr. lib. 5. cap. 7. num. 31. & Portell. in dub. Reg. ver. loc. nu. 1. vbi asserit leges Episcoporum non ligant Religiosos nisi quoad festorum obseruationes, interdicta, cæteraſq; censuras obseruandas pro quibus ferendis licentiam habent a Trident. & ideò rectè Elamas in summa, seu Methodic. part. 3.
4 cap. 5. §. 28. in fine notauit, quod ieiunia ab Episcopo imposita non obligant Religiosos exemptos, quod etiam docuit Portel. vbi supra in dub. regul. verb. festi dies num. 3. sentiens in conscientia ad dict. ieiunia non teneri nisi ratione scandali, & nisi in vsu, & consuetudine illam regulam acceptauerint, & citat Suarez vbi
5 supra. Notandũ est vero, quod sunt multi casus, in quibus Religiosi etiam exempti tenentur legibus, & sententijs Episcoporum, quia sunt in iure expressi, quorũ numerum inuenies adnotatum diligentissimè apud Malderum in p. 2. quæst. 96. art. 5. fol. mihi 408. & apud Cenedum in quæst. Canon. quæst. 26. per totam, vide etiam Barbosam de potestate Episc. p. 3. allegat. 105.

6 Et ex his existimo præter obseruantiam dierum festiuorum solum teneri ad leges synodales ex decentia, & ratione scandali vitandi, ideoque si scandalum cesset, nunquam peccare illas non obseruando, etiam docet Granad. in part. 2. contr. 7. tract. 3. part. 1. disp. 6. sect. 3. num. 18. Lorca etiam in part. 2. tom. 2. disp. 25. membr. vlt. Suarez de legibus lib. 4. c. 20. num. 9. & Salas de legibus tract. 14. sect. 4. nu. 42. & ex Prædicatorum Familia, Michael Zanardus in suo direct. Theol. part. 2. præcept. 4. c. 12. in fine.

RESOLVT. CCCLXXXI.

1 *Barones an possint prohibere ne in diebus festiuis Vassalli elaborent, si Episcopi licentia interuenit.*
2 *Decisio Sacræ Congregationis affertur.*

Licentia laborandi in diebus festiuis in casu necessitatis, an vltra illam Episcopi requiratur Baronum loci.

1 REspondeo negatiuè, vt censuit sacra Congregatio, cuius tenor est; Officiales Curiæ secularis Mutinæ prætendunt neminem posse in diebus Festis vacare operibus seruilibus, etiam de licẽtia Episcopi, nisi eorum quoque licentiam obtineat, & laborantes absque eorum licentia incidere ad pœnas ab eis contra non obseruantes dies festos statutas, Episcopus petit, vt declaretur ad quem spectet huiusmodi licentiam concedere, & an si ipse præuia necessitatis approbatione aliquib. illam concesserit, possint prædicti officiales eos punire.

2 *Sacra Congregatio Cardin. Concil. Trident. Interpretum censuit facultatem huiusmodi licentiam concedendi ad sacrorum Canonum præscriptum, ad Episcopum tantum pertinere, non autem ad ministros seculares, atq; eos, qui diebus festis præuia Episcopi licentia operibus seruilibus vacauerint, nequaquam posse à Iudicibus laicis quoque modo mulctari, aut puniri. R. Card. Vbald. locus sigilli.*

RESOLVT. CCCLXXXII.

1 *Peregrinus an ligetur legibus loci per quem transit, & numer. 3. & 4.*
2 *Episcopus an possit ministrare Sacramenta Peregrinis.*
5 *Casus in quibus Peregrini subsunt Episcopis.*

An Peregrinus loci vbi festum est de præcepto, possit si fuerit inobseruans, condemnari ad pœnam Edicti positam ab Episcopo contra inobseruantes Festa.

1 NEgatiuè respondendum, si quidem peregrinos nõ obligari legibus, & consuetudinibus loci, in quo sunt, dicit Pontius de matr. lib. 5. c. 7. §. 1. nu. 6. Nauarrus in Manu. c. 13. n. 5. Maior in 4. distinct. 15. quæst. 5. Driedo lib. 1. de libert. Christ. c. 17. §. vna est, Ledelma 1. part. 4. quæst. 15. art. 2. dub. 2. Lopez in instruct. part. 1. c. 52. §. vna quoque Ciuitas, Couar. lib. 4. var. c. 20. num. 8. circa finem.

Et ratio est, quia lex tãtum obligat subditos, & partes communitatis pro qua fertur, sed aduenæ, & peregrini non sunt subditi, nec pars communitatis in qua versantur; Ergo non tenentur legibus eius, maior est certa, minor probatur: Nam aduenæ non habent intentionem, vt suppono, manendi in tali loco pro maiori anni parte; Ergo non censentur in eo loco habitare, & consequenter non ligantur talibus consuetudi-
2 nibus, & legibus. Deinde Episcopus talis loci non potest dictis Peregrinis aliqua Sacramenta ministrare præter Confessionem, & Communionem, & hæc

extra-

ex tacita proprij Episcopi licentia; nec potest cum illis dispensare; ergo nec iurisdictione obligandi illis suis legibus tenetur, & ita hanc sententiam docet Granado in part.2.controuers.7. tractat.3.part.1.disputat.7. sect.4. num.25. Sanchez de matrim. tom.1. lib.3.disput.18.num.4.& in opere moral.tom.1.lib.1. c.12.nu.38.Azor.part.1.lib.7. c.30. quæst.vlt.Vegha in summ. tom.1.c.14.cas.11. & alij penes ipsos. Quæ sententia adhuc corroboratur,eo quod Peregrini pręciso scandalo non obligantur legibus,& consuetudinibus particularibus locorum ad quæ diuertunt nisi habeant intentionem manendi ibi pro maiori anni parte,non autem pro minori, & ita docet Sanchez vbi supra num.9.Granado in capitul.2.contr.7.tract.3.par. 1.disput.6.sect.4. num.23. & 25. Villalobos in summ. tom.1.tract.2.dub.33.num.8.Reginald. virtute suorũ priuilegiorum possunt pro satisfactione præcepti sumendi Eucharistiam semel in anno tempore Paschatis communicare dictos Peregrinos, qui non habent animum commorandi in aliquo loco pro maiori anni parte, quia in tali casu nulla efficitur iniuria Parochis, cum huiusmodi Peregrini non sunt sui Parochiani, & propria Parochia in illo loco careant,& ita docet Sanchez de matrim. tom.1.lib.3. disp.23. num.17. & Fagundez.loco cit.n.5.

4 Intellige supra positam conclusionem procedere vbi manent in loco transeuntes, & per modum hospitij, & in transitu prandendo, verbi gratia, vel pernoctando,secus si permanerent in loco, ita docet Lessius lib.4.c.2.dub.8. num.51. Suarez de Religione tom.1. li.2.c.14.n.8.Filliucius tom.1.tit.27.c.7.n.116. & seq. Fagundez vbi supra de præcept.tract.2.li.1.c.8. n.15. & 20.& quod obligentur Peregrini quoties sedẽ figũt animo ibi perpetuo manendi, ita docet Angel. in 4. quæst.4.de ieiunio ante dub.1. difficult.2. & alij apud Fagundez. de præcept. Eccles.tract.1. libr.1. capit.8. num. 1. & Sanchez de matrim. tom.1. lib.3. disp. 18. num. 8.

5 Sunt tamen nonnulli casus in quibus Peregrini obligantur legibus Episcopi, primo, quoad contractum solemnitatum, nam omnes aduenæ tenentur seruare solemnitates in contractu requisitas legibus, & consuetudinibus loci in quo contrahunt:Secundo quando legum transgressio cederet in damnum illius loci, tũc enim Peregrini tenentur, vt si aliquod statutum prohibeat aliquid contrahi ex illo loco. Tertio supradicta doctrina secundum aliquos non est intelligenda de vagis,qui nullibi certam sedem habent,hi enim tenentur ad leges illius oppidi, per quod obiter transeunt: Quarto, quando ille leges obligant etiam in loco domicilij, & non solum in loco vbi reperiuntur, nam in hoc casu nulla ratio est excusans, vide Villalobos in summ.tom.1.tract.2. dub.33.

RESOLVT. CCCLXXXIII.

1 *Episcopus an possit quid exigere pro licentia de elaborando in diebus festiuis, & num.2.4. & 5.*
3 *Ea quæ sunt tempore peritura omni tempore fieri permittuntur.*

An pro licentia laborandi in die festiuo possit Episcopus aliquid exigere.

1 EGo semper fui in opinione tam nonnullis Prælatis consulendo, quam in mea Diœcesi obseruando non posse Episcopum pro licentia laborandi in diebus festiuis aliquid exigere ex Azorio 2. par. lib.1. c. vlt.quæst.12.sequitur Posseuinus de officio Curati ca. 12.n.17.Naldus in suis practicabilibus resolutionibus verbo festum num.7. Meghal. consil. 97. n.3. & ratio est,quoniam esset contra præceptum decalogi Sabbata sanctifices, contra quem Episcopus vti inferior dispensare nequit c. proposuisti de concess. præbend. c.cum inferior de maiorit.& obedient.late Triuis.decis.42.p.2.& latissimè Duenas regula 25. verbo Episcopus, rursus esset concedere spirituale pro mercede temporali, quod est de iure prohibitum c.fin. de rerũ permutat. c.portiones de pactis,& latissimè Afflictus in decis. 17.

2 Tandem dicebam, quod aut licentia hæc impartitur causa necessaria laborandi,& tunc cum à iure gratis conceditur, gratis pariter concedenda est ab Episcopo, argumento text.in l.final. ff. de condit. ob turpem causam, frustra enim à Iudice impetratur, quod de iure communi conceditur l. final. C. de precibus Imperatori offerendis.

3 Et de iure permittuntur fieri omnia, ea quæ sunt tempore peritura, vt voluit Bart. in l. si prius, quæst. 10. de nou. oper. nunciat. Bald. in l.1. nu.... vers. sed nunquid,C.de tempor.appell.Roman.in l.si vero §.de viro,ff.solut.matrim.Doctor.in c.fin.de re iudic.Abb. in c.licet de ferijs,Felyn.in c.Eccles.Sanctæ Marię col. 13.not.8.in fine num.32.

4 Limitarem tamen, vbi soluitur aliquid Episcopo non quidem immediatè, ac directè pro licentia laborandi, sed mutando opus seruile laborare volentis, in aliquam largitionem,cedendam in opus pium, vt voluerunt Posseuinus, & reliqui omnes vbi supra, & hoc bonum erit remedium pro reducenda ad obseruantiam sanctificatione festi, vbi populus multum in ea est releuatus; si tamen hoc velis practicare consulo agas de Episcopi consilio, & quæ dantur non perueniant ad manus suas, sed dentur pro causa pia,& dentur manifestè,vt omnis suspicio euitetur; Item obseruandum ne ista exigantur,nisi quando causa laborandi est dubia,quia si clarum est,esse iustam legitimè sine alia exceptione datur.

5 Limitarem secundo,vbi aliquid exigitur ab Episcopo loco pœnæ incursæ,quo casu secundum Genuen. in Manuali Pastorum quæst. 89. licitè posse exigi, & ita seruari Neap.vbi exigitur media pœna, & frequenter remittitur pauperibus. Animaduertant tamen diligenter Reuerendissimi Antistites,ne pœnam exigant ante patratum delictum in grauamen tamen animarum ipsorum.

RESOLVT. CCCLXXXIV.

1 *Clericus beneficiatus sine licentia sui Prælati potest studia adire.*
2 *Pœna edicti contra inobseruantes dies festos an exigi possit quando elaboratur sine licentia Episcopi in casibus necessariis.*
3 *Casus necessarii elaborandi in diebus festiuis.*

In casibus necessarijs in quibus licita est laboratio in diebus festiuis,an si illa fiat absque licentia,possit exigi pęna edicti.

REspondeo negatiuè, quia frustra precibus impetratur, quod à iure communi conceditur l. 1. ff. ad municip.l.Imperatores,ff.de priuil.credit.l.1.C.de Thesauris lib. 10. Surd. decis.173. num.18. cons.216. num.2.& consil.298.num.26.Escobar de ratiocin.c.6. num.29.in fine.

Confert illud simile, quod deducitur ex Nauar. ca.
1 25.num.121.notab.2. per c.fin.de magist. vbi dicitur Clericum beneficiatum posse adire studia sine licẽtia Prælati; ratio sua est,quia eam ius commune concedit idem Syluest. in verbo residentia §. vlt. ver.3. Astens. lib.6.ritu 43.quæst.6.

2 Causæ autem necessariæ sunt metendi, seminandi, vindemiandi, proponandi, colendi oliuas, coquendo

panes pro necessitate Ciuitatis, & ijs similibus, quæ omnia fieri non debent sine necessitate, vt quia timẽtur pluuiæ, vel aliud periculum est in mora, Abb. in c. licet de ferijs, Nauar. c. 13. num. 1. & communis videtur
3 sufficiens causa quando Messores diebus ferialibus haberi non possunt, & si vindemia differatur, vuæ sunt in periculo marcescendi, vel alia arbitrio boni viri ne res tempore pereant, viduis pauperibus, quæ non possunt soluere mercedem Messoribus, aut colligẽtibus vuas, sed tantum victum ob eorum paupertatem, potest cõcedi licentia quando est periculum, quod vna in qua adest mustum dissoluetur, quod solet contingere post aliquot dies si est magna poterit concedi licentia deferendi vinum ad domum in fundo, & aliæ iustæ causæ sunt considerandæ iuxta qualitatem regionis, & ita ego practicaui multoties tanquam Vicarius Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ, & vti Episcopus Vici Equensis.

RESOLVT. CCCLXXXV.

1 *Obseruatio diei festiui quando incipit.*
2 *Horologio Parochiæ standum est, vt sciatur quando incipit media nox, & quid si in loco non adest Horologium num. 3.*

Obseruantia festiuitatis, à quonam tempore incipiat ad effectum excusandi, vel incurrendi in pœnam ædictorum per Episcopos imponi solitam.

1 PRo decisione huius articuli, est affirmandum obseruantiam hanc incipere à media nocte præcedentis diei, vsque ad aliam sequentis, vt probat Nauar. in Manual. c. 13. nu. 6. Syluester in summa in verb. festum num. 4. in fin. Episcopus Minorens. in sua praxi Episcopali cap. 106. per text. in l. more ff. de ferijs, vbi dies incipit à media nocte, & glos. notabil. in c. 1. eod. tit. latè Francolinus in tempore horarum Canonicarum c. 87. Ludouic. decis. 116. num. 7. Gonzal. in regul. 8. Cancellar. glos. 11. à num. 9. Ripa in tract. de nocturno tempore cap. 3. à n. 17. & c. 158. Garzia de benefic. part. 5. c. 1. num. 523. vbi etiam num. seq. annuit me-
2 diam noctem incipere à primo pulsu horologij illius horæ mediæ noctis, Sanchez in tract. de matrim. lib. 2. disp. 41. num. 40. & vbi sunt diuersa horologia videtur standum horologio parochiæ, seu viciniæ, in qua residetur, aut illi per quod ibi communiter recipitur cessante tamen fraude, aut notabili de ordinatione horologij.
3 Et in locis, vbi non est horologium, vel si sit, quando probatur non esse benè ordinatum, seu quod audiri non potuit, aut de facto non fuit auditum, accipienda erit media nox, iuxta cursum noctis, arbitriumque, ac iudicium hominum præsertim habentium experientiam, & cognitionem de hoc, & etiam à communiter accidentibus, & similibus, vt latius vltra alios per eundem Garziam de benefic. loco nuper citat. num. 526.

RESOLVT. CCCLXXXVI.

1 *Episcopus in sua Diœcesi inducere potest dies festos accedente populi consensu.*
2 *Episcopus potest facere constitutiones synodales cum consensu Capituli tantum.*
3 *Text. in cap. final. de ferijs declaratur.*
4 *Dies festiui an induci possint per Principem sæcularem, & an per consuetudinem populorum, num. 5.*

De intellectu in c. fin. de ferijs circa indictiones diei festi.

1 FEstos dies inducunt Episcopi in suis Diœcesibus, quod tamen aliqui Doctor. limitant accedente populi consensu ducti auctoritate c. 1. de consecr. dist. 3. Verum cum ex iteratis declarationibus Sacræ Congregat. constet Episcopum posse absq; Cleri consensu, sed tantum cum consilio capituli facere constitutiones synodales, non video cur etiam non dicamus posse, & eodem modo dies festos indicere populis.

Ad dictum autem Capitulum, cuius auctoritate nititur contraria opinio, respondetur illud fuisse desumptum ex Concilio Lugdunensi, quod vti Prouinciale, & non generale obligabit pro eadem Prouincia tantum, non etiam extra illam nisi directiuè, solum ad dicta per Nald. verbo Canon. num. 2. & Liber. num. 2.
3 Et si quis vrgeret hoc idem, quod in præfato Lugdunens. Concilio, statuitur fuisse pariter etiam sancitum per Summum Pontificem in c. final. de ferijs, respondetur verba illa cum Clero, & populo in præcitato Capitulo posita non esse iungenda, cum verbo duxerint, sed cum verbo seruanda, ita vt faciant hunc consensum, videlicet, quæ Episcopi duxerint seruanda cum Clero, & populo, & in hunc sensum intelligit illum text. Butrius in eodem loco, & Cassan. in Catal. glor. mun. par. 3. c. 48. & satis inclinat Panorm. dicens ibidem n. 5. populum non posse contradicere Episcopo præcipienti nouum festum ex iusta causa, & hoc modo intellectus locus ille nihil obstabit præfatæ nostræ resolutioni.
4 Festa aliquando etiam indicuntur à Principe seculari, quæ tamen iuxta communem opinionem obligãt tantum ad pœnam temporalem, non etiam ad culpam cum ipse Princeps secularis non se immiscеat in cultu Diuino ad quem promouendum à Superiore Ecclesiastico dies festi instituuntur; Poterit tamen Iudex secularis punire violationem diei festi, cum hoc crimen sit mixti fori, & ideo locus erit præuentioni; Leo in Thesaur. fori Eccles. part. 2. c. 1. num. 29.
5 Festum inducitur etiam per consuetudinem populorum, quæ sanè consuetudo, si per decennium fuisset in vsu, videretur obligare ad dicta superius verbo consuetudo n. 2. quod & de ieiunio procedere dicitur infra ieiunium num. 3. & notat Molin. tom. 1. fol. 281. tract. 2. de iust. disput. 77.

RESOLVT. CCCLXXXVII.

1 *Executio realis an fieri possit in diebus festiuis.*

An executio realis possit fieri in die feriato.

1 DEbitores solent infestare Episcopum, quod non debet fieri executio realis, contra eos diebus festis, ad quod dicendum est, quod executio realis, quæ fit sine causæ cognitione, quia iam fuit iudicatum non debet impediri die festo, Feder. consil. 144. idem censuit sacra Congregat. Concil. Trident. executiones personales fieri non possunt nisi debitores sint suspecti de fuga, Doctor. in c. fin. de iudicijs. Verum quia vt plurimum debitores contra quos non potest fieri executio Realis, sunt suspecti de fuga, & si Episcopi vellent de suspicione fugæ cognoscere, quam plura scandala orirentur, melius est vt non impediatur executio realis, & personalis in ciuilibus, & criminalibus sine causæ cognitione, & ita Ciuitate Neapoli seruatur.

RESOLVT. CCCLXXXVIII.

1 *Comestibilia an vendi possint in die festiuo.*

Comestibilia an possint vendi in die festiuo.

VEra existente conclusione communiter ab omnibus recepta festum non violari in omnibus quæ sunt

sunt tempore peritura, vt latè per Doct. in c. fin. de ferijs, & per Summistas communiter in verb. festum, & latè Gratian. in dec. 5. quæritur hic an comestibilia
1 possint vendi diebus festiuis, & communem resolutionem posse, vt latè per Posseuinum de officio Curati cap. 12.

Verum valdè animaduertendum, vt quamuis in diebus festis possunt vendi comestibilia, quæ pro necessitate victus humani deseruiunt cap. 1. & c. conquestus, de ferijs tamen, vt cognoscatur aliquod discrimen inter diem festum, debent venditores ponere aliquod signum diebus festis sicut in Vrbe seruatur, nam venditores carnium ponunt ante carnes telam albam, Neapoli duæ tabulæ ante apothecam Aromatarij, caupones vendentes pastillos, aut carnes falsas possent vēdere, laborare, coquere medietate ianuæ clausa; Vbi ciues sunt pauci potest differri coctura panis post auditam Missam nisi necessitas vrgeat; Idem dicendum in Molendino, quod vi ventorum, vel fluminis molit, vt cessante necessitate prius audiatur Missa.

RESOLVT. CCCLXXXIX.

1 *Episcopus an teneatur credere, quem laborasse cū causa.*
2 *Credendum est probo viro.*

Si Episcopus sciuerit aliquos in festo laborasse, sed dicant cum causa, an teneatur eis credere.

1 DIstinguendum est, quod aut persona id asserens est modicæ, ac deprauatæ famæ, aut bonæ, & honestæ, in primo casu minimè credendum, & pœna edicti exigenda, in secundo vero casu est credendum, & proinde à pœnæ exactione abstinendum.

2 Regula enim iuris est, credendum omnino probo viro, vt per Bald. in cons. 29. nu. 3. & seq. prout creditur etiam probo viro, vel nobili asserenti se delegatum, Innoc. in c. cum in iure de offic. deleg. Abb. in c. cum olim de priuil. Rom. cons. 59. num. 6. & ibi addit Mascard. de probat. volum. 2. conclus. 1091. num. 19. latè Gabr. in conclus. 3. num. 7. & 8. Gabriel. cons. 3. & nu. vide Macerat. resolut. 74. & ita loquendo de Curato voluit Posseuinus de offic. Curat. cap. 12. 2. colum. his vtens verbis, quid si Curatus sciuerit aliquos in festo laborasse, sed cum causa an teneatur credere, vel debeat exigere pœnam; Resp. Teneri credere, quia per istam causam isti laborantes fuerunt excusati, ideò non debent cogi ad pœnam, quia ita rationabiliter iudicatur mentem esse Episcopi, cum alias videatur irrationabile obligare excusatum.

PRAXIS PRÆCEDENTIÆ Dignitatum, & Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium.

RESOLVT. CCCLXXXX.

1 *Vicarius præcedit omnes de capitulo, & num. 6. & 7.*
2 *Vicarius generalis habet iurisdictionem ordinariam, & num. 4.*
3 *Episcopi, & Vicarij idem est Tribunal, & num. 5.*
8 *Decisio Sacræ Congregationis Rituum per quæstionis resolutionem affertur.*

Vicarius Episcopi an debeat præcedere omnes dignitates, cæterosque omnes de Capitulo.

1 NOn est dubium, quod Vicarius debet, tàm in incedendo, quàm in alijs omnibus actibus præcedere Decanum, Archidiaconum, & omnes de Capitulo, Abb. cons. 21. part. 1. latè Felyn. in rubr. de maior. & obed. n. 10. in fin. Boich. in tract. de Synod. Episcop. par. 3. n. 20. & cap. 13. num. 39. cum seq. vbi latissimè Pauin. in tract. de offic. & potest. Cap. Sede vacante q. 10. par. princ. versic. an autem Vicarius n. 17. vbi dicit, fuisse consultum in Vicario Patauin. Beda cons. 22. n. 20. cum sequent. volum. 1. ea potissimum ratione, quia Vicarius habet iurisdictionem ordinariam
2 in Archidiaconum, Decanum, & totum Capitulum, ac in vniuersam Diœcesim, glos. & Doct. & in cap. Romana de appellat. in 6. in cap. licet, de offic. Vicar. & glos. in Clem. 2. de rescript. Abb. d. cons. 21. Bertach. in tract. de Episcop. in 3. part. 4. libr. in titul. de offic. Vic. nam, & si ab Episcopo eligatur, iurisdictio tamen à lege sibi conceditur, ideoque ordinariam iurisdictionem habere dicitur ca. 1. 2. & 3. de offic. Vic. in 6. leg. & quia ff. de iurisdict. omn. Iud. Bero. d. cons. 22. nu. 37. volum. 1. vnde conueniens est, quod tanquam
3 maior debeat sedere in altiori, & digniori loco, item quia Episcopi, & Vicarij idem Tribunal, idemque Consistorium ca. 8. de cens. in 6. dict. c. Romana, Abb. dict. cons. 21. de Petr. dict. cons. 6. n. 45. 53. auctoritate Episcopi, & ministerio Vicarij, vt dicit Archidiaconus in c. in noua 16. q. 7. Bald. in titul. de pact. Iur. fir. §. ex præmissis, versic. item pono, Bero. cons. 23. nu. 9. volum. 1. igitur diuerso iure censeri non debet, argum. l. iam hoc iure de vulg. & pupill. vnde stante huiusmodi vnione inter Episcopum, & Vicarium non debet esse dispar ratio, vt vnus debeat præferri, & non alter.

Et in tantum istud est de iure verissimum, quod contraria consuetudo non est attendenda, tanquam irrationabilis, & contra ius Diuinum, naturale, Canonicum, & ciuile. Imò tanquam pestis habens originem ab ambitione, & vecordia, est vitanda, vt latè per Abb. cons. 21. 2. par. Felyn. in rubr. de maior. & obed. colum. pen. Ias. in leg. de quibuscunque de leg. Roch. de Curt. in tract. de consuetud. seu in cap. fin. colum. 8. versic. 4. ampliss. Cardin. Iacobat. in tract. de Concil. lib. 1. in titul. de ord. seden. in Concil. Nec est facienda distinctio an Episcopus sit præsens, vel absens in loco,
4 quia Vicarius ita habet iurisdictionem ordinariam à lege præsente Episcopo, sicut absente, & illam potest exercere, & ita dicitur habere vnum, & idem Tribunal, & consistorium cum Episcopo, ipso præsente, sicut eo absente, vnde nō dicatur ratio diuersitatis, & ideò talis distinctio non est admittenda, vt in terminis tenet, & latè prosequitur de Præt. in tract. de Clyp. Past. c. 6. nu. 41. cum seq. c. 7. n. 13. 14. 15. & per totum, vbi respondet, & probat, quod Episcopus, & Vicarius non sunt duo capita, vt aliqui dicunt, sed vnum tantum caput, & vnum officium tanquam materia, & forma, idem tenet Bero. dict. cons. 22. nu. 22. vbi dicit,
5 quod censetur vna, & eadem persona, & simul iuncti faciunt vnum tantum effectum, iuxta extrauag. vnam sanctam, nam sicut Christus, & Christi Vicarius Petrus, & Christi successor sunt vnū caput, & ideò vterque debet præceteris honorari, quapropter præsentia, vel absentia non disoluuntur, ita optimè declarat. de Præt. dict. c. 6. & 7. præsertim num. 13. vsque ad nu. 18. Henr. Boich. in tract. de Synod. Episcop. nu. 21. & quia Vicarius coruscat radijs Episcopi, sicut Augusta radijs Imperatoris Cum. & alij in leg. quod Principi ff. de leg. de Præt. dict. c. 6. nu. 39. & istud multo magis procedit, Episcopo præsente quam eò absente, ideò non est facienda, talis differentia eandem opinionem tenet, & sequitur Arnon. singul. 28. auctoritate, Abb. dict. cons. 21. & ita fuit decisum in signatura sanctissimi pro Vicario contra ecclesiæ Placentiæ Capitulum, & est decisio etiam Rotæ in nouissimis diuers.
6 200. nu. 4. p. 1. adde etiam vltra alios quos numerare potuissem, & consultò breuitatis causa omitto Sbroz. de Vic. Episc. lib. 9. 25. Melil. de præced. Vic. &

Rauen.

Rauen.de stact.sect.2.nu.42.sic obseruatur etiam in Ecclesia Bononiensi, Neapolitana,& alijs, quare pro-
7 nunciandum erit Reuerendum D. Vicarium debere præferri Decano, Archid.& alijs omnibus de Capitulo, tàm in choro, quàm extra,& primam Sedem obtinere in choro,primam thurificationem,primam Candelam in die Purificationis, primam palmam, & primo se subscribere in causis delegatis, primum locum in processionibus, in celebratione Missarum dierum solemnium, & demum in alijs omnibus actibus, tàm publicis, quàm priuatis, & ita fuit decisum etiam in Sacra Congregatione Rituum S. R. E. Cardinalium sequentibus verbis, videlicet.

Die 28. Nouembris 1595.

8 Congregatio sacrorum Rituum, censuit Vicarium Generalem tàm absente, quàm præsente Episcopo, præcedere debere Canonicos, & Dignitates in Ecclesia, & Choro, & extra in processionibus, ac in alijs omnibus actibus publicis,& priuatis,etiam in Synodo Diœcesana.

Quare meritò iuxta hanc eandem opinionem vbique seruatur, sed videas nouam opinionem Nouarij iun.in l.1.C.de consul.lib.12.

RESOLVT. CCCXCI.

1 *Vicarius Generalis in Synodo præsente Episcopo an præcedere possit Capitulum, & num.2.*
3 *Vicarius Papæ an præcedat Cardinales in Concilijs generalibus.*
4 *Legatus à latere dicitur habere ordinariam iurisdictionem.*
5 *Quod iuris est de toto quo ad totum, idem est de parte quo ad partem.*
6 *Synodi celebratio ad quid inuenta.*
7 *Priuilegia concessa Episcopo censentur communicata eius Capitulo.*
8 *Præcedere ille debet, qui maiorem habet iurisdictionem.*
9 *Vicarius an possit tenere Synodum, & num.10.*
11 *Iurisdictio delegata æquiparatur extraiudiciali.*
12 *Vicarius habet iurisdictionem ordinariã in tota Diœcesi.*

Vicarius Generalis Præsidente Episcopo in Synodo An præcedere debeat Capitulum.

1 QVamuis in superiori resolutione ad fauorem Vicarij determinauerim: Tamen aliàs consultus dixi Vicarium generalem in Synodo Diœcesana præsente Episcopo non debere præcedere Capitulum,ea ratione,quia Vicarius non est de illis, qui ex necessitate debeant in Synodo Diœcesana interuenire, nam in multis locis fit mentio de illis, qui sunt vocandi, inter quos connumeratur Capitulum, & tamen nullibi reperitur vocandum esse Vicarium Episcopi,vt in ca. decernimus 18.distinct.Anchar.in c.graue num.85.in fin.& ibi Butr.post n.16. & Imol.sub num.20. de præbẽd.vnde licet Vicarius in aliquibus alijs locis habeat maiorem iurisdictionem,& præcedere debeat,tamen
2 cum in Synodo Diœcesana non habeat locum proprium,nec præsente Episcopo habeat iurisdictionem, vt infra dicetur,resultat,quod etiam si Episcopus vellet, quod ipse quoque interesset, non per hoc præcederet Capitulum; Nam iurisdictio, & dignitas, quam habet Vicarius extra Synodum non est habenda in consideratione, nec ei præcedentiam tribuere debet, ad tradita per Felyn.in c.ex literis in 1.not.de probat. Dec.consil.161.circa princip.Cassan.in Catalog.gloriæ mundi in 4.par.46. considerat.Put.decis.105. li.3. & plures alios cumulant Rimin. in consil. 151. nu. 12. cum seqq.& Menoch.consil.152.n.6.cum seq.lib.1.

3 Quod etiam confirmatur, quia in Concilijs generalibus,in quibus præest Papa,vna cum Cardinalibus tãcum membra ipsius vocandi sunt Patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi,& tamen de illius Vicario,nulla mentio fit, vt post Hostiens. & alios tradit Petr. à Mont. in Monarchia Conciliorum, Concilio qui interesse debent sub num. 1. si autem Papa non præest,
4 tunc præest Legatus nomine eius, qui dicitur habere iurisdictionem delegatam,Imol.in d.c.graue num.12. versic.si autem de præbend.& ita etiam fuit factum in Concil. Trident. quæ iurisdictio, & auctoritas Legati præsente Papa cessat, & in nulla habetur consideratione; meritò idem dicere debemus de Vicario Epis-
5 copi in Synodo Diœcesana, quia quod iuris est de toto quo ad totum, idem iuris esse debet de parte quo ad partem,l.quæ de tota, ff.de rei vendic. c.pastoralis, §.item cum totum de offic.deleg.& ita arguit de Cõcilio generali Petr. à Monte in d. Monarchia Concil. in d.c.Concilio qui deb.interesse sub num.11.

6 Et nihilominus quidquid sit de hoc,an Vicarius debeat interuenire in Synodo,vel ne, hoc certissimum est, qui cum celebratio Synodi sit de arduis negotijs, quia tractatur de his,quæ spectat ad totam Diœcesim, Episcopus nil potest facere sine consensu, vel consilio Capituli,cap.nouit de his,quæ fiunt à Prælat.sine consensu Cap.& ideò cum in Synodo Capitulum interueniat tanquam integram personam Episcopi, & tanquam particeps iurisdictionis, absq; dubio præcedere debet Vicarium,tum quia Vicarius præsente Episcopo nullam habet iurisdictionem,tum etiam, quia Capitulum cum interueniat tanquam membrum integrans corpus Episcopi, certum est, quod nullus medius debet interponi inter caput, & membra, iuxta tradita post Abb. per Fely. in c.cum non liceat sub n. 2.de prescript.Gemin.in c.quamuis,§.1.nu.3.de præbend.in 6.Cassan.in tract.glor. mund.in 4. p.considerat. 32. Boer. de auctorit. magn. Concil. sub nu. 79.
7 per totũ; quia omnia prærogatiua, & priuilegia Episcopi de iure communicata sunt ipsi Capitulo,quando interuenit cum Episcopo ad eius personam integrandam, Innoc.in c.dilecti in princ.de maior. & obed. & in d.c.cum non liceat in 3.not.de prescript., & hac de causa videmus, quod Concil. Trident.in ca.6.sess.25. vers.Episcopus,præterea de reform. voluit, quod in his quæ fiunt per Episcopum, & Capitulum, Vicarius interuenire non debeat, ex quo Episcopus cum suo Capitulo tanquam membro sine aliquo intermedio stare debeat per prædicta.

8 Accedit, quod ille præcedere debet, qui habet maiorem iurisdictionem,quo argumento vtuntur, etiam pro vrgentissimo omnes Doctor. qui tenent pro Vicario, & ideò pro parte Capituli demonstrabitur Vicarium præsente Episcopo nullam habere iurisdictionem,& Capitulum habere apparebit, Capitulum post Episcopum, habere primam partem in præcedentia, quod autem Vicarius præsente Episcopo in Synodo Episcopali nullam habet iurisdictionem, clarè proba-
9 tur, quia ratione Vicariatus nisi sibi in specie demandetur,non potest tenere Synodum,vt post alios tradit Rebuff. in prax. benefic.in titul.de firm. Vicar. Episc. n.151. & ratio est, quia in Synodis prouidetur per viã Constitutionis, & statuti, qui non potest facere, nec confirmare, & validare Vicarius Generalis, nisi hoc in specie sibi fuerit demandatum, cum sit voluntariè iurisdictionis,Feder.de Sen.consil.264. Franc.in ca.1. num.5.vbi etiam cæteri alij de offic. Vicar.lib.6. Dec. in ca.cum accessissent n.41. de constit.Roman.singul. 700.in fine, nec omnia quæ sunt iurisdictionis Episcopi transeunt in Vicarium,& inter multa alia, quæ non transeunt,non transit, prædicta potestas faciendi, vel confirmandi facta, nec etiam transit cognitio causarum criminalium, c.2.de offic.Vicar.in 6. & latè ord. Rebuff. in d.prax.benef.de tit. de form.Vicar. Episc. num.152.

10 Et

10 Et ideò si Vicarius non habet hanc facultatem nisi in specie sibi fuerit demandata ab Episcopo, sequitur quod illo præsente, nullam habeat iurisdictionem cũ Vicarius, exceptis his, quæ sibi competunt de iure communi ratione sui Vicariatus in reliquis, quæ non potest de iure communi, sed auctoritate delegata per præsentiam Episcopi, cessat eius iurisdictio, glos. in c. 2. in verb. officialem, & ibi Gemin. n. 12. & Franc. nu. 6. de offic. Vicar. in 6. Selua in tract. de benefic. in 2. p. quæst. 14. num. 51. versic. ergo à contrario, Feder. de
11 Sen. consil. 102. ad fin. versic. credo tamen, quia iurisdictio delegata æquiparatur mandato extraiudiciali, vt post alios tradit Ias. in lim. nou. num. 26. ff. de iurisdict. omn. Iudic. & interuentus Domini in eodem negotio facit cessare facultatem mandatum Procuratori, c. si quidem de Procurat. lib. 6.

12 Et ex istis tollitur principalis, & potissima ratio, quæ in cõtrarium deduci posset, quod Vicarius habet iurisdictionem ordinariam in tota Diœcesi, & est supra Capitulum, & singulos de Capitulo ratione iurisdictionis, & consequenter tanquam Superior præcedere debet, quia hoc procedit in his rebus, & in his locis in quibus habet maiorem iurisdictionem, & sic loquuntur Abb. Ioan. de Anan. Fely. Sarnen. & decisio in causa Algaren. in causa Placẽtina Sedes, & aliæ auctoritates ex aduerso allegatę, sed in casu de quò agitur in Synodo Diœcesana præsente Episcopo, prout supra probatum fuit, Vicarius nullam habet iurisdictionem, sed bene illam habet Capitulum, & dato quod aliquam iurisdictionem habeat, nihilominus cum Synodus non sit ad instituta, vt iurisdictio contentiosa ibi exerceatur, sed vt decreta Concilij Prouincialis publicentur.

RESOLVT. CCCXCII.

1 *Abbas an præcedat Canonicos Cathedralis, & n. 2. & 6.*
3 *Dignitas Abbatialis dicitur maior post illã Episcopatus.*
4 *Dignitas Episcopalis dicitur culmen dignitatuum.*
5 *Ecclesiæ inferiores de Diœcesi debent reuerentiam Capitulo.*
7 *Abbas non debet à suis Monachis separari.*
8 *Abbas præcedit omnes dignitates Episcopo inferiores.*

Abbas An præcedat Canonicos Cathedralis, vel Collegiatæ Ecclesiæ.

1 EST acceptum apud Doctores, quod Abbas præferendus sit Clericis secularibus, vt tenẽt Panorm. in c. decernimus n. 2. & ibi pulchrè etiam Dec. nu. 4. de Iudic. & quod præferẽdus sit etiam Canonicis Cathedralis ecclesiæ scribit Dominicus de S. Gemin. in cap. fin. in princip. per illum text. de offic. delegat. in 6. & idem etiam decidit Bald. in c. Pastoralis in verb. extra quęro de offic. delegat. quos refert Dec. loco citato, versic. ex prædict. quod si Abb. præfertur Canonicis Cathedralis ecclesiæ, qui dicuntur Clerici primi gradus, & est quid maius esse Canonicum ecclesię Cathedralis, quam alterius, vt ait Innocens in c. fraternitatẽ de sepulturis, & in c. sedes in primo glos. de rescript. à fortiori absque dubio præcedet Canonicos Collegiatarum, qui dicũtur Clerici secundi Ordinis, & sunt inferiores Canonici Cathedralis, iuxta regulam in l. de accessionibus ff. de diuers. temporan. præscript. scilicet si vinco vincentem te, multo magis vinco te, quia argumentum à fortiori valet leg. in suis in fin. ff. de liber. & posthum. cum concordantibus, de quibus Nouarius lib. 1. quæst. forens. c. 35. num. 10.

2 Animaduertas tamen predicta omnia intelligenda, vt Abbas præcedat omnes Canonicos, & illis dignior habeatur, quando singuli incedunt, quia tunc absq; dubio præferendus est omnibus non solum Canonicis verum etiam alijs dignitatibus Episcopo inferioribus,
3 cum dicatur maior dignitas post Episcopum, text. in can. si quis deinceps 16. quæst. 7. Felyn. in ca. meminimus in 3. colum. sub n. 6. de accusat. Dec. consil. 162. colum. 1. quando autem Canonici collegialiter procedunt atque in omnibus alijs actibus in quibus Cathedralem ecclesiam repræsentant, quæ plus alijs honorari debet c. quamuis il 2. de præbend. in 6. & quæ dicitur dignior alijs ecclesijs propter caput suum quod
4 est Episcopus, quæ dignitas est, & culmen dignitatum c. penult. de præbend. glos. in c. 2. eod. tit. in 6. tũc Canonici Cathedralis ecclesiæ præcedent Abbates, quod affirmant Dom. de S. Gemin. in c. quamuis §. quamquam in 3. notab. de præbend. lib. 6. Felyn. in dicto c. meminimus, dicto num. 6. in fin. ita limitans dictum Bald. in citat. c. Pastoralis, Dec. loco supracitat. Collegium Bononien. in consil. 1. post consil. Zabarell. num. 71. Cassan. 4. part. Cathalog. gloria mũdi, consider. 32. Ripa lib. 4. resp. 23. num. 3. Selu. de benefi. par. 1. q. 21. à num. 81. vsque ad 89. facit id quod notat Panorm. in cap. cum non liceat sub num. 2. de rescript. vbi inquit
5 quod ecclesiæ inferiores, & de Diœcesi debent obedientiam, reuerentiam Capitulo sicut debent Episcopo, non sic autem singulis Canonicis, immò non solum Canonici, verum etiam Clerici Cathedralis Ecclesiæ, qui debent gubernari secundum caput suum, scilicet Episcopum, quando processionaliter incedunt, præferendi sunt Monachis, ac etiam Abbati, qui tanquam eorum caput non potest à membris separari, neque licet membra à capite discedere, vt in c. nonit de his quæ fiunt à Prælat. sine consl. c. & in l. cum diuersis ff. de religios. & sumptib. funer. & c. cum non liceat de præscript. quæ sententia est verior, & ita in facto practicatur, & obseruatur, & eam dixit magis communem Collegium Paduanum in consil. 2. post consil. Zá-
6 barell. sub nu. 56. subdens, quodcæteris Canonicis, qui non sunt Ecclesiæ Cathedralis, proculdubio Abbas est præferendus, quod intelligo verum, quando Abbas solus sine cõuentu Monachorum incederet, semper enim Clerici seculares præcedunt Regulares, vt notatur in Can. legi Epistolam §. alia 16. q. 1. Ioannes Andreas in reg. deiictum de regul. iur. in glos. final in c. qualiter il 2. de accus. quæ dicit, quod dignior est cætus Clericorum, quam Monachorum per dictum Can. legi, Cassan. dicta part. 4. considerat. 57. quia Abbas non de-
7 bet à suis Monachis separari, per antedicta in alijs igitur sessionibus, & actibus in quibus Conuentus cum Abbate interuenire non debet, vt in celebratione Synodi Diœcesanæ, vel alijs huiusmodi vtique Abbas
8 non solum Clericos seculares, & Canonicos, verum etiam quascumque dignitates Episcopo inferiores præcedet, & ita pluries consului in varijs casibus occurrentibus.

RESOLVT. CCCXCIII.

1 *Abbas an præcedat Vicarium Episcopi.*
2 *Maiores reputãtur, qui prius secundum ordinem litteræ nominati sunt.*
3 *Prælatorum appellatione veniunt Abbates.*
4 *Abbatialis dignitas est de maioribus Ecclesiæ.*
5 *Vicarius Episcopi an dicatur in dignitate constitutus.*
6 *In Synodo primus locus assignatur Episcopo, & secundus Abbati.*
7 *Vicarius associatur Episcopo in iurisdictione.*

Abbas, Num præcedeat Vicarium Episcopi.

1 CVm quidam Vicarius generalis prætenderet in sua Ecclesia, præcedere debere quendam Abbatem contra ipsum, & pro Abbate, vt deberet præferri plura considerabantur.

2 Et

2 Et primo, quia maiores, & digniores reputantur, qui prius in ordine literæ nominati sunt, digniores enim ante scribi debent leg. 1. ff. de Albo scribend. per quem text. Bald. in l. cum quidam de verbor. signific. annuit, quod prior nominatus, maior cæteris præsumitur, latè Dec. in c. auaritiæ n. 5. de præbend. sed in
3 c. fin. de maioritate, & obedient. Prælati sunt primo nominati, quorum appellatione benè veniunt Abbates, vt est notum, ideo ille præcedere debet.

4 Secundo, quia Abbas est de maioribus ecclesiæ dignitatibus, argum. text. in c. 2. de Iudic. & c. final. de
5 offic. delegat. in 6. nam & ille nominatur primo loco post Episcopum, ideò licet Vicarius dicatur in dignitate constitutus, tamen absq; dubio est de dignitatibus Episcopo inferioribus, quod patet cum ab ipsis constituatur, & sit eius minister; ergo vt dignitati Episcopo inferiori, vtique ab Abbate ei præcedetur.

6 Tertio, quia secundum Bossum in tract. de Synodo part. 3. n. 10. & seq. in Synodo primus locus assignatur Episcopo tanquam capiti ipsius Synodi, & Diœcesis, & secundus immediatè assignatur Abbati, per text. in c. final. de offic. delegat. in 6. & tertius locus assignatur Vicario Episcopi, & sic post Abbates, & ita habetur in Cæremoniali Episcoporum cap. 23. sic notat expressè Zecch. de Reipublic. Eccles. c. 25. de Abbatibus, & ca. 29. de ordin. & præcedent. Prælat.

7 Et licet pro contraria parte posset dici, quod Vicarius habet iurisdictionem ordinariam, & associatur Episcopo in iurisdictione iuxta text. in c. innouatione 16. quæst. 7. Tamen respondetur, quod Abbas iure proprio habet iurisdictionem quoque vt est notum, Veltoa, quod praxis obseruat, quod præcedat Abbas maximè exemptus.

RESOLVT. CCCXCIV.

1 *Dignitates Ecclesiarum Cathedralium an præcedant Abbates, & num. 5.*
2 *Abbatia est prima dignitas post Episcopalem.*
3 *Abbas insignis Pontificalibus vtitur.*
4 *Abbas potest ordinare subditos in minoribus.*
5 *Ecclesiastici inferiores debent reuerentiam Episcopo.*
7 *Abbas præfertur Archidiacono Cathedralis Ecclesiæ.*

Dignitates constitutæ in Ecclesijs Cathedralibus, aut Collegiatis, an præcedere debeant Abbates.

1 HÆ dignitates non præcedunt Abbates exemptos, quia verius est Abbatem præcedere omnes alios
2 Prælatos Episcopo inferiores, & dignitates, quia Abbas est de maioribus Ecclesiæ dignitatibus, & Abbatia est prima dignitas, & Priorem obtinet locum post Episcopatum c. si quis deinceps 16. quæst. 7. vbi Episcopatus, & Abbatia æquiparantur, latè Dec. in c. 2. de
3 Iudic. decoratur enim Abbas insignijs Pontificalibus, quia habet priuilegium deferendi mitram, baculum, sandalia, rocchettum, mantellettum, &c. c. Abbates, & c. vt Apostolicæ de priuileg. & ex maioritate ornatus qua quis vtitur, colligitur etiam maioritas dignitatis, vt dixit Domin. de S. Gemin. in citat. c. vt Apo-
4 stolicæ, & potest etiam ordinare suos subditos ordinibus minoribus, & alia, vt per Nouarium concl. 5. sub titul. de ordinibus, vndè tãquam magis priuilegiatus, minus priuilegiato est præferendus, iuxta glos. in cap. accusatus §. sanè, in verbo priuilegiatum de hæret. cum latius notatis per Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi part. 4. considerat. 32. verficul. modo magis priuilegiatus.

5 Declara tamen suprapositam conclusionem esse veram extra Cathedralem, vbi collegialiter non incedit, at secus vbi collegialiter incederetur, quia tunc simplices Canonici etiam Abbatibus præferuntur ob reuerentiam, quæ debetur maiori Ecclesiæ, quæ tunc
6 repræsentatur, & plus alijs honorari debet, quia ecclesiæ inferiores debent reuerentiam Episcopo, & sic Ecclesiæ Cathedrali, Abb. in c. cum non liceat in princip. de præscript.

Et ita intelligendus est Abb. Panorm. in ca. ex ore
7 in 4. notabil. de priuileg., dum affirmat, quod Abbas præfertur Archidiacono Cathedralis ecclesiæ, vt etiã sentit Barbatia in cap. decernimus de Iudic.

RESOLVT. CCCXCV.

1 *Archidiaconus dicitur oculus Episcopi, & Episcopo absente in quibusdam est eius Vicarius, num. 2.*
3 *Archidiaconus habet principalem dignitatem post Pontificalem.*
4 *Archidiaconus præcedit alias dignitates, sed an Archipresbyterum, & num. 5.*
6 *Decanus est maior dignitas in Ecclesia Cathedrali post Pontificalem.*
7 *Decanus habet primam vocem in Capitulo.*
8 *Decanus est caput Collegij.*
9 *Archipresbyter habet primum locum in Ecclesia Cathedrali post Archidiaconum.*
10 *Primicerius habet officium cum iurisdictione.*
11 *Præpositus in Ecclesia Cathedrali quem locum tenet, & quod munus, num. 13.*
12 *Præpositus Ecclesiæ collegiatæ est in dignitate constitutus.*
14 *Thesaurarius an dicatur habere dignitatem.*
15 *Cantor an sit in dignitate constitutus.*
16 *Dignitates plures sunt in Ecclesia Cathedrali, quæ vnam præcedit alteram secundum consuetudinem.*
18 *Consuetudinis maxima est vis.*

Quænam dignitates in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis præcedere debeant.

1 ARchidiaconus, qui oculus, & præordinator Episcopi dici solet cap. 1. ca. ad hæc de offic. Ordin. etiam dicitur Princeps Diaconorum, & debet esse Diaconus c. 1. de ætate, & qualitate, Abb. in c. cum in cunctis §. inferiora de elect. & absente Episcopo ipso,
2 factus est eius Vicarius in quibusdam ca. 1. vbi glos. in Butr. c. ad hæc §. secundum de offic. Archid. vnde dicitur Vicarius natus, vt habetur ex Hostiens. in summ. de offic. Archid. num. 1. & Abb. in ca. dilecto de offic. Archid. & Specul. tit. de iurisdict. omn. Iudic. col. 3. dicit illum esse clarissimum, quod intelligitur, si assumatur à Collegio, non autem si ab Episcopo creatur, glos.
3 in c. nullus dist. 60. habet principalem dignitatem post Pontificalem, Butr. in c. 1. de offic. Archid. ad ipsum quoque spectat in beneficijs institutos in possessionẽ mittere, & ponere Abbates, & Abbatissas in Sede, c. ad hæc §. in quadam de offic. Archid. sed hoc est intelligendum de Abbatibus, & Abbatissis non exemptis.
4 Hinc Archidiaconus præcedit alias dignitates, & Archipresbyter, præcedit Archidiaconum in Diuinis, Felyn. in rubr. de maiorit. & obediẽt. de Pretis, in Clypeo Pastoralis officij c. 637. nisi Archidiaconus sit in Presbyteratus ordine constitutus tunc, cum sit par etiam in ordine, & maior in administratione debet præcedere Archipresbyterum absente Episcopo in celebratione Missarum in diebus solemnibus, in delatione Sãctissimi Sacramenti, in eius festo, in benedictione candelarum, cinerum, palmarum, & alijs huiusmodi actibus, & functionibus Sacerdotalibus, Hostiens. in c. 1. de offic. Archipresbyter. quem sequũtur Io. And. Anton. Abb. Card. Anchar. Bellenc. & censuit Sacra Congreg. in vna Regien. 9. Decembris 1600. his verbis. (Censuit
5 Sacra Congreg. Archidiaconum dictæ Ecclesiæ, qui prima dignitas post Pontificalem existit, & Sacerdos

nunc

nunc est, non quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate, & denotione, in decantatione Missarum in diebus solemnibus, delatione Sanctissimi Sacramenti, benedictione candelarum, cinerum, & palmarum, & alijs huiusmodi actibus, & functionibus Sacerdotalibus Episcopo absente, præferendum esse Archipresbytero, neque allegatam cõsuetudinem, quæ legitimè probata non fuit, eidem Archipresbytero ad excludendum Archidiaconum Sacerdotem (in casu de quo agitur suffragari) refert Genuens. in praxi Archiepisc. c. 25. in nouissima editione.

6 Decanus est maior dignitas in Ecclesia post Pontificalem dignitatem, vt inquit Roder. Zamoren. in suo Specul. humanæ vitæ lib. 2. cap. 13. vbi dicit, quod Decano Ecclesiæ Cathedralis, post Episcopum maior, & principalior cura, & Collegij administratio competit, est proximior Episcopo dignitate, & honore, &
7 habet in Collegio, & Capitulo primam vocem, vt refert Cassan. 4. par. Cathal. glor. mundi, consider. 37. per hæc verba, videlicet, Decanus in Ecclesia est maior dignitas, post Pontificalem dignitatem secundum Calixtum, quem allegat Roderic. Zamorens. in suo speculo humanæ vitæ lib. 2. cap. 13. vbi amplè loquitur ad propositum de Decano Ecclesiæ Cathedralis dicit, qui Decano, post Pontificem maior, & principalior cura, & Collegij administratio congruit, & proximior est Episcopo dignitate, & honore, cui propinquior est in Concilio, & assistentia, ipse Collegium, nec non personas, ac res Collegij iudicat, & tractat, hinc in Exodo iudicantes in vniuersitatem Decanus instituj iubetur, ex quò vt dicit, sacri Canones venerandam eam dignitatem decreuerunt, est enim caput Collegij,
8 de quò scriptum est, Constituit eum Dominus in caput, non in caudam, qui cæteris corporis membris auctoritate, & iudicio præcellit, idque primitus loci in Ecclesia iudicat, habet denique Decanus in Collegio, & Capitulo primam vocem, primas salutationes, primos recubitus, hæc sunt verba Roderici, quam postmodum ponit eius calamitatem, & miserias, quas vide, & intellige prædicta de Decano Pontificalis Ecclesiæ, qui alius est ab Archipresbytero, vt dicit Ioan. de Turrecrem. in capit. 50. dist. & tales habent primum locum, vt dicunt Domini de Rota decis. 447. in cap. fuit dubitatum in nouis quidem Decanus in omnibus fere Hispaniæ, & Franciæ Ecclesijs is dicatur qui præest toti Canonicorum Collegio in Choro, in incessu comitijs, & suffragijs ferendis, de cuius officio, & dignitate agunt Pute. part. 3. decis. 210. Roman. lib. 3. de Republ. Christiana c. 10. in princip. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. q. 1. n. 68. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 19. Rota apud Farin. in decis. 533. à num. 4. par. 1. in recent. Cardin. Tusc. conclus. 60. lit. D.

9 Archipresbyter est, qui primum locum post Archidiaconum tenet in Ecclesia Cathedrali, vt dicit glos. in cap. 1. de offic. Archipresbyter. dicitur que Princeps presbyterorum, Marta decis. 177. num. fin., de cuius potestate munere, & officio, Card. Fusc. conclus. 485. lit. A. Lancellot. in templo omnium Iudic. lib. 2. c. 11. Durand. in specul. Iur. lib. 4. sub titul. de Archipresbytero, & dicitur Vicarius natus Episcopi, quo ad quædam spiritualia, vt prouidendo ad vitam presbyterorum, & Sacerdotum in celebrando Missam magnam, absente Episcopo, & absoluendo à casib. Episcopi reseruatis, eo concedente, vt habetur in summ. Hostiens. de offic. Archipresbyter, Abb. in cap. conquerente de offic. ordin.

10 Primicerius habet officium cum iurisdictione in Clericos Ciuitatis, ideò dicitur habere dignitatem de iure communi, Aret. cons. 23. Cardin. Tuscus cons. 650. liter. P. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. ca. 16. & vide text. in c. vt Primicerius de offic. Primicerij.

11 Præpositus in Ecclesia Cathedrali sequitur immediatè post Archipresbyterum, & vbi non est Archidiaconus, succedit in eius locum, & eius munera præstat c. translato de constit. ex qua causa sonat in nomẽ dignitatis, & pro dignitate deputatur, licet de iure officium tantum sit, vt dicit Innoc. in cap. de multa, de præbend. Archidiac. in ca. 1. de consuet. in 6. eius mu-
12 nus est fungi officio Archidiaconi, vbi is deest, & curare, & iura Capituli custodiantur, vbi talis consuetudo viget, Lel. Zech. de Republ. Ecclesiast. cap. 24. n. 15. qui Præpositus in Ecclesijs Germaniæ, Poloniæ, Flandriæ, & Angliæ habet personarum, ac dignitatem, & alicubi iurisdictionem, ac curam animarum, totoque præest Canonicorum Collegio, Azor. d. lib. 3. cap. 18. & quod Sedes Præpositi in illis partibus, post Pontificalem sit dignior, censuit Rota apud Farin. decis. 865. n. 8. & decis. 866. n. 1. in 1. Collect. & an, & quando sit dignitas, vide Card. Tusc. lit. P. conclus. 518. & cons. 520.

13 Præpositus Ecclesiæ Collegiatæ est in dignitate cõstitutus, & Prelatus, vt affirmat Cucch. in instit. maior. tit. de Præposito, & etiam habet iurisdictionem in Clericos Collegij, quos potest punire, si deliquerint in leuibus, quia in grauib. sunt ab Episcopo puniendi, Abb. in c. cum contingat, in cap. si quis contra de foro compet.

14 Thesaurarius quoque dignitatem habere censetur, quia in Choro consensu comitijs, & suffragijs ferendis gradum, vel locum honorificum habet, vt per Azorium instit. moral. par. 3. lib. 3. c. 16. quæst. 6.

15 Cantor, qui etiam dignitatem dicitur habere, & præest toti cantorum Choro in duas partes diuiso, & Antiphonas, & Psalmos inchoat, de cuius dignitate, & officio Pute. decis. 89. part. 3. & Card. Tuschus decis. 419. num. 23. lit. D.

16 Sunt, & aliæ etiam dignitates in Ecclesia secundum vniuscuiusque Prouinciæ consuetudines, præeminentiam habentes, de quibus quomodo vna præferatur alteri, multum attenditur consuetudo, quoniam vt dicit Boer. in suo tract. de præeminentia, & auctoritate magni Concilij, consuetudo in hoc multum operatur, secundum Felyn. de maioritate, & obedientia colum. 1. Cassan. in Cathalogo gloriæ mundi 4. Pont. considerat. 37. vers. de his, nam certum est in iure, quod præcedentiæ debentur iuxta cõsuetudinem, & in hac materia præcedentiæ semper cõsuetudini defertur, Natt. consil. 62. in fine, Menoch. consil. 51. n. 49. & ita pluries canonizauit Rota Romana, vt apud Seraph. decis.
17 964. & apud Caualler. decis. 649. quia consuetudinis maxima est vis, & vbique, ac semper debet attendi, vt copiosè fundat Nouarius in Collect. decis. super pragmat. Regni, Collectan. 153. vbi qu m plurimas reportat decisiones, & ad plura infert, vt apud eum videri facilè potest.

PRAXIS INSTITVTIONIS in beneficijs Iurispatronatus.

RESOLVT. CCCXCVI.

1 *Institutio in beneficijs Iurispatronatus multipliciter accipitur.*
2 *Præsentatus à Patrono dum est idoneus per Superiorem institui debet, siue velit, siue nolit.*
3 *Ius, quod transfertur in præsentatũ institutione sequuta.*

Quid est institutio in Beneficijs, & quid per illam transferatur in institutum.

1 PRo coronide huius quæsiti, nè super incognitis terminis vagetur Tiro, dico, quod licet institutio in beneficijs multipliciter capiatur, tamen in casu nostro Institutio nihil aliud est, nisi quædam concessio Eccle-

Ecclesiæ, seu beneficij authoritate legitima Episcopi, vel alterius Ordinari facta, non simpliciter, cuicumq; clerico, sed ei qui est à patrono nominatus, & oblatus, ita Azor. institut. moral. 175. p. 2. lib. 6. cap. 22. qu. 1. & dicitur translatio iuris non libera à Superiore facta, ex qua plenum ius datur instituto: ita Abb. in cap. authoritate num. 7. de institut. quod sit iuris translatio,
2 probat gl. in cap. 1. de regulis iuris lib. 6. & ideò dicitur, non libera, quia superior velit, nolit, tenetur præsentandum idoneum instituere, cap. decernimus 16. qu. 7. cap. Pastoralis, & cap. quod autem de iure patronatus.
3 Per quam institutionem non transfertur in institutum corporalis possessio beneficii, Abb. in cap. cum Bertold. num. 3. de regul. iur. gl. in cap. per tuas, in verbo in possessione de donat. licet plenum ius eidem acquiratur etiam absq; corporali apprehensione, Curt. de iure patron. in verbo Ius, quæst. 5. sed viget praxis in curijs Ecclesiasticis, vt habita institutione institutus personaliter, vel eius Procurator specialis ad id deputatus accedat ad Ecclesiam, in qua est beneficium, & de manu alicuius corporalem possessionem apprehendat, sicque solet apponi in Decreto institutionis, vide Lambertin. de iure patron. lib. 2. part. 3. quæst. 11. artic. 6.

RESOLVT. CCCXCVII.

1 *Episcopus solus potest præsentatum instituere.*
2 *Episcopus habet fundatam intentionem circa collationem beneficiorum suę Diœcesis.*
3 *Instituendi facultas an possit ab Episcopo delegari.*
4 *Capitulum Sede vacante an possit beneficia conferre, & an instituere, n. 5.*
6 *Vicarius generalis Episcopi an possit præsentatos instituere.*
7 *Prælati inferiores an possint instituere.*
8 *Religiosi in Ecclesijs, quę pleno iure eis subijciuntur an possint instituere.*

Quibus competat ius instituendi in Beneficiis Iurispatr.

1 PRo responsione dicendum est, quod Episcopus solus de iure communi potest præsentatos à patronis, & per examen idoneos repertos instituere, cap. ex frequentibus de institut. cap. 1. eodem tit. lib. 6. cap. cum satis de officio Archidiaconi, Clement. plures de iure patronatus, Lambertin. lib. 2. par. 3. quæst. 1. princ. art. 10. num. 1. Rota decis. 85. num. 1. par. 2. in nouis, Abb. in cap. cum Ecclesia Vulterana de elect. Marci Antonin. variar. resol. lib. 1. resolut. 47. num. 6. & resolut. 55. num. 11. in fine, Reginal. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 224. Vgol. de potest. Episcopi cap. 51. §. 4. num. 1. quia in collatione beneficiorum
2 suæ Diœcesis Episcopi de iure communi fundatam habent intentionem, Cardin. Seraphin. decis. 1353. num. 3. Reginald. d. tract. 3. num. 239. Gonzal. ad regol. 8. cancell. §. 1. proem. num. 21. quæ quidem instituendi facultas potest ab Episcopo specialiter delegari, etiam ante vacationem: & ratio est, quia institutio fit coactè ad præsentationem patroni, & cessat votum captandæ mortis, Ioan. Andr. & Dominic. in cap. si confirmationem de elect. lib. 6.
4 Capitulum Sede Episcopi vacante, quamuis non possit beneficia conferre, quæ ad collationem Episcopi spectant, cap. 2. Ne sede vacante, & iuxta Bull. Pii V. incip. sancimus, per Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 38. qu. 1. Gonzal. ad reg. 8. cancell. §. 4. proem. nu. 35. & glos. 9. §. 1. nu. 77. Quarant. in summ. Bullar. verbo Capitulum Sede vacante, vers. non quæro, pagin.
5 137. potest tamen præsentatos Clericos à patronis admittere, atque instituere potest, cap. 1. de institut. lib. 6. Calder. cons. 3. de iure patron. Rebuff. in praxi tit. forma Vicariatus, num. 182. Azor. d. cap. 38. qu. 2. Quarant. in summ. Bullar. in verbo Capitulum, versic. quæ conclusio, pagina 138. Garzia de benefic. part. 5. cap. 7. num. 54. Panuin. de potest. Capituli Sede vacante par. 2. qu. 4. & 5. Rebuff. in praxi benefic. tit. forma Vicariatus num. 132.
6 Item Vicarius absque speciali concessione potest confirmare electos, & instituere præsentatos, glos. in cap. fin. in verbo non possent de offic. Vicar. in 6. Nouarr. lib. 3. var. cap. 20. num. 7. Selua de benefic. qu. 14. par. 2. Garzia de benefic. d. cap. 8. num. 84. cum sequ. vbi refert, ita decisum in Rota, & per Sacram Congregationem, Suarez de Paz. in praxi, prælud. 3. num. 7. & 8. tom. 2.
7 Sic etiam Prælatis inferioribus ius instituendi competere potest ex causa speciali, puta ex præscriptione immemorabili, & priuilegio, vt per Antonin. variar. resolut. lib. 1. cap. 47. num. 6. siuè ex consuetudine cap. 2. & 3. de institut. Cardin. in cap. cum venissent, eod. titul. idem Antonin. resolut. 9. num. 11. & resolut. 12. lib. 1.
8 Pariter Religiosis in Ecclesiis, quæ pleno iure eis subiiciuntur, conuenit quoque institutio, Clemen. 1. in versic. quidam præterea, & versic. quidam etiam de excess. Prælat. Rocch. de Curt. de iure patron. in verb. competens, quæst. final. Cochier. de iurisd. in exempt. quæst. 80. par. 4.

RESOLVT. CCCXCVIII.

1 *Requisita ad institutionem obtinendam, & num. 5. 6. 7. & 8.*
2 *Collatio facta ab Episcopo de beneficio, quod est de iure patronatus, tunc demum redditur nulla cum Patronus voluerit, & num. 4.*
3 *Prouisio facta spreto patrono est in pendenti.*

Ad institutionem obtinendam, quænam requirantur.

1 PLura sunt necessaria ad finem obtinendi institutionem, quorum magis practicabilia enumerabo.

Primo requiritur, quod fiat præsentatio à patronis, quia si institutio fiat absque patronorum præsentatione, & ipsis spretis nulla redditur, cap. cum dilectus de iure patron. cap. decernimus 16. quæst. 1. Franc. Marc. decis. 474. & alibi, Simon. in Enchirid. benef. tit. 5. c. 7. à num. 9. Nouarius, qui alios adducit in praxi elect. & variat. fori quæst. 7. num. 1. sect. 1. in vltima impress. dicens hoc verum patronis reclamantibus, & contradicentibus infra tempus datum ad præsentandum alias sustinebitur, & valebit prouisio Ordinarii ex Cardin. in Clement. 1. de supplenda negl. Prælat. Selua de benef. part. 1. qu. 6. num. 15. Rota diuers. decis. 77. par. 1. & ratio est, quia nullitas collationis ab Or-
2 dinario factæ spreto patrono inducta est in fauorem ipsius patroni, & ideò ita demum est nulla si ipse patronus voluerit, & contradicat ad leg. filio præterito, & ibi glos. vlt. ff. de iniusto rupt. Test. & ideò prouisio
3 facta spreto patrono est in pendenti, & interim habet implicitum statum, ita vt patrono reclamante infra tempus datum ad præsentandum, sit nulla à principio, & ex tunc, vt in dicto cap. decernimus, eo vero non reclamante infra dictum tempus censeatur valida à principio, & ex tunc, vt in simili de caducitate, Nauarr. in Manual. cap. 23. num. 104. Lambert. d. art. 2. num. 25. 26. & 27. & ideò firma remanet conclusio, quod institutio facta spreto patrono, immò collatio est nulla si patronus velit, & contradicat, si autem ta-
4 ceat valida remanet, & firma, Cassador. decis. 2. nu. 4. de locato. Abb. in cap. cum Ecclesia num. 12. de elect.

Fe lyn.

Felyn. in dicto cap. cum ex officij nu. 36. 37. Mandos. in regul. 32. q. 24. Put. decis. 412. lib. 1. Veral. decis. 33. n. 1. par. Mohedan. decis. 27. num. 2. de caus. possess., & prop., licet si subsequatur patronorum ratificatio per præsentationem tunc institutio reconualesceret, Abb. in q. 5. in 2. dubio num. 7. Lambert. de iur. patronat. lib. 2. par. 3. q. 2. art. 1. & ratio est, quia non potest dici facta absque consensu patronorum, eò quia assensus per illos fuit præstitus, licet ex post facto Felyn. in c. cum Bertoldus col. 4. de re iudic.

Item requiritur existentia Iurispatronatus, Rota
5 dec. 337. num. 1. part. 2. quia si iuspatronatus non existit, non potest dari præsentatio, & consequenter nec institutio.

6 Item requiritur vacatio beneficij, quia præsentatio habet locum quando vacat beneficium iurispatronatus c. illud de iure patronatus c. fin. de cõcess. prębend. vbi Card. Abb. & reliqui, quia quamuis patronus in habitu habeat ius præsentandi, tamen exercitium præsentandi non habet in actu, nisi quando Ecclesia vacat d. c. illud, inde præsentatio, seu promissio facta per patronum de beneficio vacaturo non valet, nec conualescit per mortem beneficiati d. c. fin. vbi Doctor. Rota in vna Tullen. 4. Cappell. 16. Iunij 1595. coram R. P. D. Orano in Pamphilionem Beneficij de Huarte 13. Februarij 1595. coram R. P. D. Iusto.

7 Item requiritur, quod præsentatio fiat intra tempus, nempè intra quatuor menses, si sit laicale beneficium c. cum propter de iure patronatus in 6. cap. vnic. §. fin. vbi glos. in verbic. quadrimestre eod. tit. in 6. si autem Ecclesiasticum intra semestre, dict. c. vnic. cap. quoniam, c. si verò, c. iam te, ca. si propter de iure patronatus.

8 Item requiritur habilitas præsentati, & sic quod sit in ætate legitima, nõ sit seruus, infidelis, illegitimus, irregularis, seu suspensus ab ordine, laicus, criminosus, & similis, de quibus omnibus latè per Garziam in suo particulari tract. de benefic. & Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij conclus. 2. sub rubrica de præsentatione à patronis facienda, vbi num. 6. affirmat, quod sufficit, vt habilitas præsentati reperiatur tempore præsentationis, nec prodest si superueniat tempore institutionis, Rot. diuers. decis. 69. p. 3. lib. 1. Seraphin. decis. 1234. num. 4. Macerat. variar. resolut. lib. 1. resolut. 19.

Quæ omnia si interuenerint poterit fieri institutio, etiam si præsentatio simpliciter admissa fuerit, Dominic. de S. Gemin. post alios in cap. 1. de prębend. in 6. Lambert. de Iur. patron. lib. 2. par. 3. quæst. 2. artic. 12. & ideò ad excludendam institutionem in Curijs Ecclesiasticis solet practicari, vt admittatur præsentatio sic, & in quantum, & non simpliciter, vt quotidie seruatur in Curia Archiepiscopali Neapolitana.

RESOLVT. CCCXCIX.

1 *Institutio num fieri possit per Episcopum extra Diœcesim.*
2 *Exequutor Apostolicus an possit procedere extra Diœcesim suam.*
3 *Institutio extra Diœcesim fieri potest accedente consensu illius loci Ordinarij.*

Institutio an possit fieri extra Diœcesim instituentis.

1 PLuries consultus respondi extra territorium Ordinarij, eiusque Diœcesim non debere fieri institutionem, nisi de cõsensu Episcopi loci ordinarij, & partibus non contradicentibus, vt apud Abb. in ca. nouit num. 4. de offic. legat. Roech. de Curt. in tractat. de Iure patronat. in verbo competens alicui q. 34. Lambert. in eiusdem nominis tractat. q. 2. art. 11. lib. 2. p. 3. licet præsentatio benè fieri possit extra territorium, quia est actus extraiudicialis, & voluntarius, Rocch. de Curt. de iur. patron. in verbo honorificum quæst. 35. num. 66.

2 Vt etiam Exequutor Apostolicus, & sic Breuium Apostolicorum benè potest procedere extra suam Diœcesim, Dominicus de S. Gemin. latè in cap. statutum, §. in nullo quoque de rescript. in 6. Oldrad. consil. 295. Genuens. in praxi Cur. Archiepisc. Neapol. c. 69. num. 3. & 12. in addit. & ita ego millies practicaui in varijs causis delegatis à Sancta Sede Apostolica.

3 Verum accedente Episcopi loci ordinarii consensu Institutio potest tunc fieri in aliena Diœcesi non solum in Ecclesijs, sed etiam in quocumque loco, etiam non solito dummodo honesto, Lambert. de iure patronat. dicto lib. 2. par. 3. quæst. 2. art. 10. & ante eum Præpos. Hostiens. Bald. & Imola in ca. qua fronte de appellat. iuxta quorum opinionem ego, & pluribus vicibus vidi practicari indistinctè à diuersis Prælatis Regni.

RESOLVT. CCCC.

1 *Institutio an reiterari possit.*
2 *Patronus pro sui iuris conseruatione potest institutionem reiterari facere.*
3 *Institutio facta per errorem redditur nulla.*

Institutio an validè possit reiterari.

1 FVi quandoq; interrogatus à diuersis Reuerendis Vicarijs, si institutio potuisset ab eadem persona iterari, & quidem respondi institutionem ab eadem persona iterari posse, quoties de primæ institutionis firmitate dubitatur, alias non, quia in illo tantummodo casu institutio valet, & tenet ex notat à glos. fin. in c. vltim. 3. quæst. 4. & ita pluries iudicauit Rota.

2 Et quando patronus, pro sui iuris conseruatione intendit repræsentare, iteratur institutio nõ pro instituti necessitate, sed ad finem, vt patronus in sua quasi possessione conseruetur; At si institutio sit facta ab eo de cuius authoritate dubitatur, si alia institutio ab altero fiat, vtique illa tenet ad text. in c. post electionem de concess. præben. Lambert. in suo tract. de iure patronat. q. 2. art. 18. lib. 2. par. 3.

3 Inde vbi institutio est facta per errorem, vel non Canonicè, quo casu non tenet Firman. in tract. de Episcopo in 3. par. 2. part. princip. tertij libri, Lambert. de iure patronatus dicto lib. 2. par. 3. quæst. 9. art. 13. vel vbi esset facta metu, quo in casu nec valet, Firman. vbi sup. quæst. 19. tunc benè potest iterari interuenientibus requisitis necessarijs, etiam ab eadem persona.

RESOLVT. CCCCI.

1 *Institui ille debet ex pluribus præsentatis, qui habet maiora suffragia.*
2 *Maior pars quæ dicitur quando Patroni plures præsentant, & quid in Collegio, num. 3.*
4 *Dignus si fuerit præsentatus à minori parte institui debet, licet maior pars indignum præsentauerit.*
5 *Gratificationi locus est, vbi duo fuerint præsentati cum æqualibus suffragijs si æquales sunt, & num. 8.*
6 *Præsentatus si fuerit de familia ille instituendus est, quamuis alius sit præsẽtatus cum æqualibus suffragijs.*
7 *Præsentatis Diœcesano, & extraneo, quis cæteris paribus præferendus sit.*

Institutio in personam cuius sit facienda quando plures reperiuntur præsentati.

1 VBi plures à diuersis patronis fuerunt præsentati, ille debet institui, qui à maiori parte fuit præsentatus cap. 3. de iure patronatus, vbi glos. Abb. & Card.

Card.& Paul.de Citad.de iure patronat.par.2. quæst. 27.Mantic.dec.86. Seraph.dec.875. Rota dec.202.p. 2.tom.1. nisi ad scandalum vitandum, sit necesse non
2 admittere præsentatum à maiori parte dicto c.3.Maior autem pars dicitur, vt si sunt decem patroni, quatuor præsentent Franciscum,tres Andream,& alii tres Ioannem, nam Franciscus non habet maiorem partē omnium, sed habet maiorem partem respectu aliorū
3 præsentatorum, & ideò Franciscus institui debet: secus est in Collegio, in quo requiritur maior pars totius Collegii, ita Ioan.Andr.Abb.& Card.in dicto ca. Rocch. de Curte de iure patronat. in verbo honorificum quæst.58.Lambertin.de iurepatron. lib.2. par.3. quæst.4. art.2. & sic facienda est comparatio numeri ad numerum, ad hoc,vt præsentatus à maiori parte possit institui, dummodò sit idoneus, non autem est facienda comparatio zeli ad zelum, seu meriti ad meritum, Doctor. in dicto cap.3.Rocch.de Curte,vbi
4 supra quæst. 15. Lambertin. vbi sup. art.3. Si autem à maiori parte sit scienter præsentatus indignus,& à minori parte dignus sit præsentatus, talis dignus debet institui, quia scienter præsentans indignum pro illa vice ammittit ius præsentandi, vt notatur in c. cum vos de offic. ordin. Et idem dicendum est in omnibus patronis ex aliquo iure priuatis,quamuis sint maioris numeri, eo enim casu institui debet dignus præsentatus à minori numero, Lambertin. vbi supra artic.5.n. 2. secus si ignoranter fuisset præsentatus indignus.
5 Vbi vero duo æqualiter præsentati fuerunt, vnus à duobus patronis, alter ab aliis duobus, si æqualia sint merita præsentatorum, habens instituere, poterit optare,& quem voluerit instituere,& sic est locus gratificationi,Ioan.Andr. in cap.cum autem, vbi Abb. & Cardin. de iure patronat. Lambertin. de iure patron. lib.2. part.3. quæst.5. art.1. Verum si ex duobus præsentatis, vt supra vnus sit magis idoneus, quam alius, magis idoneus debet institui, quod locum habet ante factam institutionem; Nam si idoneus fuisset institutus, teneret institutio,Dec.consil.129.num.2.& Lambertin.vbi supra art.2.& in tali concursu, si idoneus sit pauper, & magis idoneus sit dives, pauper est instituendus, si vero Ecclesia esset debitis onerata, dives debet institui, Rocch. de Curte de iure patronat. in verbo honorificum,quæst.15.col.2.in fine,& Lambertin.vbi supra art.3.vbi hæc declarat,& rationes diuersitatis affert.
6 Sed si patroni in pari numero se diuidant, & duo præsentent vnum extraneum, alii duo præsentent vnū de linea, seu sanguine fundatoris, tunc præferendus, & instituendus est ille de linea fundatoris, stante idoneitate,ita Rocch.de Curte de iure patronat.in verbo honorificum quæst.18.facit in simili text. in cap.bonæ il secondo, & circa finem, vbi Abb. de postulat. prælat.& text. in c.nullus inuitus dist.61. glos. in c. neminem dist.70. in verbo Ciuitatis faciūt,notata per glos. & Doctor.in c.si proponente de rescript.& vide Lambert.de iure patronat.lib.2.par.3.quæst.5. art.4.si au-
7 tem sit præsentatus æqualiter, Diœcesanus idoneus, & extraneus magis idoneus, Diœcesanus debet institui, Rocch. de Curte, vbi supra. Ita si sit præsentatus extraneus magis idoneus, & alterius de familia fundatoris idoneus, talis de familia debet institui, Lambertin.vbi supra art.6.quia charitas debet incipere à proximioribus fundatoris, Nouarius conclus. 5. de concurrentibus in data. Ita etiam debet institui compatronus à medietate compatronorum præsentatus, excluso alio compræsentato ab alia medietate, quia ille est compatronus, & de genere fundatoris, nisi ille, qui non est compatronus obtineat derogationem à Summo Pontifice pro alia medietate, Lambertin. loco citat.art.7.
8 Quando autem duo æqualiter præsentati fuerunt, vel cumulatiuè ab eodem patrono, vel vnus à medietate patronorum, alius ab alia medietate, si æqualia sint præsentatorum merita, habens instituere poterit optare, & quem voluerit instituere, taliter quod poterit gratificare ad sui libitum, ca. cum autem,vbi Io. Andr.Card. & Abb. de Iure patronat. Lambertin. de Iure patron.lib.2.part.3.q.44.art.11. Cæsar.de Grassis decis.1.num.9.de Iure patron.talisque gratificatus ab Ordinario aliis præfertur, Maceraten.var. resolut. lib.1.resolut.104.n.2.Rota in facem portionis 16.Decembr.1605.coram Eminentissimo Card.Pamphilio.

RESOLVT. CCCCII.

1 *Collatio an fieri possit sub conditione.*
2 *Institutio an fieri possit sub conditione.*
3 *Collatio, & institutio pari passu ambulant.*
4 *Argumentum ab æquiparatis est validum in iure.*

Institutio an possit fieri per loci Ordinarium conditionatè.

1 CErti iuris est, quod collatio non potest fieri sub conditione c.2.de concess. præbend.cap.2. de elect.in 6.Abb.in c.significatum n.6.de præbend.Cassador.decis.15. num.3.de præbend. Verall.decis.298. num.5.par.2.& decis.241.nu.3.p.3.Paris.de resignat. benefic.q.2. num.78. lib. 6. & cum collationis nomen comprehendat institutionem, & omnem modum per quem prouidetur de beneficio,gl.in Clem.1.de rerum permutat.Verall.dec.36.num.15. par.3. ideo nec in-
2 stitutio sub conditione fieri potest,vt in terminis concludit Maceraten. var.resolut. lib.1. resolut.112. cas. 60. vbi assignat rationem, quia collatio, & institutio pari passu ambulant, Rocch. de Curte in tract. de iur. patronat.in princip.nu.10. cum seq. vnde dispositum in vno, debet habere locum in altero, quia æquiparatorum idem est iudicium, & eadem dispositio l. 1. ff. de l.1. Glos. in l.si quis seruo C. de furt. & in c. si postquam, §.final.de elect.& argumentum ab æquiparatis in iure est satis validum, vt probat Nouarius forens. quæst.45.num.10.par.1.

RESOLVT. CCCCIII.

1 *Superior an possit præfigere terminum illi, qui instituere habet, vt instituat.*
2 *Metropolitanus supplet defectum Ordinarii.*
3 *Appellatur vbi Episcopus institutionem facere differt.*
4 *Metropolitanus adiri potest etiam in primis causis Episcopo negligente.*
5 *Iurisdictio deuoluitur ad Superiorem Iudice inferiore indirectè negligente.*

Instituendi tempus à Superiore an possit assignari.

1 VTique poterit per Superiorem certum tempus assignari habenti instituere infra, quod si non instituerit,potest deindè illum compellere, Lambert. in tractat. de iur.patronat.lib.2. par.3. q.2.art.6. vbi art.7. affirmat, quod si ad Episcopum spectet institu-
2 tio, poterit Archiepiscopus eius Metropolitanus eidē Episcopo præfigere tempus, eiusq; negligentiam supplere, vel statim, quod Episcopus differat instituere
3 sine causa legitima, appellari potest ad Superiorem à grauamine illato,Zerol.in praxi Episcop.in verbo Iuspatronatus §.8.dub.3.p.2.Guttierez de iurament. cōfirmatorio c.13.num.8.p.3.negligentia enim inferioris operatur, vt superior possit suas apponere manus, vnde si Iudex ordinarius sit negligens, potest quis in ius vocari extra Prouinciam §.1.Authen.vt different. Iudic. latè Nouarius in sua praxi elect. & variat. fori

q.1.num.15.cum seq.sect.1.in secunda editione Neapolitana, vbi quod in primis causis potest adiri Archiepiscopus Episcopo negligente in administranda iustitia, & quod ex negligentia Iudicis inferioris iurisdictio deuoluatur ad Superiorem,& vbi Episcopus esset negligens in erectione Seminarij Archiepiscopus supplere debet eius negligentiam,& sic etiam quando Episcopus negligens in executione vltimæ voluntatis; vt plenius apud eum.

RESOLVT. CCCCIV.

1 *Nullus iudiciarius ordo potest fieri in die feriato.*
2 *Institutio an fieri possit in die feriato.*
3 *Institutio potest fieri in quolibet loco dummodò honesto.*
4 *Obligationes penes acta Curiæ stipulatæ, an incusari possint in die feriata.*

Institutio in Iurepatronatus an possit fieri die feriato.

1 NOn est dubium, quod nullus iudiciarius actus exerceri potest in die feriato ad text. in l. dies festos,C.de ferijs cum latius notatis recenter per Nouarium in pragmatica Regni 1. sub rubrica de ferijs, & in suo vtili tract. de priuil. miserabilium personarum priuil.52.pag.mihi 64. vbi vtilia colligit.

2 Tamen cum institutio sit actus extraiudicialis, & dicatur solum fieri per admissionem præsentati.Lambert.in tract.de iure patron.lib.2. par.3. quæst.2. art. 13.potest fieri etiam die feriato,sicut præsentatio,dummodò fiat extra sententiam, & figuram iudicii,ac per
3 consequens etiam in Ecclesia, & in quocumque loco, quamuis non solito dummodò honesto,Lambertin.d. quæst.2. art.10. & extra territorium, & diœcesim nisi cum plena causæ cognitione ad institutionem procedatur,Abb.in cap.nouit n.4.de offic. delegat. Rocch. de Curt.in tract. de Iure patron. in verbo competens alicui quæst.34.Lambert. in eiusdem nominis tractat. dicto lib. 2. part.3. quæst.2. art. 11. & ita pluries fuit practicatum in Curia Archiepiscopali Neapolitana annis elapsis.

Iuuatur hęc opinio ex latissimè cumulatis per Nouarium in allegat. inserta ad nostras Additiones, Tiraquell.de pia causa priuileg.156. vbi pluribus fundamentis nixus est probare,obligationes penes acta Curiæ stipulatas posse incusari die feriato, quia hic actus est voluntariæ iurisdictionis, qui potest expediri die feriato,Vinius decis.35.num.2.Borell.de Magistr.lib. 1.cap.14.num.91.

RESOLVT. CCCCV.

1 *Tempus non est à iure præfixum habenti instituere.*
2 *Beneficium non dicitur deuolutum,licet Episcopus distulerit institutionem facere, & num.10.*
3 *Decisio Rot. affertur pro quæstionis resolutione.*
4 *Episcopus quando potest Ecclesiam patronatam ordinare patronis contradicentibus.*
5 *Patroni si litigant inter se circa Iuspatronatus, quid Episcopus interim peragit,& n.6.7.& 8.*
9 *Text.in cap. quoniam de præbend. declaratur.*

Vbi Ordinarius cui competit institutio,distulit instituere, an per hoc deuoluatur beneficium.

1 CErtum est, quod tempus à iure præfixum,non designatur habenti instituere intra quod facienda sit institutio, sicuti præfixum est collatori ad conferendum,Rocch.de Curt. in tract. de Iure patronat. in verbo honorificum num.55.Rota in nouis decis.4. de iure patron. Germon. de indul. Cardin. §. volumus à num.76. & alii Doct. communiter.

2 Inde hoc stante inuincibili fundamento vtique est dicendum, quod beneficium non potest dici deuolutũ quotiescumq; Ordinarius distulit instituere, quia non est tempus præfixum, & ita in proprijs terminis iudicauit Rota in vna Dertonen.Iurispatronatus 8. Febr. 1599.coram R.P.D. Penia per hæc verba.

3 Vtraque parte informante,dubitaui an esset, vel nõ esset recedendum à decis.in hac causa sub die 8. Febr. 1599. & sub die 10. Ianuar. 1600. & Rota in decisis persistendum censuit per doctrinam Paulis de Leazaris,quam refert, & sequitur Zabarell. in Clem. plures, §.quibus num.1.quæst.1.de iure patronat.& Lambertin.de iure patronat.lib.2.par.2.quæst.1.art.9. vbi latè isti Doctores,& alij discutiendo hanc materiam distenserunt plures Canones ex quibus Rota aliquot ad hanc causam pertinentes pro intelligentia pertractatis, & decis. dubij propositi considerauit. Primus est quando non constat de iure patron. nec præsentantes esse patronos, quo casu, non obstante contradictione
4 prætensorum patronorum, Episcopus poterit Ecclesiam ordinare,quod maximè procedit, si in præcedẽtibus vacationibus Episcopus prouidit de tali beneficio, tanquam de libero. Nam tunc eo iterum vacante nullo nec fine litis, nec semestri, vel quadrimestri expectato debet Episcopus procedere ad illius collationem, Paul. de Leazaro, & Zabarella in dicta Clementina plures, §.quibus quæst.1.num.1.versic.2. casu.Lambertin.dicto art.9. n.11. vers. tertius casus est, vbi allegat Anchar. Imol. & alios idem tenentes, sed iste non erat casus noster, in quo Iurispatron. præsupponebatur: Alter casus est, quando dubitatur an beneficium sit de iurepatronatus,quo casu Zabarell.prę-citato loco vtique tertio casu dicebat, quod quando
5 Patroni litigant de iure patronatus, vel de possessione iuris patronatus, Episcopus debet expectare Laicos per quatuor menses, & Clericos etiam si litigent cum Laicis per sex menses, intra quos debet causa finiri, alias eis elapsis, Episcopus ordinabit Ecclesiam sine præiudicio eminentis, cap.si vero,cap. cum propter, & cap. quoniam in fine de iure patronatus, additque ibidem Zabarella hunc esse casum speciale, in quo cõ-
6 tra impedimentum currit tempus. Tertius casus est, quando patroni litigant de præsentatione, & de iure præsentandi, & tunc idem dicendum est, quia expectari debent vsque ad quatuor, vel sex menses. Quar-
7 tus casus est, quando patroni litigant ratione prærogatiuæ, siue ratione formæ præsentationis, & tunc ob lapsum temporis non paratur eis præiudicium, quia non est quod imputetur eis capit. cum Bertoldus de re iudicata, quia si aliter diceretur pararetur via fraudibus,quod esse non debet,cum enim hoc tempus statuatur ad præsentandum,non autem ad instituendum vltimo die termini fieri potest, Zabarella præcitato loco, quem cæteri communiter sequuntur. Quintus
8 casus est, quando vel constat de iure patronat. vel illud præsupponitur, vt in casu proposito, in quo non reuocabatur in dubium, & tunc lite pendente super præsentatione facta ante lapsum tempus semestre, si præsentantes sint Ecclesiastici, vel quadrimestre, si sint Laici non debet Episcopus ordinare, aut alteri conferre beneficium, sed stare debet maiori parti, & vni ipsi considerando merita præsentatorum, quia non est lis inter patronos ex vi iurispatronatus cum omnes fateantur præsentantes esse patronos, sed lis est inter ipsos super forma præsentationis,& tunc non esset locus deuolutioni,ita Zabarell.loco cit.Lambertin.vbi supra num.25.vers.septimus est casus. Deniq; sextus casus consideratur, quando est lis inter præsentatos in tempore prætendentes solam præsentationem de vno quoque factam esse attendendam, & isto casu nõ erat locus deuolutioni ob lapsum tempus ad præsentandum,quia dispositio,text.in c.quoniã de

9 patron. inducens deuolutionem, quando est lis inter patronos tanquam rigorosa, & exorbitans non extenditur ad litem inter præsentatos, Imol. in cap. cum vos de offic.ordin.n.7.vers.nec obstat, vbi Ioan.And. num.2.vers.vnde iura,Ant.de Butr.num.7.vers. iura ergo,Rocch.in verbo honorificum quæst.24.num.54. Lapus alleg.78.num.15.versic.non obstat, & num.16. item non debet. Multa expedire suadebant standum in decisis,nam in presenti,nec iuspatronatus,nec quasi possessio iuris præsentandi reuocabatur in dubium.

10 Et propterea non erat locus deuolutioni, & præsertim, quia instructam iam causam renuit Ordinarius expedire, vt deuolutioni fieret locus ad Zabarell. & alios in contrarium allegatos, in c. cum vos de offic. ordin. placuerunt responsiones datæ in decisione, in hac causa facta die 10. Ianuarij 1600.vbi per similem distinctionem casuum fuit difficultas sublata.

PRAXIS COMPELLENDI SPONSOS Nolentes contrahere matrimonium, Et de causis ex quibus excusentur.

RESOLVT. CCCCVI.

1 *Sponsus si defloravit sponsam, si demum nolit matrimonium contrahere, cogi potest etiam per capturam personæ.*

2 *Excommunicari non potest sponsus nolens matrimonium contrahere.*

3 *Causa matrimonij ad Iudicem Ecclesiasticum spectat.*

4 *Sponsus qui matrimonium contrahere recusat, an cogi possit, si illo contracto scandalum oriri potest.*

Qualiter cogantur Sponsi ad contrahendum Matrimon.

1 SI Sponsus defloravit Sponsam, & postea nolit eam ducere in vxorem,solet per Iudices Ecclesiasticos carcerari ad finem vt contrahat matrimonium,prout tenetur iuxta text. in cap.1. de adult. cum etiam hæc causa matrimonialis sit, an ille sponsus teneatur contrahere, vel nè; & solùm ad Episcopum spectet, cap. multorum 35.quæst.6.cap.auditus de præscript. cap. accedentibus,de excess.Prælatorum, Couarru. variarum relect.2. part. cap.7. §.6. num. 8. & tam de iure antiquo, iuxta veriorem opinionem Dominici, & Franch. in cap. cum Episcopus, de officij ordinarij in 6. quam post Concil.Trident.cap.3. sess. 23. de reformat. possunt Iudices Ecclesiastici, ac debent in omnibus causis, ac coram ipsis vertentibus, etiam ciuilibus, antequam ad censuras deueniant carcerare Laicos.

Et posset id etiam seruare, quando non præcessit defloratio, sed solum promissio, vt sententia de contrahendo matrimonio habeat effectum ex prædicto
2 cap.3. Concil. Trident. sed an possit sponsus excommunicari, si nolit contrahere matrimonium, text.in cap. ex literis il 2. de sponsal. Sanchez de matrimon. disput.29. num.4. lib. 1. Emanuel Sà in verbo sponsalia, & ratio supradictorum est, quia cum sponsalia sint accessoria ad matrimonium, ex quò sunt præambula ipsius,cap. l.illud, ff. de sponsalibus indicatur pariter de matrimonio, l.oratio, ff.de sponsalibus, Bald. cons.171.volum.1.Alexander cons.77.volum.2.in numeris adductis per Monaldum in consil. 27. volum.1.
3 consequenter. Quemadmodum causa matrimonialis ad Iudicem Ecclesiasticum spectat lege Titia,ff.soluto matrimonio, cap. causam, qui filij sunt legitimi, item hæc causa matrimonialis, & ob hanc causam sponsus excommunicari potest,cap. ex literis il 2. de sponsalibus, qui licet dicat, quod excommunicetur Doctores
4 tamen ibidem asserunt, quod si adest iusta causa non contrahendi puta,odium tale superueniens,quod speratur, potius scandalum, quam matrimonium, fiet monitio tantum,& ita procedit,text. d.cap. ex literis, si verò non adest iusta causa non contrahendi, & tunc nolens contrahere, excommunicabitur, & ita procedit,text.in d.cap.requisiuit,& dicunt Ioan. Andr.Ant. Abb. Præpos. qui testantur de communi in dictis viribus,Ledesma Sacrament.Matrimonij quæst.76. art. 1. Dicit tamen Andr. in cap.ex literis, quem sequitur Præpos. quod si post excommunicationem Iudex, videt eam non prodesse, & excommunicatum esse pertinacem, debet eum absoluere,etiam nolentem.

RESOLVT. CCCCVII.

1 *Coactio facienda sponsis vt matrimonium contrahat, an practicari possit, vbi Iuramentum de contrahendo non interuenit.*

2 *Obligatio ad contrahendum matrimonium oritur ex sponsalibus.*

3 *Coniuges peccant consensum præstare recusantes.*

An coactio facienda sponsis ad contrahendum Matrimonium locum habeat, vbi sponsalia non sunt iurata.

1 REspondetur affirmatiuè, nimirum non requiri iuramentum, sed tantum sufficere promissionem, cap.de illis,1.versiculo, cap.Mulierem, de despon.impuber.vbi notat Abb.post Hostiens. & Henricum, idē Abb. in cap. ex literis colum.2. de spons. text.Clarus, cap.iuramenti 22.q.5.Thom.in 4.& in additio. 3.par. qu.43. art.1. Caietan.in summa, verbo sponsalia, Angel.num.7.Sylu.qu.5.Sot.dist.27. qu.2. art.3. Couarr. super Nauarr.cap.22.num.25.& ita sæpissimè iuxta supradictam sententiam iudicasse Rotam Romanam testatur Coccin.decis.377. & Ludouis.decis.376. quæ
2 decisiones non carent fundamento, si quidem ex sponsalibus oritur obligatio, quædam ad contrahendum matrimonium de præsenti, cap.ex literis Sancti Siluarij, cap. sicut, cap. requisiuit de spons. S. Thom. in 4. quem refert, & sequitur qu.4. Armil. num.7. Couarr. cap. 4. num.1. & omnes.

3 Quinimmò peccant coniuges recusantes præstare consensum,vt voluit D.Thom.4. distinct. 27. quæst.2. art.2.D.Ant.4.par.tit.1.cap.18.§.final. Angel. sponsalia n.90.in fin.Sylu.q.4.Caiet.verb.sponsalia,Nauar. c.22. n.28.Couarr.1.par.de spons.cap.4.n.2.per text. in cap.1.de spons.duorum notat Felyn. in cap. 1. de pact.lib.6.quia est contra ius naturale,diuinum,& humanum,vt probat Couar. supra contra Abb.

RESOLVT. CCCCVIII.

1 *Promittens contrahere matrimonium cum Berta citra iuramentum, si demum cum Iuramento promiserit contrahere cum Ioanna, vt contrahat cum Berta cogi potest.*

2 *Iuramentum quod tendit in dispendium salutis æternæ seruari non debet.*

Contrahens sponsalia cum prima absque Iuramento, si postea cum iuramento cum alia contrahit, cum qua possit cogi ad contrahendum.

1 REspondetur cum prima, & cum ea cogi potest ad contrahendum, ratio est euidens, quia est prima obligatio,D. Anton. super D. Thom. & Palud. 4.dist. 27.q.1.Notant.Innoc.Ioan.And.Abb. Præpos. & Rauennas in cap.sicut de spons.Hostiens.de Butr.Abb.&
2 Henricus in cap. veniens de iure iuran. dicentes iuramentum directè contrarium priori promissioni, quā quis

quis seruare tenetur temerarium esse, & minimè obligare, cum sit in dispendium salutis æternæ, & foueat peccatum mortale, cap. si vero de iure iurando, quod committeretur si promissio prior non seruaretur, Angel. num. 25. Sylu. sponsalia q. 7. ibi sicut aliàs, & cap. Armill. n. 7. Couat. 1. par. de sponsal. cap. 4. n. 3. Sot. dist. 25. qu. 2. art. 4. vers. quin etiam si autem sponsalia iuramento firmata sint, licet cum secunda quæcumque alia sponsalia etiam iurata contrahantur, non tenent, vt per Doctor. loco citato.

RESOLVT. CCCCIX.

1 *Iudex an possit cogere sponsum ad contrahendum matrimonium si subest iusta causa non contrahendi.*
2 *Causæ, quæ occurrere possunt vt sponsus non possit cogi ad matrimonium contrahendum.*
3 *Nuptiæ coactæ solent secum mala afferre.*

An subsistente legitima causa non contrahendi matrimonium, Iudex possit recedere à coactione.

1 REgulariter licet Iudex possit deuenire ad compulsionem, præmissa tamen monitione, contra illum qui iurauit sponsalia contrahere, cap. ex literis il 2. de sponsal. Triuis. decis. 9. lib. 1. & de priuil. sponsal. priuil. 2. n. 11. & priuil. 3. n. 1. Rot. Rom. in nouis. decis. 493. num. 1. part. 1. Gabriel. consil. 159. vol. 2. Ferrar. consil. 171. num. 1. Decian. consil. 66. num. 15. vol. 5. Ledesm. super 3. part. S. Thom. quæst. 45. art. 1. vers. 2. conclus. tamen quando subest iusta, & rationabilis causa non contrahendi, Iudex debet tantum monere, d. cap. ex literis, & ibi Doctor. omnes in cap. requisiuit n. 4. de sponsal. Alex. consil. 212. n. 5. vol. 5. Marc. decis. Delphin. 521. n. 3. & decis. 744. par. 2. Triuis. d. priuil. 3. n. 3. & priuileg. 7. num. 3. Gabriel. consil. 159. & consil. 186. n. 2. vol. 2. Nauar. in Man. cap. 22. num. 27. & 72. de Ledesm. in d. q. 43. art. 1. vers. 3. conclus. Rot. Rom. in decis. 497. num. 1. plures autem hic concurrebant
2 causæ non contrahendi matrimonium, & iuxta hanc sententiam censuit Rota apud Ludouisium decis. 376. & fuit dictum in Tuleu. matrimonii 17. Aprilis 1617. coram Eminentiss. Caualerio, quando tamen subest aliqua iusta causa Ecclesia abstinet à coactione, Seraphin. decis. 1288. nn. 2. Rota d. decis. 497. n. 1. & in recent. decis. 207. n. 9. par. 1. Surd. consil. 364. num. 7. cum
3 nuptiæ coactæ soleant habere malos exitus, Seraphin. decis. 893. n. 33. & decis. 1112. num. 7. vbi plures causæ considerantur.

RESOLVT. CCCCX.

1 *Iudex non potest cogere sponsos ad Matrimonium contrahendum, vbi inter illos est disparitas conditionis.*
2 *Sponsus dines non cogitur matrimonium perficere cum sponsa paupere.*
3 *Sponsus similiter nobilis non potest cogi, vt contrahat cum plebeia.*
4 *Sponsus ex legitimo matrimonio ortus, non cogitur contrahere cum illegitima.*
5 *Macula originis est multum considerabilis.*
6 *Proles legitimatur ad omnia per subsequēs matrimoniū.*
7 *Error qualitatis an vitiet matrimonium.*

An sit legitima causa non cogendi ad contrahendum, vbi magna est disparitas inter sponsos.

1 PRima, ac legitima causa vt Iudex non possit vti remedio coactionis ad contrahendum matrimonium est, vbi esset magna disparitas inter sponsos, vt censuit Rot. Rom. vt probat Cæsar de Grassis dec. 2.
2 de sponsalibus, qui exemplificat quoties sponsus esset ditissimus, sponsa autem pauperrima, vt in terminis Maceraten. decis. 2. Paris. consil. 58. num. 37. vol. 4. item
3 sponsus nobilis, sponsa vilis familiæ insuper sponsus
4 ex legitimo matrimonio ortus, sponsa ex coitu damnato, Paris. in d. consil. 38. n. 39. quæ licet postea diceretur
5 fuisse legitimata per subsequens matrimonium, tamen macula originis est multum considerabilis, c. tanta, qui fil. sint legit. Couar. p. 2. relect. c. 8. §. 2. nu. 7. de sponsal. & matrim. Cæs. de Grass. de sponsal. dec. 6. n. 5. quamuis de iure Canonico per subsequens matrimo-
6 nium legitimetur proles ad omnia, secundum Cassad. de sponsal. & matrim. dec. 1. n. 6. cum seq. & Couar. d. §. 2. nu. 10. & quando adest magna disparitas Iudex Ecclesiasticus debet omninò abstinere à coactione, Nauar. in Man. c. 16. nu. 18. & in consil. 49. n. 3. de sponsal. lib. 4. Abb. in d. c. requisiuit n. 4. Gabr. d. consil. 186. n. 4. & 8. Coadiuuabitur ex eò, quod dictus sponsus tempore sponsaliorum de futuro contractorum ignorauit D. N. esse procreatam ex damnato coitu, & licet error
7 qualitatis non tollat matrimonium. Nau. in d. Man. c. 22. num. 22. tamen videtur esse non modici impedimenti in adimplemento sponsaliorum, c. raptor 37. q. 1. cum error excludat consensum, c. p. 29. q. p.

RESOLVT. CCCCXI.

1 *Odium capitale inter sponsos, an sit iusta causa non cogendi ad matrimonium contrahendum.*
2 *Causa probabilis non cogendi sponsos ad matrimonium contrahendum, remittitur arbitrio Iudicis.*
3 *Sponsus non tenetur actione iniuriarum.*
4 *Voluntas non minus facto, quàm verbis declaratur.*
5 *Iuramentū assumit naturam contractus cui adaptatur.*

An iusta causa sit non cogendi ad contrahendum, odium capitale inter sponsos.

1 CEnsuit Rot. Rom. pro opinione affirmatiua coram Illustriss. Coccino, cuius tenor est, Domini dixerunt sententiam Rotalem esse confirmandam, quia licet inter Marcum Antonium, & Annam Mariā fuerint contracta sponsalia per verba de futuro, tamen ipsa non est cogenda contrahere matrimonium per verba de præsenti, cum subsit probabilis causa, ex qua potest à sponsalibus recedere, cap. ex his 2. de sponsalibus, vbi Doct. not. & causa probabilis committi-
2 tur arbitrio iudicantis, Abb. in c. requisiuit num. 4. de sponsal. Alex. consil. 212. nu. 8. lib. 2. quæ satis videntur concurrere in casu isto, nam pendente iudicio super dissolutione horum sponsalium Marcus Antonius dedit in iudicio articulos concernentes honorem matris ipsius Annæ Mariæ, necnon, & natales eiusdem Annæ, qui defectus etiam quod fuissent veri cum prouenirent absq; culpa ipsius Annæ sequitur, quod grauiter fuerit offensa ei talia obijciēdo, vt per Rom. consil. 99. nu. 1. & 2. vers. 2. vera opinio, defectum vero nostrum inhumanum, atq; iniuriosum est detegi, l. 2. vers. quid enim, C. quemd. & quibus quarta pars debetur lib. 10. vnde meritò orta sunt odia, & rancores, quæ ne perpetuum pariant dissidium, hæc iusta videtur causa vt recedatur à sponsalibus, & matrimonium impediatur, Abb. in d. cap. requisiuit n. 4. Alexand. d. consil. 212. num. 8. Guttierez lib. 1. quæst. Canon. c. 20. num. 23. ne matrimonium infelicem exitum habeat, prout habere solet, etiam quando post contractum superuenit odium, & considerat Iacob. Menoch. consil. 69. numer. 44. & sequent. num. 1.

Neq; obstat, quod præfati articuli fuerint dati pro sponso ad tuendum ius suum, quia sponsa dicebat eum sibi non esse natalibus parem, propterea videtur dicendum, iniuriam non intulisse, vt per Roman. loco allegato num. 2. vers. mihi vero, quia hæc procedunt

ad effectum, quod sponsus non teneatur iniuriatum
3 actione, quia caret dolo, sed non ad effectum, quod dicatur culpa carere, itaut non fuerit sequuta offensa, vt considerat Castrens. cons. 255. col. 2. vers. his non obstantibus lib. 1. actus enim licet fiat, absque dolo tamen præiudicat, poterat enim sponsus euitare offensam, modestius excipiendo contra vxorem, vt ostenderet natalibus esse patrem, absque eò quod ex professo honorem matris, & natales ipsius tangeret.

Neque obstat, quod sponsus ipse non dedit articulos, imò & illos reuocauit, quia sufficit, quod illos ap-
4 probauerit, requirendo testes, vt super illis deponerent, voluntas enim non minus facto, quam verbis declaratur, l. Paulus, ff. rem ratam haber. & reuocatio fuit facta hic in Curia longè post datos articulos, & postquam sponsus requisiuit dictos testes, vnde ista reuocatio ei non suffragatur ad effectum, de quo agitur cum non possit tollere odium, quod inde prouenit, & Doctores loquentes de reuocatione, loquuntur ad effectum, vt non possit agi actione iniuriarum, vt per Felyn. in cap. dilecti n. 16. de except. qua actione non agit sponsa, sed ad alium effectum, vt dictum est.

Neque facit, quod ista sponsalia sint iurata, nam si
5 superuenit noua causa non contrahendi per verba de præsenti, iuramentum non obligat, cum assumat naturam, & conditiones contractus cui adijcitur, l. fin. C. de non numer. pecun. sponsalia verò habent tacitam conditionem, si res in eodem statu permanserit, idest si causa ab eis recedendi non superueniat, cap. quemadmodum de iure iurand. vbi gl. in verbo oculos, Hostiens. nu. 8. Ioan. Andr. n. 23. Anchar. n. 3. Butr. n. 13. Bald. in princip. Abb. num. 9. Imol. n. 3.

RESOLVT. CCCCXII.

1 *Conditio de contrahendo matrimonio, si non purificatur, non potest ad compulsionem deueniri, & n. 2.*
3 *Fidem frangenti, fides frangatur eidem.*
4 *Obligatio conditionalis non parit actionem, nisi purificata conditione.*
5 *Actus non dicitur perfectus conditione pendente.*
6 *Adimplementum conditiones debet specificè obseruari, & num. 7.*

An iusta causa non cogendi sponsum ad contrahendum sit defectus non purificatæ conditionis.

1 NOn purificata igitur prius conditione, non potest deueniri ad compulsionem, vt in puncto firmarunt Doctores in cap. de illis, de cond. ap. Thad. Pis. de spons. par. 1. n. 8. Henriq. in sum. Theol. mor. lib. 11. de matrim. cap. 14. nu. 5. Nauarr. de cond. app. lib. 4. cons. 1. n. 1. & 6. cons. 2. Paris. cons. 60. nu. 5. & cons. 58. vol. 4. Caputaq. decis. 338. n. 2. par. 1. 1. nam postquam sponsa, vel eius Pater promissam conditionem minimè adimpleuerunt à vinculo obligationis contrahen-
2 di, debet absolui sponsus iuxta terminos text. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. nam frustra quis fidem sibi ab eo seruari postulat, cui fidem non seruauit, cap. frustra d. Reg. vir lib, nam frangenti fidem, fi-
3 des frangi potest, l. cum proponas, la 2. C. de pac. Bar. per illum text. in l. quæro, §. inter locatorum, ff. loca, & qui non facit quod non debet, non recipit quod oportet, Bald. in cap. 1. n. 9. in fin. qualit. dom. proprie, priue, in feud. & Natt. in cons. 226. num. 2. quod locum habet etiamsi esset interpositum iuramentum, cap. 3. & ibi Doctor. maximè Felyn. n. 7. de iure iurand. Dec. in cons. 265. n. 3. ad fin. Ruin. cons. 58. n. 2. & 5. lib. 1.
4 Quare cum obligatio sit conditionalis de iure non debetur nisi purificata conditione, Ruin. cons. 35. vol. 13. num. 5. pract. Papien. in forma libell. pro legato rei singul. num. 73. versic. ad tertium autem Grat. consil. 364. n. 1. & 24. & cons. 309. vol. 3. si quidem conditio nihil ponit in esse, & ideò actus conditionalis non valet, nisi existente conditione, l. si quis sub conditione, ff. si quis omissa caus. test. l. cedere diem, ff. de verb. signif. l. si quis fundum, ff. de contrahen. empt. l. ex facto,
5 ff. de hæred. inst. Tusc. in concl. 193. lit. C. quia conditione pendente actus non dicitur perfectus, suspendit enim conditio actum in effectum, vel euentum conditionis, Menoch. cons. 63. à n. 28. cum seq. Paris. de resignat. benef. lib. 1. quæst. 3. n. 20. Nouarius forens. q. 27. n. 5. lib. 1. vbi supradictos citat.
6 Amplia vt adimplementum conditionis debeat specificè obseruari, & precisè in eo quod promissum fuerit, namque aliud pro alio inuito creditore soluni non potest, l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. petat. & l. eum à quo, C. de solut. quæ regula tunc præcipuè locum habet, cum quis ex obligatione vult alium adstringere, ad aliquid sibi dandum, vel faciendum, tunc enim tenetur ferre in eadem specie, in qua fuit cõtracta obligatio, l. si rem, §. vult cum seq. ff. de pign. actio. l. item liberatur, §. 1. ff. quibus mod. pignor. vel hypot. sol. Prac. Papiens. in forma responsi. libelli in actione hypot. in verb. satisfacere nu. 2. & quidem paria sunt non offerre, & illegitimè offerre, l. quoties, ff. qui satisdar. cogant. Rom. consil. 163. num. 2.
7 Amplia secundo, vt adimplementum conditionis debeat esse perfectum, alioquin minimè posset cogi sponsus ad contrahendum matrimonium, ex regul. iuris, vt nemo ex contracto vltro citroque obligatorio adiuuari possit, nisi ex parte sua perfectè impleuerit, d. l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. Gozad. cons. 1. n. 1. & cons. 31. n. 4. Natt. d. cons. 226. n. 2. & Put. decis. 357. ad fin. lib. 3. Verall. decis. 232. par. 1. & decis. 157. par. 3. neque inspicitur quis primo contrauenerit, sed qui prius egerit: is enim prius debet docere, se implesse R. P. D. Rub. in Romana Aromatariæ die 31. Maij 1585. in manuscript. & hæc exceptio, vsque adeò est fauorabilis, vt Iudex parte etiam non opponente, possit ex officio supplere, Bart. in l. eum qui ita §. qui ita stipulatur num. 4. de verb. oblig. & in l. lecta n. 21. ff. si cert. petat. quem adducit Roman. in cons. 244. nu. 5. vers. 1. & sequitur Crauet. in cons. 151. n. 10. vers. adeò.

RESOLVT. CCCCXIII.

1 *Indignatio parentum an sit iusta causa de matrimonio non contrahendo.*
2 *Filij an peccent absque parentum voluntate matrimonium contrahendo.*

An iusta causa ad non cogendum ad contrahendum matrimonio sit indignatio parentum.

1 ESt legitima causa secundum Abb. in cap. requisiuit num. 4. de sponsal. Felyn. cons. 26. n. 21. Nauar. in Manual. cap. 16. num. 18. & proinde indignatio etiam Dei cum aliqui teneant, filium contrahentem matrimonium sine consensu patris, & sine iusta causa peccare, cap. non omnis 23. quæst. 2. Nauar. in Manual. cap. 14. n. 15. S. Thom. in 2. 2. quæst. 89. art. 7. vide Bellarm. de controuers. Christianæ fidei tom. 2. de Sacram. matrim. lib. 1. cap. 9. vers. tertia propositio.

RESOLVT. CCCCXIV.

1 *Suspicio morbi gallici est iusta causa vt sponsi cogi non possint ad matrimonium contrahendum, & n. 5.*
2 *Sponsus an semper cogi possit ad matrimonium contrahendum, u. 3. & 4.*

An

An sit legitima causa non cogendi ad contrahendum matrimonium morbi gallici suspicio.

1 ERit pariter legitima, ac iuridica causa non cogendi sponsos ad contrahendum morbi gallici suspicio, vt censuit Rota in vna Toletana matrimonij 27. Ianuarij 1595. coram Seraphino, cuius tenor est.

Quamuis regula sit pro Gaspare, quod contrahens
2 sponsalia de futuro monendus sit, & vsque ad censuras cogendus ad contrahendum per verba de præsenti, siuè sponsalia sint iurata, siuè non, c. ex literis il 2. & c. sicut & c. requisiuit de spõsal. c. de illis, il 3. vbi Abb. & alijs, de desponsat. impub. & in d. c. ex literis in 3. notab. Felyn. in c. 1. n. 12. de pact. Couar. super 4. decret. par. 1. c. 4. in princ. n. 2. quamuis in sponsalibus iuratis Ecclesia magis studiosè compellat eum, qui iurauit, quamuis compulsione moderata, non autem præcisa, Abb. in c. requisiuit in fine, Felyn. in d. c. 1. num. 12. de pac. Sylu. in verbo in spõsalia n. 4. allegatis per Gabr. cons. 186. n. 10. lib. 2. & parte persistente in recusatio-
3 ne pertinaciter Iudex teneatur à coactione desistere d. ca. requisiuit, vbi Doctor. supra allegati, hæc tamen regula limitatur vt non procedat, vbi adest aliqua causa recusationis propter quam debeat Iudex arbitrari non esse procedendum ad coactionem, vt per Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Abb. Præpos. & alias in d. c. requisiuit, Sylvest. in summ. in verbo sponsalia n. 10. Lup. in c. per vestras §. 8. n. 15. Couar. vbi supra n. 4. & fuit decisum in causa Valentina matrimonii coram S. D. N. Clem. VIII. anno 1579. & in Hispal. spõsalium coram bon. men. Domino de Rubeis 1580. & alias sæpius, in casu autem proposito visum est Dominis sufficienter constare de causa, quia ex testibus
3 examinatis pro parte mulieris constat eam abhorrere ab huiusmodi nuptiis, & odio prosequi Gasparem, ita vt potius electura sit sese in flumen proijcere, quam secum contrahere, & hæc est legitima causa desistendi à coactione, vt per Abb. supra citatum in dicto c. requisiuit n. 3. & in d. c. ex literis n. 8. cum aliis, quæ res comprobatur, ex litis sustentatione per plures instantias, ex quò apparet frustratoriam fore excommunicationem propter obstinatum ipsius propositum, Collect. in c. 2. col. 2. de sponsal. solent etiam coacta sponsalia infelices sortiri exitus, Gabr. d. consil. 156. n.
5 5. & hoc præsertim, quia videtur satis iusta causa subesse recusationis propter morbi gallici suspicionem, per ea quæ tradit Maiol. de irregular. lib. 2. cap. 19. & facit text. in ca. quemadmodum §. quid si post de iur. iuran. & licet morbus iste non plenè probetur cum de eò vnus tantum testis deponat, tamen est medicus qui illum curauit, & satis videtur ad hunc effectum, quod mulier vehementi suspicione affecta hũc abhorreat, accedunt aliæ exceptiones quas non apparet notas fuisse mulieri ante contracta sponsalia, & ex superuenienti notitia potest recedere, Sot. li. 4. sentent. dist. 27. quæst. 2. art. 9. versic. non quando alter, & ita conclusum vnanimiter per Dominos.

RESOLVT. CCCCXV.

1 *Causa vt sponsus cogi non possit ad matrimonium contrahendum, an sit legitima cõtradictio parentũ, & n. 7.*
2 *Consensus parentum an necessarius sit dum filij matrimonium contrahere volunt, & n. 4.*
3 *Filia nubens sine consensu patris an sit successione priuanda.*
5 *Statutum quo cauetur ne filij possint contrahere matrimonium absque consensu parentum, reprobatur.*
6 *Statutum vt non possit contrahi matrimonium cum hominibus alterius Ciuitatis, non valet.*

An sit legitima causa non cogendi ad contrahendum matrimonium contradictio parentum.

1 VIdebatur prima consideratione affirmatiuè respondendum, cum de æquitate requiratur consensus parentum in matrimoniis contrahendis per filiisfamilias, vt apertè patet in l. 2. ff. de ritu nuptiarũ,
2 & §. p. instit. eodem, vbi parentum consensus in filiorum matrimoniis requiritur, ex ea ratione, quia iuri naturæ, quò parentes in liberos funguntur, sub quorũ potestate sunt, conuenit, ne citra patris consilium, aliquid in re tam graui, vt est matrimonii vinculum, à quo totum vitæ pendet institutum, deliberet, & ipsa perpetuitatis ratio, & amoris nodus, quò debent coniuges vinciri maturissimum in conciliandis nuptiis consilium desiderat, ne forte leuiter facti olim doleat grauiter prosequitur Guibert. lib. 1. quæst. ca. 12. Hieronym. de monte in Miscellan. vir. q. 6. Bar. in l. in bello §. medio, ff. de captiuis, & faciunt adducta à Pereira decis. vbi latè tractat si filia nubens ante viginti-
3 quinque annos, etiam si viro digno nubat sit priuanda legitima successione.

4 Cæterum totum contrarium est verius, nam quis non cogitur sequi paternam voluntatem circa matrimonia, & ideò leges quæ inferunt pœnas matrimoniũ contrahentibus sine parentum consensu non valent,
5 quia infrigunt libertatem matrimonii, vnde non valet statutum in quo cauetur ne filia, vel filius possint contrahere sine consensu patris, alias cadant ab hæreditate, Couar. super 4. decret. p. 2. c. 3. §. 8. n. 5. & 6. Cordub. in tractat. cas. conscientiæ quæst. 171. Nauar. in Manual. c. 24. num. 15. Guttierez practic. quæst. lib. 2. quæst. 1. num. Molin. de primog. lib. 2. c. 16. n. 6. Valer. in different. inter vtrumque forum in verbo matrimonium different. 1.

Et secundum Bellet. disquisit. Clerical. titul. 6. §. 4. n. 43. vim legis non habent leges, quæ inferunt pœnas matrimonium contrahentibus sine parentum consensu, nam etsi Principes aes tulerint ad honestatem persuadendam, quæ consistit in exigendo parentum consensum ab ipsis filiis ad coniugalem contractum, non tamen habent vim, cum id spectet ad summum Pontificem, nam alii statuere nihil possunt, quod matrimonii liberum consensum impediat, etiam circa accidentia ipsi matrimonio, & ideò statutum puniens contra-
6 hentes matrimonium cum hominibus alterius Ciuitatis non est validum, Morot. consil. 6. num. 9. videndus est Grass. in tract. de effect. Cleric. effect. 2. nu. 81. cum seq. quia infringit matrimonii libertatem, & illud debet esse liberum, Nouarius in pragm. Regni 11. de Baronibus, vbi plura adducit.

Et iuxta hanc opinionem sæpissimè censuit Rota, vt pro iusta causa non habeatur defectus consensus parentum, vt fuit dictum in Tolen. sponsalium 30. Ianuarii 1617. & 17. Aprilis eodem anno coram Caualerio, cum de iure Canonico talis consensus in matrimonio non requiratur, vt sciunt omnes, & Doctor. passim affirmarunt.

RESOLVT. CCCCXVI.

1 *Timor exhæredationis an sit iusta causa vt sponsus non possit cogi ad matrimonium contrahendum, & numero 3.*
2 *Compelli quis non potest ad exequutionem sponsaliorum stante iusta causa non adimplendi.*
4 *Papa, qui habuit notitiam decreti, & litis pendentiæ coram alio Iudice signando commissionem, causam ab eo Iudice auocare censetur.*

An timor exhæredationis paternæ sit legitima causa non cogendi sponsos ad contrahendum matrimon.

1 FVit sæpissimè resolutum in Rota, timorem exhæredationis esse legitimam, ac iustissimam causam non cogendi sponsos ad contrahendum matrimoniũ, vt in vna Toletana matrimonij Veneris 27. Ian. 1595. & in Romana matrimonij 15. Febr. 1588. coram bon. mem. Orano, quod procedit etiam si sponsalia sint iurata, Ruin. cons. 203. num. 5. vers. & plus etiam dico, li. 1. Doct. communiter, in c. requisiuit de sponsal. summ. Sylvest. in verbo sponsalia num. 10. & fuit dictum coram S. D. N. Clemente VIII. in Valentina matrimonij 6. Februarij 1579. quæ in impress. diuers. nou. est 497. par. 1. & in Hispal. sponsalium de anno 1580. coram de Rubeis, & ita pariter fuit resolutum in Rota in vna Tolent. matrimonij 16. Ianuarij 1596. coram Eminentiss. Seraphino cuius tenor est.

Domini sine vlla difficultate censuerunt commissiones suffragari Domino Ioanni Valeæ ad effectum imponendi perpetuum silentium parti aduersæ, cui iuxta earum penultimæ tenorem fuit præfixus terminus ad transportandum acta, quæ non transportauit hactenus, ideò non verificantur obiectiones, quæ fiũt, non fuisse interpositam appellationem ad dec. Egid. 100. Caputaquens. 129. lib. 1. Cæsar. de Grassis 2. de rescript. quia cum de iis constare non possit, nisi per actorum productionem, quæ ex forma rescripti incũbebat Annæ sibi imputet si non produxit c. constitutus in princ. de rescrip. sed neq; productio releuaret, nam commissio cuius vigore instat procedi Ioannes non fundatur in appellatione, sed in pendentia litis in Rota, de qua constat ex lectura commissionum, & in negotio huiusmodi pars aduersa non fouet bonum ius,
2 cum ipse non possit compelli ad exequutionem sponsaliorum prætensorum, ex quò extat causa iusta, non adimplendi, vt habetur in c. requisiuit de sponsal. Ga-
3 briel. consil. 188. n. 7. & 8. lib. 2. quia parentes Ioannis eum exhæredare volunt, casu quò tale matrimonium contraheret iuxta statutum Lotharingiæ, quæ causa visa est, releuans ad recusationem implementi sponsalium in causa Tullen. matrimonij coram Penia, & super hac materia plures aliæ in Rota fuerunt factæ decisiones, quæ referuntur per informantes, neque obstant deducta contra commissiones, quia cessant stante vltima commissione proposita in plena signatura Sanctissimi, in qua hæc omnia deducta, & reiecta fuerunt, Felyn. in c. nonnulli §. sunt, & alij vers. tertio videtur de rescript. & nihilominus satis est, quod Papa habuerit notitiam decreti prouisionalis, & litis pendentiæ coram Bisuntio, nam res scriptum hoc casu habet vim auocationis quatenus opus esset, Rot. decis. 3. & de appell. in nou. Felyn. in c. super literis, num. 12. de rescription. non obstat, quod Anna nolit vti vltima commissione, quia Ioannes procedit in vim præcedentis, quare conclusum pro impositione perpetui silentij.

RESOLVT. CCCCVII.

1 *Sponsus vt cogi possit matrimonium contrahere, necesse est, vt de sponsalibus constet.*
2 *Sponsalia interuenisse quomodo probetur, & numer. 3.*
4 *Sponsalia siue sint iurata, siue non, sunt effectuanda per contractum matrimonij.*
5 *Causa diffamationis impudicitiæ est iusta ad effectum recedendi à sponsalibus.*
6 *Appellari potest à denegatione probationum.*

Vt Iudex possit cogere est necesse vt sponsalia probentur, & ex quibus probentur.

1 ROta in vna Tullen. matrimonij 17. Aprilis 1617. coram Caualerio censuit pro fundamento intentionis esse, vt Iudex ritè possit procedere ad coactionẽ matrimonialem, vt constet de sponsalibus antea contractis, & censuit pariter iustam esse sententiam latam ab Ordinario Tullen. in fauorem Catharinæ contra Nicolaum, ex depositionibus quatuor testium pro parte Catharinę examinatorum nempè 2. 3. 4. & 5. qui vno ore deponunt, fuisse præsentes, & audiuisse Nicolaum dicentem Catharinæ; da mihi tuum monile pro confirmatione promissionum matrimonialium a te
2 antea factorum, & ipsam illud quod collo gestabat accepisse, & in eius bracchio posuisse dicendo, illud tibi dono pro legalitate matrimonij, ipsumque Nicolaum illud accepisse, & cũ Catharina ab ipso petijsset, quid sibi reciprocè daret, respondisset ei habes meam fidẽ, quid amplius velles ego mallem cum quingentis dæmonibus damnari, quam meam fidem frãgere, & aliã, quam eam desponsare, ex quibus verbis reciprocæ promissionis probari sponsalia non videbatur dubitãdum, Sanch. de matrim. lib. 1. disput. 2. n. 1. & seq. vbi,
3 quod etiã sufficit tacita repromissio per aliqua signa, & disp. 16. n. 5. & disp. 22. per tot. ex his autem resultat promissio de nubendo in qua consistunt sponsalia, l. 1. & seq. ff. de sponsal. stantibus igitur huiusmodi sponsalibus videbatur Dominis, quod essent confirmandę sententiæ de partibus, in quibus Nicolaus condemnabatur ad contrahendum sub pœna excommunicationis, cum regula stet pro Catharina, quod scilicet spõsalia, siuè sint iurata, siuè non sunt effectuanda per cõtractum matrimonij iuxta text. in c. sicut, in c. ex literis, il secondo, & in c. requisiuit, de sponsal. Cardin. Seraph. decision. 1112. n. 1. & 2. & licet ab hac regula recedatur quando allegatur aliqua iusta causa non nubendi, quæ remittitur arbitrio Iudicis, qui arbitrari debeat, an sit procedendum ad coactionem, vt ex pluribus allegatis in dicta decis. 1112. num. 4. & in decis. 1258. vbi in margine plures decisiones allegantur, & in specie decis. 497. part. 1. diuers. & fuit dictum in
5 Vlixbon. matrimonij 9. Ianuarij 1599. coram bon. mem. Litta, & licet etiam allegata causa diffamationis impudicitiæ, & inflationis proposita per Nicolaũ videretur insta ad effectum receden. à sponsalibus, iuxta text. in c. quemadmodum de iur. iuran. vnde videbatur, quod Iudex grauasset Nicolaum dum in sententia condemnauit ipsum ad contrahendum nulla habita ratione articulorum additionalium, quos dederat, & sic denegando ei probationes, quæ nunquam sunt denegandæ, vel angustandę ex adductis per Surd. decis. 153. num. 25. tamen respondebatur talem exceptionem non fuisse per Nicolaum oppositam in tempore, sed post lapsos omnes terminos probationis, & post conclusum in causa, vnde non poterant amplius admitti probationes quibus censebatur renũciatum, c. audistis de procurat. cap. cum dilectus, vbi Felyn. in princ. de fide instr. Maran. in Spec. par. 6. versic. & etiã conclusio, & not. & not. in l. admonendi, ff. de iur. iur. Neque visum fuit obstare, quod dicebatur hæc non procedere in causa matrimoniali ex adductis per adden. ad Vestr. lib. 4. c. 4. nu. 25. versic. item regula, & hoc fauore matrimonij Io. Andr. in c. ad hoc n. 18. vt lit. non contest. & ibid. Felyn. nu. 2. nam præterquam, quod aliqui ex Dominis dubitabant an hæc limitatio esset extendenda ad causam sponsalium, respondebatur etiam partes ipsas habuisse causam pro conclusa, dum Nicolaus non solum non appellauit à denega-
6 tione probationum, & ab vlteriori processu, quod tamen erat necessarium, vt per Eminentiss. Cardin. Seraphin. decis. 383. num. 8.

RESO-

RESOLVT. CCCCXVIII.

1 *Timor scandali est iusta causa ne sponsi cogi possint ad Matrimonium contrahendum, & num. 4.*
2 *Arbitrium Iudicis debet esse rationabile.*
3 *Timor inimicitiæ non est iusta causa vt sponsus non possit cogi ad Matrimonium contrahendum si copula secuta fuit.*

An timor scandali, inimicitiarum, & homicidij sit legitima causa recedendi à coactione.

1 REspondetur, quod Ecclesia debet à censuris abstinere, quando ex matrimonio verisimiliter scandalum oriri potest, ne illud in perniciem contrahentium conuertatur c.2.in fin.& c.requisiuit,& cap.cum locum, de sponsa.& hoc quidem pendet ex arbitrio Iudicis, vt discernat an causa sit rationabilis excommunicandi,vel non, vt tradunt Card. & de Butr. in dicto c.requisiuit, in princ.n.2.& alij,& Gabriel consil.186. num. 8. lib. 2. Proinde Iudex potest eum compellere non precisè, sed causatiuè quem videt ex sua simplicitate titubantem,non eum quem cognouit, constanti animo reluctantem,vt Fortun.explicat in dicto c.1. n.30.declarat.6.de pac.quem sequitur Gabr.d.consil.
2 186. numer. 14. & quidem arbitrium Iudicis debet esse rationabile, Præpos. in c.nunc autem num. 2. in fine 21.dist. quod probatur etiam ex l. si sic legatum, delegat.3. & l.si libertus, ff.de oper. lib. Purpur. cons. 581.num.27.Albens.cons.69.num.5. & cons.95. nu.2. Gacher.decis.71.num.53. Decian.cons.92.num.66.& seqq. lib. 2. & in proprijs terminis Gabriel. in cons. 159.num.4.lib.2.
3 Verum si sponsalia cum iuramento sint contracta, & sponsus cum sponsa concubuerit, & ob id inter eos, & consanguineos, odium, & inimicitiæ fuerunt exortæ, hæc iusta causa non debet censeri, cur sponsus per censuram Ecclesiasticam non possit cogi sponsam ducere in vxorem, quia hoc odium non est eiusmodi, vt sit timor futuri homicidij, vel adulterij, vel seditionis inter consanguineos, si matrimonium subsequatur, imò magis est verisimile respondit Gabriel cons.159. num.12. & seqq. lib.2. & in ea causa in sacro Auditorio, ita reperio decisum fuisse apud fel.record. Clem. VIII. tunc temporis sacri Palatij Apostolici Auditorem in Valent.matrimonij die 6. Februarij 1579.nam
4 Domini arbitrati sunt causam inimicitiarum ex parte sponsi prætensam, non esse talem, vt à coactione sit abstinendum,quia huiusmodi inimicitiæ ex eò fuerint ortæ, quod sponsus recusauit cum sponsa contrahere matrimonium; subsequenter timor scandali cessabit, quia sponsa confidit, & nisi sponsus compellatur, ex dolo suo commodum reportabit, tum quia sponsam defloranit, tum quia promissa non adimpleuit.

RESOLVT. CCCCXIX.

1 *Sponsa si ab alio fuerit cognita,non potest cogi sponsus ad matrimonium contrahendum, quod limita num. 6. 8. & 9.*
2 *Iurans cum aliqua matrimonium contrahere, intelligitur, nisi mulier postea fornicetur.*
3 *Sponsalia dissoluuntur per fornicationem subsequutam etiam si fornicatio propter vim interceserit numer. 4.*
5 *Bigamiam contrahere nemo inuitus cogitur.*
7 *Matrimonium quomodo legitimè contrahatur ex Concilio Trident.*

An fornicatio superueniens post sponsalia contracta sit legitima causa non cogendi ad contrahendum.

1 CVm subsit rationabilis causa à sponsalibus non recedendi sponsus, vel sponsa, neque per censuram Ecclesiasticam cogi potest, neque etiam moneri debet, vt contrahat matrimonium, vt colligitur ex d. ca.2.& d.cap. ex literis Syluani, & d.cap.requisiuit d. sponsa. nam si sponsa ab alio fuerit cognita, sequens fornicatio sponsalia dissoluit,etiam si iureiurando sint confirmata cap.quemadmodum in princ. de iure iur. glos.in capit. si quippè 27. quæst. 2. & Abb. in d. cap. quemadmodum §. illud num. 4. dicit hoc alibi apertius non probari,& cum iste casus de facto Senis inciderit, ita dicit se consuluisse, quod est cons. 48. post princ.in vers.sed his non obstantibus lib.1. Ex hoc au-
2 tem deducitur; quod si quis iurauit aliquam ductum in vxorem,intelligitur nisi postea cum alio fornicetur, d.cap.quemadmodum paulo post princ. Abb.d.cons. 48.circa princ. versic.sed his non obstantibus,Alexan. de sing.cert.c.22. in fin.Couar. in c.quamuis p.1. §.4. num.1. vers. idem constat de pac. lib.6. Quod autem
3 dictum est sponsalia dissolui per fornicationem subsequutam, primò extenditur, vt habeat locum, etiam si iuramentum sit interpositum dicto ca. quemadmodum in princ.

Secundo extenditur, vt habeat locum non solum in sponsa, sed etiam in sponso, quia si cum alia sit fornicatus, sponsa non tenetur cum eo contrahere matrimonium,Abb.in d. c.quemadmodum §. illud nu.4. de iure iurand.& d.cons.84. post princ. dicto vers.sed his non obstantibus lib.1.

4 Tertio extenditur etiam si sponsa per vim esset cognita, quia etiam tunc sponsus non tenetur eam in vxorem ducere, sed potest petere vt sponsalia dissoluantur,glos.in c.raptor 27.quæst.2.& in d.c.quemadmodum in verbo oculos in fine de iure iuran.& gl.36. q.2.in sūma, & sequitur Hostiens. in dicto c.quemadmodum col.3.in vers.quid si sponsa,& ibidem Ant.de Butr.nu.15. & Imol.n.12. ad fin.& Abb. eodem n.12.
5 qui hanc reddunt rationem, quia nemo inuitus cogitur incidere in bigamiam,quę quidem contrahitur,nō solum si quis viduam duxerit vxorem, sed etiam si cū corrupta cōtraxerit matrimonium c.maritum, & ibi not.Archid.Gemin.& Card.Alex.33.dist.Nauar. in Manual.c.27.nu.195.vers.interpretatiua est.Couar.in Epitom.lib.4.decretal.par.1. c.5. in princ.num.2. sed illa iusta est etiam causa recedendi à sponsalibus,quod sponsa etiam sine consensu per vim deflorata fuerit, nam & si in lepram,vel paralisim inciderit, vel oculos amiserit,sponsalia possunt dissolui c.vlt. de coniug.lepras, quod locum habet etiam si sponsalibus sit interpositum iuramētum dicto c.quemadmodum in princ. vers.quod si post de iure iurand. & ibi glos.in verb.teneretur, & Tiraquell.qui alios etiam refert de legibus connub.leg.1.alias 2.nu.22. & Franc.Duare. de sponsalibus c.4.§.1.n.7.& 8.
6 Nunc præsentem cōclusionem limita multipliciter, primo limita si sponsa cum alio concubuerit,& postea cum sponso carnalem copulā habuerit,sponsalia transeunt in matrimonium,qua ex ea consensus coniungalis præsumitur c.15 qui fidem de sponsal.& ita colligit Couar.dicto c.4.§.1.nu.8. licet Neuiz. in Sylua nupt. lib.2.nu.12. aliud dixerit ex sententia Felyn. in c.cum M.col.pen. de constit. apud quem Couar. dicit se hoc non potuisse inuenire licet sæpius legerit,sed Felyn.in lib. meo colum. antepen. sub vers. scias tamen, quod sponsalia per concubitum transeunt in matrimonium per dicta: c.15.qui fidem,nisi ante copulam renunciatam fuerit sponsalib.quia post renunciationem copula quoad matrimonium nihil operatur cap. per tuas de condit.appos. & quādo per copulam inter sponsos

præsumatur matrimonium contractum, declarat Ferret. cons. 51. num. 8. & seq. & n. 11. & 12. & consil. 63. n. 9. & infra, & Gabr. cons. 21. num. 42. lib. 1.

7 Sed hodie omnis dubitatio submouetur, quia ex decreto Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de reformat. matrimonij solus consensus non sufficit ad contrahendū matrimonium, sed requiritur, vt saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus adhibitis matrimonium celebretur, & qui aliter contraxerit quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de Parochi, vel ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium est irritum, & nullum.

8 Limita secundo, vt sponsalia dissoluantur ad fauorem eius, cui facta est iniuria, vt declarat Abb. loco citato, nam si sponsus adhuc velit sponsam accipere in vxorem, licet cum alio concubuerit, audiendus est, illa enim cogi debet ad matrimonium contrahendum cum sponso, ne alioquin ex malitia sua commodum reportet c. intelleximus de iud. vbi Felyn. num. 4. adducit Conc. & ita concludit etiam Couarr. in Epit. lib. 4. & decretal. p. 1. cap. 5. in princ. num. 2.

9 Limita tertio, quod sponsalia per fornicationem subsecutam, dissoluuntur intercedente iudicio Ecclesię dicto c. quemadmodum in princip. de iure iurand. quare sponsalia iure possunt dissolui, sed ante iudiciū Ecclesiæ ipso iure non intelliguntur soluta, sed manet vinculum sponsaliorum, glos. in c. de illis, in primo, in illis verbis iudicio Ecclesiæ, de despons. impub. Boich. in c. de illis num. 4. & Præpos. num. 6. de spons. Couar. in Epit. lib. 4. decretal. par. 1. c. 4. §. 1. num. 8.

RESOLVT. CCCCXX.

1 *Promittens aliquam in vxorem ducere, an peccet si fidem fregerit, & num. 2.*
3 *Sponsi per censuras Ecclesiasticas possunt cogi ad matrimonium contrahendum.*
4 *Sponsus potest cogi ad contrahendum matrimonium, quando aliqua rationabilis causa illud non impedit.*

An sponsus recusans contrahere matrimonium cum sponsa absque causa legitima, mortaliter peccet.

1 IS, qui promisit se ducturum aliquam in vxorem, fidē promissam implere debet, quia studiosè agendum est, vt quæ promittuntur, opere compleantur, cap. 1. cap. qualiter in Sardinia de pac. graue enim est fidem fallere l. 1. in princ. ff. de constit. pecun. & nihil magis congruit, fidei humanæ, quam ea, quæ placuerunt custodiri l. 1. in princ. & l. iurisgentium, §. prætor ait, ff. de pac. & l. non minorem, C. de transl. quod si in rebus temporalibus receptum est, multo magis in spiritualibus, sicuti est Sacramentum matrimonij, est obseruandum, nam quæ procedunt, inquit, Dominus, de labijs meis irrita non faciam, Psal. 88.

2 Proinde sponsus, qui recusat sponsam in vxorem ducere, debet moneri, & modis omnibus induci, vt fidem promissam seruet, cap. 2. in princ. de spons. & quamuis non præstiterit iuramentum, tamen mortalis culpæ reus intelligitur, si consensum coniugalem præstare nolit. D. Thom. in 4. dist. 17. q. 2. col. 1. Imol. in l. Titia in fin. princ. de verb. oblig. cum alijs adductis à Dida. Couar. in Epitom. lib. 4. decretum par. 1. cap. 4. in princip. num. 2. & si quis in sponsalibus iurauit, potest etiam præcisè cogi, vt contrahat matrimonium, vt quibusdam videtur per cap. ex literis Siluani, de spons. & ita post alios, quos refert intelligit, Couar. in d. c. 4. n. 3. & Hier. Gabr. in consil. 159. num. 1. lib. 2. sed idem Gabriel. in consil. 186. num. 2. eod. lib. sibi ipsi contradicit, ait enim sponsus posse moneri, & excommunicari per d. cap. ex literis, sed non præcisè cogi, per cap. requisiuit, eod. tit. & hanc sententiam tuetur Ferret. cons. 171. qui obiectis copiosè respondet, & huic sententiæ idem etiam Couar. in Epitom. d. lib. 4. decretal. par. 1. c. 4. in princ. num. 5. videtur assentire, vt paulò post subijcitur, sed ipse
3 eod. loco n. 1. & 2. cum Host. Abb. & aliis censuit sponsos, per censuram Ecclesiasticam posse compelli ad contrahendum matrimonium, etiam si sponsalia sine iuramento contracta fuerint, & quidem sponsalia sine iuramento contracta, non possunt dissolui etiam si postea fuerint alia contracta cum iuramento, nam adhuc sponsus tenetur primam ducere, Inn. Andr. Præpos. & alij in c. sicut de spons. nam sponsalia in matrimonium non transeunt, ex eo quod iure iurando confirmentur, Diu. Thom. in 4. dist. 28. q. 1. & iuramentum contrarium priori promissioni, quæ obseruari debet, est temerarium, Butr. Abb. & Boich. in c. veniens, de iure iurand. & Couar. in Epitom. lib. 4. decretal. par. 1. c. 4. in princip. num. 3.

4 Sed quod diximus sponsas posse cogi ad contrahēdum matrimonium, sanè intelligitur, quando causa rationabilis non impediat. dicto ca. ex literis Siluani, de spons. & si promissio facta sit sine iuramento facilius debet à censuris abstinere, & ideo leuior causa potest sufficere, vt non compellatur, Abb. in c. requisiuit in fine de sponsalibus, & Præpos. in c. 1. n. 12. declar. 6. de pac. Sylvest. in summ. in verbo sponsalia quæst. 4. n. 4. qui ex sententia Diu. Thom. dicit in foro contentioso non esse locum coactioni, nisi interpositum sit iuramentum, sed Ecclesiam pro peccato iniungere pœnitentiam, & sequitur Gabriel in d. consil. 186. n. 9. & 10. qui etiam n. 11. subiungit hanc opinionem esse probabiliorem, quia iura quæ loquuntur de censura Ecclesiastica, de iuramento faciunt mentionem, vt in d. c. ex literis Siluani, & c. commissum, & c. requisiuit, & cap. sicut de spons. quam opinionem sentit etiam glos. in d. c. requisiuit, & cum auctoritate D. Thom. magis cō-
5 muni attestatur Gabriel, & dicit sequendam esse, præsertim ad istum effectum, vt qui recusat contrahere matrimonium, possit moneri, non autem per censuram Ecclesiasticam cogi, vt eodem n. 11. subiunxit, & hanc opinionem licet ipse non dixerit communem etiam profitetur, Aret. in l. Titia in princ. col. 2. de verb. oblig.

RESOLVT. CCCCXXI.

1 *Causa legitima non est si sponsus non possit cogi ad contrahendum matrimonium, si sponsa dotem soluere non potest, sed limitatur, num. 2.*

An sit legitima causa non cogendi ad contrahendum, si sponsa dotem promissam soluere non potest.

1 ILla autem causa non videtur rationabilis, vt sponsus non possit per censuram Ecclesiasticam compelli, quod sponsa sit inops, & dotem dare non possit, non solum si sponsus, cum sponsalia contraxit, cognouit eius inopiam, sed etiam si sponsa tempore sponsaliorum erat dines, & postea inciderit in paupertatem, vt colligitur ex c. de illis de condit. appos. Ioan. Ant. de Butr. Imol. & alii in ca. quemadmodum de iure iuran. & Couar. in Epitom. lib. 4. decretal. par. 1. cap. 5. in princ. n. 4. quod sanè intelligitur nisi sponsus promise-
2 rit se ducturum sponsam in vxorem si dotem sibi dederit, vt in dicto c. de illis, qui est communis intellectus, vt Couar. subiunxit, d. c. 5. in princip. n. 4. & sequitur Menoch. cons. 386. num. 3.

RESOLVT. CCCCXXII.

1 *Sponsus an possit excommunicari dùm nolit matrimonium contrahere.*

2 *Matri-*

2 *Matrimonium metu contractum nullum est.*
3 *Sponsus excommunicatus ex quo nolit matrimonium contrahere, absoluendus est licet pertinaciter contrahere recusset.*
4 *Contritus qui non est, absolui non potest.*
5 *Inuitus etiam quandoque absoluitur.*
6 *Iudex non ita debet metum inferre sponso ad matrimonium contrahendum, vt consensus desinat esse liber.*
7 *Coactio non debet esse præcisa, sed moderata dum à Iudice fit ad hoc, vt sponsus matrimonium contrahat.*
8 *Ecclesia debet à censuris abstinere, quando ex matrimonio verisimiliter scandalum oriri potest.*
9 *Causa an sit iusta excommunicandi, in Iudicis arbitrium remittitur.*
10 *Iudicis arbitrium debet esset rationabile.*
11 *Iudex quando arbitratur rationabilem esse causam vt à censuris abstineat.*

Iudex Ecclesiasticus qualiter se conformare debeat circa decretum ad cogendum ad contrahendum.

AD tria animaduertere debet, antequam interponat decretum ad contrahendum.

1 Primo est animaduertendum sponsum posse quidē moneri, & excommunicari, non autem præcisè cogi ad contrahendum matrimonium, quia libera debent esse matrimonia c. cum locum, & c. Gemma de sponsa. & l. Titia de verb. obl. nemo præcisè cogi debet, vt cō-
2 sentiat, quia metu contractum matrimonium, etiam si præcesserint sponsalia voluntariè contracta, nullum est vt euidenter colligitur ex dicto c. requisiuit, & ibi not. Card. & Abbas nu. 2. de sponsa. & Fortu. Garsia in c. 1. n. 31. de pact. & Iason. in l. stipulet nu. 8. de verbor. obligat. & Ferret. conf. 171. per totum, & Couar. in Epitom. lib. 4. decretal. parte prima dicto c. 4. in princip. num. 5. & Gabar. dicto conf. 186. num. 2.

3 Ex hoc autem deducitur, quod si quis fuerit excōmunicatus, vt metu censuræ Ecclesiasticæ ad contrahendum matrimonium possit induci, & is pertinaciter recusset, etiam si non petat, debet absolui, vt scribit Archidiac. in c. raptor. 27. q. 2. & not. Ioan. Andr. in dicto c. ex literis il 2. in verbis extremis, & Anchar. n. 5. & Ant. de Butr. n. 11. in fine, & Præpos. in fin. & Boich. in c. 2. num. 2. & in dicto c. requisiuit in fin. de sponsa. &
4 Gabr. in dicto conf. 186. n. 3. lib. 2. Neque obstat, quod non contritus non possit absolui, Rota decis. 13. de
5 sentent. excommun. in antiq. quia imò interdum inuitus etiam absoluitur non tanquam à culpa, sed tanquam à pœna, D. Thom. in 4. dist. 18. quæst. vlt. art. 2. quem sequitur Io. Andr. in c. 1. de sentent. excommun. lib. 6. & Abbas in ca. ab excommunicato num. 20. de rescriptis, qui dicit hanc esse communem, & verissimam opinionem.

6 Secundo est animaduertendum, quod metus à Iudice non ita debeat sponsis inferri, vt consensus desinat esse liber, vt colligitur est dicto c. 2. in fine, & in dicto c. requisiuit in fine de sponsa. nam nuptiæ per metum contractæ infelices, & pernicioſos pariunt exitus, vt dicitur in his iuribus, & in cap. cum dotem eodem titulo, cum enim inuiti coniugio copulantur ad fornicarios, adulterinos, & nefarios concubitus facilè prolabuntur, & coniunctio animorum, quæ in copulandis nuptijs ad liberorum procreationem, & educationem potissimum desideratur per metum distrahitur, vt per Franc. à Victoria sacræ Theologiæ egregium professorem scribit Couar. in Epitom. lib. 4. decretal. par. 1. dicto c. 4. in princ. nu. 4. & Gabriel dicto consil. 186. in
7 fine lib. 2. Vnde coactio nō debet esse præcisa, sed moderata, & si Iudex viderit sponsum, vel sponsam reluctantem, ita vt non possit induci ad præstandum liberum consensum, magis debet vti admonitione, quam exactissima expulsione, Fortun. Garsia in cap. 1. num. 30. de pact. & Couar. dicto cap. 4. num. 5.

8 Tertio animaduertendum, quod Ecclesia debet à censuris abstinere, quando ex matrimonio verisimiliter scandalum oriri potest, ne illud in perniciem contrahentium conuertatur dicto c. 2. in fine, & dicto ca.
9 requisiuit, & dicto ca. locum de sponsa. & hoc quidem pendet ex arbitrio Iudicis, vt discernat an causa sit rationabilis excommunicandi, an non, vt tradunt Card. & Ant. de Butr. in dicto c. ex literis, il 2. n. 11. & Abb. num. 8. & Boich. in dicto c. requisiuit in princ. & Præpos. num. 2. & alij, & Gabriel dicto conf. 186. nu. 8. lib. 2. proinde Iudex potest eum compellere non præcisè, sed causatiuè, quem videt ex sua simplicitate titubantem, non eum, quem cognouit constanti animo reluctantem, vt Fortun. explicat in dicto c. 1. num. 30. de-
10 clarat. 6. de pact. quem sequitur Gabriel dicto conf. 186. num. 14. & quidem arbitrium Iudicis debet esse rationabile, Prepos. in c. nunc autem num. 2. in fine, 21. dist. quod probatur etiam ex l. si sic legatum de leg t. 3. & l. si libertus ff. de oper. lib. Purpur. conf. 581. num. 27. Albens. conf. 69. nu. 5. & conf. 92. n. 66. & seq. lib. 2. & in proprijs terminis Gabr. in conf. 159. num. 4. lib. 2.
11 Quinimò Iudex tunc debet arbitrari rationabilem esse causam, vt à censuris abstineat, quando ex matrimonio subsequuto verisimiliter homicidium, adulterium, & aliud maius malum oriri potest dicto ca. 2. in fine, & dicto ca. requisiuit in fine de sponsa. & Doctor. vtrobique, & Alex. in conf. 212. num. 5. vers. 4. lib. 2. & Gabriel dicto conf. 159. num. 5. qui etiam n. 6. & infra subiungit huiusmodi causam esse euidentissimam, & hanc præsumptionem futurorum malorum vehemētem esse oportere.

12 Verum enim verò si Iudex ex disparitate conditionis personarum, & diuturna lite, & articulis in actis productis à mala de moribus sponsæ à sponso concepta opinione percipi possit, excommunicationem reluctoriam fore, tutior est sententia, vt abstineat, nam ex causa etiam leuissima veluti propter obstinatum propositum alterius in contradicendo, Ecclesia potest, & debet dissimulare, coactionem non esse faciendam, etiamsi in sponsalibus accesserit iuramentum, vt scribit Collect. in dicto c. 2. col. 2. vers. credo tamen, quod Ecclesia de sponsa. & sequitur Gabriel in dicto conf. 186. num. 4. & seq. lib. 2.

RESOLVT. CCCCXXIII.

1 *Sponsus an possit cogi ad contrahendum matrimonium, si secunda contraxit sponsalia ex quibus copula interuenit, & num. 2. & 4.*
3 *Quod semel placuit, amplius reprobari non potest.*
5 *Sponsalia de futuro per copulam subsecutam de iure antiquo transibant in sponsalia de præsenti.*
6 *Matrimonium vt ritè contractum intelligatur, sunt seruanda requisita Sac. Trident. Concil.*

Coactio ad contrahendum an cesset contractis secundis sponsalibus per sponsum, & secuta copula.

1 VIdebatur affirmandum stante copula subsequuta, vt in puncto firmant S. Raymund. in summ. tit. de sponsa. §. 7. vers. septimus est, vbi allegat c. inter virū de sponsal. & cap. 1. de sponsa. duor. & reddit rationem nam ob copulam subsecutam superuenit maius vinculum signum matrimonij, S. Anton. in summa par. 3. tit. 1. c. 18. §. 1. vers. septimus quando maior in 4. dist. 27. q. 5. cas. 2. Couar. de sponsa. part. 1. c. 4. §. 1. num. 1. cum seqq. & num. 10.

2 Cæterum negotio benè perpēso resolutum fuit esse attendenda prima sponsalia per text. in cap. sicut, vbi Abb. num. 1. de sponsa. & in c. de illis de sponsal. impub. Couar. dicto c. 4. num. 1. cum seq.

3 Quæ

3 Quæ resolutio comprobatur,tàm ex vulg.reg.quod semel placuit, amplius non potest reprobari,glos. in dicto c. de illis,quam ex alia,qui prior est in tempore, potior est in iure,cap. qui prior de regul.iur.in 6.& ibi Doctor.

4 Quod verum esse dicitur etiam si secunda sponsalia essent iurata; prima verò non iurata, nam quis obligatur sub pœna peccati mortalis obseruare prima sponsalia, & iuramentum in secundis præstitum non est obseruatorium vti fouens peccatum c. veniens de iureiurand. Abb.in d.c.sicut n.7. Couar.dicto c.4. n.3. & Deus nullam differentiam facit inter iuramentum, & simplicem loquelam, Abb. in dicto c. ex literis il 2. num.3.

5 Et ad primum partis obiectum respondetur, illud verum esse ante Sacrum Concilium Tridentinum: tũc etenim sponsalia de futuro per copulam subsecutam efficiebantur sponsalia de præsenti, & transibant in matrimonium c.is qui de sponsal. Graff.decis.aur.p.1. lib.2.c.82. num.4. & in isto tempore sunt intelligenda iura, & doctrinæ in contrarium allegatæ: Sed hodie
6 cum per Sacr. Cõcil. Trident. de reformat. matrimon. sess.24.cap.1.disponatur, omnia matrimonia irrita,& nulla habenda esse quæ aliter quam præsente Paroco, & duobus,vel tribus testibus contracta reperiantur,de quo Surd.cons.364.num.54.non possunt attendi secunda sponsalia, licet sit secuta copula, ex quo cessat præsumptio maritalis affectus, nec possit præsumptiuè dici matrimonium, sed prima sunt omninò obseruanda secundum Nauarr.in Manual.c.22. num. 26.& 28.c.25. n.144. & cons.38. de sponsal. Mascard. de probat.vol.1.quæst.10.num.70.cum seq.Henriq.in summ.Theol.moral.lib.11.de matrim.c.13. n.3. Gregor.de Valent. super D.Thom. tom.4. disput.10.q.2. punct.4.Sylu. in verb.sponsalia num.4.

Corroboratur hæc responsio, nam dicta copula quamuis maritali affectu subsecuta sit,dicitur post dictum Sac.Concil.Trid. fornicaria secundum Henriqu. in dicto c.13.n.3. & alios Doctores supra citatos.

RESOLVT. CCCCXXIV.

1 *Causa rationabilis non est vt sponsus non possit cogi ad matrimonium contrahendam, quia copula intervenit, & proinde odia inimicitiæ ortæ sunt,& num.2. & 3.*
4 *Copula carnalis vbi in personas sponsi,& sponsæ concurrit sponsalia confirmat.*
5 *Spiritualia non recipiunt rectam æstimationem.*

Causa rationabilis an sit cur sponsus per censuras non possit compelli ad contrahendum matrimonium si cum sponsa concubuit, & ob id odium inter eorum consanguineos ortum fuerit.

1 SI sponsalia cum iuramento sint contracta, & sponsus cum sponsa concubuerit, & ob id inter eos, & consanguineos odium, & inimicitiæ fuerint exortæ, hæc iusta causa censeri non debet,cur sponsus per censuram Ecclesiasticam non possit cogi sponsam ducere in vxorem, quia hoc odium non est huiusmodi, vt sit timor futuri homicidij, vel adulterij, vel seditionis inter consanguineos si matrimonium subsequatur,
2 imò magis est verisimile, quod ex nuptijs sequatur reconciliatio, vt ex facto respondit Gabriel cons.159. n.12.& seq.lib.2. & in ea causa in sacro Auditorio ita decisum fuit apud fel. record. Clem. VIII. tunc temporis sacri Palatij Apostolici Auditorem in Valent.
3 matrimonij die 6.Februarij 1579. nam Domini arbitrati sunt causam inimicitiarum ex parte sponsi prætensam non esse talem, vt à coactione sit abstinẽdum, quia huiusmodi inimicitiæ ex eo fuerunt ortæ, quod sponsus recusauit cum sponsa contrahere matrimonium, & si matrimonium subsequatur,timor scandali cessabit, quia sponsa confidit, & nisi sponsus compellatur ex dolo suo commodum reportabit, tum quia sponsam defloruit, tum quia fidem non adimpleuit.
4 Et vbi interuenit copula carnalis, illa vtique confirmat sponsalia de futuro, Anton. de Butr. in c.à nobis de sponsat.impuber. Stephan.de Gaeta in repetit.ca. ad limita n. 102. 30. quæst. 1. Imò hoc casu probatur confirmatio sponsaliorum de futuro post copulam contractam,ex quo apparet magis enixa voluntas,ita vt recedi non possit, & licet Rota in decis. 497. dicat, quod in illo casu interuenit iuramentum, tamen principaliter se fundat in copula carnali ad euitandum scandalum, quod multò magis procedit in hoc casu propter filij natiuitatem ad euitandum scandalum.
5 Nec potest absolui præstando interesse, quia sumus in spiritualibus, quæ non recipiunt rectam æstimationem iuxta notata in cap. coram de officio delegati, ita singulariter limitat Innoc.in cap.causis de elect.& ibi Abb.n.11. idem Abb. in dicto ca.ex literis num.6. Iaf. in l.si pecuniam in 5. not. num.3. ff. de condit. ob caus.Riminal.Iun.in cons.538.n.30.

PRAXIS ORATORIA PVBLICA & Priuata.

RESOLVT. CCCCXXV.

1 *Oratorium dicitur ab orando.*

Oratorium vnde dicatur.

1 REspondetur Oratorium dici ab orando, precesque Deo offerendo, vt operi conueniat nomen; cum enim populorum deuotio frequens esset propter eorum commoditatem vsum est plura loca constitui ad orandum: largo modo omnis Ecclesia potest dici Oratorium,dicit enim Dominus, domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam speluncam, &c.

RESOLVT. CCCCXXVI.

1 *Cappella quando non sit de Ecclesia.*
2 *Campanile conceditur Ecclesiæ.*
3 *Oratoria quando dicantur publica.*

Oratorium publicum qualiter à priuato discrepet.

IN hac quæst. respondendum existimaui cum decis. Rotæ in vna Licien. Cappellæ 5. Decembris 1588. corã Eminentissimo Cardin.Mantica,cuius tenor est.

Dubitatur an sententia lata à Reuerendissimo Neritonen.contra Reuerendissimum Episcopum Licien.sit exequenda.

1 *Et conclusum fuit eam esse exequendam, quia de iustitia constat; Nam Cappella de qua est controuersia,non est Ecclesia cum non sit consecrata,neq; dotem habeat constitutam,vt requiritur c.nemo il primo de consecrat. dist. 1.Feder.de Sen.cons.130. & ideo dicitur, priuatum Oratorium cum in Solo Monachorum sit constructum, & eorum ædibus incorporatum, & ad illud non nisi per ædes in quib.hospitium est constitutum,datur accessus,quod indicium est certum ad demostrandum hoc esse priuatum Oratorium, ædibusque coniunctum, & ideò non minorem probationis fidem quam instrumentum continet l. iudicia C. de vendit.& l.vlt. C.de probat. Quamobrem cum Capella sit Monachorum,consequens est fidelium oblationes eis acquiri c.1.& ibi not.Abb.n.1.de stat.Monachorum cap. nimis. & ibi Doct.omnes de excessibus Prælatorum. Dec. cons.148. num.1.*

2 *Neque*

2 *Neque obstat, quod in quibusdam scripturis antiquis dicatur hanc Ecclesiam esse de proprietate Episcopi, & habuisse campanam in turri, quæ vulgo dicitur campanile, quod Ecclesiæ tantum non etiam priuato oratorio conceditur c.patentibus,& ibi not.Abb.de priuileg.idemque Abb.in c.inter dilectos num.8. de donat. quia à Dominis fuit responsum has scripturas, non esse in forma probanti, neque constare de huius Capellæ identitate, neque verisimile esse hanc Ecclesiam fuisse, cum nullius omnino prouentus demostretur, neque apparet vlla collatio, neque vnio probatur.*

Neque testes Episcopi deponunt huiusmodi Ecclesiam ante miracula habuisse Turrem,seu Campanile,& quamuis adesset aliqua Campanella, non sequitur, quod oratorium dici non possit Abbas per illum text.in dict.c.parentibus in 2. not.de priuileg. & in dicto cap. cum inter dilectos num.8. de donat.

Neque etiam refragatur, quod testes dicant se vidisse in eo loco Missam celebrari in die S.Ioannis, quia ex eo, quod interdum Missa celebretur non desinit esse Oratorium c.vlt.& ibi not.Abb. de censibus, idemque Abbas in capit. interdictos num.8. de donat. Dec.dict. cons.148. num.1.vers.similiter.

Neque ad rem pertinent Episcopi nouæ visitationes, quia post miracula facta sunt, neque constat de scientia Monachorum, qui vitam degunt intra claustra Monasterij, quod longe distat ab Oratorio, & cum hæ visitationes fuerint liti exordium Monachorum possessioni non debent obesse, quia solo animo possessio retinetur l.3. §. in admittenda ff.de acquirenda possessione, & l.licet C.eodem.

Similiter non obstat,quod Episcopus hunc locum instruxit, & altare construxit,quia hoc etiam post miracula, & oblationes fidelium fecit.

Neque obstat, quod Episcopus fundatam habeat intentionem ex iure communi, quia Monachi sunt exempti,& de priuilegio exemptionis constat ex actis, vt requiritur c.cum personæ de priuileg.lib.6.

Et vltra hanc decisionem latius videas Marital. de immun.Eccles.c.34.§.4. vbi declarat, quando Oratoria dicantur publica, & quando priuata.

RESOLVT. CCCCXXVII.

1 *Parochus habet intentionem fundatam super oblationibus, & qui respectu oblationum imagini pictæ factarum n.2.nisi intuitu imaginis essent factæ num.3.*

Oblationes factæ Oratorio, an Rectori, quærantur, quando fiunt intuitu imaginis eiusdem Oratorij.

1 LIcet, vt plures scripsi litteras, oblationes acquiri Parocho, ex quo habeat intentionem fundatam de Iure communi super omnibus obuenientibus spiritualibus contingentibus intra limites suæ Parochiæ, vt per Ioan.Andr.& Hostien.in cap. Pastoralis de his, quæ fiunt à maiori pau.Capituli.

2 Quod procedit, etiam respectu oblationum, quæ fiunt imagini pictæ in Capella, seu Oratorio existente intra limites Parochialis Ecclesiæ, vt pluries memini fuisse dictum in Curia Archiepiscopi Neapolitana.

Nam iste quoque acquiruntur Rectori dictæ Parochialis, vt tradunt Hostien. Butr. Abb. & alij in rubr. de Parochis supra dicta scilicet ratione, quia oblationes ei debentur iure Parochiæ,vt dicit text.in ca.quia Sacerdotes,& in c.Sanctorum 10.quæst.1.Idem tenet Abb.in c.dilectus col.2.de succes. ab intest. vbi dicit, quod omnes oblationes, quæ fiunt in aliqua Ecclesia non curata existenti intra Parochiam, quocumque in loco ea sita sit, debentur Rectori dictæ Parochialis.

Quod etiam probatur in d. c. pastoralis in princ. & ibi notant Butr. & Abb. in 2. not. de his, quæ fiunt à Prælat. vbi quod oblationes, quæ fiunt imaginis existenti in aliqua Capella,non debentur Sacerdoti,cuius est Capella,seu Altare, sed Rectori Parochialis Ecclesiæ, in cuius Parochia existit illa Capella, seu Altare; Hoc etiam voluit Abbas in c.quoniam de decim. in primo not. per illum text. vbi expresse excludit Episcopum, & laicos à perceptione oblationum, & quod huiusmodi oblationes pertineant ad Rectorem est decis.Cappell. Tolos. vbi 483. Adden. plures alios cumulant, & de communi testantur Maluet. in tract. de oblation.dub.4.n.46. Soccie. in libell.18. num.4.

3 Limitatur tamen supradicta conclusio, quoties appareret oblationes fuisse factas intuitu imaginis existentis intra Oratorium, tunc enim non Parocho, sed ipsi Oratorio quæruntur, in c. dilectus de officio Ordinarij, Socc.de oblationibus lib.18.q.fin.Att.in ca.2. de successionibus ab intestato cap. pastoralis de suis, quæ fiunt à Prælatis, fine cons. c.Genuen. in Praxi ca. 72.n.14.Marescott.lib.2.quæst.42.

In dubio tamen præsumuntur factæ intuitu imaginis oblationes, quæ fiunt in Cappella, vel Oratorio, sito intra Parochiæ fines non Oratorio, sed ipsi Parochiali adiudicantur, verum videtur militare exceptio in superiori capite allata,Decius enim declarat si imago esset in aliquo Oratorio intuitu, cuius fierent oblationes, quod cederent Oratorio, in dubio tamen videtur habere locum prima opinio, quæ mihi placet absolutè, tum propter auctoritates supra allegatas, tum etiam quia sicut noualium decimæ debentur Eccles.in cuius Parochia surgunt, ita etiam seruandum de oblationibus, quæ decimis æquiparantur.

RESOLVT. CCCCXXVIII.

1 *Oratorium venit sub nomine Ecclesiæ.*
2 *Priuilegia concessa Ecclesiæ competunt Oratorio.*
3 *Restitutio competit Oratorio sicut, & Ecclesiæ.*
4 *Beneficium l. vnic. C. quando Imperator competit Oratorio.*
5 *Confugiens ad Oratorium gaudet immunitate Ecclesiæ.*

Ecclesiæ sub nomine, an veniat Oratorium, ita vt priuilegia concessa Ecclesiæ illi suffragentur.

1 REspondetur Ecclesiæ sub nomine venire Oratorium,quando illud auctoritate Episcopi est erectum, quia sub tali significatione comprehenditur omnis locus pius Episcopi auctoritate erectus Summ. Bullar.in verbo alienatio nu.28.Filliucc.de stat.Clericorum tract.44.c.4.num.19. Nouarius in suo opusculo noui iur.Pontific.conclus.1.n.2.sub tit.de alienatione rerum Ecclesiæ, & in prax.elect.for.quæst.S.3.sect. 2.in vltim.impress.Neap.

2 Taliter, quod in hoc casu omnia priuilegia concessa Ecclesiæ extenduntur ad huiusmodi oratoria,ad instar extenduntur ad hospitalia l.omnia C.de Episcop. & Cler.§.fin. Auth. de Eccles. titul. Clem. quia contigit, & ibi Glos.& Io.Andr.de Relig.Dom.fusè Nouarius, qui plures illationes iuxta morem adducit in dicto nouo, & amplo tract.de elect.& variat.fori q.54.à n.3.vsque ad n.9.sect.2. in vltima impress.Neap.

Et hinc interdicto ingressu Ecclesiæ, dicitur interdictus ingressus oratorij, Couar.in Clem. alma mater de sentent.excomm.in 6.

3 Et restitutio in integrum competens Ecclesiæ,competit etiam Oratorio, & solemnitas requisita in alienatione rerum Ecclesiæ, requiritur etiam in venditione bonorum Oratorij, & legatum factum Oratorio, dicitur pium, sicuti legatum Ecclesiæ relictum, pium quoque appellatur, sicq; etiam, vbi illud relinquitur pro refectione Oratorij, vel Cappellarum, pium quoque nuncupabitur legatum, Thomas in tract. de vlt. volunt.tract.10.cit.1. cap.20. Nouarius in d.tract.de elect.

electi.& variat.Fori.q.51. nu.22. sect.2. refectio siquidem Ecclesiarum, Cappellarum,siue Oratoriorum, dicitur pium opus.

4 Et Oratorio competit beneficium, l.vnic. C. quando Imper. inter pupill. & vid. sicuti competere Ecclesiæ,& alijs pijs locis, Thesaur.dec.177.Menoch.de arbitr.iudic. lib.2. cas.66. & omnes scribentes in Const. Regni statuimus de offic. magistri Iustitiar.

Indè etiam tractaui in Prax.resol.11.tom.2.si Episcopi consensus requisitus in ædificatione Ecclesiæ, sit necessarius quoque in erectione Oratorij, vt ad id nouissimè nos allegat Nouarius in opusc.iur.Pontific. concl.1. sub tit.de ędificatione, siue Monasteriorum erectione, ex cuius dictis nu.4. facias conclusionem in dubio Oratorium auctoritate Episcopi erectũ fuisse.

5 Et tandem ideò meritò videmus, quod confugiens ad Oratorium Episcopi auctoritate erectum gaudet immunitate, ac si ad Ecclesiam confugiat, vt post antiquos Io. firmarunt Summistæ in verbo immunitas, German. de Sacror.immunit.lib.3. c.16. nu.29. & 30. Card.Tusc.concluſ.9.n.15. lit.E.Suarez de stat.Relig. lib.3.c.9.nu.10. Azor.in Sum.moral.par.2. c.8.q.3.& alij omnes moderniores vno ore.

PRAXIS EPISCOPI TITVLARES.

RESOLVT. CCCCXXVIII.

1 *Episcopi titulares appellantur vagabundi per S.C.T.*

Quid disponat S. C. T.

1 SAcrum Conc.T.sess.14.c.2. ita censuit, & quoniam nonnulli Episcopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt Clero carentes, & populo Christiano, cum ferè vagabundi sint, & permanentem Sedem non habeant, non quæ Iesu Christi,sed alienas oues inscio proprio Pastore quærentes, dum per hanc Sanctam Sinodum, se Pontificialia officia in alterius Diœcesi, nisi de loci ordinarij expressa licentia, & in personas, eidem ordinario subiectas primum exercere prohibitos videat in legis fraud. & contemptum, quasi Episcopalem Cathedram in loco nullius diœcesis sua temeritate eligunt, & quoscunque ad se veniẽtes, etiam si suorum Episcoporum, seu Prælatorum litteras commendatitias, non habeant Clericali charactere insignire, & ad Sacros, etiam presbyteratus Ordines promouere præsumunt, quo ex plerumq; fit vt minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à suo Episcopo, tanquam inhabiles, & indigni reiecti, fuerunt ordinati, nec diuina officia peragere, nec Ecclesiastica Sacramenta recte valeant administrare. Nemo Episcoporum, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius Diœcesis, etiam exempto, aut aliquo Monasterio, cuiusuis ordinis sederint, aut moram traxerint vigore cuiusuis priuilegij, sibi de promouendo, quoscunq; venientes pro tempore concessi alterius subditum,etiam prætextu familiaritatis continuæ commẽsalitatis suæ,absq; sui proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs,ad aliquos Sacros siue minores Ordines, vel primam tonsuram promouere, seu ordinare valeat. Contrafacientes ab exercitio Pontificalium per annum taliter verò promotus, ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure sint suspensi.

RESOLVT. CCCCXXIX.

1 *Episcopi titulares, qualiter sunt creandi.*

Episcopi titulares, qualiter hodie creantur.

1 PIus V. post publicationem Conc.Trid.Decreto suo Consistoriali sanciuit huiusmodi Episcopos non esse creandos, neque suffraganeos dandos, nisi Ecclesijs Cardinalium, & illis,quæ eos solent habere,& cum certo stipendio perpetuo ad minus 200. aureorum de Camera super fructibus illius Ecclesiæ, qui propria auctoritate ab ipso percipi possint.

RESOLVT. CCCCXXX.

1 *Episcopi titulares ordinantes aliquem, etiam familiarem, absque licentia proprij Ordinarij,sunt suspensi per annum ab exercitio Pontificalium.*

2 *Episcopus non potest ordinare aliquem in aliena diœcesi, absque licentia Episcopi ipsius.*

Titulares Episcopi ordinantes absque licentia proprij Ordinarij,sunt per annum suspensi ab exercitio Pontificalium.

1 EPiscopi Ecclesiarum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur in quocunque loco,etiam quantumuis exempto,& nullius Diœcesis, quem promoueant ad quemcunque ordinem, etiam primam tonsuram, cuiusuis priuilegij, etiam familiaritatis prætextu sine licentia ipsius proprij Ordinarij, sunt ab exercitio Pontificalium per annum suspensi,sic decidit Conc. Trident. sess.14. de reform. c.2. tenent Leon.in Thesauro fori Ecclesiastici par.3. c.8.n.16.p. 1.c.4.n.24.Azor.instit.moral.p.2.lib.3.c.48.q.6.Henriq.in Summ. lib.14. c.17. §.3. in fine litt.A. Galett.in marg.casuum conscientiæ,verbo Episcopus pag.100. col.1. Nos in Praxi fori Ecclesiast. resolut. 495. in notabilibus, de materia Episcoporum, n.1. in 2. edit.

2 Inde Episcopus ordinãs in aliena Diœcesi,absq;licẽtia expressa ordinarij loci, aut ordinans de licentia Episcopi personas non subditas,suspenditur à Pontificalibus, ita decidit Concilium Trid.d.c.2. Salzed.de Bernardin. in pract.c.26. Glos.sine licentia sui præsulis vers.3.casus est Tolet.in Summ.lib.1. ca.89. vers.3. Henriq.in Summ. lib.3. de excommun.c.38. §.1.vers. 1.Campanill.in diuers.iuris Canon.rubr.6.c.1.num.2. & rub.9.cap.1.per totum.Valasc.alleg.iuris tom.1.alleg.43.num.15. Bonacin.de censur. disp.3.q.6.punct. 5.num.21.

RESOLVT. CCCCXXXI.

1 *Episcopi, tam titulares, quam non, prohibentur munus eorum exercere in aliena diœcesi, absque licentia Ordinarij.*

2 *Episcopus alienus conferens ordines in loco exempto,tenetur assequi licentiam superioris loci exempti, & illius Episcopi intra cuius fines locus exemptus extat.*

Titulares Episcopi ordinantes exemptos,an incidunt in pœnas Sac. Concil.

1 NEdum Episcopi titulares prohibentur id agere, verum etiam, qui non sunt titulares extra suam Diœcesim,munus suum exercere non possunt,nec absque licentia Ordinarij loci ordinare personas,quæ nõ sunt subiectæ illi Ordinario, nisi habeant dimissorias generales à suis Ordinariis, ita Concil.Trident.sess.6. de reformat.c.5.Nauarr.consil.69.de sentent.excommunic.Cened.ad decret.collect.52.num.1.Henriq.in Summ. part.2. lib.11. cap.3. §. 2. in fine iuncto commen.littera S.Salzed.de Bernard.in pract.c.26.litt.A. Guttier.Canon.lib.1.ca.26.n.26.Flamin.de resignat. lib.1.quæst.12.nu.17. Praxis Episcopalis par.1. verbo Archie-

Archiepiscopus num.2. pag.16.& par.2. verb.Episcopus pag.45.Petr.de Ledesm. in Summ. part. 1. de Sacrament.ordinis,cap.8.conclus.4.dub.4. Bonacina de censur.disput.3.quæst.6.puncto 3. num.25. Armend. in addit.ad recopil.legum,Nauarr.in lib.1. tit. 18.l.7. de Episcopis num.68. Praxis nona Episcopalis par.1. cap.1.num.46.pag.35.Campanil.dicto cap.5. num.6. si tamen contra prohibitionem,de qua per Conc.Trident. in dict. cap.5. Ordinario proprii Episcopi extra Territorium fiat, valida erit, licet puniri possit,vt resoluunt Henriqu.lib.11. cap.3. §. 2. in fine littera S. & Vgolin.de potest.Episcopi cap.4. §.14. n.2.

2 Episcopus alienus non valens conferre ordines in loco exempto, non solum debet habere licentiam superioris loci exempti, sed etiam illius Episcopi, intra cuius fines locus exemptus est constitutus, ita dicimus decisum in prax. for. Ecclesiast. post resolut. 495. in notabilibus de materia Episcop. Gallett. in marg. casuum conscientiæ,verb.Episcopus pag. 100. colum.2. Armend.d.loco num.35.vbi num. 68. refert etiam decisum, non posse Episcopum Pontificalia exercere in loco exempto,& iurisdictionis,non Episcopi,sed inferioris vocatum, tamen ab ipso inferiore sine licentia Episcopi, intra cuius Diœcesis fines esset locus ille, etiam si ille inferior prætenderet exemptionem vocare Episcopum, quem maluerit administrandum Sacramentum confirmationis, dummodo locus istius exempti sit intra fines Diœcesis alicuius, itaut non sit nullius, quia tunc non posset,non tamen,me latet verba illa posita in d.cap.5. Concil.Trid. ibi ordinarij loci intelligenda de Episcopo, in cuius Diœcesi locus est constitutus, & non de Prælato inferiori, & iam exempto si fides adhibenda sit, ita decisum attestanti.

Et nec etiam Episcopus alienus potest a Patriarcha induci ad subeunda munera Pontificis in Diœcesi alicuius Episcopi suffraganei, nisi de ipsius licentia, quod etiam decisum referunt idem Galet. d. verb. Episcopus,& Nos in prax.vbi proximè, nec Archiepiscopus hoc ipsum facere potest,eam cum eadem prohibitione, quæ est penes Episcopum comprehendatur, quoad materiam, de qua agimus,vt resoluit Praxis Episcopalis,Zerolæ part. 1.verb.Archiep. vers. ad secundum.

RESOLVT. CCCCXXXII.

1 *Tonsuræ collatio concernit iurisdictionem voluntariam.*
2 *Episcopi titulares conferentes primam tonsuram, absq; licentia proprij Ordinarij, an incidant in pœnas S.C.T.*

An Titulares Episcopi conferentes primam tonsuram, absque licentia proprij ordinarij incidant in pœnas S. C.

1 CVm conferre primam tonsuram concernat iurisdictionem voluntariam ad latè tradita per DD. in cap.cum nullus, de temporibus ordinationum in 6. Gemin.in cap.fin.de officio legat. latè Gratian.in decis.98. qui allegat Sylvest. in Summ. verb. iurisdictio, dicebatur non incidisse in suspensionem per annum
2 ab exercitio Pontificalium quendam Episcopum, qui primam Clericalem tonsuram contulerat, absq; proprij Ordinarii licentia.

Idque corroboratur, ex quo verba Concilii clara videntur, illis verbis Pontificalia exercere, & certum est in collatione primæ tonsuræ non requiri Pontificalium exercitium,ex quo in ministerio Sacrorum Ordinum,solummodò fit collatio ab Episcopis celebrantibus diuina officia indutis vestibus Pontificalibus, & propterea requiritur consensus Diocesani, Glos. in Clem.fin.de priuileg. Abb. in cap. ex tuarum, de auctoritate, & vsu pallij. Couarruu. var. resolutionum, vbi etiam subdit, secus esse in prima tonsura, allegat Rebuff. de nominatione qu.14.num.9. Gratian.in citata decis.98. num. fin.

Et quod in veris Episcopis sit facultas conferendi primam tonsuram eorum subditis extra propriam Diœcesim, voluerunt Barbat.in cap.nouit. num.18.de offitio legati. Rebuff.vbi supra, qu.14. num.29. & 65. & in praxi beneficiali Rubrica de Ecclesiasticis. Henriqu.in Summ.lib.3.cap.6. §.6. quem refert, & sequitur Bonacina de Sacramentis disput. 39. quæst. vnica par...nu.23.licet Campanil.in diuersorio Iuris Canonici, Rubrica 6. cap. primo nu. 2. contrariam sententiam tutetur, quem refert, & sequitur Barbos. de potestate Episc. quæst.6. in fine.

RESOLVT. CCCCXXXIII.

1 *Pontificalium nomine, quæ veniant.*
2 *Pontificalium appellatione veniunt benedictio calicum, & corporalium.*
3 *Pontificalia insignia, quæ sint.*

Quæ veniant nomine Pontificalium ad effectum cognoscendi, quando titulares Episcopi illis vtentes incidunt in pœnas S.C.T.

1 VTile est scitu quænam Pontificalium nomine veniant,& in primis Glos.verbo à Pontificalibus,in extrauagant. suscepti regiminis de elect. docet suspensum à Pontificalibus prohiberi etiam ab his, quæ sunt sibi alias, vt Pontifici permissa, & à dependentibus ab eis,velut ab ordinum celebratione, sotis Chrismatione Basilicarum, seu Virginum consecratione, & similibus, sic igitur suspensus, quamuis Missam priuatam celebrare non prohibe tur,vt ex reg. text.in c. significauit, de corpore vit. post Sylu. & Nau. docent Henriqu.lib.13.cap.32.num.2. Auila de cens. part. 3. disp.2.dub.2. concl.10. aut alia facere,sine ornamentis Pontificalibus, quæ ei ratione Sacerdotalis officij competunt, vt baptizare,pœnitentias dare, & similia: Missæ tamen Sacrum, cum Mitra,& baculo celebrare non potest, ita Nos in Praxi fori Eccl.dec.467.in prima impress. & resolut. 440. in secunda impress. vbi num.3. asserimus sub hac suspensione, non prohiberi exercitium iurisdictionis Episcopalis, & post alios citamus. Vgolin. de censur. tab.4. cap. 6. §.6. num.5.
2 Nec ab hac suspensione excusatur Episcopus si in aliena Diœcesi inaduertenter calices, vel corporalia benedicat, ita Praxis Episcop. part. 2. verbo Episcopi, vers. 2. loco in Thesaur. for. Ecclesiast. part.3. cap.8. num.15.
3 Pontificalia insignia, quibus Episcopi vti possunt esse Mitram,chirotecas, baculum, dalmaticas, & sandalia, testatur Isidor. Moscon.in suo tractat. de mag. militantis Ecclesiæ p.1.lib.1.c.8.vers.ornamenta,quibus doctissimus Campan.d.cap.3. nu.3. addit muzzectam, cappam Pontificalem, galerum, quem duplicis formæ habere oportet,alteram,quo in solemnioribus equitationibus vtantur,alterum simpliciorem,vtrumque tamen ex lana, & serico viridi exornatum iuxta modum in ceremoniali descriptum, lib.1.cap.3.

RESOLVT. CCCCXXXIV.

1 *Beneficia Episcopi titularis electi, non vacant.*
2 *Rotæ decisio refertur.*

An per promotionem ad Episcopatum titularem vacent beneficia.

1 NOn vacare censuit Rota, cuius decisionis tenorem placuit hic inserere.

2 Pro-

2 Promotus ad Episcopatum titularem, non amittit beneficia, nisi per adoptionem pacificæ possessionis, & declaratio, quam ad stylum Curiæ dat, Abb. in cap. cum in cunctis, §. cum verò de electione, & quæ notat Rom. cons. 335. placuerunt Dominis in vna Panormitana pensionum coram D. Fabio de anno 1548.

Et propterea in eadem fuit dictum, non obstante stylo, quod talis promotus pro retentione beneficiorum teneretur soluere annatam, & quod tamen non esset locus extrauagant. Iulij Secundi, quod retentio beneficiorum concessa promotis, non suffragaretur literis non expeditis, quia ante adeptam pacificam possessionem, cum non vacent beneficia, talis promotus non eget illa retentione, & quia illa extrauagans, non annullat actum, quæ pœna nullitatis non procedit, nisi in casibus expressis, l. & si quis, §. Diuus, ff. de relig.

RESOLVT. CCCCXXXV.

1 *Titulares Episcopi non faciunt spolium.*
2 *Spolium quid sit.*
3 *Spolium Episcopi non constituitur ex bonis patrimonialibus, vel ex successione parentum, nec ex acquisitis intuitu Sacerdotalis Ordinis.*

Titulares Episcopi, an faciant spolia.

QVamuis à nemine reperiatur articulus iste discussus, & videatur casus omissus à Iure consultis: attamen nullam habere videtur difficultatem,
1 quin Episcopi titulares nullum faciant spolium, nec eorum bona ad Sedem Apostolicam pertineant, & ratio colligitur ex definitione spolij, quod secundum subiectam materiam diffinitur à Nauarro de sponsal. Clem. §. 7. num. 5. vt sint bona à persona Ecclesiastica
2 quæsita immediatè, vel mediatè in bonis Ecclesiasticis, vel redditibus eorum debitis, quæ non fuerunt ante obitum impensa, nec facta iure patrimonialia, nec quæsita alii irreuocabiliter, vel quæsita ex illicita negociatione, deffinit Redoan. vbi supra quæst. 22. Molin. de iustitia disput. 147. fol. 824. & licet negatiuam. Azor. institut. moral. 2. par. lib. 8. cap. 2. qu. 1. verum enim est, quod omnia ea bona, quo Prælatus, dum vixit, non distribuit, vel consumpsit, inter spolia computantur, quasi illis bonis morte fuerit spoliatus, vel quod illud spolium in dono defuncti relictum legitimo successori reseruatur.

3 Ex cuius definitione colligitur Episcopum titularem, cum ipse careat bonis Ecclesiæ, & redditibus illius, nullus facere spolium, cum spolium Episcopi non constituatur ex bonis patrimonialibus, quæ ex legitima parentum, vel consanguineorum successione accipiuntur, vel donatione, vel legato, vel ex emptis, & comparatis ex his redditibus patrimonialibus, quia hæc omnia bona temporalia sunt natura sua, quorum successio ad legitimos Episcopi hæredes, vel ex testamento, vel ab intestato defertur. Nec secundo, sub spolij nomine, comprænduntur bona acquisita intuitu Sacerdotalis ordinis, vel personalis industriæ, seu artificij: in his enim Prælati habentur, ac personæ seculares, illorumque administrationem absolutam consequuntur, ex cap. placuit, cap. quicunque 12. quæst. 3. cap. sicut 12. quæst. 1. cap. quia hos, de testament. vbi Couarr. in cap. 1. num. 3. adeo, vt liceat ex bonis Episcopatus alimenta suscipere, & hæc bona patrimonialia, vel quasi hæredibus reseruare, cap. 1. de pecul. Clericor. cap. fixum, & cap. vltim. dist. 12. quæst. 3. Innocent. receptus ex Abb. in d. cap. 1. de testam. num. 2. & in cap. Episcopus de præbendis ei, in cap. postulasti de rescript. dicit communem, Couarr. in d. cap. 1. de testam. num. 2. Nauarr. de redditibus par. 1. quæst. 1. num. 38. loco de iustitia lib. 10. quæst. 4. art. 2. Sarmiento de redditib. 1. part. cap. 1. num. 18. & colligitur ex Paulo 1. ad Corinthios cap. 9. vbi probat prædicatorib. Euangelij deberi substentationem, licet habeant, vnde viuere possint, sicque procedit Concil. Agatens. in cap. Clerici omnes 1. quæst. 2. probat D. Thom. 2. 2. quæst. 158. art. 7. in corpore post principum, ibi non bonorum proprium dominium habent, & in eodem articulo, in responsione ad tertium, permittit habentibus patrimonium viuere de fructibus præbendæ, licet contra hanc sententiam teneant Barbatia, & Decius in d. cap. postulasti num. 8. ex authoritate D. Hieronymi in cap. clericos 1. quæst. 2. verior tamen est prima opinio, & ab omnibus obseruata, ex Molin. de iustitia à tract. disput. 142. atque ideo respectu horum bonorum Episcopi reputantur seculares, vt liberè de illis disponant dict. cap. placuit, cap. quicumque 12. q. 3. Nauarr. in apolog. quæst. 1. monit. 15. Valesc. de partiti. cap. 35. num. 1. Molin. dict. tract. & disput. 142. & apud nos regia. Ord. lib. 2. tit. 18. §. 7. facit l. 1. C. de Sacrosanct. Eccles. & casu, quo non disponant de his bonis ad hæredes ab intestato deferuntur. Nauarr. de spolij §. 1. num. 14. Barbosa in l. diuortio num. 66. ff. soluto matrimon.

PRAXIS MATRIMONIALIS inter raptorem, & raptam.

RESOLVT. CCCCXXXVI.

1 *Matrimonium an possit contrahi inter raptorem, & raptam.*

Quid disponat Sacr. Concil. Tridentin. de matrimonio contrahendo inter raptorem, & raptam.

1 ATtento decreto Sac. Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. de reformat. matrim. nulli dubium est, quin raptus dirimat matrimonium, & obnoxius est excommunicationi, & pœnis in eo contentis; & ideo nimirum, si inter raptorem, & raptam consistere nequeat, quandiù in potestate raptoris manserit, secus autem, si extra illius potestatem, ac in loco tuto, & libero cõstituta; nam poterit, si velit contrahere matrimonium cum raptore, dixerunt Nauarr. in summ. capit. 22. num. 74. & cons. 1. de sponsal. & 2. de raptor. Tolet. lib. 7. Summæ cap. 13. num. 2. Henriq. lib. 2. de matrim. cap. 14. num. 4. Grat. cons. 38. vol. 2. Azeued. lib. 8. recopil. tit. 13. l. 2. num. 74. vol. 2. Eman. Sa verb. matrimonium in princip. num. 9. Viuald. in candelabr. prima par. de matrim. num. 103. Peguer. decis. crimin. cap. 42. num. 2.

RESOLVT. CCCCXXXVII.

1 *Raptus, qui dicatur ad finem impediendi matrimonium.*
2 *Raptus non dicitur, nisi fiat de loco ad locum.*

Raptus vt impediat matrimonium ex vi Concilij, quis dicatur.

1 RAptum committit, qui mulierem libidinis causa de loco ad locum inducit, vt in casu, in quo consuluit Barbat. cons. 71. lib. 2. & Paulus de Castro cons. 262. lib. 2. & Alexand. cons. 1. lib. 3. & Cepolla cons. 57. & sequent. & Riminald. cons. 17. quod videtur à maiori parte duplicatum cons. 439. & Gratus cons. 38. lib. 1. & cons. 48. eodem volum. & cons. 51. eodem volum. & Soccin. iun. cons. 50. lib. 3. & Crauet. cons. 18. & Roland. cons. 24. in secundo dub. lib. 1.

2 Et dicitur de loco ad locum, quia aliter non potest dici

dici raptus, secundum omnes: & hæc conductio de loco ad locum debet esse ad effectum abducendi, non autem causa commodioris coitus; Et ideo, si quis puellam ex vna Camera ad aliam conduxerit, & super lectum proiecerit, non est tanquam raptor puniendus, vt in facti contingentia consuluit Bertrand. cons. 39. lib. 6. Idemque dicendum est in eo, qui puellam inuentam cum bestijs in campis cepit, & per aliquot passus abduxit, vt eam carnaliter cognosceret, vt pariter in facti contingentia consuluit, Cuman. cons. 96. Benè verum est, quod etiam si à mouendo de loco ad locum aliquis per vim cognoscat mulierem, licet non possit dici raptus, est tamen actus violentus, & punibilis ad mortem, & ita communiter practicatur, teste Publ. super consuetud. Aluer. folio 27. num. 22. vide, quæ dixi supra, hoc eodem lib. §. fornicatio, vers. omnes autem.

RESOLVT. CCCCXXXVIII.

1 *Raptus committitur cum volente, sed an sit verum, distinguuntur plures casus, vt num. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.*

Raptus commissus cum volente, an impediat matrimonium contrahendum, absque requisitis Concilij.

1 TOta difficultas est videre, an huiusmodi crimen committat is, qui volentem mulierem rapit, aliqui volunt fieri locum pœnæ, iuxta text. in l. prima in §. pœnas, C. de raptu virg. & ita communiter tenere Doctor. dicit Clar. in §. raptus num. 3. dicens, ita fuisse per Senatum Mediolanensem declaratum, Berber. in vitiatorio iur. tit. de raptor. Ratio est, quia nemo est Dominus membrorum suorum, l. liber. homo, ff. ad l. Aquil.

Contra, quod abducens volentem non teneatur pœna raptus, facit significatio verbi rapere, quę innuit violentiam, vt etiam in titul. vi bon. rapt. Hæc ampliatio est difficilis resolutionis, vt inquit Bos. in ritu de raptor. numer. 5. & 6. ideò sunt constituendi plures casus.

2 Primus, quando est mulier, quæ non est in potestate, & dominio Patris, Viri, vel Tutoris, & sponte sua accessit cum raptore; seu verius abductore, absq; aliqua dolosa suasione abducentis: & tunc non dicitur raptus, ita tenet Afflict. in constit. de raptu, & violent. lib. 1. quæst. 11. quem sequitur Camer. in pract. §. circa quartum, num. 284. Marsil. cons. 61. & in d. l. penult. n. 16. præsertim si sit meretrix, vel vilis persona, l. verum, ff. de furt. l. vn. in fine, C. de raptu virg. latè Peguera cap. 43. n. 14.

3 Secundus casus, quando talis mulier, quæ in nullius gubernio est, abducitur non sponte sua, sed dolosis suasionibus, & donis inducta fuit; & tunc quidam tenent esse tunc raptum, & violentiam ex ratione, Angel. in authen. de lenon. in fine, qui vult violentiam fieri ex talibus suasionibus, ita voluit Camer. d. §. circa quartum, num. 284. Ludouic. à Peguera d. cap. 43. n. 4. argum. tex. in l. prima §. persuadere, ff. de ser. corrupt. legem, §. si quis volentem, de liber. homi. exhibend. Contrarium tamen in hoc casu tenet Ægid. Boff. dict. ritu de rap. mulier. num. 15. post Castren. & Ang. in l. si eximendi, ff. ne quis eum, qui in ius vocan. subdens ibi Prosl. quod si aliter diceremus, totus mundus capite puniretur, & quod in casu isto plus possunt mali mores, quam vis. Et hoc credo verum, quia dicitur, hoc casu magis seductio, quam raptus, quæ longè differunt, nam rapitur inuita, seducitur volens, licet decepta.

4 Tertius casus, si ob id rapitur, vt matrimonium sequatur, & inde communi consensu nuptiæ post raptum celebratæ fuerint: nam tunc licet aliqui velint, adhuc pœna raptus teneri, exemplo alicuius Historiæ Ducis Florentiæ, & quod capitali pœna fuit punitus quidam filius Senatoris, qui raptam postea vxorem duxerat, scribitur inter consil. criminal. diuersorum cons. 59. in fin. lib. 2. tamen mitiori pœna mulctabitur, vt concludit dict. Peguera cap. 42. per totum, & pœna raptus liberari voluit, Calder. in cap. si extra de raptos, Castrens. in d. l. raptores colum. 2. text. est in cap. penultim. de raptor. Huic tamen conclusioni fortiter obstat dispositio Sacri Concil. Tridentin. cap. 6. sess. 24. de reformat. matrimon. sed illud non procedit, quo ad pœnam corporis, sed tantum quoad solemnizationem matrimonij, & illius illegitimationem, & pœnam infamiæ, & extraordinariam, & hoc casu etiam dotare tenebitur d. cap. 6. in fin. & dicit in stupro supra decis. 3. Virginem stuprans legitur Exod. 22.

5 Quartus casus, quando mulier est in gubernio, & potestate patris, tutoris, vel viri, & ipsa sua sponte consensit abductioni, & hoc casu, quidam putant esse raptum, & ita intelligi dictam legem primam, §. pœnas, ita tenet Afflict. d. const. de raptu qu. 11. quem sequitur Carrer. dist. §. circa quartum num. 284. Abb. in d. cap. cum causam de raptu, vbi dicit, quod quantumcumque puella rapui consentiat, quoad parentes raptus committitur per text. in cap. de raptor. 36. qu. 1. quia puella, quæ in potestate est, consensum non habet, contrarium tenet Ægid. Boss. d. tit. de rapt. mul. num. 2. citans ad hoc Bald. in l. 1. de rapt. virg. vers. vlterius oppo. licet ibi apostill. sentiat contrarium, & illud etiam tenet Marsil. cons. 61. post reddit. n. 21. vbi ita consuluit in facti contingentia multa citans, & ita declarans dicta verba volentibus, vel nolentibus, & in hoc limitat statutum Lucen. Capitalem pœnam rapienti imponens, Ludou. dec. Lucens. 19. licet non euitet tali rapiens pœnam extraordinariam, vt ibi dicitur, & apud nos, vidi obseruatum, & talis abducens punitus fuit pœna ordinaria secundum qualitatem personarum abducentis, & abductæ, ac suæ familiæ respectiuè.

Quintus casus est, si rapiat à principio mulierem nolentem, postea consentientem. Nam tunc pœna raptus punitur rapiens. Doctores in d. l. raptores in fine, Cod. de Episcop. & Cleric. Guid. Pap. sing. 569. quem refert. & sequitur Peguera dict. cap. 43. nu. 7. subdens rationem, quia spectatur initium, l. diuus, ff. ad l. Corn. de Sycar.

Sextus casus, quando mulier est sub gubernio aliorum, & vlterius ipsa suasionibus inducta est, & tunc 7 videntur ferè omnes velle, quod sit raptus. Ratio est, quam ponit Terent. in dict. l. prima, §. pœnas, quem ita intelligit Marsil. dicto consil. 60. num. 21. Contrarium tamen, & in hoc casu tenet Boss. d. titul. de rapt. mul. 7. vbi ponit, quomodo probetur, non interuenisse suasiones, & ita in hoc casu censuit Senatus, non esse raptorem pœna raptus puniendum.

Et licet in puella, quo ad raptum committendum, quæ sponte consensit repugnantibus parentibus affirment Salzed. dict. cap. 78. §. fin. Veg. dict. casu 157. notabil. 1. P. Henriq. d. cap. 14. n. 4. Zerola in prax. Episcop. par. 2. verb. Raptus, §. 1. Fr. Emanuel. d. cap. 232. n. 1. P. Rebello d. quæst. 11. n. 6. Petr. de Ledesm. d. cap. 26. conclus. 2. dub. 1. Negant ex ea ratione, quia isse raptus non repugnat vllo modo libertati matrimonij, cui concilium hoc decreto solum voluit consulere, Sanch. lib. 2. P. Valeri Regin. d. lib. 22. nu. 31. & lib. 31. n. 165. vers. 5. Aegid. d. disput. 31. n. 48.

RESOLVT. CCCCXXXIX.

1 *Meretricis raptus non punitur.*
2 *Meretricis raptus, quandoque punitur pœna mortis.*

An

An raptus dicatur cum publica meretrice ad effectum impediendi matrimonium virtute Concilij.

1 ET respond. Marsil. in l. vnica num. 26. dist. quod Doctores tenent, quod non hanc etiam opinionem dicit tenere communiter scribentes, Gomez. super l.80. Tauri num.45. Et secundum hanc opin. consuluit Cephal.consil.140.lib. 1. ad defensionem cuiusdam condemnati de raptu mulieris, non honestæ, dicit tamen Cyn.in d.l. vnica,quod vidit aliquos vltimo supplicio puniri, qui rapuerant publicam meretricem,& illum refert Afflict. super prima part. constit. Regni rubr.20.num.7.Refert etiam Grammat. super Constit.Regni fol.19.col.1.n.20.quod cum plures iuuenes, quandam meretricem è postribulo violenter rapuissent, vnus ex eis Febrentinus, qui fuerant principalis,fuit furca suspensus, & alij socii per triennium ad triremes condemnati.

RESOLVT. CCCCXL.

1 *Mulier honesta, quæ dicatur.*
2 *Meretrix,an dicatur illa, quæ vnicum tantum cognouit hominem illicito coitu.*

An ad impediendum matrimoninm sufficiat raptus cum muliere inhonesta.

1 REspondeo cum decis.Triuis.3. vbi honesta mulier dicitur virgo vidua vxorata, vel Monialis, ita in l. vnica, C. de raptu virginum,iste omnes enumeratæ sunt,& quæ à viro cognoscitur, præterquam à marito inhonesta dicitur, non autem meretrix est, quia habẽs vnicum virum pro Amasio, non dicitur meretrix, ita Purpurat. consil.265. num. 1. relatus à Bertazolo in cons.crimin.134. volum.1. in vltim.addit. & Abb.inter opera in fine de sponsa. & matrim. & licet non sit honesta, non propterea dicitur meretrix, quia illa recipit vnum tantum, & non plures, & rapiens eam punitur,non pœna,l.vnic. C.de rapt. virg. cum loquatur de honestis mulieribus, quæ est vera conclusio, vt leg. vnica habeat locum tantum in raptoribus fœminarũ honestarum,non autem inhonestarum,vt Azor.in d.l. vnic.annotat.& allegat.l.virum,ff.de furt.& hoc idem voluit Hyppol.de Marsil.in pract.§.diligenter nu.106. vbi multos connumerat auctores tenentes hanc opinionem, quæ quidem honestas in mulieribus adeo attenditur,quod ad testificandum super virginitate admittuntur discretæ,& honestæ,notat Bald. & Innoc.in cap.causam de probat.& ampliat. Bald.ibi,quod etiã si esset nobiles naturali origine, quia meliores sunt boni mores,quam nobilitas,vt refert Felyn. in d.cap. causam de probat. num. fin. Meretrix illa, ergo dicitur, quæ libidinem exercet, & quæ copiam corporis sui facit,atque venalis est, l.palam,ff.de ritu nuptiarũ, cap.meretrices 32. quæst.4. cap. vidua 34. distinct. & probatur esse talis,ex modo procedendi,quia vagatur modo huc, modo illuc, & quæ alienam domum, nunc hanc,nunc illam intrare,seu ingredi consueuit, ita Angel.in l.si qua illustris C. ad S. C. Orf. item ex habitu, quia quis talis præsumitur in quali habitu reperitur, l. item,apud Labeonem,§.si quis virgines, ff. de iniur. ideo rapiens virginem incedentem in habitu meretricali,de raptu non punitur in l. vnica, C. de raptu virg. Carrer.in pract. sua crimin. folio 200. Item ex loco, in quo morari,vel conuersari reperitur, l. qui adulterium. C.ad l.Iul. de adult.& stupr.& ideo statuto Ferrarien si cap. 23.lib. 10. cauetur, vt mulieres meretrices in locis publicis, ipsis destinatis cohabitent, alias puniuntur,& rectè quidem, vt moris est tanti,tamque prudentis Principis Alphonsi Athestini II. Ducis Ferrariæ V. ex his circumstantijs colligitur, & facillimè probatur, aliquam non esse virginem, vel honestam, sed meretricem,de qua meretrice dict.l.vnica,non loquitur, nec illius raptor pœna illius legis punitur, vt notat Cyn.ibi sub num.6. glos. in institut. §. item, seu de public.iudic. Paul.Grillan. in tract. suo pœn. omni for.coit.cap.10.nu.25.notat.Glos. in l.1. Cod. de his, qui ad Ecclesiam confug. Abb. in cap. audientia de sententia excommunicat. quæ mulier, quotiescunque causa quæstus duos ad coitum, vel plures admittit, meretrix vtique appellatur,Abb.in allegat. cap. inter opera de sponsa.& matrimon. num.fin.& in cap.decorem,de vita, & honestate Clericorum, clariusq; Ioan. Lup.in rubr.de donat.inter vir.& vxor.§.4.ex quibus quidem opinionibus deducitur,Afflict. non benè scripsisse in Constitutione Neapolitana 43. lib. 3. affirmantem eam esse meretricem, quæ vnum tantum virum ad coitum admisit causa quæstus, ex l. mariti, §. qui quæstum,ff.ad legem Iul.de adulter. & stupr.cuius sententia,quantum deuiet à vera ratione cõstat apertè, ex eodem text. consideratis vi, & effectu verborũ, qui text. loquitur tantum in marito committente lenocinium,& quæstum,ex hoc faciente, in quo satis est semel quæstum accepisse;Ex quibus verbis Afflict.cõfutatur sententia, non semper tamen permittitur rapere meretricem,vt non teneatur pœna, l.vnica,& hoc procedit, quando meretrix desinit meretricari, tunc enim illius raptus punitur pœna, l. vnica, aut continuat, & non tenetur Glos. & Doctores in l. verum, ff. de furtis, quod colligitur ex signis, quia nolebat amplius peccare, l. Imperialis, C. de nupt.ita Paul.Grillan.in tract.suo de pœn.omnifar.coitus, cap.10.num. 26. Nec attenditur illius meretricis assertio, scilicet, quod pœnituit, vel pœnitere intendit, quia pœnitentiã illam verbalem oppositi præsumpti contraditio, non admittit sicut non auditur, qui negat se possidere, cũ possideat,l.non ignorat,cum sequent. C.ad exhibend. Huius meretricis officium venale, adeo infame est,vt mulier, si est nobilis impudicè tamen viuens perdit illicò nobilitate,Bonif.in tract. de nobilitate par. 3. nu. 194. & ob adulterium commissum amittit dotem, dicat Alexand.Præpos.Cardinalis in cap. ex parte de sponsa. & matrimon.num.11. & Clarus in §. adulterũ, vers.facta autem, &c. quidquid velint quinimò, nedũ perdit dotem adulterando,sed etiam alimenta, Bald. num.2.Salicet.num.3.in l.quod vxorem,Cod.de negest.Rom.in l.cum dotem,§.si maritus ff.solut.matrimon.nu.25.Bolognin. cons.23. in fine, & Rinald. iun. cons.274.num.fin. vol.3. & hanc esse communem voluit, Grat.cons.57. n.2. vol.1. nisi vir præbuisset occasionem adulterandi, & permisisset,tunc enim dotem lucrari,non debet iuxta text.in l.cum mulier, ff.solut. matrimon. & licèt meretrix se publico lupanari exhibuerit,& prostituerit,quo casu Decius in l. inuitus, ff. de reg.iur.tenet posset cogi à quocunque,soluta mercede, ad coitum motus ex eo, quod actio iniuriarum, non datur meretrici aduersus eum,qui causa libidinis eam interpellauit,ex l.qui iniuriæ, & in l. verum in 2. ff. de furt. cum re vera contra Decium opinio probabilior sit, vt voluit Zasius in rubr. ff. si seruit. vendic. quia non tenetur mortale crimen committere, cum quolibet, ideò compelli non posse, ita Isern.& Afflict. in Constitut.Neapol.rubr.20. ex quo quidem, l.vnica intellectu decisum fuit, vt raptor mulieris inhonestæ non tamen meretricis, vt est illa, quæ vnicum tantum habet Amasium, puniatur non pœnæ dictæ, l. vnicè, sed grauissimè tamen citra mortem attenta qualitate raptoris, & mulieris raptæ.

RESOLVT. CCCCLI.

1 *Raptus non punitur copula non sequuta.*
2 *Regula, quod in delictis atrocissimis punitur affectus non*

non sequuto effectu quomodo intelligatur, n.3.
4 *Raptus, absque copula sufficit ad impediendum matrimonium.*

An raptus, absque copula carnali sufficiat ad impediendum matrimonium, absque requisitis Conc. Trid.

1 LIcet, quo ad pœnam raptus excusetur, sic rapiens, ex quo vera, & indubitata est iuris conclusio, rapientem minimè pœna raptus esse puniendum, nisi copula sit secuta, quia finis definitionis raptus est propter libidinem exercendam, ideo cessante fine delicti tollitur delictum, quia spectatur effectus, non affectus l. prima, §. fin. ff. quod quisque iur. in ali. stat. Iacob. de Beluis inter cons. crimin. diuers. cons. 9. num. 10. vol. 1. & minus hoc dicendum est, cum in l. vnica, C. de raptu virg. minimè reperiatur iure cautum, vt absq; copula raptus puniatur pœna illius legis, l. si fugitiui, C. de seruis fugit. l. prima in fine, ff. de extraordin. crim. Nec obstat text. in l. is, qui cum telo, C. de Sicar. & in l. prima, §. Diuus, ff. eodem tit. & l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & Cleric. quia licet, sic dicant, debēt tamen intelligi, quod puniantur ex dictis legibus, non tamen pœna veluti sic perfecissent, notat Glos. in d. l. si quis non dicam rapere, Cod. de Episcop. & Clericis, lege prima, ff. de extraordin. crim. & l. aut facta, §. euentus, ff. de pœnis, & quod notat Innoc. in cap. tua de symonia.

2 Non obstat, quod in atrocissimis delictis, prout est iste, punitur affectus non secuto effectu, l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cler. Glos. 2. in l. qui ea mente, ff. de furt. & in lege cogitationis, ff. de pœnis, & in lege prima, §. hæc verba, ff. quod quisque iur. quia in delictis voluntas ad actum deducta consideratur, & non exitus, l. Diuus, & l. prima, §. Diuus, ff. ad legem Cornel. de sicar. & l. is, qui cum telo, C. eodem tit. præsertim, quando deuenitur ad actum proximum, vt in hoc casu, in quo mulier ducta alibi fuit dict. l. is, qui cum telo, C. ad legem Cornel. de Sicar. l. aut facta, §. euentus, ff. de pœn. quæ si non abducta fuisset, sed tantum raptor tentasset eam rapere attentatum illud puniretur, tanquam raptus, l. si quis non dicam rapere, C. de Episc. & Cleric.

3 Quoniam respondetur, vt supra dicebamus, quod debet intelligi, vt puniatur ex dictis legibus, non tamen eadem pœna, vt voluit, ac sequitur Triuisan. in decis. 41.

Tamen pro alia resolutione, quo ad pœnam infligendam pro huiusmodi raptu, dico, quod quamuis aliqui dicunt, quod sic, & dicit Bost. in tit. de rapt. mulier. n. 14. quod Ias. in quodam Conc. dixit, quod hæc erat communis opin. & ita seruatum fuisse in Francia, refert Chassen. super consuet. But. fol. 16. in fine, refert etiam Pulul. super consuet. Aluer. fol. 27. num. 19. & fol. 159. art. 1. num. 2. quod ita fuit practicatum Cunei ipso existente Iudice, dicens, quod licet ille esset, etiam accusatus de alijs criminibus, hoc tamen mouit animos Iudicum; Multi tamen tenent contrarium, quod scilicet si eam carnaliter non cognouit, non debeat puniri pœna d. l. vnicæ, & hanc opin. dicit esse communem, Boer. decis. 316. post num. 4. quem refert Didac. in repet. clem. si furiosus fol. 278. nu. 8. & Viuius in lib. commun. opin. in verbo raptor honestè, & secundum illam dicit se vidisse in facti contingentia iudicari, Ioan. de Ana. in c. cum causa in fine de raptor. quem refert Afflict. sup. prima p. Constitut. Regni rub. 15. num. 7.

Ego vero dico, quod aut eam non cognouit, quia non potuit id commodè facere, & placet prima opin. vt puniatur pœna dictæ l. vnicæ, aut non cognouit, quia non voluit, & placet secunda opin. ita tamen, vt puniatur citra mortem ea grauiori pœna, quæ iuxta qualitatem facti, & personarum Iudicis arbitrio imponenda videbitur.

4 Quicquid tamen sit ex supradictis, quo ad impediendum tantum matrimonium, ex vi Concilij salua tamen determinatione Sacr. Congr. Conc. Trid. dicerem intrare impedimentum, ex quo, quoad effectum, de quo supra dicitur raptum.

RESOLVT. CCCCLII.

1 *Matrimonium an impediatur, si mulier rapiat virum.*

An impediatur matrimonium virtute Concilij, si mulier rapiat virum.

1 QVæstio est inter DD. an intret pœna raptus, si mulier rapiat virum, & quidem Doctores in hoc variè loquuntur, nam Glos. in d. l. vnica, in verbo sponsam, tenuit, quod etiam mulier rapiens virum causa libidinis, incidit in pœnam dictæ legis, & dicit Marsil. in d. l. vnica, n. 223. quod idem tenent communiter Doctor. quām refert Gomez. super l. 80. Tauri num. 37. & dicit August. in ea l. in fin. quod secundū hanc opinionem vidit Florentiæ comburi quandam meretricem, quæ adolescentulum rapuerat; Et hæc etiam opin. practicatur in Gallia, vt dicit Pap. lib. 22. tit. 6. Arresto 3. Contrariam autem sententiam, quod scilicet pœna d. l. vnicæ, non habeat locum in muliere rapiente virum, dicit esse communem omnium Doctorum, Grilland. de diuersis criminibus lib. 3. quæst. 10. n. 23. quem refert in practica Conradi, fol. 370. nu. 3. pract. Iod. c. 91. n. 17.

Et hanc ego etiam sequor tanquam tutiorem, & mitiorem, nam in viri raptu cessant omnia fere scandala, de quibus mentionem facit dicta l. vnica, quæ cum valde rigorosa sit, non videtur ita de facili extendenda.

Verum, quoad impedimentum matrimonij, ex vi C. T. quamuis sunt, qui affirmant, prout Rodriqu. qu. regularium c. 232. n. 4. vers. 5. se hadæ notar, quæ esse Decreto, ha logar tambien, quando vna muger robusta arrebata à vn hombre de menos fuerzas, P. Hériq. d. c. 14. n. 4. vers. si forte fœmina robusta. Veg. tom. 2. Summ. cap. 34. casu 157. notab. 5.

Tamen negant Farin. in prax. crim. q. 145. n. 45. Sāch. d. disp. 13. n. 16. P. Rebello d. quæst. 11. n. 6. P. Valer. Reginal. d. lib. 31. n. 165. vers. 7. est, dicit vtramq; opinionem probabilem Petrus de Ledesma d. cap. 26. concl. 2. dub. 5. quibus Ego pariter libenter accedo.

RESOLVT. CCCCLIII.

1 *Raptus dicitur, qui fit causa libidinis explendæ.*
2 *Raptus dicitur, quando mulier rapitur de loco ad locum causa libidinis explendæ.*
3 *Raptus, qui fit causa libidinis explendæ, an impediat matrimonium contrahendum.*

An Decretum S. Conc. locum habeat in raptu, qui fit causa tantum libidinis explendæ.

1 RAtio dubitandi, vt locum habeat in casu suprapositio erat, quoniam conueniebat naturæ raptus, ex quo, vt plurimum fit libidinis explendæ causa, & proinde esse verè raptum non dubitabant Menoch. in cons. 29. Monald. in cons. 72. Alciat. respons. 71. Vrsipell. in cons. crim. 29. Quibus addo Clarum in §. raptū in princip. quem sequitur Triuis. in decis. Rotæ Venetæ 67. par. 2. quo in loco raptum definiendo, dicit raptum committi, quando quis mulierē libidinis causa de loco ad locum inducit, item Cæpoll. inter consilia sua criminalia cons. 57. n. 1. raptū diffiniuit, quod scili-

cet intelligatur, quando quis abduxit mulierem honestæ vitæ, & bonæ conditionis, si itaque conducere muliere de loco ad locum causa libidinis exercendæ, dicitur raptus, vrique N. raptum commisit, & per consequens pœna raptus debet puniri.

3 Et quod minimè locum habeat in raptu qui fit causa libidinis, explendæ voluerunt Salzed. in pract. c. 78. in fine, Emanuel. in Summ. tom. 1. cap. 222. nu. 3. in 2. edit. Veg. tom. 2. cum c. 34. cas. 157. notab. 1. Sanch. lib. 7. disp. 13. n. 4. Ledesm. d. cap. 3. dubit. 9. n. 70.

RESOLVT. CCCCLIV.

1 *Raptus an impediat sponsalia, quemadmodum, & matrimonium, n. 3.*
2 *Mater per sponsalia, non amittit tutelam filiorum.*

An raptus impediat, vt sponsalia, matrimonium.

1 SVnt qui existimant sub Decreto Concilij prohibentis matrimonium contrahere inter raptam, & raptorem comprehendi pariter sponsalia, ex quo per sponsalia deuenitur ad matrimonium, vt communiter tradunt omnes in cap. 1. de sponsalibus, & latissimè per summistas eodem verbo, & regula iuris est, vt cum aliquid prohibetur, censeatur prohibitum omne illud, per quo peruenitur ad illud, l. ad rem mobilem, ff. de procuratoribus, & l. legatum, ff. de acquirenda possessione, facit text. in l. 2. ff. de iurisdictione omnium iudicum, & in proprijs terminis adducitur tex. in l. oratio, ff. de sponsalibus, vbi Oratio Imperatorum Antonini, & Commodi, quæ quasdam nuptias in personas Senatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est, rectè tamen dicitur etiam sponsalia in his casibus ipso iure nullius esse momenti, vt suppleatur, quod orationi deest.

2 Et ad comprobationem adducitur, quod mater per sponsalia non amittit tutelam filiorum, quemadmodum per matrimonium, vt latè per Afflict. in decis. 357. & sponso non competit ius accusandi necem sponsæ, quemadmodum marito, Triuis. qui refert decisum in decis. 15. p. 2. & in propriis terminis, vt non prohibeantur sponsalia inter raptam, & raptorem, voluit Rodriquez quæstionum regularium, cap. 232. num. 4. Henriqu. cap. 14. num. 4. Sanch. disp. 13. nu. 15. Less. n. 70. vers. 3.

3 Cæterum S. Concil. censuit contrarium, vt scilicet sponsalia prohibeantur contrahi inter raptorem, & raptam, sicut matrimonium inter eosdem prohibitum est à Conc. Trid. ita Nauarr. in cons. 4. de raptoribus in nouis, quem allegat, & sequitur Galet. in Margarita casuum conscientiæ, verb. sponsalia.

RESOLVT. CCCCLV.

1 *Sac. Conc. Trid. cap. 6. de reform. quid disponat.*
2 *Rapta, quando dicatur in potestate rapientis.*

Quando dicatur puella in potestate raptoris, vt impediat matrimonium inter eos contrahendum.

1 EX verbis Conc. Trid. clarè, & apertè depromitur matrimonium inter raptam, & raptorem omninò prohibendum, donec, & quousque rapta manserit in potestate raptoris.

2 Quare fuit dubitatum, quando dicatur rapta in potestate raptoris, ad effectum vt impediatur virtute Concilij matrimonium inter eos contrahi; in quo articulo dicimus, quod licet potestatis verbum multifariam sumatur, vt probatur in l. potestatis verbum, ff. de verborum significatione, & ibidem latissimè per Coras Gallin. & Alciat. & l. vnic. §. in potestate, C. de rei vxor. actione, & per Pascal. in suo vtili tract. de patria potestate in principio, tamen in casu, de quo verba facimus, quando scilicet rapta in potestate raptoris manere dicatur; dicendum extimaui, quoties ei aditus non conceditur liberè de aliqua re disponere, nec suam liberam voluntatem coram aliquo deducere, vt probatur in l. in vinculis, vbi omnes, ff. de verborum significatione, & DD. alibi passim.

RESOLVT. CCCCLVI.

1 *Raptus dicitur, licet non cum violentia, si tamen fiat muneribus, & promissionibus factis puellæ, sed an sit verum, vide num. 2. cum declaratione Authoris, num. 3.*

An raptus commissus solum importunis precibus impediat matrimonium.

1 SVnt qui firmant, quod licet raptus non possit fieri absque violentia, tamen si fiat muneribus, promissionibus factis puellæ, & inuito patre de domo exeat, & ad ipsum veniat; vocatur raptus, & incurruntur pœnæ Sacri Concil. Tridentini sess. 24. cap. 6. de reform. matrimon. quæ sunt excommunicatio ipso iure, tam rapientis, quam dantis consilium, auxilium, & fauorem, & infamia. Ratio est, quia trahitur homo, etiam amore, & prouocatorio, siue excitatorio aliquo, vt inquit D. August. tract. in cap. 6. in Ioann. ita tenet, Nauarr. cons. 1. de raptor. & à simili in Manual. cap. 16. num. 17. & Foller. in practica crimin. prima par. tertiæ partis num. 16. Similiter si interueniunt blandæ verba, oblectamenta, & promissiones dolosæ, & punitur pœna mortis.

2 Verum pro aliquali dilucidatione supradictæ quæstionis animaduertendum, primo raptorem illum esse, qui metu nimis, & violentia rapit mulierem aliquã ipsa inuita. Secundo, qui rapit eam, sed ea non consentiente cum contradictione partis, Diuus Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 7. Tertio, qui promissionibus falsis, verbis blandis, & munusculis: Quartò non autem ille ad quem sua sponte aliqua vadit, etiam si vir eam defloret voluntariè, Nauarr. cons. 1. enim primo de raptor. cons. 2. & 3. num. 1. & in Manu. loco cit. Et sic in primo, 2. & 3. casu inciduntur pœnæ, vide Afflict. in const. si quis rapere in vers. sed quæro num. 4. de rapientibus meretrices, vide in Constit. omnes nostri, vide Dynum in regula scienti, ac consentienti num. 4. & ibi addit Boerij litera B. vide Azon. in summ. lib. 9. eodem rubr. 13. num. 1.

3 Quidquid tamen sit, ex supradictis ergo propositæ dubitationi, ita distinguendo respondendum censui, quod aut preces sunt tales, quod violentiæ æquiparantur, iuxta tradita communiter in l. ad inuidiam, C. de ijs, quæ vi met. causa fiunt, & tradita, Afflict. in decis. 61. Carocc. in decis. 16. de Franc. in decis. 173. & tunc raptum inducit impedimentum matrimonio cõtrahendo non seruatis solemnitatibus, Sac. Conc. Trident. ita Sanch. lib. 7. disput. 15. num. 12. secus si essent simplices, quo casu non inducunt supradictum impedimentum, ex quo secundum eum non deficit consensus.

PRAXIS LIBERTAS ECCLESIASTICÆ TVENDÆ.

RESOLVT. CCCCLVII.

1 *Libertas Ecclesiastica, dicitur eadem, quæ immunitas.*
2 *Libertas Ecclesiastica vnde dicatur.*

Liber-

Libertas Ecclesiastica, quæ dicatur, & an eadem sit, quæ immunitas.

1 HÆc Ecclesiastica libertas alio modo vocatur immunitas Ecclesiastica, vt ait Couarru. lib. 2. var. cap. 20. in princip. & dicitur illa, quæ & ad rerum, & personarum Ecclesiasticarum libertatem, & exemptionem pertinet, vnde libertas Ecclesiastica, dicitur talis à subiecto, cui inest, puta materiali Templo, & Ecclesiasticis personis in se ipsis, vel in eorum bonis: & ideo sicuti libertas in communi est naturalis facultas eius, quod cuique facere licet, nisi si quid vi, aut Iure prohibetur, vt in l. libertas, ff. de stat. hom. & in §. libertas instit. de Iur. person. ita libertas Ecclesiastica est Ecclesiæ facultas faciendi, quodcumq; facere licet, quia per eam Ecclesia lætatur in plenitudine Iuris sui, iuxta text. in cap. 1. de immunit. Eccles. in 6. Hinc meritò, Bald. in l. 1. C. de sacros. Eccles. libertatem Ecclesiasticam consistere definiuit in liberè faciendo, vel non faciendo quodlibet iuxta libertatis in communi definitionem, quia nullus habet in Ecclesia authoritatem imperandi, sed necessitatem obsequendi, cap. fin. de reb. Eccles. non alien. vbi non immeritò etiam habetur non tantum Sanctos Patres, sed etiam Principes seculares, quamplurimis priuilegijs Ecclesiasticam libertatem minuisse, de quibus latè habetur per Butr. in cap. nouerit de sentent. excommun. & Zabarell. in cap. perpen. 19. eod. tit.

RESOLVT. CCCCLVIII.

1 *Sac. Conc. Trid. sess. 25. c. 20. de reform. quid disponat.*
2 *Clerici quo Iure sunt exempti à iurisdictione secularium.*
3 *Libertas Ecclesiastica renunciari non potest.*
4 *Libertas Ecclesiastica non tollitur immemorabili consuetudine.*

Sacr. Concil. Trident. quid disponat ad fauorem libertatis Ecclesiasticæ.

1 VErba formalia Sac. Conc. Trid. sess. 25. c. 20. de reformat. sunt tenoris sequentis, videlicet, *Cupiens Sancta Synodus Ecclesiasticam disciplinam in Christiano Populo, non solum restitui, sed etiã perpetuò sartam tectã à quibuscumque impedimentis conseruari; propterea, quæ de Ecclesiasticis personis constituit: seculares quoq; Principes officij sui admonendos esse censuit, confidens eos, vt Catholicos, quos Deus sanctæ fidei, Ecclesiæq; protectores esse voluit, ius suum Ecclesiæ restitui non tantum esse concessuros; sed etiam subditos suos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos, & Superiores ordines reuerentiam reuocaturos, nec permissuros, vt officiales, aut inferiores Magistratus Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis Sanctionibus constitutam aliquo cupiditatis studio, seù inconsideratione aliqua violent; sed vna cum ipsis Principibus debitam Sacris Summorum Pontificum, & Conciliorum Constitutionibus obseruantiam præstent, decernit, itaque & præcipit Sacros Canones, & Concilia generalia omnia, necnon alias Apostolicas Sanctiones in fauorem Ecclesiasticarum personarum, libertatis Ecclesiasticæ, & contra eius violatores æditas, quæ omnia præsenti etiam decreto innouat exactè ab omnibus obseruari debere, prætereaq; admonet Imperatores, Reges, Resp., Principes, & omnes, & singulos cuiuscunque status, & dignitatis extiterint, vt quo largius bonis temporalibus, atque in alios potestate sunt ornati eo sanctius, quæ Ecclesiastici iuris sunt, tamquam Dei præcipua, eiusque patrocinio tecta venerẽtur, nec ab vllis Baronibus, Domicellis, Rectoribus, aliisvè Dominis temporalibus, seù Magistratibus, maximeque ministris ipsorum Principum lædi patiantur, sed seuerè in eos, qui illius libertatem, immunitatem, atq; iurisdictionem impediunt, animaduertant, quibus etiam ipsimet exemplo ad pietatem Religionem, Ecclesiarumque protectionem existant, imitantes optimos, religiosissimosq; Principes, qui res Ecclesiæ sua in primis authoritate, ac munificentia auxerunt, ne dum ab aliorum iniuria vendicarunt, adeoque ea in re quisque officium suum sedulo præstet, quo cultus Diuinus deuotè exercere, & Prælati, cæteriq; Clerici in residentijs, & officijs suis quiete, & sine impedimentis cum fructu, & ædificatione populi permanere valeant.*

2 Et non absque ratione reperitur priuilegiata immunitas Ecclesiastica, cum Clerici sint exempti iure diuino, & humano à legibus, & Iurisdictione Principum secularium, vt docent communiter Canonistæ, & Theol. puta Azor. p. 1. lib. 5. cap. 12. qu. 1. Alter. de censur. to. 1. disp. 16. lib. 5. c. 2. Peregr. de imm. Eccles. cap. 16. n. 37. Crass. effect. cleric. 1. nu. 2. Valenz. in defens. cons. Pauli V. p. 4 n. 37. Guttier. de gabell. q. 92. n. 9. & sic priuilegium exemptionis Clericorum fuit à Iure diuino immediatè concessum, & à Iure Canonico postea stabilitum, immò etiam secluso Iure diuino immediato, potuisset exemptio libertatis Ecclesiasticæ per Ius canonicum sine adminiculo Iuris ciuilis introduci, quod quidem Ius ciuile postea dictum priuilegium concessit.

3 Adeo quod huiusmodi libertas Ecclesiasticas, nequit per Clericos renunciari, tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, cap. insolita 11. quæst. 1. cap. placuit extr. de for. compet. Duard. in Bull. Cœn. Dom. lib. 2. c. 14. q. 8. nu. 2. Bonac. de cens. d. 2. qu. 4. p. 2. nu. 1. Ambros. de immun. Eccles. c. 16. n. 12. Sayr. in clauic. reg. lib. 2. c. 7. n. 10. Gram. decis. 61. n. 14. Surd. cons. 2. n. 31. tom. 1. eo quod priuilegium exemptionis à laica potestate, non est concessum singularibus personis, sed statui Clericorum, sed nullus cedere potest priuilegio communitati concesso, cap. 51. diligent. de foro compet. quamuis fuisset renunciatum de consensu Episcopi, Farin. de inquisit. q. 8. nu. 13. & alij quos refert, & sequitur Graff. effect. cleric. 1. n. 652.

4 Immò nec per consuetudinem immemorabilem dicta immunitas reuocari posse voluerunt Azor. p. 1. lib. 5. cap. 12. quæst. 1. vers. sed dubitari posset, Bellect. disquisit. cleric. par. 1. tit. 3. §. 3. n. 8. Surd. cons. 301. nu. 52. tom. 3. & ratio euidens est, quia laici cum sint incapaces iurisdictionis Ecclesiasticæ, nunquam possent se tueri consuetudine, etiam immemorabili, quæ nunquam legitima esse potest ad præscribendum: vltra, quod omnis consuetudo contra Ecclesiasticam libertatem reprobatur, cap. nouerint de sent. excommun. auth. causa, C. de sacros. Eccles.

RESOLVT. CCCCLIX.

1 *Clerici non habentes requisita Sac. Conc. Tridentin. sess. 23. cap. 6. an gaudeant immunitate non soluendi collectas, & num. 2.*
3 *Declaratio S. Congr. refertur.*

An immunitas Ecclesiastica non soluendi collectas competat Clericis non habentibus requisita Conc. Trid. sess. 23. cap. 6.

1 MVltoties dubitari solet, & sæpissimè consultus fui à pluribus vniuersitatibus huius Regni si Clerici non incedentes in habitu, & tonsura, nec habentes requisita Sacr. Conc. Trid. gaudere deberent exemptione a solutione collectarum, & gabellarum, & pro negatiua opinione, nempè non exemptos esse voluerunt Azor. p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 6. Filliucius tom. 1. tract. 16. cap. 11. nu. 98. Reginald. tom. 1. lib. 9. c. 25. n. 376. Alter. de cens. tom. 1. disp. 19. lib. 5. c. 6. dub. 10. Barbos. in collect. tom. 1. lib. 3. tit. 49. c. 7. n. 7. asseren-

tes Clericos non obseruantes requisita Conc. Trident. nõ posse dici exemptos à tributis, nisi sint Iurisdictioni Ecclesiæ subiecti, & sic cum Clerici in minoribus non gaudeant priuilegio fori ex defectu dictarum cõditionum, consequenter non gaudent immunitate à tributis, & gabellis, & secundum hanc opinionem, vt Clericus sit exemptus à gabellis debet incedere non solum in habitu, & tonsura, sed etiam deseruire alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi, nam has conditiones requirit Conc. Trid. & ita etiam fatetur, Molfes. in Summ. tom. 1. tract. 6. cap. 10. n. 65. & tom. 2. tract. 12. cap. 22. nu. 162. & hanc opinionem probabilem, ait Graff. p. 1. lib. 2. c. 125. n. 21.

2 Contrariam tamen non minus probabilem esse sentio, & hanc in casibus consului, nam dicti Clerici de iure communi sunt exempti à solutione gabellarum, nec obstat ius nouum Conc. Trid. nam loquitur tantum de priuilegio fori, & tantum restringit illis hoc priuilegium, immunitas verò à tributis non dependet à priuilegio fori, & potest habere rationem omninò diuersam, nam & laicis quibusdam sine priuilegio fori conceditur, ergo.

Et iuxta hanc sententiam docet Lessius lib. 2. c. 33. dub. 5. num. 34. Molina tom. 3. tract. 2. disput. 270. n. 5. Caldeus in 2. 2. tract. 5. cap. 6. dub. 8. Garzia de beneficiis tom. 1. cap. 3. par. 2. num. 5. in fine, & ita declarasse Sacram Cardinalium Congregationem apparet apud Comitolum in respons. moral. lib. 6. quæst. 20. vbi habetur Epistola tenoris sequentis directa ad eundem Comitolum.

3 *Molto Reuerendo Padre, sono state altre uolte considerati, & resoluti nella Congregatione del Concilio i dubii, che mi scriue la R. V. quant'al primo è stato deciso, che chi non hà beneficio, ò non camina con habito, & tonsura senz'altra monitione viene escluso del priuilegio del foro, quant'al secondo la Congregatione hà sentito, che i Chierici, che mancando nelle cose contenute nel Capitolo 6. sess. 23. non godono il priuilegio del foro, non per questo s'intendono priuati del priuilegio del Can. si quis iuadente Diabolo, da questo ne segue la resolutione al terzo questo, perche non togliendo il Concilio (notentur hæc Verba,) se non il priuilegio del foro, tutti quelli altri priuilegi, che competono à Chierici, rimangono nella dispositione della ragione commune, con che rimangono, &c.*
Di Roma il dì 22. d'Agosto 1581. Di V. R. come Fratello Amoreuolissimo, Antonio Cardinale Carraffa.

Et iuxta hanc sententiam, quoque scribit nouissimè D. Nouarius hodie Regius Auditor Prouinciarum Capitanatæ, & Comitatus Molisij in sua praxi elect. fori quæst. 52. sect. 2. in vltima impress. Neapolit. vbi ideò firmat electionis fori beneficium competere Clerico, etiam quod requisita Concilij non habeat.

RESOLVT. CCCCLX.

1 *Clerici exuti habitu Clericali, an teneantur restituere immunitatem perceptam à collectis, n. 3.*
2 *Collecta imponi potest per Principem super bonis Clericorum assumentium habitum animo illas fraudandi.*
4 *Clerici animum non habentes persistendi in clericatu dicuntur personæ Ecclesiasticæ.*

An immunitas Ecclesiastica, prosit Clericis, qui habitum Clericalem assumpserunt sine intentione permanendi in Clericatu, sed in fraudem collectarum, ad effectum, vt cessante clericatu, teneantur restituere immunitatem perceptam.

VTinam cœlestis militiæ gradus sumeretur ab hominibus animo tantum Deo seruiendi, sed (salua pace bonorum) sequuntur eo animo potius fraudandi collectas, & post longi temporis spatium, redeunt ad vitam secularem, quare ex hac causa solet sæpiùs du-
1 bitari, si clerici vulgo espoliati, & laicali habitu induti teneantur restituere immunitatem acceptam a solutione collectarum.

Et prima facie videbatur dicendum pro affirmatiua opinione argumento eius, quod Princeps, potest
2 imponere collectas super bona Clericorum, qui habitum clericalem assumpserunt sine intentione clericali, sed tantum in fraudem collectarum, & ita facientes non incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vt scripsit Coriolan. in expos. d. Bull. 18. & Prosper. de Augustin. in addit. ad Summ. Quarant. verb. vectigal. ex authoritate legis, quando sub prætextu, Cod. de sacros. Eccles.

3 Contrarium tamen verius puto de Iure procedere posse, si quidem Clerici incedentes, cum habitu, & tonsura, & diuinis seruientes, etiam si habitum ipsum assumpserint in fraudem gabellarum gaudere debêt,
4 & ratio est, quia supradicti Clerici, etiam si non habeant animum permanendi in clericatu, adhuc verè Clerici sunt, ergo gaudent exemptione gabellarum, & ideo illas ab eis exigentes, & repetentes incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita Duardus in Bull. Cœnę lib. 2. can. 18. q. 7. n. 2. quod procedit etiam si alicui Ecclesiæ non deseruissent, nam vt clerici sint immunes à soluendis gabellis, non est necessarium, vt habeant conditiones requisitas à Conc. Trident. nam Concilium in illo loco loquitur tantum de priuilegio fori, & nihil tangit de alijs clericorum priuilegiis, vt diximus supra in præcedenti resolutione.

RESOLVT. CCCCLXI.

1 *Bullæ Cœnæ Canon. 19. memoratur, & ampliatur, ut numer. 2. & 3.*
4 *Iudex secularis processans occultè Clericum animo tradendi processum eius superiori, an incurrat Bullam Cœnæ, duo opiniones referuntur, quæ concordantur, n. 5.*

An immunitas Ecclesiastica dicatur violata à Iudice seculari processante occultè Clericum in causa criminali animo præsentandi processum Iudici Ecclesiastico.

1 AD resolutionem huius quæstionis præmittendum est, quod Iudex laicus interponens se in causis criminalibus Ecclesiasticorũ sine expressa, & speciali Rom. Pontificis licentia incidit in excommunicatio-
2 nem canon. Bullæ Cœnæ, etiam si fuerit magistratus magnus, medius, minor, aut minimus, quod procedit, siue clerici sint seculares, siuè regulares, tam professi,
3 quàm Nouitij, etiam si prima tonsura tantum initiati sint, dummodo habitum, & tonsuram deferant, & seruiant in diuinis, iuxta Cõc. T. & idemq; dicendũ est interponentibus se in criminalibus equitũ Melitensiũ ad latè tradita per Duar. in Bull. Cœn. Dom. can. 15. q. 3.
4 Quibus præmissis deueniendo ad articulum propositum, dicas primo cum Graff. in lib. decis. p. 1. cap. 18. n. 135. lib. 4. Iudicem secularem processantem occultè Ecclesiasticum in causa criminali animo postea præsentandi processum Prælato Ecclesiastico, non incidere in excommunicationem huius Bullæ duplici ratione; tum quia Bulla Cœnæ expressè loquitur de processando, & processus incipit à citatione, vt habetur ex Ias. & alij in rubr. ff. de iniust. voc. & in l. postquã liti. n. 10. vers. veritas est, C. de pact. & dicitur processus à procedẽdo, eò quod gradatim in eo proceditur, fit enim. Primo citatio. Secundo litis contestatio. Tertio probationes, & reliqua, & ideo non dicitur processare Episcopus Ecclesiast. absq; citatione, nec procedendo ad vlteriora per ea, quæ sentit idem Duar. loc. cit. q. fin. n. 5. tũ etiã, quia minus dicitur processare clericum,

ricum, qui contra illum informationem caperet animo præsentandi informationem, non regijs officialibus, sed Romano Pontif. aut alteri Iudici Ecclesiastico ipsius clerici competenti, idem Duard. vbi sup. q. 5. n. 2. subdens n. 3. non obstare si dicatur, quod vi huius canonis excommunicantur, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus Clericorum, nam respondet, licet dictionem quomodolibet comprehendere omnes modos excogitabiles, vt habetur ex Hippol. de Mars. cons. 80. n. 38. dum ait, quod hoc verbum importat modum realem, personalem, directum, & indirectum, tamen hoc loco intelligendum esse putat authoritatiuè, atque ita Iudices sæculares se interponant in causis capitalibus Ecclesiasticorum, ac si ad ipsos pertineret de illis cognoscere; allegat Sayr. lib. 3. Thesaur. tom. 1. cap. 23. sub n. 2.

Non desunt tamen alij contrariam opinionem asserentes, nempè in excommunicationem incidere Iudicem sæcularem, qui secretò Ecclesiasticos processaret, etiamsi animum haberet præsentandi talem processum Summo Pontifici, vel alio Prælato, vt voluere Filliucius tom. 1. tract. 16. cap. 11. num. 312. & Sousa in Bulla Cœnæ, cap. 20. disput. 95. conclus. 2. n. 3.

5 Ego autem dicerem primam opinionem procedere, quando non esset aditus ad Prælatum, qui iuridicè se informare posset de facto criminali alicuius Ecclesiastici, & in eo continuare, & est periculum in mora, tunc poterit Iudex sæcularis informationem facere, vt Prælato præsentet, non verò in alijs casibus, in quibus viget secunda opinio, & ita videtur colligi, ex eodem Sousa loc. cit. num. 2.

PRAXIS CONDITIONES IN FVNDATIONE Iurispatronatus appositæ.

RESOLVT. CCCCLXII.

1 *Verba S. Conc. Trid. referuntur disponentia circa conditiones appositas in fundatione beneficiorum.*

Quid disponat S. C. T. circa conditiones appositas in fundatione beneficiorum.

1 SAcr. Concil. Trident. sess. 25. cap. 5. de reformat. ita censuit. *Ratio postulat, vt illis, quæ benè constituta sunt, contrarijs ordinationibus non detrahatur, quando igitur ex beneficiorum, quorumcumque erectione, seu fundatione, aut aliis constitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, seu certa illis onera sunt iniuncta, in beneficiorum collatione, seu in quacumque alia dispositione eis non derogetur, idem in præbendis Theologalibus, Magistratibus, Doctoralibus, aut Presbyteralibus, Diaconalibus, aut Subdiaconalibus, quandocunque ita constituta fuerint, obseruetur, vt eorum qualitatibus, vel ordinibus, nihil in vlla prouisione detrahatur, & aliter facta prouisio subreptitia censeatur.*

RESOLVT. CCCCLXIII.

1 *Episcopus, an possit dispensare super conditionibus appositis in Iurepatronatus.*
2 *Præsentatie facta non seruata voluntate testatoris est nulla.*
3 *Episcopus nec cum consensu patroni, potest alterare Testatoris impositionem.*
4 *Qualitates in fundatione appositæ Iurispatronatus seruandæ sunt.*
5 *Ordinarius quando possit commutare voluntatem Testatoris.*

An Episcopus possit dispensare contra conditiones appositas in fundatione.

COnstantinus Imperator in l. 1. C. de sacrosanctis Ecclesijs rectè scribit, nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam vt supremæ voluntatis, postquam, iam aliud velle non possunt liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium; quæ sententia est hodiè confirmata in cap. 5. sess. 25. de reformat. Concil. Trid.

1 Ex cuius verbis contra Episcopos, videtur dicendum, ne valeant dispensare in conditionibus appositis in fundatione. Nec pro Iudice Ecclesiastico, aliquid facit patronorum consensus, quia patronus solum habet ius nominandi, & præsentandi Cappellanum, non verò alterandi, & minuendi qualitates institutionis, &
2 fundationis, in tantum, quod præsentatio facta non seruata Testatoris voluntate est nulla, vt in cap. 3. de iure patron. & sic neque Ordinarius ex facultate propria, neque accedente consensu patroni poterit pias defunctorum voluntates, & qualitates mutare, quia omnis qualitas à Testatore requisita in suo Cappellano intelligitur adiecta per modum causæ finalis, vt eleganter, docet Bald. in l. eam, quam versiculo extra quæritur, C. de fideicomm. quam opinionem sequitur Alex. in l. si pater tuus, n. 2. C. de hæredib. instituendis, ergo cum causa finalis non possit mutari, non solum per patronum, & ordinarium, vt tradit additio ad c. Tolos. 26. Guid. Pap. dec. 516. & sequitur Guttier. cõs. 1. n. 19. vbi dicit, quod nec respectu causæ, nec personę, neq; loci potest Episcopus, etiam de consensu patroni alterare testatoris voluntatem, l. si quis ad declinandum, §. si autem in personam certam, C. de Episcopus, & Clericus, vbi Butrigarius, dicit ita fuisse iudicatum, idem resoluit pluribus citatis de Curte, de iure patronat. verbo pro eo, quod n. 32. & 33. vbi existimat Abbatem contrarium tenentem, malè locutum fuisse, quia illius opinio nullo iure fundatur, idem tenet Bertachinus in tract. de Episc. n. 72. vers. 31.

3 Et sic nec respectu qualitatis personæ, neque loci potest Episcopus, cum consensu patroni alterare Testatoris voluntatem, Bald. in l. 1. n. penult. C. de his, quę pœnæ nomine, vbi dicit, quod ita per Collegium Bononiense, fuit responsum, & cum qualitas, quod Sacerdos præsentetur, vtilis sit Ecclesiæ, non potest patronus in hac qualitate dispensare, nec Ordinarius ab illius voluntate dissentire, maximè quando est in damnum tertij nominati, & concurrit alter consanguineus Presbyter, in cuius præiudicium nullo iure admittenda est dispensatio, seu commutatio voluntatis, etiam de iure communi ante nouam legem, Concil. Trid. vt tradit Guttier. d. cons. 1. à n. 2. cum sequentib. & Dec. cons. 121. n. 3. Purpurat. cons. 167. num. si. in fin. vol. 1. Spin. in speculo testamentor. glos. 4. de patronis n. 69.

Hodie verò ex dicto cap. 5. sess. 25. de reform. Concil. Trid. est omnino sublata, hæc potestas Iudici ordinario, vt aduertit Costa in rubrica de iudicijs n. 219. fol. 51. Et tenet Azeued. in l. 5. tit. 6. nu. 2. lib. 1. recopil.

Quam sententiam tutatur Garzia de beneficijs 2. par. cap. 1. §. 1. num. 102. vbi mouet hanc quæstionem, M num. 107. & 111. ita censuit, & sequitur nostram decisionem Concilij Tridentini, & sic censuit Sacra Cõgregatio referens Rotæ decisiones satis singulares in proposita quæst. & sic resolutiuè tenendum est, quod siue Cappellania sit Sacerdotalis in actu, vel in habitu, vel requiratur, quod Cappellanus habeat certam ætatem, vel gradum, vel quod descendat, vel
4 non descendat ex certo genere, vel quid simile seruandæ sunt ad vnguem dictæ qualitates, & patronus, neque pro vna vice poterit consentire, vt alterentur, aut mutentur, neque Ordinarius habebit facultatem dispensandi, etiam si vergat in vtilitatem

Cappellaniæ, dum sit contra voluntatem Testatoris, quia per Concil. Trident. est sublata dicta potestas, ita ego in collectan. decisionum, collectanea 558. vbi dixi, quod sic fuit declaratum per Sacr. Congregation. & sic recurrendum est ad Pontificem Maximum, vt in Clem. quia contingit de religiosis domibus, vt resoluit Ceual. lib. 4. commun. quæst. fin. n. 57. cum sequentibus, quod est menti tenendum, quia sæpè de facto contingit.

Ex quibus omnibus non venit recipienda opinio, Laran. lib. 1. de anniuersarijs cap. 10. a nu. 29. cum sequentibus, vbi sequendo Guliel. Benedictum tenet contra alios, quos ipse citat nu. 31. posse Ordinarium facere commutationem voluntatis testatoris, quando commutatio est vtilis, & necessaria, quia illa potestas iam est denegata Ordinario ex Concil. Trid. c. 6. sess. 22. de reformat. nisi procedat in commutatione tanquam executor, & delegatus Sedis Apostolicæ, secus verò ex potestate ordinaria, & ante Conc. Trid. contrarium erat etiam dispositum in d. clementina, quia contingit de religiosis domibus, & sic merito illius opinionem etiam reprobat Garzia vbi supra d. cap. 1. n. 110. in fin. vbi dicit, quod loquitur contra dictam Clementinam, & plus Ego dico, quod loquitur contra expressam determinationem Concilij, quæ non potest adaptari ad potestatem Iudicis Ordinarij, cum loquatur in executore Sedis Apostolicæ, qui eius vicem, & non propriam gerit, vt dicit Cened. lib. 4. communium quæst. à n. 57. cum sequentibus.

RESOLVT. CCCCLXIV.

1 *Fundator Iurispatronatus, an possit quamcumque apponere conditionem in fundatione, & n. 2.*
3 *Iurispatronatus sine consensu Episcopi erigi non potest.*
4 *Episcopus tenetur assentire conditionibus iustis, quæ apponuntur per fundatorem Iurispatronatus.*

Conditiones in fundatione adiectæ si fuerint impossibiles, & contra Canones, an sint obseruandæ.

1 POtest fundator quascumque conditiones apponere, dummodo iuri communi non sint contrariæ, & à voluntate fundatoris non est recedendum, cap. religiosus de testam. in 6. vbi glos. in verbo non habeat, Couarr. & Lambert. quos probat Rodriq. tom. 2. regul. quæst. 12. art. 2. §. quantum ad tertium, & alii communiter.

Quod eatenus est verum, vt secundum dictos DD. locum habeat etiam si Iurispatronatus sit laicale, & possideatur a personis Ecclesiasticis.

2 Plus docuerunt Doctores ex dispositione sacrorum Canonum, vt possit patronus in limine fundationis apponere conditiones quascumque, etiam contra iuris communis dispositionem, dummodo non sit contra naturam iurispatronatus, nam accedente consensu Ordinarii, ac dispensatione, admittuntur conditiones prædictæ, text. est in cap. cum dilectus de consuet. vbi glos. in verb. constitutum, & ibi Ioan. And. Butr. Bald. Abb. & alij, quam sententiam post Card. Felyn. Calder. Rocch. de Curt. & alios probat Lambert. lib. 1. de iurepatron. qu. 9. n. 49. cum sequentibus, vbi sic pluries iudicatum refert.

3 Hinc est etiam, quod licet iurispatronatus, nec possideri, nec fundari possit sine consensu Episcopi, cap. 1. de regulis iuris in 6. cap. ordinarij de officio ordinarii in 6. Abb. Felyn. & alij, quos probat Lambertin. lib. 3. de iurepatr. par. 3. nu. 3. qui consensus satis est, si ante, vel postea interueniat, re tamen integra, vt notat Abbas post illum text. in c. suggestum de iurepatr. post alios Ioan. Dilect. de arte testan. cautel. 67. nu. 2. cum sequent. vt omittam alios; Nihilominus valida est conditio apposita in fundatione cum consensu Ordinarij, quod absq; Episcopi institutione Cappellanus in articulo mortis nominet successorem, vt ex pluribus in ciuitate Papiæ consuluerunt nonnulli, quorum consilia refert, & probat, & secundum illa decisum refert Lambert. d. lib. 1. qu. 9. art. 3. per totum, & sic refert iudicatū de Amatis in dec. Rotæ Marchiæ dec. 4.

4 Accedit quoniam tenetur Episcopus, vel alius Ordinarius assentiri prædictis conditionibus tanquam honestis, & iustis, licet sint contra ius commune, vt est text. notab. in c. nullus de iurepatr. vbi Abb. & omnes Canonist. communiter, quos etiam probat Lambert. d. quest. 9. n. 50. & 82. vt alios omittamus, omnes enim docent, hoc assumptum ad hoc, ne fideles remoueantur ab ædificandis Ecclesijs, & ab earum dotationibus, quod esset Ecclesiæ magis damnosum, quam assentiri prædictis conditionibus, ne Ordinarius se ingerat in præsentatione, & sic de alijs.

RESOLVT. CCCCLXV.

1 *Practica instituendi beneficia, & quæ in his possit Episcopus, num. 2. & 3.*

Facultas reiciendi, & admittendi conditiones, an pertineat ad Episcopum.

1 AFfirmat Abbas in cap. significatum nu. 5. de præbendis, vbi posuit practicam instituendi beneficij, secundum quam ait fundatorem posse ordinare, prout sibi videtur, & illum ordinem porrigere postmodum Episcopo, vel Papæ, indeque superiorem posse instituere beneficium, & apponere illa onera, vel modos, qui sibi legitimi videbuntur.

Ex cuius dictis habes plurimum deferri voluntati fundatorum in ipso fundationis limine circa leges ipsas constituendas.

2 Cæterum quatenus deflectant ab ordine iuris, vel illi aduersentur id totum pendere ab auctoritate Episcopi, Imol. in cap. casu dilectus sub num. 22. vers. aut Collegium, & ibi quoque Butr. nu. 10. & 11. & 14. de consuet. Rota decis. 530. sub num. 2. vers. etiam si Iuri communi par. 1. in recent.

Quæ propterea auctoritas dicitur causa efficiens legum huiusmodi, vt pulchrè deducit Lambertin. de iure patronat. lib. 1. par. 1. in 9. quæst. art. 2. n. 69.

3 Ad ipsum Episcopum enim pertinet examinare locum erectionis, dotis congruentiam, & futurum regimen, vt scribit Calderin. cons. vlt. in 1. col. vers. & ratio, quæ, & eodem tit. de iure patron. & in idem coincidunt rationes, de quibus per Rocch. de iurepatron. in verb. pro eo num. 7.

RESOLVT. CCCCLXVI.

1 *Episcopus, quas conditiones possit reijcere, vel approbare in fundatione iurispatronatus.*
2 *Impossibilium nulla est obligatio.*
3 *Conditiones, quæ dicuntur appositæ contra ius. Prohibitio perpetua, quomodo intelligitur.*

Quæ conditiones sunt admittendæ, vel reijciendæ.

1 MAxima difficultas stat in discernendo, quando sint tales leges, quas possit Episcopus, vel alius superior reijcere, vel etiam si Episcopus consentiat, eæ tamen non obligent, & sanè videtur in facto firmari posse eas tantum in hunc numerum recensendas, quæ vel natura impossibiles, vel turpes, vel contra substantiam beneficij, vel denique, quæ contra iuris prohibitionem fiunt, nam licet ius adeo deferat defunctorum voluntatibus, vt velit eas vim legis quodāmodo obtinere,

nere,§.disponat in authent.de nup. nihilominus institutionibus,quodque inutiliter eæ conditiones adijciũtur,quæ vel sunt secundum rerum naturam impossibiles, l. si quis, ita de condit. instit. seu quæ impossibilibus æquiparantur propter nimiam difficultatem, vt in l.cum hæres, §.vlt. de stat. liber.vel sunt contra bonos mores,l.conditiones,quæ eod.tit.de condit.instit. vel contra substantiam testamenti, l.institutio eodem tit.& vel deniq;contra perpetuam legum prohibitionem illas improbantium,l.conditiones, l.2.quæ in ordine est 14.cum l.seq.eod.tit. atque ita maturè discusso artic. hanc sententiam probauit in terminis huius quæstionis, Rota in vna Romana Iurispatronatus 31. Maij 1613.coram Eminentissimo Sacrato.

2 Cum enim impossibilium nulla sit obligatio omnes eæ leges impossibiles reputantur, siue impossibilitas sit secundum rerum naturam, §.impossibilis,instit. de inutil.stipul.vbi optima glos.in verb. cui natura, siue secundum mores, per quos videlicet lædatur pietas existimatio,vel alicuius verecundia,tales enim turpes sunt,& ideo inter impossibiles referuntur ex Papinian. sententia in l.filius eodem tit.de vendit. instit.

Nec ab huiusmodi qualitate recedunt, vel contra substantiam beneficij sunt,vel contra perpetuam iuris prohibitionem, qui enim contra substantiam beneficij leges meditatur vtique destruit, quod agit, cum illis positis subiectum corrumpatur, leg.cum præcario, ff.de præcar. suntque eæ, quas I.C. in d.l.conditiones, la seconda, vocat derisorias, quemadmodum etiam, qui adijcit leges à iure prohibitas,vt in d.l.filius, & in l.si stipuler.35. vers. item quod de verb. obligat.

Horumque omnium vna est ratio, quia scilicet eæ non intelliguntur esse in alicuius potestate, vt ait I. C. in eadem leg.filius,& latius explicat Carac. ad Papin. quæst.lib.16. in principio.

3 Verum videndum est, quando censeatur aliquid appositum contra prohibitionem iuris, & sanè Rota in prælegata Romana iurispatronatus videtur id referre ad indiuiduam prohibitionem, ne tale quidpiã apponatur,quod tamen videtur confundi ex text. in d.l. si stipuler quatenus prohibitionem refert ad nuptias, non tamen ad stipulationem, quod patet, nam licet lex prohibeat nuptias inter fratrem, & sororem nullibi tamen prohibet super huiusmodi nuptijs stipulationem interponi.

4 Ego salua semper tanti Auditorij reuerentia, dicerem illam intelligi prohibitionem perpetuam, quæ habet causam à iure perpetuo, & immutabili, itaut hæc perpetuitas opponatur possibilitati variationis ipsius iuris; quemadmodum in materia prohibitionis nuptiarum sumitur apud Syluestr. in verb. matrimonium,quæst.9. ad finem, Sanch. de matrimon. lib. 4.disp.4.n.8. ac ideò, quoad nuptias cum sorore adoptiua I.C.stipulationem quidem vitiari què pronunciat, sed non ratione perpetuæ prohibitionis; verum quia contra mores.

RESOLVT. CCCCLXVII.

1 *Episcopus si nolit assentiri conditionibus appositis in iurepatronatus,an possit adiri Archiepiscopus.*
2 *Decisio Gizzarelli 63. ad quæst. defertur.*
3 *Consensus alicuius si in aliquo actu requiretur si nolit consentire potest adiri superior.*

Si Episcopus nolit admittere conditiones,an possit adiri Archiepiscopus.

1 SI Episcopus denegat eis legibus sine causa legitima consentire, potest fundator recurrere ad superiorem, qui eum cogat ad consentiendum: vel si contumax sit ipse, superior consentiat. Felyn. in cap. cum venerabilis,sub num.33.vers.& si Episcopus, de exception.post doctrinam Innocent.in cap.in Lateranens. num.5.de præbend. & totam materiam hanc locupletissimè examinat Lambert.in suo tract.de Iure patronatus.

2 Et ad comprobationem confert decis. Gizzarell. 63.vbi si in contractu minorum, vel mulierum adhibendus est consanguineorum consensus, si nolint consentire,potest adiri superior,qui superior posset cogere ad consentiendum,ex Bart. communiter à Doctorib.omnibus,ibi recepto in l.si cum dotem, §.eo.autẽ tempore,ff.solut. matrim. & ex his, quæ dixit Bald.in leg.1.n.3.C.de nupt. quod si ex duobus, qui tenentur consentire,vnus est paratus consentire,alter verò dissentit: iudex coget istum consentire, arg.l.huiusmodi in fine,ff.de legat.primo,& si ille potius patiatur se excommunicari, quam consentire, Iudex supplebit eius vices,vt in d.leg.1.& l.viduæ, C.eodem de nupt. l.bonorum,C.qui admitt. l.si infanti, C.de iure deliber. & l.profectitia in princip.ff.de iure dot. & idem tenet in lege 1.num.68.ff.de qui admict.& in l.transactionem, C.de transact.& in l.in coniunctione n.5.& in l.viduę, n.4.C.de nupt.Salyc. in l.viduę,& in l.dudum, C. de contrahend.emption. latè Roman. in l. transactionẽ, Rauen.in suo Alphabeto aureo,in verbo statutum,pagina mihi 175.in parua impressione, vers. de statuto, quod mulier, & in eisdem terminis, Abb. in c. nullus, extra de iure patron.nu. 1. vbi est bonus text. ad hoc dicens, quod vbi si desideratur consensus vnius in fauorem alterius, si non vult consentire sine causa legi-
3 tima, potest ille habere recursum ad superiorem, & ipse dabit licentiam,vel consensum, vel compellet illum ad consentiendum: & infert ad stutum, quo prohibetur puellam contrahere matrimonium sine cõsensu duorum agnatorum, si enim agnati sine causa denegant præstare consensum, potest adiri superior,vt ipse det licentiam causa cognita,vel quod ipse compellat consanguineos ad consentiendum, & dicit sic ipsum aliàs consuluisse,& idem tenet in c. auaritiæ, n.extra de præben.in c. quod ad Dei timorem, extra de stat.Monac.& consensus in singulis suis in sing. 69. incip. statuto cauetur in verbo consensus.

RESOLVT. CCCCLXVIII.

1 *Consensus Episcopi an possit superuenire in conditionibus appositis in fundatione iurispatronatus.*
2 *Beneficium semel constitutum in libertate non potest amplius redigi in seruitutem.*
3 *Vnusquisque de rebus suis potest ad libitum disponere.*

In conditionibus admittendis, an requiratur expressus Episcopi consensus, & an possit superuenire.

1 NEc sufficeret consilium,aut ipsius consensus petitio,nam exigitur consensus expressus,vt per Lãbert.vbi sup.n.131. de quo, vbi constat omnia prædicta alia præsumi ab eo diligenter excussa etiam circa congruentiam dotis,Lambert.lib.1.p.1.q.5.art.11.& sequuta est Rota decis.521.n.1.p.2. quod intelligitur de consensu adhibito in ipso fundationis limine: nam post fundationem tales leges non possunt de consensu ipsius Episcopi apponi, aut quæ appositæ sunt alterari,vt pariter aduertit idem ibid. n.37. Glos. in c. cum dilectus,in verb.constitutum ad finem, & ibi Abb.nu. 5.Imol.n.22.de consuet.Rota dec.561.nu.2. p.2.vt in simili dicimus de promissione dotis, quæ non potest qualificari eius actu perfectu, & absoluto, l.ex morte, §.vlt.& ibi glos.in verbo obligationis,C.de pact.connent. quo simili vsus est pro hac sententia adstruenda, Ioan.Andr.in cap.generali nu. 6. & ibi etiam Gemin. sub num.12.vers. ad finem gl. de elect. in 6.

2 Hinc dicimus beneficium semel constitutum in libertatem, non posse redigi in seruitutem; sed potius è conuerso, si in seruitute sit forte, in libertatem quantũ ius patitur, reducendum: in idquè emittendum esse Bal. in cap. significauit num. 1. de testibus, cum aliis per Felyn. in tract. quando lit. apost. noceant patrono colum. 2. vers. corroborari, & præterea neque est ferẽdum, vt magis grauetur, quam fuerit grauatum in fũdatione, exemplo liberti, qui non impositis operib. est manumissus, quiquè ideò non potest compelli ad eas præstandum, etiam si aliquo tempore ex sua voluntate præstitisset, l. operis 31. ff. de oper. libert. quæ est ratione patronatus semel in persona vnius vnitus, rursus possit in plures discindi, Gemin. in c. hoc consultissimo, §. Laici, num. 3. de reb. Eccles. non alienand. in 6. probato autem consensu huiusmodi, inde resultat præsumptio, quod omnia alia de iure necessaria interuenerint, Rota decis. 521. n. 1. par. 1.

Ratio autem cur in statuendis hisce legibus tantum deferatur vo'untati fundatorum, constituta est super fauore Ecclesiæ, vt ij alliciantur, & non retrahantur à fundationibus, ideoque proculdubio illis pro arbitrio de rebus suis, licet disponere, l. in re mandata, C. mãd. vt considerat Anchar. cons. 129. sub n. 1. vers. præterea, quilibet, nec enim intelligitur Episcopus tunc quicquam contra ius moliri, cum id efficiat iuris permissu, inquit Butr. in eod. cap. cum dilectus nu. 42. etiam res ipsas Ecclesiasticas seruituti subijciendo, Gemin. in d. cap. hoc consuluisse, §. contractus sub n. 7. vers. sed quare, de reb. Eccles. non alienand. in 6.

RESOLVT. CCCCLXIX.

1 *Nemo potest in suis dispositionibus legem apponere à qua demum recedere non licet.*
2 *Quilibet rei suæ est moderator, & arbiter.*
3 *Voluntas hominis est ambulatoria, vsque ad mortem.*
4 *Conditiones appositæ in fundatione iurispatronatus an possint demum reuocari, absque consensu Episcopi, & numer. 5. & 6.*

Conditiones adiectæ in limine fundationis, an possint ex post facto reuocari cum consensu Episcopi.

DVbitandi ratio pro affirmatiua sententia oriebatur ex illa vulgata iuris conclusione, neminem
1 posse legem in suis dispositionibus apponere, à qua recedere non licet, l. conficiuntur, ff. de iure codicillorum, Bal. in cons. 22. vol. 2. Det. in cons. 13. num. 6. & in cons. 71. n. 17. vol. 2. Alex. in cons. 12. nu. 6. & sequent. volum. 1.

2 Item, quia quilibet est moderator, & arbiter rei suę l. in re mandata, C. mandati, l. fin. cum vulgaribus, ff. si quis à parente fuerit manumissus.

3 Item, quia ambulatoria est voluntas hominis, vsque ad mortem, l. 4. ff. de adimendis legatis, & reuocatio permittitur in iure, l. eum, qui ff. de probationibus, cum latè traditis per scribentes communiter in l. prima, C. de sacrosanctis Ecclesijs.

4 Cæterum supradictis minimè suffragantibus contrarium censui, & consulendo, & iudicando in varijs causis à Sede Apostolica mihi delegatis; motus iuribus, & rationibus.

Iuribus enim, nam ita voluit Rota in decis. 562. n. 2. par. 2. in recentioribus. Secundo, ita pariter censuit eadem Rota in decis. 1. verb. patronus, Verall. p. 2. & nouissimè plura ad hoc comprobans, Loter. in suo tract. de re beneficiaria quæst. 32. par. 1.

5 Cuius conclusionis duplex est ratio.

Prima quoniam correctio, & mutatio non permittitur, nisi in casibus à iure expressis, vt probat. tex. in l. iubemus, C. de sacros. Eccl. l. eum, qui ff. de probationibus, latè Ias. in authent. quas actiones, col. 7. Cod. de sacrosanctis Ecclesijs, Doronald. in cons. 22. num. 6. Alciat. cons. 61. num. 3. Roman. in consil. 317. num. 1. Federic. de Senis in consil. 227. & Verall. vbi supra num. 3.

6 Secunda, ratio est, quia legi prohibenti, non censetur derogatum per subsequentem dispositionem, nisi in quantum in secunda continetur expressum, Bar. cons. 71. n. 5. & ex his remanet absolutus articulus, & patet responsio ad contraria.

RESOLVT. CCCCLXX.

1 *Aetas, quæ exigitur in obtinendis beneficijs.*
2 *Conditio vt minor 14. annis possit admitti ad Beneficium, an sit reijcienda per Episcopum, & n. 3.*

Conditio, vt minor 14. annorum admittatur ad Beneficium iurispatronatus appositа in ipsius fundatione, an sit reijcienda per Episcopum.

RAtio dubitandi pro responsione negatiua vrgebat ex Concilio Tridentin. sess. 23. cap. 11. vbi ad
1 Beneficia obtinenda exigitur ætas 14. annorum, latè Garz. de beneficiis par. 4. cap. 1. num. 6. & sequent. Loter. lib. primo, de re beneficiar. cap. 17. num. 21. & sequent.

2 Cęterum contrariam sententiam amplectendam existimaui, prædictam scilicet conditionem in fundatione beneficij positam minimè reici posse per Episcopum, & proinde illam admittendam ex ijs, quæ plenè docuit, Nouarius forens. quæst. 71. lib. 1.

Cuius opinionis illa præsertim ratio tradi potest, ex eo, quod quamuis pueri Ecclesiastica beneficia conferri Canones prohibeant: tamen, quia ipsa prohibitio est variabilis, vti dependens à mero iure positiuo, cap. 2. & 3. de ætate, & qualitate ideo.

3 Et ex prædictis deducitur primo, tollerandam esse per Episcopum legem in fundatione appositа, per quam mandatur, vt pueri valeant institui ad beneficia iurispatronatus, vt fuit decisum in vna Granaten. Cappellaniæ 12. Ianuarij 1608. coram Marchemontio. Quod ampliatur procedere etiam si fundator voluisset beneficium esse Sacerdotale, Rota in decis. 4. de Marceraten. Resolut. 112. casu 53. & ad supradicta videnda est, decis. 15. par. 1. recentiorum, & latè Eman. Sá in suo Aphorism. verb. beneficium num. 6. Gonzal. in Reg. 8. Cancellar. glos. 5. nu. 91. Garzia de benefic. cap. 4. n. 9. par. 7.

4 Secundo, deducitur falsam esse sententiam Seluæ, qui in tractatu de beneficio, quæst. 14. num. 16. temerariè ausus fuerit scribere, Papę mandati institui puerum ad beneficium non esse obediendum ex Felyn. quem allegat in cap. si quando num. 4. de rescriptis.

Et tertiò deducitur claudicare dicta in decis. Cur. Archiepisc. 26. par. 3. apud nos, quæ non recepit Nouarius in Opusculo noui iur. Pontific. conclus. 2. de ætat. num. 6.

RESOLVT. CCCCLXXI.

1 *Episcopus nec quilibet beneficiatus potest sibi eligere successorem.*
2 *Resignatio habet vim præsentationis.*

Conditio in limine fundationis appositа, vt Rector beneficij nominet sibi successorem, an sit admittenda.

MEmini me alias scripsisse super intellectu præsentis difficultatis, verum, quia noua in posterum occurrunt proposita, super eo aliquid discurrere breuiter supposui, pro cuius introductione, dico, quod

quam-

1 quamuis Episcopus, neque quiuis alius beneficiarius possit sibi eligere successorem, cap. Episcopo, cum sequen. 8. quæst. 1. Tamen aduertendum est, quod cum hæc absoluta prohibitio minimè habeat causam perpetuam à iure naturæ, nihil est, quod si in fundatione dispositum reperiatur, vt beneficij Rector nominet, & designet sibi successorem, ad quem beneficium peruenire debeat, absque alia Ordinarij Episcopi institutione, huiusmodi dispositio, vtique seruanda est, prout coram me in quadam facti contingentia fuit resolutum ex ijs, quæ plenè concludit, Lambertin. in tract. de Iure patronat. quæst. 9. art. 3. præcisè, nu. 17. lib. 1. par. 1.

2 Certum est enim, quod præfata designatio, seù nominatio habet vim præsentationis, quatenus inductũ est, vt simpliciter fiat, & quatenus inductum fuerit, quod alia Ordinarij institutio minimè requiratur, nec censetur excluſa institutio, sed ipsa retinet vim institutionis tanquam facta à persona Ecclesiastica, quod quidem non videtur contra naturam beneficij, prout esset, si mandatum foret, vt absque institutione alicuius, posset obtineri, vt dixit Rota Romana decis. 530. num. 3. part. 1. in recentior. quare hæc opinio est seruanda in praxi, & ideo pluries iuxta eam consului.

RESOLVT. CCCCLXXII.

1 *Bona data in dotem, an ex pacto reuocari possint.*
2 *Ecclesia an ex fructibus alterius Ecclesiæ dotari possit.*
3 *Natura dotis est, vt sit perpetua.*

Conditio adiecta in limine fundationis, vt bona in dotem consignata, possint reuocari per patronos, eorumque hæredes, an sit admittenda.

Minimè admittendam esse verius iudicaui ex consil. Anchar. 197. & Monald. in cons. 23. vol. 1. & ex Farinac. in decis. Rotæ 566. par. 4. diuersorum quo-
1 rum ratio videtur eo, quod natura beneficij repugnat, cum Dos debet esse perpetua, vt voluerunt Mandos cons. 37. Alban. in cons. 31. num. 6. & sequent. per text. in cap. 1. de cappellis Monacorum, Marescott. lib. 2. variarum resolut. cap 2. & ita censuit Rota in vna Lucana Decanatus 23. Martij 1582. coram Aldobrandino, cuius tenor est.

Domini resoluerunt dictum Anchar. cons. 147. applicari in casu nostro, etiam respectu cedentium commendis, concludit enim in summa Anchar. non posse apponi pactum circa bona data in dotem Ecclesiæ, quo mediante talis datio, seu consignatio reuocari possit, quia hoc pacto status Ecclesiæ redigeretur ad nihilum, cap. si quis obierit 11. quæst. 3. notatur in c. 2. 10. qu. 1. & in cap. si quis Basilica de consecrat. dist. 1. quod conuenit casui nostro, si enim cedentes possent ad eorum Ecclesias reuerti, status Collegiatæ de nouo erectæ redigeretur ad nihilum, quia sine illis redditibus Decanatus, & Canonicatus consistere nequirent.

Non obstat, quod dictum Anchar. sit intelligendũ de constructione Ecclesiæ, ob cap. 1. de sen. seu cens. quod allegat, etiam quod alioquin si generaliter esset intelligendum, obstaret, cap. verum de cond. appos. quia explicitè Anchar. loquitur solum immutatione
2 status Ecclesiæ: in casu enim suo fuerat erecta Ecclesia in Monasterium, vt liquet num. 1. & num. 6. vt propriæ contingit in casu nostro, in quo mutatus fuit status Ecclesiæ, ex quo erecta fuit collegiata Ecclesia secularis, quod Collegium seculare prius non aderat. Non obstat dispositio, cap. verum, quia Ancharan. limitat dictum Capitulum verum, & ibi tradita, vt non procedat, quando pro dote aliquid Ecclesiæ datur.

Sicut non obstat, quod fructus Præposituræ Prioratus non fuerint assignati pro dote, quia lectura literarum erectionis, & Breuis, de quibus in dubio tollunt difficultatem, vt in literis dicitur, illisque pro eorum dote duo mille Ducati, necnon omnes, & singulos fructus, & prouentus dict. Prioratus. Et licet vnio Præposituræ facta fuerit mense Capitulari, fuit tamen facta pro dote, vt cõstat ex Breui, in quo dicitur ex illis pro eorum dote Præposituram Sancti Georgij perpetuò vniuissemus. Nec etiam mouit Dominos, quod non possit dici de hoc, ex quo fructus erant Ecclesiæ, & sic non poterant dici dotasse de suo, Rocc. de iure patronat. verb. & dotauit num. 26. cum alijs allegatis, quia non dicunt Doctor. quod ex fructibus Ecclesiæ non possit dotari alia Ecclesia, quia immo dicunt id fieri posse, & quod ius patronatus non acquiritur beneficiato, sed Ecclesiæ cuius erant fructus, & bona ex quibus dotata fuit Ecclesia, quod verum est: argumentum enim concludit solum, quod cedentibus non potuit, ex hac causa reseruari iuris patronatus, quod verum est, nec ipsis fuit reseruatum, sed Ioann. Paul. & Mat-
3 thæo, qui de suo dederunt illa bis mille, sed non concludit, quin illi fructus quantumuis Ecclesiæ non fuerint assignati pro dote Collegiatæ ex verbis etiam Ancharan. num. 6. in fin. tollitur alia responsio data, quod in casu Anchar. esset appositum post erectam Ecclesiam, quia ibi dicit, quod licet legatum esset factum post erectionem, tamen cum in exordio ipsius Ecclesiæ sit facta prouisio, legatum postea factum censetur declaratio promissionis non autem noua dispositio; Accedit etiam ratio non redigendi statum Ecclesiæ ad nihilum, cui liceat in vtroque casu, sicut non obstat, quod non redigatur ad nihilum, ex quo hæ Ecclesiæ reuertentur ad statum regulare, quia etiam in casu Anchar. de Ecclesia seculari fuerat erectum Monasterium, & tamen consideratur interitus illius status, quod semel, cum illa dote erectus fuit, vt in hoc casu, quo etiam ad dicta Paul. de Città de iurepatron. par. 3. cap. 2. n. 26. in fin. & n. 46. pariter in fine, seu potius illius rationem concluserunt non applicari, quia per hanc reuersionem fructus beneficiorum non traderentur ad vsus profanos.

PRAXIS PRÆSENTATIO
Ab beneficia iurispatronatus.

Iuxta Concil. Trident. sess. 14. cap. 13. de reformat.

RESOLVT. CCCCLXXIII.

1 *Concilij Tridentini verba referuntur.*

Quid disposuit Sacrum Concilium Tridentinum circa formam nouissimè præsentationis.

1 SAcrum Concilium Tridentinum, sess. 14. cap. 13. de Reformat. his vtitur verbis videlicet. *Non liceat præterea patrono cuiusuis priuilegij prætextu, aliquem ad beneficia sui iurispatronatus, nisi Episcopo loci ordinario, ad quem prouisio, seu institutio ipsius beneficij cessante priuilegio, iure pertineret quoquo modo præsentare aliàs præsentatio, ac institutio forsan secutæ, nullæ sint, & esse intelligantur.*

RESOLVT. CCCCLXXIV.

1 *Præsentatio fit superiori, & quid de nominatione.*
2 *Effectus præsentationis, & nominationis.*

Quod

Quod nam discrimen sit inter præsentare, & nominare.

1 REspondeo cum decis. Rot. apud Achill. de Grass. decis. 12. de iure patronatus, cuius tenor est. *Præsentatio intelligitur tantum, quando sit superiori, alioquin dicitur magis nominatio ad decis. Rot. 211. in nou. de quo per Rocc. de Cur. tract. iur. patr. in ver. honorificum 41. q. & tradit Franc. in cap. p. §. verum in 1. not. de iur. patronat. & Mil. in ver. patronus debet, quod tenuerunt Domini in vnâ Asculana parochiali S. Io. coram Domino Ant.* 2 *August. de Anno 1548. esse verum non solum ad effectū validitatis præsentationis, sed etiam ad hoc, vt noua prouisio declaretur subreptitia, in qua asserebatur præsentationem esse factam, & non constabat de præsentatione facta Ordinario.*

Illud tamen vltimum postea melius considerando, fuit reprobatum ex eo, quia Papa nihil aliud considerauit nisi consensum Patronorum, quem omnino iebat pati aliquem defectum, & iste non erat talis, qui retraxisset Principem. Quòd eò magis placuit, quia in noua prouisione, de qua agebatur, erant clausulæ multum prægnantes, quod scilicet posset impetrans exprimere qualitates, etiam infectiuas, & annullatiuas.

RESOLVT. CCCCLXXV.

1 *Præsentari omnes possunt, qui non sunt prohibiti.*
2 *Aetas legitima præsentati requiritur, & quæ sit.*
3 *Præsentationis tempore requiritur habilitas.*
4 *Præsentari potest pro vna vice, non habens omnia requisita in fundatione, & quomodo.*
5 *Præsentatorum inhabilitas, quæ sit remissiuè.*
6 *Requisita in conferendis beneficijs, quæ?*
7 *Consuetudo non admittendi ignobiles in Canonicos non valet.*

Præsentatio, vt fiat iuxta mentem Concilij, necesse est habilitas præsentati.

1 REgulariter ad Iuspatronatus præsentari possunt omnes, qui prohibiti non reperiuntur, vt toto titulo de iure patron. & 6. q. 7. per totam; dummodo 2 in ea ætate esse debeant, quam beneficij qualitas postulat, Vgolin. de potest. Episcopi, cap. 51. §. 2. in fine seruata Conc. Trid. dispositione circa ætatem ad be-3 neficia requisitam. Quæ inhabilitas, siue habilitas consideratur tempore præsentationis, Bald. consil. 127. vol. 1. Alex. cons. 21. vol. 2. Dec. cons. 270. & Monald. cons. 16. num. 3. & sequitur Nouarius in opusculo noui iur. Pontific. conclus. 1. de præsentat. vbi quod inhabilis, quis iudicandus est si talis reperiatur tempore præsentationis, nec prodest habilitas, si superueniat, Rot. decis. 69. par. 3. lib. 2. diuers. Seraphin. Rotæ Rom. dec. 1234. num. 4. Campan. in diuersorio iuris 4 canon. rub. 11. cap. 23. num. 461. Et patronus potest de consensu Ordinarij pro vna vice præsentare ad beneficium eum, qui non habet omnes qualitates in fundatione appositas, vt tenuit Rot. apud Seraphin. dec. 871. num. 4.

5 Et de inhabilitate præsentatorum legendus est Vianus de iure patronat. part. 2. lib. 6. cap. 10. vbi de obligatis ad rauocinia, de curialibus, de coniugatis, bigamis, criminosis, non habentibus ætatem legitimam, illiteratis, & pluribus alijs, quos videre poteris etiam apud Nouarium in opusculo noui iur. Pontific. concl. 2. de præsentat. à patron. faciend.

6 In conferendis beneficijs, nil aliud magis inquiri debet, quam ætatis maturitas, morum grauitas, & honestas, litterarum scientia, vita, virtus, & fama personæ, cap. cum in cunctis in princip. de elect. cap. innotuit, ibi inducere videbantur cod. tit. & non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debent Clerici, nec vrbium claritate, sed fidei puritate, cap. nos qui præsumus 40. dist. beneficia igitur, tam nobilibus, quam ignobilius sunt indistinctè conferenda, itaut non valeat consuetudo, quod 7 non admittantur ignobiles in Canonicos Cathedralium, cap. venerabilis, vbi Abbas nu. 4. de præbendis, quia non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem, cap. sicut excellentiam vers. non gradus 23. qu. 4.

RESOLVT. CCCCLXXVI.

1 *Ecclesia patronata, si sit in confinibus duarum Diœcesum, quo in loco facienda est præsentatio, & nu. 4. & 5.*
2 *Io. Mariæ Nouarij I. C. Lucani Allegatio adducitur.*
3 *Præsentatio facienda est coram locorum ordinarijs.*
6 *Cadauer occisi, vbi reperitur in confinio duarum Terrarum, ad quem spectet cognitio.*
7 *Ecclesia est illius Diœcesis, in qua porta existit.*

Præsentatio coram quo est facienda, quoties Ecclesia patronata reperitur in confinibus duarum Diœcesum.

PLacuit aliquando in facti contingentia respondere, dum essem consultus, quod vbi Ecclesia pa-1 tronata sita sit in confinibus duarum diœcesum, præsentatio poterat fieri coram vno Episcopo illarum diœcesum, ex dictis per Bal. in l. Iuris petitos, ff. de excusat. tutor. maximè quoties ita solitum esset, cumq; in huius articuli solutione in manus meas venisset 2 methodica allegatio eruditi Domini Io. Mariæ Nouarij I. C. Lucani, volui illam hic reponere, & est, vt sequitur.

Illustrissimæ, & Reuerendissimæ Domine, votum, quod aliàs voce dedi, nunc rogatus breuibus verbis illud confirmo, satis inquam notum mihi erat, præsentationem ad beneficia iuris patronatus coram loco-3 rum ordinarijs faciendam, iuxta tenorem Cap. Nobis de Iure patronatus, & Conc. Trident. sess. 14. cap. 13. de reformat. si Ecclesia patronata esset in confinibus duarum Diœcesum, in tali casu esse communem Episcopis talium locorum Ordinariis, prout ita in terminis nostris firmasse reminiscor, Lambert. in tract. de Iure patronat. lib. 2. part. 2. qu. 4. art. 6. & Belencin. in tract. de charitatiuo subsidio, qu. 52. qui scripserunt in huiusmodi casu præsentationem legitimè 4 fieri posse coram vno ex præfatarum Diœcesum Episcopis.

Quorum sanè sententia vera redditur, nam in simili, sic videmus in materia parochialium, Glos. in cap. licet 16. qu. 3.

Idemque cautum reperitur in materia arboris, in confinio positæ, vt apertè patet, ex §. insula institut. de rer. diuis.

Taliter, quod vbicunque Episcopi locorum ordinarij essent discordes, potlet vtique haberi recursus ad Archiepiscopum Metropolitanum, cuius partes erūt, vt alternis vicibus Ecclesiam Episcopi suffraganei ordinent iuxta ea, quæ notatur in Clem. plures, §. & vt facilius de iure patronatus.

Hæc omnia licet sint vera, non per hoc fuit ponere os in Cœlum, dum affirmaui in casu de quo agitur, & 5 meum exquirebatur votum, iuridicè præsentationem factam, & institutionem subsecutam apud Reuerendissimum Episcopum suum suffraganeum procedere, dum in eius Diœcesi caput Ecclesiæ, siue Cappellæ patronatæ situm videbatur, & in rei veritate existat, quo in casu ad illius Territorij iurisdictionem spectare dicendum est argum. text. in l. cum in diuersis, ff. de 6 religios. & sumpt. fun. videmus in quam, quod si in-

con-

confinio cadauer occisi reperiatur, cognitionem spectare ad eum, in cuius territorio reperitur caput occisi, Belius in pract. crim. c. 18. lib. 3. nu. 63. Zang. de except. n. 238. Berlich. decis. 62.

Imò cum in eiusdem Territorio, & solo Cappellæ ipsius porta sita sit, nescio quo pacto de nullitate præsentationis possit prætendi, non est enim nouum illius
7 Diœcesim Ecclesiam esse, in cuius solo sita est porta principalis ex notatis per Bar. in l. quid in prædijs, §. qui domum, ff. de leg. 3. Viuian. in tract. de Iure patronat. lib. 8. cap. 7. nu. 14. Barbos. de potest. Episc. alleg. 72. n. 150. par. 3.

Iuridicè igitur iuxta morem locutus sum, & ideo votum alias impartitum approbo, & sector, sicq; consulo. Ego Io. Maria Nouarius I. C. Lucanus.

RESOLVT. CCCCLXXVII.

1 *Præsentatio potest fieri coram Capitulo sede vacante, & ita in praxi.*
2 *Capitulum tenet locum Episcopi mortui.*
3 *Præsentationes factæ coram Capitulo debent executioni mandari, absque scrupulo.*

Præsentatio an validè fiat coram Capitulo Sede vacante.

1 SIcuti præsentatio, licitè fit coram Episcopo, loci Ordinario, ita illo mortuo, benè fieri potest corã Capitulo Sede Vacante, vt probat Io. Andr. in cap. no. bis de iure patronat. per text. in cap. 1. de institut. in 6. sequitur Viuian. in suo nouo tract. de Iur. patron. lib. 8. c. 8. n. 4. p. 2. Nouarius in suo Pontificio nouo concl. 1. n. 4. de præsentation. & ita scio practicatum fuisse pluries in Curia Archiepiscopali Neapolitana, & nouissimè, dum ego ipse Vicariatus officio fungerer, & sic quotidiana viget Praxis in aliis Curiis Ecclesiasticis.

Cuius quidem opinionis. Ratio est euidens, eo quia
2 actus, qui debebant fieri coram Episcopo, illo mortuo terminari, & perfici validè possunt coram Capitulo, Sede vacante, tanquam in eiusdem Episcopi locum subrogato, & subfecto: millies enim fuit dictum in
3 singulis, quasi vt plurimum Capitulum, Sede vacante, succedere Episcopo, cum & eiusdem vices gerat, Nouarius forens. quæst. 103. tom. 1.

Vndè præsentationes factæ mortuo Episcopo, coram Capitulo, Sede vacante, licitè possunt mandari executioni, & consequenter institutio potest subsequi, absque aliquo scrupulo, prout in dies sic videmus seruari.

RESOLVT. CCCCLXXVIII.

1 *Præsentatio potest fieri coram Vicario Episcopi, vel Capitulari.*
2 *Episcopi appellatione venit Vicarius.*

Præsentatio in beneficio Iurispatronatus, an possit fieri coram Vicario Episcopi, vel Capitulari.

1 CErtum est præsentationem debere fieri coram habente ius instituendi, vnde quando ad Episcopum spectat institutio, vel ad Capitulum Sede vacante, ipso mortuo, tunc præsentatio validè fieri potest in eiusdem Curia, & sic coram eius Vicario, vt notauit Barbos. in cap. cum Laici n. 2. de iure patron. & Campanil. in diuers. iuris canonici, Rubr. cap. 13. num. 395. cum seq. vbi fatetur iuxta hanc opinionem se in facti continentia obtinuisse, & ita practicatur in Curia Archiepiscopali Neapolis.
2 Cuius conclusionis. Ratio est, quia regulariter Episcopi, vbi fit mentio non excluditur eius Vicarius, nisi in specie dicatur, Gratian. decis. Rot. March. 98. & Vicarius venit sub appellatione Episcopi loci ordinarij, Paris. de resignat. benefic. quæst. 11. n. 22. lib. 3. Nouarius in Opusculo noui iuris Pontificij, conclus. 1. nu. 2. sub tit. de causis primæ instantiæ coram locorum ordinarijs tractandis.

RESOLVT. CCCCLXXIX.

1 *Præsentatio facta coram superintendente est valida.*
2 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
3 *Superintendens est caput Curiæ.*

Præsentatio an sit valida, si fiat coram superintendente relicto in Diœcesi ab Episcopo.

TEmpore quo Episcopus Caluens. fuit relictus superintendens in Archiepiscopatu insignis Eccle-
1 siæ Neapolis per Dominum Cardinalem Aquauiuam felicis memoriæ, dum coram eo fuisset facta præsentatio ad quoddam ius patronatus, insurrexit dubitatio, si valide ipsa præsentatio fieri potuisset, stante, quod Concilium Tridentinum loquitur illam faciendam esse coram Episcopo.

Et fuit in curia Archiepiscopali dictæ Ciuitatis cõmuni voto conclusum, præsentationem validam fuisse, tum quia ipsemet habebat amplam potestatem agendi omnia, & singula, quæ ad iustitiam tendebant, quo in casu expeditio præsentationis non poterat retardari, tum etiam, quia ipsemet erat suffectus in locum Domini Cardinalis Archiepiscopi, & subrogatus
2 sapit naturam eiusdem in cuius locum subrogatur, l. eum, qui ita §. iniuriarum, ff. si quis caution.

Vltra quòd si est verum præsentationem posse fieri in curia illius Episcopi, qui habet instituere, vt in superiori resolutione dictum est, tanto magis poterat fieri
3 coram superintendente, qui erat caput curiæ, dum ibidem Vicariæ, & omnibus alijs præerat, & singuli ab eius mandatis pendebant.

RESOLVT. CCCCLXXX.

1 *Potestas ordinis, & Iurisdictionis, quæ sit in Episcopo.*
2 *Episcopalis ordinis ad potestatem quænam propriè pertineant.*
3 *Ecclesias consecrare, & calices benedicere potest simplici Sacerdoti à Papa committi.*
4 *Sacramenta ex potestate ordinis conferenda ministrari debent ab habente potestatem requisitam.*
5 *Pontifex non potest prohibere Episcopo ne ordines validè conferat.*
6 *Iurisdictionis potestas alia pertinet ad dignitatem Episcopalem, alia ad simplicem iurisdictionem.*
7 *Episcopus consecratus cognoscit de his, quæ spectant ad dignitatem.*
8 *Episcopus electus cognoscit de his, quæ spectant ad simplicem iurisdictionem, & etiam de indulgentiis.*
9 *Promotus apud Sedem Apostolicam litteras à dicta Sede consecrationis obtineat aliàs non potest administrare.*

Præsentatio an possit fieri coram Episcopo non consecrato.

PRo responsione huius dubij sciendum est, in Episcopis aliam esse potestatem ordinis, aliam Iuris-
1 dictionis, ordinis ea est potestas, vt sciat, & possit omnia Sacramenta conferre, chrisma conferre, prædicationis munus exercere, alios ordinare ad Eucharistiã sumendam præparare, & Sacerdotes creare. Finis

vero

vero vnus est illis, cum Sacerdotibus communis, qui est Sanctissimæ Eucharistiæ consecratio, & offerre Domino verum sacrificiũ, quo in vniuersũ Presbyteri pares sunt, quandoquidem eorum auctoritas a Deo ipsa pendet: Episcopalis tamen ordinis potestas ad hunc Eucharistiæ consecrandæ, & offerendæ finem, nõ ita proximè ordinatur ad Sacerdotium, sed remotius, quatenus hoc perficit, & potestatem consecrandi per Sacerdotum institutionem confert, vnde ad potestatem Episcopalis ordinis tria propriè, & insolidum pertinere, scilicet ordinare, consecrare, & confirmare, tradit Glos. verbo de talibus, in cap. transmissam de electione, & refertur in Pontif. Roman. in rub. de consecration. Episcopi: verum cõsecrare Ecclesias, & Calices, quamuis annexum sit ordini Episcopali, cum tamen sit Sacramentale potest Papa Sacerdoti committi, Henriq. in Summa, cap. 5. §. 6. in com. lit. K. Sacramenta vero, quæ ex sola potestate ordinis cõferuntur, non possunt ministrari ab alio, qui ordinem ad illa requisita non habeat, nec Summus Pontif. potest Episcopo prohibere, ne ordines valide conferat, quia circa ordinis potestatem, quam habebat Episcopus, vel Papa ordinans, habens se, vt instrumentum liberum, sed ab alio motam, nempè à Christo, & ea potestas pendet à Papa cõsecrante, quam quidem ordinis potestatem immediatè à Deo Episcopi accipiũt, nam respectu illius omnes Apostolos pares fecit, ac in hoc illos æqualiter ordinauit, itaut nullatenus, quæ ordinis Episcopalis esse dixi, possint inferiori Prælato, qui Episcopus non sit, nec consuetudine, aliove Iure speciali competere, Abb. in cap. accedentibus de excess. Prælat. post num. 2. vbi addit Alex. de Neuo Clarioribus, id explicat verbis, & accurrit text. in cap. quanto de consuetudine, & in c. aqua de consecratione Ecclesia, vel Altaris.

Iurisdictionis autem potestas ad mysticum fideliũ corpus spectat, quibus toto orbe terrarum diffusis, oportuit pro locorum amplitudine, Regnorum frequentia, illis assignari Antistites, ac Præfectos, quorum alij maiorem, alij minorem iurisdictionis potestatem ad leges condendas haberent, prout necessitas, aut vtilitas postulare videbatur. Potestas hæc iurisdictionis diuidi solet in illam, quæ pertinet ad Dignitatem Episcopalem, cuius meminit text. in d. cap. accedentibus, scilicet cognoscere de causis matrimonialibus, publicis iniungere pœnitentias, atque indulgentias concedere, & in illam, quæ dicitur simplicis iurisdictionis, nempe iudicare, excommunicare, corrigere, iuramenta recipere à Vassallis, confirmare, inuestire, beneficia conferre, instituere, & similia inter vnam, & alteram iurisdictionis diuisionem.

Alia est differentia, quòd de illis, quæ pertinent ad Dignitatem Episcopalem, solus ipse Episcopus consecratus cognoscit, exceptis indulgentijs, quas electus Episcopus ante consecrationem concedere potest, vt dixit D. Thomas in 4. sententiarum distinct. 25. art. 2. & dist. 20. quæst. 1. art. 4. vers. ad secundam quæstionẽ, sequuntur Sotus ibi distinct. 21. quæst. 1. vt 4. vers. hinc fin. Augustt. de Ancon. de potestate Ecclesiæ, quæst. 29. Sylvest. verbo indulgentiæ, num. 13. Vgolin. de potest. Episcopi, cap. 41. in princ. n. 1. de illis vero, quæ ad simplicem iurisdictionem spectant, cognoscit electus, & confirmatus, licet nondum sit in Episcopum consecratus, Rebuff. de pacific. possess. num. 243. quia exercitium iurisdictionis actu acquiritur per confirmationem, Cost. in Pragm. Sanct. tit. de collation. verbo maiorationes pag. 186. & ideo poterit subditos de iure communi excommunicare. Nauar. in man. cap. 27. n. 5. & beneficia conferre, Cost. tit. de collation. verbo iurisdictio pag. 181. Rebuff. d. tit. de pacific. possess. nu. 251. Gonzal. ad reg. 8. C ncell. §. 4. primi n. 27. vbi vero apud Sedem Apostolicam promouetur, literas dictæ Sedis promotionem, consecrationemque continẽtes habere debet alioquin ad suam Ecclesiam accedere, vel bonorum Ecclesiasticorum administrationem accipere, aut iurisdictionem aliquam exercere non potest; à nemine, absque huiusmodi litterarum ostensione recipi, obedientia ve ei præstari, atque audiri debet, Vgolin. de potestate Episcopi cap. 2. §. 1.

Ex quibus satis potest colligi decisio præfati articuli, quod præsentatio possit fieri coram Episcopo, etsi non consecrato.

PRAXIS PROMOTIO
Ad primam Clericalem tonsuram, vel ad Minores Ordines in Regno Neapolitano.

Iuxta dispositionem Sacr. Congregat. de mandato fel. mem. Gregor. XV. editæ.

RESOLVT. CCCCLXXXI.

1 *Modus habendus per Episcopos in collatione ordinum minorum.*
2 *Praxis in Regno circa ordines minores conferendos.*

In promouendis ad primam tonsuram, vel ad Ordines Minores, quid obseruari debeat per Ordinarios.

AD elucidationem huius quæsiti, placuit hic reponere Decretum Sac. Congregat. editum pro tali effectu, quod est tenoris sequentis, videlicet.

1 *Sac. Congreg. Cardin. negotijs Iurisdictionalibus Regni Neap. Præpositorum, iustis, grauibusq; addutta causis de S. D. N. Greg. XV. speciali ordine viuæ vocis oraculo desuper habito, expressè præcipit, & mandat omnibus, & singulis eiusdem Regni Archiepiscopis, & Episcopis, & alijs inferioribus legitimam facultatem habentibus, vt antequam ad primam tonsuram, siue ad minores Ordines aliquem promoueant, Parocho, seu alteri, cui magis videbitur, committant, diligenter inquirat, & literas testimoniales ipsam inquisitionem factam continentes ad ipsum committentem, quam primum transmittat, ad hoc, vt tã ex his, quam ex alijs ex Sac. Conc. Trid. præscripto in cap. 7. sect. 23. de reformat. adhibendis diligentijs sibi constet promouendos illos esse qualitatibus præditos, quæ per sacros canones, idemq; Concilium requiruntur; Quod, & obseruent in literis dimissorijs concedendis, in quibus exprimetur præfatas diligentias præcessisse. Dictæ autem literæ dimissoriæ vni tantum, & certo Ordinario ad electionem concedendis in posterum dirigantur, & pluribus directæ sint nullæ, prædictaq; vult inuiolabiliter obseruari, donec aliud fuerit ordinatum; si quis vero contra formam præsentis Decreti fuerit ad primam tonsuram, siue ad minores ordines promotus, ab executione collati, & à susceptione superioris ordinis, perpetuo suspensus sit, & vlterius condignis penis puniatur; ordinans verò, vel dimissorias concedens vltra diuinam vltionem, quam incurret, a collatione ordinum per annũ suspensus sit eo ipso; Præterea ipsdem Ordinarijs enixè iniungit, vt Decreta per sacros Canones, sacrumq; Conc. Trid. & Apostolicas constitutiones, quo ad delationem Clericalis habitus, & tonsuræ seruitutumq; Ecclesiæ præstandum, ita curent per huiusmodi Clericos obseruari, & in eos, qui contra fecerint statutis per ea pœnis animaduertere, vt ipsi nequeant de damnabili, circa hæc negligentia redargui. Romæ 10. Kal. Iun. 1623. Octau. Cardin. Bandinus. Laur. Campagius Secretarius.*

2 Quare attenta hac decretatione, omnes, & singuli Illustrissimi locorum Ordinarij solent, & in effectu semper vtuntur hac forma, de qua in supradicto Decreto, & ita in dies practicatur in toto Regno isto Neapolitano.

R E-

RESOLVT. CCCCLXXXII.

1 *Regulares promouendi an comprehendantur sub decreto edito per Sacr. Congreg. circa collationem ordinum minor.*
2 *Verba Decreti Sacræ Congregationis.*

Regulares an comprehendantur sub Decreto de promouendis ad Tonsuram, & Minores ordines.

1 PRo resolutione huius articuli nimis laborare non debemus, quia extat declaratio Congregationis sequentis tenoris videlicet.

2 *Anno verò 1626. cum quæsitum esset. An præfato decreto comprehendantur Fratres Ordinum Minorum Sancti Francisci Capuccini nuncupati in dicto Regno Neapolitano pro tempore de familia commorantes.*

Sacra Congreg. Cardinalium negotijs Regularium præposita censuit decretum, vt supra editum ad Capuccinos, aliosvè regulares non pertinere. Romæ die 27. Iulii 1626.
Laur. Card. S. Sist. Prosper Fagnanus Secret.

Quare dum casus accidisset in Anno 1627. & ego essem consultus à quodam Illustrissimo Prælato, in hanc deueni sententiam, & ita hodie indistinctè obseruatur in omnibus Curijs Ecclesiasticis.

Pro qua declaratione facit, nam quando in aliqua dispositione non fit mentio de regularibus ipsi comprehensi non videntur maximè in odiosis, & minus fauorabilibus, in quibus stricta fit interpretatio, & de vno ad aliud non fit extensio, ex dictis per Nouarium de elect. for. quæst. 52. art. 27. sect. 2. in vlt. impress.

RESOLVT. CCCCLXXXIII.

1 *Milites Hierosolymitani an comprehendantur sub Decreto S. Congreg. de promouendis ad primam tonsuram, & minores ordines.*
2 *Statutum loquens de religiosis locum habet, etiam in militibus S. Ioannis.*
3 *Nouarius doctè loquitur.*
4 *Vouens Religionem satisfacit efficitur Milites S. Ioannis.*
5 *Milites S. Ioannis profitentur tria vota Religionis nimirum castitatis, & paupertatis, & num. 6. & 7.*

Milites Hierosolymitani, vbi volunt ordinibus Minoribus insigniri, an comprehendantur in Decreto de promouendis ad primam tonsuram, & Minores Ordines.

1 STante declaratione Sacræ Congregationis Eminentissimorum, per quam fuit decisum Regulares non comprehendi sub decreto de promouendis ad primam tonsuram, vel minores ordines in Regno Neapolis, vtique concludendum est, quod vbicunque Milites Hierosolymitani tales ordines suscipere vellent, non essent obseruanda disposita in præfato decreto.

2 Quia cum illud exceptuet regulares, ipsos milites quoque excepisse videtur, statutum enim loquens de religiosis, & regularibus etiam in stricta significatione extenditur ad huiusmodi Milites, Faber. decis. 27. Cod. de Episcop. & Cleric. Rip. obseruat. 185. quia Religio hęc Hierosolymit. dicitur vera religio, & gaudet priuilegijs veræ religionis. Nald. in Summ. in verbo matrimonium num. 43. Auditor Nouarius elegan-
3 ter, & doctè, vt solet in sua Praxi, & vtili tract. de elect. & variat. fori qu. 69. num. 3. sect. 2. in vltima impress. Neapol. folio mihi 180. vbi num. 5. rationabiliter firmat, quod emittens votum ingrediendi religionem satisfaceret, si habitum Diui Ioannis assumat ex pluribus, quos allegat inter quos sunt Aragon. 2. 2. q. 88. art. 11. Azor. instit. moral. tom. 1. lib. 13. c. 4. quæst. 4. Fernandez in exam. Theolog. moral. p. 3. cap. 9. sect. 11. §. 18. num. 20.

5 Facit pro corroboratione, quia tales Milites, siuè Equites Hierosolymitani profitentur tria illa vota substantialia religionis, scilicet castitatem, paupertatem, & obedientiam, quæ professio probat eos verè religiosos ad textum in Clem. 1. vbi glos. in verb. obedientia de religios. Dom. Rimin. Iun. cons. 57. num. 28. lib. 5. Mohedan. decis. 10. de caus. possess. & propriet.

3 Vltra quod præfati Milites semper profitentur vna ex Religionibus à Papa approbatis, prout S. Benedicti, S. Augustini, & similium, & ideò regulares appellari possunt, Menoch. consil. 54. num. 17. lib. 1. Ferrar. super consuetud. Burdegalens. in titul. de feud. §. 10. colum. 1.

7 Et tandem adaptari possunt per plura, quæ hoc eodem tomo cumulauimus in titulo de religiosor. Ordin. militar. vbi varia sunt scripta, quæ ad corroborationem supra hic dictorum satis iuuant ibidem videnda.

PRAXIS APPELLATIO.
Ex Concil. Trid. sess. 13. cap. 1.

RESOLVT. CCCCLXXXIV.

1 *Verba S. C. Trident. referuntur.*
2 *Appellatio est permissa ab omni sententia, licet secus hodie virtute Concil. Trid. num. 3.*

Appellatio de Iure S. C. T. à qua sententia hodie detur.

1 VErba Sac. Concil. Trid. sess. 13. cap. 1. sunt quæ sequuntur.

Cum igitur rei criminum plerumque ad euitandas pœnas, & Episcoporum subterfugienda iudicia, quærelas, & grauamina simulent, & appellationis diffugio iudicis processum impediant, nè remedio ad innocentię præsidium instituto ad iniquitatis defensionem abutantur, atque v. huiusmodi eorum calliditati, & tergiuersationi occurratur, ita statuit, & decreuit in causis visitationis, & correctionis, siue inhabilitationis, necnon criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus Vicario Generali ante definitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocunq; grauamine non appelletur, neque Episcopus, seù Vicarius appellationi huiusmodi tanquam friuole deferre teneatur, sed ea quacumque inhibitione ab appellationis Iudice emanata, necnon omni stylo, & consuetudine, etiam immemorabili contraria non obstante ad ulteriora, ualeat procedere, nisi grauamen huiusmodi per definitiuam sententiam reparari, uel ab ipsa diffinitiua appellari non possit, quibus casibus Sacrorum, & antiquorum Canonum statuta illibata persistant.

2 Ex quibus verbis reijcitur Doctorum antiquorum opinio dari appellationem, appellatio enim est permissa regulariter ab omni sententia, l. 1. ff. de appell. Papien. in pract. in forma appellat. à sentẽtia diffinit. in glos. coram vobis num. 9. vers. quæritur, Alexandr. cons. 113. viso themate, vers. hoc promissio, Soc. cons. 195. circa primum, & cons. 39. Marian. in suo spec. p. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoq; appellatur, Osaeus dec. 61. actor iurament. vers. in contrarium, Tiraquel. tract. le morte saisat leuif. vers. nec illud, & Vestr. in Praxi lib. 2. c. 3. n. 1.

Et sic hodie, vt videt ex mente Concilij, non admit-
3 titur appellatio ab omni sententia interlocutoria, sed ab ea solum, quæ habet vim definitiuæ, nisi à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, & cuius grauamen per appellationem à definitiua reparari nequeat, & pro iudice facit, quia de iure Canonico ab interlocu-

toria

toria admittitur appellatio, vt docet Angelus in leg. quoniam iudices, C. eodem titulo.

Et ratio est, quia si admitteretur appellatio non possit iudex vlterius de causa cognoscere, cap. cum appellationibus, de appellationibus lib. 6. & sic priuaretur sua iurisdictione, qua vti potest, non obstante appellatione ab interlocutoria, vt in cap. Romana, §. si vero, & §. non solum de appellationibus, quia donec datur inhibitio à Iudice, ad quem, nunquam est suspensa iurisdictio Iudicis, à quo, & si ipse ab omni interlocutoria admitteret appellationem, esset priuatus, & quasi spoliatus sua iurisdictione, & potestate, & sic ad obuiandum huic damno, consequens est dicere non facere vim, non admittendo appellationem maximè post nouam legem Sacri Concilij Trid.

RESOLVT. CCCCLXXXV.

1 *Appellatur de Iure Canonico à quocunque grauamine.*
2 *Causa grauaminis in appellatione, an inferi debeat.*
3 *Decretum interloquutorium, quando habet vim diffinitiui.*

Quænam dicantur sententiæ interlocutoriæ habere vim diffinitiuæ ad admittendum appellationes iuxta Concilium.

1 GEneraliter, vt supra diximus de iure Canonico à quocumque grauamine datur appellatio, Abb. in cap. venerabilis de iudic. num. 7. & in cap. vt debitus de appellat. num. 3. & in cap. qualiter, & quando de iudic. num. 3. in quibus grauaminibus non habentibus vim diffinitiuæ causæ grauaminum, debent no-
2 minatim inferi, Clemen. appellanti de appellat. interlocutoria vero inferens grauamen irreparabile vimq; diffinitiuæ habens in libello huiusmodi appellatorio,
3 non tenetur appellans causas grauaminum inferere, vt interlocutoria per quam Iudex restituit aliquem ad appellandum dicitur habere vim diffinitiuè notat Bellam. conclus. 335. n. 1.
4 Item quando Iudex pronunciauit neutri parti litigantium esse deferendum iuramentum litis decisiuũ, & ipsarum pars petierit, quod aduersarius, aut iuret, aut referat, iuxta l. manifestæ turpitudinis, ff. de iure iuran. ita singulariter notat Bald. in cap. iuramentum de iureiuran. num. 3.
5 Similiter quando iudex sententiam tulit, & reum in expensis minimè condemnauit, Rota decis. 1. n. 1. vt lite non contestata in nouis.
6 Pariter à secundo decreto Iudicis, Bart. in l. si finita, §. si forte, ff. de damn. infect. n. 1.
7 Adhuc ab obseruatione Iudicij, l. Titia, ff. de occupat. Bartol. ibi num. 2. 3. 4. 5. & 6.
8 Item quando Iudex admittit Procuratorem ad causam, qui verè Procurator non est, & è contra, Bald. in l. 2. C. de Episcopali audientia num. 14.
9 Similiter quando quis vult probare exceptionem contra testem ex aduerso examinandum, & Iudex recusat, text. in cap. ex parte de iureiuran.
10 Præterea à denegatione quartæ dilationis petitæ, cum solemnitate legali causa vlla legitima, non refragante, quare concedi non debeat, cap. significauerunt de iureiurand.
11 Et quando Iudex mandat examinari testes, & aduersarius ignorat examen esse faciendum, seu saltem locum, in quo testes examinari debent, Federic. de Senis cons. 71. num. 1.
12 Tamen à Pronuncia competentiæ, cap. significationibus de officio, & potest. Iudic. de leg. Bartol. in l. 2. ff. de appellat. recipien. n. 13. & Abb. latè in cap. ex parte Decani de rescript. n. 6.
13 Quando à Pronuncia in competentiæ, Abb. in d. c. significantibus de officio delegat. n. 3. & cap. peruenit 2. de appellat. nu. 9. & Bald. ibidem n. 2. item Bald. in cap. cum cessante de appellat. num. 12. Felyn. in cap. qualiter, & quando de accusat. num. 9. Bartol. in l. 2. ff. de appellat. nu. 13. & Bald. in l. 2. C. de Episcopali audientia num. 13.

Dummodo à Pronuncia appellationem fuisse desertam, Bald. in l. 2. C. de Episcopali audientia n. 20.
14 Ita à Pronuncia non ritè fuisse appellari.
15 Etiam quãdo à Pronuncia non potuisset appellari.
16 Nam à Pronuncia appellationi non esse deferendum, vt notat And. Barb. in addit. ad Bald. in l. 2. C. de his quibus, vt indign.
17 Quandoq; eodem loco notatur, vt quando fit præceptum contra confitentem in iudicio non pendente iudicio fit interlocutoria habens vim diffinitiuæ.
18 Item à Pronuncia iudicis mandantis procedendum esse ad vlteriora super libello oscuro, Bart. in l. 2. ff. de appell. recip. n. 16. & Bald. in allegat. l. 2. C. de Episcopali audientia num. 12.

Præterquam ab arbitrio fideiussores approbando, qui verè non sunt idonei, l. arbitro, ff. qui satisdar. cogant.
19 Et quando à Pronuncia Iudicis, quod procedendum sit super libello inepto, Bald. in alleg. l. 2. Cod. de Episcopali audient. n. 2.

Cum à falsa interpretatione sententiæ, l. ab executore, ff. de appellat. & relat.
20 Item à denegatione copiæ Actorum, l. 2. C. vt lite pendent. Nouarius in Opusculo noui iuris Pontificijs, concl. 1. de appellat. n. 12. vbi alios allegat.
21 Pariter Bannitus ab interlocutoria Banni, Bald. in allegat. l. 1. C. de Episcop. audient. n. 9.
22 Item à sententia lata à Iussu Prætoris, vt pecuniam soluat minori sine tutore, l. ita Prætor, §. præmittitur, ff. de minoribus.
23 Quandoque à breuiori termino à Iudice affignato, Abbas in cap. speciali, §. porro n. 2. de appell. in fine, terminus enim debet esse competens iuxta facti, & loci qualitatem, Nouarius in tract. de elect. & variat. fori q. 17. sect. 1. in vltima impress. Neapol.
24 Quoniam quando iudex mandat non esse respondendum libello, tanquam inepto, Abb. in cap. peruenit 2. de appellat. num. 8. & in c. ad dissoluendum de sponsi. impub. n. 2.
25 Quia ab interlocutoria iudicis de habenda quæstione in quacunque causa, l. ante sententiam, ff. de appellat. recipien. & Bald. in allegat. 2. C. de Episcopali audientia, n. 4.
26 Pariter à præcepto iudicis de soluendo, l. creditor, §. iussus, ff. de appellat. Bart. in l. quod iussit, ff. de re iudicat. n. 4. Ioan. And. in cap. peruenit 2. de appell. n. 6. Henriq. Boich. in cap. literis de officio, & potestate iudic. deleg. n. 8. & 9.
27 Præterquam interlocutoria iudicis super exceptionibus, etiam declaratorijs, vel peremptoris iudicium nullum reddentibus, cap. final. de appellat. in 6. gl. 2. in Clem. fin. eod. tit.
28 Pariter super recusatione iudicis, & sic fore, vel ne suspectum, ita Archidiacon. in c. iudex officio Iudicis delegat. in sexto.
29 Similiter, & ab interlocutoria, qua pronunciatur esse probatum, vel non, vt per glos. in Clem. fin. de appellat.

Tantummodo ab interlocutoria super reuocatione attentatorum, seu innouatorum, glos. magna circa finem in cap. non solum de appell. in 6.

Etiam si interlocutoria, quo reuocatnr inhibitio facta Iudici, à quo per Iudicem, ad quem Federic. de Senis cons. 84. secundum primam impressionem, quæ incipit factum sic se habet.
30 Est etiam, quando Iudex pronuntiat probationes admit-

admittendas esse, vel non, text. in cap. significantibus de noui oper. nunc. & ibi Innoc.

31 Iterum quando iudex pronunciat super alimentis non principaliter, quia esset definitiua, sed incidenter, Angel. in leg. si quis à liberis, §. si parens, ff. de libert. agnoscend. Franc. in cap. cum cessante de appellat. num. 55.

32 Et item, quando Iudex pronunciat causam esse committendam, vel non, prout notat Bald. in l. 1. C. si quacunque præd. pot. Franc. in allegato cap. cum cessante num. 58. de appellat.

33 Pariter, quando Iudex pronunciat aliquem esse admittendum ad causam tanquam curatorem, procuratorem, vel è contra, cap. ex parte de appellat. il 2. latè videndus Nouarius in opusculo noui iuris Pontificij, conclus. 1. n. 5. & seq. de appellat.

Insuper taxatio expensarum super attentatis, & super salario aduocati habent vim diffinitiui, Rota, decis. 5. de dolo.

34 Præterea sententia de exequendo aliam sententiam, est interlocutoria habens vim diffinitiui, Capic. dec. 1. n. 21. Rom. cons. 41. n. 11.

35 Et tandem datio intolutum à iudice facta habet vim diffinitiuæ, Rimin. iun. cons. 3. n. 7. & 32. vol. 1.

Et consequenter præceptum de residendo habet vim diffinitiuæ, Abb. in cap. peruenit 2. de appellat. num. 7.

RESOLVT. CCCCLXXXVI.

1 *Ex quibus causis pronuntietur appellationem esse desertam.*
2 *Res iudicata, dicitur quando non remanet recursus appellationis.*
3 *Recursus per vim violentiæ cessat, vbi causa est executiua.*

Sententia super desertione, an habeat vim diffinitiuæ ad effectum admittendi appellationem ex vi Concilij.

1 POst litem finitam, vel quia sententia fuit transacta in authoritatem rei iudicatæ, vel quia ab ea non fuit prouocatum, vel quia appellatio fuit deserta, vel tres sententiæ conformes fuerunt pronunciatæ, solet Iudex interloquendo pronunciare appellationem fuisse desertam, & sententiam transactam in authoritatem rei iudicatæ, vt lege Hispanica cauetur in l. 2. tit. 21. lib. 4. recopilat. ibi Passada en cosa iurgada, &
2 tunc dicitur sententia translata in rem iudicatam, quoties nullus recursus appellationis remanet, vt tradit Couarr. practicarum cap. 15. num. 2. in principio, & cap. 33. n. 2. Cassador. tit. de rescriptis decis. 8. nu. 3. à qua pronunciatione esse locum appellationi, tenet Philippus Franch. in cap. ex ratione de appellat. Maranta tit. de appellat. nu. 191. Lanfranc. in c. quoniam
3 num. 14. de appellationibus. Et ratio est, quia illa interlocutoria, est quædam sententia, quæ habet vim diffinitiuæ cum totam causam definiat, & ponat finem liti, & sic videtur dicendum Iudicem aggrauare non admittendo appellationem, cum in his casibus, in quibus admittitur appellatio esset vis.

Sed pro contraria parte facit text. in l. final. §. illud, C. de tempor. & repar. appellat. quo cauetur appellatione deserta, sententiam ad effectum perduci debere, perinde, ac si à principio appellatum non fuisset.

Secundo, pro hac sententia facit text. in cap. personas, & cap. cum sit Romana de appellationibus, quorum prior ait appellatione deserta compellendum esse appellantem sine contradictione aliqua iudicatis stare; Alter verò text. ait, qui contra fatalia tempora appellationem non fuerit prosecutus, nec amplius super eodem negotio audiatur appellans, & sic appellationem submouere videntur illa iura, & per consequens non aggrauat Iudex, qui non obstante appellatione exequitur suam interlocutoriam; & istam opinionem tenet nouissimè Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. in 1. p. §. 22. nu. 11. in fine, vbi dicit, quod ita practicatur ex l. 1. tit. 27. lib. 4. recopil. idem sentit Didac. Perez. in l. 3. tit. 16. lib. 3. Facchineus lib. 1. cap. 29. Osascus decis. 28.

In qua opinionum varietate proferam meam sententiam, quæ talis est, quod sententia transiuit in rem iudicatam, vel quia pronunciatæ fuerunt tres conformes, à quibus non licet prouocare tertio, vel quia intra terminum à iure præfixum non se præsentauit appellans, & declaratum est, quod appellatio remanet deserta: in primis duobus casibus, quando vel non fuit appellatum à sententia, vel quia lis iam fuit finita per sententias tres conformes libenter admitterem opinionem Parladorij, & aliorum; si vero sententia transiuit in rem iudicatam propter desertionem appellationis, profecto ab hac declaratione iudicis admittenda est appellatio, & aliter Iudex aggrauat exequendo appellatione remota, & in hoc casu admitterem, & practicarem primam opinionem, vt tenet nouissimè Scaccia de appellationibus quæst. 11. art. 5. n. 148. vbi sic distinguit, ad quod moueor tenendum ex traditis per Guttier. lib. 1. practicarum, quæst. 102. n. 4. Afflict. decis. 79. & 175.

RESOLVT. CCCCLXXXVII.

1 *Appellatio non datur regulariter ab interlocutoria.*
2 *Sententia Iudicis declarans se esse competentem, an habeat vim diffinitiuæ.*
3 *Appellatio conceditur ab interlocutoria, vbi in diffinitiua grauamen reparari non potest.*

An sententia Iudicis declarantis se competentem habeat vim diffinitiuę ad admittendum appellationem.

1 SÆpè diximus ab interlocutoria non dari appellationem, l. ante sententiam, C. quorum appell. non recip. ita Aret. cons. 20. num. 5. Surdus, qui plures refert cons. 252. nu. 25. lib. 2. & sic videtur dicendum iudicem non aggrauare, licet procedat ad vlteriora causæ, non obstante exceptione incompetentiæ, vel licet se declaret Iudicem competentem.

2 Sed his non obstantibus contraria opinio est verior, & tenenda, & practicanda in vtroque foro; Quā expressè tenet Bald. in auth. habita nu. 38. C. ne filius pro patre, Natta cons. 172. n. 1. Beccius n. 31. Menoch. de adipiscenda possess. remed. 4. nu. 822. Misingerius obseruatione 35. centuria 3. Et ratio est, quia hoc grauamen non potest reparari per definitiuam, vt etiam dicimus de legitimatione personarum, vt docet Hondede. cons. 27. n. 20. & 21. lib. 1. Roland. cons. 33. nu. 3. lib. 4. quia licet sit sententia interlocutoria, admitten-
3 da est appellatio, quando grauamen est irreparabile, vel cum difficultate reparatur l. 1. §. quæ sicum de appellat. Gratian. lib. 1. disp. forens. cap. 26. per totam, vbi declarat nostram quæstionem ex qua sequitur Iudicem non aggrauare admittendo appellationem.

RESOLVT. CCCCLXXXVIII.

1 *Appellare an liceat à decreto mandante exequi sententiam, & n. 4. 5. 6. & 7.*
2 *Appellari non potest ab executione.*
3 *Prohibito uno, censentur omnia prohibita per quæ deuenitur ad illud.*

Man-

Mandatum de exequendo, an habeat vim diffinitiui, vt possit ab eo appellari virtute S. C. Trid.

1 DVbitatissimi iuris est, vtrum ab ea sententia appellare liceat, qua pronunciatur sententiam exequendam esse, vt colliges ex traditis per DD. in l. ab executione, C. quorum appellationes non recipiantur, & in l. ab executore, ff. de appellat. & plura tradit Gabriel. tit. de appellat. concl. 4. Diaz. reg. 42. Menoc. de adipisc. possess. remed. 4. num. 828. Azeued. in l. 4. tit. 21. num. 4. lib. 4. recop. & pro Iudice, qui exequitur non obstante appellatione facit regula text. in dictis
2 legibus ab executione, & ab executore, vbi ab executione appellari non potest; Ergo similiter, neque à pronunciatione de exequendo, quia pronunciatio de exequendo, nihil aliud est effectu, quam executio verbalis; Ergo quemadmodum non potest appellari à reali executione, similiter neque à verbali, & per consequens Iudex non aggrauat procedendo ad vlteriora maximè, quia pronunciatio Iudicis de exequendo nihil aliud est, quam præambulum ipsius executionis, & sic lex, quæ prohibet appellationem ab executione, prout hodie cauetur in leg. 64. videtur etiam prohibere appellationem ab huiusmodi pronunciatione de exequendo, quia lex non debet esse imposita ver-
3 bis, sed rebus, vt in l. 2. C. de communia de legatis, rursus facit pro hac sententia, quia prohibito vno, censentur omnia prohibita, per quod deuenitur ad illud, leg. oratio de sponsalibus, l. ad rem mobilem, l. ad legatum, ff. de procuratoribus; Ergo videtur prohibita appellatio à pronunciatione de exequendo, per quã deuenitur ad ipsam executionem; quia præceptum de soluendo non est sententia, sed executionis præparatio, vt docet Bartolus in leg. 1. Cod. de confessis, Bertachinus de gabellis 8. par. membr. 4. num. 4. & sic non admittitur appellatio, vt tradit Speculator, tit. de appellatione, §. in quibusdam colum. 1. Paulus de Castro in lege si debitori, ff. de Iudicis, Canarius de executione instrumenti, qu. 46. & 47. Couar. p. p. cap. 23. num. 9. & istam opinionem sequitur Parlador. lib. 2. rerum quotidianarum cap. fin. 1. par. §. 4. num. 20. vbi illud limitat, quoad effectum deuolutiuum, quia quoad illum effectum admittenda est appellatio.

4 Sed pro reo, qui interposuit appellationem à mandato de exequendo, faciunt sequentia; Primo, quia generaliter loquendo, appellatio est permissa ab omni sententia, l. & in maioribus, C. de appellat. Ergo similiter habebit locum à pronunciatione de exequendo, quia semper regulæ standum, gl. in l. omnis definitio, ff. de regulis iuris, & istam opinionem tenent Doctores, quos refert Anton. Gabriel. vbi sup.

5 In qua difficultate Fachineus lib. 1. controuersiarum iuris cap. 24. litera F. distinguit, quod aut loquimur de iudice mero executore, qui solum habet executionem, & non cognitionem, vel de iudice executore mixto, qui habet causæ cognitionem, vt insuper quæstionum de officio delegat. tunc in primo casu procedat prima opinio, in hoc secundo secunda maximè de iure Canonico, quo iure inspecto, appellare licet ab omni sententia interlocutoria, quæ con-
6 tinet grauamen: Ego vero ita rem definiendam existimo, quia aut Iudex ordinarius, siue executor merus, vel mistus pronunciauit sententiam de exequendo, cum causæ cognitione citata parte, vt sæpè contingit quando dubitatur, an decernendum sit mandatum de exequendo, vel sine aliqua cognitione, quia viso instrumento publico decernitur mandatum; In primo casu existimo, quod sit admittenda appellatio ad vtrumque effectum, & quod iudex non aggrauat
7 exequendo appellatione remota: In secunda vero quando simpliciter, & sine causæ cognitione executiuè procedat, tunc non sit admittenda appellatio, quod ad effectum suspensiuum, ad quod mouetur ex fundamentis supra traditis, & ex ratione text. in leg. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de officio pro consul. omnia quæcunque causæ cognitionem desiderant per libellum expediri non possunt, text. singularis in leg. fin. cap. communicat epistol. ibi. Quod magno cõflictu sententia decerni solet id paucis literis temere de scriptis definiri fas non est, & sic cum dictum mandatum de exequendo præcesserit magnus conflictus, idest causa cognita non debet postea paucis literis breui, & summario executiuo iudicio finiri, & sic appellatio admittenda est, & secundum hanc distinctionem potest terminari articulus per viam violentiæ cum casus de facto contingat, & ita pro hac opinione fuit iudicatum in Regno Aragonum, vt tradit Sesse decis. 148. num. 22.

RESOLVT. CCCCLXXXIX.

1 *Appellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo.*
2 *Sequestratio est odiosa.*
3 *Decretum de sequestrando, an habeat vim diffinitiui, n. 4.*
5 *Tertius appellans, an impediat sententiæ exequutionem.*

Decretum de sequestrando, an habeat vim diffinitiui ad admittendum appellationem.

1 APpellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo, & ea pendente nihil innouandum est l. appellatione, C. de appellationibus, l. 1. ff. nihil innouari appellatione pend. cap. non solum de appell. lib. 6. c. post appellat. §. ante appellat. 2. q. 6. l. 26. in fine tit. 23. p. 3. & sic Iudex grauati, qui sequestrat fructus beneficij appellatione pendente maximè, quia sequestratio est
2 odiosa, & prohibitoria l. 1. C. de prohib. pec. sequestrat. Clem. 1. de sequestrat. possess. & fruct. secundum verum intellectum, & in proprijs terminis huius quæstionis hanc opinionem tenet Cardin. in Clem. q. 22. in fine vers. si verò proceditur id negot. per l. fin. ff. nihil innouari appell. interpos. vbi expressè resoluit, quod non potest fieri sequestrum contra possessorem beneficij appellat. pendent. vt in Clem. 1. de sequestr. possess. & fruct.

3 Sed contraria opinio est verior, & tenenda in terminis dict. Clem. 1. videlicet post latam sententiam contra possessorem, quia tunc valebit actus sequestrationis factæ per ordinarium appellatione pendente. Nec in hoc casu Iudex dicitur attentare, & per consequens non grauat, ita Cassador. decis. 5. n. 2. vers. sed maior pars, de sequestr. possess. & fruct. Afflict. dec. 152. n. 6. Lancellot. de attent. appell. pendent. limit. 12. num. 2. Mandos. regul. 29. de subrogandis litig. quæst. 13. in princ. Stephan. Gratian. discep. Forens. 2. par. ca. 32. vbi declarat materiam.

4 Amplia etiam si tertius pro suo interesse compareat appellando, vt fuit decisum in Rota decis. 11. alias 294. in antiquis tit. de sent. & re iudic. & dec. 4. de sequestr. possess. & fructus, alias 340. in nouis, Vestr. in sua Praxi lib. 7. cap. 2. num. 5. Vantius de nullit. num. 21. ad medium, vt dicit veriorem opinionem, Gratian. vbi sup. num. 6 cum nullum damnum tertius patiatur; secus si aliquo modo recipiat damnum, vt tradit Curtius cons. 142. & vide Couarr. p. 1. cap. 23. num. 8. Afflict. decis. 169.

5 Nec obstat, quod tertius appellans impediat executionem sententiæ, quod est maius, quam fructuum sequestratio, vt in leg. cum super de re iudic. & tradit Honded. consil. 25. num. 1. lib. 2. & sic multo fortius debet impediri sequestrum propter appellationem, quia illud procedit, quando agitur de magno præiudicio, quod posset fieri tertio appellanti, secus in nostro casu, in quo habenti vnam sententiam pro se,

non

non dabitur possessio, nec aliqua fructuum perceptio, nisi finalem victoriam obtinuerit, & sic maius præiudicium fieret tertio per executionem, per quem sequestrum.

6 Si vero sententia fuerit data in Curia Romana, vt in terminis dict. Clem. tunc appellatio non impediet sequestrum, quod non fit authoritate, & mandato Iudicis, sed legis ita disponentis, vt in l. fin. C. quibus appellare non licet, quia lex non dicitur grauare, vt tradit Bald. in cap. ad nostram de appellat. & an sit exprimenda causa in appellatione à sequestro sunt duæ opiniones contrariæ, quas refert Gratian. sup. num. 24. & tutior est opinio, vt causæ exprimantur, cum sit interlocutorium decretum sequestri, vt tradit Cassad. dict. decis. 4.

RESOLVT. CCCCXC.

1 *Sententia condemnatoria expensarum, an habeat vim diffinitiuæ, & n. 2. & 3.*
4 *Rigor commissionis non extenditur ad duo specialia.*
5 *Appellare an liceat à taxatione expensarum.*

Sententia condemnatoria expensarum, an habeat vim diffinitiuæ ad admittendum appellat.

1 SEntentia diffinitiua, licet possit exequi appellatione remota, quando definit peremptorie totam causam, tamen si condemnatio expensarum taxetur post appellationem, etiam si Iudex reseruauerit in se eius taxationem si sententia exequatur, quoad expensas dicitur Iudex attentare, & vim facere, & per consequens omnia sunt reuocanda, ita resoluit Rota decis. 46. de re iudic. in antiquis, & tenet Butr. in cap. pastoralis num. 4. de appell. vbi Decius vers. postremò, quod maximè procedit, si inhibitio præcesserit taxationem, vt tradit Mandosius de inhibitio quæst. 106. in fine, & ratio nostræ principalis quæstionis est, quia in dicta taxatione expensarum potest reus grauari excedendo modum taxationis, & sic datur appellatio ex hac causa, quæ non potest esse decisa per sententiam diffinitiuam, vt docet Bald. in l. sancimus ad finem, vt C. de iudicijs, Asin. in Praxi cap. 21. §. 32. n. 2.

2 & ideo licet causa principalis non suspendatur per appellationem, suspenditur sententia taxationis, vt declarat Dec. in dicto cap. pastoralis, §. verum, ad finem, num. 4. si verò taxatio fiat incontinenti, & ante appellationem, tunc Iudex non dicitur aliquid de nouo facere, vt tradit Lancell. de attent. appell. pendente limit. 11. n. 11. & ita declarat decis. Tholosana 460. & Lapus allegat. 82. n. 8. Felyn. consil. 13. vbi alios refert pro contraria opinione, quæ verior mihi videtur, quia parum interest, quod taxatio fiat incontinenti, & ante appellationem, si continet taxatio grauamen, & sic tempus ad appellandum datur, vt in cap. non solum de appell. lib. 6.

3 In qua varietate opinionum distinguendum esse censeo, quia aut loquimur de Iudice commissionis, aut de Iudice ordinario: in primo casu procedat prima opinio, quia licet Iudex cõmissionis procedat, cum clausula appellatione remota intelligitur respectu causæ principalis, vt dicimus in quæst. fin. num. 10. quia licet

4 causa principalis, de quibus nihil fuit dictum, & per consequens rigor cõmissionis non extenditur ad duo specialia circa causam principalem, & circa expensarum condemnationem ne quis duplici onere grauetur, vt explicat Gratianus discept. forens. 2. p. ca. 348. ex n. 7. in secundo vero casu, quando sententia definitiua exequitur post tres sententias conformes de iure canonico, vt in Clem. 1. de re iudicat. vt tradit Couarr. practicarum, capit. 25. num. 9. Gabriel. lib. comun. tit. de statutis, concl. 3. num. 9. tunc non admittitur appellatio à taxatione, & executione expensarum, quia dependet à causa principali propter reseruationem in dicta sententia factam, vt tradit Rota decis. 46. titul. de sentent. & re iudic. in antiquis, Mandos. de inhibitionibus, quæst. 106. Lancellot. de attentat. titul. de appell. pend. limit. 11. num. 3. & ita obseruatur, & practicatur in omnibus tribunalibus Ecclesiasticis, & secularibus, & secundum istam distinctionem terminabitur articulus violentiæ, cum causa de facto contingat.

PRAXIS COGNOSCENDI CAVSAS Episcoporum.

Iuxta dispositionem S. C. T. sess. 24. cap. 5.

RESOLVT. CCCCXCI.

Quid disponat circa cognitionem causarum Episcoporum.

1 IN sess. 24. cap. 1. habentur hæc verba, *Causæ criminales grauiores contra Episcopos, etiam hæresis, quod absit, quæ depositione dignæ sunt ab ipso tantum Summo Romano Pontifici cognoscantur, & terminentur, quod si huiusmodi sit causa, quæ necessario extra Romanam Curiam sit committenda, nemini prorsus ea committatur, nisi Metropolitanis, aut Episcopis à Beatissimo Papa eligendis. Hæc verò commissio, & specialis sit, & manu ipsius Sanctissimi Pontificis signata, nec vnquam pius his tribuat, quam vt solum factis institutionem sumant, processumque conficiant, quem statim ad Romanum Pontificem transmittant: reseruata eidem Sanctissimo sententia diffinitiua; cætera aliàs sub felic. record. Iulio III. super his Decreta, necnon & constitutio sub Innocent. III. in Concilio generali, quæ incipit: Qualiter, & quando, quam Sancta Synodus in præsenti innouat, ab omnibus obseruentur.* Concordat Conc. Sard. cap. 3. cap. ad abolendam, cap. excommunicatus, §. damnati verò, de hæretic. cap. quo iure dist. contra Episcopos.

RESOLVT. CCCCXCII.

1 *Archiepiscopus an possit formare processum contra Episcopum.*
2 *Prohibitus iudicare in vna causa, an censeatur prohibitus assistere.*
3 *Concilium Prouinciale, an possit formare processum contra Episcopum ad finem transmittendi ad Summ. Pontif.*

Archiepiscopus, seu Prouinciale Concilium an possit formare processum contra Episcopum vt illum transmittat Roman. Pontif.

ADeò secundum tradita per Concil. Tridentin. causæ Episcoporum tractandæ sunt coram Ro-
1 mano Pontifice, vt nec Prouinciale Concilium, aut Archiepiscopus possit formare processum ad finem illum transmittendi Romano Pontifici, etenim absolutissimum est causas criminales Episcoporum grauiores, etiam hæresis, quæ depositione dignæ sunt à Papa solum cognosci debere; & si fortè necessario, tales causæ extra Romanam Curiam essent committendæ requiritur specialis commissio manu Sanctissimi signata facienda Episcopis, vel Metropolitanis, qui solam facti constitutionem sumere debent, & processum ad eundem Sanctissimum statim transmittere, cui sententia diffinitiua reseruatur, ita mandat Sacrosanct. Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. cap. 5.

2 Et prohibitus iudicare in aliqua causa, censetur pariter prohibitus assistere, & formare processus, vt per Annam in alleg. 42. tom. 1. Gaspar. Thesaur. q. 51. p. 1 & ita declarauit Sacra Cardin. Congreg. cuius tenor est, *Sacra Cardin. Congregatio censuit, quod Concilium Prouinciale non posset formare hunc processum contra Episcopum, ad effectum transmittendi illum ad Sanctissimum, quia vult hoc, &c. vt non solum definitio, sed etiam cognitio sit tantum Sanctissimi, sic Congregatio censuit die 3. Octobris* 1585.

RESOLVT. CCCCXCIII.

1 *Causæ criminales Episcoporum non possunt tractari, nisi coram Summo Pontifice, & quid in causis minoribus, num. 2.*
3 *Decisio Sacr. Congregationis refertur.*

Minores causæ criminales Episcoporum an possint definiri per Concilium Prouinciale.

1 LIcet, vt dixi supra causas criminales grauiores Episcoporum, nonnisi coram Summo Pontifice tractandas esse.

2 Tamen supradicta conclusio minimè procedit in causis minoribus, vt probatur ex verbis eiusdem Cõcilij, ibi *Minores criminales causæ Episcoporum*, in Concilio tantum Prouinciali cognoscantur, & terminentur, vel à deputandis per Concilium Prouinciale, quia modica, & minima non sunt habenda in consideratione, & de minimis causis non est tantum curandum, vt plena manu iuxta morem comprobat Nouar. for. q. 37. n. 9. & seq. tom. 1. & ita censuit Sac. Congreg. per
3 hæc verba. *In Concilio Prouinciali possunt tractari, & definiri causæ criminales minores, non existentibus duodecim Episcopis à Concilio requisitis, quia constat Concilia Prouincialia ex minori numero Episcoporum consistere, neque obstat, quod in cognoscendis causis Episcoporum requirantur duodecim Episcopi, quia illud procedit in causis maioribus, & ita censuit Congregatio*, vt dicit Nouarius conclus. 1. n. 5. de foro compet. in suo Pontific. Nec est necesse, quod debeant esse Episcopi, qui deputandi sunt per Concil. Prouinc. quia facultas est generalis, & ita censuit Sacra Congregatio.

Item possunt deputati prædicti cognoscere, & determinare causas Concil. Prouinc. dissoluto, si causæ erant cœptæ, ab istis deputatis ante dissolutionem dicti Concilij, quia in simili non expirat iurisdictio delegati; quando vero causa non erat cœpta dicti deputati, tunc non possunt amplius illas terminare, vt eadem Congregatio censuit.

RESOLVT. CCCCXCIV.

1 *Citari quilibet potest.*
2 *Episcopus quando potest citari ad comparendum in Romana Curia, & num. 4.*
3 *Causæ criminales Episc. tractantur coram S. Pontif. n. 6*

Citari quando possit Episcopus ad personaliter comparendum in Romana Curia.

1 CItari quilibet regulariter vrgente causa legitima potest, iuxta notata per gl. celebrem in Clemẽt. pastoralis de sententia, & re iudic. Bal. in cons. 29. vol. 1. Alex. in cons. 16. n. 17. & seq. vol. 2. Dec. in consil. 33. n. 6. Monald. in cons. 71. n. 6. vol. 1.

2 Verum conclusionem supradictam minimè in Episcopis procedere disponitur per S. Conc. Trid. sess. 13. c. 6. vbi sanctè, & iustè mandatur Episcopos minimè citandos ad personaliter comparendum, nisi ob causam, ob quam veniret deponendus, siue priuandus.

3 Ampliatur etiam procedere, siue per viam inquisitionis, siue per iudicis officium procedatur, vt volunt Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. quæst. 59. Salzed. in add. ad Diaz. in prax. crimin. cap. 112. Gratian. lib. 1. quæst. forens. cap. 169. n. 15. Quos omnes eruditissimè refert more suo, Nouarius in suo opere noui iur. Pontificij conclus. 9. aliàs 1. de foro competenti.

Ratio autem prohibitionis credo, quod deduci potest propter eminentiam Episcopalis dignitatis, vt probatur in c. primo, & c. quia Pontificali de offic. delegati, & in Conc. Trident. sess. 25. cap. 6. de reform.

4 Ampliatur secundo in atrocissimis delictis, nam ad Romanam Curiam citari non possunt, nisi in primis accedat specialis commissio Papæ, vt sanciuit bonæ memoriæ Pius IV. in constitut. incip. de salute gregis Anno eius Primo, prout refert Cocher. de iurisdict. ordin. in exemptos par. 1. quæst. 41. præcipuè si resideant, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 41. n. 5.

5 Nam omnes criminales causæ grauiores Episcoporum Summo Pontifici reseruantur, qui si extra Curiam deleget, requiritur specialis commissio manu ipsius signata, & vt adsint ad sententiam duodecim Episcopi, cum Metropolitano reseruata, eidem Sanctissimo sententia diffinitiua, Conc. Trid. sess. 24. de reform. cap. 5. Flamin. de resignat. lib. 10. quæst. 10. n. 40. Henriq. in summ. lib. 13. cap. 55. §. 2. de iure vero antiquo si contingeret criminaliter agi contra Episcopum, & crimen postularet depositionem ab ordine, & dignitate Episcopali, examinanda erat causa ab omnibus Episcopis totius Prouinciæ, vna cum Metropolitano, vel vt minimum ad duodecim Episcopos vltra Metropolitanum, vt notat Glos. in suum. verb. quod autem 3. quæst. 8. per text. in cap. si quis
6 Episcopus criminaliter 6. quæst. 4. iure postea recentiori dicti Episcopi cognoscere poterant, vsq; ad sententiam tantummodo; sententia autem, & definitio reseruabatur Papæ, vt in cap. accusatus, vt in c. quamuis, & in cap. multum stupeo 3. quæst. 6. Aluar. Guerrero in speculo iuris Pontificij, c. 29. quia semper ad solum Papam pertinet Episcopos deponere, vt asserit Innoc. III. in cap. quod translationem 4. & ibi glos. verbo reseruata de officio legati, & gl. verbo pertinere in c. sicut 8. de excessibus Prælat. cap. inter corporalia de translat. Episcop.

RESOLVT. CCCCXCV.

1 *Causæ Episcoporum à Romano Pontifice terminantur.*
2 *Sedes Apostolica dicitur caput omnium Ecclesiarum.*
3 *Episcoporum priuatio ad solum Papam spectat.*
4 *Causæ criminales Episcoporum, an possint delegari.*
5 *Episcopi ob quam causam possint citari, vt personaliter compareant coram Summo Pontifice.*

Causæ depositionis Episcoporum ad quem spectet.

1 EPiscoporum causas à Rom. Pontif. Sedeque Apostolica, & non ab alio finiri, vel ab Apostol. Sedis constitutis iudicibus dignosci oportere traditur in c. Inquisitores de hæret. in 6. c. nullam 2. qu. 5. faciunt c. omnis, c. ad Romanam, c. si quis putauerit, c. ideo, c. si quis Episcopus 2. q. 6. c. dudum 3. q. 6. c. 1. & seq. 6. q. 4. c. maiores de Baptismo, c. vltra Prouincia 3. q. 6. c. Synodum dist. 17. c. ipsi Canones 9. q. 3. c. cuncta per mũdum eadem causa, & q. c. multis 17. dist. in quibus iuribus habetur difficiliores, & maiores causas ad Sedem Apost. referre oportere, & in c. præceptis 12. distinct. ait Gregor. Pap. IV. nulli dubium esse non solum Pontificalem accusationem, sed etiam hominem Sanctæ Religionis relationem ad Sedem Apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarum debere referri, & in-
2 de normam accipere vnde sumpsit exordiũ, & huiusmodi

modi causas Episcoporum, tanquam maiores ad Roman. Pontific. spectare resoluunt, Abbas in dict. cap. maiores, num. 1. & 3. de Baptismo, & in cap. vt debitus num. 9. & 37. de appellat. & cap. 2. de accus. vbi Felyn. num. 2. notab. vlt. aduertit. Primates posse cognoscere de crimine Episcopi, & licèt non posse deponere credatur, tamen deponendum Episcopum pronunciare, & ad Papam sententiam depositionis referre, Bero. in ca. 1. de iudic. num. 69. cum sequent. demonstrat. Episcopi priuationem ad solum Papam spectare, & ab alio deponi non posse, Turrecrem. in cap. vbique is, quæst. 7. num. 5. 6. & 7. resoluit Episcopi causam criminalem, in qua, aut deponendi, aut priuandi ab ordine agitur, solum Papam cognoscere, id-
3 que decere Summum Pontific. facere adhibito Amplissimorum Cardin. Concilio, sicut in cæteris arduis, itavt à Prouinciali Concilio non possit Episcopus deponi, aut priuari, immo nec deponendum pronunciari, DD. in cap. 1. de translat. Episcopi, vbi Butrius nu. 2. in 4. notab. Abb. num. 3. Bero. in dict. cap. 1. nu. 4. Nec à Patriarcha, vel Legato de latere, absque speciali Papæ mandato, Gemin. in ca. Primates 2. quæst. 1. & in cap. remouantur 22. distinct. vbi ita declarat cap. quia suspecti 3. quæst. 5. & addit cum Felyn. in c.
4 non potest, col. 3. nu. 4. de re iudicata criminales Episcoporum causas non posse delegari, vel vt ipse loquitur non posse delegabiles fieri auctoritate, Gloss. magna in dict. capit. Inquisitores, de hæretic. in 6. quod tamen sic est accipiendum, vt Papæ delegatus, vel Vicarius, Iudexve in hisce casibus constitutus non possit alteri delegare, vt loquuntur DD. relati à Felyn. dict. num. 4. in d. cap. non potest.

Speciali igitur reseruatione Episcopi, eorumque causæ Summo Pontifici immediatè subijciuntur, vt probant text. in cap. quamuis 3. quæst. 6. cap. Frater 16. quæst. 1. notat Borgos. de irregular. & dispens. par.
5 6. tit. quis possit excommunicare in fine, adeo nec quidem citari possint, vt personaliter compareant, nisi ob causam ex qua deponendi, siue priuandi venirent, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu denunciationem, vel accusationem, siue alio quouis modo procedatur, Concil. Trident. sess. 13. de reform. c. 6. in fine, Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 124. lit. A. in nouis edit. Sbroz. de officio Vicar. Episcop. lib. 2. q. 59 num. 1. & 2. Gratian. discept. forens. cap. 169. num. 15. & ex quouis delicto, etiam atrocissimo.

RESOLVT. CCCCXCVI.

1 *Archiepiscopus an possit cognoscere de causis ciuilibus Episcoporum.*
2 *Decisio Sacræ Congreg. refertur.*

An in causis ciuilibus modici momenti possit procedere Archiepiscopus contra Episcopum.

1 COsta in cons. 85. tenet indubitanter in causis ciuilibus modici momenti posse Archiepiscopum Metropolitanum cognoscere contra Episcopum, cuius opinionem sequuntur Monald. cons. 97. nu. 6. & sequ. vol. 1. Marend. cons. 12. n. 15. Henriq. cons. 57. n. 6. nam quidquid sit in causis criminalibus Episcoporum, cognitio reseruata est Summo Pontifici immediatè, vt voluit Abb. in cap. pastoralis n. 2. vers. nota de officio ordinarij, & expresse S. C. T. sess. 24. cap. 5. de reformatione, vt refert Scaccia in tract. de appellationibus, quæst. 8. nu. 98. vers. secus dicendum, & iuxta hanc opinionem fuisse per Sacram Congregationem Eminentissimor. Cardinalium, refert Marsillus in tit. de iudicijs cap. 2. per hec verba Sacra Cardinalium Congregatio censerit posse Metropolitani cognoscere causas ciuiles Episcoporum.

PRAXIS CAPPELLANI REGII.

Ad ornatum S. Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 11.

RESOLVT. CCCCXCVII.

1 *Reges solent habere Cappellas proprias.*
2 *Cappellani Regij, qui propriè dicuntur.*
3 *Palatini dicuntur, qui Palatio seruiunt.*
4 *Hospitalia vnde sic dicta.*

Qui dicantur Cappellani Regij.

1 NE super incognitis terminis progrediamur, sciendum est pro introductione, quod Reges solent habere Cappellam Regiam, & Regios Cappellanos, vt legitur in cap. cum Cappella de priuileg. quem ad id reportat D. R. Constant. in l. vnic. C. de Palat. & Domin. lib. 11.

2 Qui quidem dicuntur, & verè appellantur inseruientes eidem Cappellæ, nomen siquidem recipit ex effectu rei, cum nomen sit consequens rei, l. nomen, cum ibi notatis, ff. de verb. signific. l. si idem, C. de codicill.

3 Inde Palatini dicuntur, qui Palatio seruiunt, l. vnic. C. de Palatini lib. 11. & Castrensiani appellantur, qui habitant in Castro, vt per add. in rubr. C. de Castrensian. lib. 12.

Et Togati, qui portant togam, & cucullati, qui se induunt cuculla, & mercatores, qui merces exercent, Nouarius in Praxi electionis, & variationis for. q. 23.
4 sect. 2. in vlt. impress. Neapol. fol. mihi 103. col. 1. & hospitalarij vocantur ab hospitando, eo quia recipiunt hospites, & vniuersitates vocantur tamquam personarum vnio, idem in eodem tract. qu. 25. ead. sect. & Agricolæ dicuntur, quia agrum colunt, sicque de singulis similibus inferri potest.

RESOLVT. CCCCXCVIII.

1 *S. C. T. refertur super materia Cappellanorum Regiorum.*

Quid disponat Conc. Trid. circa Cappellanos Regios.

1 NOtandum est, quod in hac materia Regiorum Cappellanorum Sacrum Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 11. disponit, vt infra per sequentis verba videlicet.

Quoniam priuilegia, & exemptiones, quæ variis titulis plerisque conceduntur, hodie perturbationem in Episcoporum iurisdictione excitare, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere cognoscuntur, decernit Sancta Synodus, vt si quando iustis grauibus, etiam ferè necessarijs suadentibus causis aliquos honorarijs titulis Protonotariatus, Acolythatus, Comitis Palatini, Cappellani Regij, aut alii huiusmodi in Romana Curia, vel extra insignibus decernendos esse placuerit, necnon alios cuicumq; Monasterio oblatos, vel quomodocumq; addictos, aut sub nomine seruientium militijs, seu Monasteriis, Hospitalibus, Collegiis, aut quocunque alio titulo assumi; nihil ex iis priuilegiis detractum esse Ordinarijs intelligatur, quo minus ij, quibus ea iam concessa sunt, vel in posterum concedi contigerit, ipsis Ordinariis, tanquam Apostolicæ Sedis Delegatis, plenè in omnibus, & quo ad Cappellanos Regios iuxta Constitutionem Innocent. III. quæ incipit, Cum Cappellæ subiecti existant; exceptis tamen iis, qui prædictis locis, aut militijs actu seruiunt, & intra eorum septa, ac domos residentes, subq; eorum obedientia viuunt, siue iis, qui legitimè secundum regulam earumdem militiarum professionem fecerint, de qua Ordinario constare debeat, non obstantibus priuilegijs quibuscumque etiam Religionis S. Ioannis Hierosolymit. & aliarum militiarum, quæ verò

priuilegia residentibus in Curia Romana vigore Eugenianæ Cõstitutionis, aut familiaritatis Cardinalium competere solent, ea in ijs, quæ beneficia Ecclesiastica obtinent ratione prædictorum beneficiorum minimè intelligantur, sed Ordinarij iurisdictiom subiecti permaneant, non obstantibus quibuscunque inhibitionibus.

Ad cuius quidem tex. Concilij enucleationem vide omninò decisionem Rotæ Romanæ diuersorum 736. & 744. par. 1. vbi notabilia reperies, quæ per te legere poteris.

RESOLVT. CCCCXCIX.

1 *Cappellani Regij coram quo conueniuntur, & n. 3.*
2 *Cappellanus Regius Maior multas habet prærogatiuas.*

Cappellani Regij coram quo sint conueniendi pro eorum causis.

1 PRo resolutione huius quæsiti sciendum est, quod in aliquibus Regni inter Cappellanos Regios, adest Cappellanus Maior, qui nedum ex Regum per-
2 missu multas habet prærogatiuas, & certarum causarum cognitionem; verum etiam ex speciali Sedis Apostolicæ priuilegio speciale habet Tribunal, Regios Cappellanos, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cognoscendo, ita quod per eorum causis co-
3 ram ipso Cappellano Maiore veniunt conueniendi, & ita censeo attento priuilegio prædicto, & non aliter.

RESOLVT. D.

1 *Musici dicuntur inseruire Regiæ Cappellæ.*
2 *Musica deseruit pro cultu diuino.*

Cantores, & Musici Cappellæ Regiæ, an gaudeant priuilegio exemptionis.

1 SVppositio Apostolico priuilegio, cuius tenor in hac materia erit semper ante omnia inspiciendus, cũ Musici adhuc dicantur inseruire Regiæ Cappellæ, videntur quoque esse exempti, prout & Regij Cappellani, sufficit enim, quod ipsi sint adscripti seruitio dictæ Cappellæ, vt priuilegio illi concesso fruantur ex dictis per Carauitam in ritu Mag. Cur. Vicar. 46. a nu. 17. cũ seq. Nouar. de elect. for. q. 57. sect. 4. in vlt. impr. Neap.

Et facit, quia Musici Cappellæ Regiæ dicuntur de familia Regis, & Proregis, & gaudent priuilegijs familiarum ipsorum, vt per Castill. decis. Sicil. 140. n. 12. & seq. vbi probat, & refert decisum Musicos Cappellæ Regij Palatij non teneri de persona, & consequenter non posse in carceribus detrudi, prout nec possunt carcerari ministri, & famuli Excell. Domini Proregis illius Regni.

2 Certum est enim, quod musica deseruit pro cultu diuino, præsertim in Sanctiss. Missæ Sacrificio ad fidelium animas excitandum in Patriam cœlestem, in qua continuò per Angelos Sanctos Dei Omnipotentis cãtantur laudes, vnde tanquam seruientes Ecclesiæ priuilegiatæ, ipsi quoq; priuilegiati esse debent ad tradita per Nouar. de elect. for. q. 15. sect. 3. in vlt. impress. Neap. fol. 228. attento tamen quoad personas Ecclesiasticas Apost. priuilegio, vt sup. diximus, & nõ aliter.

RESOLVT. DI.

1 *Cappellani Regij gaudent exemptione si actu seruiant.*
2 *Famulus, qui actu non seruit Domino suo illius priuilegiis non gaudet.*
3 *Officialis nisi acta seruiet, non gaudebit priuilegiis concessis Officialibus.*

Cappellani Regij actu non seruientes, an gaudeant beneficio exemptionis.

1 APertè aperit Conc. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 11. vt in tantum Cappellani Regij a Iurisdictione Episcoporum locorum ordinariorum exempti censeantur, in quantum actu inseruiant, & ita post Reg. Constant. in l. vnic. num. 21. C. de Palat. & Dom. Domin. fatetur Nouar. suo vtili, & nouo tract. de election. & variat. fori quæst. 57. n. 15. sect. 4. vbi etiam probauit, quod licet in causis familiarium, & commensalium Regis cesset electionis fori priuilegium, alias concessum miserabilibus personis vigore, l. vnic. C. quando Imper. Tamen dicit ipse id esse verum, quoties ipsi commensales actu seruiant, & sint sub Regio seruitio, alias secus ex regula, quod qui actua-
2 liter non stat in seruitio domini, illius priuilegijs frui non debet ex Tiraquell. in tract. cessante causa nu. 20. vers. familiaritate, cessant, eo quia priuilegium datur propter seruitium, vnde cessante illo, debet quoque, & priuilegium cessare, cap. cum cessante de appellat. & cessante fine adæquato legis, cessat ipsius dispositio ad tradita, per Abb. in cap. quia in Insulis de regul. Comitol. lib. 6. respons. moral. q. 1. n. 10.

Confert pro corroboratione illud simile, quod dixerunt Doctores in Mercatore, quem talem esse non approbant, nisi vltra matriculationem in effectu actu exerceant mercaturam, Bar. & Bal. in l. scriniarios, C. de testam. milit. Signor. cons. 246. vers. item est aduertendum, Franc. dec. 170. quos refert, & sequitur Nouarius in suo tract. de elect. fori quæst. 23. num. 4. sect. 2. in vltima impress. Neapol. fol. 103. col. 2. vbi etiam affirmauit tale exercitium per se ipsum, & non per alium faciendum esse; allegat Aret. in d. l. scriniarios, & Card. Tusc. conclus. 209. lit. M.

Tandem facit, quod officiales, qui actu non exercent officium priuilegiis concessis officialibus, vti non possunt, idem Nouarius in d. tract. de elect. & variat. fori qu. 25. in fin. vers. declar. sect. 4. vbi idem dicit de Scholari non studente, de artifice non exercente suam artem, & de Clerico non seruiente Ecclesiæ, quos dicit ipse non posse vti priuilegio, alias huiusmodi personis concesso.

RESOLVT. DII.

Cappellani Regij, an possit ad libitum reuocari.

1 PRo opinione negatiua arguendo à beneficio manuali adducitur Abb. in cap. ad nostram num. 12. Dec. num. 7. de confirmat. vtil. vel inutil. & Milius in repertorio, verb. beneficium manuale, sub num. 26. Rebuff. in tract. de pacific. possessor. num. 275. vers. 2. intellige, quod quamuis beneficia manualia de sui natura sint amouibilia, tamen si Abbas sine causa Monachum remoueret à Prioratu manuali, posset idem Monachus implorare officium superioris, vt sine causa ex sola malitia non remoueatur, vbi idem Rebuff. semel ita seruari vidisse refert, & allegat Innocentium in cap. insinuante sub num. 2. vers. & si concurreret casus, Qui clerici, vel vouentes dicentem hæc verba, quod si occurreret casus, in quo Abbas, vel Superior vellet ex malitia remouere Monachum à loco, quem ei deputauit, posset supplicari superiori, & superior eum audire deberet ad similitudinem serui, vt in l. 1. C. de precibus Imperat. offerend. & §. sed & maior institut. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.

2 Cæterum contrariũ est determinandum, vt possint, scilicet ad nutum Cappellani maioris remoueri subsistente legitima causa, cõcurrentibus scilicet requisitis constitutionum ipsorum, argumento text. in Clem. 1.

§. per-

§. permissa, & ibi Cardinalis num. 4. Ancharanus, & Imola, & omnes de supplend. negligend. Prælator.

3 Difficile mihi enim videtur, quod in praxi seruari possit, vt sine causa remoueri non valeat, & propterea dicit Ioan. Andr. in cap. cum singula 32. n. 1. sub Glos. a l. idem de præbend. lib. 6. quod apud Italos communiter hoc non recipitur, & ibi etiam tradunt omnes præsertim Geminianus num. 10. Dec. in dict. cap. ad nostram num. 7. vers. sed in Italia de confirmat. vtil. Milius in repertorio, verb. beneficium manuale si Abbas sub num. 26. licet Franchus sub num. 5. in dict. cap. cum singula indistinctè non admittat opinionem Io: Andr. sed distinctione quadam vtatur, & tandem concludit, quod licet talis promotus non audiatur pro interesse suæ personæ; Tamen pro interesse loci à quo moueretur, vt quia ex tali reuocatione læderetur prædictus locus, semper sit audiendus, dicit etiam Rota in decis. 1. sub nu. 1. de restitut. spoliat. in antiquis, vers. nec seruamus, quod nõ seruat opinionem D. Innocentij in dict. ca. insinuante. Qui clerici, vel vouentes, idem etiam dicit Rota decis. 6. de restit. spoliat. in nouis, & fuit resolutũ in vna Burgens. amotionis Magistri Cappellæ 11. Decembris 1581. coram Blanchetto, Rota, decis. 778. nu. 1. & per totam p. 1. diuersorum, vbi alij plures allegantur, cum igitur remouens vtatur iure suo, remotus conqueri non potest, ex quo illi iniuriam non facit, l. iniuriarum, §. 1. ff. de iuiurijs, cap. cum Ecclesia Vlterana, & ibi Glos. verb. iniuria de electione, Berfignet. decis. 2. de rerum permutatione.

Quod tamen declara, & limita, quãdo superior priuaret animo se vindicandi, vel aliàs malo, & de hoc posset aliquatenus apparere, veluti, quia spoliaret Monachum, pendente accusatione, vel inquisitione, contra eum cœpta, vel similiter, Rota dict. decis. 1. Nau. in cap. non dicatis, 12. quæst. 1. nu. 66. vers. addo octauo, Rota d. decis. 778. num. 2. ibi dummodo absit malitia, p. 1. diuersor. sicut nec si beneficium esset perpetuum, Rota dicta decis. 6. de restitut. spoliat. in princ. Nauar. vbi supra sub dicto num. 66.

RESOLVT. DIII.

1 *Cappellania Regia est amouibilis ad nutum, & n. 2.*
3 *Cappellaniæ Regiæ, quando datur in titulum.*

An titulo Cappellaniæ Regiæ, quis ordinari possit.

1 NOn posse censeo, ac plures consului ex infra dicendis rationibus: Tum primo, quoniam huiusmodi Cappellania nil aliud continet nisi Regium seruitium in supradicta Regia Cappella, vt patet in cap. cum Cappella de priuilegijs, de cuius intellectu latissimè per Cened. in Collect. 9. par. 2. & certum est neminem posse ordinari ad titulum seruitij, vt voluit Paris. de resignatione beneficij lib. 2. q. 6. Henriq. quæst. 22. & alij communiter in cap. cum nullus de temporibus ordinationum.

2 Tum secundo, quoniam dicta Cappellania est manualis, & amouibilis ad nutum, & proinde ratione dictæ Cappellaniæ minimè ordinari posse voluerunt Gonzal. glos. 8. §. 5. num. 87. Nauarr. cons. 56. de temporibus ordinationum, Sayr. in decis. 56. eod. tit.

3 Quare in supradicta quæstione Cappellaniarum distinguendum puto, quod aut datur in titulum, & tunc iudicatur beneficium Ecclesiastitum, & consequenter ratione ipsius poterit ordinari, ita Azor. p. 2. lib. 10. c. 3. quæst. 3. Nauarr. de horis canonicis cap. 20. nu. 17. Diaz cap. 62. secus autem si habeat Cappellaniam, seu beneficium vulgariter dictum seruitium Missarum, quoniam tales Cappellaniæ non dantur in titulum, nec in perpetuum, sed sunt amouibiles, nec veniunt appellatione beneficij, vt notauit Azeuedus to. 1 lib. 1. leg. 1. tit. 4. num. 7. Recopil. & alij, & ita etiam gaudere priuilegio fori dicendum est, si clericus habet præstimonium, seu fratansiam si dictum tamen præstimonium possideat in titulũ perpetuum, & aliquod spirituale annexum habeat; nam cum istis conditionibus præstimonia pro beneficijs habentur, & ita probat Azeuedus, vbi supra Menoch. cons. 201. num. 56. Paris. de resignat. benef. lib. 1. q. 1. §. 2. nu. 11. Garz. de benef. tom. 1. p. 1. c. ... n. 117. Bonac. de legibus disp. 10. q. 2. punct. 1. §. 4. num. 11.

RESOLVT. DIV.

1 *Cappellanus Maior, qui dicatur, & quod eius officium.*
2 *Cappellanus Maior exercet iurisdictionem in Cappella Regia.*
3 *Iurisdictio Cappellani Maioris, quæ remissiuè.*

Officium Cappellani Maioris, quodnam sit.

1 CAppellanus Maior, dicitur pariter Cappellanus Regius, & maiorem iurisdictionem obtinet, & tamquam caput ipsorum, argumento text. in ca. quæsiuit de verborum significatione, Bal. in consil. 22. nu. 3. vol. 1. Alex. in consil. 91. num. 6. Alciat. Respons. 13. de Ponte, latè in decis. 36. & Mnad. in decis. 28. vbi dictus Maior Cappellanus iurisdictionem exer-
2 cet in Cappella Regia, argumento text. in l. prima cum sequent. C. de officio Magistri officiorum, & latè Cenedus in cap. cum Cappella de priuilegiis, & in eius Cappellanos, vt optimè tractat, & exornat Castill. in decis. 142. vol. 1. & latissimè Frezz. de subfeudis lib. 1. in titul. de officio magni Cancellarii num. 28. Tasson l. nouissimè in tract. de antefato, vers. 3.
3 obseru. 3. n. 271. & nonnulla etiam de iurisdictione, ac officio Cappellani maioris habes apud Regentem, Constantium in l. vnica, C. de palatiis, & domibus Dominicis, lib. 11.

PRAXIS POENARVM renitentium soluere decimas.

RESOLVT. DV.

1 *Concilij Tridentini dispositio circa renitentes soluere decimas.*

Quid disponat Sacrum Concilium Tridentinum circa renitentes soluere decimas.

1 SAcrum Concilium sess. 25. cap. 12. de reformat. sic censuit. *Non sunt ferendi, qui variis artibus decimas Ecclesijs obuenientes subtrahere moliuntur, aut qui ab alijs soluendas temerè occupant, & in rem suam vertant, cum decimarum solutio debita sit Deo, & qui eas dare noluerint, aut dantes impediant res alienas inuadunt. Præcipit igitur Sancta Synodus omnibus cuiuscunque gradus, & conditionis sint, ad quos decimarum solutio spectat, vt eas ad quas de iure tenentur in posterum Cathedrali, aut quibuscunque alijs Ecclesijs, vel personis, quibus legitimè debentur integrè persoluant; Qui verò eas, aut subtrahunt, aut impediunt excommunicentur, nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absoluantur. Hortatur de hinc omnes, & singulos pro Christiana charitate, debitoque erga Pastores suos munere, vt de bonis sibi à Deo Collatis Episcopis, & Parochis, qui tenuioribus præsunt Eccles. largè subuenire ad Dei laudem, atque Pastorem suorum, qui pro eis inuigilant dignitatem tuendam grauentur.*

RESOLVT. DVI.

1 *Causa decimarum est executiua, & n. 2.*
3 *Brachium seculare imploratur contra renitentes soluere decimas.*
4 *Subditi coguntur soluere decimas appellatione remota.*
5 *Appellatio an admittatur in solutione decimarum.*

In exactione decimarum, quo ordine ad præceptum excommunicat. sit procedendum.

1 CAusa decimarum constit. quod ij contra quos petantur, recipiant Sacramenta ab Ecclesia Parochiali, vel quod possessiones super quibus petuntur decimæ, sint infra limites Parochiæ; est executiua, & incipit à præcepto, nec datur appellatio, nam si agitur ad Decimas non solutas, incipi potest à præcepto cum monitione sub excommunicationis pœna, vt intra tot dies soluere debeat tantam summam Decimarum Rectori, est Glos. in Clem. dispendiosam in verficulo præmoniti de iudic. & tenet Card. Zabarel. ibidem num. 17. Imol. num. 11. & Anchar. num. 4. vbi etiam tradunt formam.

2 Idem etiam de decimis in futurum soluendis tradunt ijdem DD. loc. supr. cit. & hoc est, quod voluit Rebuff. in tract. de decimis quæst. fin. num. 25. dum ait in materia decimarum incipi posse à præcepto per cap. peruenit de decimis, quod idem tenet Cened. ad Collect. iuris canon. c. Pastoralis in fin. eod. tit.

3 Immo contra pertinaces in solutione decimarum inuocari potest brachium seculare, ita Glos. in clem. in verb. coerceri per cap. postulasti de homicid. quam ibi sequitur inter cæteros Imola num. 12. Rebuff. dict. quæst. vlt. n. 18.

4 Et subditi cogendi sunt ad soluendum decimas appellatione remota tex. in cap. ex multiplici, & cap. tua a nobis, vbi Abb. num. 8. & cæteri de decimis, & notat glos. in dict. clemen. dispendiosam in verbo coerceri, vbi inter cæteros Imol. num. 12. & Rebuff. dict. quæst. vltim. num. 21. Triuisan. decis. Venet. 29. num. 16. part. 6. titul. de appellat. num. 304. Marchesanus in tractat. commiss. de appellat. cap. 4. num. 15. part. 2. fol. mihi 70. vbi dicit commissionem appellationis decimarum dari cum clausula sine retardatione.

Et licet glos. in d. cap. tua nobis in verb. tributa, & Tiraquell. de priuileg. piæ causæ priuileg. 153. & alij dixerint in causa decimarum admitti appellationē, distinguendum tamen est cum Abb. d. cap. tua nobis, num. 9. & alijs, qui eum sequuntur, quod aut Laicus solum allegat præscriptionem, vel consuetudinem, & non admittitur appellat. & sic procedunt iura superius allegata; aut allegat priuilegium Papæ, vel compositionem legitimam, admittitur, & sic procedit d. glos. & aliorum. Ratio diuersitatis ea est, quam adducit Abb. loco cit. quia contra ius Diuinum non admittitur præscriptio, aut consuetudo; secus autem fit in priuilegio, aut compositione, vel alia potest esse ratio, quia fauorabilius est priuilegium, & compositio, quam consuetudo, vel præscriptio, latè Moneta de decim. cap. 8. num. 56. vsque ad num. 61. Ruginellius de appellat. §. 2. cap. 3. verb. decim. num. 256. vbi quod sententia lata super decimis, non recipit appellationem, appellari tamen poterit à non admissione exceptionum in iudicio decimarum propositarum, & clarius supra dicta firmat ibidem num. 4. 8. §. 6. glos. 2. cap. 2.

RESOLVT. DVII.

1 *Decretum irritans ligat etiam Papam.*

An dispositio S. Conc. T. locum habeat circa pœnam excommunicationis, quoties decimæ sint Laicis concessæ per priuilegium cum clausula speciali derogatoria.

1 NOn habere locum respondi si priuilegium decimarum fuerit Laicis concessum cum clausula speciali derogatoria Conc. Lateran. alias secus.

Cuius conclusionis Ratio est, quia cum Concilium huiusmodi habeat decretum irritās, & clausulam derogatoriam voluntatis ad quasuis alias sequentes dispositiones contrarias, secundum doctrinam Archid. in c. 1. n. 2. de constit. in 6. quam totus mundus amplectitur, vt ait Gomez. ibi n. 178. Felyn. in c. nonnulli col. 3. de rescript. & communem dicit Paris. cons. 68. nu. 404. lib. 4. Gemin. cons. 36. col. fin. vers. præterea, & cons. 44. Socin. cons. 65. col. fin. lib. 3. & 18. sequitur, quod in priuilegijs decimarum, quæ Laicis concedatur, sit specialiter derogandum d. Concil. Lateran. seù Concilijs Generalibus, alijs priuilegijs nō valent, Archid. in d. c. 1. de constit. in 6. Oldrad. cons. 326. post princ. & cons. 328. in princip. Bald. in l. humanum in 3. notab. C. de legib. Rom. cons. 436. n. 11. in fine, Felyn. in d. c. nonnulli col. 3. sub n. 2. vers. & nota de rescript. Alex. cons. 122. n. 9. lib. 4. Dec. in rubr. de constit. in 2. lect. in fine, & in cap. prudentiam n. 15. de off. delegat. Sarnen. in proem. regul. qu. 5. n. 9. Veral. decis. 176. lib. 1. & tenuit Rota coram Robusterio in Vlixbon. decimarum 5. Nouemb. 1574. & in vna Oriolen. decimarum sub die 8. Februar. 1588. coram Orano, quæ loquitur in terminis d. cap. prohibemus de decim.

2 Decretum siquidem irritans, & clausula derogatoria, de quibus in d. Concilio ligant ipsum Papam, ex quadam protestatione contrariæ voluntatis, præsertim, vbi solus Papa per viam priuilegij, seu rescript. particularis procedit, vnde si Papa specialiter non deneget præambulæ protestationis, actus est nullus ex defectu voluntatis, Gemin. in cap. statutum, vbi etiam Franc. Prob. & alij de præbend. in 6. idem Gemin. Anchar. & alij in cap. quædam eod. tit. & lib. Glossator. super regul. Cancell. 22. vers. ex quo sequitur Soccin. cons. 117. col. fin. vers. sed quando prædicta cessarent lib. 3. Paris. cons. 37. col. 1. vers. 2. lib. 4. & sequēs dispositio, quæ de præcedenti clausula derogatoria mentionem non facit, etiam illam expresè non tollit, non valet, d. c. nonnulli de rescript. l. si quis in princ. de leg. 3. cum alijs per Feder. de Sen. cōs. 233. per totū, Paris. cons. 42. n. ad fin. Cassador. sup. reg. dec. 38. per totam.

RESOLVT. DVIII.

1 *Habens intentionem fundatam manutenendus est in possessione priuilegij.*
2 *Parochus habet intentionem fundatam super perceptione decimarum, & num. 4.*
3 *Episcopus an possit facere præceptum sub pœna excommunicationis aduersus recusantes soluere decimas præscriptione se tuentes.*

Exceptio præscriptionis, an impediat, quo minus Episcopus non possit excommunicare nolentem soluere decimam.

1 INter coarctationes traditas per scribentes ad regulam, quod habens intentionem fundatam manutenendus est in possessione iuxta text. in c. cum personæ, & quod ibi communiter notatur de priuilegijs illa est, vt non procedat quoties allegetur præscriptio, & probetur, vt latè per Apont. in cons. 90. vol. 1. & latissime per Marescot. lib. 1. variarum resolut. c. 11.

Ex quo deducitur, vt licet Parochus habeat intentionem fundatam circa perceptionem decimarum ex
2 omnibus medijs in sua Parochia existentibus c. cum

in tua

in tua de decimis cap.fin. de Parochijs, c. ad decimas de restitut.spoliat.in 6.Abb.in cap.conquerente n.12. de restitut.spoliat.fusè Nouar.lib.1.q.forens.cap.

3 Tamen si ex parte soluere nolentis decimas allegetur præscriptio, & probetur illa, impedit, quo minus Episcopus valeat facere præceptum sub pœna excõmunicationis circa decimarum solutionem, vt probat Nauar.in cons.1.de decimis,& Sayr.in decis.1.cit.tit. & Marescot.vbi supra num.123.ampliat. & loquut.in dict.c.cum personæ in 4.not.n.6.de priuil.in 6.

Quæ omnia intelligenda sunt, vt supra diximus. Probata præscriptione,vt probatur in cap.de quarta, & in c. ad aures de præscriptionibus, quia Parochus, siue quiuis alius potest, vti iure suo circa perceptionem decimarum contra nolentem soluere,donec præ-

4 scriptionem probauerit,vt dicit Lupus vbi supra subdens hoc esse propter odium præscriptionis, & propter iuris communis fauorem, & Lapum sequuntur ibi Anchar. nu.6. in 12.not. Gem.in §. si vero vers.2. Franc.in 2.not.Soc.in cap.recepimus num.72. de priuileg.lib.6. & fuit tantum per Rotam in vna Salmantina Iurisdictionis 18.April. 1581. coram Cantuccio, vt in decis.diuersorum 145.par.1.& in allegata Veronen.Iurisdictionis coram Eminentissimo Card. Pamphil. in qua Episcopus agebat contra Decanum, & Capitulum,quibus ex Conc.Trid.sess.24.cap.2. de reformat. præseruatur immemorabilis consuetudo cognoscendi causas criminales,& matrimoniales,& fuit dictum, quod Episcopus solus debebat manuteneri propter iuris assistentiam in facultate exercendi dictam iurisdictionem,donec contra eum per tres conformes immemorabilis probaretur.

RESOLVT. DIX.

1 *Habens iuris resistentiam non est in possessione defendendus, & num.2.*

An si ex parte renitentis soluere decimam allegetur priuilegium cum præscriptione possit excommunicari virtute Concilij.

1 NOn posse excommunicari dicebam,& quo de iure, non est defendendus in possessione habens iuris resistentiam, vbi contra eum negatur priuilegium cum præscriptione.

Et ratio est,quia possessio non est adeo infecta, neque habet tantam resistentiam iuris,neque talem præsumptionem contra se, cum iustificetur ex titulo, vt non sit habenda in consideratione, quemadmodum si sola præsumptione niteretur,& ita habet text. in d.c. cum personæ,& distinguunt omnes DD.ibi post Lap. Anchar.in 12.not.Gemin.in §.fin.nu.3. & fuit resolutum in vna Salmantina iurisd.17.Decembr. 1582. coram Eminentiss.Card. Seraph.

2 Declaranrur supradicta, vt locum habeant, dumtaxat, quando priuilegium, & possessio strictè percutiunt casum de quo agitur, alias secus, vt tantum fuit in allegata Seguntina decimarum 30. Octobris 1600. coram Card.Seraph.in qua Episcopus, & Capitulum manutentionem petebant exigendi decimas propter iuris assistentiam aduersus quo ad prædia de nouo empta, & fuit dictum, quod Monasterium non poterat etiam euitare, etiam si docerent de priuilegio exemptionis, ac rescriptionem probare vellet, ea scilicet ratione, quia priuilegium, & possessio non percutiebant tempora post Concilium, in quibus diuersum ius statuitur ab ijs, quæ antea possidebantur.

RESOLVT. DX.

1 *Possessio immemorabilis non soluendi decimas, an impediat præceptum excommunicationis.*

2 *Causæ criminales, & matrimoniales Episcopis tantum remittuntur.*

An possessio immemorabilis non soluendi decimas operetur, nè possit fieri præceptum sub pœna excommunicationis.

1 MInimè fieri huiusmodi præceptum posse existimo,ex quo Parochus in sua petitione facta coram Episcopo venit repellendus per exceptionem immemorabilis possessionis, quia is manuteneri, quamuis ei ius commune resistat,Abb.in cap.1. n.8.vt lite pendent. post Innoc. in cap. cum venissent, de restit.spoliat.Capic. decis. 189. qui testatur in Concilio Neapol. diffinitum fuisse, debuisse manuteneri, qui erat in quasi possessione pascendi in alieno prædio, quod iure communi liberum præsumitur ab hac seruitute,quem sequutus est Couar.pract.quæst. cap.17. n.6.Ruyn.cons.28.nu.12.lib.4. Addit. ad Mathes notab.28.n.3.Menoch.in vlt.remed.retinen. n.21. & 22. vbi confutat glos.in l.si priusquam de oper. non. nunc dum inquit maiorem esse vim præsumptionis, quam libera res sit ea præsumptione,quæ à quasi possessione seruitutis proficiscitur.

Hinc est,quod licet Episcopo ius commune assistat in exercenda iurisdictione in subditos, tamen stante, quasi possessione inferioris talis assistentia Iuris communis ei prodesse non potest, neque illius vigore ei danda est manutentio, sed debet dari inferiori, ita ait decisum in allegata Salmantina iurisdictionis 27.Iun. 1582. coram Card.Seraphino, non obstante Decreto

2 Sac.Conc.Trid.sess.24.c.20.§.ad hæc,quod causę matrimoniales, & criminales Episcopi, tantum iurisdictioni relinquantur; quia illud Decretum fuit interpretatum a Sac.Congr.Conc.in vna Palentina Archidiaconatus 10.Martij 1575. vt non tollat inferioribus immemorabilem,vnde cum possit doceri in progressu litis de ipsa immemorabili, non est interim possessor sua possessione priuandus. Hoc idem fuit resolutum in causa Aprutiua iurisdict. 9. Iunij 1606. & 19. Martij 1607. & in vna Aquilana iurisdict. 30. Martij eiusdem Anni coram D. Card. Pamphilio.

RESOLVT. DXI.

1 *Possessio non soluendi decimas absque titulo, quid operatur, & n.3.& 4.*

4 *Priuilegio probato cessat iuris assistentia.*

An sola possessio non soluendi decimas,absq; titulo sufficiat, nè possit Episc. facere præceptum sub pœna excomm.contra renitentes soluere decimas.

1 DEclaranda est supraposita conclusio, vt locum sibi vendicet,ita demum si vltra quasi possessionẽ producatur etiam titulus,licet per se non sit sufficiens dummodo sit talis, qui præbeat causam prescribendi, quia sola possessio non coadiuuata aliquo titulo saltẽ colorato, non sufficit pro manutentione contra eum, qui habet iuris communis assistentium,vt prob.tex.in d.c.cum personæ,§.penult.& ibi notãt omnes, nempè Io.And.n.6.Gemin.n.4.vers.not.quod pend.lite,Frãc. n.2.Anchar.n.5.vers.11.Couar.in loc. sup.cit. n.6.

Et quamuis decisio in allegata causa Aquilana iurisdict. videatur induere, quod sola possessio sufficit, dũ inquit, quod ex productione priuilegij facilius datur manutentio,& hoc teneant Innoc.& Abb.sup.allegat.Lancell.de attent.lit.pend.p.2.c.4.declarat.4.nu. 6.& 10. Nihilominus videtur repugnare textui in d.c. cum personæ, in quo satis ostenditur non sufficere possessionem, absque probatione tituli, vtcumque ad

præscriptionem idonei, quoties præscriptio iur. commun. obstat possidenti.

2 Idcirco pro concordia duo casus sunt distinguendi. Primus casus est, quando versamur in possessione, quam vniuersalem vocant, & tunc est subdistinguendum; Nam aut ius commune assistit possidenti, & sola possessio vniuersalis suffragatur pro manutentione, vt in Parocho, qui probata possessione recipiendi decimas aliquorum fructuum, debet manuteneri in possessione iuris decimandi respectu totius agri, Ant. de Butr. in c. fin. nu. 40. vers. idem si Rector. de caus. possess. & propriet. Abb. cons. 71. num. 2. in fin. lib. 1. sic etiam probata possessione, seu quasi iuris decimandi respectu certorum prædiorum ei manutentio datur, quoad alia prædia intra Parochiam existentium. Bald. in l. 1. C. de eman. liber. num. 24. versic. & tu dic, Abb. cons. 54. n. 3. in princ. lib. 1. Alex. consil. 68. nu. 21. lib. 2. Rot. decis. 2. nu. 3. in nouis, & fuit tantum in vna Corduben. redecimarum coram Card. Seraphin. 25. Oct. 1593. & coram eod. in vna Valentina Decimarum 23 Octobr. 1398. & in allegata Reantina decimarum 14. Decembris 1605. coram Iusto.

3 Quod intellige verum, nisi probaretur alium esse in possessione, si quidem in concursu particularis probationis vniuersalis possessionis probatio non operatur ex latè congestis per Gabr. de præscript. concl. 2. nu. 24. & seq. & fuit resolutum coram eod. Seraph. in vna Hispal. iuris decimandi 11. April. 1567. & in allegata Valentina Decimarum, aut possidenti ius commune resistit, & tunc ex sola possessione vniuersali non datur manutentio, veluti, quando res ad alium spectat ex iuris dispositione, vt per Abb. & alios tradit Gabr. dict. conclus. 2. num. 24. vnde si aliquis probaret possessionem percipiendi decimam in alia Parochia de vna specie fructuum ei nō daretur manutentio respectu alterius speciei, cum ius resistat huic possessioni, sicuti post Archid. scribit Butr. in d. cap. num. 44. vers. per hoc dicit de caus. possess. & propriet. Milet. in repet. in verb. possessio, seu quasi iuris declinandi.

4 Limita nisi probaretur titulus, seu priuilegium, nam eo concurrente benè datur manutentio ex possessione vniuersali, licet Ius commune resistat, vt fuit decisum in allegata Valentina decimarum 20. Februarij 1598. coram Peregrino, iu qua agebatur de iure decimandi Archiepiscopo, & capitulo competente ex priuilegio in tota Diœcesi, quod est contrariū communi, vt in d. cap. 1. de præscription. in 6. & in cap. ad decimas de restit. spol. eodem lib. idem fuit tentum in dict. Hispalen. Decimarum coram Card. Seraphin. vbi fuit firmatum, quod probans possessionem, ex priuilegio decimandi in toto aliquo Territorio respectu fructuum, qui in eo alias nascebantur, iuuatur etiam respectu noualium ex post repertorium in eodem Territorio per cap. commissum, & cap. contingat de decim. Couar. pract. q. cap. 57. num. 5.

5 Et ratio huius rei est, quia probato priuilegio cessat iuris assistentia, cum possessio iustificetur ex titulo, & consequenter permittitur retentio ipsius possessionis, quæ erat prohibita, nam vt inquit Bald. in l. 1. nu. 24. vers. tu dic, C. de emancipat. lib. magis est consideranda causa, quam exercitium ipsius actus, vnde etiam per vnicum actum singularem, si tamen causa, seu priuilegium sit vniuersale acquiritur vniuersalis possessio manutenibilis.

Quod etiam voluit Bart. in l. 1. §. si quis, hoc interdicto, ff. de inten. actuque priuandum inquit, quod habens concessionem a superiore exercendi iurisdictionem, si vtatur inrisdictione in vno actu, retinet possessionem in omnibus, hoc idem tradit Felyn. in cap. auditis n. 19. vers. 3. declaratio de præscript. & post alios Gabr. d. concl. 2. n. 2.

6 Secundus casus est, quando versamur in possessione particulari, & tunc si Ius commune non resistit nemini, quidem dubium est, quin manutentio sine titulo, etiam in beneficialibus concedatur; Rota diuersorum dec. 595. nu. 8. par. 1. & fuit resolutum in vna Sorana beneficiorum 22. Maij 1582. coram Orano, & in Anconitana pensionis 15. Iunij de eodem anno coram Card. Plato, verum difficultas est, quando ius commune resistit, quo casu est distinguendum, secundum Rotam in supracitata Corduben. redecimarum 25. Octobr. 1593. coram Card. Seraphin. quod aut is, cui ius commune resistit, agit contra superiorem, & procedit id quod habetur in d. cap. cum personæ de priuileg. in 6. vt scilicet sola possessio non sufficiat pro manutentione, sed requiratur titulus saltem præsumptus, & ita quoque Rota alias tenuit, vt per Achill. decis. 5. de rest. spol.

RESOLVT. DXII.

1 *Possessio Authoris non soluendi decimas, an prosit successori ad effectum, &c.*

2 *Tempora prædecessorum coniunguntur cum successoribus, & 4. 5. 6. & 7.*

3 *Casus aliqui distinguuntur in quæstione proposita.*

An possessio non soluendi Auctoris, & sic prædecessoris prosit successori, quo minus non possit excommunicari.

1 PRodesse extimauerunt nonnulli, quos longa serie enumerauit Menoch. cons. 91. vol. 1. Alban. in cons. 23. vol. 1. prædecessorum.

2 Cuius rei deducitur ex eo, quod tempora coniunguntur cum successore, l. id tempus, ff. de vsucap. & proinde per huiusmodi exceptionem impeditur excommunicatio.

Sic quoque dicimus in possessione defuncti, nam si quæratur, an continuetur in eius hæredem distinguendi sunt duo casus.

3 Primus est, quando nullum extat statutum continuans possessionem; Et tunc sub distingue secundum Rot. in Vrbeuetana Castrorum de Ceruaria 18. Maij 1569. coram Card. Seraph. aut defunctus corpore, & animo possidebat, & talis possessio non continuatur in hæredem sine apprehensione, aut animo suo, & corpore alieno possidebat, & hoc casu sufficit continuatio coloni hæredis nomine, secundum opinionem Iacobi de Rauenna, quem sequuti sunt Angel. & Alex. in l. qui vniuersas, §. quod per Colonum de acquirenda possessione, aut alieno animo, & corpore possidebat, & per eius mortem non interrumpitur possessio, sed in hæredem sine aliquo facto transit, vt per glos. in l. si quis pro emptore in verbo non habere, ff. de vsucap.

4 Secundus casus est, quando adest statutum de continuanda possessione defuncti in hæredem, quod statutum viget Bononiæ, & tunc vera, & communis opinio est, quod possessio ipso iure transeat, Tiraquell. in tractat. le mort, sayfit le vif. in præfatione in 6. declaratione num. 5. & sequent. & nu. 13. vbi reprobat contrarium tenentes ex quo infertur, quod hæredi competit interdictum retinendæ contra turbantem possessionem defuncti, absque aliqua actuali apprehensione, vt tradit Menoch. in 3. remed. retinend. n. 59. & talis possessio dicitur vera, licèt modus acquirendi sit fictus, Ripa respons. 80. n. 79. Tiraquell. in præallegat. declarat. 1. num. 4. & 6.

Aliquoties tamen hæc continuatio statuti non habet locum, & primo, locum non habet in bonis, quæ a defuncto naturaliter tantum possidebantur, Immol. cons. 16. col. 2. Ias. in cons. 147. n. 3. lib. 2. & in terminis bonorum feudalium, & in Emphyteuticorum tradunt

Corn.

Corn.cons.173.in vltim.dubio, lib.2. Iason cons.152. circa princip.& col.vltim.lib.4. Alexand.cons.121. & fuit decisum in Imolen. bonorum 20. Aprilis 1592. coram Card. Pamphilio.

6 Secundo prædictum statutum non habet locum, quando possessio erat apud defunctum, & de sui natura non transitoria ad hæredes, Alexand. cons. 159. n. 4. lib.2.& cons. 153. n.4.lib.6. Riminald.Iun. cons. 545. num.35. & 36.lib.5. Menoch.cons.139. num.18. & in terminis statuti Mediolanen. fuit resolutum in vna Mediolanen. bonorum 28. Martij 1594. coram Cardin. Meliuo.

7 Tertiò,non procedit,quando possessio naturalis fuit medio tempore ab initio occupata, Ias. in l. si sorori num. 2.vers. limita, C.de iur. delib. Alex.in l.si hæredes nu.4.de acquirend.possess. & dict. cons.131. n.4. circa med.li.6.Tiraquell. vbi supra in declarat.8. Rota decis.27. n. 13. p. 1. diuers.

PRAXIS RECVSATIO Iudicis Suspecti.

RESOLVT. DXIII.

1 *Causæ recusandi Iudices suspectos, quæ remissiuè.*
2 *Acta facta per Iudicem allegatum suspectum recusatione pendente, an valeant, & n.5. & 6.*
3 *Iudex dicitur grauare, vbi procedit in causa appellatione pendente.*
4 *Recusatio suspendit iurisdictionem Iudicis sicut appellatio, & n.7. & 8.*

An hodie stante dispositione S.C.Trid.sess.14. c.5. processus factus post interpositam recusationem sit nullus, etiam si non fuerit appellatum à processu ad vlteriora.

SOlent actor, vel reus in iudicio comparentes iudicem grauare, ac proinde eum recusant interpositio iuramento, & protestantur causas recusationis, & 1 suspitionis coram Superiore, vel iudicibus arbitris proponendas, quæ plures sunt in iure, quas refero Ego ipse in Collect.445.vbi refero octo causas: Iudex verò ad vlteriora procedens, non obstante recusatione; pars, quæ sentit, iudicem grauare appellat, & implorat Regale auxilium, sed ipse Iudex omnibus neglectis iterum ad vlteriora procedit, dubitatur,an faciat grauamen in tantum,quod omnia acta sint reuocanda post recusationem, sicut reuocarentur post appellationem,in qua dubitatione vltra tradita per Cenal.in q.680.lib.2.prac.comm.contra commu.vbi resoluit omnia facta post recusationem esse nulla,& pro parte, quod iudex grauat, probat text. in c. accedens 2. vt lite non contestata, ibi, & prædictas cassauimus sententias,immo causas pronunciabimus, & inanes.

3 Quia iudex procedendo in causa post appellationem dicitur grauare,vt tradit Burs.cons.21. n.36. per illum tex.Corneus cons.247.volum.1. Paul. de Castr. cons.123.vol.2. Cacheran.decis.84. n. 10. & id ita iudicauit Rota,vt refert Antonius Augustinus Auditor Rotæ tit. de recusatione Iudicis decis. 4. Lapus allegat.1.num.11.vbi Mandotius illud ampliat, etiam si appellatio sit deserta, quia acta Iudicis nulla non reconualescunt.

Quæ sententia in tantum vera est,& procedit, quia si pars recusans appellat, non poterit Iudex ad vlteriora procedere, & faciet vim, vt tradit Rebuffus tit. de recusatione art. 9. glos. vnica in fine, vbi dicit, ita Regium Senatum iudicasse.

4 Quia recusatio non minus suspendit Iudicis iurisdictionem, quam appellatio, vt dicit commun. opinionem, Suarez in suis communibus, verbo recusatio num.19. dicens, quod processus factus post superiorem allegatus,etiam appellatione non sequuta,nullius momenti redditur, vt tradit Millius in suo Repertor. verbo iurisdictio suspenditur, Maran. de ordine iudiciorum distinct.26.nu.8.Mandosius in addit. ad Consil.Roman.220. num.3. in verbo momenti, Capella Tholosana decis. 278. & ita Curia Romana iudicauit die 7.Nouembr.Anno 1552. & in alia causa Placentina decimarum die 16.Decembr.Anno 1558.vt tradit Palæotus decis.268.quam refert, & sequitur Bursatus dict. cons.21. num.21. in fin. vbi hanc dicit communem opinionem, tam respectu Iudicis ordinarij, quam delegati.

5 Quod puta verum, etiam de iure canonico, licet appellatio, non fuerit interposita, quia omnia acta post recusationem, erunt nulla, quidquid contrarium resoluat Cacheranus decis. 150. quia hodie ex noua lege Concil.Trid.cap.5.sess.14.in fin. si Iudex dicatur suspectus, non est amplius in causa procedendum ibi, quod si in his casibus, in quibus ipse reus fuerit, contigerit, vt electus ab eo conseruator, ab actore suspectus esse dicatur, nequaquam in causa procedatur, donec per arbitros in forma iuris electos super suspitione fuerit iudicatum, per quē textum cessant quinque opiniones, quas in hoc articulo refert Francus in cap.cum speciali num. 47. vers. vlt. quæritur de appellat.& Vital.in tractatu clausularum, in clausula nihil nouari recusat.iud. pendente, & Cacheranus dicta decis.84.à num.6.Neuizarius cons.36.num.8. & sic licet Innocentius, & alij, quos refert Lancellotus de attentatis 2. par. c.6. nu.2. teneant de iure canonico omnia facta post recusationem,non esse nulla, nisi appellatione interposita.

6 Hodie tamen sunt nulla ex dicto Concilio verbo nequaquam, quod verbum importat actus nullitatem,quia est verbum resolutiuum,vt est verbum, non alias,& non aliter,vt est glos.in l. si quidem, vbi Bald. num.3.C.de exceptionibus, Marta de clausulis, clausul.61. num.9. vbi dicit, ita fuisse in Rota resolutum, maximè, quia hodie semper interponitur appellatio, plures refert, & sequitur Doctores Lancellot. vbi supra num.4. qui tenent,tam de iure ciuili, quam canonico esse omnia acta nulla post recusationem, licet appellatio non fuerit interposita à non admissione recusationis, vt tradit etiam Cephalus cons. 241. nu. 19.lib.2.Parisius cons.98.n.7.lib.5.Ruinus cons.6. nu. 5.lib.4.Cassaneus cons.30.n.21.

7 Quæ opinio vera est, & procedit non solum respectu Iudicis ordinarij, sed etiam respectu Iudicis executoris, licet habeat nudum ministerium, vt Iudex compulso alioqui potest, vt suspectus recusari, Quintilianus,Mandotius de compulsorialibus comit.16. licet contrarium teneant Caputaquensis decis. 168. & 172.Guido decis.66.& omnia facta per recusationem sunt nulla,vt resoluit Rota die 26.Octob. Anno 1562. & in alia causa die 18. Februar. Anno 1555. sequitur Lancellot.de attent.2.punct.c.6.de attentatis post recusationem iudicis num. 12. & 13. cum sequentibus, vbi n.19. tenet Iudicem recusatum procedentem in causa post recusationem agrauare partem, & ita refert fuisse iudicatum in causa cuiusdam pensionis die 27.Nouemb.Anno 1553.

8 Et limitanda est, quando Iudex executor procedit in causa ex commissione Pontificis, cum clausula recusatione remota, vt docet Francus in cap.postremo num.2.de appellat.quem sequitur Conradus de offic. præt.in causa ciuili §.2.cap.de exceptionibus num. 3. vers. 2. ampliat. & Villalobus in Iuris communibus lit. C. num. 21. vbi dicit, quod Papa de plenitudine potestatis potest committere causam recusatione remota, & tunc Iudex non aggrauabit,qui non obstante recu-

te recusatione, procedit in causa ad vlteriora, & ita obseruatur in Curijs Ecclesiasticis.

RESOLVT. DXIV.

1 *Clausula recusatione remota, quid operatur.*

An vbi recusatio proposita est friuola, Iudex possit procedere ad vlteriora.

1 CLausula recusatione remota, operatur, vt Iudex possit procedere ad vlteriora, nec dicitur grauare, maximè si nascatur post datam Iudici commissionem, vt tradit Natta plures citat cons.174. n.5. lib.1. quem sequitur Lancellotus de Attentat.in 2.p. cap.6. de attentat.post recus. n.33. & cum in hoc casu sit necessaria cognitio causæ principalis, cum sine ea non possit terminari articulus grauaminis, sequitur Iudices in hoc casu habere causæ cognitionem, an recusatio sit friuola, cum sine hac cognitione articulus grauaminis examinari non possit, vt dixerunt Doctores declarando clausulam appellatione remota, quod tenementi, quia est vtile in practica, & sæpè potest contigere de facto.

RESOLVT. DXV.

1 *Causæ recusationis, an possint proponi in omni parte Iudicij, & num. 3.*

Recusatio Iudicis suspecti debet esse specialis non autem generalis.

ADuertendum est, quod in foro Ecclesiastico non sufficit recusatio generalis, sed necessaria erit specialis, siue Iudex ordinarius sit recusatus, siue delegatus, vt in cap.eum speciali, vbi glos. verbo coram de appell. & in cap. quod si contra vnum, vbi glos. verbo probari de officio delegat.lib.6. & in cap. 6.de appellat. & causas suspicionis tradit glos.fin.in capit. causam de officio delegat. & quadraginta causas refert Perusinus in cap.postremo num.7.de appell. Maranta de ordine iudicio 6.par.membro 2.à num.27.& 70. refert Bertachinus verbo Iudex suspectus, & 93.
1 Aufrerius in tractatu de recusatione, sed istæ recusationes, licet de iure Ciuili, & Regio possint proponi in quacunque parte litis, vt l.apertissimi, C. de iudicijs, Couarruuias practicarum, quæst.cap.20.n.6. & tradit Paz.in sua Praxi primæ par.1.tomo cap. 20. num. 18. & 19. at verò de Iure Canonico proponi debet talis recusatio ante litis contestationem, vt probatur in d. cap. speciali verbo protestator de appellat. & tradit Rebuffus in tractatu de recusatione artic.1.glos.2.nu. 21. & hanc dicit communem opinionem Aretinus in cap.2.de iudic.vbi Decius num.24.nisi causa suspitionis de nouo veniat ad recusantis notitiam, & illud iurauerit, tunc enim admittenda erit recusatio, secundum Glossam in l.error verbo facti, C.de iuris, & facti ignorantia receptam communitet, & Ias.ibi num.26. Decius in dicto cap.pastoralis num.18.Couarru. cap. 26.n.2.pract.quæstione, & si tempus lapsum fuerit ad proponendum recusationem in causa Ecclesiæ, vel minoris concedenda est restitutio, vt tradit ipse Couarru.d.c. 26.n.4.

RESOLVT. DXVI.

1 *Proposita recusatione Iudex compellit litigantes ad eligendos arbitros.*
2 *Causa recusationis probata remittitur negotium principale ad suum Iudicem.*

Proposita recusatione, quid agendum.

1 REspondeo, quod si Iudex recusatus fuerit delegatus à Romano Pontifice poterit ipse compellere litigantes ad eligendos arbitros, coram quibus causa recusationis probetur, & decidatur, & poterit illis arbitris tempus statuere ad terminandam causam recusationis, & interim est suspensa Iurisdictio, & si arbitri discordent, possunt nominare tertium, vt docet textus in cap. suspicioni de officio delegati, & in cap. 2.requiris, §.1.& in cap. legitima de appel. lib. 6. & si
2 probata fuerit causa recusationis, causa remittenda est ad suum superiorem; neque potest alteri Iudici committi etiam de consensu recusatoris, vt probat text.in cap.Iudex de officio delegat.lib.6. Si vero Iudex recusatus, fuerit ordinarius veluti Episcopus, vel eius Vicarius, licet arbitri sint eligendi, vt in capit. si contra vnum verbo Episcopi, de officio delegati lib. 6.vbi Doctores, tamen si causa recusationis probetur bene possunt, vel remittere causam ad superiorem, vel de consensu recusatoris alteri committere, vt in dict. cap.14.cum speciali, vbi Imola num.10.Perusinus nu. 16. & Præposit.num.17.

RESOLVT. DXVII.

1 *Subdelegatus delegati S.Pontif. si fuerit allegatus suspectus quid agendum.*
2 *Vicarius generalis Episcopi, quando recusatur, vt suspectus quid agendum.*
3 *Recusatio proponenda est in scriptis.*
4 *Assessor an possit ab vtraque parte allegari suspectus.*

An si subdelegatus Delegati Pontificis fuerit recusatus, sint arbitri eligendi?

1 QVando Iudex recusatus fuerit subdelegatus delegati Pontificis, tunc non sunt arbitri nominandi, sed causæ recusationis sunt proponendæ coram ipso delegato Papæ, vt in cap. idem teneas, & quando
2 Vicarius Generalis, huius Archiepiscopatus recusatur, quia causæ sunt proponendæ coram Domino Archiepiscopo, & non sunt arbitri nominandi, vt probat textus in cap.si conrra vnum de offic. deleg. in 6. & sic vidi practicari in aliquibus Curijs Ecclesiasticis,
3 quando Vicarius recusatur, quæ recusatio proponenda est in scriptis, vt probat text.in l. apertissimi, C.de iudic.& tenet glos.in cap.quoniam contra de probat. verbo recusationes, secus est in mixto executore, qui habet causæ cognitionem, vt tenet Ferretus cons.53. in princ.& ex verbo cognoscatur in c.dicenti 25.qu.2. & docet Felyn.in cap.de cætero, de re iudic. & vide Rebuff.in tract.de recusationibus art. 5. n.5.
4 Sed quid est dicendũ de assessore recusato ab vtraque parte, resolue non posse recusari, vt suadetur in c. cum olim de causa possess.& prop. Escobar de ratiocin.lib.1.cap.8.num.13. maximè si iurauit, quia tunc est effectus Iudex, & non potest remoueri, sed aliùs adiunctus nominãdus, & ita vidi iudicatũ, & practicatũ, & benè, vt præcludatur via malitiosæ recusationis.

RESOLVT. DXVIII.

1 *Recusatio debet proponi coram Iudice suspecto.*
2 *Recusatio, & appellatio æquiparantur. (quiratur.*
3 *Appellatio vt legitimè interposita iudicetur, quid re-*

Recusatio Iudicis suspecti, si non proponatur coram Iudice recusato, an acta postea facta sint nulla.

1 IN casu proposito dicebam, certum esse de iure recusationem esse proponendam coram ipso; nã non rectè

rectè proposita nihil operatur iuxta dispositionem text. in cap. cum speciali de appellat. ibi statuimus, vt si allegauerit se iudicem habere suspectum, coram eodem causam iustæ suspicionis assignet: facit text. in cap. suspicionis de officio, & potestate Iud. deleg. & in cap. legitima de appellat. lib. 6. l. apertissimi, C. de Iudic. & tenet Spec. in titul. de recusat. §. qualiter autem debeat fieri recusatio num. 1. & sic si dicta recusatio coram dicto Iudice inferiore proposita non fuerit,
1 eius iurisdictio non suspenditur, quia recusatio, & appellatio æquiparantur, vt tradit Franch. in cap. super 10. num. 17. cum seq. de appellat. & in rubr. eod. tit. in princip. & tenet Burs. at. cons. 21. num. 21. & sicut appellatio necessario proponenda est coram Iudice inferiore, & a quo appellatur, vt disponit text. in cap. vt debitus de appell. & in cap. alias §. 61. dic com. 2. q. 6. glos. in cap. suggestum in vlt. oppositione de appellat. & in c. appellatio eodem tit. lib. 6. & in Clem. 1. verb. maiori, eodem tit. sic etiam dicta recusatio, vt suum effectum posset operari coram Iudice recusato, necessario proponenda erat, & maximè, quia sicut in appellatione requiritur, quod fiat intimatio Iudicis ad hoc, vt talis appellatio intimata operetur effectum attentatorum, vt Dec. Rot. 38. alias 309. Attestata de appellat. & innouat, vt tradit Franch. in cap. si iustus metus quæst. vlt. nu. 41. de appellat. & Ioan. Andr. in cap. duobus eodem tit. & Speculat. in tit. de appellat. §. qualiter, vers. item sit cautus, Lapus alleg. 39. vt tradit benè Maranta in suo specul. in 3. part. 6. partis princip. quæst. 2. n. 391. eodem modo, etiam requiritur, quod recusato Iudice recusatio intimatur.

RESOLVT. DXIX.

1 *Requisita quæ sint, vt Iudex possit allegari suspectus, & num. 2. & 3.*

Quæ sint seruanda in recusatione Iudicis suspecti.

VBi non seruantur infrascripta in recusatione Iudicis suspecti, Iudex procedendo ad vlteriora non grauat.

1 Primo, quando in recusatione non fuit allegata causa aliqua specifica suspicionis, prout de iure canonico requiritur, Pract. Pap. in foro delin. iurisdict. in verb. rationibus, & causis, & ibi addit. Aufrer. de recus. susp. iud. vers. sed de iure canonico fol. 488. vbi testatur, ita seruari de consuetudine: bene verum est, quod possunt de nouo exprimi causæ suspicionis, tempore tamen debito, Aufr. ibid. vers. sed ponamus.

2 Secundo, quando non nominatur aliquis arbiter ex parte allegantis iudicem suspectum, prout requiritur nominari in actis, Pract. Pap. in d. vers. rationibus, & causis, & ibi addit Neuous. cons. 36. n. 2.

3 Tertio nominatio arbitrorum reperitur facta extra iurisdictionem Iudicis allegati suspecti vltra vnam dietam, Borgogn. decis. 28. n. 99. par. 2. Triuis. in decis. 84. & iuxta hæc scio practicatum aliquando fuisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana.

PRAXIS CAVSÆ DISPENSATIONIS Matrimonialis.

RESOLVT. DXX.

1 *Causæ, ob quas concedũtur dispensationes matrimoniales.*

Quid disponat Sac. Conc. Trid.

1 IN sess. 24. de reformat. matrimonij cap. 5. in fine, hæc habentur verba in contrahendis matrimonijs, vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idque ex causa, & gratis concedatur, in secundo gradu numquam dispensatur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam vtilitatem.

Quænam sint causæ dispensationis.

PRima est, quod cum oratrix dotem habeat minus competentem iuxta status sui conditionem, cum qua virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, inuenire queat, & dictus orator intendat illam cum dicta minus competenti dote in vxorem ducere, &c. quam referunt Fer. Emanuel. cap. 237. conc. 1. num. 2. Iacob. de Grassis parte 1. decis. lib. 2. cap. 81. in fine, Ledesma de matrimon. quæst. 56. artic. fin. & in summ. de Sacrament. titul. de matrim. cap. 27. conclus. 5. Galleg. de cognat. spirituali cap. 22. num. 8. Guttier. canon. lib. 2. cap. 15. num. 107. Sanch. lib. 8. disput. 19. num. 16. Reginald. lib. 31. num. 194. vbi num. 196. resoluit censendam iustam causam dispensandi, cum in defectu ipso dotis inuenitur ratio pietatis, vide Henriqu. lib. 12. cap. 3. §. 9. vers. 3. Ægid. disp. 33. num. 47. Nos in collectan. dec. 4. par. 3. collect. 709.

2 Secunda, quod cum dicta oratrix in dict. loco, propter illius angustiam, virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit inuenire nequeat, &c. referunt Galleg. de cognat. spirit. cap. 22. nu. 10. Veg. in summ. tom. 2. cap. 34. casu 167. Eman. d. cap. 237. num. 2. vers. la quarta, Henriqu. d. §. 9. Sanch. lib. 8. disp. 19. num. 12. Ægid. d. disp. 33. n. 46. Reginald. d. lib. 31. num. 196. vers. ad tertiam, vbi resoluit requiri tantum, vt intra oppidum proprium fœminæ non inueniatur æqualis, cui nubat, refertque, ita responsum esse Archiep. Mediolan. à Congr. Cardinalium 18. Nouembr. Anno 1570. cuius responsionis verba adducit Sanch. d. disp. 19. num. 3. dicens nu. 15. non esse adstringendam ad nubendum alicui vetulo, aut durioris intolerabilioris ve ingenij, & Nos in decis. Curiæ Archiepisc. Neapol. decis. 25.

3 Tertia, quod cum inter dictorum oratorum parentes consanguineos, vel affines graues inimicitiæ ortæ iam sint, & ad præsens vigeant aliunde tamen, quam ex causa matrimonij inter oratores contrahendi pronenientes, & ante illius tractatum exortæ, & certum sit, quod si oratores prædicti inuicem matrimonialiter copularentur, inimicitię huiusmodi omnino componerentur pro illis igitur componendis, ac pro bono pacis Oratores prædicti cupiunt, &c. referunt Sanch. lib. 8. disput. 19. num. 8. Reginald. dict. lib. 31. nu. 196. vers. ad secundam.

4 Quarta, si inter dictos Oratores, seu eorum parentes lites super rebus magni momenti ortæ iam sint, Eman. d. cap. 237. num. 2. vers. la secunda por se acabar vn gran pleyto, Ægid. dict. disput. 33. n. 45. Sanch. lib. 8. disp. 19. num. 8. vbi num. 9. resoluit, quod ad hanc causam reducitur euitatio scandalorum inter cognatos, & num. 11. dicit similiter esse iustam dispensandi causam, quando dispensatio est quasi remedium necessarium obuiandi alicui magno delicto.

5 Quinta, quando locus ad litus maris situs continuis inuasionibus piratarum, & fidei orthodoxæ hostium expositus sit, propterea externi homines, non ita libenter, vt cum dicti loci habitatricibus contrahant accedere velint, capiunt, &c. refert Quaranta in Summa Bullar. verbo matrimoniales dispensationes.

6 Sexta, cum nisi Matrimonium inter oratores contrahatur dicta oratrix innupta, & diffamata remaneret, grauiaque exinde scandala possent verisimiliter exoriri, refert Sanch. lib. 8. disput. 19. num. 9.

7 Septima, quando oratrix vigesimum quartum annum excederet, & hactenus virum paris conditionis

cui

cui nubere posset non inueniret, refert Quarant. dict. verb. matrimoniales dispensationes.

8 Octaua conseruatio diuitiarum in eadem cognatione, ne causa dotis distrahantur ad aliam cognationis familiam, quando eæ ampliſſimæ sunt, referunt Galleg. d. cap. 22. nu. 11. cum seq. Veg. tom. 2. Summ. cap. 34. casu 167. Eman. d. cap. 237. concl. 1. in fine, Ægid. d. disp. 33. n. 49. Reginald. d. lib. 31. n. 197.

9 Nona excellentia meritorum in Ecclesiam, siue dispensationem petentis, siue eius cui petitur, referunt Galleg. d. cap. 22. n. 17. Sanch. d. disp. 19. n. 32. Ægid. d. disp. 33. n. 49. vers. 6.

10 Decima proles habita ex consanguinea, quando bona fide suscepta est, referunt Ledesm. de matrimon. qu. 56. art. vlt. ad finem, Guttier. canon. lib. 2. cap. 15. num. 107. Sanch. dict. disputat. 19. num. 33. Ægid. dict. disp. 33. n. 49. vers. 7.

11 Vndecima conseruatio Illustris familiæ in eodem sanguine aliàs perituræ, vt si eius caput esset fœmina, quia hoc ad Reipub. bonum aliquo modo spectat, refert Ægid. d. disp. 33. n. 49. vers. 4.

Sed quia in materia dispensationis matrimonialis duæ solummodo causæ in Praxi frequentiores videntur, scilicet propter incompetentiam dotis, & propter angustiam loci, opere pretium duxi de infrascriptis dubitare.

RESOLVT. DXXI.

1 *Dos congrua, quæ dicatur.*
2 *Dos incompetens, quæ appellari possit.*

Dos incompetens, quænam dicatur ad effectum verificandi Bullam dispensationis.

EX modo probandi congruitatem dotis resultare modum probandi incongruitatem eiusdem, nec verò difficile est æstimare dotis congruitatem, vt inquit Celsus in l. si filiæ, ff. de leg. 3. cum illa congrua dicenda
1 sit, quæ constituta fuerit, pro modo facultatum tam viri, quam vxoris, aut eius, qui mulierem dotare tenetur pro dignitate coniugum, & pro consuetudine loci d. l. quæro, d. leg. cum post, §. gener. ff. de iure dot. l. creditores, C. de administr. tut. d. lege si filiæ, ff. de legat. 3. Soccin. cons. 57. num. 25. & 27. lib. 1. vbi etiam inquit variari dotes pro temporum varietate, itaut quæ olim congrua fuerit procedente tempore tenuis existimari possit, Dec. cons. 26. nu. 4. dicens congruitatem dotis considerari potissimum ex consuetudine Ciuitatis, itaut eadem dos in vna Ciuitate sit congrua, in alia sit incongrua, Corn. cons. 115. lib. 3. & cons. 107. lib. 2. col. pen. Grammat. dec. 101. num. 65. & 69. vbi videtur tradere modum probandi dotis incongruitatem, nempè si articuletur, & probetur, quod inter similes personas, similes dotes frequentari soleant, & si præfatæ mulieri non sit similis dos constituta, congrua sit dicenda, & quod in loco limitato soleat talis dos ex incongrua extimari, & dos congrua est, quæ legitimè commensuratur, idque procedere si talis dos commensurata legitimè frequentari soleat in Ciuitate, alioquin, si hoc ipsum indistinctè intelligeretur, totum ferè Regnum discordijs subuersurum, id etiam tradit Afflict. in constit. Reg. de success. filiorum commun. Rubr. 23. num. 33. de Vbald. in cap. Rayt. ext. de testam. quod etiam videtur de mente, Brun. in tract. de statut. exclud. fœm. art. 9. num. 34. & plures alios corrubat, Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 149. num. 38. Gabr. cons. 142. n. 7. lib. 1.

3 Cum non ex facultatibus mariti tantum, dotis incongruitas existimetur, sed ex alijs, etiam in simul iunctis nobilitate scilicet, aut ignobilitate eiusdem facultatibus, & dignitate vxoris, potissimum verò ex consuetudine regionis, itaut ex omnibus in simul inctis temperamentum quoddam adhibeatur, nec vna qualitas adeo potens est, vt alias ad se trahat, vt antea dictum fuit.

RESOLVT. DXXII.

1 *Dispensatio conceditur mulieri, propter incompetentiam dotis.*
2 *Mandatur executioni si inuenit ignobilem, & diuitem.*

Dispensatio concessa mulieri, propter incompetentiam dotis, an sit mandanda executioni, si inuenit ignobilem, & diuitem.

1 CONceditur dispensatio mulieri nobili, vt nubat consanguineo ob dotis incompetentiam, cum qua sibi parem inuenire non posset, si in loco adsunt ignobiles diuites, qui illam ducerent, an possit vti dispensatione, quasi parem non inuenit, breuiter dicen-
2 dum, quod potest, quia paritas debet considerari ex genere, & moribus, non ex diuitijs text. est singul. in l. Iudices, C. de nupt. vbi lex inter pares magis defert generi, & moribus, quam diuitijs, & ibi notat Bald. inferens. alia. Fallit si est Doctor, & dives ex notabili doctrina. Salic. in l. prouidendum, C. de postulando, vbi dicit, quod Comitissa magna nubens Doctori non dicitur nubere viro indigno, quem refert Campeg. de dote in 1. par. quæst. 3. Lup. in cap. per vestras, §. 8. nu. 12. recompensantur enim qualitas virtutis, cum diuitijs, & nobilitate Contissæ, sed videtur etiam attendenda consuetudo locorum.

RESOLVT. DXXIII.

1 *Delegatus ad dispensandum, an possit dispensare cessante causa.*
2 *Mandatum dispensandi continet clausulam si preces veritate nitantur.*

An si dos, quæ tempore impetrationis dispensationis erat incompetens, efficiatur, postmodum competens, itaut possit Bulla dispensationis executioni demãdari.

1 DElegatus ad dispensandum non potest validè dispensare si post mandatum, seu indultum, sibi à Summo Pontifice concessum, cessauit causa iusta dispensandi, vnde si Papa commisit Episcopo facultatem dispensandi in Titio irregulari, vt ad ordinẽ, propter parentum paupertatem promoueri valeat, sed interim antequam Episcopus dispenset, causa dispensationis cessat, eo, quod parentes Titij ad pinguiorem fortunam venerint, non potest Episcopus dispensare quandiu iusta dispensandi causa cessat, quandiu scilicet parentes diuitijs affluunt; ita Suarez lib. 6. cap. 20. num. 13. Sanchez lib. 8. disputat. 30. num. 2. Ratio est multiplex.

2 Tum quia mandatum ad dispensandum datur sub conditione si preces veritate nitãtur, sed si preces nõ nituntur veritate, cessat causa, ob quam data fuit delegato facultas dispensandi, ergo delegatus ad dispensandum non potest valide dispensare, si iusta dispensandi causa cesset, postquam Superior facultatem dispensandi dedit.

Etiam tum inferior validè potest dispensare, quatenus illis conceditur à Superiore, cum sit veluti mãdatarius, qui mandati formam seruare tenetur, sed superior non videtur concedere facultatem dispensandi, cessante iusta dispensationis causa: non enim præsumitur velle facultatem alteri dare ad id, quod ipse licitè præstare non potest, cum autem ipse non possit licitè dispensare sine iusta causa, sequitur non præsumi facul-

facultatem alteri ad diſpenſandum dare ceſſante cauſa in precibus narrata, etiam ſi cauſa tempore commiſſionis adeſſet.

Tandem, quia ſicut ſuperior non vult facultatem diſpenſandi dare, niſi ſubſiſtente tali cauſa, ita data diſpenſandi facultate, non cenſetur velle diſpenſationem ipſam concedi non ſubſiſtente iuſta diſpenſationis cauſa.

Quinimmo ad ſupradictorum comprobationem valde confert, quod voluit Bonac. de legibus, diſput. 1. punct. 2. queſt. 10. §. 1. propoſit. 2. cauſam, ſcilicet ad diſpenſandum requiri non ſolam, quando ſuperior dat inferiori mandatum ad diſpenſandum, vt patet ex cap. quia circa, de conſang. & affinit. verum etiam, quando inferior vult diſpenſandi facultate vti; Ita Guttierez de matrimon. c. 126. nu. 1. Sanchez, Suarez, & alij loc. ſtatim citandis, qui bene aduertunt confeſſarios, alioſq; quibus diſpenſandi facultas datur, magna vti debere diligentia in indaganda rei veritate, vt videlicet reſpiciant, an preces verificentur, non ſolum dum ipſi diſpenſationem vi facultatis ſibi conceſſæ exequi volunt, verum etiam tempore conceſſionis Romæ obtentæ. Ita Sanch. num. 5. contra Guttierez loc. citat. verſ. nihilominus, qui videtur ſibi contrarius verſ. ſi verò cauſa.

Non obſtat, quod effectu conſũmato prout in ſuperiori caſu, non eſſet diſpenſatio ceſſante cauſa, vt benè docet Menoch. de præſumpt. 189. nu. 197. Bartolus, & alij apud Sanch. & Suar. loc. cit. ſed effectus diſpenſationis eſt exemptio ab obligatione legis, quæ legitimè conceſſa eſt, poſtquam is, cui datum erat mandatum ad diſpenſandum, diſpenſauit, ergo diſpenſatio, ſeu exemptio ab obligatione legis non ceſſat, ſi cauſa diſpenſationis ceſſat, antequam diſpenſatio ſuum effectum ſortiatur; Tum quia obligatio legis ſublata eſt per diſpenſationem, effectus autem ſemel extinctus non poteſt naturaliter reproduci.

Quoniam reſpondetur ſupradicta vera eſſe, ac procedere de effectu diſpenſationis vltimato, & iam omnino conſummato, non cenſetur autem effectus omnino conſummatus, donec diſpenſatio ſortita ſit cauſæ effectum, propter quem data fuerat facultas ad diſpenſandum.

RESOLVT. DXXIV.

1 *Non dicitur fieri poſſe, quod incommodè fit, nonnulla inferuntur ad regulam.*

An Dos dicatur competens reſpectu vnius filiæ, ſi pater dotando illam, non poſſet alias competenter dotare.

1 MInimè dici competentem, & ſic Commiſſarium iure optimo poſſet Bullam diſpenſationis executioni demandare, ex quo vera, & indubitata eſt iuris concluſio, quod illud dicitur fieri non poſſe, quòd commodè fieri nõ poteſt, l. nepos proculo, ff. de verb. ſignificat. cap. faciat 22. quæſt. 2. quemadmodum paria ſunt aliquid non eſſe, vel inutiliter eſſe, & conſequenter aliquid non fieri, vel fieri non ſolemniter, l. vnica, C. de rei vxor. act. l. quoties, ff. qui ſatisdat. cog. & l. ætate, §. nihil, ff. de interrog. act.

Et ita demum paria quoque ſunt, non appellare, & appellare nulliter, vt per Marc. Mant. conſ. 125. nu. 30 & conſ. 146. n. 11. provt paria ſunt, etiam non arbitrari, & nulliter arbitrari, rectè Ruyn. conſ. 142. n. 4. vol. 4. & ſic denique paria ſunt non factam extitiſſe executionem, vel factam, ſed illegitimè, vt per Roland. conſ. 9. n. 7. & conſ. 14. n. 25. volum. 1. Soc. in l. quoties n. 1. ff. qui ſatisd. cog.

Etiam paria ſunt factum, quid eſſe, vel fieri debuiſſe quantum ad maculam attinet amittentis, Cravett. conſ. 376. num. 6. 11. 20. cum ſequ. vol. 3.

Immò paria ſunt, etiam quod cauſa expreſſa non ſit, vel expreſſa, & non quidem aptè, intelligibiliter ſecundum Marſ. in rubr. ff. de fideiuſſor. n. 374.

Paria ſunt etiam nullam habere cauſam conquerendi, vel habere, ſed non iuſtam, Soccin. in rubr. n. 3. ff. quod quique iuris.

Et ſic ad idem propoſitum paria ſunt, etiam non accipere poſſeſſionem, vel accipere, ſed nulliter, l. 4. §. condemnatum, vbi iuris interpretes omnes de re iudic. Roland. conſ. 78. n. 26. vol. 3.

Sicq; etiam paria ſunt non habere titulum, vel habere ſede nullũ, l. quoties, & ibi DD. ff. qui ſatisd. cog. Riminal. Iun. conſ. 343. Magnifica n. 28. vol. 3. Surd. cum alijs aggregatis per eum conſ. 28. n. 52.

Pariaque ſunt, quoque non adeſſe cauſam, vel falſam, & inhabilem, l. 1. §. & quidem, ff. quod cui vni. hom. Grammat. conſ. ciu. 81. n. 13. provt paria ſunt ſimiliter non aſſignare rationem, aut aſſignare, & non bonam, & concludentem, vt per Spec. in tit. de teſtam. §. 1. verſ. item, quod interrogatus, Grammat. conſ. ciu. 30. num. 4.

Paria ſunt, virum non habere, vel habere inutilem, vt per Gloſ. in l. fin. C. ad leg. Flauiam de plagia. Abb. in c. bonæ memoriæ, col. 3. de poſtul. Prælat. Roland. conſ. 9. n. 25. lib. 1. & eſt textus in c. 2. de tranſ. Prælat. ita ſanè, etiam paria ſunt, non habere vxorem, vel habere, ſed inutilem, vt diſcuſſimus ſolito ſtylo in maritum non habere.

Immo paria, etiam ſunt aliquid non fuiſſe factum, vel nullum habere effectum, vel aliquid factum eſſe, & fuiſſe reuocatum; ita Beccius conſ. 6. n. 3. & ſequent. vol. 1.

Paria quoque ſunt, ciuilem eſſe funditus extinctam per ſententiam, vel nunquam fuiſſe natam obligationem, vt per Ang. in l. Iulianus, ff. de condict. indeb. quem ibi ſequitur Ant. de Alexand. col. 6. verſ. & deinde ciuilis fuit extincta.

RESOLVT. DXXV.

1 *Tempus præſens attenditur.*
2 *Spes non habetur in conſideratione.*
3 *Principium rei attenditur.*

Dos an dicatur compens. ſi ſupplenda veniat per extraneam perſonam.

1 MInimè dici poſſe huiuſmodi puella dotem competentem habere, quamuis magnam hæreditatem, & ſucceſſionem ſperet, vt in propriis terminis firmat Nauar. in conſil. 19. de reſcriptis, Menoch. in conſil. 71. n. 6. vol. 1. Henriq. in conſil. 97. num. 6. & ſequent. ſequitur Genuen. in Prax. Curiæ Arch. Neapol. cap. 25. num. 9. & ſeq.

Mouentur ſupracitati, quamplurimis fundamentis, & auctoritatibus.

Primò, ex quo in omni diſpoſitione attendatur tempus præſens, l. ſi ita, ff. de auro, & argento legato, Achil. de Graſſ. in deciſ. 4. teſtamentis, Ioſeph. Ludouic. in dec. Rot. Peruſ. 7. allegat Socc. Iun. in conſ. 99. vol. 3. Pariſius de reſignat. beneficij lib. 2. quæſt. 6. vbi ex ſupradictis deducit, non poſſe, quem ordinari, abſq; titulo quamuis ſperet magnam patris hæreditatem, ſequitur Crillenzon. in conſil. 14. Graff. in conſil. de temporibus ordinationum, vbi plura ad hoc conducentia colligit.

2 Secundò, quoniam ſpes non habetur in conſideratione, vt probatur apertè in l. ſpem, C. de donationibus, ſequitur Bald. in conſil. 22. n. 6. & ſequent. Alex. in conſil. 97. num. 8. & ſequent. vol. 1. Dec. in conſ. 339. vol. 3. Monal. in conſil. 16. Alciat. reſponſ. 6. referens

ſpem

spem haberi vti non ens, quoniam multa, quæ sunt in spe, vt plurimum non eueniunt, vt probatur in §. licet, quibus ex causis manumittere non licet, Dec. in consil. 16. vol. 1. vbi ex supradictis deducit non valere pactum de hæreditate viuentis, l. fin. C. de pactis, l. licet, C. eod. & latè per omnes in cap. quamuis eod. tit. in 6. quemadmodum iactum piscium vendi non posse, leg. iactum, ff. de actionibus empti, vbi latissime Bal. & Castrens.

3 Tertiò, ex quo principium cuiusque rei est spectandum, l. Pomponius, ff. de negotijs gestis, Surd. decis. 102. & facit tex. in cap. principatus 191. vbi vix bono peraguntur exitu, quæ malo inchoata principio, & ad idem expenditur text. in l. 2. ff. de origine iuris. vbi cuiuscumque rei potentissima pars principium est, & ibi Glos. rectè adducit illum versum Horatij *Dimidium facti, qui benè cœpit habet* propterea Christum rebus cunctis principium dicimus, cap. cum Paulus 1. quæst. prima, quare cum principio petitionis ista puella nil valet, istud tempus attenditur, & non futurum, vt ex supradictis.

RESOLVT. DXXVI.

1 *Suppletio quomodo facienda.*
2 *Extraneus non tenetur dotare.*

Dos an dicatur compensata, si supplenda veniat per extraneam personam.

1 MAxima altercatio exorta fuit in Bulla dispensationis Vicario à Sede Apostolica commissa, matrimonialis ob incompetentiam dotis, nam quamuis re vera Dos reperiebatur incompetens, verum, vir quidam eiusdem Diœcesis timoratæ conscientiæ supplere illam cupiebat, fuit dubitatum, si de iure potuissemus Bullam Apostolicam executioni demandare; dicebam, Ego id omninò fieri posse, ex quo, tam tempore impetrationis, quam gratiæ Dos in veritate erat incompetens, & sic preces veritate nitebantur, & propterea gratiam exequendam, cap. ad audientiam de rescriptis, c. cum dilecta eod. tit. & latè per Ludouis. in decis. 1. Rotæ Romanæ, & probatur per omnes in l. cum mandati, C. mandati, item dicebam minimè considerationem habendam per suppletionem tertiæ, ac extraneæ personæ, ex quo non tenebatur de iure
2 dotare, vt probatur communiter in l. vnica, §. final. C. de rei vxor. actione, & consequenter non suffragabatur suppletio prædicta ad inducendam dotis competentiam.

3 Cæterum supradictis minimè obstantibus viso consilio Nauarr. 13. de cõsanguinitate, & affinitate contrarium dixi exequendum, provt exequutum fuit.

RESOLVT. DXXVII.

1 *Locus angustus, quis dicatur.*

De secunda causa dispensationis matrimonialis propter angustiam loci circa quam dubitatur.

Quisnam dicatur locus angustus ad effectum dispensandi.

1 SEcunda, & frequentior causa, quæ Romano Pontifici præponi solet, circa dispensationis gratiam obtinendam, est propter loci angustiam, quare multoties dubitari solet coram Commissarijs, quisnam dicatur locus angustus ad effectum, vt supradictus Commissarius iure possit Bullam dispensationis executioni demandare, & quidem ex cons. Nauarr. 7. de verborum significatio. locus ad effectum, de quo supra dici potest angustus, quoties ibidem non maneant nisi consanguinei, inter quos matrimonium contrahi non posset, nisi præuia auctoritate, & dispensatione Apostolica.

RESOLVT. DXXVIII.

1 *Dispensatio est strictè interpretanda.*
2 *Potestas dispensandi est amplianda.*

Dispensatio cõcessa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in alio loco vicino virum suæ conditioni parem inuenire potest.

1 ALiud est dubium, si dispensatio est concessa propter angustiam loci, an sit mandanda executioni, si mulier in alio loco insigni vicino suæ patriæ virum suæ conditioni parem inuenire posset; videtur, quod non per text. in l. hoc modo, ff. de condit. & demonstration. vbi censetur permissum, quid fieri in loco prohibito, dummodo alibi commodè fieri non possit, non aliter, & dispensatio est strictè interpretanda, cap. 1. & 2. de filijs presb. in 6.

2 Contrarium fuit seruatum in Curia Archiep. Neapolit. cum in dispensatione non ponatur dicta conditio, & licèt sit strictè interpretanda, regulariter tamen est latè interpretanda, quatenus verba sonant, & natura verborum requirit, Dec. in §. de adult. num. 169. & etiam priuilegia simpliciter loquentia, sunt simpliciter intelligenda, vt non recedatur à vi verborum tex. notab. vbi Ant. in cap. ad audientiam de decimis, & potestas dispensandi est fauorabilis, & latè interpretanda, quando nemini nocet cap. fin. vbi omnes de simon. & si Papa hoc voluisset, expressisset, & contra eum, qui legem dicere potuit, larga est facienda interpretatio regul. contra eum. de reg. iuris in 6. Calderin. cons. 1. de affinit. & consanguinit.

Non obstat tex. in lege hoc modo, quia ibi erat facta prohibitio, quid faciendi in certo loco, in isto vero casu permisso.

RESOLVT. DXXIX.

1 *Dispensatio Summi Pontificis super matrimonio inter consanguineos contracto liberat à pœna temporali.*
2 *Dispensatio Pontificis super radice matrimonii omnia conualidat.*

An dispensatio Pontificis liberet à pœna temporali consanguineos, qui contraxerunt.

1 AN dispensatio Summi Pontificis super matrimonio inter consanguineos contracto liberet à pœna temporali, si erant contacti propter incestum; in Lusitania fuit iudicatum, quod liberet à pœna, ita Gẽma decis. 180. quicquid in contrarium videatur tenere Bald. in Auth. ex complexa, C. de incest. nupt. Cass. cons. 43. vol. 1. Anchar. cons. 406. Abb. in cap. tuæ de procurat. Facit quod quando Papa dispensat in radi-
2 ce Matrimonij, omnia conualidantur, etiam pro præterito iuxta communem in cap. per venerabilem, qui filij sint legitimi.

RESOLVT. DXXX.

1 *Valida est dispensatio alicuius impedimenti respectu habentis plura, aliis non expressis, exceptis matrimonii impedimentis.*
2 *Habens votum castitatis, & Religionis, vel non ineundi matrimonium, si velit contrahere cum consanguinea debet exprimere impedimentum consanguinitatis, & voti.*

Vica-

Vicarius cui committitur diſpenſatio matrimonialis propter anguſtiam loci, an iure mandet executioni, ſi adſint alia impedimenta non expreſſa.

1 VAlida eſt diſpenſatio alicuius impedimenti, quam quis pluribus impedimentis obſtrictus obtinet, non expreſſis alijs impedimentis, niſi fortè impedimenta matrimonij excipiamus. Vnde irregularis ob homicidium, & illegitimitatem, vel ob alias cauſas validè poteſt obtinere diſpenſationem irregularitatis, & illegitimitatis, vel alterius cauſæ. Quamquam nõ poteſt ad ordines promoueri antequam ab omnibus irregularitatibus liberetur, vt per ſe patet.

Ratio concluſionis eſt, tum quia nullo iure probatur vnum impedimentum auferri non poſſe alijs non ablatis. Tum quia obſtrictus pluribus excommunicationibus valide poteſt abſolutionem ab vna obtinere, tacitis, & non ablatis alijs, vt patet ex dictis de cenſuris, & ex communi DD. ſententia; ergo etiam detentus pluribus impedimentis poteſt vnius diſpenſationem obtinere tacitis alijs.

Tum quia licet cognitio omnium impedimentorum, ſeu vinculorum difficiliorum reddat diſpenſationem, non tamen hinc ſequitur omnia impedimenta neceſſario exprimenda eſſe, cum non ſit neceſſe exprimere, quidquid difficiliorem reddit diſpenſationem.

Vnde ſicut, inquit Sanch. lib. 8. num. 22. & alii, quos retuli de cenſuris contra Nauarrum conſ. 18. de præſcriptis, Rodriq. 1. par. cap. 179. concluſ. 5. Suar. lib. 6. de legibus cap. 24. num. 12. valida eſt diſpenſatio irregularitatis homicidij, quam quis contraxit ex homicidio Sacerdotis, quamuis in diſpenſatione non exprimat occiſum fuiſſe Sacerdotem, cum irregularitas non ſit inducta ob circunſtantiam, quaſi extrinſecam Sacerdotij, ſed propter actionem homicidij, ita in obtinenda diſpenſatione vnius impedimenti neceſſe nõ eſt omnia manifeſtare, aut aperire, quidquid difficiliorem reddit diſpenſationem. Tum quia vnum impedimentum poteſt ſine alio induci, ergo etiam poteſt auferri.

Tum quia in diſpenſante adſunt omnia requiſita, adeſt enim poteſtas, voluntas, & iuſta cauſa; ergo valida eſt diſpenſatio vnius impedimenti, non facta mentione aliorum.

Tum quia ſic vſu receptum eſt in Curia Romana, ita Nauar. conſ. 7. & 8. de conſanguinit. & affinit. de conſtit. quæſt. 19. Suarez lib. 6. cap. 24. & nu. 6. Sanch. lib. 8. de matrim. num. 2. Salas diſp. 20. ſect. 15. ad fin. Henriq. lib. 12. c. 3. n. 8. Emanuel Sà verb. diſpenſatio n. 16. Lopez, & alij.

Dixi niſi fortè impedimenta matrimonij excipiamus, nam aliqui Doctores hanc doctrinam extendũt, etiam ad impedimenta matrimonii, & putant validè obtineri diſpenſationem vnius impedimenti non expreſſis aliis, ita docet Salas d. 20. ſect. 15. ad fin. Henriqu. lib. 12. cap. 3. n. 8. Emanuel Sà 11. diſpenſatio nu. 16. Rodriq. prima par. cap. 238. n. 1. & alij apud Sanch. lib. 8. d. 23. innixi rationibus allatis.

Suarez loco cit. Sanch. d. 23. num. 2. & d. 24. num. 1. Guttier. cap. 113. num. 22. de matrim. Ledeſm. de matrimon. quæſt. 56. art. 2. dub. primo ad 2. arg. Menoch. Couarruu. Cephalus, & alii apud Sanch. num. 2. excipiunt impedimenta matrimonij, conſequenter putant
2 diſpenſationem vnius impedimenti in materia matrimonij obtentam ab eo, qui pluribus detinetur impedimentis, inualidam eſſe ſi taceantur alia impedimenta. Ratio eſt, tum quia Pontifex decipitur putans contrahentes vno ſolum impedimento laborare, tum quia ſic vſu, & ſtylo Curiæ receptum eſt, cum hac tamen duplici limitatione.

Prima eſt, quando aliquis habet duo impedimenta, quorum vnum poteſt auferri alia via, quam per diſpenſationem, tunc enim valida eſt diſpenſatio vnius impedimenti, non narrato altero impedimẽto, quod alia via, quam per diſpenſationem poteſt auferri, vt ſi quis volens ducere conſanguineam, habeat votum caſtitatis emiſſum ante pubertatem, & non ratificatum poſt pubertatem, tenetur impedimenti conſanguinitatis facere mentionem, non autem voti, nam votum non indiget diſpenſatione, cum poſſit, etiam alia via, quam diſpenſatione auferri; poteſt enim à parentibus irritari, vt patet ex dictis de voto; ita Sanchez d. 23. num. 6. Guttier. de matrimon. cap. 123. nu. 22. & alij.

Secunda eſt, quando aliquis habet duo impedimenta, quorum vnum eſt publicum, & alterum priuatum, ſeu occultum, quod non poteſt Papæ manifeſtari, abſque infamia, tunc enim obtineri poteſt diſpenſatio publici impedimenti, non explicato occulto, quia non præſumitur Papam velle impedimentum occultum explicari, cum tanto ſupplicantis incommodo; Quamquam qui publici impedimenti diſpenſationẽ à Summo Pontifice obtinuit, debet poſtea diſpenſationem occulti à Sacra Pœnitentiaria, abſque nomine perſonæ obtinere, expreſſo tamen non ſolum impedimento occulto, verum etiam illo cuius diſpenſationem à Sede Apoſtolica obtinuit, ſic enim eſt ſtylus, & praxis Sacræ Pœnitentiariæ, vt obſeruat Sanch. num. 7. Suarez n. 3. Guttier. cap. 123. n. 22. de matrim. ſicq; periculum incurrendæ infamiæ præcauetur, cum taceatur nomen perſonæ, obſerua tamen cum Suarez loc. cit. Guttie. & Suar. loc. cit. non referre, ſiue vtrumque impedimentum prius proponatur Sacræ Pœnitentiariæ, & poſtea publicum Papæ, ſiue è contra, valet enim eadem ratio in vtroque caſu.

RESOLVT. DXXXI.

1 *An diſpenſatio expiret morte diſpenſantis.*
2 *Gratia facta non expirat morte concedentis.*
3 *Gratia quando cenſetur facta, & quando facienda.*

Vicarius cui commiſſa eſt diſpenſatio matrimonialis propter anguſtiam loci, vel in competentiam dotis an poſſit illam executioni mandare mortuo Summo Pontifice.

1 COmmiſſiones diſpenſandi in impedimentis matrimonij Ordinario factæ, an expirent morte Pontificis: diſſenſio eſt inter Doctores, nam quidam voluerunt expirare, re adhuc integra præſertim, cum emanant pro deſignatis perſonis, ita Sanch. lib. 8. diſtinct. 28. num. 80. & ſeq. Suarez lib. 8. cap. 31. Sayr. de cenſur. lib. 7. cap. 3. Ratio eſt, tum quia non ſunt gratiæ factæ, cum dentur ad diſpenſandum in fauorem tertiæ perſonæ determinatæ; Tum quia ſic habetur in deciſ. Rot. apud Domin. cap. ſi ſuper gratia n. 7.

Alij verò, prout ipſemet Sanch. num. 87. Henriquez lib. 12. cap. 2. n. 5. cap. 3. n. vlt. in comment. lit. V. Rodriq. in Summ. cap. 236. n. 3. Guttier. de matrim. cap. 125. num. 21. Suar. de cenſ. diſp. 41. ſect. 2. ad fin. & alij apud Sanch. & apud Henriqu. loc. cit. putant gratiam eſſe factam, conſequenter huiuſmodi commiſſiones non ſpirare morte concedentis.

Ratio eſt, quia tunc gratia cenſetur facta, quando delegatus, qui expediturus eſt diſpenſationes, eſt executor neceſſarius, quando ſcilicet ei præcipitur, vt diſpenſationes, ſeu commiſſiones expediat cognita præcum veritate.

3 Si vero liberum ſit ipſi exequi, quia ſcilicet non ei præcipitur, vt exequatur, ſed ſola exequendi facultas datur gratia non cenſetur facta. Ratio eſt, quia nullum acquiſiuit ius cum liberum ſit delegato expedire:

in pri-

in primo verò casu acquisitum est ius illi, in cuius fauorem gratia concessa est; sed prima opinio probabilior mihi videtur, nam illa necessitas, quæ imponitur delegato ad exequendum, si preces veritate nitantur, potius viceni gerit mandati, quam gratiæ, & priuilegij, mandatum autem spirat morte mandantis, ita Suar. loc. cit. n. 13. & 14.

RESOLVT. DXXXII.

1 *Delegatus in causis matrimonialibus, nihil potest capere pro labore.*
2 *Quid in esculentis.*
3 *Amplia vt neque pro visura processus.*

An Vicarius, cui dirigitur dispensatio matrimonialis possit aliquid capere pro capienda informatione.

1 DElegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, nihil potest percipere pro labore impenso in capienda informatione, & alijs actis dispensationis ex claris verbis Breuis, ibi cuiuscunque muneris, aut præmij etiam spontè oblati, & ita voluerunt Monald. cons. 33. Merenda cons. 16. Menoch. cons. 70. n. 1. vol. 1. Genuen. in prax. cap. 25.

2 Amplia, vt neque esculenta, & poculenta accipere possit, ita Nauar. cons. 21. de rescrip. Henriq. cons. 23. Sayrus decis. 4. eodem tit. de rescript. & Genuen. vbi supra, & sic limitatur textus in c. statutum, §. final. de rescript. in 6.

3 Amplia secundo, vt neque pro studendo processu aliquid sumere possit, Henriq. & Menoch. vbi supra, Auendan. cons. 12. arg. tex. in cap. cum ab omni de vita, & honest. Clericorum, & ita declarauit Sacra Congregatio Concilij.

Amplia tertio, vt neque etiam pro accessu ad examinandum testes commorantes in aliis locis, cum id tendat ad capiendam informationem, ita Menoch. cons. 22. vol. 2. & Genuen. vbi sup.

Limita si delegatus esset pauper, quia tunc crederem, quod ratione interesse, quod pateretur in accessu prædicto pro vecturis equorum, posset aliquid accipere, cum id in Breui non prohibeatur, sed tantum munus, aut præmium: & pariter si post concessam dispensationem vellent coniuges, pro eorum maiori cautela penes se habere transumptum dispensationis, non video cur aliquid a Vicario accipi non possit, sicut pro transumptu aliarum scripturarum, cum id non concernat dispensationem, & ita aliquando fuit seruatum in Curia Archiep. Neapol.

RESOLVT. DXXXIII.

1 *Confessio iudicialis probat.*
2 *Contra propriam confessionem, quis non auditur.*
3 *Consanguinitas qualiter probetur.*

Commissarius dispensationis matrimonialis, qualiter probare debeat gradum consanguinitatis.

1 SOlet vt plurimum dubitari, si huiusmodi gradus consanguinitatis possint probari per confessionē impetrantium, & sunt, qui affirmant posse, prout Bal. in cons. 93. num. 6. & sequent. Alciat. respons. 16. nu. 3. siquidem confessio facta in iudicio plenè probat leg. prima, C. de confessis, l. generaliter, C. de non numerata pecunia, nec auditur, quis contra propriam confessionem, l. contra, qui propriam, C. eod. tit. latè, Viu. in decis. 71. & Triuis. in decis. 5. Rotæ Venetæ, & ad
2 matrimonium dirimendum sufficit confessio coniugum, cap. super eo, vbi glos. in verb. confessionem de eo, qui cognouit, &c. & glos. in cap. si duo 35. quæst. 5. & fuisse in Rota decisum, testatur Veral. in decis. 206. part. 2.

Cæterum contrariam sententiam veriorem, & in praxi sequendam existimo, & ita Curiam Archiepiscopalem Neapol. testatur Genuen. in prax. cap. 25. nu. 15. & sequent. ex regula, quod alleganti incumbit onus probandi, l. 2. ff. de probationibus, latè Afflict. in decis. 377. Brunus de cessione bonorum, qu. 26. cuius sententiæ ratio deducitur ex verbis Bullæ dispensationis, diligenter te informes, quæ non ponerentur si assertioni impetrantium standum esset argumento, text. in l. qui testamentum, ff. de probationibus, vbi inter facientes actus prohibitos non statur assertioni ipsorum, vt latè per Bar. in l. si fortè, ff. de castrensi peculio, Benint. in decis. Rotæ Bononien. prima, & Anna sing. 550.

3 Quo verò ad probandum consanguinitatem per testes, exiguntur duodecim requisita, quæ enumerantur in cap. liçet, ex quadam de testibus, & latius per Farin. de testibus quæst. 69. n. 103.

Et vbi est probanda in certo gradu, prout in dispensatione matrimoniali diligenter animaduertant DD. Commissarij, vt testes deponant de gradu, & stipite, secundum Alex. in cons. 82. col. prima, vol. primo, Dec. in cons. 321. col. 3. & in cons. 531. num. 4. vol. 2. & fuisse dicitur, refert Anna sing. 102. quem nota.

RESOLVT. DXXXIV.

1 *Referuntur casus in quibus dispensatio impediatur.*

Commissarius dispensationis matrimonialis, quo casu non teneatur illam expedire.

1 CRederem in duobus casibus solummodo.

Primus est, si adessent scandala, nam tunc dispensatio fieri non debet ex regula tex. in cap. nihil de præsumptionibus, & capit. qui scandalizauerit de regulis iuris, vbi latè per Felyn. quinimmò Episcopus debet impedire matrimonium contrahendum semper, & quoties est timor scandali futuri, Abb. notabiliter in cap. cum tuum per illum tex. de sponsalibus, & Felyn. in cit. cap. nihil citato titulo ex quo deducitur, quod si post factam dispensationem matrimonialem a delegato accusetur matrimonium coram Episcopo, posset Episcopus cognoscere de subreptione dictæ dispensationis, vt si fuisset expressum vnum pro alio, & ita fuisse iudicatum in Curia Neapoli refert Genuen. vbi supra num. 16. & seq. ex notabili doctrina, Abb. in c. cum venissent de iudicijs.

Secundus casus, quoties appareret præcessisse copulam inter contrahentes, nec de ea fuisse factam mentionēm, quoniam tunc tamquam subreptitia, non est executioni tradenda, vt latè tradit Guttier. canonicarum quæst. cap. 10. quidquid voluit Nauarr. in cons. 48. & 12. de consanguin. & affinit. nam contra eum est communis DD. opinio per Garz. de benefic. par. 3. c. 4. Nald. verb. dispensatio.

RESOLVT. DXXXV.

1 *Dispensatio tacito incesto est inualida.*
2 *Amplia etiam si interuenit post dispensationem.*

Commissarius cui dirigitur dispensatio matrimonialis, an non obstante quod de copula incestuosa non fuerit facta mentio, possit procedere ad executionem dispensationis.

1 NOn dubitatur inualidam esse dispensationem obtentam ad contrahendum matrimonium cum affine, vel consanguineo tacito incestu, ideſt copula

pula inter affines, vel conſanguineos habita antequã literæ Romam tranſmitterentur, vel antequam Ordinarius, cui data eſt facultas diſpenſandi diſpenſationem expediret, hic enim eſt ſtylus Romanæ Curiæ; Et hæc eſt verior, & probabilior opinio. Sicque declarauit Eminentiſſima Cardinalium Congregatio.

2 Quod adeo verum eſt, vt procedat, non ſolum ſi copula habita fuit antequam literæ Romæ tranſmitterentur, verum etiam ſi fuit habita, poſtquam Summus Pontifex conceſſit diſpenſationem per Ordinarium, vel etiam per confeſſarium exequendam; Nam diſpẽſatio Summi Pontificis non cenſetur completa, nec ſuum ſortitur effectum antequam Ordinarius, vel Cõfeſſarius cui demandata eſt cura expediendæ diſpenſationis, diſpenſationem expedierit, vt bene docet Sanchez, & alij DD. citati.

Secus dicendum eſt, ſi copula fuit habita poſt expeditionem Ordinarij. Ratio eſt, tum quia huiuſmodi copula non eſt inceſtuoſa, cum per diſpenſationem ſublatum ſit affinitatis, vel conſanguinitatis impedimentum.

Tum quia nullo iure, neque ſtylo Curiæ conſtat faciendam eſſe huius copulæ mentionem; Ita Rodriq. in Summa prima part. c. 238. nu. 7. Guttier. lib. primo canonicarum quæſtionum c. 15. num. 23. Sanchez loco cit. nu. 4. & alij, qui benè obſeruant hoc valere, etiam ſi in reſcripto Summi Pontificis adeſſet clauſula ſub hac conditione, ſi copula non interceſſerit, nam conditio adimpleta eſt, cum re ipſa copula non interceſſiſſet antequam expediretur diſpenſatio; copula igitur inceſtuoſa aperienda tantummodo eſt, quando diſpenſatio nondum expedita eſt.

3 Amplia ſecundo à fortiori, copulam inceſtuoſam in obtinenda diſpenſatione aperiendam eſſe, ſi copula fuit habita ſpe facilius obtinendæ diſpenſationis, vel cum tractatu matrimonij, vel cum ſcientia, vel ignorantia impedimenti, non enim ſufficit aperire copulam, ſed etiam explicandus eſt animus, quamuis alter eorum tantum talem habuerit animum, vel tractatum, quem contrahentes habuerunt ante expeditam diſpenſationem, vt patet ex ſtylo Curiæ, videte Sanch. diſp. 25. à num. 24.

Limita ſupra poſitam concluſionem infraſcriptis modis.

Et primo, niſi taceatur ob periculum infamiæ, vt inferius explicabo. Ita Sanch. lib. 8. diſput. 25. num. 8. Ledeſm. de matrimon. quæſt. 56. art. vlt. dub. 2. concl. 4. Guttier. de matrimon. c. 124. num. 12. & alij contra Nauar. li. 4. conſ. 2. & 5. de conſanguinitat. & affinitat. Emanuel. Sá verb. diſpenſatio num. 10. & de impedimentis n. 4. & alij apud Sanch. loc. cit. num. 6. & apud Guttier. de matrimon. loc. cit. n. 14.

Limita ſecundo, quam dicimus de expreſſione inceſtus facienda in diſpenſation. obtinenda intelligi debere de inceſtu completo, ideſt de copula completa, cum ſeminis effuſione, cum affine, vel conſanguinea, vt patet à ſimili ex dictis de inceſtu, & de peccato nefando in tract. de matrim. ita Sanch. loc. cit. num. 10. qui hoc idem aſſerit ſi inceſtus formaliter committatur tantum ex parte vnius eo, quod alter neſciret alterum eſſe affinem, vel conſanguineum, nam hic non eſt completus inceſtus, & cum verſemur in materia penali, non eſt facienda extenſio.

Limita tertio, & intellige de copula habita ſolum cum affine, vel conſanguinea, non vero de copula habita cum cognata cognatione ſpirituali, nec ex ſtylo Curiæ receptum tantummodo videtur, vt exprimatur inceſtus cum affine, vel conſanguinea. Ita Nau. lib. 4. conſ. de cognat. ſpirit. conſ. vlt. n. 9. quem citat, & ſequitur Sanch. loco citat. num. 9.

Limita quarto, vbi copula eſſet occulta, tunc enim non eſt neceſſe facere de ipſa mentionem in diſpenſatione à Sũmo Pontifice obtinenda pro foro externo, ad contrahendum matrimonium cum affine, vel conſanguinea, ſed ſatis eſſe, vt illius diſpenſatio obtineatur à Sacra pœnitentiaria, explicata ſimul conſanguinitate, vel affinitate publica, in qua Summus Pontifex diſpenſationem conceſſit, vel concedet: idem dicendum eſt ſi inceſtus occultus committatur poſt diſpenſationem Summi Pontificis obtentam in affinitate, vel conſanguinitate, nondum expedita per Ordinariũ diſpenſatione. Ratio eſt, non quia inceſtus ſit impedimentum Pontificium, ſed quia ſtylus Curiæ ſic poſtulat, vt inceſtus coniunctus cum impedimento affinitatis, vel conſanguinitatis exprimatur, ita Guttier. loc. citat. nu. 15. Sanch. nu. 11. Nauar. & alij apud eundem Sanch. quamquam Nauar. putat ſatis eſſe ſi diſpenſatio ab Epiſcopo obtineatur, quod ego non admiſerim ob allatam rationem de ſtylo Curiæ.

RESOLVT. DXXXVI.

1 *Diſpenſatio conceſſa pro foro externo non ſuffragatur foro interno.*

2 *Diſpenſatio tacita, copula eſt inualida.*

An diſpenſatio matrimonialis conceſſa pro foro externo, cum conditione ſi copula non interceſſerit, valida ſit, copula occulta interueniente.

1 ALiqui Doctor. putant validam eſſe, ſi diſpenſatio petatur in foro externo, & copula ſit occulta; nã verba diſpenſationis intelligenda ſunt iuxta diſpenſationis naturam, ſi ergo diſpenſatio petatur pro foro externo, inceſtus conſtare debet, conſequenter ſi contrahentes rogentur ab Ordinario, an interceſſerit inceſtus negare poſſunt etiam cum iuramento copulam interceſſiſſe adita ſcilicet aliqua reſtrictione, exempli gratia, vt teneantur illi fateri, nam reus iuridicè non interrogatur non præcedentibus iudicijs, vel infamia, ita Emanuel. Sá verb. diſpenſatio n. 11. Henriq. l. 12. de matrimon. c. 2. n. 7. Rodriq. in Summ. c. 238. n. 8. & alij.

2 Sed, & probabilius mihi afferendum eſt, diſpenſationem inualidam eſſe, non manifeſtato inceſtu, & cõtrahentes interrogatos de copula, licet occulta, teneri confiteri iudici interroganti. Ratio eſt, tum quia ſic declarauit Eminentiſſimor. Cardinalium Congregatio teſte Guttier. lib. 1. canon. quæſt. c. 15. n. 24. de matrim. c. 124. nu. 14. Tum etiam, quia talis interrogatio non adhibetur, vt contrahentes puniantur, ſed ne matrimon. contrahatur, cum diſpenſatione irrita, & inualida, ſi ergo contracturi matrimonium interroganti de alio impedimento, licet occulto, tenentur illud fateri Iudici interroganti, vel à matrimonio abſtinere, ita etiam interrogati de copula, licet occulta, tenentur eam fateri, vel à matrimonio abſtinere, & hoc mihi verum videtur contra prædictos Doctor. etiam ſi in reſcripto non apponatur conditio, ſi copula non interceſſit, vt patet ex allata ratione, ita Sanch. num. 15. Guttier. num. 14. verſ. ſi tamen, & alij.

Limita vbi contrahentes non velint, vti ea diſpenſatione, donec aliam pro foro conſcientiæ obtinuerint explicata conſanguinitate, vel affinitate, cum inceſtu, nam ſi contrahentes non velint vti prima, videntur liberi ab onere reſpondendi Iudici, quia ceſſat ratio propter quam Iudici competebat ius de copula interrogandi, cum nolint matrimonium irritum celebrare, & inualida diſpenſatione; vti idem dicendum cenſeo ſi contrahentes diſpenſationem circa inceſtum pro foro conſcientiæ iam obtinuerunt, vt patet ex allata ratione, ita Sanch. lib. 3. de matrimon. dict. 14. n. 4. lib. 8. diſp. 25. n. 16. quod idem à fortiori aſſerunt Nanar. Rodriq. Eman. Sá, & Henriq. loc. cit. contra Gutter. loco cit. ad finem.

RESOLVT. DXXXVII.

1 *Augumentum dotis qualiter fiat.*

Dispensatio concessa propter incompetentiam dotis, cum clausula dummodo augeatur dos, qualiter augumentum fiat.

1 VT plurimum dispensationes matrimoniales Ordinarijs locorum diriguntur, & quandoque exprimitur oratorem velle dotem supplere, & per Summum Pontificem apponitur clausula, dummodo augeatur dos, quare fuit dubitatum, qualiter fiat huiusmodi augumentum, & super quibus bonis impetrantis sit dos constituenda.

Et quidem dos præfata, non est constituenda simpliciter super omnibus bonis ipsius impetrantis, sed in specie debet ostendere, si habet bona, vt sit consultum vxori in casu eius mortis, ne indigeat tali dispensatione ita Genuen. in Prax. cap. 25.

PRAXIS SVPRESSIONIS BENEFICIORVM, eorumq; dismembrationis.

RESOLVT. DXXXVIII.

1 *S. C. T. sess. 24. cap. 15. tenor.*

Quid censeat Trid. circa supressionem beneficiorum.

1 SAcr. Conc. Trid. sess. 24. c. 15. ait in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt substinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, liceat Episcopis, cum consensu Capituli, vel aliquod simplicia beneficia non tamen regularia ijs vnire, vel si hac ratione prouideri non possit, aliquibus ex ijs suppressis, cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen, vt tot superstint, quæ Diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere, non obstantibus quibuscunque reseruatione generali, aut affectione, neque prædictæ vniones, aut suppressiones tolli, seu impediri possint ex quibuscunque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibuslibet alijs derogationibus, vel suspensionibus.

RESOLVT. DXXXIX.

1 *Suppressio exigit causas necessarias.*
2 *Fructuum diminutio est causa necessaria suppressionis.*
3 *Fructuum diminutio, quomodo sit articulanda numer.* 4. *&* 5.

Suppressio, vt validè fiat, an exigat causas, & quas.

1 QVantum verò attinet ad suppressionem, cum ea euidenter tendat ad diminutionem Diuini cultus, atque ideo difficilius permittatur c. cum accessisset, & c. ex parte de constit. exigit causam præcisè necessariam, secundum Tholosam de benefic. c. 19.

2 Quæ quidem fructuum diminutio, ita assignatur per text. in c. vltim. de verborum significat. vbi glos. & Doct. Felyn. post alios in dicto c. cum accessisset n. 17. & quoad iustificationem causæ lucrus, sunt aliquæ circumstantiæ diligenter attendendæ. Quarum præcipua est, vt rectè articuletur valoris diminutio, non in genere, sed specificè cum sua causa, cum possit esse temporalis, & in specie probationem genericam per testes simpliciter dicentes fructus esse diminutos reiecerant DD. me informante in vna Calaguritana beneficij de Trespuentes 28. Nouembris 1605. coram Pamphilio, & vbi deficit causa testibus cognita, articulandus est valor decem annorum continuorum retro actorum computato fertili, cum sterili, Rota diuersorum decis. 189. num. 4. par. prima.

4 Altera est, vt articuletur non simplex diminutio, sed talis, vt persona idonea non possit cum fructibus illis viuere, atque perferre, & absoluere omnia onera, vt non obscure censuit Felyn. in dicto cap. cum accessisset paulo ante num. 20. vers. aut ex causa necessaria, quæ tamen circumstantia vestienda est ornatu Imperatorio: non enim oportet ad mensuram expensarum querere etiam suppressiones, hoc enim simul ad auaritiam, in paritatem, perducit, sed ex his, quæ sunt, expensas metiri, ita Iustinianus in authent. vt determinatus sit num. cleric. §. cum vero Deo, vers. non enim, qui habet aures audiendi audiat.

5 Et alia denique, vt articuletur, probetur ista diminutio non simpliciter, sed habito respectu quantitatis assignatæ à principio fundationis, alias non concludet, quia si beneficiati prædecessores diuturno tempore contenti fuerunt ea portione, & quantitate non est minuendus numerus, sub hoc prætextu insufficientiæ reddituum, vt alias respondit Rota apud Seraphin. decis. 1385. num. 3. in qua allegatur alia resolutio in Calaguritana portionis de Nabaia 3. Iunij 1589. coram Penia.

RESOLVT. DXXXX.

1 *Suppressio in dubio non præsumitur.*
2 *Fructuum diminutio est plenè probanda.*

Fructuum sufficientia in dubio præsumitur ad effectum inualidandæ suppressionem non apparente in actis suppressionis insufficientia.

1 ANimaduertēdum summopere est in hac suppressionum materia, numquam illam fieri debere, nisi reditus Ecclesiæ diminuti probentur, vt fuit ita Rota resolutum in vna Burcen. beneficij 15. Nouembris 1610. Coram Ludouisio, & tradunt DD. in c. cum accessissent de constitut. Seraphin. decis. 1345. nu. 1. vbi dicit numquam esse faciendam suppressionem nisi reditus Ecclesiæ diminuti probentur, & fuit plenè dict. in Calaguritana beneficij 28. Nouembris 1607. coram R. P. D. Pamphilio, & in alia Calaguritana de Iocano de anno 1601. coram Cordub. late Garsia de benefic. part. 12. num. 2. cap. 1.

Cuius ratio est, quoniam in dubio redditus Ecclesiæ aucti potius, quam diminuti præsumuntur Angel. cons. 274. n. 4. in fine, & beneficia de sui natura præsumuntur congrua c. nemo de consecrat. distinct. prima, Caputaquen. decis. 62. nu. 1. part. 1. tenuit Rota in vna Calaguritana beneficij de Iocano 9. Aprilis 1601. coram Domino Cardin. Seraphino, & est inter eius decisiones impressas decis. 1385.

Et interpretatio illa fieri debet, quæ sit fauorabilis in augumentum cultus Diuini, vt tenuit eadem Rota in vna Calaguritana portionis de Narbaia 2. Iunij 1589. coram R. P. D. Pena, & in vna Burgen. reductionis beneficiorum 15. Nouemb. 1620. coram Eminentiss. Cardin. Bononien. demum S. D. Gregor. XV. relata à Farinac. p. 2. tom. 1. decis. 316. num. 4.

2 Hæc autem, vt supra diximus, fructuum diminutio est plenè probanda, quia fructus potius aucti, quam diminuti præsumuntur, vt firmatur in hac decis. & tradit Gigas de pens. quæst. 9. n. 9. vers. & prædicta, Seraphin.

phin.decis.1385. num.1. & saltem præsumuntur sufficientes, Seraphin.decis.1385. Verall.decis.61.par.1. & fuit dictum in dicta Calaguritana beneficij coram R. P. D. Pamphilio, vbi allegatur Gloss.in cap.fin. in verbo sufficiunt, de rescriptis, & firmatur in hac decis.& quod diminutio redituum Ecclesiæ sit iusta causa diminuendi numerum beneficiorum, tradit Azor. instit.moral.p.2.li.6.c.30.quæst.11.& 12. post Rocch. de Curt.de iurepatronat.in verbo (pro eo) sub nu.27. quod procedit etiam si in Ecclesia esset certus numerus statutus auctoritate Papæ;nam superueniente noua causa, scilicet diminutione reddituum, potest dictus numerus diminui, Garz.dict.cap.1.n.3.& 4. sicut autem diminutio reddituum est iusta causa diminuēdi numerum beneficiorum; ita ex causa auctis redditibus augeri debet numerus, Rocch.de Curt. in loco præalleg. sub num.27.Garz.d.c.1.sub n.5. fuit dictum in Calaguritana beneficij de Trasputas 13.Feb. 1606 coram R. P. D. Pamphilio.

E quibus deducitur, quod si sunt factæ probationes super sufficientia, & insufficientia, seu super non diminutione, & diminutione, præualebit probatio pro sufficientia, & non diminutione; non solum fauore cultus Diuini, cum ad eum pertineat in qualibèt Ecclesia haberi quamplures beneficiatos, & tot quot possint ex redditibus sustentari, ca. primo, vbi Abbas, & alij de instit. Seraphin. dict.decis. 1385. num.5. sed etiam ratione verisimilitudinis, & præsumptionis cum redditus cuiuscunque beneficij præsumantur sufficientes, provt hucvsque fuerunt, Glos.in c. final. in verb. significabant, de præsumpt.quinimò potius aucti, quam diminuti, Angel.cons.274.sub num.4.Seraphin. vbi supra, & latè fuit deductum in dicta Calaguritana de Tresquentes, quæ fuit confirmata 13.Febr. 1606. Videreturque prorsus intentio supprimentis, si appareret paulò ante numerum fuisse iuratum, vt apud Seraph. vbi supra, nec existimo, tunc quicquam proficere probationem; nam imputandum est ei, qui depauperatum beneficium acceptauit, Glos. in ca.1. in verbo necessitatem 21. quæst. 1. Rota decis. 56. num. 11. p. 2. diuersorum, & propterea hoc casu exigitur iustificatio depauperationis post ipsam acceptationem, vt dixit Glos. in dict. ca. 1.

RESOLVT. DXLI.

1 *Supprimendi facultas non competit Capitulo Sede vac.*
2 *Suppressionem facere possunt Papa, & Episcopi.*

An facultas supprimendi vigore Concilij competat Capitulo Sede vacante.

1 NOn competere Capitulo Sede vacante refert decisum Moneta de decimis quæst. 5. numer. 20. quem refert,& sequitur Barbos.de potestate Episcopi quæst. 67. numer. 3. Henriq. cons.33. num. 6. & seq. Monald. consil. 41. num. 5.

2 Quorum ratio est, ex quo ad supprimendum exigitur authoritas Papæ, vel Episcopi priuatiuè, quoad alios Prælatos inferiores,ita Episcopi, & Ecclesiarum suæ Diœcesis vnio, & suppressio earūdem,sunt verba tex. in c.sicut vnire,de excess. Prælat. & rectè quidem suæ Diœcesis cum nequeat vnire beneficia alterius Diœcesis, Illustrissimus, & Reuerendissimus D. Coccin. decis.249.num.3.ex quo tex. Doctores notant facultatem vniēdi esse vnum ex casibus reseruatis Episcopo, & denegans inferioribus Prælatis, etiam si ad eos pleno Iure Ecclesiæ spectent,vt ibi per Abb. & Io: Andr.vtrumque num.2. Archidiac.num.3.Butr. nu.4. Cardin.cons.97.num.3. Paris.cons.36. nu.8. lib.4. nisi ista plenitudo moueatur in iurisdictione quasi Episcopali,quæ sit in tali inferiori,vt pulchrè declarat Card. in cons.47.sub num.1.vers.quo casu dico,& num.3. & benè etiam docuit Abb. in eodem c. sicut vnire sub n. 3. vers. aut iste Prælatus,Caccialup.in tractat.de vnio artic.9. num.20. & 21. Tolos.de benefic.c.20.num.7. Rota in practicabil.de vnion.num.11.& de hac plenitudine nisi intelligatur, Innoc. in c.statuimus,num.2. ad finem,vers.de Abbatia autem,& Gl.quæ eum recitat in Clement.1. in verb. proprijs,de reb. Eccles. non alienand. ea opinio non potest aliter videri iuridica, ex præcitatis,quibus addi potest Glos.in Clem.1.§.ad hæc in verbo Ordinarios de stat.Monachorum,provt eam sine hoc salis grano intellectam expresè reijcit Card.d.cons.44.sub num.1. & ratio est,quia sicuti soli Papæ, vel Episcopo,aut Prælato habenti iurisdictionē quasi Episcopalem concessa est facultas instituendi beneficia, vt supra firmatum fuit quæst. 5. in eisdem solis licet eadem beneficia accessoriè vnire cum vnione extinguatur beneficium iuxta regul. l.nihil tam naturale, cum ibi not. de regul. iur.

RESOLVT. DXLII.

1 *Suppressio, & erectio alicuius præbendæ, quando fieri possit per Episcopum, & num.2.*
3 *Episcopi non possunt applicare præbendam mensæ Capituli, & num.4.*

An suppressio præbendæ possit fieri ab Episcopo ex causa cum consensu Capituli, quando bona Episcopi, & Capituli sunt communia, & bona suppressa caderent in vtilitatem Capituli.

1 COncludendum est pro negatiua opinione, cum hæc suppressio, & extinctio alicuius dignitatis, vel præbendæ, quam ex causa potest facere Episcopus cum consensu Capituli, vt resoluit Garzias de beneficiis par. 12. cap.1. à num. 2. vbi numer.11. in-
2 telligit si Episcopus sit auctor ipsius dismembrationis, non habet locum, quando bona Episcopi, & Capituli sunt communia, provt resoluit Glos.verb.mensæ suæ, vers. item facit, in Clem. si vna de rebus Ecclesiæ non alienand. quam ibi sequuntur Cardin. nu. 1. Gambar. num. 22. Abbas in cap. cum accessissetis, num. 5. de constit.

Et neq; etiam hoc posse Episcopum,quamuis bona illius,& Capituli sint diuisa, si id caderet in vtilitatem Capituli, quia fructus applicantur ipsi Capitulo, seu mensæ Capituli,tenent Butr.& Imol.in d. ca. cum accessissent, & ibi Felyn. n.22.ac Dec.n.57.

3 Sed verius est, quod licet mensæ Capituli applicare non possint Episcopi fructus præbendarum suppressarum,cum agatur de interesse ipsius Capituli, & ipsum
4 auctorizare non possit in facto proprio, tamen si vellent applicare vni præbendę,vel etiam singulis possent, quia tunc non auctorizarent in facto proprio, cum aliud sit applicare Capitulo, aliud singulis Canonicis, seu singulis de Capitulo, provt tenet Imol. quem sequitur Dec. dict. cap. cum accessissent a nu. 54. Gabr. cons. 186. lib. 2. dicens, quod potest item Episcopus cum consensu Capituli supprimere præbendam, dignitatem, aut officium, eius fructus applicando non Capitulo, sed distribuendo inter singulos Canonicos, assignando scilicet cuique Canonico, vel præbendæ certam portionem, quo casu dicit procedere d. c. cum accessissent.

RESOLVT. DXLIII.

1 *Beneficiati non possunt esse in Ecclesia plures, quam quot possint ex redditibus ipsius substentari.*
2 *Suppressio præbendarum fieri debet in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis insignibus.*

Suppressio beneficiorum, & præbendarum vigore Concilij, an habeat locum in Ecclesijs Chatedralibus, & Collegiatis non insignibus.

1 CVm beneficiati non debeant esse in Ecclesia plures, quam quot possint ex redditibus illius substentari c.1.vbi Abb.de instit.Idē in Cathedralibus,& Collegiatis insignibus,vbi frequentes adeoque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, nec illis vnire aliquot simplicia beneficia possunt, licitum est Episcopis, aliquibus ex ijs impressis cum patronorum consensu, si de Iure patronatus clericorū sint, quorum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicantur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen, vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiasticæ commodè valeant respondere,ita Concil.Trident. sess.24. de reformatione c.15. praxis Episcopalis §.1. verbo beneficia §.1. ver.11. Moneta de distribut.quotid.q.1.c.5.a num.27. Gonzal. ad re-
2 gul.8.cancell.Glos.5.§.7.a num.127. quid quidem solum in Ecclesijs Chatedralisbus, aut Collegiatis insignibus locum habet, in alijs vero nulla datur Episcopis potestas extinguendi præbendas, vt augeantur distributiones,etiam ad augumentum cultus Diuini, ita decisum refert Moneta d.95.num.28. vbi n.29. etiam asserit decisum non licere Capitulo, etiam Sede vacante,supprimere portiones vigore Concil. dict.c.15. & num.30.resoluit Collegiatæ Ecclesiæ relatam hanc suppressionem præbendarum tenuarum facere non posse, licet sit exemptus, & Ecclesia sit insignis, cum hoc solum Episcopis Concilium concesserit cum suorum consensu Capitulorum.

RESOLVT. DXXXXIV.

1 *Collegiata Ecclesia insignis probatur fama.*
2 *Nobilitas fama probatur.*
3 *Collegiata Ecclesia insignis probatur exemplo loci insignis,qui ex communi opinione hominum dignoscitur.*
4 *Collegiata probatur arbitro Iudicis.*

Collegiata insignis ad supprimendum beneficia, vt illi vniatur, quæ nam dicatur, & qualiter probetur.

1 NOnnullis modis probari collegiatam insignem Doctores asserunt,& primo probatur fama,siue communi omnium opinione,cum multa in iure ex tali extimatione probentur, vt patet exemplo nobilitatis,quæ fama, siue communi omnium extimatione
2 probatur,Bal.in leg.prouidendo nu.1. per illum text. C.de postul.sequuntur Alex. Guid. Pap. Felyn. Ias. & Dec.relati per Tiraq.de nobil.c.10.nu.8. item exemplo dignitatis, quia illa dicitur, quæ communiter reputatur in tali Ecclesia, vel loco,vt per Inn. in cap.de multa sub nu.6. de præbend. quem ibi sequuntur Hostien.& Io. And.Butr. & Abb. quem sequ.etiam Sylu. de benef.p.1.q.2.n.3. Hoc idem voluit Mill.in suo repert.Card.in Clem.1.n.3.de præben.& latius cons.62. Gemin.consil.140.n.1.Bald.cons.387. Felyn. ad dub. de maior.& obed.nu.3.Staphil.de lit.grat.& iust.in 2. forma n.9.Lam.de grat.expect.n.26. Rot.decis.9. de præbend.in nou.& decis.4.nu.2, & 3. de elect.in nou. Eo ita resolutum fuit in vna Cortonen. præposituræ
3 coram D.Cort.14.Octobris 1575.Secundo probatur exemplo loci insignis, qui ex communi opin. hominum dignoscitur d.l. labeo, ff. de suppellect. leg. c.ex litteris de sponsal.ita gl.in ca.statutum,& ibi Io. Monac.nu.15. Archid. Gugliel.de Mont.laud.Gemin.ac Prob.in add.ad Monach.n.32. Imol. in c.præsent. tit. de rescript.lib.Spec.de citat.§.1. n.17.Lap.alleg.123. n.2.demum Card.in Clem.1.n.28.de foro competēt.

4 Tertò probatur, nam eadem qualitas insignitatis alicuius Ecclesiæ posse arbitrio Iudicis terminari ad instar nobilitatis, vel ignobilitatis, quæ arbitrio Iudicis reponitur,Bald. in l.Bracchus, C.de adul.Alex.in l.3. in add.ad Bart.ff. de testib. Rip.in l. si Costant. ff. solut.matrim.Tiraquel.in l.si vnquam, C.de reuocād. don.ex de nobil.& ad instar.loci,qui an sit insignis,vel non status arbitrio Iudicis,vt per Glos.Monach. Archid.Gem.Barb. Inno. Spec. Lap. & Card.in loc.sup. cit.quibus additur Alber.in suo dict.Vital.in Clem.1. n.2.de foro competen.Tiraquel.in d.l.si vnquam.

RESOLVT. DXXXXV.

1 *Solemnitates, quæ requiruntur in suppressione, sunt necessariæ in vnione.*
2 *Pinguēdo Parochialis, est causa sufficiēs dismēbrationis.*
3 *Dismembrate nequit Ordinarius curata beneficia, & vnire simplicibus.*

An eadem solemnitas, quæ exigitur in suppressione, requiratur pariter in dismembratione.

1 REquiri eædem solemnitates, quæ in suppressione,& vnione voluerunt Monald.cons.16. Alciat. respons.31.& Henriq.cons.81.num.6. & sequent.& sic consensus Capituli,Pauini de potestate Capituli Sede vacante 3.1.q.2.par.num.19. Mandos.regul.22.q.13. num.8.& 9.Nicol.Garsia de benef.part.12.c.5.requiruntur etiam vocatio Rectoris, vel defensoris,& aliæ solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ requisitæ c.1. de reb.Ecclesijs non alienan.in 6.c.1.de Sed.vac.glos. verb.defensor in c.1.de reb. Eccles.Mandos.dis.9.13. n.12.Gam.de offic.legat. li.5. Rub.de dismembrat.n. 14.& 15.Marci Ant.Genuens.in prax.Archiep.Neap. c.75.n.17.& 18.Rot.Rom. in vna Tolet. beneficij 12. Octobris 1579. coram Seraphino, est inter impressas decis. 414. vbi fuit tentum dismembrationem beneficij causa cognita de consensu rectoris valere, & in altera Tolet.beneficij 2.Decembris eiusdem anni 1579. coram eodem Seraphino, & est inter decisiones im-
2 pressas dec.428.fuit resolutū pinguedinem Parochialis dici esse causam sufficientem dismembrationis, & in alia Mediolanen.dismēbrationis 28.Ianuarij 1595. coram ipsomet Illustrissimo Seraphino dec.162.dictū fuit non posse Episcopum dismembrare fructus vnius beneficij,& illos alteri applicare, sine solemnitatibus, in alienatione locorum Ecclesiæ, & de consensu Rectoris, quod iterum tenuit eadem Rota in vna Salernit. parochorum 1. Iunij 1611. coram Illustriss.Card. Bonon.nunc S.D.N.Gregor.XV.& est apud Farinac. p.2.tom.1. dec.348. n.2. dismembrare non potest or-
3 dinarius beneficia Curata, ac vnire beneficijs simplicibus:item non potest separare ab Ecclesijs Parochialibus beneficia simplicia,siue oratoria, si illis vnita essent, quamuis illis repartitis parochialis non egeant referunt decisum Alas. Riu. in Prax. for. Ecclesiast. dec.492.in prima edit. & resol.383. n.5. & 7.in redit. Nicol. Carc. de benef. p.12.c.2. n.83.

RESOLVT. DXLVI.

1 *Argumentum datur de suppressione ad unionem.*
2 *Suppressio probatur ex enunciatiuis antiquissimis supra centum annos.*

Causæ necessariæ ad iustificationem suppressionis, an probentur ex enunciatiuis antiquissimis.

1 SVmendum argumētum a simili de suppressione ad
vnionem, quod de iure validissimum esse testatur
2 Alban.cons.22. dicerem probari suppressionem; na,

ex enunciatiuis antiquissimis ideſt supra centum annos vnionem ipsam sufficientem probari dicit, Pur. dec.204.nu.1.lib.2. in correct. qui tamen loquitur de enunciatiua supra annos nonaginta, Seraph. decis. 1272.num.1.Rot.decis.724.nu.3. part.2. in recent.& fuit decisum in Banchinonen. Vicariæ 9. Februarij 1624.coram R.P.D.Merlino,habent enim tales enunciatiuè, ne dum vim famæ, Rot. decis.163. num.2. & decis.472.n.1.& decis.541. n.5. part.1. in recent.& p. 2.in eisdem decis.360.n.4.673.num.6. & 674. num.2. quæ in antiquis plenè probat, vt in terminis vnionis ait Verall.dec.344.num.2.& 3.part.3.& confirmauit, Rot.in d.Bauchinonen.Vicariæ 2. Octobr. 1624. coram bo.mem.D.Vbaldo,præcipuè si essent enunciatiuè factæ simul ab Episcopo, & Capitulo, qui possunt vnire, Mantic.decis.355. num.6. & decis.359. num.7. Rota dec.580.par.2.in recent.quos in his terminis sequuta est Rota in eadem Barchinonen. Vicariæ, quicquid sit vbi processissent ab Episcopo tantum cui non est credendum circa factas à se vniones, Alex. cons.70.nu.10. vers. non obstat lib.3. nisi alia quoque concurrant Illustrissimus D. meus Coccin. decis.468. n.3.sed etiam possunt iustificare immemorabilem,vt per eundem Verall.ead.par.3.decis.345.n.2.cum seq. quæ conclusio procedit, etiam si enunciatiuæ huiusmodi non essent conceptæ in individuo super vnione, sed virtualiter tamen, vt censuit Rota in recemp. 1. decis. 626. sub n.2. vers.quæ enunciatiuè.

RESOLVT. DXXXXVII.

1 *Diuturnitas temporis facit præsumere interuenisse solemnitates.*
2 *Consensus Domini præsumitur interuenisse in alienatione facta per emphiteutam.*
3 *Consensus patris præsumitur interuenisse in contractu.*
4 *Consensus diœcesani præsumitur interuenisse in fundatione Iurispatronat.*
5 *Diuturnitas temporis non operatur Ordinarium in suppressione iustificasse causas si ex actis nihil appareat.*

An Diuturnitas temporis operetur Ordinarium in suppressione iustificasse causas si ex actis nihil apparet.

PRæsuppositо, quod in suppressione facienda per Ordinarium loci requirantur causæ articulandæ, & concludenter probandæ iuxta allegata per nos in superioribus solutionibus faciliter posse deuenire, an ex cursu temporis presumantur dictas causas interuenisse, si in decreto suppressionis nulla fuerit facta de eis mentio, nec concludens probatio.

1 Prima facie videtur dicēdum ex diuturnitate temporis causas interuenisse, ex quo solemnitas necessaria per spatium decem annorum in actu interuenisse præsumitur, prout est text.in l.si filius, Cod. de petit. hæred.cum aliis, quæ ponit Iaſ.in l. si certis annis colum.3.C.de pact.& in l.sciendum col.5.in fin.& seq.ff. de verb.oblig.in l.qui aliena colum.5. & seq.ff. de acquiren.hæred.loc.in reg.376. in 5.fall.Cassan.in cons. 11.colum.27. Ang.in d.l.sciendum col.1. in fine Abb. in c. peruenit colum.2. de empt. & vend. Cora. cons. 144.colum.1.in fin.volum.4.Alexand.in d.l.sciendum
2 colum.4.Curt.senior in cons.77.colum.2.Vnde infertur, vt præsumatur consensum Domini directi interuenisse in alienatione facta per emphiteutam,ita sentit Alex.in cons.111.Iaſo.in l.1. C.qui admitti.

3 Infertur etiam,vt præsumatur in contractu consensus patris stante statuto,quod filius non possit contrahere sine patris consensu,Bald. in l. si filius, ff. de pet. hæred.Alex.cons.79.Barbat.in cons.33. Tiraq.de leg. connubial. fol. 222. Goz. in cons. 73. Decius in cons. 722. Corin. cons. 94. ubi dicit, quod ex diuturnitate temporis præsumitur filium adiuisse de consensu patris, sic pariter infertur, vt in testamento condito à Prælato præsumatur consensus Pontificis præcessisse, Aret.in cons.6.Alex.in cons.101.Fel.in c.sicut de re iudiciaria, vbi videtur de illo dicto, & postea soluat illud Iaſo.in l.sciendum, & in l.qui in alienam, Tiraq. loco citato,Mant.in cons.83. Et à simili ex cursu tem-
4 poris præsumitur interuenisse consensus Diœcesani in constructione Ecclesiæ, vel Cappellæ, quando in ea publicè sunt celebrata Diuina. Imol.in c.officij de testam. Rom. in l.sciendum,Iaſ. in l. sciendum, & in l. si certis annis de pactis, Dec.in l.1.in lect.C.qui admitti, Iaſ. in l. qui in aliena, ff. de aquir. hæred. Per. de Vbald.in tract.4.Episc.c.4.Soc.cons.1.Roch.in tract. iur.patron.Barb.in rep. Rub.de fid.inst. in rub.C.qui admitti,& in cons.1.& in cons.33. Alexa.in cons.101. decis.Neap.368.Brun.in tract.de for.Pet.in c.sicut de iud. Bar.in c.requisiuisti, Soc. cons.270. Alex. consil. 219.& Alex.in cons.134.Ruin.in consil.41.

5 His tamen nō obstantibus contrarium videtur mihi verius, nempè ex cursu tēporis non præsumi interuenisse causas in suppressione,& ratio videtur esse:Nam cum causæ concludenter articulandæ, & probandæ,vt supra diximus, proinde requirant scripturam, & sic absque actis nullatenus probarent, nam vniuersalis actus requirit scripturam, prout in casu nostro, cum solemnitas nō præsumatur ex diuturnitate temporis, ita voluit Cassaneus super consuetud. Burgund. fol. 325.colum.3.Felyn.in c.sicut de re iud.Ruin.cons.69. volum.1.& cons.49.volum.4.

PRAXIS NOVISSIMÆ SPECIEI dandi coadiutores.

RESOLVT. DXXXXVIII.

1 *S.C.T. sess.21. cap.6. tenor.*
2 *Coadiutores dandi sunt per Episcopos, tanquam Sedis Apostolicæ delegatos parochis imperitis.*

Quid disponat circa coadiutores.

1 SAcr.Conc.Trid.sess.21.c.6. sic ait,quia illiterati, & imperiti parochialium Ecclesiarum Rectores Sacris minus apti sunt officijs,& alijs propter eorum vitæ turpitudinem potius destruunt, quam ædificant; Episcopi, etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegati eisdem illiteratis,& imperitis si alias honestè vitæ sint coadiutores,aut Vicarius pro tempore,deputare partemque fructuum eisdem pro sufficiēti victu assignare, vel aliter prouidere possint quacunque appellatione, & exemptione remota, eos vero, qui turpiter, & scandalosè viuunt, postquam præmoniti fuerint corceant, ac castigent, & si adhuc incorrigibles in sua nequitia perseuerent, eos beneficijs iuxta Sacrorum Canonum constitutiones exemptione, & appellatione quacumque remota,priuandi facultatē habēt.

2 Quod Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ Delegati Rectoribus Parochialium imperitis, & minus aptis dare debeant coadiutores,vel Vicarius pro tempore, & assignare eis partem fructuum pro sufficiēti victu, vel aliter prouidere, & quod hoc potest Episcopus, etiam in parochijs exemptis propter indentitatis rationem tenet,Zerola in praxi Archiepis.p.1.verbo parochia §.7.Regin.in praxi fori penitent.li.30.tract.3. nu.173.Gonzal.ad reg.8.cancell.glos.5.§.9. nu.29. & 30. resoluit, quod Parochus cui datus est coadiutor propter insufficientiā, non poterit abesse a residentia, & dicit decidisse Sacrā Cardinaliū Congregationē in hęc verba propter deputationē coadutoris,parochus cui datus est coadiutor,non poterit abesse a residētia.

In tex. ibi (partemq; fructuum) vide Gambar. de offic. delegat. lib. 5. titul. de coadiutoribus num. 11. Gonzal. §. 9. num. 33.

In text. ibi (eos vero, qui turpiter, & scandalosè viuunt) vide Paris. de resignat. lib. 5. q. 6. n. 101.

RESOLVT. DXXXXIX.

1 *Coadiutor datur parocho propter infirmitatem.*
2 *Coadiutor datur propter senectutem.*
3 *Coadiutor datur leproso.*
4 *Coadiutor quibus in casibus sit dandus numer. 5. 6. 7. 8. 9. 10.*

An alijs casibus præter Sac. Conc. Trident. detur coadiutor.

1 VLtra disposita in C. T. vt coartentur Episcopi coadiutores dare parochis imperitis; dandus est pariter propter infirmitatem, vt probat ex multis Henriqu. in cons. 91. & Gonzal. glos. 5. §. 9. n. 20. vbi propter infirmitatem incurabilem mandatur Episcopum de coadiutore prouideri c. 1. 7. q. 1. c. 1. c. ex parte eodem tit. de clerico ægrotante, vt quia maiore parte temporis infirmetur iuxta notata in c. nisi cum pridem §. alia vero causa de renunciatione, Veral. decis. 91. par. 2.

2 Et propter senectutem cap. vnico de clerico ægrotante lib. 6. vbi Gemin. n. 5. c. nihil, §. ecce 7. quæst. 1. Rebuff. in prax. tit. de reprobat. benef. viuen. impetratione n. 50. Firmian. in tract. de Episcop. lib. 1. q. 3. vbi etiam refert Venetijs nouum Ducem creatum, existente adhuc Francisco Fuscaro Duce, iam senio confecto, & inutili Mandos. in regul. 11. q. quinta num. 2.

3 Leproso etiam datur coadiutor c. de rectoribus c. tua nobis de clerico ægrotante c. qualiter, & c. seq. c. nihil, & c. sequ. q. p.

4 Dementi quoque, vel furioso datur coadiutor, vt in dict. cap. vnico §. si vero, & ibi communiter Doctores de clerico ægrotante lib. 6. Bertachin. in tract. de Epis. 2. par. lib. 4. num. 24. Nauar. consil. 3. nu. 2. de clerico ægrotante.

5 Et ei, qui linguæ officium amiserit, vt in paralitico c. fin. eod. tit. de clerico ægrotante c. vnio §. si vero eod. tit. lib. sexto.

6 Item propter negligentiam, & remissionem illius, qui præest, datur coadiutor in Regno c. 2. de supplen. negligen. Prælator. lib. 6.

7 Item propter populi numerositatem auctam prouidendum est rectori de coadiutore, Cæsar. de Grassis decis. vnica de parochijs.

Similiter, quando est suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ, Speculator in tit. de inquisitione. §. nunc videndum num. 4. & 5. Abb. in c. venerabili not. 4. de officio delegati, & in c. licet heli nu. 8. de simo. Mandos. in reg. 11. de reuocat. reseruat. 95. n. 6.

8 Item præsuli ab hostibus capto coadiutor datur in spiritualibus, & temporalibus c. si Episcopus de supplenda negligen. Prælatorum in 6. clem. 1. de for. competen. Rebuff. in tract. de nominationibus quæst. 6. n. 27. & in praxi vbi sup. n. 60.

9 Item si sit inhabilis, vel illiteratus, vt non possit muneri sibi iuncto incumbere cap. quoniam vers. sed si propter, vbi Hostien. num. 1. Abb. nu. 2. de officio ordinar. Zabarell. cons. 70. nu. 1. & hodie expressè remouetur à Concil. Trident. c. 6. sess. 21. Mandos. in praxi signaturę gratiæ tit. coadiutoris. Tamen coadiutus, tunc abesse non poterit, ne sit melioris conditionis stultus, quã illiteratus c. eum, qui de prebend. vt censuit Sac. Conc. Trid. Congregatio, [illegible] m dixi, propter deputationem coadiutoris paroc[illegible]s cui datus est coadiutor non poterit abesse [illegible] rem sentia.

10 In his, & alijs similibus casibus datur coadiutor cõtemplatione Ecclesiæ, & ipsius Prælati, & beneficiati, vt coadiutor exerceat officium illius, qui non potest, ne pro defectu Pastoris gregem Dominicum inuadat lupus rapax, aut in facultatibus suis Ecclesia, quasi viduata graue patiatur detrimentam c. ac pro defectu de electione.

11 Et quia non esset iustum, vt Episcopus ex causis supra relatis priuaretur, prout, priuari non potest, quia afflicto non est danda afflictio c. cum percussio 7. q. 1. c. ex parte de clerico ægrotante ca. vnio, eodem tit. lib. 6. Nauarr. consil. 1. de clerico ægrotan. Alex. in ca. pastoralis num. 2. 7. quæst. 1.

12 Et tali coadiutori sunt ministrandæ expensæ necessariæ pro eius sufficienti victu ex fructibus beneficij ipsius coadiuti c. de Rectoribus in fin. cap. tua nos de clerico ægrotante c. vnico ante finem, ibi de præuentibus Prælatorum, ad quorum assumentur auxilium sumptus recipiant moderatos eodem tit. in 6. l. 18. in fine tit. 16. partita prima, Concilium Tridentinum sess. 21. c. 6. ibi partemque fructuum eisdem pro sufficienti victu assignare, Gambar. de officio legati lib. 5. tit. de coadiutoribus num. 11.

RESOLVT. DL.

1 *Collatio parochialis facta penitus illiteratis est inualida.*

Collatio parochialis facta penitus illiterato, an possit declarari nulla ipso iure.

1 PRo sententia affirmatiua facit text. Concilij Tridentini in cap. 4. sess. 22. de reformat. in fine, qui irritam pronunciat omnem prouisionem illi factam, qui ætatem, & cæteras habilitates integrè non habuerit, ex quo ponderato verbo illo, integrè colligitur prouisionem esse nullam factam, tam penitus illiterato, quàm carenti integra ad collatum beneficium scientia, quod ex diametro videtur contrariari dispositioni eiusdem Concilij in dict. c. 3. quatenus præcepit, vt beneficia personis dignis, & habilibus conferantur, & in fine in hæc verba prorumpit, aliter autem facta collatio, & prouisio omnino irritetur.

12 Quam opinionem firmarunt nonnulli, quos refert Barbos. de potestat. Episcopi quæst. 63. vt collatio parochialis facta penitus illiterato sit inualida, & irrita per text. & glos. in c. 1. distinct. 36. & in cap. præcipimus dist. 34. resoluunt Rebuff. in tract. de pacificis possess. num. 215. alias 260. Flam. de resignat. lib. 4. c. 11. nu. 19. & lib. 5. quæst. 3. num. 76. Carol. de Graff. de effect. cleric. in præl. 1. num. 71. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. quæst. 3. cum sequentibus, & c. 26. quæst. 11. Less. lib. 2. de iustit. c. 34. num. 129. Nauar. de orat. miscel. 40. num. 8. & miscel. 33. num. 7. multos refert, & sequitur Nic. Garz. de benefic. par. 7. cap. 7. num. 12. & illi subscribit Campan. in diuers. iuris canon. rub. 11. cap. 14. nu. 5. illiterati enim sunt incapaces beneficiorum cap. illiteratus distinct. 36. ca. pœnitentes, dist. 55. Hoieda de incompatibil. benefic. part. 1. capitul. 24. num. 25. Flamin. d. q. 3. num. 25. Car. de Grassis de prælud. num. 72.

3 Limita primo suprapositam conclusionem, & declara illam solummodo procedere in illis, qui sunt penitus illiteratis, quia tunc prouisio illis facta non est ipso iure irrita, sed venit irritanda ex Concil. Trident. sess. 2. de reformat. cap. 3. ibi omnino irritetur, poterant enim interea addiscere, & necessariam acquirere scientiam, quod si non facerent, quam primũ commodè potuerint, peccarent, teste Nauar. in c. si quando except. 18. sub num. 4. de rescriptis, illudque dimittere tenerentur, & fructus interea perceptos restituere, prout ex. Quintam ad Azor. & Arag. resoluit Campan.

Campan.d.c.14. num.1. & hoc casu cogi poterunt illud renunciari, & relaxari. Flamin. lib.3. quæst.18.n. 20.& 21.Graff.dict.prælud.num.70.

4 Limita secundo in illiteratis, qui aliàs honestæ vitæ sunt ob causam quoad obtenta tolerari possunt, scilicet, si ex longo vsu, & rerum experientia sciant rectè exercere omnia ad suum officium spectantia, vel si charitatis perfectio, scientiæ defectum suppleat, vt probat Campan. in diuersorio iuris Canon.rubr.5.c. 5.n.3.His etenim dare debent Episcopi,etiam tanquã Sedis Apostolicæ delegati coadiutores, vel Vicarios pro tempore, & assignare eis partem fructuum pro sufficienti victu,vel aliter prouidere, vt disponit Sacr. Concil.Trident.sess.21. de reformat. cap.6. & tenent Francisc.Leo in prax. for.Ecclesiast.par.2. c.2.nu.71. Reginald.in praxi for.pœnit.lib.30.tract.3. num.172. Gonzalez ad reg. 8. Cancell.glos.5.§.9.num.29.Gar. de benefic.par.4.c.5. à num.7. & nos in praxi fori pœnitent.decis.574.in prima editione, & resolut.494. in secunda editione prax.Episc.Zerol.par.1. verb.parochia, §. 7. vbi propter identitatis rationem asserit procedere in parochijs exemptis.

RESOLVT. DLI.

1 *Archidiaconus est Vicarius Episcopi ordinatus à lege, & vnire non potest.*
2 *Vnio beneficii inter ardua, & est contentiosæ iurisdictionis, vt n.3.*
4 *Coadiutoris datio fieri non potest à Vicario, vt n.5.*

An Deputatio coadiutoris virtute S. C. T. parocho imperito possit fieri a Vicario.

1 QVod Vicarius talem facultatem non habeat, videtur hinc primo suaderi,quod Archidiaconus
2 sit Vicarius Episcopi ordinatus à lege cap.1.extr.de offic.Archidiacon.& nihilominus non possit vnire,vt docuit Innocen. in c.ad hanc sub num. 1. in verbo ardua eodem tit. de officio Archidiacon. ergo neque habebit hanc facultatem Vicarius hic Generalis, ita inferendo arguit Gemin. qui hanc opinionem tenuit in consil.38.num.10.

3 Præterea vnire beneficia reputatur inter ardua dicto c.sicut vnire,ardua,autem non veniunt in mandato generali, ita Gemin. vbi supra, & post ipsum sententiam hanc probauit Rota apud Puteus decis.52.n. 2.lib.3.

Vnde neque censebitur, hæc potestas data Vicario si post facultatem conferendi, sit adiecta clausula potestatis faciendi maiora expressis iuxta reg. qui ad agendum de procurat. in 6. & hanc opinionem probauit Rebuff.in prax.tit.de forma Vicarij n.102.Hoyed.de benefic.incompat.part.2. c.3.n.7. versic.non est etiam omittendum cum alijs, quos citant Sbroz. de officio Vicarij lib.2.quæst.115.nu.3. Gratian.cap. 278.num.33.

4 In contrarium facit, quod vnire sit de iurisdictione ordinaria, & quidem contentiosa cum actus vnionis subsistente causa exerceatur in inuitum l.2.ff. de officio Proconsul. omnia vero, quæ sunt de iurisdictione ordinaria transeunt in Vicarium Generalem. Felyn. in c.eam te num.17. in princip. de rescript. cum aliis per Sbroz.dict.lib.2.q.52.n.2.

Et quamuis possit controuerti,an sit de iurisdictione voluntaria potius,quam de cõtentiosa, ex quo potest expediri extra iudicialiter,nec attenditur in contingentia contradictionis, & consecutiua expeditio actus in inuitum,vt in simili videmus manumissionem esse actum voluntariæ iurisdictionis, & nihilominus aliquando reddi in inuitum l.vlt.§.sint autem libertatis, & §.licet enim C.de testam.manum.constat nihilominus Vicarium ex Generali deputatione consequi etiam exercitium voluntariæ,Felyn. in c.ex parte in vltim.col.vers.non obstat,quod ea,quæ sunt voluntariæ de constit.ita Mohed. decis.3. de offic. Vicar. quicquid in contrarium scripserit Mil. in verb. Vicarius Episcopi.

5 Cuius conclusionis ratio est, quoniam coadiutoris datio spectat ad solos Episcopos,exclusis alijs inferioribus Prælatis, vt per Barbos.cit. loc.n.7. & sequentibus, nec illius dationem censeri comprehensam in generali commissione Vicariatus tenuit Sbrozz. de offic. Vicar.lib.2. quæst.112.num.2.

RESOLVT. DLII.

2 *Coadiutoris datio facta ab Ordinario vigore S. C.T. non est attentata si fuerit executa post appellationem.*

Coadiutoris deputatio facta ab ordinario vigore C. T. an sit attentata si fuerit executa post appellationem.

1 PEr text.in c.non solum de appellationibus in 6.videbatur concludendum supradictam coadiutoris deputationem fuisse attentatam, ex quo omnia acta post appellationem, vel pendente termino ad appellandum,attentata dicuntur per text. vbi supra. Mohed.in decisione 150.n.2.quid in decisione 104.Rota in decisione 22.Aug.in epitim.de sequestrat.§.3. cap. Aquen.in decisione 70.& decisione 157.par.3.Puteus in decisione 414.p.3. & fuit sæpius in Rot.resolutum.

2 Cæterum contrariam sententiam fertur tenuisse Rotam in proprio casu in vna Detruden. Archipresbyteratus 16. Nouembris 1594. coram Pennia, vbi fuit dictum deputationem coadiutoris factam ab Ordinario vigore Decret. ca.6. sess.24. non esse attentatam,etiam si sit executa post appellationem interpositam à sententia eius, qui iudicialiter processit.

Ratio est quoniam per dictum Decretum Sacr.Cõcilio tollitur appellatio ad effectum suspensiuum tantummodo, sed non deuolutiuum, vt censuit Sacra Congregatio, atque appellatio poterit interponi ad Metropolitanum, non obstante, quod procedat tamquam Apostolicæ Sedis delegatus, nisi quando procederet contra exemptum, vt delegatus,qua tunc esset ad Sedem Apostolicam interponendam, ita Garz. quem refert, & sequ.Barbos.vbi sup.n.11. & sequent.

RESOLVT. DLIII.

1 *Scientia maior requiritur in Parochis,quam in Canonici.*
2 *Imperitus, quis dicatur,vt ei dari possit coadiutor.*
3 *Imperitia remittitur arbitrio Iudicis.*

Parochus, quo casu dicatur imperitus, vt sit ei deputandus coadiutor vigore Concilij.

1 CVm in parochiis requiratur maior scientia,quam in Canonicatibus,& obtinentibus beneficia simplicia, ex quo cura animarum dicatur ars artium ca. pen.de ætate,& qualitate cap.nihil de electione, cap. indecorum sup. cit. tit. nam cum parochianos confiteri teneatur, & scire, & distinguere inter lepram, & lepram, peccatum, & peccatum, & euangelium declarare maior in eis, quam in aliis requiritur scientia, Staphil. de literis gratiæ §. seita forma num.2. Nauarr.in manual. cap.2.num.2.idem Nauarr. in ca.caueant. num.19. & seq.de pœnitentiis,Parisius lib.1. de resignatione quæst.2. nu.27. Concilium Trident. sess. 5.cap.2.

2 Propterea ego crederem dici imperitum ad effectũ deputadi coadiutorẽ vigore Conc.Trid. quoties esset

persona inhabilis ad explorandum ea, quæ incumbũt muneri, ac oneri beneficij, quod habet, & secundum dignitatem, statum, & officium, ad quod assumitur, vt in cap.1.& per totum 23,distinctione, Innoc.in ca. cum in tantis num.1.in princip.de electione,Hostien. num.8.& 9.Butr.num.11.Abb.num.4.vers.quia vt dixi,Decius num.16.ibid.Felynus in cap.per tuas,num. 2. de simonia. Nauarr.in c.si quando, exceptione 14. num.1.& per totam de rescript. Menoch.d.casu 425. ex num.47.cum seq.

Nam turpe est alicui ignorare artem in qua versatur l. 2. §. seruius, ff. de origine iuris, Specul. tit. de aduocato §.1.n.33.l.si vero 13.§.si iudex,ff.de adulterijs,leg.professio tua,Cod.de muneribus patrimoniorum li.10. c.cum sis de conuersione coniugatorum, Sarmientas lib.3.selectarum c.12.Nauarr.in c.1.§.sacerdos n.1. de penitent. distinct.6. & verecundum est aliorum ex manibus quærere, quod apud se inuenire debet, Innoc. in d.c.cum in cunctis sub n.1. post principium de electione, & Ioan. Andreas n.9. plura in proposito tradit Gomezius in regula de subrogandus q.7.num.9. vers.nam vt dicit text.& num.10.

3 Qua propter totum hoc relinquitur arbitrio Iudicis,Innocentius in dicto c.cum in cunctis num.1.Hostiens. num.15. ad finem, Ioan. Andreas num.12. de Butrio num.11. Abb.num.4.Vitalinus in Clementina prima num.46.de ætat.& qualitat. Nouar.in d.cap.si quando exceptione 11.num.6.

RESOLVT. DLIV.

1 *Parochus imperitus, & scandalosus est priuandus.*
2 *Parochus concubinarius, vt priuari possit ter monendus.*
3 *Parochi cõcubinatus est probandus, vt priuari possit.*
4 *Publica fama concubinatus non est concludens probatio.*
5 *Concubinatus quomodo probetur.*

An parocho imperito sit dandus coadiutor, si præter imperitiam adsit vita scandalosa.

1 IN supradicto casu non est dandus coadiutor, sed priuandus est parochiali iuxta Concil.Trid.ad quẽ
2 tamen effectum,etiam si concubinatus sit publicus,requiritur trina monitio, ex quo postea constet de perseuerantia in concubinatu, iuxta formam Conc. Trident.sess.25.c.14. de reformat. & tenuit Rota in allegata Tullen.Monasterij S.Mansueti 27.Ianuarij 1597. coram Penia, quam monitionem, & perseuerantiam esse necessariam, etiam de iure, vt possit quis puniri tenet Diaz in practica crim.canon.c.73.

3 Sed aduertendum est, quod ad probandum concubinatum ad effectum priuationis,necessaria est plena, & cõcludens probatio, etiam si ciuiliter agatur,quod regulariter verum est in omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationem, vt per glos. in c. veniens il 1. vbi Abb.n.4. & Dec.num.8. de testibus,Alciat. cons. 2.num.41.tom.1.lib.1. Natta cons.299. nu.1.in fine vers.quia respondetur lib.2. & hanc sententiam Rota amplexa est in multis causis, & præsertim in vna Calaguritana confidentiæ 25.Iun.1593.coram Pamphilio, & in allegata Tullen. Monasterij.

4 Ex quibus infertur ex testibus deponẽtibus de publica voce, & famã nõ oriri legitimam probationem, Mohed.decis.167. alias quarta num.2.de probat.Cesar. de Grassis 187.alias 2.de accusat. Verall.decis.8. p.2. Gabr.de probat.concl.1. n.13. & in terminis publici concubinatus, quod non probetur per testes de publica voce, & fama extat decis. Rot.60. in manuscriptis incipien.die 15.Nouembris in vna Perusina per doctrinã, Felyn. in c.super his de accusat. & ratio est, quia quando agitur de crimine,etiam ciuiliter intentata fama, nec etiam semiplenam probationem facit, Bald.in c.tam literis num.1.de testibus, Butr.c. veniens n.10. & ibi Abb.n.9.de testibus,Natta consil. 18.num.13.lib.1.Verall.decis.8.num.2. p.1.Sed delicti solum operatur inditium, Marsil.in leg. de minore §.plurimum n.30.ff.de quæst. Aret.cons.153. incip.in ista causa num.12. lib.4. idem Marsil. consil.3. incip. sæpè, ac sæpius de re iudic. num.5.

5 Verumtamen testes de publica voce, & fama eo casu,quo alijs concurrentibus ad probandum hoc delictum admittuntur,debent explicare a quibus personis huiusmodi fama habuerit originem,hoc est, quod audierunt à viris bonis, & honestis. Nam cum ab inimicis, & maleuolis, etiam oriri ea fama potuerit, tamquam vana populi vox spernenda esset c. in cunctis 11.quæst.3.c.qualiter,& quando il 2.vers.non quidem à maleuolis de accusat. Marant. art. 6. num.18. vers.vltra prædictas rationes,& hanc opinionem passim Rota tenet, vt per Achil.decis.322.alias 8.num. 4.de iurepatronatus, & fuit decisum in vna Calaguritana confidentiæ coram Penia die 14. Decembris 1592. quod optima ratione comprobatur, quia cum fama succedat loco accusatoris dict. cap. qualiter, & quando de accusat. & c. licet. Heli se simon. & notat glos.in c.1. in verbo inquirere de officio iudicis, sicut non adhiberetur fides accusatori, vel denunciatori maleuolo, ita nec ei famæ credendum est, quæ vel à maleuolis fuerit orta, aut incertum est, an a talibus originem traxerit.

Præterea cum ob concubinatum non inducatur ipso iure beneficiorum priuatio, vt supra dictum fuit, testes debent etiam deponere de perseuerantia in concubinatu post legitimas monitiones.

Item probare debent concubinatum, cum qualitatibus de iure ciuili requisitis, videlicet cum continua cohabitatione, & communi lecto, & mensa, Aym. consil.368.num.1.Natta consil.474. num.42. & 43.li. 2.Præpositi.in rubric.de sponsal.num.5.glos.in l.concubinam, vbi Dyn.ff.de concubin.

6 Sed Rota nõ tuetur hanc opinionem,sed aliam amplectitur, quam tenet Diaz.in practic.crim.canon.c. 79.in princip. vers. concubinarium insuper, vbi illum clericum concubinarium recte dici, & esse putat, qui etiam in aliena domo,suam fœminam habet cui solet carnaliter commisceri, si de consuetudine constet, & diffamatus est in sua, vel ipsius fœminæ vicinia. Vnde sequitur,quod quamuis constet de liberorum procreatione, non tamen concludenter probetur concubinatus, tum quia ex simplici fornicatione, & ex bino, tertiove accessu ad mulierem filij procreari possint, cum non curetur hoc esse, quod potest non esse cap.in præsentia de probat.l.non hoc, Cod. vnde cognat. Tum quia ex liberorum existentia, non infertur ad concubinatum de tempore præsenti,quia licet clericus ex concubina olim filios procreauerit,nihilominus potest esse, quod deinde impudicam fœminam a suo consortio abdicauerit.

PRAXIS STATVS BENEFICIALIS, eiusque mutatio.

RESOLVT. DLV.

1 *Possessio vltima attenditur in consideranda qualitate beneficij etiam curati.*
3 *Beneficium ex vltimo statu potius collatiuum, quam manuale præsumitur.*
4 *Status vltimus attenditur, an cappella sit beneficium Ecclesiasticum.*
5 *Præsentatus ab eo, qui habet vltimum statum præsentandi quibus præfertur.*

An

An vltimus status attendi debeat in consideranda qualitate beneficiorum.

VT clariùs materiam hanc, s: qualis status beneficij sit attendendus cum in Sacræ Rotæ auditorio sæpissimè cont, rouertatur explicemus: duxi constituendam esse huiusmodi regulam, videlicet, quod in consi-
1 deranda qualitate beneficij vltimus status, & vltima, atque immediata, quasi possessio attenditur per text. in cap. cum Ecclesia sutrina ibi vltimo, & immediatè de caus. possess. & propriet. Hanc conclusionem passim Rota tenet, vt in decis. 24. nu. 2. de præben. in nouis. & decis. 49. idem scribit Oldrad. cons. 312. n. 2. & alij per eum allegati, & Ferre. consil. 282. num. 11. & 12. & consil. 210. num. 4.

Primo, ex quo infertur secundum Bal. in l. si mater
2 tua, nu. 2. C. de statu defunct. per quinquennium quæratur, quod beneficium ab initio curatum, pro non curato habetur, si ad præsens regatur sine cura, & è conuerso si nunc habeat curam animarum pro curato reputatur, quamuis à principio esset sine cura.

3 Secundo rursus infertur, quod beneficium ex vltimo eius statu collatiuum potius, quam manuale præsumatur, videlicet si habeat Rectorem perpetuum, quia beneficium habens Rectorem perpetuum, non potest dici de mensa, Glos. in Clem. vnica, §. quedam etiam, in verb. ad mensam de excessibus Prælatorum, si quidem Rector nõ capit fructus de mensa monasterij, sed iure proprio, Glos. in d. Clem. 1. Innoc. in c. Monacis de præben. & ita tenuit Rota in vna Taruisina parochialis 27. Nouembr. 1602. coram Ludouisio, vbi fuit dictum hoc procedere, quamuis Rector, aliquid solueret Monasterio occasione beneficij, quia ex tali solutione non arguitur, quod sit de mensa illius: simili quoq; modo, Rota in vna Parmen. Prioratus 14. Aprilis 1600. coram Penia ex vltimo statu iudicauit beneficium esse collatiuum, quamuis existeret intra Ecclesiam Monasterialem, & consequenter videretur manuale, Cassad. decis. 12. n. 9. de præben. siquidem etiam in Ecclesia regulariter possunt esse beneficia secularia, quæ clericis secularibus conferuntur, c. fin. §. præcipimus per tot. & ibi Ant. de Butr. nu. 16. ver. nam, & Monachi, Anchar. n. 15. versic. videtur, & melius, quia & Monaci, de statu Monachorum.

4 Tertio, infertur etiam, quod ad cognoscendum, an Cappella sit beneficium Ecclesiasticum conferibile, vel potius Oratorium simplex vltimus eius status inspicitur, præsertim si sit antiquus, Dec. cons. 126. n. 1. & tenuit Rota in vna Volaterana Cappella 16. Nouembris 1594. coram Cardinale Seraphino, vbi vocabat Cappellam tanquam simplex Oratorium fuisse per longissimum tempus rectam, & gubernatam per confratres laicos, qui ad eorum nutum, & sub articulari constitutione semper deputauerunt Cappellanos, absque aliqua Episcopi auctoritate, vel alterius Prælati Ecclesiastici, qui status ostendebat illud esse Oratorium simplex ipsius cõfraternitatis ad Roman. cons. 47. n. 10. Dec. cons. 140. num. 1. & licet ibi adesset campanile, & Missæ celebrarentur, & tamen cum hæc essent signa equiuoca, quæ possunt conuenire, etiam priuatis Oratoriis, Abb. in c. petentib. n. 3. de præben. Dec. dict. cons. 48. Archid. in ca. nemo de consec. distinct. 1. Lambertin. de iure patronat. par. 1. art. 7. quæst. princip. n. 10. Nec aliqua afferentur signa, quæ demonstrarent illud esse beneficium Ecclesiasticum, sed potius Oratorium, per Federic. de sen. cons. 130. Rebuff. de pacif. possess. n. 343. Sylu. de benef. p. 1. q. 1. Gig. de pension. quæst. 86. Rota censuit illum nõ fuisse Cappellam Ecclesiasticam conferibilem, sed Oratorium simplex, quod ex statu præsenti præsumebatur semper tale fuisse etiam a principio ad Cassad. decis. 4. num. 7. de præben. & decis. 7. de iure patron. n. 7.

5 Quarto infertur ex eadem Conclusione, quod præsentatus ab eo, qui habet pro se vltimum statum, & sic quasi possessionem præsentandi, præfertur præsentato à vero patrono c. consultationibus de iure patr. & ibi Anton. de Butr. n. 9. & Abb. n. 6. idem Abb. cons. 54. n. 2. lib. 1. Oldrad. d. cons. 312. num. 2. ante medium, & cons. 124. n. 1. & 2. Rot. dec. 14. de Iure patron. in antiquis, Put. decis. 189. lib. 1. cum multis alijs congestis per Menoch. cons. 90. n. 124. ideo post Innoc. egregiè tradit Card. consil. 69. n. 4. vers. sufficit, quod quando adsunt veri patroni non existentes in quasi possessione præsentandi, & alij non patroni existentes in quasi possessione in literis Apostolicis non est opus facere mentionem de veris patronis, sed de existentibus in quasi possessione, quia per literas Apostolicas non præiudicatur veris Patronis, quoad præsentationem, quod non ipsi, sed quasi possessores facere debeat, & casum referunt, & sequuntur Fel. in tract. quando lit. Apost. non par. col. ante penul. in 9. limitat. Dec. cons. 117. n. 1. & cons. 126. nu. 3. Lambertin. de Iur. patron. art. 1. q. 3. par. 1. lib. 2. n. 8. & latius art. 23. q. 9. p. 3. li. 2.

RESOLVT. DLVI.

1 *Status ultimus attenditur quoties apparet illum non fuisse præscriptum, quod declara num. 2.*

An vltimus status attendatur quoties apparet illum non fuisse præscriptum.

1 REgula, quod vltimus status attendatur, locum habet, quamquis non sit præscriptus iuxta decis. 2. de præben. in nouis sub num. 1. quæ vult, quod si prætendatur beneficium esse seculare, nec doceatur de priori statu contrario, sufficiat ostendere vltimum statum seculare esse, licet non probetur, quod ille status fuerit præscriptus, subditque hanc singularem Ægidij opinionem fuisse, quæ Dominis placuit idem tenet Rebuff. super concord. tit. de collationibus, §. volumus in verbo regularia vers. 4. requiritur, & in cons. 34. n. 13. vers. non obstat, ibi inquit, quod beneficium tale præsumitur in quali statu requiritur tempore vacationis, licet non sit præscriptum tanquam tale per spatium quadraginta annorum per c. eum de beneficio de præben. lib. 6. cum alijs eum allegatis.

2 Et istud absque vlla dubitatione procedit, quando incidenter agitur inter prouisum de validitate ipsius collationis, quia ad hunc effectum sufficit qualiscunque possessio, licet non præscripta, cum, vt dixi collatio sit fructus iuris conferendi, qui ad possessorem spectat; Vnde quamuis ista, quasi possessio, & vltimus status non sit sufficiens ad immutandam qualitatem beneficij, puta quod de regulari efficiatur seculare, sufficit tamen pro sustinenda collatione, etiam ad effectum includendi, vel excludendi reseruationem Papæ iuxta cons. Calder. 23. incip. an si Papa de præbend. approbatum a Rota, vt per Mohed. decis. 8. alias 179. de priuileg. Symonet. de reseru. quæst. 70. Put. decis. 206. lib. primo de Tanis decis. 1. & fuit sæpè alias in Rota decisum, & signanter in vna Vicentina beneficij 19. Nouembris 1599. coram Pamphilio, & rursus in vna Ferrarien. Prioratus 17. Martij 1608. coram Penia, vbi constabat de vltimo statu secularitatis, quia beneficium, tamquam seculare fuerat in titulum collatum ab Ordinario, quod licet à sua primæua origine fuisset regulare, & propterea prætenderetur reseruatum. Nihilominus, quia lis erat non inter ipsos principales collatores, sed inter proximum Ordinarium, & Apostolicum, Rot. tenuit, quod ad sustinendam collationẽ Ordinarij, & ad effectũ excludẽdi reseruationẽ Papę, attendẽda esset dicta, quasi possessio, & vltimus status beneficij per dictũ cons. Calder. 23.

RE-

RESOLVT. DLVII.

1 *Status non mutatur nisi concurrat voluntas mutantis.*

Status beneficij non censetur mutatus, nisi vltra potestatem, concurrat etiam voluntas in mutante.

1 INter requisita mutationis status in beneficialibus illud principalius est, vt adsit voluntas mutandi ab initio, alias non dicitur nouus status impressus, Felyn. in præallegat. cap. in nostra sub num. 41. versic. 2. nota diligenter de rescriptis, Sylu. de benefic. parte 3. quæstione 11. sub num. 40. versic. item notandum est, Rebuff. super concord. titul. de collat. Glos. 2. in verb. regularia. Rot. decisione 254. num. 5. & decisione 368. num. 4. part. 2. & fuit plene decisum in præallegat. Perusina Vrgellen. & Ferrarien.

Proindequè, cum multiplex voluntatis status in homine conderetur, conceptè, videlicet, prolatè, & scripte, vt post Bald. tradiderunt Boer. decisione 1. numero 8. Flores decisione 57. num. 65. & Costa de facti scientia in spect. 1. nu. 34. vt de hoc voluntatis extremo doceatur, necesse est in primis iustificare sciētiam de priori, & antiquo statu in ipso, de cuius agitur voluntate, nec enim quisquam potest animo concipere, aut quicquam velle circa id, quod ignorat l. & si consensum, §. si rem meam, ff. de contrahend. empt. cum simul ignorantia, hæc in dubio præsumitur cap. ignorantia de reg. iur. in 6. & qui scientiam supponit eam probare debet l. omnes ad finem, C. de agricol. & consilio lib. 11. latè Rebuff. ad l. labeo §. item si Dominus colum. 3. versic. 22. de verb. signif. Mox necesse est docere de voluntatis manifestatione: voluntas enim in mente retenta nihil operatur l. si repetendi, C. de cōdit. ob caus. & quod illa sit clara, & perspicua, vnde si detur aliqua compatibilitas, cum statu antiquo, non est censendus superior animū habuisse eum immutādi Cald. cons. 19. versic. & hoc patet ex eo de prębend.

Hinc si Religiosus præponatur Ecclesiæ seculari iuxta c. Quod Dei timorem de statu Monachorum, licet talis Ecclesia per quadraginta annos, per eum gubernetur non censebitur eius status immutatus de seculari in regularem, quia nisi superior hoc declarauerit, non censebitur vnquam voluisse, vt regularis, ibi deseruiat regulariter, sed seculariter, atque ita, nec simplicem quidē vsum circa regimē mutare. Gemin. n. 9. versic. dicit tamen. Nihil enim prohibet, quamuis regulares promoueatur ad parochialem, non tanquā clausstralis, sed tanquam Rector, & Clericus secularis, itaut tamquam alienatus à Monasterio, cum eo nullam retineat communionem, nec tamen si aliàs non deberet stare solus, inquit glos. in clem. vnic. in verb. reuocari de supplend. neglig. Prælatorum tenetur habere ibi socium, vt voluit Abb. in c. constitutis 47. sub num. 2. versic. idem dic si Monachus de elect.

Et hinc est, quod licet regularis non possit præsentari ad beneficium consuetum regi per seculares, tamen quia id intelligitur si præsentetur tanquam clausstralis, aliàs secus glos. in clem. vnic. in verb. secularibus de supplend. neglig. prælatorum, sumetur interpretatio ad excludendam intentionem mutandi statum, poteritq; talis Ecclesia, consummata prouisione per secularem impetrari, Felyn. in dict. c. in nostra n. 41. versic. subdit Dominicus.

Similiter si Episcopus contulerit beneficium, non facta mentione iurispatronatus, non censebitur mutatus status, nec inter turbata possessio patroni; sumitur enim interpretatio, quod contulerit si patrono placuerit Rota de iurepatron. decis. 10. in antiquis num. 5. Verall. decis. 189. n. 2. parte tertia.

Hinc etiam est, quod licet Papa prouideat in perpetuum alicui regulari de prioratu, qui de sui natura est manualis, aut prouisionem iam factam ad nutum per inferiorem in perpetuum confirmet, quia potest fieri interpretatio pro dispensatione in persona, absque eo, quod Papa habuerit animum mutandi statum, semper sumatur interpretatio pro exclusione voluntatis mutandi statum, Calder. consil. 26. ad finem de præbend. consummataq; ea prouisione per vacationem Prioratus resumat, seu continuet naturam suam pristinam. Butr. in c. porrecta sub n. 2. versic. & dicit, quod per hoc de confirmatione vtil. vel inutil. Felyn. in dict. c. in nostra num. 45. cum congestis per Lupum allegat. 9. sub num. 4. vbi Mandos.

RESOLVT. DLVIII.

1 *Status beneficij mutatur spatio 40. annorum.*
2 *Status beneficij ad hoc, ut mutetur plura requiruntur.*
3 *Status beneficij non potest mutari per inferiorem Episcopo.*
4 *Statum beneficii non mutat prouisio Papæ.*

Vt status beneficij mutetur, quæ requirantur.

1 LIcet spatio 40. annorum mutetur status beneficij cap. cum de beneficio, & ibi not. cum aliis supra
2 allegatis, attamen plura requiruntur. Primo, quod ille, qui possidet beneficium, tamquam seculare, vel tāquam regulare illud habeat titulo institutionis, vt de tali beneficio exponit Gemin. n. 9. Bob. ad Monach. n. 7. Felyn. in c. in nostra num. 14. vers. secundo, nota diligenter de rescript. Moden. in reg. 8. Cancell. gl. 8. n. 33. Ægid. cons. 41. n. 9. alias col. 4. vers. tertio probo, & fuit dictum in Perusina Sancti Beneniatis 18. Martij 1589. coram Illustrissimo Cardinale Pamphilio, vbi quod requiritur valida collatio per Ægidium d. cons. 4. nu. 2. vers. 3. quod sine.

Secundo ad hoc vt beneficii status mutetur, requiritur, quod collationes sint factæ ab eo, qui habet potestatem mutandi statum illius beneficii, & hoc fecerit animo, & intentione, vt statum mutaret, quod vel debet exprimere, vel facere collationem, vt puta de regulari, tamquam seculari, Doct. in c. cum de beneficio, & ibi Gemin. n. 9. de præben. in 6. Felyn. in c. in natura n. 41. vers. 2. nota de rescript. Syl. de benefi. p. 3. q. 11. n. 40. & 124. cum seq. Rebuff. super concord. tit. de collat. in verbo regularia, & fuit resolutum in Perusina Sācti Beneniatis 13. Maii 1586. & 19. Martii 1589. coram Illustrissimo Cardinali Pamphilio Florentina Commendæ 26. Iunii 1589. coram Comitulo Cumena parochialis 27. Maii 1591. coram Card. Seraphin. & dixi in superiori resolutione.

Amplia procedere, etiam si concurrat lapsus temporis, si enim non concurrat mens superioris mutandi statum beneficii, numquam dicitur mutatus, Gemin. in d. c. cum beneficio n. 6. & 9. Franch. nu. 6. Prob. ad Monach. n. 4. & 13. de præben. in 6. Calderin. cons. 1. de consuetudine, Felyn. in c. in nostra, Corall. de rescript. Sylu. de beneficiis p. 3. q. 11. Rebuff. in §. volumus verbo regularia nota in d. Perusina Sancti Beneniatis 13. Maii 1588. & 19. Martii 1586.

3 Nullus Prælatus inferior Episcopo potest mutare statum beneficii, Franch. in d. c. cum de benef. nu. 6. de præb. in 6. fuit dictum in Perusina Sancti Beneniatis 19. Martii 1589. & in Sanctæ Seuerinæ prioratus 14. Maii 1604. coram Pamphilio.

4 Beneficii statum non mutat prouisio Papæ, Dec. cons. 176. in fin. Abb. dec. 13. de iure patronatus, Caputaquen. 180. p. 3. Puteus 7. de iure patron. Rota Imolen. iuris patronatus 26. Martii 1593. & Maior. Sacristiæ 26. Iunii 1602. coram Pamphilio.

Tertio requiritur bona fides, Doct. in d. c. cū de beneficio,

neficio, & ibi Gemin.num.9.& Franch. etiam n.9.de præben. Ægidius cons.41.nu.11.vers.illud dubium,& num.12. Rebuff.super concord. tit.de collat. §. volumus verb.regularia vers.2. requiritur bona fides,Tolos.in nouis in fin.Moden.super reg.8. Cancellariæ gl. 8.n.35.& 36.Rota in Perusina Sancti Beneniatis,& in Florentinæ Commendæ superius allegatis.

Vltimo non sufficit, quod beneficium nõ possideatur per commendatarium, sed requiritur,quod possideatur à vero titulari. Rebuff. vbi sup. vers. secundo requiritur,Oieda de incompatibilitate p.2.cap.24.n. 92.Moder.super dicta regul.8.glos.8. num.37.

RESOLVT. DLIX.

1 *Status vltimus beneficii introducitur per vnicũ actũ.5.*
2 *Possessio conferendi deducitur per vnicam collationẽ.3.*
4 *Vicarii officium an expiret post obitum Episcopi.*

Vltimus status, an introducatur per vnicum actum effectum sortitum.

1 VLtimus status constituitur, ac introducitur per vnicum actum effectum sortitum iuxta tradita in c.cum Ecclesia sutrina de causa possessionis,& proprietat. & latè per Annam in alleg.130.

2 Ex qua conclusione deducitur primo acquiri possessionem conferendi per vnicam collationem,Feder. de Sen.cons.234.sub n.4. vers.est dicendum,Dec.consil.226.num.2. vers.& ita quasi possessio,Ferret. consil.210.n.5.& tenuit Rota in supra allegat.Bracharen. 4.Maij 1598. coram Lancellott. in qua fuit dictum, quod ad effectum acquirendi quasi possessionem iuris conferendi, sufficit vnica collatio effectum sortita per c.quærelam de elect. & c.cum Ecclesia Sutrina, vbi gl.in verb.trium Abb. num.22. Rip. num.91. de caus.possess. & propriet.Aym.cons.322. num.2.

3 Et istud procedit etiam in collatione facta per assertum Vicariam, quia per illam Episcopo acquiritur,quasi possessio conferendi; Quinimo ex collatione facta à Vicario generali,licet sit facta Episcopo mortuo,& ante successoris aduentum,acquiritur ista quasi possessio conferendi Episcopo successori, non constito, quod obitus prædictus ad notitiam Vicarij peruenerit,vt tradit Papazzon.in addit.ad decis.primam n.4. de officio Vicar. in nouis, vbi inquit Rotam sic tenuisse in vna licent. Canonicatus, & præbendæ corã Ant.Augustino per cons. Calder.4. de offic.delegat.

4 Quamuis etenim officium Vicarij post obitum Episcopi expiret c.fin.de procurator. Abb.in c.penult.de officio Vicarij, & in huiusmodi reuocatione, quæ fit per mortem certificatio non videatur necessaria ad not.per glos. post Innoc. in c.de tua de renunciat. Felyn.in c.ex parte Decani col.11,de præscription.

Attamen hæc opinio tenenda est propter errorem communem,& vtilitatem publicam ad legem Barbarius ff.de offi. Præt. ob quam rationem Rota etiam censuit validam esse resignationem factam in manibus Vicarij generalis mortuo Episcopo antequam de illius obitu certioraretur, vt per Mohed. decis.29. de renunciat.alias 215.

5 Sed quamuis per vnicum actum, quasi possessio, & vltimus status acquiratur, vt dictum est, tamen istud declaratur. Primò, vt non procedat, quando actus esset admissus cum clausula sine præiudicio, quia tunc etiam si esset effectuatus, non tamen ex eo acquireretur,quasi possessio conferendi,aut præsentãdi propter dictam clausulam quæ præseruat ius,tam in petitorio, quam in possessorio,ita vt per potentiam,seu consensum in illo actu tantum,non autem in futuris sibi quis censeatur præiudicasse iuxta tradita per Decium in c. cum accessissent sub n.17.col.penult.vers.3.limitatur, & vers.5.limita de constit.Put.decis.188. lib.2. & fuit dictum in vna Maioricen.iuris patronatus 4. Decembris 1581.coram Bubalo.

6 Rursus declaratur, vt non procedat in consensu dato sub conditione puta quatenus beneficium sit iurispatronatus,& non aliàs, vt fuit dictum in vna Britiorien. iuris patronatus 2. Aprilis 1601. coram Cardin. Lancellot.

7 Tertiò declaratur vt nõ procedat,quando compatronus simpliciter præsentauit, quia ex tali præsentatione nõ acquiritur,quasi possessio præsentãdi aduersus alium compatronum,sed requiritur,quod præsentauerit priuatim, quoad alium. Alioquin per præsentationem ab vno compatrono factam alterius quasi possessio præseruatur iuxta cons.Feder.de Sen.102.in fine, cum simil.& fuit dictum in vna Burgen. Capellaniæ 29.Aprilis 1589.coram Gypsio.

RESOLVT. DLX.

1 *Status beneficii non mutatur ex prouisionibus Apostolicis, & n.2. & 3.*

An vltimus status inducatur ex prouisionibus Apostolicis.

1 PRouisiones Apostolicæ non mutant statum,Bellamen.in decis.107.& 212. Achil. decis.13. de iure patron.Lambert.de iur.patron.li.3.quæst.7.in princ. art.7. n.6. vbi voluit prouisionem Apostolicam non impedire iuspatronat. nec quasi possessionem illius, etiam illi derogando, vt latè per Felyn.quando literæ Apostolicæ,& habetur per Dec.in cons.126.n.4.quos refert Marisc ott. lib.2.variar.resolut. c.55.n.34. Quo fit, vt tempus collationum Apostolicarum est de medio deducendus,iuxta decis.Guidon.125.quod multo magis obseruandum erit in collationibus inferiorum, qui non habent potestatem mutandi statum beneficij, vt post Arch. tradunt Io. And. Gemin. Franch. & I.C.alij in cap.cum de beneficio de præbendis in 6. & fuit per Rotam resolutum in vna Vergellen. Parochialis 13.Ianuarij 1606. coram Marchomontio.

2 Et quamuis prouisiones Apostolicæ non mutent statum, vt supra diximus, tamen benè, & optimè declarant statum, Rot. in dec.3115. nu.2. & in dec.580. num.7.par.2.in recentioribus,Seraphin.in dec.1273. num.2. & 1267.nu.4. Rot.in decis.337.num.2.par.2. recentior.

Et maximè non attenduntur præfatæ prouisiones, vbi constaret de statu antecedenti contrario, vt firmauit Rota in vna Vergellen. Parochialis corã Marchomontio, & prius in vna Hostien. Cappellaniæ 17. Decembris 1599. coram Lancelloto.

3 Limita, quæ supra diximus de prouisionibus Apostolicis, vt non mutent statum, non procedat, quando non constat de animo Papæ, quod voluerit mutare statum, quia tunc status beneficij benè immutatur, Anchar. in d. cap. cum de beneficio, nu.2. 10. Andr. col. 2. Gemin. num. 20 Franc. num. 6. & alij de præbend. in 6. Sylua benef. par.3.q.124. Felyn.in cap. in nostra, numer. 41. in fine de rescript. Rebuff. super concord. tit. de collat. §. volumus in verb. regularia, versic. tertiò, requiritur, vbi ponit exemplum, quando secularis confertur beneficium regulare expresso nomine regularitati in dispositione; quia tunc inducitur mutatio, licèt beneficium non sit illius qualitatis, secus si daretur in commendam, vel ex dispensatione possideretur, vel diceretur dependere a Monasterio, aut diceretur officium regulare: Nam tunc qualitas contraria non præsumeretur.

RE-

RESOLVT. DLXI.

An pro iustificatione gratiæ sufficiat vltimus status.

1 IN causis delegationis Apostolicæ semper iudicaui, provt erat vltimus status, & iuxta illum mandaui gratiam executioni, motus ea conclusione, vt sufficiat pro iustificatione gratiæ vltimus status, provt ita censuit Rota in vna Hostien. Cappell. 16. Maij 1597. coram Illustris. Seraphino, vt refert Genuen. in prax. Archiepiscop. cap. 100.

Cuius conclusionis ratio est, quoniam regulare est, vt vnaqueque res iudicetur secundum tempus dispositionis, l. cum ad præsens 37. ff. si cert. pet. Decian. consil. 69. num. 11. lib. 1. quia talis status, vt præmissimus innititur nudæ, & simplici præsumptioni, quemadmodum præsumptio veritati cedit, l. continuus, §. cum ita, de verb. obligat. l. vlt. in princ. quod met. caus. cum simil. adductis per Decian. cons. 40. nu. 84. & consil. 44. num. 82. lib. 4.

RESOLVT. DLXII.

1 *Quando dicatur constare de proprietate, & n. 2. & 3.*

Vltimus status, an attendatur, vbi de proprietate beneficij appareret.

1 VIs vltimi status limitatur, vt non habeat locum, quando in contrarium de proprietate beneficij apparet, quia tunc vltimus status possessionis non attenditur, Ferret. consi. 210. nu. 6. & 7. in fin. ver. non obstat: hinc est, quod licet alias attendatur præsentatio facta à maiori parte eorum, qui sunt in quasi possessione præsentandi, nihilominus si constat præsentationem ad alium spectare ratione proprietatis, dicta quasi possessio non suffragatur, Abb. in c. consultationibus n. 9. de iur. patr. & fuit resolutum in vna Compostellana parochialis 16. Ianuar. 1595. coram Blanchetto, simili quoq; modo quamuis collatio iur. patronatus facta ab ordinario existente in quasi possessione liberè conferendi valeat, & præferatur præsentationi patroni in quasi possessione nõ existentis quando fuit facta, antequam constaret de proprietate iuris patronatus, nihilominus si fuit facta postquam constitit de dicta proprietate, præsentatio præfertur ipsi collationi, ea ratione, quia proprietas absorbet causã possessionis c. cum dilectus de caus. possess. & propriet. & declarat Abb. in d. c. consultationib. n. 9. verb. quod ego intelligerem de iure patron. Paulus de citat. eod. tit. p. 6. art. 3. quæst. 7. n. 16. Dec. consi. 129. nu. 1. & consi. 149. n. 2. ver. extenta ista conclusione, Lambert. de iur. patr. art. 6. q. 3. part. 1. lib. 2. num. 4.

2 Aduertendum tamen est, quod in proposito non dicitur constare de proprietate, nisi de illa constet, vel per confessionem partis, vel per rem iudicatam, eo quia causa per tres conformes fuerit terminata, si quidem lite ipsa durante, possessor habens vltimum statum non prohibetur vti sua possessione, cum non dicatur constare de non iure suo, quamdiu in progressu litis de illo docere potest, iuxta decis. Ægidij 103. & fuit dictum in vna Valentina Parochialis 26. Ianuarij 1582. coram Seraphino, & in vna firmata iuris patr. 29. Maij 1584. coram Blanchetto.

3 Secundo est aduertendum, quod licet vltimus status possessionis non attendatur quando constat de proprietate in contrarium, nihilominus si possessione cõcurrat præscriptio legitima, nouus status in beneficio imprimittur, qui attendi debet non obstante proprio statu contrario, cessante autem præscriptione a priori statu, non receditur, veluti si constet antiquum statum Ecclesiæ regularem esse cum fundatione, vel præscriptione, nam ille debet attendi donec ostendatur possessor status secularitatis, qui sit legitimè præscriptus post Lapum in cap. cum beneficio tradunt Butr. & Gemin. ibidem nu. 8. Franch. num. 3. Felyn. in c. in nostra Corollar. 46. sub num. 43. Sylu. de beneficij part. 3. quæst. 11. nu. 127. Vltima .n. possessio non præscripta, non tollit titulum, & præscriptionem præcedentem, Federic. de Senis consil. 234. num. 4. latè Decius consil. 126. num. 4. & ita sæpius tenuit Rota in dec. 2. de præbend. in nou. & in vna Perusina Sancti Beneuenatis 13. Maij 1588. & 19. Martij 1689. coram Pamphilio, & in Bracharen. Monasterij 19. Decembris 1597. coram eodem, vbi fuit reuocata sententia Ordinarij Bracharen. quatenus declarat Ecclesiã B. Mariæ de Iuncas non esse regularem, ex quo non ostendebatur posterior status secularitatis, qui esset legitimè præscriptus, tamen ex aduerso appareret de antiquo statu dictæ Ecclesiæ regulari, hoc idem fuit tentũ in vna Parmen. prioratus 28. Ianuarii 1594. coram Litta, quæ fuit confirmata 19. Iunij 1595. coram eodẽ.

PRAXIS TEMPORA VETITA ad contrahendum matrimonium.

RESOLVT. DLXIII.

1 *S. C. T. sess. 24. cap. 5. tenor.*

Quid disponat S. C. T. circa prohibitionem temporum matrimoniorum contrahendorum.

1 COncilium Trident. sess. 24. ca. 5. ab Aduentu Domini Nostri Iesu Christi, vsque in diem Epiphaniæ, & à Feria quarta cinerum, vsque ad octauam Paschatis inclusiue, antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari S. Synodus præcipit, in aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit, quas Episcopi, vt ea, quæ decet, modestia, & honestate fiant, curabunt; Sancta enim res matrimonium, & Sanctè tractandum.

RESOLVT. DLXIV.

1 *Sponsalia non censentur prohibita tempore aduentus.*
2 *Sacramentum deficit in sponsalibus.*

An tempore Aduentus prohibeantur sponsalia contrahi.

1 QVòd censeantur prohibita sponsalia deducitur ex regula illa, quòd vbi prohibetur antecedens, prohibitum etiam præsumitve omne id, per quod peruenitur ad illud l. oratio, ff. de sponsal. Glos. in clem. 1. in verbo contrahere, de consanguinitat. & affinit. est bon. text. in c. constitutus de concess. prebend. & in c. ex tenore, eodem tit. Sal. in l. 2. col. 2. versic. secunda est, ff. de iurisdict. omnium iudic. per illum text. & hinc est, quod qui non potest alienare, non potest etiam promittere de alienando, Bald. in l. final. in princip. C. ad l. Falcid. Dec. in consil. 205. colum. 1. Dec. in l. 2. col. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Claud. in l. 1. col. 2. ff. de nou. oper. nunc. Tiraquell. de re coactat. fol. 123. vbi dicit, quod censetur prohibitum omne illud ex quo alienatio sequitur, hinc est etiam, quod prohibita venditione per statutum censeatur prohibita etiam promissio de vendendo, & per Ruyn. in consi. 145. colum. 2. vol. 1. qui ampliat etiam si talis promissio post mortem conferatur.

2 Contrarium tamen dicendum est, vt tempore Aduentus non censeatur prohibitum sponsalia contrahere.

Non

Non obstat tex. in l. oratio, ff. de sponsalibus, si quidem multas habet restrictiones.

3 Prima quoniam procedit in penalibus, & in materia in qua non est facienda extensio, quia illa non operatur, nisi in actu cõsummatõ. Bald. in l. penul. §. penu. ff. ne quis eum, qui in ius, & per eundem Bald. in l. 1. & per hoc determinantur duæ quæstiones cap. si rector. Alexand. in consil. 194. Abb. in c. 1. num. 3. & ibi Dec. colum. 8. de postul. prælat. Barb. & Dec. in c. nam concupiscentiam in 2. lect. col. 2. & seq. de const. Ias. in l. 2. col. fin. ff. de iurisd. omnium iudic. Ias. in l. quominus in nono no. ff. de fluminibus. Ripa in tract. de peste n. 300. cum pluribus seq. Ias. in l. cum quidam, ff. de lib. & posthum. Corn. in consil. 147. volum. 1.

4 Secunda, vbi non viget eadem ratio prohibitionis l. 1. C. si rector, & ibi Cyn. colum. 1. & ibi etiam Saly. Alex. in consil. 194. volum. 2. Dec. in c. iurauit de prob. Ripa in tract. de peste num. 202. Dec. in consil. 502. & in l. 2. in fine, ff. de iurisdict. omn. iudic. Corn. consil. 147. volum. primo, & sic applicando casui nostro text. in dicta l. oratio non procedit data diuersa ratione, quæ in proposito reperitur, vt benè explicant Canon. comment. iuris ciuilis lib. 8. c. 2. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 6. quæst. 93. num. 7. Guttier. de iurament. confirmat. part. 1. c. 51. n. 9.

5 Cuius ratio est, quoniam Sacramenti gratia ob quã secundum nostram resolutionem, matrimonium eo tempore prohibitum est, aperte deficit in spõsalibus, sunt enim pure contractus humanus, atque ita aduertit, Vgol. c. 7. §. 3. nu. 2. Sayr. c. 7. n. 40. Marc. Alter. de censur. tom. 2. disp. 4. c. 7. in princ. Neque his terminis applicari potest reg. tex. in l. oratio, ff. de sponsal. quod prohibito matrimonio prohibentur sponsalia.

RESOLVT. DLXV.

1 *Illatio non fit ex diuersis.*

Consummare matrimonium contractum ante tempus Aduentus an liceat.

1 CVm ex diuersis non fiat illatio l. Papinianus exul. ff. de minoribus. Bal. in consil. 91. volum. 2. Alex. in consil. 17. n. 3. & sequent. sequitur ex hoc, quod cum
2 per Sacr. Concil. Trident. sit prohibitum solummodo contrahere matrimonium, non censetur pariter prohibitũ illud antea contractum, consummare, vt voluit Barbosa de potestate Episcopi allegat. 32. n. 194. vbi consummare matrimonium, antea contrahendũ, his temporibus non est prohibitum, cum iura non loquãtur de consũmatione. Ita Nauarr. manual. c. 22. n. 71. Sanchez disp. 7. n. 21. Cardin. Belarmin. lib. primo de matrimon. c. 31. Coninch. disp. 30. dub. 3. ad finem. Riginald. li. 31. n. 189. quamuis prædictis temporibus vetitum sit matrimoniũ contrahi, si tamen de facto contrahatur, validum erit, contrahentes vero peccabunt mortaliter, prout decisum refert Armend. in addit. ad recopil. legum, Nauar. li. 4. tit. 15. lege 1. de matrimon. in declarat. n. 10. resoluunt Sanc. dict. disp. 7. à n. 3. Matiens. glos. 1. n. 147. Cened. Collect. 22. n. 2. Bonac. n. 4.

RESOLVT. DLXVI.

1 *Matrimonium licet non possit celebrari à prima die aduentus, &c. tamen potest celebrari, absque solemnitate, vt num. 2.*

Matrimonium tempore Aduentus potest celebrari absque solemnitate.

1 A Prima die Aduentus Domini, vsq; ad diem Epiphaniæ; & à quarta feria cinerum, vsque ad octauam Paschæ inclusiuè matrimonia celebrare vetitum est, quod tempus incipit à media nocte Dominicæ Aduentus, & à media nocte feriæ quartæ cinerum, cum tunc incipiat Aduentus, & Quadragesima more Romano, vt dicam infra in sequenti resolutione.

2 Verum tamen est licentia Ordinarii, posse dictis temporibus celebrari sponsalia, & matrimonia sine solemnitate, vt ait glos. communiter recepta in cap. Cappellanus de ferijs; nam Matrimonium prohibetur per Ecclesiam in Aduentu, & Quadragesima, quoad solemnitates, traductionem, scilicet ad domum, conuiuium, & benedictionem, prout decisum referunt Galet. in Margarita casuum conscientiæ, verbo matrimonium pag. 163. col. 1. Leo in Thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 9. nu. 57. resoluunt Sanch. n. 12. Reginald. num. 188. Bonac. nu. 4. dictis locis, Coninch. de Sacrament. disp. 30. de matrimon. dub. 3. num. 36.

RESOLVT. DLXVII.

1 *Matrimonium contrahi potest tempore interdicti.*
2 *Matrimonium an conferant gratiam.*

Matrimonium an tempore interdicti contrahi possit.

1 COmmunis opinio est, matrimonium posse contrahi tempore interdicti, quòd procedit, tàm in Ecclesia, quam in personis specialiter interdictis, gl. verbo Sacramentis in c. alma, sequitur Abbas in cap. non est num. 8. de sponsal. vbi Alexand. de Neu, num. 21. & post alios antiquiores, Nauar. in manual. ca. 27. num. 179. Couarr. in cap. alma, part. 2. §. 2. num. 7. versic. matrimonij autem, plures refert Henriq. in Summ. lib. 13. cap. 45. §. 3. Tolet. lib. 1. capit. 53. num. 3. Sà in aphorism. verbo interdictum nu. 17. Emanuel. quæst. regular. tom. 2. quęst. 109. artic. 3. late tuetur post multos, quos refert Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 8. à n. 3. latissimè Marc. Alter. de censur. tom. 2. disp. 4. ca. 7. Aul. de censur. part. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 6. prax. Episcopal. part. 1. verb. interdictum §. 4. plures asserentes rationes, quarum prima est ex glos. verbo Sacramen-
2 tis, quod reliqua Sacramenta prohibita tempore interdicti gratiam conferunt, non ita matrimonium; sed falsa est, & hæretica hæc doctrina, cũ enim matrimonium vnum sit ex septem Ecclesiæ Sacramentis necessario conferre gratiam dicendum est ex Trident. sess. 7. de Sacrament. in genere can. 1. & 6. & de ipso matrimonio definit idem Trident. sess. 23. can. 1. & ex Florent. & Colonien. ac receptissima Theologorum Schola comprobat Couarr. de sponsal. part. 2. c. 1. §. 1. nu. 3. & ex Sanctis Patribus latè probat Cocci in suo Thesauro Christiano tom. 2. lib. 9. artic. 2. Spin. in specul. testam. glos. 15. princip. nu. 15. Sayr. de Sacrament. in genere lib. 1. c. 2. quæst. 2. artic. 4. versic. quod vero ad matrimonium, Ledesm. in Summ. part. 1. de Sacrament. matrimon. cap. 1. conclus. 1. & 19. Cardin. Bell. tom. 2. de matrim. Sacram. lib. 1. ca. 5. argument. 22. Valent. tom. 4. disp. 10. quæst. 1. puncto 5. Guttier. de matrimon. c. 42. Bonacina eodem tractat. quæst. 2. puncto 1. num. 2. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 18. num. 5. Henriq. in Summ. lib. 11. cap. 8. in princip. Sanchez de matrimon. lib. 2. disp. 10. à num. 2. Rebell. de obligat. iustit. par. 2. lib. 2. quæst. 3. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 31. c. 1. à num. 2. Coninch. de Sacrament. tom. 2. disp. 24. dub. 2. à num. 2.

RESOLVT. DLXVIII.

1 *Dies dicitur, quando Sol est super terram.*
2 *Dies dicitur à luce.*
3 *Dies incipit à media nocte, vsque ad mediam noctem.*

Dies

Dies a qua hora incipiat, ne matrimonium contrahi possit à prima die Aduentus vsque ad diem Epiphaniæ; & à feria 4. cinerum vsque ad Octauam Paschatis.

1 EX dispositione tex. in c.consuluit de officio delegati colligitur diem propriè dici, quando Sol est super terram, & ita dixit Federic. de Senis in consil. 44.num.2.ver.nam tunc dies, vbi quod dies finitur ab hora completorij, & quod nox non venit appellatione diei, nisi per fictionem, & idem consil. 256. in fin. vide Alex. consil.190. Plura.n.20.li.6. vbi dicit, quod dies dicitur esse viginti quatuor horarum,& statutum puniens delinquentem maiori pœna in die,vel in festo B.Mariæ,non habet locum in eo,qui deliquit in nocte sequente festum prædictum, quia per fictionem dicitur dies, vel pars diei non vere,Alex.dicto cons.44.per totum,& consil.256.per totum.

2 Et ideo dies dicitur à luce, & nox à tenebris, & per lucem, & tenebras diuiditur dies à nocte, quia Deus appellauit diem lucem, & noctem tenebras. Genes. c.1. & Gem.in cap.fin.§. in festiuitatibus colum.pen. de sententia excommunicationis lib.6. Ioan.Andr. in dict.lib.6. Ias.in l. more Romano num.8. ff. de ferijs, licet tamen attendatur vsus loquendi, vt tenet Gar. vbi supra, prout etiam dies intelligitur orto iam Sole in nostro hemisphærio, vsque dum ab illo effugiat, & postquam ab illo effugit, dicitur nox, vsque iterum in hemisphærio oriatur, quando statutum punit delinquentem maiori pœna, seu aliquod maleficium de nocte perpetratum ca.si perfodiens, vbi Doct. de homicid.c.primo,vbi etiam notant scribentes, C. de custodia reorum, & Bar.in l.aut facta §. tempus num.2. ff.de pœnis.Abb. in c.quoniam nu.3.de fer.& Ias.in l. Titius §.Lucius num.16.ff.de lib.& posth.in iudicialibus tamen actis incipit hic mane, vbi primum dies eluescit, & à tenebris terminatur ca.consuluit de offic.deleg. Auth. de Iud. §. sedebunt col.6. glos. verb. prius in c.quoniam de fer.& Abb.in d.c.si perfodiens num.2.de homic.

3 Quibus sic præmissis, deueniendo ad quæstionem præpositam, firmandum est, matrimonia prohiberi contrahi à prima die Aduentus, & sic à media nocte diei prædictæ, eum ab eo tempore incipiat dies more Romano l.more Romano,ff.de ferijs, Bellam.cons. primo num.3.Alexandr.consil.190.num.20.lib.6.hinc videmus, quod dies incipit à media nocte,in mediam noctem vidend. & Cardos. in prax. Aduoc.Iud. verb. dies nu.2.& Cardin. Tusch.conclus.407. litt.D.plures Doctores refert Cened. ad decretal. collectan.22. Ledesm.in Summ.part.1. de Sacram. matrim. capit.10. conclus.8.dub.1.versic.el terzo,Reginald.in prax.for. penitent.lib.31.num.188.Bonacin. de magn.matrim. Sacram.q.3.part.14.num.14.& Sanch.de matrim.lib. 7.disput.7.

PRAXIS VISITATIONIS PERSONARVM, & locorum exemptorum.

RESOLVT. DLXIX.

1 *Visitatio ad quos spectat,& num.2.3. & 4.*
5 *Visitandi potestas transit ad Capitulum Sede vacante.*
6 *Capitulũ viuente Episcopo, quando habeat ius visitãdi.*

Facultas concessa Episcopo visitandi loca exempta, tanquam Delegato Apostolico, an transeat in Capitulum Sede vacante.

1 VIsitandi potestas singulis Prælatis Ecclesiasticis, quibus iurisdictio, & administratio conuenit radicata est in capit. 1. §. hunc de censib. in 6.

2 Sic etiam legati Pontificis, qui non sunt à latere, sed dicuntur nati, quibus legatio Apostolica cõpetit, ratione dignitatis, in qua sunt constituti cap. cum instantia, & c.procurationes de censibus, Nouarius in suo opusculo noui Iuris Pontificij conclus.1.num.3.de visitat. vbi etiam num.4.affirmat, quod legatis Apostolicis id competit, si tamen visitandi onus eis specialiter sit impositus, vel si vrgens aliqua necessitas visitationem poscit ad textum in dicto c. cum instantia, & c. procurationes, idem affirmans n.5.de Decanis, Archidiaconis,Archipresbyteris, Plebanis,& alijs 3 inferioribus visitandi ius habentibus,si id longa consuetudine præscripserint c.super eo, & c. cum Apostolus de censibus, de quibus recenset Concil. Trident. sess. 24.de reformat.dict.c.3.loquendo mandat,vt Archidiaconi, Decani,vel alij inferiores in his Ecclesijs,vbi 4 hactenus visitationem exercere legitimè consueuerũt, debeant assumpto Notario de consensu Episcopi deinceps per se ipsos visitare, prout similiter competit hoc visitandi ius Abbatibus, Generalibus, Prioribus, Ministris,cæterisq; Præsidentibus in Monasteriis Religiosorum, vel deputatis in ijsdem ad text. in c.in singulis, & c.ea quæ de stat.Monachorum, sic etiam, & Abbatibus, alijsq; Regularibus,in Monasteriis quibus degunt, & in aliis earum iurisdictioni subiectis, licet visitationem exercere, Clem.attendentes, in princ.de stat.Monach.

5 Immò, vt deueniam ad resolutionem articuli propositi,an visitandi potestas Episcoporum transeat Capitulo Sede vacante, quod potest visitare Ecclesias Episcopatui subiectas,vt habetur in Summa Bullar.in verbo Capitulum Sede vacante, vers.quibus sic prælibatis, Azor.instit.moral. quæst.14.lib.3. c.37. p.2.annuens quæst.15.non posse visitare Monasteria Monialium exempta, quæ alioquin potest Episcopus vti delegatus Sedis Apostolicæ,prout ita voluit Rota in vna Burg.Idris visitandi 1588.coram R.P.Orano, vbi tractabatur de visitando Monasterio Monialium non exempto, & fuit decisum illud visitari posse à Capitulo Sede vacante. Ego ipse in praxi resolut.533.par.1. in magn.vbi affirmo habere locum etiam quando Sedes Episcopalis, quasi vacat veluti Episcopo à Turcis capto,refert Nouarius in dicta concl.1.n.8. de visitat. 6 vbi ampliat Capitulum adhuc viuente Episcopo ex præscriptione, vel priuilegio visitandi ius habere, vt ex Concil.Trident.sess.24. dict.c.3. versic.visitatores, quo in casu annuit decisum visitatores debere esse approbatos ab Ordinario.

RESOLVT. DLXX.

1 *Visitatio Ecclesiarum exemptarum fit ab Ordinarijs tanquam Delegatis Apostolicis, etiamsi essent seculares Ecclesiæ.*
2 *Visitari nequit locus exemptus ab Episcopo exclusas in fundatione.*

Visitari an possit locus exemptus ab Episcopo quoties in fundatione fuit exclusus.

1 HOdie ex dispositione Sac. Conc. Trid. Ordinarii locorum possunt,ac debent singulis annis visitare Ecclesias,quomodolibet etiam exemptas tanquam Sedis Apostolicæ delegati, vt in sess.2.de reform. c.8.

2 Quod procedit etiam respectu Ecclesiarum secularium, quæ nullius sunt Diœcesis, nam istæ quoque ab Episcopo,cuius Chatedralibus est proximior, tanquã Sedis Apostolicæ Delegato singulis annis visitandæ sunt,vt habetur in eodem Concilio sess.24. c.9.

3 Et huiusmodi Constitutio Concilii locum habet, quamuis facultas visitandi in fundatione Prælato inferiori

riori sit concessa, quia non ob id censetur adempta facultas visitandi tributa Episcopo ex dispositione eiusdem Concilij, cum intelligi debeat cumulatiuè, nō priuatiuè ad Episcopum, contra quem debet esse expressa prohibitio, vt censuit Sacra Congregatio Concilij, & tenuit Rota in vna Abulen. iuris visitandi 10. Nouēbris 1600. corā Ludouisio, deinde Gregorio XV.

4 Quinimmo licet Episcopus ex propria voluntate sibi aliquos adiunxerit pro visitatione facienda, vt sibi permittitur à Concilio dicta sess. 6. c. 4. vel etiam vigore concordiæ inter ipsum, & Capitulum, etiam à Sede Apostolica confirmatæ habeat visitare cum aliquibus Canonicis assistentibus eligendis à Capitulo, non propterea tenetur adhibere Consilium, vel consensum prædictorum, vt tenuit Rota in vna Illerden. visitationis 13. Nouembris 1602. coram Iusto.

5 Et circa ea, quæ principalem articulum concernunt dico facultatem traditam Episcopo loca exempta visitandi, minimè procedere quoties in fundatione Episcopus fuisset exclusus, vt fertur declarasse Sacrā Congregationem his verbis, *Congregatio Concilij censuit ex decreto Concilij cap. 8. sess. 22. non posse visitare omnia loca exempta nisi aliter cautum sit in institutione*, quam declarationem refert, & sequitur Ludouis. in decis. 8. Garz. de benefic. par. 1. cap. 2. numer. 99. sed vide contrarium apud Nouarium in opusculo noui Iur. Pontific. concl. 3. de visitat.

RESOLVT. DLXXI.

1 *Ordinariorum appellatione veniunt inferiores Episcopo.*

An Ordinarij inferiores Episcopo habeant ius visitandi loca exempta.

1 ILlud propterea admonendi sumus, quod decreta Concilij in locis supra citatis loquentia de Ordinarijs comprehendunt etiam inferiores Episcopo habētes iura Ordinariorum, cum materia sit etiam ipsis inferioribus adaptabilis ad tradita per Io: Monach. post glos. in c. Ordinarij il 1. n. 1. & 2. Franc. n. 3. Gem. num. 5. de offic. ordin. lib. 6. Abb. in c. post cessionem in primo not. quem sequuntur ibi Aret. Felyn. & Dec. de probat. & tenuit Rota in vna Piscen. seu nullius iurisdictionis 5. Maij 1589. coram Gypsio, & per prius in vna Salamintana iurisdict. 3. Octobris 1579. coram Cardinale Seraphino, in qua fuit dictum, quod Concilium in dict. cap. 8. sess. 7. disponens, quod locorum Ordinarii Ecclesias quascūque quomodolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, habere etiam locum in inferioribus, licet idem Concilium sess. 4. c. 10. & sess. 25. c. 11. de Episcopis, & non de Ordinariis loquatur.

2 Nam debet interpretari ex aliis Decretis in quibus sancta Synodus, loquendo de Ordinariis intellexit, etiam de inferioribus cum vna lex declaret aliam, nec sit conueniens, vt vna, & eadem res diuerso iure censeatur ad l. eum, qui ædes de vsucap.

RESOLVT. DLXXII.

1 *Visitatio spectat ad Episcopum ex intentione fundata in omnes Ecclesias sibi subiectas.*

2 *Visitari nequit Ecclesia specialiter exempta, quo ad visitationem.*

Vbi Ecclesia est specialiter exempta, an Episcopus possit illam visitare virtute Concilii.

1 COmmunis, & trita conclusio, quod Episcopus de iure communi habet intentionem fundatam, vt possit visitare omnes Ecclesias sibi subiectas c. 1. §. hāc autem, & ibi Gemin. de censibus li. 6. Soc. de visit. col. 4. num. 4. versic. 10. quæro, & subiectæ præsumuntur quæcunque existentes in sua Diœcesi. Rot. decis. 186. n. 1. par. 1. diuersorum.

Quinimmo propria auctoritate, visitare potest, etiam Ecclesias exemptas, quoad visitationem, cum exemptio à visitatione, non comprehendatur sub generali concessione exemptionum facta ad fauorem alicuius Ecclesiæ. Rot. decis. 2. de censibus in antiquis, Achil. decis. 2. de exempt. Rot. diuersorum dicta decis. 186. num. 2. par. 1.

2 Quod si Ecclesia sit particulariter exempta, quoad visitationem Episcopus illam visitare nequit, nec aliā quoque illi vnitam, cum ratione vnionis sortiatur eādem exemptionem, & per consequens Ordinarius non potest clericos ibidem existētes corrigere, Achil. de exempt. decis. 1. & de priuileg. 15. Puteus decis. 115. lib. 3. & tenuit Rota in vna Piscien. seu nullius iurisdictionis 7. Maii 1582. coram Gypsio, quæ loquitur de Ecclesia Parochiali vnita cuidam Abbatiæ Congregationis Cassinen. quæ habet priuilegia amplissima exemptionis.

3 Ad cuius resolutionis approbationem videnda est decisio Rotæ in vna Iuuenacen. iurisdictionis 29. Aprilis 1577. coram Eminentissimo Card. Lancellotto, cuius tenor est.

Fuit conclusum, quoad caput visitationis, quod Episcopus Iuuenacen. habet fundatam intentionem de iure communi, quoad institutionem Ecclesiæ Teruicen. cum præsuppositō, quod dicta Ecclesia sit sub dicta Diœc. Iuuenacen. iuxta text. in cap. cum Episcopus de off. ordin. in 6. cum allegatis.

Nec obstant priuilegia, & exemptiones concessæ dictæ Ecclesiæ per antiquos Episcopos Iuuenacen. relatos in Bulla Latini Cardinalis Legati, quia nulla in eis fit mentio de exemptione à visitatione, & sub generali concessione exemptionum non comprehenditur exemptio à visitatione, iuxta decis. Rot. 2. de cens. in antiq. & dec. Achil. 31. de exemptione, sed illa forma remanet Episcopo, vt per Marian. Soc. in tract. de visit. lib. 6. quæst. 14. num. 16. Minus etiam facit facultas corrigendi, carcerandi, & mulctandi concessa dicto Episcopo, quoniam non intelligitur de correctione, quæ fit in visitatione, sed de ea, quæ fit in ordinaria cognitione causarum criminalium, propter præcedentia verba, de quibus in dicta concessione, & quia materia est odiosa, ideo strictè interpretanda.

Non obstat etiam confirmatio dicti Legati, quia est stricta ad declarata, & specificata in literis Hectoris Episcopi, quarum literarum tenorem dicit, Legatus se referre de verbo ad verbum, & in dictis literis infirmantur Priuilegia, & exemptiones concessæ dictæ Ecclesiæ Teruicen. à suis prædecessoribus; solum quoad particulas expressas, & specificatas, sed in dictis literis de hac exemptione à visitatione verbum nullum præterea in dictis literis Rectoris Episcopi est apposita clausula reseruatiua, videlicet reliquis iuribus, & iurisdictionibus Episcopalibus eidem Episcopo Iuuenacen. & successoribus suis semper saluis, sic ius visitandi dicitur præsentatum Episcopo postquam non est specialiter concessum iuxta not. per glos. in c. 1. §. in eos ver. quantum ad ista de priuileg. in 6. Minus etiam potest fieri fundamentum in sententia Episcopi Birutin. quia in præsens illa refert supra dicta priuilegia concessa per Episcopos Iuuenacen. dictæ Ecclesiæ Teruicen. & confirmationem dicti Legati; postea dicit, quod per testes fuit probatum, quod dicta Ecclesia Teruicen. possedit iura Episcopalia declarata per d. Hectorem, tanto tempore, quod satis est ad inducendam præscriptionem, & quia constitutum, quod sententia Tranen. non fuit mādata executioni contra dictum Archipresbyterum, & quod d. Archipresbyter postea fuit in possessione exemptionum, & libertatum Iurium Episcopalium, propterea confirmat prædicta priuilegia cum clausula reseruatis

reliquis

reliquis iuribus Episcopalibus, quæ existant iurisdictionis, & ordinis Episcopalis, quia cum dicta sententia referat, & se restringat ad prædicta priuilegia, de quibus supra dictum est, non potest comprehendere visitationem.

Quo vero ad collationem ordinum res fuit visa Dominis satis clara propter expressam formam datam in dictis literis Episcopi Hectoris relatis per d. Legatum, quæ non reperitur in aliquo alterata, & ita fuit conclusum circumscripta præscriptione, quam prætendit dictus Archipresbyter.

RESOLVT. DLXXIII.

1 *Prothonotarij sunt Principes Notariorum.*
2 *Prothonotarij visitantur ab Episcopis etiam extra actum visitationis.*

Prothonotarij Apostolici, an cum sint exempti possint visitari ab Episcopo.

DE Prothonotarijs, multi multa scripserunt, Mandosius de signatura gratiæ tit. Prothonotarij, vbi fusè per tot. Gomez. in proem. super regulis Cancell. q. prima, Ant. de Pratis tract. de Iurisdict. Episc. c. 8. n. 16. Io: de Platea l. fin. C. de diuisionib. lib. 10. & lib. 2. c. de Primicereis lib. 12. ex quibus satis sit hic parua ad materiam desumere.

1 Prothonotarios esse primos, & velut Notariorum principes, omnes cēsuerunt Gomezius, Mand. Platea, vbi etiam Alciatum locis iam citatis, & eos in dignitate esse testatur Ant. de Pratis d. c. 8. n. 76. per Bart. l. 1. & 2. C. de Primicereis lib. 12.

Quos etiam à iurisdictione ordinaria Leonem Pontificem exemisse fusè præter cæteros, refert idem Anton. de Pratis d. tract. de iurisdict. Episcopi c. 4. & c. 8. num. 17. Mandosius vbi supra, ita tamen si Rocchetum, habitumve Prothonotariorum actu deferant, Ant. dict. c. 4. & 8. item Mandosius, quod à iure alienum esse non videtur.

Quibus suppositis, vt articulum resoluam, dico, & affirmo licere Episcopo visitare quoscunque Clericos 3 seculares exemptos, Prothonotarios Apostolicos, Cappellanos Regios, Acholitatus Comitis Palatini, seu alicuius militiæ, vel Hospitalis titulis insignitis: dummodo actu militiæ, seu Hospitalis, cui adscripti sunt inseruiant, item, & residentes in Curia Romana, & familiares Cardinalium ratione beneficiorum in sua diœcesi existentium, vt probat idem Concilium sess. 24. de reformat. c. 11. & tradit Rodriq. q. regul. 108. art. 3. to. 2. quos refert Nouar. in opusculo noui iur. Pontif. concl. 3. num. 3. de visit. vniuersali.

3 Quod, & si resideant etiam in persona in Monasterio in causis delictorum, & correctionis ab eodem Diœcesano, siue in visitatione, siue extra visitationem puniri possunt, vt disponit idem Concil. sess. 14. de reformat. c. 4. sed non posse Episcopum virtute d. ca. 4. extra iurisdictionem corrigere, & punire Clericos seculares à se exēptos, & altero inferiori Ordinario seculari intra diœcesim existentes subiectos approbauit Summ. Pontifex apud Armend. in addit. ad recopil. legum, Nauar. lib. 1. tit. 6. l. 5. resolutione 2. num. 9. qui text. in d. c. 4. non derogat consuetudini immemorabili, vt annuit Seraphin. decis. 417. n. 7. nec corrigit tex. in extrauagan. ad Matthei 3. de Aeret. inter comm. ex Cened. ad Clem. collect. 14. n. 9. cum sequent.

RESOLVT. DLXXIV.

1 *Exemptio generalis Pontificis priuat iure uisitandi.*
2 *Exemptio Pontificis liberat quem à reuerentia Episcopi, secus uero si esset Episcopi, & num. 3.*

Exemptio plena, & generalis Pontificis an auferat etiam ius visitandi.

1 REspondetur priuare etiam iure visitandi ob reuerentiam præceptorum Summi Pontificis, vt voluerunt Bal. in cons. 22. vol. 2. Monald. in cons. 71. nu. 6. & ita censuit Rota, vt voluit Achil. in dec. 15. de priuilegijs, cuius tenor est.

Ex hac differentia inter exemptionem Papalem, & eam, quę conceditur ab Episcopo, tenuerunt Domini in vna Gerunden. iuris visitandi coram Ant. Aug. de anno 1549. veram illam doctrinam Mariani tract. de visitat. col. 12. versic. 1. quæro, vbi voluit in generali, & plena exemptione, etiam esse sublatum ius visitandi; eo magis, quia correctio concedebatur Abbati, & prohibebatur Episcopus, ne posset excommunicare, quæ cum sint cohærentia visitatione sublata, etiam censetur correctio, argum. sumpto à contrario in cap. cum venerabilis §. 1. de cēsibus, & decis. Rot. 334. aliàs 2. de censibus in antiquis loquitur, quando Episcopus eximeret, quia tunc non veniret visitatio, & intraret ratio, Imol. in cap. cum ex officij de præscript. quia tunc, quodammodo Episcopus renunciaret visitationi, quod non potest, secus, quando Papa existit, quia ipse poterit deputare visitationem.

2 An autem exemptio Pontificis liberet, etiam à reuerentia Episcopi, vide aliam decisionem Rotæ, cuius tenor est, videlicet.

3 Exemptio plena Pontificis liberat, etiam à reuerentia Episcopi, licet secus sit in exemptione Episcopali, & sic tenuerunt Domini opinionem, Felyn. contra Barbat. in cap. cum inter col. 2. de re iudic. quod probat. tex. vbi Paul. de Castro post Bal. in l. fin. C. de bon. libert. & tradit Iason. in l. sed si hac, §. patronum in 4. not. de in ius vocand. & sentit Alex. in l. alia, §. eleganter solut. matrim.

Qua pro opinione vltra tex. dict. l. fin. allegabatur tex. in argumentum in l. etiam, in vers. idem est si à Principe de bon. libert. & in cap. Abbatibus, & cap. luminoso 18. quæst. 2. Nec obstat argumentum de præscriptione, videlicet, quod præscribens exemptionem, tenebatur ad reuerentiam Episcopo, vt per Oldrad. in consil. 254. colum. 1. & 244. colum. 1. in fine, & 172. Abbas in cap. veniens col. 6. versic. pono secundo, de præscription. & Paril. in cap. cum non liceat, num. 42. eodem tit. quia illa iura loquuntur in præscriptione extinctiua reuerentiæ, quia sicut Episcopus per suam exemptionem non liberat à iure reuerentiali, ita nec per reuerentiam, secus est in præscriptione translatiua in alium, quæ est similis exemptioni Papali, quæ licèt liberet ab Episcopo, tamen supponit sibi causam exempti sub sinu Pontificis, vt per Bald. in tract. de exempt.

RESOLVT. DLXXV.

1 *Visitatio Ecclesiarum nullius diœcesis spectat ad Episcopum uiciniorem, & quis dicitur Episcopus uicinior, n. 2. & 3.*
4 *Vicinus quis dicatur remittitur arbitrio Iudicis, & n. 5.*

Quis dicatur Episcopus vicinior ad effectum visitandi Ecclesias nullius Diœcesis.

1 FAcultas visitandi Prelatis concessa ampliatur quoque, vt Episcopus Cathedralis Ecclesię proximior possit visitare Ecclesias seculares nullius Diœcesis, quantumuis exemptas, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectas, earumq; Prælatum secularem in eas iurisdictionem quasi Episcopalem habentem vigore Concil. c. 9. sess. 24. de reform. Marisc ott. var. resol. d. c. 15. n. 6. Rota recoll. per Farin. dec. 396. p. 1. to. 1. etiã habetur

Episco-

Episcopum in singulis Ecclesijs existētibus infra fines Diœcesis habere ius visitandi, non obstantibus quibuscunque priuilegijs, per text. Concil. sess. 7. de reformat. c.8. ad cuius ornatum videndi sunt vltra antiquiores, Azor.institution.moral.lib.7.c.40. part.2. & Nos in Collectan.1591.

Sed difficultas est, quis dicatur Episcopus vicinior ad effectum visitandi Ecclesias seculares nullius Diœcesis, qua in re dicendum in primis est, esse spectandā locorum consuetudinem, vbi illa reperitur, ita tradit Bartol.in l.si tertius in principio n.2.ff. de acqua plu. arc.Butr. in c.super spec.de priuileg.& Fol.in c.quosdam num.1.de præsumpt.Alex.cons.22. n.7. lib.4.vbi autem consuetudo deficit, plures casus sunt distinguendi de quibus per Menoch.infr.cit.

3 A qua opinione omnino est recedendum, cum non sit applicabilis proposito casui, & dicas,quod vbi agitur de vicinis ratione locorum, vt Ciuitatum, Vicorum, & Castrorum, quo in casu sunt opiniones, nam gloss.in l.4. §.si tam vicinum, ff. de dam. infect. sensit duas Ciuitates vicinas esse, cum solum per centum miliaria inter se distant, quæ opinio iure non probatur. Altera fuit opinio glos. in c. præsenti ex text. illo de præbend.vicina loca dici,quæ per duas dietas inter se distant, quæ sanè opinio illo tantum casu in omnibus absolutè locum habet.

4 Menoch.vero de arbitr.iudic.lib.2. casu 222. tenet remitti arbitrio Iudicis,quis locus dicatur vicinior,allegat glos. in c.cum nullius, in verbo remotis de tempor.ordin. in 6. in clement. causam in verbo remotis de elect.vbi Card.& Imol. Archid.in c.quicunque 16. quæst.3.Bar.in dict.l.4.§.tam vicinum,& ibi Alexand. in fin.ff.de dam. infect. Bald.in l.si vicinis in fin. C.de nupt.Alex.cons.17.num.6. lib.3. & cons.22. n.5.lib.5. Felyn.in ca.quosdam num.1. & nu.3. de præsum. Tiraquel.in repet. l.si vnquam in verb. omnia, vel partē num.1.C.de reuocand.donat. Mantua.in cap.nonnulli in fin.post Cardin.ibi de resignat. Lamberteng. in comment. ad statutum Mediol. prohibens mulieres sine certa solemnit. contrahere in glos. 1. in verb. in alienat.num.209.Petrus Gregor.lib.4.Syntagm.c.24. num.4.& Schruder. in tract. feudorum part.6. cap.2. num.4. qui alios refert sua ergo prudentia Iudex secundum suppositam materiam iudicabit loca esse remota, vel vicina. His accedit, quod scriptum reliquit Afflict.in c.1. nu.21. versic. sic etiam habet arbitrium ex quibus cau. feu. amit. post Bald.in l. acceptam quæst.12. de vsur. esse in iudicis arbitrio, quod creditoris domicilium mutatum à primo multum distare dicatur, vel debitor.

5 Qui autem dicatur vicinus,dic, dici illum, qui proximè habitat, ita vt alta voce acclamando audiri possit, Menoch.de arbitr.iudic.casu 222. Mascard.concl. 1406.num.4.Flores de Mena var.qq.lib.1.q.1.num.6. Sess.decis.Arag.qq.Gon.5.de Paul.Schol. ad ll.styli l. 64.num.4. cum seq.

RESOLVT. DLXXVI.

Visitari an possint Monasteria exempta commendata.

1 PAtet responsio ex verbis Concilij sess.21.cap.8.cuius tenor est in Summa, quod commendata Monasteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Proposituræ nuncupatæ,in quibus non viget regularis obseruantia.

2 Nec non beneficia, tàm curata, quam non curata,seculania, & regularia qualitercumque commendata, quamuis exempta ab Episcopis, etiam tamquam Apostolicæ Sedis Delegatis annis singulis visitentur, curentque ijdem Episcopi congruentibus remedijs, etiam per sequestrationem fructuum, vt quæ reuocatione indigent, aut restauratione reficiantur, vt cura animarum, sicque illis, vel eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia exerceantur appellationibus quibuscunque priuilegijs consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis conseruatorijs iudicium deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus iuxta Concil. Tridentin. decretum, sess. 21, de reformat, cap.8.& sess.25. de regularibus cap. 11.refert.Marescott. variarum resolutionum lib.2.c. 15,num.7.

RESOLVT. DLXXVII.

1 *Monasteria regularium exempta,etsi curam animarum non exerceant visitantur ab Episcopo.*

Monasteria Regularium exempta an visitari possint.

1 AMpliatur pariter potestas Episcoporum, quo ad visitationem locorum exemptorum,vt quamuis Monasteria regularium sint exempta, quo ad Episcopalem iurisdictionem,vt in c.primo de Cappellis Monachorum, tamen quoad eam, quæ curam animæ concernunt benè visitari possunt, vt voluit Nouarius de visitatione conclus.3. in fine,cuius hæc sunt verba, videlicet.

2 Amplia pariter,vt Episcopus valeat visitare quæuis Monasteria, seu Ecclesias, & loca regularium curam animarum habentia in concernentibus tamen ipsam curam, prout & personæ talem curam exercentes, etiam regulares in tali casu subsunt Episcopis locorum Ordinariis iuxta text. Concil. Trident. sess. 25. de regul.d.c.1.de cuius materia, vt antiquiores omittam tractat Lyua in exam.Episcop.titul.16.Antonin. resol.17.lib.1.& Nos in prax.resolut.513. & 532.par. 1.& Campanil.in diuers.iur. Canon. Rubric.12.c.13. à n.51. & seq. affirmans, quod in deponentibus à cura animarum Episcopi fruuntur auctoritate in regularibus, itaut, quodammodo veniat in consequentiā personarum, vt inquiratur qualiter conseruetur Sanctissimum, & venerabile Sacramentum, & ornata Ecclesiæ, ex Seraphin.decis.1067.annuens pariter d.c.3. num.52.quod in casibus,in quibus locorum ordinarijs competit facultas visitandi Monasteria regularium, vel alia exempta,si dum ipsi ingredi velint ex tali causa prædicta Monasteria, Regulares sint tenitentes illos intromittere,ostia claudēdo, valebunt mandare, vt portæ frangantur, & num.53.Addit.licere Episcopo excommunicare visitationem impedientes, etiam non adhibitis monitionibus in ipso actu manifestæ violentiæ sibi illatæ, quod pariter tutatur Genuen. in prax. Cur. Archiep. c.8.

RESOLVT. DLXXVIII.

1 *Hospitalia visitantur ab Episcopis locorum,etiam extra actus visitationis num.4.*

2 *Collegia montes pietatis eſtauritæ, & confraternitates laicorum, quando visitentur ab Ordinarijs locorum.*

3 *Visitari possunt pia loca ab Ordinarijs.*

An Hospitalia exempta visitari possint per Episcopum.

1 LOcorum Ordinarijs singulis competit visitādi facultas, & curare maximopere debeat, vt hospitalitatis opus fideliter administretur, ita Sacr. Concil. Trident. sess.7. de reform. capit. 16. & sess. 25.cap.8.

2 Ita vt tamquam Sedis Apostolicæ delegati potiuntur iure visitandi huiusmodi Hospitalia, & collegia montes pietatis, Estauritas, & Confraternitates laicorum

corum quocumq; nomine nuncupatus, non tamen sunt sub Regum immediata protectione, absque eorum licentia ex eod. Sac. Conc. sess. 22. de reformat. cap. 8.

3 Amplia, vt singula pia loca priuata possint visitari ab Episcopo, siue sint erecta ipsius authoritate, siue non, vt determinant Bonadill. in sua prolit. lib. 2. cap. 17. num. 39. Garsia de benefic. part. 5. cap. 1. num. 602. in fin.

4 Amplia quoque, vt Episcopi virtute Concilij, non solum in ipso actu visitationis ius habent visitandi Hospitalia, & pia loca omnia, etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, vt censuisse Sac. Congr. fatetur Bellect. in disqu. Cleric. part. 1. titul. de bonis cleric. §. 12. num. 6. docens numer. 7. eandem Sacr. Congr. in vna Montis Pietatis Bauenaten. de anno 1617. respondisse licere Episcopo pro bono regimine Montis Pietatis decreta ipsius confirmare, reformare, & augere, non tam in visitatione, quam extra, & sibi reseruare facultatem huiusmodi decreta reformandi, & augendi ad sui libitum.

Amplia procedere, etiam si in fundatione Hospitalis esset dictum, quod ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, cum non potuerit fundator eximere ab Episcopi potestate, Barb. de potestate Episcopi c. 1. num. 3. & 5. Licet contrarium fuisse decisum per Sacr. Congreg. dicat Armend. in addit. ad recompil. eorum Nauar. lib. 1. tit. 6. l. 5. num. 66. & per Sanctam Sedem rescriptum testetur Crass. de effect. cleric. effect. 1. num. 610.

Declara tamen non habere locum, quando Hospitale, vel aliud simile esset nouiter fundatū, & fundator viuerat, nam visitare nequit contradicente fundatore, Nauar. consil. 3. de Religios. domib. Sayr. decis. 3. eod. tit. & de his omnibus Nouarius in opusc. noui iur. Pontific. concl. 3. de institut.

RESOLVT. DLXXIX.

Quid statuat Concilium Trident. circa visitationem locorum, & personarum exemptarum.

1 IN sess. 7. Concilij Trident. cap. 12. de reformat. hæc habentur. *Curent Ordinarij, vt Hospitalia quæcunque à suis administratoribus quocunque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter, & diligenter gubernentur Constitutiones Concilij Vienensis, quæ incipit, quia contingit forma seruata, quam quidem Constitutionem Sancta Synodus innouandam duxit, & innouat cum derogationibus in ea contentis.*

2 Super quo tex. emanarunt infrascriptæ declarationes Eminentissimorum Cardinalium Concilij interpretum, & sunt videlicet.

In text. ibi fideliter, & diligenter gubernentur Declar. Cardin. *Quia curare debent Episcopi, vt Hospitalia à suis administratoribus quomodolibet exemptis diligenter, ac fideliter gubernentur, dubium non est, quin illorum visitationem instituere debent, vt per illam cognoscere possint, quæ facere debeant administratores Hospitalium, Cōfraternitatum Constitutionis Concilij Vienensis.* Hæc Constitutio habetur in Clem. eod. tit. vide illam in glos. super cap. quia ad Collegij de Magistris verb. Concilij Vienensis.

3 Item in eadem sess. cap. 2. hæc habentur. *Habeant Episcopi ius visitandi Hospitalia, Collegia quæcunque, ac Confraternitates Laicorum, etiam quas Scholas, siue quocunque alio nomine vocant, non tamen, quæ sub Regum protectione sunt sine eorum licentia Eleemosinas Montis Pietatis, siue charitatis, & pia loca omnia quomodocunque nuncupentur, etiam si ad Laicos pertineant, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo iuxta Sacrorum Canonum statuta cognoscant, & exequantur, non obstantibus quacunque consuetudine etiam immemorabili priuilegio, aut statuto.*

4 Super quo text. emanarunt infrascriptæ declarationes habeant ius Hospitalia Declar. Card. *Licet autem, hoc decretum concedat facultatem Episcopis visitandi Hospitalia, & cætera pia loca non prohibet, tamen quin etiam, & Iudices seculares eadem visitare possint, sic hoc eis aliàs legitime cōpetit, non obstante prohibitione in fundatione Hospitalis, quod Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, possit Ordinarius vigore præsentis cap. dictum Hospitale visitare. Congregatio censuit Ordinarium posse visitare Hospitale priuatum, & ex hoc Decreto corrigere, & reformare in his tantum, quæ ad obseruandam voluntatem fundatorum pertinet, & ex alio decreto sess. 22. cap. 9. authoritatem habere exigendi rationem ab administratoribus ipsius Hospitalis vna cum illius deputatis quibus ex consuetudine ratio reddenda est: Ordinarius non habet authoritatem visitandi Hospitalia, neque Confraternitates, quæ à Laicis regiuntur, nisi in casibus à iure expressis, caput autem hoc intelligitur, et habet locum tantum in casibus à iure communi permissis, licet autem Ordinario ab eis rationem administrationis exigere nulla habita ratione iuris communis, sed seruata tantum huius cap. dispositione Ordinarius Hospitalia etiam priuata visitare, & corrigere potest in his tantum, quæ pertinent ad obseruationem voluntatis fundatoris l. Hospitalia etiam vnita in quibus Ecclesiæ sunt, vbi assidue Diuina officia celebrentur, & bona eorum, & earum non sunt distincta debent ab Ordinarijs visitari.*

5 Confraternitates laicorum Decl. Card. *Episcopus potest visitare Confraternitates personarum secularium in Ecclesiis Regularium exemptorum existentes, non autem eorum Cappellas, vel Altaria, quæ intra easdem Ecclesias consistunt. Item declarat. Cardin. Episcopus potest visitare Cappellas Confraternitatum Laicorum in Ecclesiis regularium erectas, & cogere administratores, quæ sub Regum immediata protectione sunt. Et an in exceptione, qua hic excipiuntur Hospitalia, quæ sub Regum immediata protectione sunt, ut sine eorum licentia non possint ab Episcopis visitari comprehendantur omnia Hospitalia, quæ sunt in eorum ditionibus, & Regnis, Congregatio censuit non comprehendi Hospitalia, nisi quæ expressè reperiuntur sub Regum protectione Congregatio censuit si Episcopo Hospitale aliquod visitare volenti iuxta hoc cap. opponatur exceptio, quod sub immediatè Regum protectione existat, utique non ad secularem iudicem, sed ad ipsummet Episcopum de talibus exceptionibus cognitionem, & diffinitionem pertinere.*

6 Cura ad laicos Declar. Card. *Hospitalia licet à laicis ministrentur, & sint sub protectione Ducum, si aliàs Ecclesiastica erant, possunt ab Ordinario visitari, & potest Episcopus in eis exequi, quæ in hoc decreto continentur. Congregatio censuit Episcopum visitare posse omnia Hospitalia, & pia loca quocunque nomine nuncupentur, etiam si sint priuata laicorum, & corrigere, & reformare in casibus à iure concessis nempè ob negligentiam, uel dilapidationem bonorum, utque testatoris voluntas seruetur iuxta hoc Decretum.*

7 Eadem pia loca Decl. Card. *Etiam si sint priuata Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus Episcopus Abulensis nuper uolens visitare quoddam Hospitale de Olmendo à laicis ibi fundatum, necnon Cappellanias in eo existentes fuit impeditus à Religiosis Sancti Hyeronimi prætendentibus ad eos dicti Hospitalis administrationem spectare, ad quorum instantiam processus ad seculares Iudices delatus fuit, quo tamen non obstante Episcopus prætendit uigore huius capit. dictum Hospitale uisitare posse, & ita supplicatur declarari, etiam si dictus*

Prior

Prior à fundatione fuerit patronus institutus. Congregatio Concilij censuit ex Decreto huius capite Episcopum posse visitare nisi aliter cautum sit in fundatione, & licet prædictus prior instaret attentis verbis in fine dictæ declarationis, tamen, quia verba institutionis dicti Hospitalis, & iuris patronatus erant huiusmodi, videlicet item rogo, & peto in gratiam, & eleemosynam, & propter seruitium Domini Nostri à Domino Priore nunc temporis Beatæ Mariæ della Mezza Vada Ordinis Sancti Hieronymi, vt tempore meæ migrationis ab hac præsenti vita, & ab eius successoribus pro tempore, & in perpetuum exeuntibus in dicto Monasterio, sint patroni dicti Hospitalis, quod ita fundo, & relinquo fundatum, quos ego nomino in tales patronos successiuè vnum post alium, ituut Prior pro tempore dicti Monasterij patronus dicti mei Hospitalis, quod ita fundaui, vt illud visitet, & in eo prouidere debeat, quidquid ei videbitur conuenire pro illius sustentatione in quantum sufficient redditus, quos ego relinquo dicto Hospitali, adeò, quod dictus apponat personam fidelem, & bonæ conscientiæ, quæ locare debeat hæreditates, & bona per me dicto Hospitali relicta, exigatq; eorum redditus eosq; iustè, & sincere exponat in sustentationem ipsius Hospitalis, & illius manutentionem, & personarum, & operum ibi benè gestorum, prout redditus per me relicti sufficient, dante dicto patrono tali personæ pro eius labore ex redditibus dicti Hospitalis, quod sibi videbitur mereri dictusq; patronus singulo anno recipiat computum dictorum introitum, & visitet Cappellam, & sciat an Missæ illius quas ego instituo celebrentur, & exigat pœna à Clericis, & Capitulo huius oppidi de Olmedo si eas incurrerint ob non celebrationem dictarum Missarum virtute, & vigore horum verborum, siue clausulæ prædictæ iuris patronatus, & testamenti, quia in prædicta fundatione non fuit cautum, vt Episcopus nullatenus se intromittat: Congregatio Concilij respondit non bene constare quia fundatio, quæ producitur non excludit Episcopos à visitatione.

8 Exemptionis priuilegio declarat Cardin. *Si loca pia in eorum fundatione exempta facta fuissent ab Ordinario per hoc decretum nihil est eis derogatum.*

Iuxta Sacrorum Canonum statuta Concord. text. in c. tua c. Ioan. de testam.

9 Cognoscant, & exequantur Declar. Cardin. Congregat. *Censuit Episcopum habere votum absoluendi, & condemnandi cæteris deputatis, & illius votum connumerari debere cum voto cæterorum, quorum maior pars votorum condemnat, uel absoluit.*

10 Non obstantibus declarat Cardin. *Non obstat, quod uideatur hæc facultas à iure data Episcopis c. tua, & ca. communis de test. bus, & ita Concilium sustuliſſe eam habentibus ex consuetudine, uel priuilegio, nam etiam de iure potest competere inferioribus Prælatis, quia hoc est officium necessarium, & potius dicitur onus, quam honor.*

11 Priuilegio declarat Cardin. *Nec obstat, quod qui debent persoluere aliquod legatum sint officiales Sancti Antonij, uel Inquisitionis, & ideo exempti à Iurisdictione Ordinarij, uel professores in aliqua Vniuersitate ratione literarum conseruatoriarum, quæ eximunt à Iurisdictione ordinaria non autem delegata à Sede Apostolica.*

12 Aut statuto declar. Cardin. *Concilium hic non sustulit fundationem, quare quando in fundatione cautum est, ut non possit uisitari ab Ordinario Ordinarius ex hoc decreto non poterit uisitare. Congregatio censuit executionem aduersus administratores condemnatos iuxta hoc dec. siue soli Ordinario reddita fuerit ratio, siue una cum aliis ad ipsummet Ordinarium spectare. Congregatio censuit Decretum hoc debere habere locum etiam extra uisitationem, & in casibus à iure non expressis, & licet Episcopis exigere rationem ab administrationibus, etiam locorum mere laicorum, & priuatorum generaliter, sine ulla distinctione, & quando ex priuilegio, uel consuetudine, uel aliqua alia Constitutione aliis reddenda, nisi in fundatione aliter cautum est, nempe, quod rationes, nec Ordinario reddendæ essent. Congregatio censuit Ordinarium ex hoc cap. posse ab administratoribus Hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere donec coram Ordinario eodem doctum fuerit de institutione in qua secus expressè cautum sit præsupposita consuetudine potest proprius Sacerdos Hospitalis pauperib. ibi degentibus Sacramenta ministrare, ibique eosdem sepelire absque interuentu Parochi, dummodo Sacerdos Hospitalis ab Ordinario sit approbatus.*

PRAXIS POTESTATIS ABBATVM conferendi Ordines minores.

RESOLVT. DLXXX.

Quid disponat S. C. Trident.

1 SAcr. Concil. Trident. sess. 23. cap. 5. ita censuit Abbatibus, ac aliis quibuscunque quarumuis exemptis non liceat in posterum intra fines alicuius Diœcesis consistentibus, etiam si nullius Diœcesis, vel exempti esse dicantur cuiquam qui regularis subditus sibi non sit Tonsuram, vel Minores Ordines conferre, nec ipsi Abbates, & alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcunque etiam Ecclesiarum Cathedralium litteras Dimissorias aliquibus Clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur concedant, sed horum omnium ordinario seruatis omnibus, quæ in huius Sacrosanctæ Synodi Decretis continentur ad Episcopos intra quorum Diœcesis fines existant pertineat, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, præscriptionibus, aut consuetudinibus, etiam immemorabilibus: pœnam quoque impositam ijs, qui contra huius Sanctæ Synodi sub Paulo III. Decretum à Capitulo Episcopali Sede vacante literas Dimissorias impetrant ad illos, qui eaſdem literas non à Capitulo, sed ab alijs quibusuis in iurisdict. Episc. loco Capituli Sede vacante succedentibus obtinerent, mandat extendi: concedentes autem Dimissorias contra formam Decreti ab officio, & beneficio per annum sint ipso iure suspensi.

RESOLVT. DLXXXI.

1 *Episcopus est dispensator Sacramenti Ordinis.*
2 *Abbatibus competit facultas ordinandi ex priuilegio.*

Iurisdictio concessa Abbatibus conferendi ordines an sit ordinaria, vel delegata.

1 SAcramenti ordinis verè, & propriè Episcopum esse dispensatorem de fide definitum est in Conc. Trident. sess. 23. de Sacram. ordinis can. 4. & latè probant D. Th. 3. p. quæst. 65. art. 3. argum. 2. Bonau. in 4. dist. 25. art. 1. q. 1. vbi Ric. art. 1. quæst. 1. & Palud. q. 1. art. 2. Victor. de Sacram. ordinis num. 2. 3. & 4. Praxis noua Episcop. p. 1. c. 1. num. 6. pag. 26. Cocc. in Tesaur. Catholicho lib. 7. art. 18. Boran. de Sacram. dispu. 8. quæst. vnic. punct. 5. numer. 1. Henriq. libr. 10. cap. 21. Vasqu. in 3. p. D. Thom. tom. 3. dispu. 243. & 245. Reginald. in prax. for. penitent. lib. 30. numer. 3.

Ampliatur etiam si Episcopus esset excommunicatus, hæreticus, aut degradatus, suspensus, vel interdictus, adhuc enim retinet characterem, & potestatem conferendi ordines, & si formam Ecclesiæ seruans illum audeat ordinare, validè characterem imprimit, & validè ordines confert, licet minus id faciat, & ordinatus propterea executione careat, ita tex. in c. 2.

19.dist.& in c.Dominus §.memento 1.q.1.c.quomodo de consec. dist.4.Soto in 4.dist.25.q.1.art.1. Henriq.d.li.10.c.21.in princ.de Valentia ad D.Tho. disp. 9.q.3.punct.2.vers.pen.to.4.Fornar.de Sacr.ordin.c. 4.n.2.ad fin.Coninch. de Sacr.tom.2. disp.20. dub.9. Bonac.d.punct.4.nu.2.& latius infra nu.18.Bellet.disquis.cleric.p.1.tit.de disciplina clericali §.1.n.25.

2 Ex delegata igitur generica,vel specifica potestate, etiam non Episcopis potest conuenire authoritas cõferendi ordines minores, prout illis præter Episcop.si nunquam conferunt Abbates inferiores Prælati,aliqq; Sacerdotes; de Abbatibus clarum est à iure communi ad primam tonsuram ceteroſq; minores ordines posse promouere Conuersos Monachos sui Monasterij,& illos in quos habent iurisdictionem Episcopalem sub quasi c.Abbates de priuileg. in 6. cum contingat, vbi Glos.verb. à non Episcopis de ætat. & qualit. c.1. vbi Glos.cur.à non Episcop. de ordinat. ab Episc. qui renunt.Episc.c.1.vbi glos.verb. alia de supplenda negligentia Prælat.Bellamer.in d.c.cum contingat q.1.vbi Cardin.not.1.Abb.n.2. & Butr.n.13. Nauar. cons.13. de Abbat.n.13. de priuileg. & in hoc nihil immutasse Conc.Trid.sess.23.de refor.c.10.& Cardin. Congreg. ita decis. prodisse referunt Bonac. de Sacr. disp.8. q. vnic.punct.4.num.3. Quarant.in Summ. Bullar. verb. ordo, Iur.Abbatibus.

RESOLVT. DLXXXIII.

1 *Abbas potest dari administrator.*
2 *Abbas supradictus potest minores ordines conferre.*

An Abbas constitutus administrator Ecclesiæ Cathedralis,minores ordines subditis illius Episcopi concedere possit.

1 ABbatem,qui datus est administrator Ecclesiæ Cathedrali vacanti,eosdem minores ordines subditis illius Episcop. dare posse,tenent Gemin. in c.is cui nu.7.vers. vidi dubitari de elect.in 6.Felyn.in cap.ante num. 8. de rescriptis, & commendat. Selua de benef. part.2.q.6. post num.3. vbi dicit, quod eodem Mod. poterit, quo potest inuitatus in clausstris aliorum exemptorum iure suo conferre tonsuram, & minores ordines, prout inquit ex plurimorum auctoritatibus. Idem Gemin. in c. Abbates num. 6. de priuileg. in 6. ac Maiol. de irregularitate lib.3.ca.23.num.12. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 13. post num. 15. de iure enim communi Abbates ordinum Monachalium S. Benedicti minores ordines poterant conferre sibi subditis, non solum monachis, verum etiam & laicis, in quos ordinariam Ecclesiasticam habebant iurisdictionem, vt probat text.in d. ca. Abbates, & tenet Miranda in
2 manual. Prælatorum q. 358. art.9. conclus. 1. tom.1. verum Conc. Trid. sess. 23. cap. 10. hoc restrinxit, & immutauit, vt Abbatibus, & alijs quibusque exemptis non liceat in posterum intra fines alicuius diœcesis existentibus,etiam nullius diœcesis, vel exempta esse dicantur cuiquam,qui regularis subditus sibi non sit, tonsuram, vel minores ordines conferre, Mirand. in manual. Prælat. tom.1.quæst.38.art.9.concl.2. vbi etiam asserit conciliarem constitutionem comprehendere Abbates exemptos inuitatos ab alijs exemptis, qui non poterunt ordinare Monachos alterius Monasterij non sibi subditos.

RESOLVT. DLXXXIV.

1 *Dispensatio interstitiorum ad quem spectet.*
2 *Abbas potest in interstitijs dispensare.*

Abbates, qui subditis suis primam tonsuram, & minores ordines possunt conferre, poterunt cum eisdem in interstitijs dispensare.

1 QVamuis dispẽsatio hæc interstitiorum pertineat ad Episcopum, etiam respectu religiosorum, cum quibus dispensare potest ex causa sibi per attestationem suorum superiorum manifesta, ita quod nefas sit Præpositis regularibus in hoc casu dispensare,ita Hieron.à Sorbo verbo ordines Sacri,vers.quoad secundum.Eman.in explicat.Bullæ cruciatæ ad finem, Ledesm.in Sum.p.1.de Sacram. ordinis cap.8. vers.la difficulda referunt decisum. Praxis noua Episcop. p. 1. cap.1. num.50. pag. 58. & Nos in decis. Curiæ Archiepisc.Neapolit.decis.81.num.1. & in prax.for.Eccles.decis.561. in 1. edit. & resolut. 483. num.5. in 2. edit.Henriq.in Summ.lib. 10.ca.23.§.4.in comment. lit.L.Vgolin.de potestat.Episc.part.2.c.26. §.27.n.3. de August.in addit.ad Quarant. in Summ.Bullar. in verb. ordo prope finem pag.395. Ioan.Baptista Consectius in Collect. priuilegiorũ Sacri ordinis fol. 156. Bonac. de Sacram. disp.8. q.vnic.punct.5. nu.34. Mirand.art.7.concl.1.

Sed, quod huiusmodi facultas in interstitijs dispen-
2 satione concessa sit, etiam Abbatibus voluerunt Barbos.de potestat.Episc.allegat.3.num.6.& seq.Nald.in variar.resolut.verb.Abbas num.8. post Viui.in decis. 314.Sorb.in compend. priuilegiorum mendicantium verb.ordo,Miranda in manual.Prælatorum quæst.38. tom.primo artic.7. conclus.3. Campan. in diuers.iur. canon.Rub.12.num.13.& 42.

Licet Abbas ordinans subditum,non seruatis interstitijs,nullam pœnam incurrat,prout resoluunt Nauar. consil.4.num.1.in nou.de temporibus ordinat.Nos in praxi fori Eccles.resolut.483. n.7. in 2.edit.nec ordinatus aliquam contrahit censuram, vel irregularitatem,ita prax.Episcop.p.1.verb.ordo §.8.pag.79.p.2. eodem verb.vers.ad quintam,Sayr.dec.56.sub tit.de tempor. ordination. quem referimus Nos in collect. decis.p.3.collect.576. Suar. de censur.disp.31. sect.1. num.43.praxis noua Episcop.d.cap.1.n.50. vers.nullam,Bonacin.de Sacram.dict.punct.5.n.35 & de censur.disp.3.quæst.6.punct.5.n.7. vbi tamen resoluit recipientem ordines non seruatis interstitijs peccare,si faciat absque licentia Episcopi, quamuis contrarium teneat Henriq.in Summ.lib.6.c.10.§.3.

RESOLVT. DLXXXV.

1 *Abbates non possunt literas Dimissorias clericis secularibus, vt ab alijs ordinentur concedere, sed tantum pro regularibus sibi subditis possunt.*
2 *Eiusdem potestatis est ordinare, & literas Dimissorias concedere.*
3 *Ordinatio Clericorum secularium ad solos tantum Episcopos pertinet.*
5 *Papa non potest dare licentiam ei, qui non est ordinatus conferendi ordines Sacros, quia nemo dat, quod non habet.*
6 *Licentia audiendi confectiones non potest demandari personæ,non idoneæ,potestatem audiendi non habent.*
8 *Sublato antecedenti,sublatũ etiam censetur consequens.*

An Abbates possint promouere ad Ord. Minores seculares habentes Dimissorias sui Episcopi.

TRia requiruntur in Abbatibus, vt minores ordines conferre possint; nempè,quod sit presbyter, secundo, quod benedictionem acceperit, ac tandem, quod proprio Monach. conferat ita Franc. Marc. Delphin. decis. 1082. num.2. lib. 1. & decisum refert praxis noua Episcopalis part.prima c.num.6. par.26.

ex

ex quibus concluditur facultatem huiusmodi non posse per Abbates exerceri secularibus habentibus Dimissorias ab eorum Episcopis, vt censuit Rota 27. Aprilis 1592. coram Illustrissimo Seraphino, cuius tenor est.

1 Fuit mihi iniunctum ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Card. Matthæo, de ordine Sanctissimi Domini Nostri, vt sequens dubium proponerem in Rota, an Abbates, qui habent facultatem conferendi Tonsuram, vel Minores Ordines subditis suis sibi regularibus, possint stante Decreto Concilij Trident. ca. 10. sess. 23. Tonsuram, ac Minores Ordines conferre personis secularibus habentibus literas Dimissorias à suis Ordinarijs, & re maturè discussa, Domini iuerunt in sententiam negatiuam, vt non possint, quamuis enim de iure communi ante Concilij dispositionem Abbates ex priuilegio Apostolico habentes iura Episcopalia possent conferre Primam Tonsuram, & etiã Ordines Minores saltem, vsque ad lectoratum ex sententia gl. in c. Abbates in verbo Tõsuram de priuileg. in 6. non solum Monachis, & Conuersis suis, sed etiam puris laicis, nec conuertendis dummodo in eos Episcopalem iurisdictionem obtinerent, vt per illum text. tradit gl. in dict. c. Abbates in verb. quasi Episcopalem, & post Guid. & Archidiac. in c. quoniam n. 6. distin. 69. cui sententiæ accedit Innoc. in rubr. de cleric. peregr. n. 3. Angel. Clauasius in Sum. in verb. ordo 2. post Ioan. Andr. & Butr. in c. cum contingat de ætat. & qualitat. Tamen Concilium restringere voluit hanc facultatem ad regulares subditos tantum, vt in his liceat Abbatibus quantumuis exemptis Tonsuram, vel Minores Ordines cõferre, & quamuis verba sint clara, itaut nulla comprobatione indigere videantur; potest
2 nihilominus hæc sententia confirmari ex eo, quod in eodẽ loco prohibetur ne ab Abbatibus literæ Dimissoriæ Clericis secularibus, vt ab alijs ordinẽtur concedantur, cũ enim eiusdem sit potestatis ordinare, vel li-
3 teras Dimissorias concedere c. 1. dist. 72. satis apparet eis adimi facultatem dandi Dimissorias, quia neque
4 etiã ordinare possunt, & ideo denegatur eis hęc facultas respectu clericorum secularium tantum, quorum ordinationem ad solos Episcopos vult pertinere, & hoc probabiliter ea ratione, quia voluit religiosos vacare alijs negotijs, præter ea, quæ ad eorũ religionem pertinent, & quia forte multi his facultatibus abutebãtur in præiudiciũ Episcopalis dignitatis, ad quã solã
5 de iure spectat ius ordinandi suos subditos c. nullus de temporibus ordinat. Hinc sequitur Abbates non posse subditos alienos, cũ Dimissorijs proprij Episcopi ordinare, nã quemadmodũ Papa nõ potest dare licentiã
6 ei, qui ordinatus non est, conferendi ordines Sacros, vt tradit Innoc. in c. quanto de consuetud. cũ nemo det, id quod non habet; ita neque per Dimissorias suas potest Episcopus dare facultatem vni, qui ea facultate ex dispositione Concilij caret, prout etiam videmus, quod cõsecratio suffraganei ab Episcopo cõmitti debet ei, qui alias eius muneris obeundi sit capax c.
7 quod Ledem. de officio ordin. & ibi Doctor. & similiter audientia confessionis potest demandari ab inferiori à Papa dũmodo personę idoneæ, & potestatẽ audiendi confessiones habenti demãdetur, vt tradit Steph. & Gaietan. in repet. c. ad limina §. 5. n. 257. quæst. 1. Quod eo magis in hoc Decreto Conciliari standum est cum veniat addendo, & immutando respectiuè dispositionẽ iuris cõmunis, vt patet ex illis verbis, *non liceat in posterum*, cum itaque ex iuris cõmunis dispositione ipsi Episcopo non liceret alienum subditum ordinare sine Dimissorijs dict. c. nullus Episcopus de tẽporibus ordin. videretur superflua hęc prohibitio Cõcilij respectu non subditorum nisi intelligeremus, etiã in casu in quo ordinandi haberent literas Dimissorias, ideoque concludendum est ex mente Concilij, neque etiam licere cum Dimissorijs ordinare, ex quo sublata est præcisè, & absolutè facultas Abbatibus conferendi ordines, præterquam regularibus eis subditis; nam sublato antecedenti necessario sublatum etiam censetur consequens ex eo prouenies, vt per Bal. in l. conuenticula num. 3. versic. item argumentum à remotione generis Cod. de Episcop. & cleric. & in leg. 1. nu. 11. Cod. de fideicommiss. hocque est dicendum omnino ne incidamus in absurdum, quod licentia inferioris tollat inhabilitatem prouenientem ex lege superioris c. cum inferior de maiorit. & obedient. c. inferior distinct. 21. cum similibus, & ita concluſum salua semper Sanctissimi Domini N. determinatione.

RESOLVT. DLXXXV.

1 *Subditus dicitur tripliciter.*

Subditus, quis dicatur, vt possit ad minores ordines promoueri ex S. C. T.

1 LIcet tripliciter, quis efficiatur subditus, & Diœcesanus Episcopi ratione, scilicet originis, ratione domicilii, & ratione beneficij c. cum nullus de temporibus ordinat. lib. 6. Frat. Eman. quæst. regul. tom. 1. q. 18. art. 4. Paul. Romitol. respons. moral. lib. 6. quæst. 46. Fornar. de Sacram. ordinis c. 5. num. 6. prax. noua Episcop. p. 1. c. 1. à num. 8. pag. 27. Henriq. in Sum. lib. 10. c. 24. num. 1. Quaranta in Summ. Bullar. verb. ordo Leon.. Lessius de iustitia lib. 2. c. 44. dub. 19. n. 92. Nos in Prax. for. Eccles. decis. 298. in prima edit. & resolut. 257. in prima edit. Campanil. in diuersor. iur. canon. sub. 9. c. 8. n. 8. cum sequent. Bonacin. de Sacr. dist. 89. punct. 4. à num. 8.

2 Nihilominus supradicta minimè applicari possunt casui nostro, siquidem procedunt, quo ad ordines suscipiendos ab Episcopis, non autem ab Abbatibus priuilegium obtinentibus, cum supradicta qualitate subiectionis; puto tamen, quo ad hunc effectum is subditus dicatur, qui sub Abbatis ordinatis regula professus est, vt voluit Nald. in sua Summ. variar. resolution. verbo Abbas numer. 3. & seq. *vbi pariter refert* simplicem subiectionis speciem, scilicet patriæ Dominicæ, & religionis, allegat Bald. in cap. primo de pace costantia, vid. Henriq. consil. 71. num. 6. & seq. Monald. consil. 16. num. 6. post Burs. in cons. 26. num. 10.

RESOLVT. DLXXXVI.

1 *Subditus non dicitur in temporalibus.*

An subditus Abbati in temporalibus tantum, possit ab eo promoueri ad ordines minores.

1 PVto minimè posse, ita Naldus in Summa verb. Abbas, Henriquez consilio 12. numer. 6. Menoch. consilio 666. numer. 15. & seq. vol. 4. Surd. consilio 17. vol. 1. qui dicunt, quod subditus esset tantum in temporalibus, puta si Monasterium haberet iurisdictionem temporalem in aliquo loco, non posset ab ipso ordinari, nisi haberet Dimissorias sui proprij Episcopi, & idem esset, quoad alios regulares ei non subditos respectu suorum Prælatorum, quorum similiter Dimissorias habere deberent præhabita semper facultate, & consensu Episcopi illius loci in cuius Diœcesi Abbas alienum subditum in prædictis casibus ordinare vellet nouissimè docuit Vgol. de offic. & potest. Episc. par. 2. fol. 26. in hoc autem allegat declar. Sacr. Congr.

2 Sed quia plerumque non constat de veritate huiusmodi declar. Sacr. Congr. quæ quidẽ cum certe omni veneratione, atque reuerentia omnibus esset haben-

da, propterea in facti contingentia consulerem ei, qui de ipsis authenticam, atque certam fidem non haberet, ne vllo modo recederet à contraria sententia Rotæ in his proprijs terminis, vt per Seraphin. p. 1. decis. 985. vbi concorditer tenuerunt mentem Conc. Trid. fuisse dirimere Abbatibus secularibus facultatem cõferendi primam tonsuram, & ordines Minores personis secularibus, etiam habentibus literas Dimissorias prout eis competebat ante Concilium, vt patet in ca. nullus Episcopus de temporibus ordinat. eamque restrinxit ad suos subditos tantum regulares; Concilium enim per illa verba non liceat in posterum venit addendo, & immutando respectiuè dispositionem iuris communis, videretur ego superflua hæc prohibitio Concilii respectu subditorum nisi intelligeremus eam etiam in casu in quo ordinandi haberent literas Dimissorias, & absurdum esset dicere, quod licentia inferioris tolleret inhabilitatem prouenientem ex præfata lege Conciliarii Superiori, vt optimè deducitur ibi per Dominos.

RESOLVT. DLXXXVII.

1 *Nouitij non sunt verè religiosi.*
2 *Nouitij non dicuntur subditi.*

Nouitii an veniant nomine subditorum, vt promoueri possint ad ordines Minores ab eorum Abbatibus.

1 LIcet nouitii dici nequeant religiosi iuxta text. vbi communiter notatur in cap. religiosi de sententia excommunication. Angel. in verb. relig. num. 24. rectè tamen, & validè nominantur Ecclesiasticæ personæ per glos. in cap. Relig. §. quamuis, non possit de sentent. excommunicat. in 6. & priuilegio etiam fori gaudent, vt non possint conueniri coram Iudice seculari, ita Ias. in auth. si qua mulier num. 59. Cod. de Sacrosanctis Eccles. Buanol. à Sole in locis comm. verb. nouitius, Galet. in Margarita casuum conscientiæ verbo nouitius, Moder. de iurisdict. part. 4. casu 121. num. 24. Curia Philipp. part. 3. §. 1. nu. 12. Sayr. in floribus decis. lib. 2. tit. 2. decis. 3. Ceual. commun. contra commun. tom. 4. quæst. 897. num. 1026. Azor. instr. mor. par. 1. lib. 12. cap. 2. quæst. 2. Gut. de gabell. quæst. 95. nu. 22. cum sequentibus, Eman. quæst. regul. tom. 3. quæst. 51. art. 12. Campanil. in diuersorum iuris Canon. rub. 12. cap. 3. num. 27.

Verum non veniunt sub appellatione subditorum regularium, de quibus in Concil. Trident. cap. 10. qui non possunt Ordines suscipere à super. reg. licet suis subditis minor. ordin. conferre possint, sed vtique ab Epis. in cuius Diœcesi existit Monasterium, quod incolunt tempore probationis, ita Lapus in cap. cum nullus num. 3. vbi Anch. num. 3. atque Franch. num. 5. de tempor. ordin. lib. 6. Mir. dict. art. 9. concl. 2. in fine ordin. lib. 6. Henr. in Summ. lib. 10. cap. 23. §. 3. in com. lit. GG. Mir. dict. art. 9. concl. 2. in fine, ex ea scilicet ratione nequeunt præfati Abbates, Nouitiis suis Minor. Ordin. aut Dimissorias pro ipsis suscipiendis concedere, quia valent retrogredi, & illorum aufugere superioritatem; Alioquin ordinantes huiusmodi nouitios incurrunt suspensionem comminatam in Concil. Trident. d. c. 10. prout tenere videtur Maior. de irregular. lib. 4. c. 2. sub num. 11. quamuis promouentes Nouitios non incurrere præfatam suspensionem crediderunt minus bene Henriq. dict. ca. 23. §. 4. Sayr. de censur. lib. 4. cap. 13. num. 5.

2 Ex is pariter deducitur rectè dici subditos ad effectum, vt promoueri valeant ab eorum Abbatibus.

RESOLVT. DLXXXVIII.

1 *Conuersi sunt vere religiosi.*
2 *Conuersi dicuntur subditi.*

An conuersi dicantur subditi, vt ab Abbatibus promoueantur ad Ordines Minores.

1 COnuersi, qui Religiosi sunt, eo, quod tria illa vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ emittunt, priuilegio fori, & exemptionis a potestate seculari, & a tributis gaudent, prout resoluit de Mena variarum lib. 2. quæst. 21. nu. 194. Hi vulgo dicuntur Fratres laici, non quod Ecclesiasticæ personæ, & Religiosi non sint, sed quia Ordinibus carent, & Clerici non sunt sicut alii Monachi, & Religiosi, ita Peregr. variarum lib. 6. nu. 70. Bellug. in Speculo Princip. rubr. 11. §. videndum nu. 6. vers. item comprehendi, Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 28. Eugen. consil. 26. n. 10. Camill. de Curt. in diuersorio, seu comprehen. iuris feud. p. 2. c. 2. n. 92. de Graff. de effectu 1. n. 96. Garsia de benef. p. 1. c. 4. num. 11. Miranda in manual. Prælatorum tom. 1. quæst. 29. art. 1. concl. 1. sic etiam huiusmodi
2 conuersos gaudere priuilegio Canon. si quis suadente 17. q. 4. per c. parochian. 9. de sententia excommunic. resoluunt Nauarr. in manu. c. 77. num. 79. Suar. de censur. disp. 22. sect. 1. a num. 19. Paulin. Berti Lucens. in prax. criminal. regular. titul. 1. cap. num. 2. Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 4. puncto 1. nu. 6. Miranda dict. quæst. 29. art. 3.

RESOLVT. DLXXXIX.

1 *Abbates gaudent priuilegio fori.*
2 *Abbates dicuntur subditi Abbatibus.*

An Abbates dicantur subditi ad effectum de quo supra.

1 ORdinati, qui se, & sua in totum Religioni tradiderunt, gaudent priuilegio fori, Moder. de iurisdictione. par. 4. casu 113. num. 37. Tuschus practic. concl. lit. O. conclus. 16. Peregrin. variarum lib. 6. n. 71. Paulin. dicto c. 3. num. 3.

2 Ex quibus deducitur illos dici subditos ad effectum de quo supra.

PRAXIS IVDICVM ADIVNCTORVM Capitulorum ad ornatum S. Conc. Trident. sess. 25. cap. 6. de refor.

RESOLVT. DXC.

Quid disponat S. C. Trident.

1 SAcr. Conc. Trid. sess. 25. cap. 6. de reformat. ita censuit. *Statuit Sancta Synodus, vt in omnibus Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis decretum sub Felic. Recor. Paulo III. quod incipit, Capitula Cathedralium: obseruetur non solum, quando Episcopus visitauerit, sed, & quoties ex officio, vel ad petitionem alicuius contra aliquem, ex contentis in dicto decreto procedat: ita tamen, vt cum extra visitationem processerint, infrascripta omnia locum habeant, videlicet vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel eius Vicarius, tàm in formando processum, quàm in cæteris omnibus actibus, vsque ad finem causæ inclusiuè, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consuetudo tribunali procedere teneatur. Vnum aut tantum sit vtriusque voto, possitque alter Episcopo accedere, quod si ambo*

ab

ab Episcopo discordes in aliquo actu, seu interlocutoria, vel definitiua sententia fuerunt, tunc intra sex dierum spatium cum Episcopo tertium eligant, & si in electione tertij, etiam discordant ad vicinorem Episcopum electio deuoluatur, & iuxta eam partem, cum qua tertius conueniat, articulus in quo erat discordia terminetur: alias processus, & inde secuta nulla sint, nullosque producant iuris effectus, in criminalibus tamen ex inconuenientia prouenientibus, de qua in decreto de concubinarijs, & in atrocioribus delictis depositionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur ne iudicium eludatur; & ideo opus sit personali detentione: possit initio solus Episcopus ad Summariam informationem, & necessariā detentionem procedere, seruato tamen in reliquis ordine præmisso, in omnibus autem casibus ea ratio habeatur, ut iuxta qualitatem delicti, ac personarum delinquentes ipsi in loco decenti custodiantur. Episcopis præterea ubique hic honor tribuatur, qui eorum dignitati par est, eisque in Choro, & in Capitulo, in processionibus, & in actis publicis sit prima sedes, & locus, quem ipsi elegerint, & quod si aliquid canonicis ad deliberandum proponant, nec de re ad suum, uel suorum commodum spectante exquirant, & iuxta ea concludant: absente uero Episcopo, omnino hæc ab his de Capitulo, ad quos hoc de iure, uel consuetudine spectat, perficiantur, nec ad id Vicarius Episcopi admittatur. Cæteris autem in rebus Capituli iurisdictio, & potestas, si qua eis competit, & bonorum administratio salua, & intacta omnino relinquatur, qui uero non obtinent dignitates, nec sunt de Capitulo, hi omnes in causis Ecclesiasticis Episcopo subjiciantur, non obstantibus, quo ad supradicta priuilegiis, etiam ex fundatione competentibus, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus sententiis, iuramentis, concordijs, quæ tantum suos obligent auctores: saluis tamen in omnibus priuilegijs, quæ Vniuersitatibus studiorum generalium, seu earum personis sunt concessa, hæc autem omnia, & singula in iis Ecclesijs locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarij ex constitutionibus, uel priuilegijs, aut consuetudinibus, siue concordijs, seu quocunque alio iure maiorem habent potestatem, authoritatem, ac iurisdictionem, quam præsenti decreto, ut comprehensum, quibus Sancta Synodus derogare non intendit.

RESOLVT. DLXXXXI.

1 *Necessitas deputandi adiunctos procedebat de Iure antiquo.*

An necessitas Episcopo deputandi adiunctos procedebat de Iure antiquorum canonum.

1 NEcessitas in casu processus per Episcop. contra aliquem de Capitulo adhibendi saltem duos de eodem Capitulo, vt hic disponitur, non est nouum: nā etiam in Concilio Carthaginensi Quarto c. 23. dispositum fuerat, vt Episcopus nullius causam audiat, absque præsentia Clericorum suorum, alioquin irrita sit sententia, nisi præsentia Clericorum confirmetur, sunt verba Concilij relata in can. Episcopus, qui est penultimus is q. 7. quæ optimè aduertit Rota apud Mātic. dec. 202. n. 9. indeque receptum, vt in grauibus, in quibus procederetur sententiam suspensionis foret necessariū Capituli Iudiciū c. primo de excess. Prælat. i. cōsensus, explicat Fel. post alios in c. irrefragabili n. 3.

Quamuis in leuibus sufficiat consilium, vt post Salzed. in prax. crim. c. 3. tradit Rodriquez de regul. tom. 2. quæst. 22. in 7. art.

RESOLVT. DLXXXXII.

1 *Adiuncti non dantur in capitulis non exemptis.*

Deputatio adiunctorum, an locum sibi vendicet in Capitulis non exemptis.

1 FErtur Rotam in vna Cadicen. 12. Iunij 1580. coram Seraphino, *Decidisse in negatiuam opinionem, vt patet sequentibus verbis, Illustrissime, & Reuerendissime Domine diebus præteritis fuit petita pro parte Reuerendissimi D. Episcopi Cadicen. declaratio Sacræ Congregationis, quod Decretum Concilij c. 6. sess. 25. dum loquitur de adiunctis non habeat locum nisi in Capitulis exemptis, & propterea petebatur declarari, quod Reuerendissimus Dominus Episcopus Cadicen. non obligetur dicto Decreto, neque teneantur assumere adiunctos capitulares, quia capitulum non est exemptum; prout fuit pluries in aliis capitulis declaratum in Sacra Congregatione, & quatenus forte exemplo prætendatur Capitulum esse exemptum, ne propterea retardetur declaratio petita, supplicatur illam fieri cum præsupposito quatenus Congregatio Concilij censuit, si verum est Capitulum Cadicen. non esse exemptum a iurisdictione Ordinarii, non habere in eo locum Decretum illud Concil. sess. 25. cap. 6. Domini dixerunt, quod post quam Concilium non loquitur de exemptis, quod seruentur statuta.*

RESOLVT. DLXXXXIV.

1 *Deputatio adiunctorum fieri non potest extra Capitulum Canonicorum.*

Deputatio adiunctorum, an possit fieri de personis extra Capitulum Canonicorum.

1 EX verbis eiusdem Concilij colligitur deputationem adiunctorum non posse fieri de personis extra Capitulum, vt patet ex illis verbis, ibi eligat ex Capitulo duos, vnde regulariter alij non possunt eligi, quam Canonici, qui soli cum Prælato suo faciant Capitulum, non item Cappellani, neq; Assisij, siue Portionarij iuxta doctrinam Compostell. in c. 1. sub n. 4. vers. respondeo, Curia Romana de elect. vbi ait Curiam Romanam tenere hanc opinionem, glos. in ca. pen. in verb. Assisios, & ibi Butr. num. 8. Abb. n. 9. tit. 6. latè ex adductis per Rotam decis. 296. ex num. 1. par. 1. in recent. & decis. 708. n. 1. par. 2. Et ratio est, quia isti clerici Canonicis inferiores sunt introducti, non ad faciendum consortium cum ipsis, sed ad seruiendum, iurant. n. obedientiam, & reuerentiam, nedum Episcopo, sed etiam Ecclesiæ, sub qua appellatione continetur Capitulum, vt est singulariter expressum in c. cum clerici 19. de ver. significat. quem tex. ad hoc ponderat Abb. in c. eum non liceat sub nu. 2. vers. & aduerte de præscript. cum alijs adductis per Cęs. de Grass. decis. 131. alias 4. num. 8.

Verumtamen cum de consuetudine statutoue Ecclesiæ possint ijdem effici de capitulo, vt admittit Compostell. loco ante citato ponens exemplum in Ecclesijs Leginen. & Queten. Gemin. in c. vlt. nu. 5. vers. aut quærimus, & ibi etiam Franch. n. 6. de præbend. in 6. Abb. in c. scriptum n. 4. de electione, & in c. cum olim n. 8. vbi etiam Felyn. n. 4. de sent. & re iudic. Rota diuersorum decis. 713. num. 5. part. 1. cum alijs copiosè adductis in dicta decis. 296. num. 5.

Quemadmodum dicitur etiam de dignitatibus, vt de Decano, quamuis non habeat Canonicatum, siue præbendam Canonicalem, pronunciauit Abb. in c. cū vniuersas 18. n. 2. & in c. auditis 29. n. 3. vers. nota tertio de præscript. & vniuersaliter de omnibus dignitatibus censuit Rot. dict. decis. 708. n. 3. par. 2.

Vbicunque beneficij, vel alij huiusmodi sunt tales de iure speciali in illis optimè verificatur supradictū Decretum Cōcilij, vt ex mente S. Congregationis fuit resolutum in præcitatis duabus decis. 296. p. 1. & 708.

part. 2. & prius idem fuerat decisum in Calaguritana Iurispatronatus 25. Maij 1598. coram bon. mem. D. Corduba distinguendo tamen inter effectum statuti hoc disponentis, & effectum consuetudinis, vel etiam statuti, quoad aliqua, quæ distinctio est desumpta ex doctrina Gemin. in cap. vlti. num. 5. ad finem vers. aut quærimus de iure statutario de præbend. & dignitat.

Nec iuuaret eosdem possessio, quoad aliqua, vt hinc posset indici consuetudo, aut possessio vniuersalis pro qua est necessaria vt possessio omnium rerum, vel possessio circa ea, quæ sunt signa vniuersalitatis, vt bene deducit Coccin. decis. 497. nu. 2. Habet enim hoc casu locum regula tritissima tantum præscriptum, quantum possessum eo, quod non præexistat causa vniuersalis iuxta theoricam, Abb. in c. 1. num. 3. vers. solutio ex dictis de relig. dom. omnino enim ad hunc effectum requiritur talis causa, Bald. in repet. l. 1. num. 24. C. de emancipat. lib.

RESOLVT. DLXXXXIV.

1 *Portionarij Ecclesiæ Corduben. habent ius uotandi cum Canonicis, & an possint singuli uotare.*
2 *Canonicus statim creatus habet ius eligendi idem in portionario.*
3 *Portionarius habet ius uotandi annexum.*
4 *Cleri quilibet admittitur ad agendum in concernentibus interesse Ecclesiæ.*
5 *Clausula omni meliori modo facit actum ualere eo modo, quo potest.*
6 *Commissio regulatur iuxta mandatum productum.*

Portionarij an possint deputari in adiunctos.

1 POsse portionarios deputari in adiunctos, censuit Rota 18. Decembr. 1551. coram Capicc. cuius tenor est, Capitulum Portionariorum Ecclesiæ Cordub. quod habet ius votandi cum Canonicis; omnes, & sin-
2 guli de per se possunt agere super eodem iure votandi contra possessores, quia sicut quilibet Canonicus statim, quod est effectus Canonicus dicitur habere ius eligendi, idem dicendum est in Portionario, qui habet
3 ius votandi annexum, Innoc. in cap. bone, & 2. vers. sed hoc de postulat. Prælat. Abbas in c. ex literis colum. 2. Felyn. colum. 3. & Dec. colum. 4. de probat. Immo
4 quilibet de Clero admittetur ad agendum in concernen. interesse Ecclesiæ, ex Felyn. in c. cum olim colum. 3. versic. quamuis de testamen. & idem in c. dilecti colum. 4. versic. quilibet de Clero de maioritat. & obedient. præsertim quando faciunt mãdatum cum clausula omni meliori modo, quæ clausula facit actum valere eo modo, quo valere potest, Bald. & Imol. in l. cum pater §. filius matrem, ff. de leg. 2. Et quia in commissione per Portionarios obtenta erant in genere Portionarii nominati, & sic quasi Capitulariter fuit responsum, quod commissio regulariter secundum mandatum productum, & ita tentum die 18. Decembris 1551. coram Domino Capisuccio in vna Burgen. iuris votandi, ut eius lib. fol. 252.

Non ignoro tamen Rotam, vti terminis portionariorum in eadem causa, in qua processerunt dictæ Decisiones, maxima fuit inter DD. controuersia adeò, vt prius pro maiori parte sub die 25. Aprilis 1606. corã Ortembergo fuerit contra Portionarios responsum, & antea ter causa proposita semper vota fuerunt æqualiter secta, & potissima fundamenta, quæ afferebantur pro dignitatibus, & Canonicis erant duo; Alterum, quod in eadem c. 6. sess. 25. in §. qui si aliquid fiat mentio de Canonicis in indiuiduo, ibi qui si aliquid Canonicis ad deliberandum proponant relata ratione ad Episcopum, nec est dubium vocem illam Canonicis esse expressiuam Vniuersitatis, & sumi pro Capitulo; vbi in aliqua dispositione fit mentio, nunc de Canonicis, nunc de Capitulo simpliciter, nunc appellatione Capituli non veniunt alij, quam Canonici, etiam si existant alij, qui sint de Capitulo iure aliquo speciali, vt videtur sensisse Franch. in cap. fin. numer. 6. & etiam de præbend. in 6.

Potissimum, vbi id etiam natura subiectæ materiæ persuadet, neque enim munus istud simile, cuius actiuitas æquè conueniat Portionarijs, ac Canonicis, & Dignitatibus; Nam pro munere hoc iudicandi absoluendo non simpliciter exigitur intellectus, & capacitas, sed maiestas quædam, & decus circa personam, vt est tex. in c. statutum, vbi Glos. in verb. Canonicis de rescript. in 6. per quem text. in indiuiduo prohibetur attenta hac ratione causas delegari Portionarijs, seu beneficiatis Ecclesiæ maximè, vt ita fiant Iudices ipsorummet Canonicorum, vnde videatur perturbari ordo Ecclesiasticus, dum inferior constituitur Iudex maioris contra text. in can. vlt. vbi Glos. in verb. & portiores 89. dist.

Alterum quod cum semper ista qualitas adhæreat personis portionariorum de iure speciali, non sit verisimile legislatorem illam habuisse in consideratione, sed in sua dispositione voluisse tantum includere, qui essent capitulares de iure cõmuni, quia cum iã huiusmodi specialia sint facti, & in facto consistant nõ censetur legislator ad ea se referre c. 1. de constit. per quẽ text. ita docet Gemin. in præcit. ca. vlt. sub num. 6. ad finem, versic. ad propositũ ergo, & ibi etiam Franch. ibidem nu. 6. vers. si ergo Papa de præbend. in 6. quod plurimum fuit ponderatum in vna Corduben. iurisdictionis 17. Martij 1602. coram Orano.

Cæterum iure optimo, & Sacra Cõgregatio, & Rota censuit portionarios hoc casu posse eligi in adiunctos, seu coniudices, cum etiam, & ij possint de iure speciali esse de Capitulo iuxta doctrinam prælegatam Compostell. in cap. 1. num. 4. vers. nunquid portionarij de electione æque verè tales dicentur, ac si essent de iure communi iuxta text. in leg. de quibus cum sequent. de legibus, ac proinde cum in talibus verificẽtur verba Decreti militabit etiam eiusdem Decreti dispositione leg. 4. §. toties de dam. infect. & in simili dicimus non solum verè esse ciues.

RESOLVT. DXCV.

1 *Adiuncti quo casu sunt deputandi.*
2 *Contra actum visitationis, an sint deputandi adiuncti.*
3 *Immemorabilis non excludit.*
4 *Iurisdictio intelligitur concessa cumulatiuè.*

Facultas concessa Episcopis iudicandi capitulares simul cum adiunctis, an intelligatur cumulatiuè, vel priuatiuè aliis inferioribus Prælatis.

1 CApitula Cardinalium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, illarumque personæ nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententijs, iuramentis, concordijs, quæ tantum suos obligent Auctores (non etiam successores) tueri se possint quominus à suis Episcopis, & alijs minoribus Prælatis per se ipsos, vel alijs, quibus sibi videbitur adiunctis iuxta Canonicas sanctiones toties quoties opus fuerit visitari, corrigi, & emendari etiam auctoritate Apostolica possint, & valeant, vt habetur in Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 4. & sess. 25. de reformat. cap. 6.

2 Hoc tamen ibi addito, quod quando extra visitationis generalis actum processerit Episcopus, Capitulum in initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos

de

de quorum Consilio, & assensu Episcopus, vel eius generalis Vicarius, tam in formando processum, quam in cæteris omnibus actibus, vsque ad finem causæ inclusiuè procedere valeat.

3 Quæ conciliares constitutiones, non sustulerunt facultatem, aliàs ex immemoriali, & laudabiliter obseruata cõsuetudine Decano, & Capitulo singulares Capituli ipsique subiectas personas cumulatiuè cũ Episcopo, seorsum tamen ab eodem ipsumque Episcopum toties, quoties sua auctoritate vti volentem non excludendo visitandi, corrigendi, & emendandi, quia Concil. non dicitur eam facultatem concessisse Episcopo priuatiuè, quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum exclusione non constat, & ab eis debitè
4 punitus non est cogendus coram Episcopo denuo se purgare, vel ab eodem iterum puniri, ita referunt decisum Gratian. discept. forens. c. 154. n. 40. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 2. proem. num. 21. Armendar. dict. tit. 6. de visitation. n. 28. Garzia de benefic. par. 3. cap. 2. num. 194. declarat. 3. illam vero Concilij in dict. c. 6. dispositionem intellige procedere tantummodo in capitulis exemptis, vt censuit Rot. Romana decis. 121. 205. & 308. part. secunda diuersorum, & apud Seraphin. dec. 743. vbi fuit dictum, quod cum Ecclesia Galigensis non sit exempta, non possit in ea locum habere dispositio Concilij, & ita quoque declarauit Sacr. Congreg. prout referunt Armendar. in addit. ad recopil. legum, Nauar. lib. primo tit. 17. l. 2. de Episc. nu. 88. Nos in prax. for. Eccl. decis. 566. in prima edictio. & resolut. 488. in fin. in secunda edictione, & in Collect. decis. collect. 751. in princip. prax. Episc. par. prima verb. capitulum §. 9. pag. 84.

RESOLVT. DLXXXXVI.

1 *Adiuncti an sint deputandi in Capit. Collegiatæ.*
2 *Et quid in Confirmat. Apostolica.*

An in punitione Canonicorum Ecclesiæ collegiatæ debeant deputari adiuncti.

1 AMpliatur præfata deputatio adiunctorum, etiam si agatur de puniendis Canonis Ecclesiarum Collegiatarum, quod locum habet, non solum in exéptis, sed etiam in habentibus concordias, tenuit Rota apud. Farinac. decis. 709. num. 3. & decis. 715. num. 2. in 1. Collect. illas vero, quæ à Sede Apostolica sunt
2 confirmatæ non comprehendit Concilium in dict. c. 6. vt censuit Sacr. Congreg. teste Armendar. d. tit. 6. de visit. num. 67. Vnde sub illo decreto non comprehenditur collegiata in Cathedralem erecta, quæ prius non erat exempta, sed in omnibus Episcopo subiecta, vt censuit Sacr. Congr. teste Armendar. loc. proximè citato.

RESOLVT. DLXXXXVII.

1 *Episcopus cum adiunctis potest assumere fiscalem.*

Canonici adiuncti, an dum inseruiunt Episcopo iudicialiter procedendo, lucrentur distributiones quotidianas.

1 DVo illi Canonici, ex Capitulo eligendi, quorum consilium, assensum, tam in formando libello, quàm in cæteris omnibus actibus, vsque ad finem causæ inclusiuè, Episcopus, seu eius Vicarius adhibere debet, dum extra visitationem cõtra aliquam personam Cathedralium, vel Collegiatarum Ecclesiarũ procedere voluerit, si quando ea de causa sine fraude tempore Diuinorum officiorum eos abesse contingat, priuandi non sunt quotidianis distributionibus tamquam absentes propter Ecclesiæ vtilitatem ex officio sibi attributo, vt resoluit Moneta de distribut. quotidian. p. 2. quæst. 8. nu. 19. in vlt. impress. Et coram eisdem adiunctis ab Episcopi Notario processus est, fulminandus etiam in iudicialibus, & extraiudicialibus correctionibus, & tenetur visitationis dare transumptum, si repererit aliquod delictum carceratione, vel castigatione dignum, vt censuit Sacra Congregatio teste Armendar. d. lib. 1. tit. 6. de visitat. num. 61. & 62.
2 Ac etiam potest Episcopus suum Fiscalem assumere, vel alium, quem voluerit deputare sine Capituli consensu, vt sibi interueniat, quia Capitulum nullum ius habet in electione Fiscalis, qui interuenire solet in criminalibus Canonicorum reorum, sed eius electio ad Episcopum solum spectat refert a Sacra Congreg. decisum Armendar. dict. lib. primo titul. 18. leg. septima de Episcop. num. 91. & 92.

RESOLVT. DXCVIII.

1 *Adiuncti sunt deputandi, tàm in leuibus, quam in grauibus.*
2 *Episcopus caret facultate procedendi, absque adiunctis.*

An in delictis leuibus Canonicorum requiratur deputatio adiunctorum.

1 IN delictis, tàm grauibus, quàm leuibus contra Canonicos necesse est, vt cum adiunctis procedat Episcopus, vt tenuit Rota in vna Cartaginen. iurisdictionis 27. Nouembris 1585. coram Seraphino, vt patet in eius decis. 710. quam refero Ego ipse dict. resolu. 488. num 4. & 5. vbi amplio procedere etiam in leuibus, in quibus non est opus tela iudiciaria, & refertur censuisse Sacram Congregat. in vna Codicen. statutorum 17.
2 Iunij 1580. & sine huiusmodi adiunctis non deuoluitur ad Episcopum facultas procedendi contra aliquẽ ex Capitularibus si ipsi adiuncti requisiti cum eo, procedere negligant, vel recusent, ita declarante Sacra Congregatione, vt refert Armendar. dict. leg. 7. de Episcopis num. 89. & 90.

RESOLVT. DLXXXXIX.

1 *Solus Episcopus potest sine adiunctis Capitularib. ad correctionem, & punitionum Portionariorum.*
2 *Potest Episcopus procedere ad priuationem Canonicorũ.*

Adiuncti quibus in casibus non sint deputandi.

1 PRimus casus est, quoties agitur de punitione Portionariorum, nam solus Episcopus potest sine adiunctis Capitularibus ad correctionem, & punitionẽ Portionariorum procedere, quia non dicuntur de Capitulo, vt fuit decisum in vna Gerunden. anniuersariorum 1566. coram Domino de Grassis in decis. 411. part. 1. diuers. & etiam casu, quo Portionarij de consuetudine, aut ex priuilegio Apost. vel Ecclesiæ statuto in Capitulo habeant, vel ut plurimum uocem, ut censuit Sacra Congreg. teste Armendar. d. l. 7. de Episcopis n. 91. nisi de consuetudine, vel statuto sit, ut contra illos Episcopus sine adiunctis non procedat, & fuit resolutum in Rota in una Calciaten. 25. Februarij 1611. coram Attrebraten. & tunc etiam poterunt in adiunctos, & Coniudices eligi, ut censuit Sacra Congregat. de mense Aprilis 1614. ut per nos in Collect. 751. in fine contra coadiutores cum futura successione non tenetur Episcopus cum huiusmodi adiunctis procedere, nisi ex forma coadiutoriæ colligatur ipsi coadiutori concessa fuisse omnia priuilegia, quæ habent Canonici, ut censuit Sacr. Congreg. teste Nicol. Garf. in addit. ad suum tract. de benefic. p. 4. c. 5. n. 96.

2 Sine

2 Sine adiunctis potest etiã Episcopus procedere ad priuationem Canonicorum, ex causa, quod ordines suis præbendis annexis non susceperint, & ita censuit Sacra Congreg. prout referunt Nicol. Garf. par. 2. c. 4. num. 22. & Nos in resolut. 488. num. 2. & 3.

3 Potest etiam Episcopus, absque prædictis adiunctis corrigere, punire, & emendare excessus, ac peccata Capitularium, quos correctione, & punitione dignos repererit, non tamen pœna ordinaria, sed ea, quæ morum magis emendationem, quam punitionem respiciat, ita decisum refert Armendar. d. tit. 6. n. 39. & nu. 77. similiter à Sacr. Congreg. declaratum asserit posse Episcopum uisitare solum Capitulares, & bona, eorumque bonorum administratores, uel cum quibus sibi uidebitur adiunctis, de quo etiam Nicol. Garf. p. 3. cap. 3. num. 198. in 10. & 11. declarat. qui ampliare posset etiam solum Episcopum uisitare fabricam.

Potest denique, absque huiusmodi adiunctis Episcopus uisitare corpus Ecclesiæ Cathedralis, Sacramenta, Reliquias, Vestes, Ornamenta, cæteraque ad cultum Diuinum destinata, item, & Cappellas, Cappellania & dotationes anniuersariorum, institutiones, memorias defunctorum, pia opera, uel res, aut bona fabricæ, uel Ecclesiæ, ut censuit Sacr. Congreg. teste Armendar. dict. titul. 6. de uisitat. num. 123.

RESOLVT. DC.

1 *Quando totum Capitulum nemine excepto deliquit, iurisdictio deuoluitur ad solum ordinarium: secus si aliqui non participarunt, 4. 6.*
2 *Concordia, de qua hic est strictè intelligenda.*
3 *Appellatione personarum non venit Collegium, vel Vniuersitas.*
4 *Ius Vniuersitatis, vel Capituli etiam in uno remanet.*

Deputatio iudicum adiunctorum, an debeat fieri, ubi agitur de crimine per totum Capitulum patratum.

1 VAlde dubitabilis est ille iuris articulus, si deputatio iudicum adiunctorum sit facienda, ubi agitur de crimine per totum Capitulum patratum, in quo iuris articulo, licet usque adhuc non inuenerim Doctorem illum tangentem, nihilominus, ut de illo aliquid dicam; ratio dubitandi pro opinione negatiua adducebatur ex regula uerba legis generaliter esse intelligenda l. generaliter cum concordantibus ff. de legatis præstandis, & ubi lex non distinguit, nos distinguere non debemus, Vulgata l. de pretio, ff. de publician. in rem actione.

Cæterum contrariam sententiam tenuit Rota in una Burgen. Concordiæ 12. Nouembris 1593. coram Seraphin. cuius tenor est.

Fuit dubitatum si Capitulum delinquat, an sit procedẽdum per Dominum Archiepiscopum iuxt. form. Concordiæ, vel quomodo? Domini fuerunt in sententia, vt si totum Capitulum delinquat, nemine excapitularibus excepto, iurisdictio deuoluatur ad Archiepiscopum cum nulli supersint Canonici, cum quibus Episcopus possit procedere, seruata forma concordiæ gl. in c. irrefragabili §. excessus in verbo capitulum de officio ordinarij, quam ibi sequũtur Butr. Card. Imol. Felyn. & alij maximè, quia versamur in concordia, quæ strictè est intelligenda, vt fuit dictum in causa Burgen. deputationis Fiscalis coram R. P. D. Blachetto, vnde fit, vt appellatione personarum non veniat Collegium, vel Vniuersitas, vt tradit Felyn. in c. cum te num. 14. de rescrip. Neq; obstat, quod iste casus, vti comprehensus, in concordia debeat remanere in dispositione iuris communis, quo inspecto iurisdictio deuoluitur ad Papam, qui est iudex exemptorum, prout Capitulum se facit, quia subintrat dispositio Concilij, quæ dat Episcopo saltem vti Sedis Apostolicæ delegato iurisdictionem, etiam in exemptos, sed & ista exemptio non probatur, immo suadetur contrarium, ex quo in pluribus casibus, non comprehensis in concordia fuit decisum pro Archiepiscopo, si vero non omnes de Capitulo delinquerunt, sed aliqui supersunt, qui non participarunt in delinquendo, tunc cessant rationes, glos. in dicto c. irrefragabili, & illi debent iuxta tenorem concordiæ assumi vna, cum Episcopo ad cognoscendum de tali delicto; Nam neque delinquerunt, neque efficiuntur Iudices in causa propria, Innoc. in dicto c. irrefragabili n. 1. per text. in c. gratum de postulat. & ibi glos. & Abb. num. 5. & cæteri, & in c. bone de electione ius vniuersitatis, vel capituli remanet etiam in vno, l. sicut municipij, quod cuiusque Vniuersitat. c. si forte 63. distinct. exceptus fuit casus à priori conclusione nisi totum Capitulum committeret contra Archiepiscopum, tunc enim ex eiusdem tex. dispositi. cognitio deuolueretur ad superiorem saltem propter scandalum, vt inquit Hostiens. ne videatur Episcopus esse Iudex in causa propria, & ita fuit conclusum.

PROOEMIVM OPERIS.

REmissionis delinquentium materia, quàm sit varijs, & frequens, docet quotidiana Forensium causarum experientia, tam in foro laicali, quam in Ecclesiastico. Tractaturus, itaq; hanc remissionis delinquentium materiam varijs in locis per Legistas, & Canonistas tractatam in vnum recolligere duxi, ad hoc vt quærentibus faciliùs pateat aditus, & pro faciliori intelligentia, & ad hoc vt minus laboris habeas (benigne Lector) in quinq; partes diuidere censui. In 1. agatur de remissione in genere. In 2. de remissione, quæ fit à Iudice Seculari ad Ecclesiasticum. In 3. de illa, quæ fit à iudice Ecclesiastico seculari. In 4. de illa, quæ fit à M. C. Baronibus. In 5. verò de illa, quæ fit professoribus alicuius artis; quas antequàm aggrediar, Diuinum implorabo auxilium, iuxta dispositionem tex. in §. & inchoetur, in auth. vt proponatur nomen Imperatoris, & glos. in proœm. Institut. cum vulgat. sine cuius ope sapere desipere est, secundum Diuum Augustinum in 5. medit. in princ. & qui absq; illo consulit, in tenebris ambulat, & ignorat quò vadit, Ioannes in c. 12. sine ipso factum est nihil, quod factum est; opere consistunt, omnia in Nomine Iesus quidem facere debemus Diuus Paulus ad Colossenses cap. 3. & cap. non licet 26. qu. 6. nam per se homo nihil sine Diuina gratia potest, S. Augustinus cap. 5. soliloquiorum, vt igitur per viam veritatis ambulemus Individuæ Trinitatis, ac Beatæ semper Virginis, & omnium Sanctorum suffragium inuoco, vt hisce laboribus nostris ad alienam potius, quàm ad nostram vtilitatem redactis, sit præsens, & adiutorium nostrum. Amen. Iesus.

RESOLVT. DCI.

Quid sit Remissio delinquentium.

ACturus de dicta materia remissionis fori, conueniens mihi visum fuit, primo declarare essentiam ipsius remissionis, vt cognita diffinitione, deindè cum maiori facilitate possemus deuenire ad ipsius materiæ dilucidationem.

Vnde pro intelligentia dicendorum sciendum est, quod remissio delinquentium nil aliud est, nisi quædam rei traditio ab vno Iudice facta Iudici Territorij delicti,

delicti, quæ diffinitio licèt à nemine tangatur, tamen eam primo probo ex dispositione text. in auth. qua in Prouincia C. vbi de Criminibus agi oportet, in vers. ibi Iuri subiacent. 2. ex text. in l. si cui §. cum sacrilegium ff. de accusat. ibi, quod Reus in eam Prouinciam remittatur, vbi sacrilegium commisit 3. ex text. in l. 1. C. vbi de Criminibus agi oportet, ibi auth. extra ordinem coercentur, vbi commissa res inchoata sunt Crimina, 4. ex tex. in l. solet ff. de custodia reorum, ibi cum persecutoribus ad se remittat, probatur 5. in l. capitalium, §. famosi ff. de pœnis, ibi famosi latrones, ibi furca suspendendos esse, vbi grassati sunt, & melius in §. si vero comprehensorum, in auth. de defens. ciuit.

RESOLVT. DCII.

Quibus modis verbum Remissio in Iure sumatur.

1 *Remissio sumitur pro remissione iniuriarum. 2 Pro remissione cautionis ab usufructuario præstanda. 3 Pensionis rei locatæ. 4 debiti. 5 pignoris. 6 peccatorum. 7 noui operis Nunciatione. 8 delicti. 9 Cautionis præstandæ à Legatario. 10 Insinuationis. 11 Hypothecæ. 12 Delinquentium, de qua hic.*

CVm verbum remissio ambiguum sit, nam multas sub se continet significationes, visum est illud declarare, in quibus modis in Iure sumatur, vnde primo sumitur pro iniuriarum remissione, de qua loquitur text. & ibi glos. in §. fin. Institut. de Iniuriis, Bar. in l. 1. §. sed si vnius, ff. de Iniurijs, in 1. columna n. 3. Glos. in l. sin autem in vers. iniuriam remittere, ff. de pactis, Bald. & Ias. in l. 1. n. 14. in 3. columna ff. eod. tit. Idem Ias. & cæteri omnes in l. si tibi §. quædam in princ. & in l. generaliter C. de instit. & substitut. & in l. pactum Curationis, vbi Bal. in princ. C. de pactis.

2 Sumitur pro remissione cautionis ab vsufructuario præstanda, de qua loquitur tex. in l. 1. C. de vsufr. Bar. in l. vxori, in princ. ff. de vsufr. legat. Abb. in c. cùm constat, in 1. notab. de pignor.

3 Sumitur pro remissione pensionis rei locatæ, de qua loquitur tex. in l. 1. §. 1. ff. de migrando, Panor. & Butr. in cap. propter sterilitatem, in 2. col. n. 18. de locato, Couar. in lib. pract. quæst. cap. 30.

4 Sumitur pro debiti remissione de qua loquitur tex. in l. 1. C. de non n. pec. l. præsens C. de transact. Imperatores ff. de pact. Ias. in l. pactũ curationis C. eod. tit.

5 Sumitur pro remissione pignoris, de qua est tex. In l. sicut, vbi Bart. ff. quib. mod. pig. vel hypotheca dissoluatur.

6 Sumitur pro peccatorum remissione, de qua est tex. in c. 1. vbi Archidiaconus. 5. distinctione Abb. & cæteri omnes in c. omnes vtriusq; sexus de pœnit. & remiss. Felyn. in suo tract. de Indulg. & remiss. nu. 15. Silua in summ. in verb. remissio peccatorum q. 8.

7 Sumitur pro remissione noui operis nunciatione, de qua est tex. in terminis in l. 1. ff. de remissionibus, Bart. in l. 1. ff. de nou. oper. nunciat. in col. 2. nu. 7. & in l. ait prætor, vbi Bald. in 2. notab. ff. eod. Abb. in c. signantibus eod. tit.

8 Sumitur pro delicti remissione, de qua loquitur tex. in l. 1. §. diuus, vbi Bald. ff. ad Syllanianum, Clarus li. 5. sent. q. 37.

9 Sumitur pro remissione cautionis præstandæ à legatario, de qua loquitur tex. in l. 2. vbi Bald. C. vt in possessione legatorum, Bart. in l. nemo potest in 3. col. nu. 17. ff. de leg. 1. Glos. in l. 1. in verb. cautionis Remissio C. communia de legat.

10 Sumitur pro remissione insinuationis, de qua loquitur text. in l. modestinus ff. de legat. 3. & l. modestinus de donat. Bal. in l. sancimus in 3. notab. l. eod. tit. Ias. in l. nemo potest in 2. col. nu. 6. ff. de leg. 1. Glos. in §. est, & aliud in verb. remissio insinuationis instit. de legat. Clar. in lib. 5. sententiarum §. donatio qu. 13. in princ.

11 Sumitur pro remissione hypothecæ, de qua loquitur tex. in l. sicut ff. quibus modis pignus, vel hypotheca tacitè soluatur, Bart. in l. hypothecas C. de remiss. pignorum.

12 Sumitur pro delinquẽtium remissione Iudici competenti facienda, & hæc est nostra materia, quam hilari animo Diuino Subsidio Annuẽte ad benevolis lectoris commodum, atq; vtilitatem tractabimus.

RESOLVT. DCIII.

Quæ requirantur, vt remissio delinquentis fieri possit.

1 *Vt Iudex delicti petat hanc remissionem.*
2 *Vt constet crimen, de quo agitur, fuisse commissum.*
3 *Et hoc in territorio Iudicis requirentis.*
4 *Vt Delatus non sit vagabundus.*
5 *Neque condemnatus per Iudicem detinentem.*
6 *Vt non sit accusatus de hæresi. Quod tamen limita.*
7 *Vt non commiserit crimen penes Iudicem, penes quem detinetur.*
8 *Vt Remissio non fiat à Iudice superiori ad inferiorem.*
9 *In Regno requiritur, ut Iudex remittens causam Baroni, uel alij, debet præfigere terminum, infra quem expediat, sub pœna Auocationis causæ.*
10 *Et terminum, infra quem debet remissus comparere apud Iudicem ad quem.*
11 *Vt remissio petatur à Iudicibus subditis eidẽ Superiori.*
12 *Vt inhibitio Iudicis Ecclesiastici in hoc operetur, debet fieri parte citata.*
13 *Vt exceptio usurariæ prauitatis sit uera.*
14 *Iudex debet considerare efficaciam Iuramenti.*
15 *Inhibitio obtenta cui prosit.*
16 *Vt remissio fiat honestè.*
17 *Vt non fiat à Iudice competenti ad incompetentem.*
18 *Vt fiat inter Iudices habentes iurisdictiones separatas.*
19 *Vt seruetur consuetudo loci delicti.*

PLura ad huius remissionis validitatem de necessitate requiruntur, vt ex infrascriptis patet.

1 Requiritur, vt Iudex delicti petat hanc remissionem, vt probat text. in §. si vero comprehensorum in auth. vt nulli Iudicum collat. 9. tex. in clem. fin. & ibi glos. in v. de mora de re Iudic. & text. in c. 1. de Raptoribus, Couar. in li. pract. quæst. c. 5 1. nu. 4. & c. 3. num. 5. Diaz pract. crimin. c. 8. 9. & 10. Boss. in c. for. comp. nu. 46. Guid. Pap. in decis. 202. in princ. Clar. in lib. 5. sententiarum §. fin. q. 36. in fin. Episc. minor. in sua praxi Episcopali in vers. reorum remissio in princ. & si hæc remissio non petatur à Iudice delicti, non tenetur Iudex detinẽs reum, illum remittere, Bart. Bal. & omnes DD. in l. 1. C. vbi de Criminibus agi oportet, Panor. in c. vlt. de for. compet. col. 8. Felyn. in c. ex tenore eod. tit. col. 6. n. 17. tamen Iudex detinens potest reum illũ remittere etiam si non petatur ex quadam vrbanitate ad Iudicem delicti, Abb. in cons. 24. lib. 1. & DD. locis citatis, & sic venit intelligenda declaratio Sacræ Congregationis Illustrissimorum Cardinalium super Conc. Trid. 138. vbi dicitur, quod Presbyter delinquẽs in sua diœcesi, si in alio loco reperiatur, debet ad suum Episcopum remitti, Cappella Tholosana in dec. 320. Franc. Marcus in dec. 83. num. 2.

2 Requiritur, vt constet crimen de quo agitur fuisse commissum l. 1. §. item illud ff. ad Senat. Consult. Syllanian. Petr. Iacob. in tit. de succes. Regni Franciæ in §. est, & aliud vers. est notandum, Gamma in dec. Lusitan. 363. nu. 4. Card. in clement. pastoralis in §. denique in vers. vlt. de sent. & re iudic. Oldrad. cons. 133. Guid. Pap. in dec. 202. Blanc. in sua praxi crimin. sub rubr.

rubr. de probat. Rota Lucensis in dec. 39. per totam glos. magistra in clem. pastoralis de sent. & re iudic. Franc. Marc. in dec. 79. n. 7. Guid. Pap. in d. decis. 202. nu. 1. vers. 2. quod constet Clar. in sua pract. q. 38. vers. sed quod si Iudex.

3 Requiritur, quod constet crimen fuisse commissum in territorio Iudicis requirentis l. 1. vbi Bart. & Bald. C. vbi de crimin. agi oportet, Couarr. in libr. pract. quæst. c. 11. n. 3. & de isto delicto, & in quo loco fuerit delictum perpetratum Iudex requisitus potest facere informationem antequam delatus remittatur, vt per glos. in Clem. pastoralis in verb. remitteret de sententia, & re iudicata, Guid. Pap. in cit. dec. 202. In secundo requisito, & Vrsill. in addit. ad Affl. in dec. 42. num. 4. in fine, sed hoc verum est, nisi Iudex requirens eidem Iudici requisito transmitteret Informationes super delicto, prout est fieri consuetum, ita Marsill. in sua pract. crimin. in §. opportunæ num. 37.

4 Requiritur, quod delatus non sit Vagabundus l. 1. & ibi Bart. iuncta glos. C. vbi de criminibus agi oportet, Abbas in c. fin. col. 8. vers. sed circa hoc quæro de for. compet. Duen. in regul. 338. in 4. limit. Farinac. in tit. de Inquisit. conclus. 6. num. 13. Calder. & Anania in c. 1. de raptor. Couarr. in lib. pract. q. c. 11. sub nu. 6. Fachin. li. 9. Controu. Iur. c. 15. per tot. Tartaglia in prax. M. C. V. in tit. de ordine Iudicij num. 6. Foller. in prax. crim. fol. 88. num. 105. in verb. conquassantur priuilegia, Guid. Pap. in sæpius citata dec. 202. Ioseph Ludouic. dec. Lucens. 16. n. 19. Peguer. in dec. crim. 3. nu. 10.

5 Requiritur, quod Inquisitus non sit per iudicem detinentem condemnatus, ex quo condemnatus non remittitur, vt originaliter scripsit Salic. in l. 2. §. fin. in 2. col. n. 6. ff. de accusat. Bal. in l. exequutorem C. de exequnt. rei iudic. Cin. in l. relegatorum §. interdicere ff. de interdictis, & Relegat. facit tex. in l. additos C. de appellat. Angel. in auth. si verò criminis in princ. C. ad l. Iul. de adul. Soccin. nepos in c. 1. de Raptoribus n. 8. Affl. in constit. Regn. in rubr. 41. n. 12. Couarr. in loc. superius citato nu. 6. vers. 6. Cassan. in consuetud. Burgundiæ rubr. 12. n. 19. Gram. in dec. 26. n. 5. vbi testatur de facti contingentia, & ratio communiter redditur, nam remissio fit de condemnando, & non de condemnato, vt ait Episc. Minorens. in sua praxi Episcopali in vers. reorum remissio n. 4.

6 Requiritur, quod ipse delatus non sit accusatus de hæresi, quia tunc vbique pro tali crimine venit puniẽdus, nec fit remissio, Bart. in l. si remissionum n. 3. in 2. col. ff. de furtis Butricariæ in l. Arriani C. de hæret. in 3. notab. Clar. in li. 5. sententiarum §. hæresi n. 18. vers. scias tamen, Guid. Pap. in dec. 202. num. 3. Carrer. in pract. crimin. in tit. de hæret. n. 68. Abb. in c. fraternitati de hæreticis nu. 10. in 2. col. & ratio est, Tribunal Domini Nostri Iesu Christi, Ioannes And. & Franc. in c. vt commissi post glosam ibi in verb. procedi de hæreticis lib. 6. Guid. Pap. in dec. 202. Cassan. in consuet. Burgundiæ rubr. 72. num. 17. Nam qui Diuinam lædit Maiestatem, omnem creaturam offendit l. Manichæus C. de hæret. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 11. num. 12. quod procedit quando non fuit petita ab Inquisitoribus loci delicti, vel quando hæreticus vtrobiq; palam, & publicè, vel vt vbique occultè delinquit, secus si hic hæresim hæreticus per actum exteriorem commiserit, & in alium locum fugerit, vbi animo tantum prauo sine exteriori in eadem hæresi perseuerauerit; nam in hoc casu remissio facienda est, vt scripsit Roias in tract. de hæret. in sing. 173. & eandem opinionem sequitur Duen. in reg. 378. limit. 7. Couarr. in pract. q. c. 11. sub. nu. 12. & est communis opinio 2. Cartar. in tract. de execut. sent. c. 1. n. 45.

7 Requiritur, quod non commiserit crimen penes Iudicem, penes quem detinetur, quia antequam remittatur debet fieri de tali crimine punitio l. si autem §. fin. & l. fin. ff. de accusat. Bald. in l. 1. c. vbi de criminibus agi oportet, Alex. in l. a diuo Pio §. sententia num. 27. ff. de re iudic. Fachin. lib. 9. controuers. Iur. c. 25.

8 Requiritur, quod remissio non sit à Iudice superiori ad inferiorem, nam non procedit de maiori ad minus, Oldrad. cons. 124. Couar. in lib. pract. quæst. c. 11. n. 10. Panor. in cons. 24. nu. 2. vol. 1. Cassan. in consuet. Burgund. rubr. 12. n. 16. & probat tex. in l. ad principiũ ff. de appell. l. ad cognitionem ff. quibus ex causis, &c.

9 Requiritur in Regno, quod Iudex remittens Causam Baroni, vel alio debet præfigere terminum, infra quẽ expediat sub pœna Auocationis Causæ, Isern. in c. Imper. 3. propterea col. 6. de prohib. alienat. feud. col. 6. Federic. Frecc. de subfeud. lib. 2. auth. 11. fol. 26. Ann. singul. 269. incipit Iudex remittens minimo dari non debet secundum Geminian. in c. Romanam §. contrahentes in 6. de foro compet. Calderin. in ca. 1. de Rectorib. Abb. in cap. fin. vbi testatur de Comm. de for. compet. num. 15. Cappell. Tholos. in. decis. 319. & est communis opinio relata per Addentes in d. decisione.

10 Requiritur, quod statuatur terminus, infra quem debet remissus comparere apud Iudicem, ad quem l. 2. §. si dubitatur, vbi Paul. de Castr. ff. de Iudic. Barb. in c. 1. de ordin. cognit. Felyn. in c. cum sit Romana vers. 4. col. 4. de appellat.

11 Requiritur, quod remissio petatur à Iudicibus subditis eidem superiori, Bald. in l. 2. vers. sed numquid c. de sacris fugitiuis, Oldrad. cons. 124. Franc. Marc. decis. 83. n. 3. part. 2. & in decis. 400. n. 9. Sessa in decis. Regn. Aragon. 219. n. 8. Aufred. in additio. ad Capell. Tholos. 319. Peguer. decis. 2. nu. 6. Boer. decis. 29. Cepoll. cons. crim. 58. n. 2. Tesaur. dec. 90. n. 7. Clar. in qu. 38. vers. hoc tamen, Roland. cons. 60. n. 3. & 23. vol. 2. Cassan. in consuet. Burgund. fol. 365. n. 14. latè Farin. in tit. de inquisit. q. 7. n. 29.

12 Requiritur, quod ad hoc vt inhibitio Iudicis Ecclesiastici operetur, debet esse parte citata, aliàs in hoc non releuat.

13 Requiriur vt exceptio vsurariæ prauitatis sit vera, & afficere possit imputatum, & sic habeat aliquam excusationem puta consuetudini, vel similium, nam in isto casu non remitteret.

14 Requiritur, quod Iudex considerare debet efficaciam Iuramenti, quæ est in primis, & ante omnia exequenda, & non prius causam remittere, Caroc. dec. 133. num. 21.

15 Requiritur, quod inhibitio obtenta proderit principali, & non fideiussori, contra quem executio fieri poterit, Berous q. 77. Menoch. cons. 24. quem citat idem Caroc. in allegata decis. vbi idem Caroc. dicit in multis locis hoc non seruari, & quod inhibitio seruiat loco citationis.

16 Requiritur, vt talis remissio fiat honestè, & non ignominiosè, dum traditur delinquens Iudici loci delicti, Couarr. pract. quæst. n. 10. Arnon. singul. 36. Boer. decis. 303. & officialis remittens delinquẽtem ad proprium iudicem, cum ignominia dicitur committere vim publicam, Bart. in l. 1. ff. ad l. Iuliam de vi publica Alex. in l. lex Iulia ff. eod. & si esset Clericus esset excommunicatus, vt aiunt Dominic. & Franc. in c. si Iudex laicus §. fin. de sent. excommunicationis in 6. sequitur Carau. in rit. M. C. 235. qui refert, quendam Regentem M. C. V. fuisse priuatum ex offic. ex quo remiserat Clericum ad Curiam Ecclesiasticam cum catena in collo, quod dicit citatus Caranit. posse fieri quando casus id requireret, verum in fidelissima Ciuitate Neap. seruatur, quod Clericus remissus per M. C. V. consignatur procuratori Fiscali Curiæ Archiep. vnà cum copia Actorum, qui habet curam illud ducendi ad Curiam Archiep. cum omni qua decet modestia, vt refert Genuensis in sua pract. c. 6. n. 7.

17 Requiritur, quod remissio non fiat à Iudice compe-

te nti

tenti ad Iudicem incompetentem, Boss. in tit. de for. compet.num.12.Butr.in c.fin.num.10. Felyn. de for. compet.Farinac.de Inquisit.q.7.n.37. & 38. vbi latissimè, & monentur per tex.in c.de priuil.in 6.vt refert, & sequitur Peguer. decis.Catalon.2.num.8.

18 Requiritur,quod remissio delinquentium fiat inter Iudices habentes iurisdictiones separatas, quod procedit si illæ iurisdictiones dependentiam habeant ab vno Principe, vel Domino, nisi consuetudo extet in contrarium,Peguer. decis. Catalon.66. nu.8. licet ipse contrarium defendat ibidem, vel esset eiusdem Principis, sed illa ab eodem diuersis titulis possideretur, idem Peguer. cit.decis.nu.10.

19 Requiritur, quod in Remissionibus delinquentium ad locum delicti consuetudo venit seruanda, Oldrad. cons.124. Castr.cons.309.nu.1. & 2.Angel. in l.hæres absens ff. de iudic.& in l.solent de custod. reorum,Panormit. cons.24. & concordant omnes moderni, qui de hac materia scripserunt, prout refert, & sequitur Peguer.decis.66.n.9.

RESOLVT. DCIV.

Casus, in quibus cessat remissio delinquentium.

1 *Cessat, quando captus est repertus in alio loco, quam in eo, in quo furatus est.* 2 *Cum Iudex præuenit in citatione reali.* 3 *In criminibus leuioribus.* 4 *In crimine Læsæ Maiestatis.* 5 *Falsæ monetæ.* 6 *Clandestini.* 7 *In varijs casibus, de consuetudine generali.*

1 CEssat quando captus est repertus in alio loco, quam in eo,in quo furatus est,nam potest ratione nouæ contrectationis in alio loco puniri, Bart.in l. si Dominium ff.de furtis, Capic.decis.104. Iacob.in l. si adducta C.de furtis,Fulgos.cons.149.Soccin.Nepos in c.1.de Raptor. Cassan. in consuetud. Burgund.fol. 44.nu.5.Bald.in cons.150.vol.3. Marsil.cons.30.nu.4. vol.1.& in cons.136.num.15.vol.2.Barbat.in c.postulanti n.446.de foro competenti, Clar.lib.5. sentent.§. fin.qu.38.vers.tuscis nu.16.fol.365.vbi ponit hanc esse communem opinionem, Ann. in singul.438. Couarr. c.20.lib.2.var.resol.n.15. vers.28. Francus in dec.37. Franc.Marc.dec.176. Farinac. in tit.de inquisit.qu.7. n.7.limit.4.Boeriu.dec.218.Fachin.lib.9. ca.19. Controu.Iuris, Peguer.in decis.130.& Rubinus in dec.22.

2 Cessat remissio quando Iudex præuenit in citatione reali, seu capturæ, & in causæ cognitione, Iacob. de Rauen.& Alber.in l.hæres absens §. si qui tutela ff. de Iudicijs n.8. Iacob.de Bellouis.in repetit.c.1. §.cõtrahentes n.121.de for.cõmp. Ancharan. in c.postulanti n.14.eod.tit.& in c.2.de Constitut.n.8.in 6. Ant.Fab. in dec.2.C.de in ius vocando,Couarr. loc.cit.n.9.

3 Cessat remissio in Criminibus leuioribus. Cin. in auth. quo in prou. C.vbi de crimin. agi oporte,Cappell.Tholos. dec.319. glos. in c.fin. de for. compet. in vers.Ratione delicti,Couarr.loc.cit.n.6. vers.8. Boer. dec.29.de Franc.in dec.168.num.50. Borell.in specul. Principis rubr. 11.§. sed quod prædiximus, Franc. Marc.in dec.400.n.1.vol.1. Dueñ.in reg.378. limit.3.

4 Cessat in Crimine læsæ Maiestatis, vt est constitutio huius nostri Regni, incipit statuimus, Tartagl. in sua pract.M.C.V.in tit.de ordine Iudiciorum c.8.num.1. Gigas in tract.de Crimine læsæ Maiestatis qu.8.nu.6. Bossius in tit.de foro compet.fol.88.

5 Cessat Remissio in Crimine falsæ Monetæ, Abbas in c.quanta in 2.col.n.6.de iure iur.Farinac. in tract. de carcer. & carcerat.n.16.

6 Cessat in crimine clandestini, vt probatur in c.nostri Regni, qui incipit clandestinus, & ibi Niger. fol.6. Foller.pract.crimin.fol.13. num.2.Ias.in l.clam.num. 2.Ias. in l. clam. in 2. colum.n.6. ff. de acquir. possess.

7 Cessat de generali consuetudine nõ procedere, quia remissio delinquentium non fit, vt voluit Bald.in l.requirendum col.3.C.de seruis fugitiuis, Angel.in l.hæres absens ff.de Iudic.Socc.Sen.in reg.335.fallent.vlt. Bart.in l.sepulchri n.3.ff.de sepulchr.violat. Abb.in cons.24.Gram.dec.26. & cæteri per Iulium Clarum in q.38.nu.20. quæ tamen procedunt in tribunalibus diuersis dominis subditis, vt est Respublica Venetiarum,secus tamen si remissio peteretur in tribunalibus sub vno Principe subiectis, vt in Regno nostro,nam si Baro requiratur a Iudice delicti, & si remittere negexerit,potest cogi a supremis Tribunalibus ad petitam remissionem Bal.in l.2. col.2. C.de seru. fugit. & in l. vnic.C.vbi de Crimin.agi oportet,& ratio est, quia de more non solent fieri istæ remissiones de locis non subditis eidem superiori, vt dicit Angel.in auth.si vero C.de adulter.dicens, quod hodie fit remissio in locis subditis vni Præsidi, Gramm.dec.26.n.5.Apostill. ad Cappellã Tholosanam in dec.319. per tot.Clar.in d.q.38.n.20.Veronens.in cons.crimin.58.

RESOLVT. DCV.

Cuius expensis fiat Delinquentium Remissio.

1 *Remissio delinquentium facienda expensis eorum, quorum instantia fit.* 2 *si non petatur ad instantiam partis, sed Iudicis ipsius Inquisiti, tunc fiat expensis Iudicis.* 3 *Inquisitus debet facere expensas, & si soluẽdo non sit, soluat Actor.* 4 *fiat vel iuxta consuetudinem regionis, si qua adest.* 5 *Vel inspiciatur, quod fuerit conuentum inter contrahentes.*

ILlud principale est quærere in hac remissionis materia, cuiusnam expensis delinquentes ad eorum Iudices competentes remitti debent, in qua quæst. vt ordinatè procedam; tres reperio varias Doctorum sententias.

1 Prima est illorum volentium remissionem esse faciendam expensis eorum, quorum instantia fit,& hãc sequuti sunt Bal.cons.329.vol. 2. Alex. cons.73.vol.1. Corn.in tit.de inquisit.n.12.in 9.limit.Dec.cons.100. eo.vol.& Reliqui apud Mandell.cons.225.vol.2. quarum sententiæ fundamenta sunt.Primo ex tex.in l.fin. C.de erogatione militari,Annon.lib.11.vbi custodia pro obsidione delinquentis in Ecclesia debet fieri petentis ipsam custodiam expensis; Secundo per text.in l. quoniam C.de testibus; vbi petens examinari testes absentes, debent sumptibus ipsius vocari testes in Iudicio, vt voluit etiam tex. in cap. mulieris de Iudicijs in 6. Tertio per tex. in l.sed si §. fin. ff. ad exibendum, vbi actus in dubio debet explicari sumptibus petentis, sequitur Veraldus decis.92.vol.1.Balbus decis. 173. hinc est, quod expensis petentis consilium transmittenda est causa consultori. Bar. in l.si postulauerit in 2.col.ff.de adulter. Ias. in l. ad egregios nu. 2. ff. de Iur. iurand. & quando procurator absentis petit transmitti Iusiurandum, eius principali absenti est transmittendum sumptibus petentis, secundum Bald. in l. cum sæpè, C. de erogat. milit. Annon.Menoch.de arbitris Iudicum lib.2. centur.3.n.5. & 6. Rubin. dec.23. vol.2. & in proprijs terminis de petente remitti carceratum,vt sumptibus petentis sit fienda remissio, vide Bald. in l.eos C. de appell.Boer. in dec.103.num.5.& 12. Capp. Tholos.decis.100. Ioseph Ludou. dec.74. vbi ampliat procedere etiam si ipsemet captus peteret se remitti proprijs expensis, sequitur Boer.cit.dec.n.12. & idem censendum est de Episcopo petente sibi remitti Clericum a laico captũ, nam expensis ipsiusmet Episcopi petentis sibi fieri remissionem facienda est, Carau. rit. 182. Ioseph Ludouic.& Boer. citatis locis ad idem extenditur decisio de

sio de Franch. 332. vbi expensis Baronis petentis remissionem eius Vasalli facienda est remissio, sequitur Capibl. in pragm. 18. de auth. Baronum numer. 30. & denique, quod omnes actus Iudiciales sunt fiendi expensis petentis; est videndus Afflict. in dec. 177. Ann. singul. dec. 405. Rot. Lucens. dec. 11. Corn. Tanus dec. 80.

2 Secunda est opinio, quod si non ad Instantiam partis petatur, sed Iudicis ipsius inquisiti, & tunc Iudex soluere debet expensas, & hanc tenuerunt Bald. in c. 1. §. si Iudex de pace tenenda, Afflict. in constit. Regn. Capitaneorum in 4. notab. num. 6. in fine, & idem Bald. & Salyc. in l. eos in fine C. de appellat. Iacob. de Beluis. in pract. Iudic. in vers. Remissio reorum n. 15. circa medium, Boer. dec. 103. n. 5. & 12. Cappell. Tholos. dec. 10. vbi Aufrer. in addit. Guid. Pap. dec. 211. nu. 3. cum alijs, quos latissimè probat Couarr. in lib. pract. q. c. 11. Carau. in rit. 135. nu. 13.

3 Tertia est opinio Boe. dec. 303. num. 12. vers. quid sit dicendum, vbi tenet, quod ipse inquisitus debet facere expensas, & nisi soluendo non sit, soluat Actor, quam opinionem amplexi fuerunt Bals. in tit. de for. compet. num. 74. Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholos. dec. 300. in fine Marsil. in pract. Crimin. §. diligenter n. 18. Carau. tit. 135. post n. 13. & citatus Boer. in consuet. Burgund. Borrell. cons. 21. n. 15. vbi refert plures opiniones in tit. de Iurisdictione omnium Iudicum §. 29. in fine mouentur per text. in l. lex Cornelia, & alia in §. si quis librum, ibi præmium constituitur ff. de Iniur. Bart. in l. lex Cornelia in fine ff. ad Syllanian. vbi informationes, & alia suffragia Iustitiæ expensis Carcerati fieri debent si culpabilis est, & sit soluendo, sin autem expensis Accusatoris, aut instigantis, & ipsis deficientibus teneretur ipsa Curia, & pro comprobatione huius quæstionis facit, quia Carceratus appellans, & petens se mitti ad Iudicem, ad quem debet expensis sui ipsius transmitti, & si non est soluendo expensis Iudicis, a quo vt dicit Bal. in l. generaliter §. his de præsent. nu. 4. C. de reb. Credit. Ioannes Faber. in l. minimè C. de appell. Alex. ad Bart. in l. Iubemus C. de Sacros. Ecci. Aufrer. ad Cappell. Tholos. cit. dec. 100. Carau. d. rit. 135. post n. 14. & glos. in Clem. quamuis verum expensis de appell. & ante omnes in hoc idem voluit Odofred. in l. 1. C. de requirend. reis, & hæc sententia posset meo quidem Iudicio probari, quia culpa ipsius Carcerati delinquentis debet suo superiori obesse circa petitionem remissionis ipsius, quia alteri per alterum minimè debet iniqua conditio dari, l. non debet alteri ff. de regulis Iuris.

Adde etiam alios hanc opinionem sequentes. s. Asinium in pract. in tract. de expens. §. 32. num. 2. & seqq. ampliat. 61. Alex. Bar. & Angel. in l. lex Cornelia §. si quis libram ff. de iniurijs.

Hæ sunt variæ Doctorum opiniones, tamen vltra eorum opiniones distingue illas conclusiones.

4 Primò, quando adsit particularis consuetudo alicuius regionis, per quem declaretur, cuius expensis remissio esset facienda, nam tunc illa est obseruanda, dummodo Ius non resistat arg. tex. in c. certificari de Sepulturis. Aufrerius ad Cappell. Tholos. in dec. 482. Doctores in l. de quibus ff. de legib. & in contractibus inspicitur locus eiusdem contractus, l. si fundus, ff. de euict. Grat. in reg. 309. per tex. in l. semper in stipulat. ff. de reg. Iur. vbi semper in stipulationibus, cæterisque contractibus inspicitur, id quod per consuetudinem inductum fuit, Fab. de Ann. in cons. 54. vbi latè Paul. de Castr. in cons. 32. Alex. in cons. 41. lib. 5. n. 4.

5 Secunda sit conclusio, quod quando non constaret de particulari consuetudine, tunc inspici, quod fuerit conuentum inter contrahentes, quoniam in contractibus principaliter, quod actum est a partibus, est attendendum l. sed Celsus §. si fundus, ff. de contrahend. empt. vbi dicitur, quod in cõtractibus potius id quod actum est, quam id quod dictum est sequi debemus, & facit text. in l. fin. C. plus valere, quod agit, vbi semper inspicitur, quod gestum est, & iustum esse voluntates contrahentium attendere, vult text. in l. fin. C. quæ res pignori obligari possint, & l. in conuentionalibus, ff. de verb. significat. l. in promittendo, ff. de iure dotium.

6 Adde ad primam opinionem .s. eum teneri ad impensas, cuius gratia celebratur, vt est text. expressus in l. sed si hæreditas §. 1. ff. ad exibendum, ex quo prouenit, quod debitor ad instantiam creditoris carceratus, eius expensis alimentandus est, quod procedit quoties non haberet vnde se alere. Valasc. in dec. 1. n. 8. vbi latè Boer. dec. 303. Affl. in dec. 71. & facit Decisio Delfinatus per Franc. Marc. in dec. 234. vbi expensis petentis quem carcerari, carcerandus est, & dec. Cacher. 45. vbi expensis petentis depositionem testium absentium examinari debent, & sic sequitur Boer. in dicta decis. 303. Rot. Perusina decisio. 54. & istam opinionem .s. quod tenetur petens facere expensas tenuit Guid. Pap. in dec. 221. Vrsill. in dec. 71. Boer. dec. 324. & Corsetus in verbo expensæ.

RESOLVT. DCVI.

In materia Remissionis vtrum forum delicti dicatur principalius.

1 *Delicta cognoscuntur per iurisdictionem Iudicis originis, Domicilij, Delicti, & Loci, in quo quis magis uersatur.*
2 *Forum tamen Delicti dicitur principalius.*
3 *Tum quia est regula generalis, quod delinquens ratione delicti sortitur forum in loco in quo delinquit.*
4 *Et Iudex originis non potest facere, quod per se subditus originarius puniatur, qui in aliis territoriis delinquit.*
5 *Et per delictum offensa est Iurisdictio territorii delicti, & non originis.*
6 *Et delinquentes in loco delicti puniendi sunt.*
7 *Immò, & priuilegiati delinquentes amittunt priuilegium, & puniuntur à Iudice delicti.*
8 *Hinc, Forum delicti in remittendo præferri debet loco originis.*
9 *Et si Iudex domicilii inquirat, & inquisitum cœperit, & petatur remissio à Iudice originis, & loci delicti; remissio fiet potius Iudici delicti, quam originis.*
10 *Si tamen Iudex domicilii præuenit Iudicem delicti in cognoscendo, tunc Iudex fori originis præfertur.*
11 *Delinquens, licet ratione delicti efficiatur de foro Iudicis, vbi delinquit, non tamen efficitur propriè subditus illius.*
12 *Vbi delictum habuit inditium in loco originis, tunc Iudex originis præfertur.*

1 QVæritur in hac quæstione, an forum delicti in materia Remissionis principalior sit: respondetur, quod licet delicta cognoscantur per iurisdictionem Iudicis originis, domicilij, delicti, & loci, in quo quis magis versatur l. 1. C. vbi de Crimin. agi oportet, vbi omnes scribentes, & c. licet, & c. postulasti, vbi Abb. de for. compet. cap. ossique, vbi Butr. de elect. Ioann. Andr. in c. cum nullæ in fin. de temp. ordin. n. 6. Soccin. Nepos in c. postulanti in 3. col. circa fin. de for. compet. Marsil. in pract. crimin. c. 33. n. 18. Ludou. in pract. crimin. c. 95. in fine Couarr. in lib. pract. quæst. c. 10. post n. 6. & de foro quem delinquens sortitur est tex. in l. incola ff. ad municipales, & de foro ratione domicilij est tex. in l. 1. ff. de interdict. & relegat. in ca. licet de foro compet. & in l. relegatorum §. intercedere autem, & ibi glos. cit. tit. de interdict. & releg. & de foro quod quis sortitur ratione loci delicti est particulariter tex. in l. 1. C. de Iurisd. omn. Iudic. ca. 1. vbi glos.

glos. & omnes extra de raptor. auth. qua in Prouinc. C. vbi de crimin. agi oportet ca. fin. & ibi glos. de for. compet. l. 1. & l. si cui §. pen. ff. de accusat. l. 1. C. vbi senator. vel Clarissimi l. nolens ff. de custodia reorum, & generaliter, quod in iltis modis iurisdictioni delinquens supponatur iudicis inquirentis, volunt Panor. in c. cum contingant col. 2. de for. competent. & cons. 24. vol. 1. col. 2. Gram. cons. 27. nu. 2. Ceuall. in q. 678. Boer. dec. 270. n. 2. Clar. in sua pract. in quæst. 38. & 39. in vers. fortitur autem, & in quæst. 85. in initio, Roland. cons. 19. vol. 2. num. 3. Dec. cons. 93. num. 9. lib. 1. ornatè Couarr. in lib. pract. quæst. c. 21. n. 3.

2 Nihilominus forum delicti dicitur principalius, Ioānes Andr. in ca. 2. de constitut. in 2. col. vers. noscatur, Arram. in sua pract. obseru. 6. tit. 50. fol. 356. Viuius in sylua Commun. opin. opinio 420. nu. 4. Clar. in sua pract. Crimin. in tit. vbi de crimin. agi oportet, quem citat ad hoc Farinac. in tit. de inquisit. quæst. 7. n. 1. in medio, & in eo potius est facienda remissio delinquētis, quam in loco originis, Bal. in l. de quibus in §. 9. ff. de legat. Paul. de Castr. in l. 1. in 3. notabili C. vbi de crimin. agi oportet Ias. in l. si plures n. 6. & sequent. ff. de pact. Butr. in c. 1. in fin. de raptor. Marsat. in c. postulasti in 3. col. vers. quoad primum Articulum de foro compet. pro qua opinione adduco glosam communiter approbatam in l. hæres absens ff. de iudicijs.

3 Secundo adducitur, illud quod notat Alber. in auth. qua in Prouinc. C. vbi de crimin. agi oportet, vbi noluit forum delicti dici potissimum forum delinquētis per tex. in Auth. vt nulli iudicum §. si quis comprehensorum, quod comprobatur, nam generalis est regula, quod delinquens ratione delicti forum sortitur in loco, quo delinquit l. fin. ff. de accusat. & ideo oritur, quod illic accusatio debet capi, vt probat tex. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet, & hinc euenit postea, quod Iudex alicuius Prouinciæ, habet fundatam iurisdictionem suam, contra delinquentes in ea. Ratio autem ea est, nam post Principem habet maius Imperium in ea Prouincia secūdum textū proximè citatum in §. si quis comprehensorum l. 3. ff. de off. præsid. c. si illic 23. quæst. 4. vbi habetur, quod ibi vindicetur iniuria, vbi plectibilis est orta præsumptio ca. 1. de raptor. c. si peccauerit 2. quæst. 1. vbi notatum habetur, quod ibi moriatur, vbi contingit malum, quod adeo verum est, quod si in vno actu plura sequerentur delicta in diuersis territorijs facta, quia in singulis territorijs per Iudices illorum locorum poterit puniri, Bar. in l. si Dominicum, ff. de furt. Abb. in c. 1. de raptor. n. 11. Boer. dec. 13. n. 47. Castr. cons. 458. Guid. Pap. qui asserit de communi in dec. 202. licet hoc in Iure cautum non sit, sunt enim innumeri, qui aliter sentiunt, vt latè apud Marsil. in l. fin. ff. de iurisdict. omnium Iudic. n. 212. vbi defendit contrarium, & idem procedit in seruo, qui potest puniri à Iudice delicti, etiam, quod in alio territorio habitet, imo Dominus in eo loco tenetur Dominis exibere seruum delinquentem, tex. est in l. fin. ff. de noxal.

4 Tertiò, facit, quod Iudex originis non potest facere, quod per se subditus originarius puniatur, qui in alijs territorijs delinquit. Marsil. in cons. 66. nu. 3. Alex. cons. 111. nu. 2. Laur. de pœnis inter cons. Zileti 103. Marsil. proximè citatus in cons. 110. vbi testatur de communi, quam etiam refert Gram. dec. 26. n. 6. vbi dicit non solum esse communem opinionem Canonicorum, sed etiam Legistarum, Thesaur. dec. 90. num. 2. quod alia ratione esse non poterit, nisi quia forum delicti præfertur foro originis.

5 Quartò adde, quod decidit Hyppol. aliàs citatus in l. fi. nu. 135. & 138. ff. de quæstionibus, vbi putat ea ratione forum delicti præferri foro originis, quoniam per delictum offensa est iurisdictio territorij delicti, & non originis.

6 Quintò facit, quod delinquentes in loco delicti puniendi sunt vt supra conclusum est, & vltra dicta ibi, adde text. in l. capitalium §. famosi ff. de pœnis l. fin. vbi Bald. ff. de noxal. Bald. in l. 1. de fin. agerib. non rumpendis, Soc. iun. in repet. c. qualiter, & quando num. 260. de accus. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 99. n. 6.

7 Adde etiam quod in tantum procedunt supradicta, quod priuilegiati delinquētes amittunt priuilegium, & puniuntur à Iudice delicti, gl. in art. 1. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi oportet, & in c. fin. de for. compet. & facit decisio Illustris. de Franch. 681. Ricc. collect. dec. 48. & 283. vbi Iudex loci delicti præfertur, ergo est principalior.

8 Ex his ergo relatis puro indubitatam esse hanc opinionem, s. forum delicti in remittendo præferri loco originis, quam amplia etiam vbi delinquens esset in potestate Iudicis, quia tunc forum delicti prefertur in remittendo foro originis, Calder. & Abbas in cap. fin. col. 9. in for. compet. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 11. in vers. in delictis. Plaga in libro delictorum c. 3. nu. 8. Marsil. sing. 83. Socc. Iun. vbi supra n. 4. Din. in l. Iurisperitus §. cū oriundus in princ. ff. de excusat. tut. Guid. Pap. in dec. 104. num. 3. & secundum hanc opinionem fuisse decisum in S. C. Neapol. testatur Dominus de Franch. dec. 37. per tex. in §. autem in auth. de defensor. Ciuit.

9 Ex qua ampliatione infero, quod si Iudex domicilij inquirat, & inquisitum cœperit, & petatur remissio à Iudice originis, & loci delicti tenetur remittere, sed remissio potius fiet Iudici delicti, quam originis, Iacob. in l. hæres absens §. si quis tutelam ff. de Iudic. n. 1. Boer. decis. 28. in fin. Thesaur. dec. 90. post num. 4. Peguer. in dec. Catalon. 4. in 2. notab. Illustrissimus de Franch. in dec. sup. cit. 37.

9 Conclusio non principalis. s. quod forum delicti preferatur foro originis in tribus casibus venit limitāda.

10 Primo limitatur, vbi Iudex domicilij præuenit Iudicem delicti in cognoscendo, nam tunc iudex fori originis præfertur, ita Bart. in l. & si amicis col. 1. n. 3. in princ. ff. de adulter. Bal. in auth. qua in Prouincia rubr. 6. C. vbi de crimin. agi oport. Alber. in l. hæres absens §. si quis tutelam in fine ff. de iudic. Abb. in ca. licet in fine de foro competenti, Socc. vbi supra, & Thesaur. in dec. 90. post numerum quartum.

11 Secundo limitatur, quod licet delinquens ratione delicti efficiatur de foro illius iudicis vbi delinquit, tamen non efficitur propriè subditus illius, glos. in capit. nuper de sentent. excommunicat. & in clem. 1. in verb. domicilij forum, de Foro competenti, Bal. in l. 1. in prima quæst. C. vbi de Crimin. agi oportet, Ioannes Andreas in c. 1. de priuileg. in 6. Din. l. Iurisperitus §. cum oriundus ff. de excusat. tutor. Paul. de Eleazar. in Clem. 1. in princ. de offic. ordinat. & Anchar. in c. postulasti in 2. quæst. & ibidem Socc. iun. de for. compet.

12 Tertio, & vltimo limitatur, vbi delictum habuit initium in loco originis, nam tunc iudex originis præfertur, & ratio potest esse, quoniam initium est inspiciendum l. 1. ff. de origin. Iur. Bar. in l. 1. ff. de pœnis, Bal. in l. 1. C. de eunuchis in fine, Belluga in speculo Principum in tit. de Amort. Rubric. 14. fol. 84. Cardin. Iacob. in tract. de lib. 5. art. 8. Apostilla ad Guid. Pap. in dec. 104. sed hæc limitatio non admittitur, & illum reprobat Illustris. de Franch. in dec. 37. n. 4.

RESOLVT. DCVII.

An Iudex cui fit remissio delinquentis teneatur stare processui facto per iudicem remittentem.

1 *Iudex, ad quem fit remissio delinquentis stare non debet processui facto per Iudicem remittentem, si is fuerit incom-*

incompetens.

2 *Amplia in Iudice Ecclesiastico, qui non stat processui facto per Iudicem secularem.*

3 *Et in Iudice seculari, cui remittitur Clericus degradatus, non enim stat processui facto per Iudicem Ecclesiasticum.*

4 *Et in imploratione brachij, nam Iudex laicus, cuius brachium imploratur, non tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici, nisi imploret pro executione sententiæ latæ, & num. 6.*

5 *Et in executione, quæ non debet exequi alio non quæsito, & processu non viso.*

7 *In crimine hæresis, Iudex secularis, cui traditur puniendus hæreticus, tenetur stare processui Iudicis Ecclesiastici.*

1 SÆpissimè dubitatur in tribunalibus, an iudex cui fit remissio delinquentis stare debeat processui facto per iudicem remittentem, & communiter concluditur in l. fin. C. si à non competenti iudice in partem negatiuam, tanquam factum à non competenti iudice, iux. decis. Cappellæ Tholosæ 425. & Iaffredi 104. & propterea nouus est formandus processus per Iudicem requirentem, Farinac. de Inquisit. quæst. 7. nu. 43. & seq. Artaman. dec. 4. de delictis, Guid. Papæ dec. 202. & in decis. 419. n. 1. & generaliter, quod non debet stare processui iudicio remittentis est videndus, Bart. in l. diuus in 1. col. ff. de custod. reor. & in l. non dubium ff. eod. & hanc esse communem opinionem scribit Dec. in c. at si Clerici de Iudicijs post Speculum in tit. de comp. Iudice in principio, & eandem opinionem nuncupat communem Viuius opin. 123. Clar. quæst. 36. n. 44. Cepol. cons. 11. n. 13. Gram. cons. 42. nu. 1. quam opinionem sic firmatam amplia, & limita in infrascriptis modis, &

2 Primo in clerico ad iudicem Ecclesiasticum per iudicem secularem remissum secundum communem opinionem, de qua testatur Dec. in cit. cap. at si Clerici in 3. col. Bal. in auth. si Clericus C. de Episc. & Cleric. Ruin. cons. 124. in princ. Aufrerius de potestate iudic. secularis sup. Ecclesiastic. reg. 4. num. 31. Cartar. qui similiter de communi testatur de exequut. sent. c. fin. num. 4. & 5. & Farinac. loco supra citato, latè Couarr. in libr. pract. quæst. c. 33. num. 7.

3 Amplia secundo in Iudice seculari, cui remittitur clericus degradatus, nam non tenetur stare processui facto per iudicem Ecclesiasticum, quia de nouo cognoscere potest, & hæc est communis opinio relata per Felyn. in d. c. at si Clerici in princip. n. 4. post Bart. in citata l. non dubium, Bal. in l. placet in fine C. de Sacros. Eccles. Cagnol. in l. cum quædam puella num. 63. de iurisdict. omnium iudic. Bart. dec. 90. in princ. Guid. Pap. dec. 574. Foller. pract. crim. §. pen. num. 56.

4 Tertio amplia in imploratione brachij, nam Iudex laicus cuius brachium imploratur non tenetur stare processui iudicis Ecclesiast. Innoc. in c. in fine de offic. ordin. Isern. & Affl. in proem. constitut. Regni post mundi machinam in glos. in verb. gladij n. 58. Barbos. dec. 88. Gram. cons. Ciuil. 109. col. 1. Marant. in suo specul. in disp. 1. n. 26. Couarr. in libr. pract. quæst. cap. 10. post principium. Felyn. in c. Significasti col. 2. in fine de offic. deleg. hoc tamen non procedit, quando implorant brachium pro executione sententiæ latæ per Ecclesiasticum super Bal. in auth. Clerici in princ. C. de Episc. & Cleric. Salyc. in l. ea quidem quæst. 10. C. de accusat. Angel. in leg. 1. in princip. C. de exibend. reis, Ias. in leg. magistratibus in 2. col. in medio ff. de Iurisdict. omn. iudic. & Boer. dec. 90. in principio.

5 Amplia quarto, etiam in executione, quæ non debet exequi alio non quæsito, & processu non viso iuxta latè tradita per Bart. & communiter per DD. in l. à Diuo Pio §. sententiarum ff. de re iudic. & in l. 1. C. de iur. & fact. ign. Paul. de Castr. in cons. 127. in fine. Felyn. in c. de cætero in 1. & 2. colum. de re iudic. & in c. cum sit generale col. 6. vers. 2. de for. competenti, & Bels. in tract. de foro competenti post n. 87. & ad prædicta est optimus tex. apud Canonistas in c. pastoralis §. quod autem de offic. delegati.

6 Limita principalem conclusionem, & sic quod iudex loci cui fit remissio, non teneatur stare processui iudicis remittentis, & primo quando iudex Ecclesiasticus peteret à seculari, vt solum sibi accomodet famiham pro executione suæ sententiæ; nam omnes DD. dicunt, quod iudex secularis non dicitur executor, & sic nullo modo potest cognoscere de viribus sententiæ Episcopi, ita notabiliter vult Alciat. in c. 1. n. 120. de offic. ordin. Ioan. in sua prax. 2. to. in proem. n. 9. Additio ad Diaz in pract. crimin. Canonica c. 154.

7 Limita secundo non procedere formato super crimine hæresis, nam iudex secularis cui traditur hæreticus puniendus, tenetur stare processui iudicis Ecclesiastici, Abb. in proem. constit. Regn. post mundi machinam in glos. in verb. gladij, num. 58. per doctrinam Panor. & post eum Imol. &c. in c. 1. extr. de offic. ordin. Salic. in leg. ea quidem quæst. 10. C. de accusat. Bal. in auth. Clerici C. de Episcop. & Cler. Angel. in l. 1. C. de exibit. reor. Ias. in l. magistratibus ff. de iurisd. omnium iudic. & latè Affl. in cit. loc. vbi dicit aliter procedere in cæteris sententijs, in tantum iudex secularis dicere posset volo videre processum si ritè, & rectè fuerit iudicatum per ea quæ dixit Innoc. in d. c. 1. ext. de offic. ordin. & Isern. in dicto proem. & idem sequitur Gram. cons. ciuil. 109. col. 1. & optimè Marant. in disput. 1. num. 26. & Ratio ea esse videtur, nam iudex laicus absque nouo processu tenetur exequi sententiam Inquisitoris fauore fidei ca. vt Inquisitoribus de hæret. lib. 6. Angel. in l. magistratibus ff. de iurisd. omn. iudic. In alijs verò Criminibus, in quibus pœna pecuniaria infligitur, vel alia leuis, idem est vt iudex alius exequatur sine nouo processu, per tex. cum glos. in c. postulasti ext. de foro competenti, & per notata per Ioannem Andr. in c. 1. mut. perit. in nouella, & in c. 1. de offic. ordinat. quod intelligendum puto quando sententia esset iusta, alias non teneretur exequi secundum Innocentium in c. cum in Iure extra de offic. delegat. sin autem infligitur pœna corporalis, vel altera magna, tunc poterit formari nouus processus.

RESOLVT. DCVIII.

A quibus, & quibus fiat remissio.

1 *Aliquando fit per Iudicem secularem Ecclesiastico.*
2 *Vel per Ecclesiasticum seculari.*
3 *Vel Magistro militum pro delicto à milite perpetrato.*
4 *Vel magno Admirato pro delictis maritimis.*
5 *Vel Collegio Medicorum.*
6 *Vel Iudici loci contractus.* 7 *Vel Rectori studiorum.*

QVæro à quibus, & quibus fiat remissio delinquentium; Respondetur infrascripto modo; videlicet,

1 Aliquando fit per Iudicem secularem Iudici Ecclesiastico, cuius materia agitur in c. si Iudex laicus de sent. excommunicat.

2 Aliquãdo fit per Ecclesiasticum Iudicem iudici seculari, de cuius materia agitur in c. licet, & in c. cum sit generale de foro competenti.

3 Aliquando fit Magistro Militum pro delicto à Milite perpetrato, de qua in l. Magisteria ff. de iurisdictione omnium Iudic. & latè Dominus de Franch. in dec. 88. Viuius in d. c. 254. Clar. in §. fin. qu. 35. Campagn. in c. Regn. emergentium 293. nu. 10.

4 Aliquando fit Magno Admirato pro delictis Maritimis, cuius materia agitur in cap. vbi periculum, vbi glos.

glos. de elect. tract. Frecc. in tit. de offic. Admirati Maris in princ. Illustris de Franch. in dec. 142. Bal. in tit. quæ sint regalia, vers. Armandæ, Luc. de Penn. in l. murileguli C. de murileg. lib. 12.

5 Aliquando fit collegio medicorum, de qua per Affl. in dec. 41. vbi videas Vrsill. aliquando fit Superiori alicuius artis, cuius materia agitur in l. fin. C. de Iurisdict. omn. Iudic. Illustris de Franch. in dec. 175.

6 Aliquando fit iudici loci contractus, cuius materia est in c. 1. §. contrahentes de for. compet.

7 Aliquando fit Rectori studiorum, cuius materia habetur in auth. habita C. ne filius pro patre.

RESOLVT. DCIX.

Remissio delinquentium quomodo fieri debet.

1 *Remissio fieri debet cum fida custodia.*
2 *Sine ignominia.* 3 *Quando dicatur cum ignominia.*

QVæro quomodo fieri debeat delinquentiũ remissio, & Respõdetur infrascripta obseruanda esse.

1 Primo, quod remissio fiat cum fida custodia, .s. cum seruientibus, vel cum catena in manibus, vel collo, Bal. in l. eos §. super his eod. de appell. Iacob. in l. quoties eod. de iudic. n. 8. Angel. in §. 1. in auth. de defensor. Ciuit. Hippol. de Marsil. in l. vnoquoque ff. de qq. n. 108. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 33. n. 5. Paris. in tract. de sindicatu in verb. remissio: limita tamen in clerico inquisito de leui delicto, quia tunc sine seruientibus remitteretur ad Ecclesiasticum Iudicem, Bellon. cons. 57. n. 12. Aufrer. In decis. Cappellæ Tholos. 273. & in clem. 1. q. 2. num. 20. de offic. ordin. Cepoll. cons. 11. n. 17. Boer. concl. 303. circa finem, Garsias concl. 421. Carau. rit. 235. post n. 7.

Practica verò remittendi Clericum est, quod vbi Iudex Ecclesiasticus non est in loco iudicis remittentis capiat fideiussores idoneos, qui promittant talem Clericum assignare, & præsentare coram eo, & demũ constituat aliquem procuratorem ad recipiendum carceratum, & Iudex secularis consignet ipsum illi procuratori dimissa procuratione pœnes acta, Carau. Rit. 235. n. 7. Boss. de for. compet. n. 20. Gulielm. Benedict. in c. Raynut. vers. & vxorem nomine Adalesiam concl. 2. n. 147. vers. prædicta de testamentis.

2 Alterum quod obseruari debet in hac remissione est scilicet, quod fiat absque ignominia, Bal. in l. Iulia ff. ad l. Iuliam de vi publ. Bal. in l. fin. ff. de Custodia reorum, Gemin. in c. 1. §. contrahentes cons. 2. n. 3. de for. compet. Couarr. pract. quæst. c. 10. num. 12. Arnon. solil. 36. de Franch. decis. 37. & Carau. loc. cit. Foller. in pract. Crimin. verb. Audiantur excusationem post num. 43. hinc est, quod officialis, qui remittit delinquentem cum ignominia, dicitur committere vim publicam, tex. est vbi Bart. in l. vilia ff. ad l. Iul. de vi public. Bal. in auth. si vero col. 3. num. 6. Cod. de bonis authoritate Iudicis possidendis, Ias. in l. falso 2. notab. C. si contra Ius, vel vtilit. public. Hippol. Bonacoss. lib. communiũ opinionum vers. remissio, Gabr. Rom. de Crimine qu. 27. n. 30. vbi etiam dicit, quod officialis tenetur remittere delinquentem associatum, & periculo sui, allegat tex. in §. si verò, in auth. vt nulli iudicum, & Marian. Soccin. in c. postulasti vers. ad sextum de foro comp. & de tali remissione sic ignominiosè facta potest iniuria puniri, Dom. de San. Geminiani in c. fi Iudex §. fin. de sent. excommunicat. in 6. Archidiac. in quem pœnitet vers. oportet de pœnitentia dist. 1. Petr. de Bellug. in spetie principali, & tit. de præposit. grau. §. videamus n. 11. vsq; ad finem fol. 45. Bal. in aut. Si vno C. de bonis authoritate iudicis possid. Ang. in §. 1. auth. de defensoribus Ciuitatum ad finem, & dicit Paris de Put. in tract. de sindicatu in verb. remissio, quod quidã Regens M. C. fuit priuatus officio pro eo, quod cum ignominia remiserat clericum ad suum Episcopum, vt referunt Carau. d. rit. 235. Boc. dec. 303. Clar. lib. 5. sententiarũ §. fin. q. 36. & per hoc probatur cõsuetudo quæ extat in aliquibus Prouincijs, quod fiat talis remissio cum irrisione maxima, & plerumque cum mitra, & tubis sonantibus, vt testatur Angel. in l. Iulia ff. ad l. Iuliam de vi publica, Ioseph Ludou. dec. Perus. 29. n. 6. Clar. in §. fin. q. 36. fol. 129. num. 43.

3 Sed dubitari poterit quando dicatur fieri cum ignominia. Respond. quod vbi fieret cum mitra, vel tubis sonantibus, vel cum catena in collo, quoties casus hoc non requireret, tunc enim diceretur potius ob ignominiam, quam ob custodiam, ita Carauit. dicto rit. 236.

RESOLVT. DCX.

An remissio delinquentis sit facienda Iudici, qui nullam in delinquente iurisdictionem habet.

1 *Non est facienda Iudici, qui nullam in delinquentem iurisdictionem habet.*
2 *Cum Iudex est incompetens, captura est incompetens.*
3 *Qui nullam iurisdictionem habet, nullam potest infligere pœnam.*

PVnctus præsentis quæstionis est, si remissio delinquentis sit facienda Iudici, qui nullam in delinquẽtem iurisdictionem habet, & ad hoc vt benè deciaretur, & quod possit excipi veritas, est aduertendũ, quod in hoc DD. non sunt concordes, nam reperiuntur duę opiniones Doctorum, quæ contrariantur.

1 Prima fuit Butri) in c. vult. nu. 9. de foro competenti, qui voluit nullo modo remissionem posse fieri, quam opinionem sequitur Aret. de iudic. n. 12. & 13. Boss. vbi dicit de communi in tit. de foro competenti n. 52. & seq. Grat. dec. 26. Thesau. decisio. 90. post nu. 5. Fachin. in lib. controu. iur. c. 122. & Farinac. de Inquisit. 7. n. 37. & seq. vbi hanc quæstionem disputat, quorum opinio fulcitur ratione, & authoritate. Ratione enim probatur ex eo, quod dum quis est Iudex incompetẽs, captura censetur quoque incompetens facta, iuxta decisio. Thesaur. 217. Iosephi Ludouici 76. de Franch. dec. 415. & ideo vti iniustè captus debet liberari, & nõ remitti per tex. in l. non est verisimile §. fin. ff. de eo, qui metu causa authoritate enim probatur per tex. in c. 1. de priuileg. in 6. vbi patet exemptum ad locum delicti esse remittendum, tamen non ab ordinario, à quo in eum nullam iurisdictionem obtinet. Ita etiam Peguer. in decis. 66. n. 19. vbi dicit de communi.

3 Probatur insuper alia ratione, nam remissio fit ad finem puniendi delinquentem, sed in eum, in quem nullam iurisdictionem habemus, nulla infligi potest pœna c. à nobis de sentent. excõmunic. ergo cessat remissio, quibus rationibus addas, quod qualitas, quæ tribuit iurisdictionẽ in primis, & ante omnia est probanda, Afflict. dec. 290. Misinger. cẽtur. 2. obser. 1. sed talis qui cepit delinquentẽ, nullã qualitatẽ verificauit, igitur nullam iurisdictionem in captũ obtinere potest.

4 Altera sit opinio contraria aliorum .s. quod voluerunt posse fieri remissionem. Cuius authores fuerunt Calder. & Abbas in c. fin. n. 16. de foro competenti, & innumeri, quos refert, & sequitur Couarr. pract. q. c. 11. n. 6. Soccin. Iun. in c. postulasti n. 14. vers. non oberit de foro competenti, Foller. pract. crimin. fol. 136. Clar. §. fin. quæst. 90. Peguer. dec. 2. in fin. mouentur per tex. in §. audient in authent. de defensor. ciuit. vbi Imperator per hæc verba audient quoque leuiora crimina, & castigationi competenti tradent, & eos, qui in maioribus criminibus capiunt, detrahentur in carcerem, & mittant ad Prouinciæ Præsidem.

RESOLVT. DCXI.

An in leuibus delictis remissio locum habeat.

1 *Delicta grauia, vel leuia, vel atrocissima.*

1 PRo huius quæstionis dilucidatione, antequam ad eius resolutionem deueniamus, est præmittendum delictorum quædam leuia, quædam grauia, & quædã atrocissima reperiri, & licet certa regula non tradatur à DD. quænam dicantur delicta leuia, seu grauia, nihilominus dicendum est, quænam dicantur delicta grauia, vel leuia, remittendum esse arbitrio iudicis, vt per Soccin. cons. 32. Dec. cons. 65. Barbat. cons. 48. vol. 2. Menoc. de arbitr. iudicũ lib. 2. cent. 3. casu 266. quare his suppositis deueniendo, vndè digressi sumus, dico remissioni non esse locum in leuibus delictis ex dispositione text. in l. desertorem in princip. ff. de re militari, arguendo à contrario sensu, cui additur etiã tex. in §. si quis comprehensorem in auth. vt nulli iudicum, Calder. in c. 1. de rapt. Cynus, & reliqui cõmuniter in auth. qua in Prouinc. C. vbi de crim. agi oportet, vbi refert in casu delictorum leuium iudicem nullã habere remissionem in delinquentem, & propterea, minimè esse remittendum, & iuxta prædictam opinionem sequitur decidẽdo Cappell. Tholos. in dec. 319. Colet. dec. 71. Couarr. pract. quæst. c. 11. n. 8. vbi parificat forum conscientiæ, & delictum leue, itaut quemadmodũ in foro conscientiæ non fit remissio, ita nec in leuibus, Conrad. pract. crimin. §. fin. quæs. 12. Duen. regul. 378. limit. 3. Clar. quæst. 38. vers. scias tamen, Collect. in c. fin. in fine, principij de for. comp. Aufrer. ad Cappell. Tholos. in decis. 316. post Panor. loc. cit. c. fin. n. 15. Farinac. de Inquisit. quæst. 7. n. 45. & Peguer. & Cappell. locis sup. cit. quorum ratio duplex est.

3 Primò, quia remissio fit cum grauia sunt crimina, Bos. de for. compet. num. 178. Foller. loc. supra cit. n. 12. Carrer. in l. obseruare n. 145. C. de appell. Farinac. loc. cit. num. 59.

4 Secunda est, quia remissio non conceditur, nisi quoties agitur de criminis cognitione l. si cui §. fin. ff. de accusat. auth. qua in Prouinc. l. vbi de crimin. agi oportet, sed in leuibus quis non venit puniendus l. leuia ff. de accusat. & communem dicit Bonacossa in verb. remissio colum. 2. in princip. pag. 146.

RESOLVT. DCXII.

An vt remissio fiat, sit necessaria criminis cognitio.

1 *Est necessaria, vt fiat remissio ad locum delicti, & 3.*
2 *Limita in remissione, quæ fit per iudicem secularem iudici Ecclesiastico.*
3 *Et quæ fit per Ecclesiasticum secularem.*

1 QVæro an vt remissio fiat ad locum delicti sit necessaria criminis cognitio, & respondetur affirmatiuè, & sic quod sit necessaria ista criminis cognitio, Gl. in Clem. pastoral. in ver. de mora de sent. & re iud. Bar. & Bal. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet nu. 2. & in l. fin. num. 13. ff. de public. & in l. si cui §. fin. in fine ff. de accusat. Oldrad. cons. 124. Alex. cons. 25. col. 2. n. 6. vol. 3. Dec. cons. 336. n. 6. vol. 2. Mantic. cons. 17. vol. 1. Bursat. cons. 49. eod. vol. Menoch. cons. 557. n. 5. vol. 4. Corn. cons. 26. Gabriel. in cit. Clem. pastoralis, Mand. cons. 23. n. 3. volum. 1. Aret. in c. fin. col. vltim. n. 20. & itidem Felyn. n. 10. de for. compet. Gamm. in dec. Lusit. 363. est tex. in l. 1. §. Item illud ff. ad Syllanian. Rota Lucensis in dec. 319. & alios quos ego ipse cumulo in quæst. 3. requis. 2. & sic seruari in praxi testatur Mars. in pract. Crimin. §. opportunè n. 32. Guid. Pap. dec. 202. in 4. requisito, Boer. dec. 29. Franc. Marc. dec. Delfin. 88. & latè more suo Couarr. pract. q. c. 11. n. 5. Cenallus in q. 154. n. 4. vbi citat. alios pro, & cõtra.

2 Contra tamen hanc opinionem sunt, qui obstant per plura media, quod infrà dicenda sunt. Primò, quod cum iudex remittens sit merus executor non cognoscit de causa, leg. & si non cognitis Cod. de diuers. rescript. leg. sicut proponis Cod. de execut. rei iudic. Bar. in l. à diuo Pio §. si super rebus in princip. ff. eod. & tex. in c. nouit de appell.

Secundò obstat, quod vult tex. in c. si iudex laicus, de sententia excommunic. in 6. vbi iudex requisitus, vt remittat delinquentem non cognoscit si delinquerit, vel non,

Tertiò obstare videtur, quia præsumptio est pro iudice petente remissionem c. in præsentia in princ. de renunc. c. sicut de sent. & re iudic. Bart. in l. Nesenius §. Caia ff. de euictionibus, & Ias. in l. pacta nouissima in 2. col. in princ. C. de pactis.

Quartò, quod cum per remissionem petitam iudex remittens declaretur incompetens auth. qua in Prouinc. C. vbi de crimin. agi oportet, non iure cognoscit de re in qua est incompetens l. 1. C. si à non comp. iudic. c. ea quæ fiunt de regul. iur.

Quinto obstat tex. in c. at si Clerici C. de Iudic. vbi iudex secularis non potest cognoscere de delicto Clerici detenti per ipsum, vbi notum est illum esse Clericum, & cognoscens puniretur, Bart. in l. eos §. super his C. de appellat. Oliua ad ritum Curiæ Archiepisc. 38. num. 3. imò in hoc casu laberetur in duram sententiam excommunicationis nisi hoc incidenter fecisset, ita Nauar. c. 27. num. 70.

3 His tamen non obstantibus puto non esse recedendum à prima opinione cum illa sit communis, vt per Chircou. lib. commun. opin. cent. 2. contr. 47. & pro ea est glosa communiter recepta in l. Clem. pastoralis in vers. de mora de sent. & re iudic. quam vltra alios approbat Angel. in l. 1. C. vbi causæ status nu. 10. de foro competenti, vbi dicit, quod iudex peritus semper debet cognoscere, An reus sit culpabilis, nec passim sequi iniustos requirentium appetitos.

Pro qua communi opinione duo affero rationes, quarum Prima est, quia vbi potest esse tertij præiudicium adhibenda est causæ cognitio l. Nequicquam §. vbi decretum ff. de offic. procõs. facit tex. in l. in omnibus ff. de regul. Iur. Bart. in l. iudices in 2. notab. C. de iudic. Angel. Aret. in §. 1. n. 3. institut. de act.

Secunda est ratio, ne alioqui infamia quis innocens innotetur, Bal. in l. 1. in fine ff. de iudic. Cald. in repet. c. de illis, in 3. col. 17. de raptoribus. Ioannes Andreas in c. Romana §. contrahentes de foro competenti in 6. facit ad hoc tex. in leg. absentem in primo responso ff. de pœnis.

4 Opinio tamen principalis limita dupliciter, & Primò, in remissione, quæ fit per iudicem secularem iudici Ecclesiastico, quia non poterit iudex secularis cognoscere de delicto commisso per Clericum cap. at si Clerici, vbi Doct. de Iudic. Bal. in l. eos §. super his C. de appellat. Oliua ad Ritum Curiæ Archiepiscopalis c. 38. num. 33. & Nauarr. c. 27. num. 70.

5 Secundò, limita in remissione quæ fit per Ecclesiasticum iudici seculari, vt cum remittit hæreticum, ita est tex. in c. inquisitioni §. prohibemus de hæret. in 6. Bart. in l. diuus ff. de Custodia reorum. Ias. in l. magistratibus ff. de iurisd. omnium iudic. Boer. in dec. 90. n. 2. allegat Alex. & Iac. de S. Gregorio in citata l. Magistratibus, latè Felyn. in c. ad abolendũ de hæreticis.

RESOLVT. DCXIII.

Iudex vtrum possit cogi ad remittendum delinquentem.

1 *Iudex potest cogi ad remittendum delinquentem.*

2 *Etiam*

2 *Etiam post latam sententiam, vt executio fiat in loco delicti.*
3 *Nisi iudex domicilii nõ requisitus præuenerit in captura.*

1 REspondeo affirmatiuè, & sic quod ad remittendũ delinquentem iudex cogi possit, moueor, nam potest iudex loci delicti requirere iudicem domicilij, vel originis, vt capiat delinquentem, ad hoc vt sibi remittat, tex. est in §. si quis compræhensorum in auth. vt nulli iudic. & in l. solent ff. de custod. reorum, Glos. in Clement. pastoral. de re iudic. Soccin. nepos in ca. postulasti vers. quoad tertium, & Fel. post alios in c. fin. de foro competenti, Bart. in l. 1. in princip. Cod. vbi de crimin. agi oportet, & in leg. si cui §. fin. ff. de accusat. notant omnes DD. in auth. qua in Prouincia Cod. vbi de crimin. agi oportet, Viu. in Silua commun. opin. 420. n. 3. & est communis opin. DD. relata per Boss. in tit. de foro competenti n. 49. vbi etiam dicit, quod cogitur iudex cui scribitur hoc facere, & vbi non vult cogitur à superiore, Cæpoll. consil. crimin. 58. n. prim. versic. primum est, an de iur. communi, Curt. Iun. in l. hæres absens §. 1. n. 5. ff. de iudic. Clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 38. vers. est autem.

2 Amplia vt cogi possit etiam post latam sententiam ad hoc, vt executio fiat per iudicem loci delicti, Alex. in leg. à diuo pio §. sententiam colum. 4. versic. & sic erit conclusio ff. de re iudic. Bal. in leg. fin. ff. de Senat. Dec. in cap. quod in Ecclesiarum de constitut. Brun. consil. 2. colum. 10. & seq. Bossius loc. cit. n. 49.

3 Limita conclusionem principalem non procedere, vbi iudex domicilii, seu originis non requisitus præuenerit in captura, quia tunc ratione præuentionis nõ potest cogi à iudice loci delicti, vt remittat, Alber. in leg. hæres absens §. si quis tutelam n. 8. ff. de iudic. Anchar. in c. postulasti nu. 14. de foro competenti, Castr. in l. à diuo Pio §. sent. ff. de re iudic. Soccin. in 4. fallent. reg. 335. Nonius consi. 90. num. 5. Gomez var. resolut. tom. 3. c. 1. in tit. de delictis num. 87. Clar. loc. cit. Couar. pract. quæst. c. 11. num. 6. Farinac. de Inquisit. quæstion. 7. numer. 49.

RESOLVT. DCXIV.

An remissio locum habeat quoties pro delicto non criminaliter, sed ciuiliter agitur.

1 *Remissio non habet locum, vbi pro delicto agitur ciuiliter.*
2 *Siue sit delictum leue, siue grauissimum.*
3 *Quando dicatur agi ciuiliter pro crimine.*

1 QVæritur an remissio locum habeat vbi pro delicto non criminaliter, sed ciuiliter agitur. Respondetur negatiuè, & sic quod minimè habeat locum, pro vt in simili idem tenuisse Calder. in c. 1. in 2. col. n. 3. de raptor. testatur Cinus in authentic. qua in Prouincia in fine post nu. 6. C. vbi de crimin. agi oportet, Bart. in leg. si cui in fin. ff. de accusat. Bald. in leg. exequutorem in 2. notabil. Cod. de execut. rei iud. Castr. in leg. si ego in principio ff. si certum petatur, Collect. in c. postulasti de foro competenti in fin. Oldrad. consi. 224. Cæpoll. consi. 59. in fin. August. de Aritm. in addit. ad Angel. de Malefic. in verb. & ibi, Caputaq. colum. 8. in versicul. tu adde, Abb. in d. c. fin. num. 15. de foro competenti, Couarr. pract. quæstion. c. 11. post nu. 7. Hyppol. de Marsil. in sua pract. Crimin. §. diligentem post n. 33. in princ. Artam. in sua pract. forens. obseru. 7. tit. 50. fol. 357. Cassan. in consuet. Burgundiæ rubr. 12. num. 7. Imol. in Clement. pastoral. Giacciar. in sua collect. commun. opin. in verb. remissio. Lud. in pract. crim. fol. 177. in versic. homicidium puniatur, Boss. de foro competenti fol. 57. Fol. in pract. crimin. fol. 112. in princip. Grat. in decis. Rotæ Marchiæ 80. numer. 3. Decian. in tract. crim. cap. 19. tit. de remiss. reorum lib. 4. tom. 1.

Amplia conclusionem hanc pluribus modis.

2 Primò, siuè delictum sit leue, siuè grauissimum, Cappell. Tholos. decis. 319. Guid. Pap. in dec. 202. Franc. Marc. dec. 313. tom. 2. post Alex. consi. 415. n. 3. volum. 2. Dec. consil. 217. n. 4. volum. 1. Bursat. consil. 23. eod. vol. & est communis opinio relata per Iulium Clar. in pract. Crim. fol. 131. vers. item q. 38. n. 22.

3 Amplia secundo, etiam in ciuilibus, nam in his non habet locum remissio, Bart. & DD. in l. hæres absens ff. de iudic. Soccin. reg. 336. Diar. reg. 514. Couarr. pract. quæst. c. 10. Iaffred. dec. 12. Baiard. ad Clar. quæst. 38. n. 74. quod non tantum procedit in leuibus ciuilibus, sed etiam in grauioribus, & atrocioribus dum agitur ciuiliter. Gram. consi. 27. num. 9. Aufrer. in addit. ad Cappell. Tholos. dec. 319. Guid. Pap. dec. 202. in addit. in lit. C. Cassaneus in consuet. Burgun. rubr. 12. nu. 6. Marsil. in pract. crim. §. opportunè sub num. 33. & est communis opinio per Panor. quem citat, & sequitur Farinac. de inquisit. quæst. 7. n. 37. in med. Bonacossa in commun. opin. p. 1. in verb. remissio rei col. 2. pag. 146. Cæuall. quæst. 154. n. 1. Menoc. cas. 228. de arbitr. iudic. ex num. 8. Guttier. de iur. confir. n. 3. Capib. Ioseph Ludouic. dec. 74.

Duo tamen assignari possunt rationes pro conclusione principali.

4 Prima, quia remissio ad locum delicti fit in exemplum aliorum arg. tex. in §. si quis vero comprehensorum, auth. vt nulli iudicum, quæ ratio cessat in delicto ciuiliter intentato, & hanc rationem putat esse veram, Alberic. in c. num. 15. de foro competenti. Felyn. in c. cum sit generale num. 22. eod. tit. Soccin. d. reg. 333. Duen. reg. 366. limit. 5. Marsil. pract. crimin. §. attingam nu. 14. Secunda est ratio, quia quando ciuiliter agitur pro crimine, non potest procedi ad reum puniendum, vt testat. Clar. pract. crimin. §. fin. quæst. 37. num. 19. & quæst. 38. num. 23. Iodoch. pract. crim. c. 91. num. 13. Ann. alleg. 71. num. 5. volum. 2. & Corset. in singul. in verb. remissio.

5 Quando autem dicatur pro crimine agi ciuiliter, vide latè Bart. in l. licitatio §. quod illicitè ff. de public. & in l. ait prætor ff. de Sepulcr. violat. Bal. consi. 192. col. pen. vol. 3. & in quibus casibus possit crimine agi ciuiliter, & criminaliter, vide quos in summa institut. de l. Aquilia, & in leg. damus C. ad l. Corneliam de falso.

RESOLVT. DCXV.

An Romana Curia alibi delinquentem remittere teneatur.

QVæro an Romana Curia alibi delinquentem remittere teneatur, Respondeo negatiuè. Oldrad. consil. 124. in fin. Innocent. in cap. at famæ 2. colum. num. 17. de sentent. excommunic. Abb. in cap. fin. post num. 8. de foro competenti, Felin. in cap. cum autem in 2. consil. numer. 10. de accusat. Couarruu. practic. quæstion. c. 11. post numerum 6. & lib. 1. variar. resolut. capit. 6. num. 4. Puteus decis. 129. par. 2. Ioseph. Ludouic. decisione 36. num. 4. in fi. Clarus practic. crimin. §. fin. quæstione 8. folio 131. numero 23. Boss. de foro compet. num. 18. & ita se testatur Mant. consil. 17. volum. 1. n. 4. S. Rom. ff. ad municip. Franc. & Dec. in c. Meminimus de appellat. Boer. decisione 29. nu. 7. in notatu crimin. tit. vbi de crimin. agi oportet, Beluis. in practic. pag. 43. num. 30. Franc. & Dec. in cap. Meminimus de appellat. in fine latè Farinac. de inquisit. quæst. 7. sub num. 12. per totum.

RESOLVT. DCXVI.

An Vagabundus delinquens sit remittendus ad locum delicti.

1 *Vagabundus quis sit, & 7.*
2 *Vagabundus in atrocioribus remittendus, secus in leuioribus.*
5 *Limita, vbi Iudex loci delicti peteret vagabundum captum ad se remitti.*
6 *Et vbi territoria essent distincta.*
7 *Et in eo, qui non est propriè Vagabundus.*
8 *Et quando Vagabundus satis dare vellet de stando iuri in loco domicilij.*

1 PRo intelligentia huius quæstionis scire debes, amātissime Lector, quod ille propriè dicitur vagabūdus, qui non habet certam habitationem, sed vagatur modo huc, modo illuc, doctrina fuit glos. in l. eique quod §. celsus in vers. domicilij ff. ad municip. quam sic intelligit Decian. in suo tract. crim. gl. in l. 4. §. ait prætor in vers. habitationem de damno infecto, vbi Bart. in 1. notab. num. 24. quam sequuntur glos. & Doctores in l. hæres absens §. at si quis in glos. in verb. debebit de iudic. Innoc. & glos. vlt. in c. fin. de eo qui mitt. in proces. caus. rei seru. Specul. in tit. de competenti iudice §. 1. num. 30. vbi Ioann. Andr. in addit.

Sed his omissis, & deueniendo ad materiam nostræ quæstionis sciendum est, quod in hac quæstione tres reperio DD. sententias varias, & inter se contrarias.

2 Prima est, Anton. in cap. fin. de for. compet. quem sequitur Anchar. in c. postulasti eodem titulo, qui tenent distinguendo, quod aut sumus in atrocioribus delictis, & debet fieri remissio, aut sumus in delictis leuioribus, & tunc non facienda est remissio, & sic cessare debet.

3 Secunda fuit opinio, quod remitti debeat, cuius Autores fuerunt Cardin. in c. 1. de raptorib. Panorm. in c. fin. de for. comp. vbi etiam Butr. Couarr. in li. pract. quæst. c. 11. num. 7. Soccin. Iun. in c. postulasti de for. compet. num. 15. Innoc. in cit. cap. 1. de raptor. Conrad. in tit. Inquisitione num. 12. in 3. ampliatione, Fachin. in lib. controu. iur. cap. 24. lib. 9. quæ opinio posset defendi per text. in l. desertorem ff. de re milit. l. solent ff. de custod. reor. vbi habetur, quod debet remitti delinquens ad delictum nulla facta distinctione de Vagabundo, & non Vagabundo, ergo cum loquatur generaliter, ita deberet intelligi, enim hæc generaliter loquens ita est intelligenda text. est in l. filium de legat. præstand. l. de pretio ff. de publiciana in rem actione. Ludouic. de Roma in leg. si vero ff. soluto matrimonio.

4 Tertia fuit opinio glos. in l. 1. C. vbi de crimin. agi oportet, quæ tenet, quod non debeat remitti, quam sequuntur Guid. Pap. in dec. 202. Duen. in reg. 378. limit. 4. Cepoll. cons. crimin. 58. n. 23. Hyppol. de Marsil. in cons. 86. num. 13. cum seq. Peguer. in dec. Cataloniæ 3. n. 10. Ioseph Ludouic. dec. Lucens. 16. n. 19. Clar. in pract. quæst. 93. vers. cæterum si reus, Bart. in l. hæres absens §. proinde ff. de Iudic. num. 4. Gram. dec. 26. nu. 9. Bellarm. consil. 11. in 1. col. Bos. de for. compet. nu. 70. Iodoch. pract. crimin. in tit. de inquisit. num. 27. in fin. glos. in l. 1. C. vbi quis de Curiali cohortali, & est communis opinio relata per Soccin. in reg. 87. in 7. fallent. quam communem opinionem limitare poteris pluribus modis.

5 Primò limita, vbi Iudex loci delicti peteret vagabundum captum ad se remitti, enim tunc non poterit puniri, per capientem, sed venit remittendus ad locum delicti, Soc. Nepos in cap. postulasti de for. compet. n. 15. Fachin. in lib. Controu. iur. cap. 24. lib. 9. Abb. & Canonistæ in c. fin. de foro competenti num. 25. Conrad. de Inquisit. in tertia ampliat. num. 12. latè Farinac. in sæpius cit. q. 7. de inquisit. num. 14. licet contrarium asserant Nouell. in reg. 220. in prima Fallent. & Duen. in reg. 378. limit. 4.

6 Secundò limita, vbi territoria essent distincta, & sic sub varijs principibus non recognoscentibus superiorem enim tunc non est puniendus à iudice in cuius territorio non fuit commissum delictum, Fulgos. in consil. 149.

7 Tertiò limita in eo, quod non est propriè vagabundus, sed quasi vagabundus, propriè aut vagabundus ille, qui per Mundum vagatur, vt in princip. dictum fuit glos. in leg. eius qui, ff. ad municipal. Hyppol. de Marsil. in consil. 86. n. 13. Peguer. dec. 3. n. 9. Cepoll. consil. 58. n. 24. Menoch. in suo optimo tractatu de arbitr. iudic. cas. 531. num. 1. lib. 2. Riminal. consil. 445. num. 35. volum. 3. Bar. & cæteri in leg. 3. de damn. infect. Tiraq. in tract. retract. lignag. §. 9. versic. ad domicil. num. 34. quem citat, & sequitur Mascard. in conclus. 1402. num. 2.

9 Quarto limita quando vagabundus satisdare vellet de stando iuri in loco domicilij, Ruin. consil. 18. num. 3. vol. 4. Nouell. regul. 220. Fallent. 6. Bellam. consil. 11. colum. 1. Cirill. in nou. crimin. in tit. vbi de crimin. agi oportet probat ad fin. Monach. in cap. Inquisitores n. 5. de hæreticis in 6. licet hanc fallentiam non admittat Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 13. num. 6. quem allegat Farinac. loco superius citato.

RESOLVT. DCXVII.

Vtrum iudex delicti teneatur requirere Delinquentis Remissionem ad huc vero debeatur sine petitione.

1 *Quamuis remissio ab iudicibus, ad forum delicti fieri debeat, etiamsi delinquens esset condemnatus in loco originis, vel domicilij.*
2 *Tamen fieri non debet sine petitione iudicis loci delicti; etiam pro grauioribus, num. 7.*
3 *Limita, nisi iudex velit reum remittere ex vrbanitate, etiamsi non petatur.*
4 *Et in Clerico, qui remitti debet absque requisitione.*
5 *Vel fuerit præuentio in casibus, vbi locus est præuentioni.*
6 *Non tenetur iudex remittere reum, etiam iudice delicti petenti, quotiescunque per sententiam ipsum reum iudex, qui præuenit, condemnauit.*

1 CLarum est in corpore iuris, quod remissio ab alijs iudicibus delicti forum fieri debet, vt in quæst. 6. cogimus, & probat tex. in §. si quis comprehensorum, Bart. & Bal. in leg. 1. Cod. vbi de crimin. agi oportet, Abb. & Felyn. in cap. fin. de for. compet. quod adeo procedit, quod etiam si esset condemnatus in loco originis, vel domicilij secundum Bart. in l. si cui §. fin. ff. de Accusat. deberet remitti, quem sequitur Bal. in l. exequutorem C. de execut. rei iudic. num. 24. Alciat. cons. 13. tom. 2. lib. 7. ratio autem est, quia non videtur satis punitus, nisi etiam in loco delicti puniatur, Reipublicæ enim fit iniuria publica, & priuata fit parti læsæ, vt ait Bal. supra Couarr. pract. quæst. c. 11. num. 9. Bal. & Bart. in cit. l. exequutorem, num. 7. Alciat. in c. pernicioſum de officio ordinat. num. 131. quod tamen sub eodem Principe est intelligendum, vt vnica tantum fiat executio, poterit igitur iudex originis, vel domicilij tunc procedere, vel quando à delicti iudice non proceditur, vel quando ibi fieri executio non posset: quia reus puta sit contumax, aut ibi nihil possideat, vt senserunt Iacob. à Bellouiso in c. Romana §. contrahentes n. 1010. de for. compet. in 6. Gram. dec. 26. vt refert Vulpellus in cons. crimin. 96. num. 16. licet in iure non sint concordes.

2 Sed

2 Sed his postpositis ad conclusionē propositā respondeo affirmatiuè, enim non petenti non fit remissio dicit tex. in §. si quis vero comprehēsorum in Auth. vt nulli iud. Bal. & alij in cit. leg. 1. C. vbi de crimin. agi oportet. Anan. & Abb. in c. 1. num. 8. de raptor. vbi Butr. in 2. notab. Calder. in repet. cap. fin. eod. tit. Abb. in cap. fin. colum. 8. & ibidem Felyn. colum. 4. de for. compet. Boss. eod. tit. num. 46. Guid. Pap. dec. 202. num. 2. vers. 6. & ibi in addit. lit. B. Marsil. in pract. crimin. num. 33. Couarr. pract. quæstion. cap. 11. num. 4. versic. 20. & n. 5. versic. 3. Diaz pract. crimin. Canonica ca. 8. 9. & 10. Aufrer. in addit. ad Cappel. Tholos. dec. 319. Gram. dec. 26. num. 8. de Franch. dec. 98. num. 5. & hanc esse communem opinionem dicit Cin. in d. auth. qua in Prouincia colum. 2. num. 10. Clar. pract. crim. quæst. 38. versic. est autem, & ita iudicasse Senatum Delfinatum testatur Franc. Mar. in decis. 83. part. 2. post Cæpollam consil. crimin. 959. & Alber. in l. si cui §. fin. ff. de accusat. & in leg. solent ff. de custodia reorum.

3 Cuius sententiæ, & opinionis ea ratio esse mihi videtur cum iudex omnia agere debeat ad petitionem l. 4. §. prætor ff. de damn. infect. l. si ex testamento ff. de except. rei iudicatæ l. fin. C. de fidei comm. liber.

4 Primò limita nunc hanc communem opinionem pluribus modis, vt infra limita, quia iudex potest reū remittere ex vrbanitate etiam si non petatur, Abb. consil. 24. vol. 1. Alex. consil. 324. vol. 1. Dec. consil. 317. numer. 4. vol. 1. Bursat. consil. 415. volum. 3. Farin. de inquisit. pluries citatus num. 39. Bossius de foro competenti fol. 217. n. 140. Foller. pract. crim. num. 25. fol. 247. Felyn. in capit. fin. numer. 10. de foro competenti.

5 Secundo limita in Clerico, qui remitti debet absque requisitione, probat tex. in c. vt ianuæ, & ibi Abb. in 3. notab. Felyn. in d. cap. fin. nu. 18. de foro compet. Carauit. rit. 301. n. 6. facit tex. in §. illud palam in auth. vt Clericos apud proprios Episcopos.

6 Tertiò limita quando fuerit facta præuentio in casibus, vbi locus est præuentioni, Iacob. de Rauenn. ibique Alber. in l. hæres absens §. si quis turelam num. 8. ff. de iudic. Iacob. de Belui. in repet. c. 1. §. contrahentes num. 121. de for. compet. in 6. Anchar. in c. postulasti num. 14. de for. compet. & in c. 2. n. 8. de const. in 6. Couarr. loc. cit. num. 48. Felyn. in c. fin. de for. compet. Alex. in l. à diuo Pio §. sententia col. 4. vers. sic erit sentent. ff. de re iudic. & ante omnes Inn. in c. ex ore in 2. colum. num. 17. de re iudic.

7 Amplia insuper dictam conclusionem, quod procedit etiam in delictis grauioribus, communiter DD. in auth. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oport. & sequitur Bart. in l. si cui §. fin. n. 1. in fin. de acc. & glos. in d. Clem. 2. de re iudic. in verb. de more, & glos. vlt. in c. fin. de rapto, idem tenet Pet. de Anch. in c. postulasti in rep. in 2. oppos. est nu. 13. præsertim si iudex delicti non fuit præuentus à iudice domicilij, vel originis, vt ibi per eum hanc conclusionem probat text. in d. §. si quis comprehensorum in auth. vt nonnulli iud. vbi iubet Imperator remissionem fieri, & sic de necessitate, quia verbum iubemus, denotat necessitatem l. 1. ff. quod iussu l. quod iussit ff. de re iudic. hoc quod de necessitate teneatur, latè comprobat Boer. dec. 29. n. 2. & Bologn. consil. 57. idcirco col. 2. vers. plus dico, & ratio quare potius cogatur iudex domicilij remittere ad iudicem delicti est, quia in loco delicti regulariter, & à communiter contingentibus facilius reperiuntur testes, qui possint probare delictum, quam in loco domicilij, & iudex domicilij non potest cogere testes existentes in alieno territorio l. 3. §. fin. ff. de testib. neque etiam posset eorum examinationem alteri committere leg. apud eloquentissimum Codic. de fid. instrum. & sic facile delicta remanerent impunita, & hanc rationem assignat Anchar. in d. c. postulasti de foro competenti num. 12. vers. si vero iudex domicilij nondum peruenit.

8 Tertio amplia etiam vt minimè teneatur iudex remittere reum etiam iudice delicti petente, quotiescūque per sententiam ipsum reum iudex, qui præuenit condemnauit. Bald. in l. executorem n. 25. in fin. C. de exeq. rei iudic. Salic. in l. 1. n. 1. vbi de crimin. agi oport. Anan. in c. 1. nu. 8. de raptor. Marian. Socc. in c. 1. num. 5. de foro compet. Affl. in const. Regn. rubri. 41. num. 12. Couarr. loc. cit. num. 6. vers. 6. Ratio est, quia remissio fuit de condemnando, & non de condemnato, Salic. in l. si cui, §. fin. ff. de accus. & Gram. dec. 27. num. 5.

RESOLVT. DCXVIII.

In crimine Raptus, an locum habeat remissio.

1 *Raptorem esse remittendum.*
2 *Raptorem non esse remittendum, etiamsi haberet priuilegium, vt non posset conueniri, nisi sub certo Iudice. num. 3.*
4 *Limita, si verè constet illum esse raptorem, secus si solum imputetur, seu pendeat processus.*
5 *Tertia opinio, dicentium secundam opinionem procedere, cum raptor aufugerit cum muliere rapta.*

1 TRes in puncto huius quæstionis insurgunt Doctorum opiniones. Prima est glos. in l. vnica in verb. fine fori C. de rapt. virginum, quæ tenet raptorē esse remittendum, quam sequuti sunt Angel. ibidem n. 3. Fulgos. nu. 5. Salic. num. 10. & pro comprobatione huius opinionis adduco tex. vbi idem Fulgos. & Odofr. in l. 1. C. vbi Senatores, vel Clarissimi, cuius tenor est, quicunque non Illustri, sed clarissima dignitate tantum præditus virginem rapuerit, vel fines aliquos inuaserit, vel in aliqua culpa, seū crimine fuerit reprehensus intra Prouinciam, in qua facinus perpetrauit publicis legibus subiugatur, nec fori præscriptione vtatur, omnem enim huiusmodi honorem reatus excludit.

2 Et idem sequitur Petr. Duen. reg. 378. post limitationem sextam, quæ opinio potest defendi, nam forum sortitur, quis ratione delicti, tex. in c. postulasti, & in cap. fin. de foro compet. & in l. 1. & in auth. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oport. in l. 1. vbi Senator. vel Clar. in cap. vide Abb. & DD. in cap. 1. de rapt. Hyppol. in l. vnica, num. 123. C. de raptor. virg. eund. Abb. & ibi DD. in c. fin. num. 6. de foro compet. Marian. Socin. vbi ponit 27. quæstiones circa hanc regulam in c. postulasti à num. 5. vsque ad num. 13. de foro compet. Nicol. Boer. in dec. 29. Cassan. in consuet. Burgund. in tit. des aduers. rubr. 12. §. vnico, folio 364. col. 11. à num. 1 vsque ad fin. Alciat. in cap. pernicioſam à num. 66. vsque ad n. 73. de offic. ordin. quod adeo procedit, quod si delinquens aufugerit, & in alio loco reperiretur carceratus esset remittendus Iudici delicti, vt est text. in auth. si verò crimen, vbi Salic. C. de adulter. & in auth. vt nulli Iudicum, §. si quis vero comprehensorum coll. 9. glos. in clem. pastoralis, in verb. de more, de re iudic. Boer. dec. 29. vbi asserit Bart. tueri contrarium, Guid. Pap. dec. 111. quem citat Duenas in citata regula, ampliatione secunda.

3 Secunda est negatiua, & sic, quod raptor, vbi reperitur puniri poterit etiam quod ibidem raptum non commiserit, nec domicilium, aut originem trahant, etiā probat idem text. quē pro affirmatiua opinione adducunt contraria Doctorum caterua, qui est in l. 1. in ver. fine fori præscriptione, C. de rapt. virg. vbi habetur per Bart. n. 8. quod raptor tanquam vagabūdus

non habet priuilegium fori, quam sententiam tenuerunt Cassan. in consuetud. Burgun. in tit. des adduntures. rubr. 12. §. vnic. fol. 304. colum. 3. n. 11. Soccin. regul. 87. in 3. Fallent. Nouell. regul. 220. & 178. Duen. regul. 378. limit. 6. Paul. de Castro in l. addic. in 2. colum. n. 15. de Episcop. audient. Alciat. in l. 2. §. ex his, in princip. ff. de verb. obligat. Bossius de foro competēt. folio 166. nu. 12. Foller. in practic. crimin. in verb. audiantur excusationes, n. 36. Corrad. in tit. de inquisit. n. 22. pro qua sententia facit text. in l. raptores, C. de Episcop. & Cleric. cuius explicationem ponit etiam citatus Corrad. in practic. crim. in tit. de inquis. cit. n. limitatio. 4. folio 252.

4 Amplia hanc sententiam, vt in tantum verum sit raptorem vbique puniri posse, procedere etiam si haberet priuilegium, vt non possit conueniri, nisi sub certo Iudice, ita expressè tenuit glos. in d. l. vnic. in verb. sine fori præscriptione, & ibi Angel. per eum n. 3. & Salic. num. 10. C. de rapt. virgin. Fulgos. in l. Raptores, num. 5. de Episc. & Cleric. Aretin. §. in sanè in fin. institut. de raptor. Farinac. de inquisit. quæstione 7. post num. 8. pro qua limitatione facit text. in l. prima, C. vbi Senatores, vel Clarissimi.

2 Limita tamen, quod hoc procedit quotiescunque verò constet illum esse raptorem, secus si solum imputetur, seu pendeat processus vti dicimus in assassinio. Alexand. consil. 166. volum. 2. Paris. consil. 166. colum. 4. volum. 1. Gabriel. consil. 170. num. 26. & lib. 6. communium conclusionum concl. 1. n. 28. Gramm. consil. 11. n. 4. & voti 34. colum. fin. & Farinac. loc. cit. post num. 10.

6 Ratio autem huius secundæ opinionis mihi esse videtur, atrocissima species delicti enim hoc crimen pessimum est, l. 1. in princ. C. de rapt. virgin. Imo insaniam, & furorem appellat Imperator ibidem in §. primo, & raptor dicitur hostis publicus, & hostili more insurgere videtur, vt habetur in d. l. 1. §. nec si facultas, Carr. in pract. crimin. in princ. n. 93. in vers. præterea Raptor est hostis, post Barb. in consil. 71. colum. 6. n. 2. in secundo; Imo neque ab homicidij crimine huiusmodi raptores sunt vacui, d. l. 1. enim per eos pudicitia, & castitas violatur; quæ corrupta restitui a Deo nō potest, glos. post text. in d. l. 1. in fi. Farinac. in verb. restitui, quam etiam ne dum corrumpere, sed simpliciter attentare iniuria est, l. item apud Labeonem, §. si quis virgines, l. sed, & quæstionis, §. fin. ff. de iniur. ex quo oriuntur multa specialia, vt latè per Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 8. per totum.

7 Tertia est opinio Pegueræ in decis. 43. folio 59. in additione, & Decian. in cit. tract. crimin. lib. 8. c. 9. numero 6. qui tenent, quod dicta secunda opinio in tantum procedit, in quantum raptor aufugerit cum muliere rapta, quia tunc vbicunque reperitur, dicitur ibi ratione delicti fortiri forum, quod ampliat etiam in iure procedere, de qua quæstione infra tractabimus, ad quod comprobandum dicit, quod donec fur detinet rem, dicitur eam contrectare, & sic vbi cum re furtiua reperitur, ibi poterit puniri, quia ibi furtum dicitur fecisse contrectando, & allegat Bar. in l. si dominium, n. 2. ff. de furt. & in l. sed nec Legatarius, ff. de condict. furt. Ita ergo, & raptor ducendo raptam nolentem, vbique videtur rapere, & ideo poterit vbique puniri.

RESOLVT. DCXIX.

Vtrum fur sit remittendus ad locum delicti.

1 *Non est remittendus, sed potest puniri à iudici capiente.*
2 *Limita, vbi fur non feciſſet residentiam in loco contrectationis, nisi per spatium vnius horæ.*
3 *Et vbi fur non asportaret rem furatam, sed pretium.*

1 PRo huius quæsiti dilucidatione supponatur in facto, quod existet controuersia inter iudicem loci furti commissi, & iudicem loci, in quo furtum fuerit contrectatum, quis eorum esset præferendus in puniēdo furti authorem, & videtur concludendum cū opinione Bart. in leg. fi dominium nu. 2. ff. de furtis, quæ voluit furem non esse remittendum, sed posse puniri à iudice capiente, quam Bart. sententiam sequuti sunt Angel. in leg. 1. colum. 6. Cod. de confessis, Bald. consil. 15. volum. 1. post Fulgos. in consil. 149. Hyppolit. consil. 30. n. 24. volum. 1. & in consil. 136. n. 15. vol. 2. Ludouic. consil. 161. n. 15. Castr. consil. 457. Plotus consil. 135. vol. 1. & iux. hanc Bart. opinionem bis iudicasse S.C. Neapolitana testatur Capic. in dec. 104. cuius decisionem sequitur Koppin. in decis. 21. referens ipsum quoque iudicasse in fauorem iudicis loci, in quo facta fuit cōtrectatio, & in quo fur erat carceratus eadem decisione S.C. quam refert Capic. in cit. dec. 104. meminerūt Clar. §. fin. quæst. 38. vers. tamen scias, & Foller. in sua pract. in verb. audiantur excusatores num. 63. vers. sed quod si aliquis, Bellug. in speculo Principum rubr. 23. num. 4. & propterea secundum Illustrem de Franch. in decis. 681. cum esset carceratus in M. C. quidam Vassallus Principis Cōque, vtilis Dominus Terrę Moroni, nam in Terra prędicta furtum cōmiserat, & prętendebatur Neapoli contrectasse, & per prædictum Principem peteretur ad eius Officiales remissio, fuit ei per M.C. denegata, & ex hoc Ann. in sing. 438. voluit remissionem delinquentis non esse faciendam ad iudicem delicti, quando captus, seu repertus est cum re furtiua in alio loco, quam in eo, in quo furtum factum est, & ratio est, quia potest ratione nouæ contrectationis in illo loco puniri, ita Fulgos. in consil. 149. Soccin. in c. 1. de raptor. Couarr. li. 2. var. resolut. c. 15. nu. 28. Cassan. in consuet. Burgund. rubric. 28. nu. 15. & Farinac. de Inquisit. quæst. 7. n. 45. & hanc eandem sententiam .s. quod fur ratione nouæ contrectationis nō veniat remittendus, tenuerunt nonnulla Tribunalia, & præsertim Rota Cataloniæ, teste Ludouico Peguera in dec. 28. Senatus Delfinalis, teste Franc. Marco in dec. 175. p. 2. Consil. Neapolitanus Dominus de Franc. in citata decis. 681. & eandē sententiam semel, atque iterum tenuisse refert Capic. in dec. 104. cum qua trāsiuit quo Senatus Burdugalen. teste Boer. in decis. 218.

2 Sed retenta hac opinione maximam tantorum tribunalium authoritate limita hāc dupliciter, & Primo non habere locum vbi fur non feciſſet residentiam in loco contrectationis, nisi per spatium vnius horæ, ita Boer. decis. 48. Capic. cit. dec. 104. nu. 6. Gram. dec. 27. n. 8. & latè Baiard. ad Clar. quæst. 38. n. 42. post Angel. in tract. de maleficio in verb. vestem cęlestem n. 22.

3 Limita secundo, vbi fur nō asportaret rem furatam, sed pretium. Nam licet pretium succedat loco rei legsi rem, & pretium ff. de petitione hæreticis, tamen non procedit in hac mea fallentia de Gratis consil. 61. n. 4. & 15. vol. 1. Riminald. consil. 164. num. 20. volum. 2. Corn. consil. 245. ead. col. & est tex. singularis, & a nemine adhuc ponderatus in leg. qui vas argenteum, §. cum fur. ff. de furtis, quem tex. habui à Principe Doctorum Canonistarum, & legalium Domino meo Aloysio Riccio, cuius text. tenor est.

Cum fur rem furtiuam vendidisset, ei nūmos pretij Dominus rei per vim extorsit, furtum nummorum eorum rectè feciſſe responsum est, idem etiam vi bonorum raptorum actione tenebatur, quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuum non esse nemini dubium est. Nummus igitur hic, qui redactus est ex pretio rei furtiuæ, non est furtiuus, hæc sunt verba tex. ex quo etiam colligitur secundum Bart. quod pretium redactū ex re furtiua non est furtiuum, & ideo Dominus rei furtiuæ venditæ id auferens furtum committit, quod est notabile, & dignum admirationis non paruæ.

RE-

RESOLVT. DCXX.

An in delictis mixti fori absolutus ab vno iudice, sit remittendus ad alium puniendus pro eodem delicto.

1 *Sententia negantium.*
2 *Sententia asserentium, sed excipiunt 4. casus n. 10. n. 11.*
3 *Excommunicatio quo sensu sit grauior omni pœna.*

1 IN prima facie videtur dicendum, quod non. n. accusatus, vel inquisitus de aliquo delicto, si de illo fuerit semel absolutus, vel condemnatus, non poterit de eodem delicto ab eodem, vel ab alio accusari, seù ab alio iudice inquiri, l. si cui §. ijdem, ff. de accus. C. de his, de accusat. latè DD. in cit. l. si cui §. eod. quia de delicto eiusdem hominis non debet sæpius quæri l. licet §. fin. ff. Nautæ, caupones, stabularij, & est ca. Regni incipit, item si quæ Vniuersitates, sub tit. quid personæ productæ ad litem liberantur, & bis de delicto quæri non posse, vult citatus tex. in c. de his l. quod de crimine C. de accus. l. sepulcri violati ff. de sepul. violat. quæ concl. procedit non solum si quæstio esset in
2 eod. loco, sed etiam si in diuersis, nam si delictum fuerit cognitum in loco commissi delicti, & postea intenditur delinquens cõueniri in loco domicilij pro d. eod. delicto obstabit exceptio rei iudicatæ, Bal. in l. obseruare §. proficisci ff. de offic. proconsulis l. fin. C. de custod. reor. l. 2. C. de except. rei iudic. l. 1. quando prouocare non est necesse, Boer. dec. 289. nu. 9. Foller. in pract. crim. Canon. c. 35. n. 3. Bertazzol. cons. 129. n. 1. & cons. 171. n. 2. Marãt. in suo specul. in tit. de inquisit. n. 48. latè Farinac. de inquisit. quæst. prima in 6. requisit. n. 51. & in quæstion. 4. n. 1. quod in tantum procedit
3 hæc concl. quod non solum quando contra absolutum fuerit processum per viam accusationis, sed etiam per viam Inquisitionis, Dec. cons. 337. Couarr. var. resolu. c. 10. nu. 5. lib. 2. Berous, qui testatur de communi in dict. c. de his extra de accusation. nu. 20. Brun. quæst. 17. nu. 31. Alex. consil. 11. nu. 7. lib. 1. Clar. in quæstion. 53. versic. procedunt, & hæc omnia; Imo habet locum non solum in absoluto, sed etiam in condemnato, Alex. d. consil. 11. volum. 1. colum. pen. Becc. consil. 69. n. 1. cum seq. Boer. cit. decis. 289. n. 1. & seq. Clar. in sua pract. §. fin. quæstion. 45. in princ. & facit citatus tex. in leg. sepulcri violat. actio. ff. de sepul. viol. latè Farinac. in cit. quæstion. 4. vbi ampliat, & limitat pluribus modis. Adde etiam quod si adhuc in loco delicti non esset absolutus, vel condemnatus, sed tantum accusatus facta conuentione, postea in loco domicilij posset apponi exceptio litis pendentię arg. tex. in l. vbi cęptum ff. de iudic. notat Campagn. in d. c. Regn. Itẽ si quod vniuersitates nu. 7. vsque ad finem. Marant. in suo specul. par. 6. in verb. & aliquando peruenitur per viam inquisitionis n. 49. cum seq.

4 Secundo pro dicta opinione facit, nam sumus in pœnis tradendis, in quibus minor pars est requirenda, & sumus in acta, quæ tendet ad vindictam, & vno modo actum non potest expediri alia via, secus si non tendit ad vindictam, sed solum ad interesse proprium, vt tenet Bar. in leg. Senatus censuit. ff. de accusat. Cin. Bart. & Salic. in leg. nullum Cod. de testib. & requiritur Boer. in dec. 286. num. 7. vbi dicit hoc procedere, quia iudex potest pœnam ex causam minuere leg. hodie, & leg. præses ff. de pœnis leg. si superiore Cod. ex quibus causis infamia irrogetur, l. qui ergo §. pœna grauior, ff. eod. Bald. in cons. 34.

5 Tertio facit limitatio, Farinac. secunda de inquisit. quæstion. 4. num. 7. vbi habetur, quod in delictis, quæ sunt mixti fori non poterit non obstante tali absolutione, seù condemnatione accusari, seù inquiri in foro seculari. Angel. de malefic. in verb. & ad querelam num. 91. Bal. in cons. 260. lib. 3. l. si quis in hoc genus Cod. de Episc. & Cler. leg. placet eod. de Sacrosanct. Eccles. Foller. in pract. crim. Canon. c. 35. n. 23. Panormitan. d. c. 1. de offic. ordinat. colum. antepenul. vers. Casio 3. Gomes. de delictis, c. 1. nu. 4. tom. 3. Marant. in sua pract. in tit. de inquisitione num. 97. Boss. tit. de foro competenti nu. 84. & communis opinio reputatur teste Couarr. variar. resolut. lib. 2. c. 10. num. 6. vers. vndecimo eadem constitutio, & alij innumeri relati per D. Farinac. in cap. in cit. loc.

6 His licet verè existentibus ad quæstionis dilucidationem distingue quatuor casus. Primus in delictis non taliter atrocibus, in quibus iudex Ecclesiasticus potest imponere dignam pœnam delicti, nam si delinquentes non fuerint plenè, & secundum qualitatem delicti puniti ab Ecclesiastico, poterit laicus Iudex etiam pro eodem delicto punire condignis, & meritis pœnis secundum Saib. in c. de his de accus. & tradit Bald. in leg. fin. 6. quæstion. eod. de edict. Diu. Adrian. & pulchrè Soccin. consil. 12. n. 7. in primo, & Ioann. de Imol. cons. 129. præfatus seruus in 3. colum. vers. quinimò, & latè Hyppol. singul. 180. incip. plura, & plura, & cons. 67. vers. existentibus, n. 62. & consuluit etiam Soccin. in leg. cum Senatus ad finem de reb. dubijs, vbi dicit
7 ita fuisse iudicatum, licet ista punitio debet esse minor prima, vt vult Farinac. in cit. locis n. 10. in fin. vbi allegando Marant. in tit. de inquisit. nu. 100. & ante eum Bart. in l. Senatus ff. de accusat. Par. de Put. in tract. sindicatus verb. compositio cas. 1. nu. 7. distinguendo in proposito dixit, quod licet non sufficienter punitus à primo Iudice possit iterum sufficienter puniri ab alio, prima tamen pœna computatur in secundã, secũda suppletur per primam, & si prima pœna imposita fuit in pecuniaria secundus Iudex, & pariter in pecuniariam imponere debet, sed minorẽ prima imposita, in hac secũda pœna debet, vt dixi, computari id quod in prima solutum est, & si secũda pœna erit corporalis debet pecuniaria pro prima pœna soluto reo restitui, sed si prima fuit corporalis, tũc prima pœna primo loco inflicta nõ potest restitui, ideo reus isto casu nõ amplius in corpus mitiori pœna pecuniaria pœna punietur, vt ibidẽ per Marant. qui etiã ponit, quod in casu, in quo primus Iudex satis leuem corporalem pœnam imposuit, & secundus debet imponere pœnam mortis, prout etiam refert, & sequitur hæc Sigismund. Scacc. in tract. de iudic. caus. Ciuil. & Crim. c. 12. n. 92.

8 Imò, quod possit grauius puniri tenuit Alciat. n. 128. de offic. ordinator. qui citando Felin. in d. c. de his nu. 10. de accusat. tenet hanc esse communem opinionem quem sequuntur Gomesius in c. 1. delictorum post n. 40. in prima concl. sequitur Couarr. in cit. loc. post nu. 6. quos refert Iulius Clar. in pract. in quæstion. 17. vers. sed quæro si aliquis n. 14. vbi in fine citando Gomes. in loco præallegato dicit aliud esse dicendum si prius fuisset punitus à Iudice laico, nam secundum eum posset deinde ab Ecclesiastico molestari, & dicit, quod ita colligitur ex mente omnium DD. quod ego etiam sequor, dummodo pœna imposita per Iudicem laicum non esset minor illa, quam pro eo crimine posset imponere Iudex Ecclesiasticus loquendo de pœna corporali, vel pecuniaria, nam licet pœna excommuni-
9 cationis, quod Iudices Ecclesiastici passim imponunt, secundum quid sit grauior omni pœna temporali, cum tamen tendat potius ad salutem animæ, & sic sit potius medicinalis, quam afflictiua, non est in proposito connumeranda inter graues pœnas.

10 Secundo pone casum in eo, qui punitur à Iudice Ecclesiastico non pœna monitoria medicinali, seù præparatoria, sed ordinaria, & tũc si sumus in grauissimis delictis mixti fori, in quibus Iudex Ecclesiasticus non potest ratione suæ iurisdictionis imponere pœnam delicto competentem, isto casu reus delinquens si sit punitus per Iudicem Ecclesiasticum, illa pœna nõ tollit

pœnam secularem, & propterea poterat capi per iudicem secularem, & pœna secularis puniri tex. in d. c. felicis §. per hoc de pœnis in 6. qui licet specialiter videatur loqui in offendente Cardinalem, quasi secus sit in alijs atrocioribus delictis, prout considerauit ibi glos. & Angel. de malefic. in verb. ad querelam nu. 91. Tu tamen melius dicas, quod idem erit generaliter in omnibus delictis mixti fori, prout reprobata glos. voluerunt Boss. in tit. de foro competenti sub num. 147. Bald. in leg. placet col. fin. de Sacr. sanct. Eccles. Felyn. in c. olim de iudic. Gomes. tit. de delictis num. 40. Couarr. var. resol. cap. 10. vers. 11. Panormitan. in cap. tuæ de procurat. in 2. col. & Farinac. qui testatur de communi locis citatis.

11 Tertiò finge casum in delinquente, qui à iudice Ecclesiastico punitus est aliqua pena ordinaria delicti, tamen puta, vel monitoria, vel excommunicationis, vel medicinalis ad animæ salutem, & tunc certum est, quod per eam non tollitur pena secularis, & consequenter ita punitus à iudice Ecclesiastico, poterit nihilominus puniri iterum à iudice seculari in delictis mixti fori. l. placet vers. si quis contrauenerit Cod. de Sac. sanct. Eccles. & ibi communiter scribentes, Gomesius vbi sup. in secunda conclus. num. 40. Scacc. vbi supra c. 12. num. 91. in princ. Paul. de Castr. in leg. cunctos populos Cod. de summa Trinitate, & fide Catholica nu. 3. in secunda colum. Iul. Clar. in §. fin. quæstion. 17. vers. sed quæro in fine.

12 Quarto figurandus est casus in eo, qui pariter punitur à iudice Ecclesiastico non pœna ordinaria delicti, sed præparatoria ad pœnam secularem, vt potest poni exemplum de degradatione, quando delinquens condemnatus ratione alicuius criminis per iudicem Ecclesiasticum degradatus traditur iudici seculari, nam tunc clarum est, quod illa punitio non tollit secularem, prout est disput. tex. in §. si vero crimen collatione nona in auth. de Sanctissimis Episcopis, vbi DD. cap. si quis sacerdotum XI. quæstion. 1. ca. ad Abolendam §. præsenti de hæretic. c. cum non ab homine de iudic. c. excommunicatum §. damnati de hæreticis; Et adde tex. in cap. ad falsariorum de crimine falsi: & sic punctus huius quæstionis remanet dilucidatus maiori qua potui facilitate, atque dilucidatione.

RESOLVT. DCXXI.

Casus delictorum, in quibus sit necessaria criminis cognitio.

1 *Requiritur in Hæresi.*
2 *In Blasphemia, & sic in crimine læsæ maiestatis diuinæ.*
3 *In crimine sacrilegij requiritur qualitas loci, & rei.*
4 *Non requiritur in crimine maledictionis Imperatoris.*
5 *Requiritur in genere in crimine falsæ monetæ.*
6 *In delicto simplicis homicidij.*
7 *In Homicidio mediante mandato, assassinio, proditione, parricidio.*
8 *In vulneribus lethalibus, & non lethalibus.*
9 *In prohibita armorum asportatione.*
10 *In crimine ictus Sclopetti, Archibusij, vel baliste.*
11 *In Ruina, Incendio, Naufragio, arboribus incisis, &c.*
12 *In Iniurijs realibus.* 13 *In Crimine falsi.* 14 *In Crimine Furti, Rapinæ, Latrocinij, &c.* 15 *In Receptatoribus malefactorum.* 16 *In Crimine vsurarum.*
17 *In crimine corruptionis factæ Iudici.*
18 *In crimine Adulterij, Stupri, Incestus, &c.*
19 *In extractionibus extra Regnũ, & inuentione Thesauri.*
20 *Est adeo necessaria hæc cognitio generalis, in delictis, ut non sufficiat illa probare per coniecturas.*
21 *Si non reperitur corpus occisi, sufficit constare per famam.*

1 REquiritur in crimine hæresis, Muscatell. in sua praxi de cognit. delictor. licet aliter sentiat Foller. in sua pract. & Clar. in allegat. q. 4. vers. scias tamen, vt per eum.

2 Requiritur in Crimine blasphemiæ, & sic læsæ Maiestatis Diuinæ, idem Muscatell. vbi supra de cognitione, seu probatione in materia blasphemiæ nu. 3. licet Bossius, & Clar. aliter sentiant.

3 Requiritur in Crimine Sacrilegij qualitas loci, & rei leg. diuus ff. ad l. Iul. pecul. secundum vero Ius Canonicum tantum requiritur qualitas rei c. quisquis 27. q. 4. & sic vult Foller. in sua pract. in tit. capiatur Informatio n. 11. loquẽdo de furto rei Sacræ, & a loc. sacro.

4 In Crimine Maledictioni Imperatoris non requiritur, & ratio est, quia cognitio in genere in hoc delicto difficiliter haberi poterit, Muscatell. in rubr. de blasphem. Foller. in sua praxi Crim. in rubr. c. informatio sub n. 13. dum loquitur de blasphemia.

5 Requiritur hæc cognitio in genere in Crimine falsæ monetæ, cuius cognitionis formam ponit Foller. vbi supra, n. 12. vbi dicit, quod falsæ monetæ crimen debet apparere de inuentione monetæ, seu fabricatione: Item de Imagine, qua impressa erat quod esset Regis, vel Imperatoris, vel quod sit falsa in cuneo, vel argento liga, aut auro, & sic de singul. & latè de hoc melius, vide de hac cognitione apud Muscatellum in sua pract. de cognitione, seu probatione delictorum in rub. de falsa moneta 5. & 6. & sequent.

6 Requiritur in delicto simplicis homicidij, quæ cognitio in duobus casibus continetur. Primus casus erit in homine occiso cum vulneribus, seu iugulato, suffocato, seu præcipitato, vel iustè, vel iniustè sine lapide percusso, in mare, flumen, seu puteum proiecto, aut ab alio suspenso, & hoc casu cognitio, seu probatio delicti homicidij in genere erit, vt Cadaueris illius occisi iugulati, seu strangulati, & alius casus ponitur per Muscatell. in sua prax. rubr. de homicid. simplic. n. 11.

7 Requiritur in Crimine Homicidij mediante mandato, assassinio, proditione, parricidio, & similibus, Foller. in cit. tit. capiatur informatio n. 69. & 70. Boss. in tit. de delicto nu. 34. 35. & seq. Bar. in l. si is qui rem la 2. §. si Titium ff. de furtis.

8 Requiritur ista cognitio in genere in vulneribus lethalibus, & non lethalibus, sed quę differentia sit inter eas doce à Muscatell. in Rubr. de vulner. lethalibus, vbi latè ponit alios casus.

9 Requiritur in prohibita armorum asportatione, tamen cum illa distinctione quam adducunt scribentes in l. si barsatorem C. de fideiussor. & in l. 3. §. Neratius ff. de acquir. possess. vbi plenè per Alex. Angel. de malefic. & dictus Andreas Armatus vers. & statutum, & ibi August.

10 Requiritur in Crimine ictus Sclopetti, Archibusij, vel balistæ, quæ in tribus casibus apertissima est, vt per Muscatell. in rubr. de ictu Sclopetti n. 2.

11 Requiritur in Ruina, Incendio, Naufragio, arboribus incisis, damno dato, & alijs, quæ autem hæc sint, vide Clar. in §. fin. q. 4. vers. quando vero, Muscatell. in rubr. de Incendijs, & Ruina n. 1.

12 Requiritur in iniurijs Realibus, Foller. in tit. capiatur informatio n. 13. in sua pract. Clar. in sua pract. §. fin. q. 4.

13 Requiritur Cognitio in Crimine falsi, Muscatell. in pract. in rubr. de falsis licet cognitio in genere huius criminis sit minus subtilis, Bal. in l. fin. C. de fideicom. Boss. in tit. de iudic. & confid. ante torturam n. 179.

14 Requiritur ista cognitio in genere in crimine furti, Rapinæ, latrocinij, stratarum disturbatione, Foll. in pract. Crim. cit. tit. n. 17. vsque ad 20. post Marsil. in sua pract. §. principium n. 6. & 7. & in §. constante nu. 28. Boss. in tit. de delicto. Clar. in §. fin. q. 4. & alij.

15 Requiritur in Receptatoribus malefactorum, quæ

qualis

qualis esse debeat ponit Bal.in l.1. C.de his qui latrocin. Foller.in sua pract.in tit.banniantur n.17.

16 Requiritur cognitio in genere in crimine vsurarum quod qualis sit,vide Couar.in lib.3.var.resolut.cap.1. versic. vsura igitur, Muscatell. in rubr. de vsuris numer.11.

17 Requiritur in Crimine corruptionis factæ Iudici, quod qualiter sit ponit tex.in l.lex Iulia ff.ad l.Iul.quācitat Muscatell.in pract.in rubr. de Iudicis corruptela, concussione, extorsione, & barattaria, numer.10. & seq.

18 Requiritur in Crimine Adulterij, stupri, incestus, Raptus, Sodomiæ, Coitus illiciti, & simplicis fornicationis,quam dicunt Foller.in sua pract.in tit.capiatur Informatio n.8.Muscatell.in rubr. de adulterio,& stupro, est n.6. vbi dicit, quod Clarus tenet in pluries allegata qu. 4. in versic. scias tamen, & vers. quando adulteria, & omnia supra posita, excepto stupro nullam habuere in genere cognitionem.

19 Requiritur in extractionibus extra Regum contrabanna fraudantibus, seù onerantibus annonam, & in thesauri inuentione,quę ponit Muscatellum in rubric. de extractionibus extra Regnum numer.6.7.17.18. 20. & seq.

20 Adde quod in tantum est necessaria in delictis ista generalis cognitio, quod non sufficit illa probare per coniecturas, Abb.in c.1.& ibi Dec.col.fin.ff. de offic. delegati, Crauett.cons.244.namque ad probationem delicti est necessaria probatio identitatis, Dec. cons. 101.col.2.post Panor.in c.cum Ioānes de fid.Instrum. col. fin. imo vbi alias præsumeretur identitas, tamen vbi sumus in materia Criminali, illa minimè præsumitur, ita singularis est doctrina Cornei in cons.233. col.2.& fin.& in cons.277.col.2.circa medium,& Ratio supradictorum duplex esse videtur; Primo nam in accusatione siue inquisitione semper oportet constare delictum esse commissum, & quidem plenè l. si quando in verb.patefacta C.vnde vi, vbi Bal. & Ias.in 4.notab.Dec.cons.410.col.2.Secundo nam in delictis semper præsumitur pro eo,quod excusat,Bal.in l.præcibus col.7.C.de impub.& in l.moneor.ff.de asportādis, & latè Crau.in cit.cons.244. num.5.licet tamen in delictis occultis proceditur ex præsumptionibus, seù coniecturis, indicijs, & cæteris leuioribus probationibus etiam ad condemnandum,vt plenè habetur per Osasc.in dec.72. sub num.1.

Adde etiam aliam rationem ad supradicta, & est; Nam vt inquit Bossi.in tit.de delictis n.26.regulare est in qualibet materia, quod vbi lex aliquid disponit respectu certæ rei, debet prius de illa re constare l.diuus ff.de testam.vbi glos. in c.ad dissoluendum vers.accusare de desponsat.impuber. & qui vult probare qualitatem, debet prius probare substantiam, in qua illa qualitas fundatur, glos. in l. si arbiter. ff. de probat. & hanc pariter rationem considerarunt Gomez tit. de Capt.reorum n.1. vbi plura in proposito adducit Cōcordantia iura,Brun.à sole de suo consil.crim.n.13. & num.139.141.& 143.vbi amplius,quod si etiam Princeps motu proprio mandaret contra aliquem inquiri, ad huc tamen intelligi debet si constet de delicto, & non alias, &c.

21 His omissis est aduertendum, quod licet aliquando non reperiatur corpus occisi,& sic non poterit haberi criminis cognitio, quia forte istud corpus fuerit proiectum in mare, vel combustum, & tunc sufficit constare per famam,Bal. in l.Comprobatio ff. de probat. Marsi. consil.8. in princ. vers. quin immo, August. ad Angel. de Malefic. in verb. fama publica vers. duodecimo num.108.& si Cadauer fuisset sepultum, poterit Iudex illud exhumari facere, Bal. in l. si quis testibus in fin. C.de testib. Paris de sindicatu in verb. confessio num.6.Marant.in tit.de inquisit.num.18. Farinac. qu.2.num.5.Ludouic. in pract. Crim. in tit.de inspectione occisi num.1.c.75.

RESOLVT. DCXXII.

Petens absolutionem à Iuramento, an pro ea obtinenda remittatur ad Iudicem loci contractus; An ad Diœcesanum,seù ad loci Superiorem.

1 *Videtur posse absolui ab omnibus, in quocunque loco.*
2 *Episcopus loci contractus debet absoluere.*
3 *Maximè si Iurans renunciasset priuilegio sui fori.*
4 *Absolutionem petendam ab Episcopo Iurantis.5.*

1 DVbium faciebat in hac controuersia, quod absolutio iramenti peti potest, in quocumque loco, & consequenter inutile esset dubitare ad quem veniat remittendus iurans pro obtinenda remissione, si quidem Anima Iurantis absoluitur, quod non circumscribitur loco aliquo c. omnis vtriusque sexus, & quod ibi communiter notatur de pœnitentijs c.fin. de pœn. distinct.5. Ann. alleg.83. Calder. cons.6. de Iur. iurād.& ob supradictam rationem, Artam.in dec.15. de contractibus tenet vtile esse dubitare an iurans sit remittendus ad locum contractus,vel ad Iudicem Iurantis citatum, quam opinionem tenuit etiam Capic. in dec.18.num.5.verum vt in hac quæstione ordinatè procedam illam diuido in duas Doctorum opiniones.

2 Prima opinio est Bellugæ in speculo Principis rubr. 9. nu.13. quod voluit Episcopus loci contractus, & sic in quo fuit præstitum ius iurandus debet absolutionem concedere, quam opinionem referunt,& sequūtur Alex. in l. hæres absens §. si quis tutelam ff. de iudic.post Bal. in cons.61. vol.1. Alciat.in cons.17.n.7. & seq.Alban.cons.93.nu.4.& seq.vol.1.Cardinal.in c. 1.nu.7.& Felyn.in col.6. vers.15.de iur.iur. quorum opinio fundamentum recipit ex eo, quod ratione cōtractus quis sortitur forum l. in cōtractibus §. in omni C. de non n.pec. vbi exceptio non numeratæ pecuniæ apponitur prius coram iudice, & Episcopo *loci* contractus c.Romana §.contrahentes de for.competent. in 6. & hic euenit, quod ratione Contractus quis remittitur ad locum,in quo contraxit,quoties iuramentum interuenit,Bellug. in specul. Principis rubr. 11. §. visum est Roman.sing.470. Borrell.cons.50.

3 Quæ opinio ampliatur maximè, vbi iurans renunciasset priuilegio sui fori puta submittendo se alterius fori, iux. dec. Misinger. cens.2. obseruat. 15. Iaffred. 79.& Grat.280.

4 Secunda est opinio superiori contraria, vt scilicet absolutio sit petenda Episcopo iurantis,& consequenter ad eum esse remittendum pro illa impetranda, cuius opinionis auctores fuerunt Lapus alleg.10. Calder.cons.1. de offic.ordinarij, Federic. de Senis cons. 6. Ludouic. Roman.cons.579. Aret. cons.142. col.4. Capic.dec.18.referens ita practicari in S.C.Cauale.in decis.fin.9.num.31.part.1.

5 Sed quidquid sit ex supradictis primam opinionem sequor ex notabili doctrina Conor. lib.1. var. resol.c. 4.nu.5.Gagliard.de absolut. a Iuramento §.4. nu.55. Billott.eiusdem nominis tractatus p.3. q.15. Mancin. de Iuram.part.7.q.14. Seraphin.de priuileg.priuileg. 43.n.7. & seq.Corn.de Absolut.forens.qu.10. in fin.& hanc esse communem Doctorum opinionem restatur Couarr.loco supra cit. Nihilominus in Curia Archiepiscopali Neapolitana ex antiquissima obseruantia absoluuntur omnes exteri à iuramentis præstitis etiā extra Regnum, quia accedunt ad Ciuitatem Neapolitanam animo litigandi in M. C. V. vel in S. C. vt testatur Genuensis in practica Archiepiscopali Neapolis c.4.n.9.& Anna alleg.83. to.2.

RE-

RESOLVT. DCXXIII.

Tertius veniens in causa an sit remittendus ad suum Iudicem.

SVpponitur, quod existente lite, & controuersia inter duos comparuit tertius pro suo interesse, cumque allegasset priuilegium sui Iudicis, petens causam remitti, an sit iste remittendus.

1 Et prima facie videtur concludendum affirmatiuè ex eo, quod tertius vti persona priuilegiata potest forum declinare l. si quis pro luxorio, vbi Bart. & reliqui
2 communiter ff. de appellat. Nihilominus contrarium in praxi est tenendum, si quidem tertius qui ad coadiuuandum comparet, audiri debet in terminis, in quibus causa reperitur c. fin. vt lit. pendent. in 6. Couarr. pract. quæst. c. 11. n. 13. Affl. in dec. 16. & tenetur prosequi causam in eo loco, & statu, in quo erat tempore quo comparuit, Felyn. in c. cum super de re iudic. nu. 15. Ann. cons. 98. vol. 2. cum alijs, quos probat Couarr. loc. supr. cit. quibus accedit Menoc. cons. 488. n. 5. vol. 5. Gail. lib. 1. obser. 71. Franc. Marc. dec. 24. vol. 1. cuius decisionis ratio ex eo colligitur, quod causa, & ius tertij est connexa cum causa, & iure principali secundum Menoch. Gaill. & Ann. locis proximè citatis, quibus addo Artaman. dec. 3. de Iudic. & Coler. dec. 71. & propterea causa tertij, & principalis, vna, eademque sententia determinari debet, Ann. cit. cons. 98. n. 3. & proprerea subintrent termini tex. in l. nulli C. de Iudic. Menoc. cit. cons. 488. hinc est, quod præclusa via principali dicitur præclusa incidenter venienti, Bal. in l. si ex tempore C. de remissione pignoris, Marzar. cons. 24. Mandell. cons. 91. vol. 1. & de Rubeis cons. 7. & ex his fuit decisum in hoc nostro S.C. teste Ann. in alleg. 76. vol. 1. non potuisse clericum comparentem in causa vti tertium petere remissionem, & declinare forum, sequitur Vrsill. in addit. ad Affl. in dec. 15. & Affl. in constituit. Regn. incipit Minorum num. 19.

RESOLVT. DCXXIV.

Quibus Modis quis sortiatur forum, & in consequentia veniat remittendus.

FOrum quis sortitur varijs innumerisque modis, primo ratione Contractus l. hæres absens §. si quis tutelam ff. de iudic. Item ratione communis patriæ. Item ratione domicilij scilicet vbi habet maiorē diuitiarum suarum l. ciues C. de incolis l. fideicomissū §. pen. ff. de Iudic. l. eius qui ff. ad municipalem, & an quis possit in eodemque loco plura obtinere domicilia, vide tex. in l. Labeo ff. eodem qui dicit, quod sic. Itē ratione manumissionis, vt libertas sequitur forum patroni l. assumptio §. fin. ff. eod. Item ratione originis propriæ, vel paternæ l. assumptio §. 1. ff. eod. l. fin. & l. penult. l. de muner. & honor. lib. 10. Item ratione militiæ l. magisteria C. de iurisdict. omn. Iudic. de Franch. dec. 88. & propterea in l. municipes §. miles ff. ad municipalem habetur, quod miles dicitur esse illius loci, vbi stipendium exercetur. Item ratione matrimonij l. exigere ff. de Iudic. Tesaur. dec. 190. Surd. dec. 126. facit tex. in l. fin. §. 1. ff. ad municipal. quod amplia procedere etiam in vidua l. filij §. vidua ff. ad municipalē, quod limita in concubina l. fin. §. item Rescriptum ff. ad municip. Item ratione rei c. sane de for. comp. l. fin. C. vbi in rem actio de Franc. in dec. 178. Caualc. dec. 18. p. 1. Item ratione lecturæ. Nam lector sortitur forū in loco vbi legit, & ibi debet remitti, Bart. in l. 1. ff. ad municipal. & testatur fuisse decisum, Ann. singul. 490. Item ratione Canonicatus. Nam Canonicus sortitur forum, vbi facit residentiam, Diaz. pract. crimin. Canon. cap. 1. Item ratione communis temporis scilicet decem annorum l. 2. C. de incolis. Item ratione recōuentionis l. Papinianus, & l. consequenter C. de sentētijs, & interlocutionibus. Itē ratione Clericatus auth. si Clericus de Episc. & Cler. Item ratione delicti auth. qua in prouincia l. vbi de Crimin. agi oportet c. postulasti de for. cōp. & latè de Franc. in dec. 37. Iaffred. dec. 49. latissimè Couarr. in tract. q. c. 11. Itē ratione prorogationis l. 1. C. de iurisdictione omnium Iudicum, & latè Affl. in dec. 28. Item ratione Religionis, Veral. dec. 190. p. 1. Item ratione miserabilitatis personarū leg. vnica l. quādo Imperator inter pupillas, & viduas, de Franc. dec. 100. & latissimè Thesaur. in dec. 177. Itē ratione Artis l. per iniquum C. de iurisdictione omn. Iudic. de Franc. in dec. 305. Item ratione offensionis aurium l. nulli C. de testib. Bar. in l. diuo Pio §. 1. ff. de sententia, & re iudicata, de Franc. in dec. 147. Ann. cons. 109. vol. 2. Item ratione quasi contractus l. hæres absens §. si quis tutelam ff. de iudicijs. Item ratione distractus, vt in d. l. hæres absens §. fin. ff. eod. tit. Item ratione administrationis l. 1. C. vbi de latrocinij agi oportet, Grat. in dec. Rotæ Marchiæ 280. Item ratione matris, vt procedit in vulgo quæsitis, enim isti censentur nati ex patria, in qua nata est eorum mater l. eos qui iustum ff. ad municipalem. Item ratione Castelli, Villæ sitæ in territorio alicuius Ciuitatis, nam ipsæ sortitur forum illius Ciuitatis l. qui vico ff. ad municipalem; Item ratione seruitutis Ecclesiarum c. Ecclesiarum seruos 12. q. 2. glos. in c. eos distin. 32. & in cap. clericum 111. q. 7.

Adde propria opinione Bart. in l. fin. in fin. ff. de rerdiuis. l. fin. in fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic. l. inter tutorem n. 5. & seq. ff. de admin. tutor. Bal. in l. cætera §. si duobus n. 5. ff. de legat. 1. Angel. & Castr. in l. est receptum in fin. ff. de iurisdict. omn. Iudic.

RESOLVT. DCXXV.

Combaro delinquens in Territorio communi, an possit petere remissionem ad Iudicem supremum.

1 ET pro prima, & affirmatiua opinione, & sic quod Combaro delinquens in territorio communi sit remittendus ad Iudicem supremum, dicitur, & facit, nam par in parē non habet imperiū l. nā magistratus de arbitris l. ille à quo §. tempestiuum ad Trebellianum, sed isti Combarones sunt pares in iurisdictione; ergo Combaro nō potest eum punire, sed tenetur remittere ad Iudicem supremum, argumento tex. in l. 1. ff. ad Trebell. & in l. is à quo §. tempestiuum §. de arbitris, & in l. nam Magistratus ff. eod. ca. innotuit de elect. & facit addit. ad Cappell. Tholos. in dec. 423. vbi Archiepiscopus delinquens in diœcesi suffraganei, non potest ab eodem suffraganeo puniri in hoc non videatur facere.

Supponatur in facto, quod in aliquo loco existerent duo Barones habentes vnū territorium pro indiuiso, in quo quidē territorio obtinerent merum, & mixtū imperium, ac omnimodam iurisdictionem, & vnus ipsorum delinqueret, an suus Combaro possit eum punire, vel veniat iudici in pœnam remittendus.

2 Et pro secunda, & parte negatiua dicendo teneo, quod non potest remitti, ad cuius sententiæ approbationem adduco conclusionem in iure clarissimam scilicet quem esse remittendum ad locum delicti l. si cui §. cum sacrilegium ff. de accus. facit tex. quod ibi communiter notatur in l. 1. C. vbi de priuileg. cogn. oport. c. licet de for. compet. vbi quis ratione delicti sortitur forum auth. qua in Prouincia C. vbi de crim. agi oport. c. postulasti de for. compet. Iaffred. dec. 49. Dom. de Franc. in dec. 37. & procedere etiam in crimine falsi, voluit tex. in l. nullū C. de testib. & latè Affl. in dec. 230. & 219. & post eum de Franch. in dec. 147.

Ann.

Ann.alleg.109. vol.2. & adde text.in l.hæres absens §. item ad Labeonem ff. de iudic. vbi habetur, quod ratione quasi delicti quis fortitur forum, & in l. capitalium §.famosas ff. de pœnis, vbi etiam notatur, quod ibi quis puniri debet vbi deliquit, vnde de Franch. in cit.dec.37. voluit forum delicti esse potentiorē omnibus alijs foris post Viu.in Sylua comm.opin.420. n.4. & post glos. communiter approbatam in l. hæres absens ff.de iudic.& propterea Thesaur.in dec.90.Triuisanus in dec.70. p.2. Magon.dec.70. Koppem dec.17. voluerunt, quod concurrentibus iudice delicti, & originis præfertur Iudex delicti licet de iure Regni speciali priuilegio Baronibus concesso possunt cognoscere de delictis per eorum Vassallos perpetratis, de Franc. dec.66. quam limitauit Minad. in dec.18. non procedere quoties iurisdictio esset concessa in Vassallos circumscripto territorio.

Ad id probandum adduco text. in c. postulasti de for.compet.vbi si Clericus delinquens habeat beneficium,potest Iudex delicti pro delicto ab eo perpetrato punire eum non obstante beneficio.

Adde etiam pro confirmatione huius secundæ opinionis, nam delictum commissum à Combarone operatur, quod idem Combaro efficiatur subditus ratione delicti cum ratione ipsius delicti amittat verum Imperium,& efficiatur tanquam priuatus Arg. tex.in l.sicut C. vbi Senatores, vel Clarissimi, & argumento tex. in l.si vt certo ff. comodati, & ratio ea mihi esse videtur, nam ipsemet Combaro delinquendo subijcit se pœnæ l.per iniquum C.de iurisd. omn.Iudic.

RESOLVT. DCXXVI.

In contractibus an procedat remissio.

1 *Ratione contractus est remittendus ad eundem locum.*
2 *Limita, quando in loco contractus non reperitur.*
3 *Nisi tamen debitor renunciasset fori priuilegio.*
4 *In contractibus, quando detur locus remissioni.*
5 *Quoties Iudex requirens, petensque remissionem, & requisitus, non sunt eiusdem Imperij; quid sit faciendum.*

HVius quæstionis exemplum habetur in c. Romana §. contrahentes de for. compet. in 6. vbi si quis exterus contraxerit in aliquo loco, potest ibidem conuenire, & hoc ratione contractus ibi celebrati, vt dixerunt communiter DD.in l.1. C.vbi de crimin.agi oport. quod ampliant procedere etiam in quasi contractu iuxt.tex.in l.hæres absens §.si quis tutelam ff.de Iudicijs, & tandem in contractu celebrato etiam per alium d.l.hæres absens §.proinde, & in distractu, cum reguletur iuxta naturam contractus, Bart.in leg. Iuris gentium ff.de pact.Intrigl.in dec.Sicil.16.tamē in hoc est animaduertendum, quod licet regulariter ratione
1 contractus quis sit remittendus ad eundem locum, tamen hoc limita multipliciter.
2 Et Primò, quando in loco contractus non reperitur, tunc enim non remittitur,& ita intelligendus est text. in d.§.contrahentes, quem sic intelligendum voluerūt Cassan.in consuetud.Burgund.rub.11.§.vnic.in princ. Grammat. dec.26. Ioseph. Ludou. dec.74. Boer.dec. 29.Guid. Pap.dec.202.Sed hęc limitatio sublimitatur
3 quando debitor renunciasset fori priuilegio, quia tūc etiam si non reperitur in loco contractus, potest ibidē conueniri, & ibidem remissio peti, glos. notab. & ibi Bar.Bal.& communiter DD.in l.1.ff. si quis in ius vocatus non fuerit, Bal. in l.1. & in l.cum Archimedorū C.vt in possessione legatorum, licet Angel.in d.l.1.cōtrarium teneat per text.in c.Romana §. contrahentes de for.compet.& secundum Panor.in c.1.de iudic.ille text. limitatur per glos. prædictam quando non erat priuilegio fori renunciatum, ita Iafred.Balb.in dec.5. & fuisse ita etiam decisum testatur Misinger. cent.2 obseru.5. vbi quoque dicit hoc esse, & euenire, vt renunciatio priuilegij fori aliquid operetur, quod Bal. ibidem menti tenendum ait, plerique tamen existimarunt,quod etiam sine renunciatione fori quis inuitus possit ad locum contractus extrahi, sed hoc Bal. tum demum verum putat si se ibi sistere promiserit,
4 quia est in delicto, quod non potest purgare, nisi ibi sistat. Vnde colligitur in contractibus locum esse remissioni vbicumque quis promisit se certo loco sistere, si modo ibi solutio facienda sit, nam si in vno loco contractum sit, & in alia sit facienda solutio, non fit remissio ad locum contractus, nec inuitus quis cogetur ibi iudicium suscipere,nisi spontè ibi inueniatur,& non raptus vi,vt notatur in l. hæres absens §. vlt.ff. de Iudic.Bal.loc.supr.cit.n.5.6.& 7.& est tex.in l.contraxisse ff. de actionib. & oblig. & idem dicimus ex submissione defuncti ad omnes Curias cum renunciatione fori potest hæres ibi conueniri c.dilecti,& ibi Butr. & Abb.extr. de for. compet. Bart. in l.postulante per illum tex.ff.ad trebell.l. si is qui Romæ ff. de iudic.sed ex submissione defuncti ad arrestum non poterit hæres arrestari secundum Bart. Angel. & Alex. in l.si decesserit,& l.1.§.ne autem C.de caduc.tollend.quæ submissio ad arrestum valet si fuerit iurata, & est seruanda de iure Canonico c.ex rescripto ext.de Iur.iurand. qui text.est ad limitationem traditorum per DD.circa hunc punctum in l. nemo potest ff. de leg. 1. & in l. ob es, C.de actionibus,& obligat.vt vult Iafred.Balb. dec.69. in fine.
5 Sublimita secundo, quoties Iudex requirens,petensque remissionem, & requisitus non sunt eiusdem Imperij, prout est communiter DD. opinio relata per Franch.Marc.dec.Delfin.400.n.9.Anfred.ad Cappell. Tholos. dec.319. sunt tamen consulendi Bal. in l.2. C. de seruis fugitiuis n.2. vers. sed nunc,quod Clar.lib.5. §.fin.n.2.q.38.Cassan.in consuet.Burgund. rubr.12.§. vnic.n.14.Boer.dec.29.ex n.5.Didac.Perez.lib.8.tit.4. l.3. pag. 88. in vers.2. limita, & optimè in tit. 17. l.2. pag.337. vers.dubium censeri solet, Couarr. in pract. q.cap.11.num.10.

RESOLVT. DCXXVII.

An fideiussor conueniendus sit coram suo Iudice, an remittendus coram Iudice suo principalis.

1 *Fideiussor non est remittendus Iudici debitoris principalis, sed est conueniendus coram suo Iudice.*
2 *Nisi vel renunciauerit priuilegio fori.*
3 *Vel apponatur clausula, per quā se submittat omni foro.*
4 *Laicus fideiussor clerici non est remittendus.*
5 *Regula,quod exceptio quæ competit principali,non competit fideiussori, quomodo intelligenda.*

1 QVæro an fideiussor conueniendus sit coram suo Iudice, an vero remittendus sit Iudici debitoris principalis, Ad quod respondeo non esse remittendū, pro vt probat Specul.in tit.de fideiussor.§.1.col.fin.in fin.Bal.in l.cum Archimedorum C.vt possess. legator. Alex.in l.1. in fin.ff. qui satisdare cogantur, & in cons. 35.n.4.vol.1.& in cons.6. n.3. eod.vol.Dec.cons.337. n.13.vol.2.Beltrand.cons.17.n.4.Roland.à Vall.cons. 42.num.5.vol.1. Roman.sing.93. Misinger. obseru.5. cent.2. in princ.
2 Limita primo si renunciauerit priuilegio fori, quia in loco contractus conuenitur, & ibi remitti debet, vt se sistat per tex. in c.Romana §. contrahentes de for. compet.in 6.glos.in l.1.ff.si quis in ius vocatus nō fuerit, Couarr. pract.quæst.c.11.post n.11.Iaffred.dec.5. cent.1. post Soccin.in Reg.110.nu.5.Fallent.7.Misinger. loc.cit.

3 Limita

3 Limita secundo, si apponatur clausula, per quam fideiussor submittit se omni foro, & loco, ita vt possit vbicunque conueniri, Gallesi. ad formam Cameræ oblig. p. 2. q. 3. post Bart. in l. 3. §. si quis ita ff. de eo, quod certo loco, Felyn. in c. fin. n. 19. de for. compet. & in c. pactum 7. de Iudicijs, Bal. in l. 3. §. sed si quis n. 22. C. commun. deleg. Cepoll. Cautel. 70. Rom. Sing. 57. Grat. in Rot. Marchiæ in dec. 180. post num. 12.

4 Amplia suprapositam conclusionem principalem nō procedere in laico fideiussore Clerici, prout voluit Specul. in tit. de compet. Iudic. adit. §. regulariter, versi. pone fideiussor, quem allegauit adhuc Bald. in l. 1. in fin. C. de priuileg. dot. & est tex. in l. si neque ff. de Iudic. sol. vbi exceptio declinatoria competens principali, non competit fideiussori, seù cessionario, & probat benè tex. in l. sed, & si restituatur §. 1. ff. de Iudic. Roman. in sing. 645. & fuit decisum in S. C. per Affl. in dec. 206. eam opinionem sequutus fuit Guid. Pap. dec. 562. & sic habes limitationem ad regulam quod exceptio, quę competit principali, non competit fide-
5 iussori: de alia exceptione vide Affl. in dec. 5. scilicet de saluo conducto principali, quod non extendatur fideiussori: de tertia verò declarat Angel. in l. quæ relegationis ff. de rei vendic. l. de pace facta cum principali cum persona sua tantum, quæ non extendatur ad fideiussores cum limitatione tamen, quam vide ibidē per ipsum, quem refert, & sequitur Dec. in c. quanto, in 11. col. licet Barb. in cons. 12. col. 6. dicat contrarium, sed adest concordia opinionum, vt per Dec. cit. loc. in ver. ex prædictis, quartam limitationem ponit Bal. in l. 1. in fin. C. de diuers. rescript. post tex. & glos. in l. creditor ff. mand. in verb. posse, in princ. de inhibitoria obtenta per principalem in causa vsurarum, vel appositionis, quæ non prosit fideiussori, sed contra eum virtute Instrumenti potest fieri executio, sequitur Ias. ibid. & Aret. in cōs. 33. col. 1. Marsil. in Sing. 125. Dec. in cons. 13. in 1. col. Bolognett. cons. 36. quintam ponit Alex. & tex. in addit. ad Bart. in l. Marcell. ff. de fideiussoribus, Paris. cōs. 16. n. 10. cum seq. 11. vol. & est, quod obligatur fideiussori, licet minor nō obligetur, de cęteris verò exceptionibus, quæ cōpetant principali an prosint fideiussoribus, vide text. in l. ex persona ff. de fideiussor. & per Soc. in l. exceptiones §. rei ff. de excep.

RESOLVT. DCXXVIII.

Contumax in genere, an amittat Ius petendi remissionem ad eius Iudicem competentem.

1 *Contumax amittit ius petendi remissionem ad eius Iudicem competentem.*
2 *Limita nisi Iudex, qui citauit, fuisset omnino incompetēs.*
3 *Secundo, in Clerico citato à Iudice Laico.*
4 *Tertio, in Barone, cuius Vassallus non comparendo fuit factus contumax.*

SVpponatur in facto pro huius articuli dilucidatione, quod quidem reperiretur priuilegiatum, vt nō posset nisi sub certo Iudice conueniri iuxt. termin. tex. in c. 1. de priuilegio, li. 6. & tradita per Capic. in dec. 159. vnde cum prædictus priuilegiatus certa die esset citatus à Curia aliqua, & non cōparendo effectus fuit contumax, fuit dubitatus an postea comparendo possit allegare suum priuilegium, & consequenter pe-
1 tere remissionem ad eius Iudicem competentem, & concluditur communiter per omnes talem non esse remittendum, ex quo vti contumax amittit declinatoriam fori secundum Angel. in l. 1. ff. de priuileg. creditor. vbi dicit, quod in pœnam suæ contumaciæ perdit, vt non possit apponere declinatoriam fori allegat. glos. in l. si finita §. item si videamur ff. de damn. infect. & dicit esse casum quem alibi nescit in l. de die §. plenè, ff. qui satisdare cogantur, facit ad idem Imol. in c. si duob. col. 1. de appellat. Franc. in c. 1. de iudic. & iuxt. hanc opinionem refert decisum Affl. in dec. 233. vnde secundum Alex. in cons. 23. vol. 2. & vol. 3. contumax non apponit de litis pendentiæ, ex quo amisit declinatoriam fori, quam conclusionem sic firmatam illam limito tribus modis videlicet.

2 Primò, non procedere vbi Iudex fuisset omninò incompetens, tunc enim obstante contumacia, potest allegare de incompetentia dummodo Iudex ante non fuisset interlocutus se competentem, vt loquitur Bar. in l. 2. vbi etiam Alex. ff. si quis in ius vocatus si censuerit, Angel. in l. eum qui ff. de priuil. creditor. Marsil. sing. 227. & Vrsil. in dec. 133.

3 Secundo, limita in Clerico, qui licet citatus coram Iudice laico non comparuerit, si tamen enim ex post facto comparuerit allegando priuilegium, remittendus est ad suum Iudicem, & sic non amittit ad declinatoriam fori per contumaciā, ita Affl. in const. Regn. hac lege col. fin. & in constit. pœnam eorum col. 4. post Alex. in l. de die §. tutor. n. 8. ff. qui satisdare cogantur, Innoc. in c. propterea de dilat. Rip. in l. 2. nu. 8. ff. de re iudic. & fuit decisum in hoc nostro S. C. testè Ann. in sing. 120.

4 Tertiò, limita in Barone, cuius Vassallus non comparendo fuit factus contumax, nam potest Baro suo nomine petere remissionem, Tiraquell. de retract. lignag. §. 8. glos. 2. n. 8. Bart. in l. 1. §. post oper. ff. de nou. oper. nunciat. Felyn. in c. ex tenore n. 15. de rescriptis, & in c. cum sit Romana col. 1. de appell. & in c. cum sit generale col. 4. de for. compet. Boer. dec. 214. & Capic. dec. 9. Dom. de Franc. in decis. 417. n. 2. declarando procedere in quocunque Vassallo Baronis, nedum ratione feudi post Amadeum de Pont. & alios, quos ipse citat, & vltra ipsum Carauit. in rit. 231. n. 2. Bellug. in specul. Principum rubr. 155. sed quid dices n. 6. fol. 103. Ann. in cons. 99. n. 12. lib. 2.

RESOLVT. DCXXIX.

Iudex domicilij an possit cognoscere de delicto commisso per subditos extra Territorium.

1 *Prima sententia asserentium.*
2 *Contractus, & delicta, quoad ius fori, parificantur.*
3 *Iudex domicilij, seu proprius Episcopus potest suum subditū punire pro delicto cōmisso extra suam Diœcesim.*
5 *Delinquens, in pluribus locis fit reus.*
6 *Forus domicilij dicitur esse generalis, ad omnia.*
7 *Quomodo Iudex non potest cognoscere nisi de delicto commisso in sua iurisdictione.*
8 *Iudicis domicilij interest animaduertere subditos, & purgare Prouinciam à malefactoribus, licet alibi deliquerint.*
9 *Intellectus tex. quod subditi committentes furtum extra diœcesim non incidunt in pœnam, siue excommunicationem, qua in aliqua diœcesi excommunicantur.*
10 *Criminalia ibi iudicanda, vbi sunt cōmissa, vel incepta.*
11 *Iudex domicilij potest ex officio, & sic per viam inquisitionis agere contra subditum reum extra suam iurisdictionem.*
12 *Subditus qui pugnauit in duello cum alio subdito domini sui extra illius domini iurisdictionem, & interfecit illum, non potest puniri à Domino suo de tali delicto.*

1 IN Articulo huius quæstionis Doctores concordes minimè fuerunt, enim duas reperio Doctorum sententias, quarum prima fuit Abb. in cap. fin. de for. compet. nu. 38. & in c. cum contingat sub n. 6. versi. in versi. at quæritur n. 7. Bart. in l. si cui §. fin. ff. de accus. versi. istud dictum nu. 6. Soccin. in reg. 87. Ioann. Andr. in c. animarū de constit. in 6. Cald. cons. 14. Bar. & Bal.

in

in l.cunctos populos, vbi latè dicunt, quod pro delicto commisso extra territorium Domini per subditum, potest accusari, & puniri subditus in loco domicilij, vel originis, prout formando refert Puteus in lib.6.de re milit.q.22. n.2. qui omnes dicunt, quod Iudex domicilij de delictis extra Territorium cognoscat, quã opinionẽ sequuti sunt etiam Bellug. in specul. Principum in rub.23.in tit.de effect.Imperij,vers.& scias fol. 118.latè Couarr.in pract. quæst.c.11. n.6. in vers.nec obstat in 2.col. Par.in tract.de sindicatu in verb. salarium c.facta est electio,Capiblanc.in prag.de Baronibus 6.n.253.Regens Tapia in const.Reg.capitaneorũ n.6. vers. ad id vero,Baiard. in addit. ad Clarum in §. fin.q.39. n.12. Boer. dec.270. Rouit.in prag.1.vbi de delictis quis conueniri debeat post nu.6.Rot.Lucens. in dec.70.& 41.Glos. in l.relegatorum §.interdicere ff.de interdict. Magon. dec.39. & 70. Guid.Pap. dec. 202.n.2.Franc.Marc.dec.989. Ioseph Ludou.dec.16. n.22.& seq.Thesaur.in dec.90.Dominus de Franch.in dec.66.Ricc.in collect.48.& 615.Marant.const.35.nu. 10.Cassan.in consuetud.Burgund.n.11.fol.4. Crass.in lib.2. comm.opin.c.8. q.1. Villalob.lib.comm. opin. lit.D. n.57. Diaz qui testatur de cõmuni in sua pract. Canon.c.8.n.8. & ita in praxi seruari, & ab ea non recedendum dicit vltra alios Clar.in §.fin.li.5. receptarum sententiarum q.29.n.4. Bossius de for.comp.nu. 182.Farinac.de inquis.in q.7.post n.21.in fine.

Quæ opinio de his medijs, & rationibus eã defendo,

2 Primò, venit confirmanda hæc sententia,quia tritissimum est in iure, quod contractus, & delicta quo ad ius fori parificantur,secundum textum in l.omnem ff. de iudic.§. hoc considerantes col.5. in auth.vt omnes obediunt iudicibus, sed sic est,quod ratione cõtractus potest non solum quis conueniri in loco ipsius contractus, sed etiam in loco domicilij l.hæres absens §. fin. ff.de iudic.c.Romana §.cõtrahẽtes in 6.de for.comp. vbi etiã glos. l.assumptio §.filios ff. ad municipalẽ l.3. C.de muner.& orig.li.10.ergo pari ratione delinquẽs cõueniri poterit in loc.domicilij,& ibi à iudice puniri.

3 Secundò, pro huius sententiæ confirmatione adduco text. in terminis in c.cum contingat de for. comp. vbi habetur, quod Iudex ratione domicilij, seù proprius Episcopus poterit suum subditũ punire pro delicto cõmisso extra suam diœcesim,seu suũ territoriũ.

4 Terriò facit,nam si in loco domicilij non posset conueniri de alibi gestis,& sic de delictis in alijs locis perpetratis,oriretur,quod istud forum respectu domicilij superflueret,quod non est verum per text.in l.1.C.vbi de crim.agi oport. vbi hoc domicilium permittitur, prout est etiam text.in c.delicti c.cum contingat,& c. fin.vbi de for. compet. Imo esset refugium omnium delinquentium, & daretur facultas delinquendi,quod in iure non est permissum.

5 Quarrò facit, nam delinquens in pluribus locis fit reus scilicet in loco delicti domicilij, vel originis l.1. C.de iurisd.omn.iudic.ca.1. vbi glos.extr. de raptoribus l.solent ff.de custodia reorum glos.in l.à diuo pio §.sententiam Romæ ff. de re iudic.ergo potest puniri à Iudice domicilij enim sicuti licitum est Iudici loci delicti Prouinciam purgare malis hominibus eos puniendo l.cognouit ff.de offic.præsid.Ita etiam interest Iudici domicilij illam purgare cognoscendo inter subditos de delictis extra territorium perpetratis.

6 Quintò corroboratur hæc sententia etenim forum domicilij dicitur esse generale, & ordinarium ad omnia,Felyn.in c.fin.vbi etiam Panor de for.compet. n.23.& omnes Canonistæ in c.cum contingat.eod.tit. n.7.Calder.in c.1. de raptor.sed si subditus non posset conueniri in foro domicilij de delicto alibi commisso forum non esset generale ad omnia, vt cõmuniter habetur per DD. vnde ab hoc euitandum debemus sequi hanc opinionem scilicet, quod Iudex domicilij

7 potest punire delinquentem extra territorium. Secundam opinionem contrariam sequuti sunt Specul.in §.1.de competentia Iudic. Ruinus consil.84. n. 9.vol.4.Bal.cons.34. vol.2.cod.n.Felyn.in c.cum à nobis de sent.excommunic. quæst.3. Paris.cons.156. lib. 4.n.6.Burs.at.cons.77.nu.1. cum seqq.Salic.in l.seruos C.ad l.Iul.de vi publ.Gram.dec.26.n.6. Nouellus in cons.crim.diuers.169.n.11. Marsil.in l.fin.ff.de iurisd. omn.iud.n.53.& in pract.55. constante n.90.Gomez. in tit.de delictis in lib.var. resol.ca.1. tom.3. Roland. cons.19.vol.2. Menoch.in cons.2.n.130. Barb. in c.cũ contingat de for.compet.n.26.cum alijs seqq.Soccin. in l.a diuo pio §. sententiam Romæ ff. de re iudic.nu. 16.& sic procedere non obstante, quod consuetudo sit in contrarium,tenuit Foller.in sua pract.Crim.in ver. audiantur excusatores,Nellus de Bannitis in 2.p.secũdi temporis q.58. vbi dicit,quod ista obseruatur,& sequitur Ias.in l.vbi pactum C.de transact.sub n.18.vers. 2. limita, & in l.extra territorium nu.22. ff. de iurisd. omn.Iud.& adde insuper Bald.in c.1.§.si Iudex de pace tenenda, vbi inquit formalia verba sc. quod dominus minimè debet esse sui subditi Beccarius, quia tanquam pater debet facere, nec tenetur inquirere, quia non subditum de maleficio commisso extra suam iurisdictionem,quem refert Assl. in dec. 265. Fallent.1. pro cuius opinionis comprobatione licet possit dici, quod Iudex non potest cognoscere nisi de delicto cõ-

8 misso perpetrato in sua iurisdictione per text. in l. si crimen. §. fin. ff. de accusat. tamen ad dispositionem huius text.respondeo per solutionem quã refert Bart. in d.§.fin.n.6. quæ est,quod text.ille loquitur de Iudice respectu delicti,vnde non valet cognoscere, nisi de illo delicto facto in sua iurisdictione, vt ibi,secus autẽ quando sumus in iudice domicilij,vt in proposito nostro enim poterit cognoscere de delicto commisso extra territorium per suum subditum,& licet facta solutione istius oppositionis posse insurgere ingeniosus dicens, quod ideo Iudex domicilij ratione cognoscit de delictis commissis in sua iurisdictione, nam delicta ibi facta censentur ad suam perniciem commissa,cum ibi sua persona reperiatur, sed in casu huius opinionis cessat hæc ratio, enim hic agitur de delicto perpetrato extra suam iurisdictionem, & sic in absentia suæ personæ,ergo sequitur,quod debet cessare à parte ista punitio,cessante enim causa,cessat effectus c.cum cessante de appell. l. generaliter C. de Episc. & Cler. l. si possunt C.de hæred.instit.l.titia seia §.vsuras ff.de leg. 2.l.cedere diem ff. de verb. oblig.l. senatus §. nec dubitauere ff. de donat. caus.mort. & glos.in l.3. ff. eod.

9 Ad quod etiam Respondeo,quod licet ipse Iudex respectu domicilij non potest de hoc delicto cognoscere,tamquam ibi non commisso, tamen potest cognoscere ex eo, quia sua interest animaduertere in suos subditos,& purgare suam Prouinciam a talibus homi-

10 nibus, licet alibi deliquerint cit.l. cognouit, & facit l. præses ff.de offic. præsid. & quamuis iterum pro confirmatione prædictæ opinionis posset adduci tex.in c. vt animarum in fin.de constit.in 6.vbi scriptum reperitur, quod si stat statutum in diœcesi, vt subditi committentes furtum sint excommunicati, dicit ibi text. quod si subditi committunt furtum extra diœcesim nõ incidunt in pœnam,siue excommunicationem,& sic in consequentia Episcopus illius locis de illo non poterit cognoscere, enim illud statutum extra suam diœcesim non valet. Ad quod respondeo, quod licet delinquens extra territorium ex dispositione excommunicationis subditus non veniat puniendus per suum Episcopum,vt supra,tamẽ suus Episcopus potest eum punire per dispositionem iuris communis l.1.& auth. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oport. ita Panor.in cit. c.contingat il 2. col.2. vnde sequitur, quod

11 conclusio superius adducta ex hac responsione reddi-

ditur

ditur falsa, posset vltimo adduci ad confirmandam hanc sententiam scilicet, quia criminalia ibi sunt iudicanda, vbi sunt commissa, vel incepta l. 1. C. vbi de crim. agi oportet, sed delictum non fuit perpetratum in loco domicilij; ergo Iudici domicilij non licet eum punire, & maximè cum delinquens principaliter veniat puniẽdus in loco criminis, Auth. qua in Prouincia C. eod. tit. c. postulasti de for. comp. Illustris de Franc. in dec. 37. & Iaffred. dec. 49. ad quem tex. sic respondeo, quod verum est, vt ibi quis puniatur vbi deliquit, tamen quando Iudex delicti non potest habere copiã rei delinquentis, tunc licet Iudici Domicilij eum cognoscere, glos. 2. & Bart. in cit. l. 1. in princ. licet hoc procedat quotiescunque reus non fuerit requisitus a foro delicti, nam tunc cogeretur iudex domicilij eum remittere, Clem. pastoral. de re iudic. §. si verò comprehensorum, auth. vt nulli iudicum col. 9. & auth. si verò criminis C. de adulter. Panor. in c. fin. de for. cõp. in vers. 4. effectus post nu. 6. & nu. 8. quod tamen habet locum quando iudices sunt subiecti eod. Principi, Bar. in §. fin. de accus. & Panormitan. in cit. loc. n. 10. in fin.

12 Et tenendo primam opinionem, amplia quod ipse Iudex domicilij potest ex offic. & sic per viam inquisitionis agere contra subditum reum extra suam iurisdictionem, latè Panor. in c. cum cõtingat de for. comp. n. 7. circa med. & in cons. 14. Boer. dec. 270. in initio, Beccius cons. 93. lib. 1. Guid. Pap. in dec. 202. n. 5. vers. quæro vlterius, Farin. de inquisit. q. 7. nu. 20. vers. contrariam opinionem, Ioseph Ludouic. dec. Lucens. 16. sequitur Magon. in dec. 36. n. 1. Ber. cons. 162. li. 2. Clar. in pract. Crim. q. 39. sub n. 4. vers. contrariam aut sententiam, Rot. Lucens. dec. 70. & Caball. in resol. crim. casu 162. n. 4. 5. 6. & 7. & seq. vbi alios innumeros refert, & recenter sequitur, & bene Fach. in li. controuer. iuris li. 9. c. 20. per tot. & ratio est, nam Iudex in inquisitione tenet locũ partis, Monal. in cõs. 111. n. 10. vol. 2.

13 Amplia secundo, quãdo procedit partis offensæ querela quod est clarum, Bart. in l. cunctos populos C. de summa Trinitate, & fide Cattholica, vers. item quæro n. 47. Panor. in cit. c. cum contingat sub n. 7. Boer. in d. dec. 270. sub n. 3. Boss. de for. comp. post vers. vlt. in hac materia in fine n. 182. Roland. cons. 19. vol. 1. nu. 8. & 21. Couarr. pract. quæst. q. 11. in vers. sit etenim nu. 6. Foller. in pract. crim. sub n. 129. in verb. audiantur excusatores, Diaz in pract. crim. Canonica c. 9. Barbat. in c. cum contingat de for. comp. vers. & si dicatur sub n. 31. & est communis Doctorum sententia, teste Crasso in lib. 2. comm. opin. c. 8. q. 2.

14 Limita nunc non habere locum quando subditus pugnauit in duello cum alio subdito domini sui extra illius domini iurisdictionem, & interfecit illum, nam à suo domino puniri non potest de tali delicto, vt latissimè tenet Put. q. 22. per tot. lib. 6. de re milit.

RESOLVT. DCXXX.

Iurisdictio in materia remissionis an intelligatur concessa cumulatiuè, vel priuatiuè.

1 *Iurisdictio in materia remissionis est concessa cumulatiuè ad Regem, non autem priuatiuè.*
2 *Etiamsi concedatur per verba taxatiua.*
3 *Limita in Baronibus, qui habent iurisdictionem priuatiuè ad Regem.*
4 *Secundo, quando concessio fieret non solum respectu loci, sed etiam respectu certi generis personarum.*

VTilitas quæ ex cognitione huius differentiæ resultat est, quia si dubio præsumi deberet iurisdictionem fuisse concessam priuatiuè, semper locus est remissioni iuxta text. in c. ne aliqui de priuileg. in 6. & ne aliqui de hæreticis, & leg. 1. C. de offic. præfecti Annonæ, si verò cumulatiuè, potest ipsemet concedens cognoscere, & non erit locus remissioni, sed quomodocunque sit, constituas regulam quæ est iurisdictionem esse concessam cumulatiuè ad regem, non autem priuatiuè ex notab. doctrina, Felyn. in c. pastoralis de offic. ordinarij, post Bart. in l. 1. de offic. præfecti vrbis, vbi dicit, quod licet fiat vnus officialis specialis super damnis datis, non tamen per hoc tollitur iurisdictio, quam habet officialis, qui habet vniuersalem reuisionem, quod etiam voluerunt Natt. cons. 536. nu. 34. Simon de Petr. n. 2. cons. 93. Corn. cons. 96. nu. 8. & seqq. lib. 1. Decian. in respons. 35. n. 52. lib. 2. & 118. n. 22. & seq. lib. 3. Aret. cons. 83. & 502. Bero. cons. 22. nu. 25. & seq. lib. 1. Roland. cons. 8. lib. 2. Rom. cons. 293. & est communis Doctorum opinio relata per Ias. in l. quod in rerum §. si quis post de leg. 1. & hic oritur, quod melior est conditio occupantis, Bero. proximè citatus in

2 cons. 58. lib. 3. nu. 16. quod in tantum procedit, quod etiam si specialiter per verba taxatiua concedatur iurisdictio alicui iudici, videlicet si alicui iudici fuerit data iurisdictio, quod tantum ipse videat de aliquibus causis, quia hoc non obstante non censetur adempta iurisdictio iudicibus habentibus etiam talem iurisdictionem, prout testatur Decian. in respõs. 118. n. 22. & seq. 3. lib. licet contrariam sequatur Dec. in cons. 3. vers. super est Respondere sub n. 2. Felyn. in c. pastoralis de offic. iudic. ordin. n. 6. Roland. cons. 80.

Limita tamen principalem conclusionem pluribus modis videlicet.

3 Primo in Baronibus, qui habent iurisdictionem priuatiuè ad regem, siue habeant ex priuilegio, Abb. in c. Auditis de præscriptionibus, & in cap. cæterum de iudic. n. 7. Frecc. de subfeud. fol. 205. in 9. auth. li. 2. Natt. cons. 580. vol. 3. nu. 4. Bal. in l. 1. ff. de rerum diuisione col. 5. q. 43. Dec. in cit. c. cæterum eod. tit. de iudic. Anchar. in c. 1. de præscript. num. 5. Felyn. in c. pastoralis, siue ex præscript. de offic. ordin. in 6. limit. n. 9.

4 Secundo limita, quando concessio fieret non solum respectu loci, verum etiam respectu certi generis personarum videlicet pupillorum, viduarum, nam videtur reliquis adempta iurisdictio, Aret. cons. 102. nu. 2. Corn. cons. 76. lib. 1. num. 11. Vrsill. ad Assi. in de c. 41. Gram. dec. 30. de Franch. dec. 417. n. 7. Roman. cons. 393. Minadoi in constit. in aliquibus in verbo Comitum, vel Baronum n. 15. Carau. in rit. 295. n. 24. Felyn. in c. pastoralis de offic. ordinat. Lanar. cons. 66.

RESOLVT. DCXXXI.

Mandans delictum fieri an sit puniendus in loco mandati, an remittendus ad locum delicti.

1 *Mandans delictum committi, illuc est remittendus, & puniendus, vbi mandatarius crimen perpetrauit.*
2 *Mandans, & mandatarius tenentur ex eodem delicto.*
3 *Mandans tenetur de crimine non ex mandato, sed ex crimine ratione mandati executo.*
4 *Obligatio mandantis, non ex mandato, sed ex delicto oritur.*

1 VEriss imum in corpore iuris reperio, mandantem delictum committi, ibi esse pœna insligendum, vbi crimen perpetrauit mandatarius, & sic ibi esse remissionem faciendam, pro vt etiam communis Doctorum sententia, Marsil. in singul. 404. Clar. quæst. 38. in vers. item quæro nunquid mandans, Alber. in l. hæres absens §. apud labeonem ff. de iudic. Boss. in tit. de for. comp. n. 109. & 147. Castr. in l. sicut proponitur ff. de fideiussor. quæ opinio fulcitur per tex. in l. hæres absens §. apud labeonem ff. de iud. vbi in fin. colligitur, nam tutorem sortiri forum in loco contractus, prout in simili facit text. in l. si vt proponitur ff. de fideiussoribus,

ribus, sed argumentum à contractibus ad delicta in iure valet l.omnem de iudic. ergo eadem ratio consideratur in delictis, & sic quod ficuti mandatarius ponitur in loco contractus, ita & in loco delicti, & facit ad comprobationem huius communis opinionis tex. in c.qui per alium de reg. iur. in 6. vbi habetur, quod qui per alium facit, per se ipsum facere videtur; ergo ficuti delinquens in aliquo loco ad illum forum est remittendus, tanquam ad locum delicti, auth. qua in Prouincia C. vbi de crimin. agi oport. c. postulasti de for. compet. ita debet procedere in mandante, & huius conclusionis quadruplex est ratio videlicet.

2 Prima, quia mandans, & mandatarius tenetur ex eodem delicto gl. in l. si vt proponitur ff. de fideiussoribus, & quamuis mandatum processerit delictum, nihilominus habetur pro vnico, & eodem crimine. Nell. de Bannitis q. 7. in primi tempor. in 1. p. Bart. in l. hos accusare §. l. ff. de accus. & in l. sed si vnius §. fin. in fi. ff. de iniur. ergo si pro vnico crimine habetur, debet igitur mandans puniri in foro delicti, vbi mandatarius, ad hoc vt causarum continentiæ non diuidantur l. nulli C. de Iudic.

3 Secunda, quia mandans tenetur de crimine, non ex mandato, sed ex crimine ratione mandati exequuto, ita Clar. in sua pract. quæst. 89. in vers. scias autem, Bos. de foro compet. in fin. n. 109. Mar. in c. proposuisti de foro compet. in vers. nono quæro num. 22. & est communis opinio secundum Bart. & citatos DD. in l. non solum §. mandato ff. de iniur. n. 9.

4 Tertia ratio est, quia obligatio qua mandans tenetur non ex mandato, sed ex delicto, oritur l. qui seruo §. 1. & l. si quis vxori §. neque verbo ff. de fur. Capr. concl. 80. n. 10. glos. in l. 1. §. persuadere ff. de seru. corrept. ergo mandans non in loco mandati, sed delicti est puniendus, ac remittendus secundum doctrinam Bar. in l. si vt proponitur de fideiussoribus, & dicit Clar. in cit. loco, vers. quæro post Angel. de malefic. nu. 2. in verb. existens Florentiæ.

5 Quarta, est ad euitandum illum absurdum, scilicet ne ex eodem facto haberentur plures sententiæ, enim si mandatarius conueniretur in loco delicti, & mandans in alio, sequerentur plures sententiæ, quod est absurdum, Dec. & Ias. in l. emancipati C. de collat. bonorum, Felyn. in c. 1. de præscriptionibus, latè Bossius in tit. de for. compet. n. 10. cum alijs sequentibus, Soc. in cap. 2. in verb. Octauo fallit de mut. pet.

RESOLVT. DCXXXII.

An Clericus coniugatus Sindicus, seù Erarius alicuius Baronis si in reddendis rationibus remaneret debitor, possit ab officialibus eiusdem Baronis puniri.

1 *Clerici coniugati priuilegio gaudent.*
2 *In ciuilibus, non gaudent priuilegio fori, & coram iudice seculari sunt conueniendi.*
3 *Clerici coniugati tenentur ad solutionem collectarũ, &c.*

1 COnsultus de hac quæstione dicebam, quod licet Clerici coniugati cum vnica, & virgine clericali priuilegio gaudere debent, dum tamen habitum Clericalem, & tonsuram deferant, Lapus alleg. 40. Guid. Pap. decis. 83. Carau. in rit. 66. per tot. c. 1. de cler. coniugat. in 6. Specul. in tit. de Cler. coniugat. in princ. Tapp. in const. Regn. in rit. 66. in tit. de Episc. & Cler. fol. 26. lib. 1. Couarr. pract. q. c. 31. n. 6. Clar. in lib. 5. §. fin. quæstion. 36. & Sacra Congregatio Tridentina cõfirmauit cõstitutionem Bonifacij IX. in d. c. 1. de Cler. coniug. in 6. vt habetur in 23. session. c. 6. de reformat.
2 vbi vltra habitum, & tonsuram decernit, qui seruiat alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi, non obstante quauis etiam immemorabili consuetudine, aut priuilegio in hoc nostro Regno Neapolit. & in M. C. V. non admittebantur, vt in rit. 66. sed tamquam laici habebantur, licet nunc fuerit priuilegium contemptum in d. c. restitutum per pragmat. nuper de Clericis, seù diaconis saluaticis, & per pragmaticam, quæ incipit quemadmodum, sub eodem titul.

3 Nihilominus his minimè suffragantibus contrarium resoluendum censui ex eo, quod in ciuilibus clericus non gaudet priuilegio fori, & sic coram iudice seculari esse conueniendus, secũdum doctrinam Ioannis And. Anchar. & Domin. in d. c. 1. de Cler. coniugat. Card. & Imol. in c. ex parte de Clerici coniug. Couarr. in lib. pract. quæst. in vers. 1. Igitur constituitur sub numer. 6. c. 31. pro cuius sententiæ comprobatione est adeũdus Gigas in additio. ad Dec. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ extra de constitut. in verb. ex inter n. 25. Pacian. lib. 2. c. 20. de probat. n. 40. cum seq. vbi præter casus, in quibus hi Clerici coniugati retinent priuilegium fori, semper reputantur laici, Germon. in tractat. de sacr. Immunit. n. 66. c. 15. lib. 3. Decian. in tract. crim. lib. 4. tom. 1. c. 9. num. 40.

4 Non obstat tex. in cit. c. vnico in illis verbis, Clericũ coniugatum non esse trahendum ad iudicem secularẽ criminaliter, nec ciuiliter. n. talia verba non sunt intelligenda de causa ciuili, sed causa criminali ciuiliter intentata, itaque sit sensus, quod in criminibus Clericus non possit conueniri in foro seculari, siuè ciuiliter, siuè criminaliter, pro crimine agatur capta in concl. 97. n. 85. & hinc oritur, quod cum materia solutionis collectarum respiciat causam ciuilem, propterea communiter concluditur tales Clericos coniugatos teneri ad eius solutionem glos. communiter recepta in c. ex parte de Cleric. coniugatis, vbi Abb. Guid. Pap. dec. 83. & dec. 383. n. 9. vers. septimo hæc, Couar. q. c. 31. n. 9. sub vers. septimo hæc, Angel. in auth. de monach. §. penult. de Sanctissimis Episcopis, Ioann. de Firmo in tract. de gabellis nu. 12. p. 7. Festasius in tract. de æstimat. c. 1. sub n. 7. par. 4. & in nostro Regno est citata pragmatica, nuper sub tit. de Clericis, & Diaconis saluaticis, in qua habetur Clericos coniugatos teneri ad solutionem onerum, & collectarum, & fiscalium functionum, ac omnium onerum Vniuersitatum, & locorum, in quibus reperiuntur.

RESOLVT. DCXXXIII.

Vtens falsis ponderibus, vel mensuris ignoranter, ad Iudicem veniat remittendus ciuilem, vel criminalem.

1 *Est remittendus ad iudicem ciuilem; & n. 9.*
2 *Ad puniendum delicta, necessario debet constare de sententia delictorum inquisitorum.*
3 *In dubio est præsumẽda ignorantia, nisi probetur scientia.*
4 *Ignorantia est actus priuatiuus, habens negationem annexam.*
5 *Omnis dispositio, quantumuis generalis restringitur, ne ignorans puniatur, & n. 6.*
7 *Ad puniendum aliquem vtentem falsis ponderibus, est necessaria scientia dolosa.*
8 *Si quis ignoranter vtatur falso instrumento, non punitur.*

FIngatur casus, pro præsentis quæstionis explicatione, quod quis in vendendis rebus, vtetur falsis ponderibus, & mensuris, ignoranter si talis existeret in aliqua Ciuitate, in qua essent duo Iudices. s. criminalis, & ciuilis, quis istorum esset competens iudex, si talis allegasset se ignorasse ea esse falsa.

1 Et Respondetur, quod debeat puniri ciuiliter, & sic quod iudex competens istius esse debet iudex ciuilis, .n. necessario debet constare de scientia delictorum
2 inquisitorum; nam qualitas ista est de substantia delicti,

licti, ex quo ignorans non dicitur delinquere, Menoch. de arbitr. iudic. cas. 188. nu. 12. Rip. in l. fin. C. de reuocand. donat. nu. 48. Gram. in cons. crim. 25. num. 1. quæ
3 ignorantia nisi probetur, scientia in dubio est præsumenda tex. est in l. verius ff. de probat. Mascard. de probat. concl. 879. n. 6. Roland. in cons. 45. n. 13. c. præsumitur de regul. iur. in 6. Gram. dec. 36. Gail. obser. 78. lib. 2. n. 14. in verb. ignorantiam col. 4. Bellam. dec. 562. in tit. de præbendis nu. 1. Paris. cons. 65. in fin. Ca-
4 cher. in dec. 71. n. 24. cuius conclusionis ratio est; nam ignorantia est actus priuatiuus, habens negatiuam annexam, quæ negatiua de iure est improbabilis, l. actor. C. de probationibus; sed scientia ponit, & affirmat, & merito probari debet l. qui dicit ff. de probationibus, Marant. in repet. l. is potest nu. 226. vers. potest esse, ff. de acquirend. hæred. scientem. n. & non ignorantem lex vult obligare l. generali. C. de tabul. lib. 10. Roman.
5 cons. 473. n. 1. & c. vt animarum de constit. in 6. quod procedit, quia omnis dispositio quantumuis generalis restringitur, ne ignorans puniatur, Crauett. in cons. 6. nu. 73. & in cons. 260. vers. rursus, quod ipse inquisitus sub n. 2. Soc. cons. 122. vol. 1. eo. nu. Menoch. de arbitr. iudic. n. 4. cas. 52. Roland. in cons. 45. vol. 1. n. 14. n. maximum sequeretur absurdum, si ignorans puniretur,
6 quia esset contra naturalem æquitatem, Socc. in cit. cons. 122. sub num. 1. Menoch. proximè citatus in suo amplo tractatu de arbitr. iudicum cas. 185. n. 4. & 186. nu. 12. pœna. n. præsupponit culpa, pro vt extat cons. Riminald. Iunior 640. vol. 2. n. 72. & in ignorante cessat culpa, pro vt dicit idem ibidem consil. n. 76. vbi n.
7 77. inquirit, quod sine culpa pœna non venit in consideratione, Crauett. in cons. 204. nu. 21. & quod ad puniendum aliquem vtentem falsis ponderibus sit necessaria scientia dolosa dicunt Nauar. in Manual. confess. sub n. 169. c. 17. Tabien. in summa in §. emptio nu. 9. & §. falsarios n. 11. Plotus in l. si quando C. vnde vi n. 72. Natt. cons. 73. n. 3. Iodocus in pract. crimin. c. 123. n. 7.
8 quod in tantum procedit, quod si quis ignoranter vtatur falso instrumento non punitur, Clar. in §. falsum li. 5. sententiarum in vers. vtens ex his credo, quod pro-
9 pter ignorantiam non esset iste puniendus criminaliter, & in consequentiam non est remittendus ad iudicem criminalem, prout vult Crauett. in cons. 8. nu. 10. Becc. in cons. 96. num. 2. n. sumus in crimine falsi ex eo, quia quæstio iniusti, & falsi ponderis pertinet ad falsum, Alciat. cons. 26. lib. 7. n. 6. Iodoc. in sua pract. cap. 123. nu. 7. Natt. cons. 72. nu. 1. & seq. quæ falsitas non committitur, nisi dolo adhibito, Clar. in §. falsum li. 5. sententiarum vers. excusatur autem, & est communis opinio relata per Natt. in cit. cons. 72.

RESOLVT. DCXXXIV.

Rumpens saluamguardiam an sit remittendus, puniendus ad eius Barones, vel ad M. C. V. à qua fuit concessa.

1 *Non remittendus ad magnam Curiam.*
2 *Etiamsi ex litteris Principis augeretur, vel constitueretur delictum, quod iure communi non erat.*
3 *Et sperneretur præceptum Principis.*

SVpponitur in facti contingentia, quod quis habuerit saluamguardiam M. C. Vicariæ, & postea fuerit per alios illi contrauentum, venit dubitãdum quis sit Iudex competens talis rei, .s. Magna Curia, quæ concesserat illam saluamguardiam, vel Baro ipsius saluæguardiæ fractoris.

1 Et prima facie videtur dicendum hanc causam esse remittendam dictæ M. C. ex eo, quod illi fuerat illata iniuria ob contrauentionem factam saluæguardiæ ab ipsamet concessæ, & propterea illam esse Iudicem competentem, Nata consil. 580. nu. 6. Alex. cons. 247. vol. 2. Dec. cons. 46. vol. 2. Roland. in cons. 42. volum. 2. n. 3. Roun. cons. 331. n. 4. cum alijs sequentibus vol. 3. & facit pro hac opinione, an tex. in l. 2. C. vt nemo priuatus titulus prædijs suis, vel alienis imponat secundũ Cassan. in catalogo gloriæ Mundi, consider. 195. in med. fol. 118. vbi habetur, quod hæc cognitio tantum Iudicibus Principum reseruatur, quod etiam in hoc casu in Ecclesiastico cognoscit, qui alterius iurisdictioni subiaceret. Aufrer. in tract. de potest. secul. super Ecclesiastico, n. 20. regula prima.
2 His non obstantibus contrariã sequor ex decis. Thesaur. 131. vbi loquitur in proprijs terminis, vbi habentur pro ista opinione formalia verba, Pro vassallo adducebatur, quod Princeps inuestiendus de mero, & mixto Imperio cum regalibus priuat se iurisdictione, emolumentis. Crauet. cons. 118. Brun. cons. 31. in fin. Bellamer. cons. 15. colum. pen. & fin. Paris cons. 1. n. 18. lib. 2. Guid. Pap. decis. 341. colum. 2. Affl. decis. 282. in fin. Boer. dec. 264. nu. 7. Romb. cons. 77. Gramm. dec. 30. n. 8. & 11. Curt. Iun. cons. 2. num. 2. Rolan. cons. 42. & 48. lib. 2.
3 Amplia secundum eum, primo etiam si ex litteris Principis augeretur, vel constitueretur delictum, quod Iure communi non erat, Abb. in c. auditis, n. 8. de præscriptionibus, Felyn. in c. 1. num. 8. de accusat. post Bal. in c. tuam in quinto notab. de ordine cognit. & Bossius in tit. de pœnis. num. 25.
4 Amplia secundo, si speretur præceptum Principis. Natt. cons. 119. per tex. in l. Imperialem, §. illud de prohib. feu. alienat.
5 Et in terminis nostræ quæstionis .s. quod fractor saluæguardiæ sit remittendus Baroni, vltra Thes. in cit. loc. tenuerunt Ias. in cons. 57. vol. 3. Guid. Pap. in dec. 50. Boer. in dec. 25. n. 5. Rebuff. de maternis possessoribus art. 2. glos. 2. vers. quemadmod. Neuisant. in cons. 83. n. 9. Oldrad. cons. 148. n. 6. Roland. in cons. 28. n. 3. vol. 2. Brun. de cessione bonorum part. 2. q. 13. Gram. vot. 28. num. 13. de Pont. in tract. de Laudemio q. 28. col. 2. num. 5.

RESOLVT. DCXXXV.

Laicus offendens Cursores exequentes eorum officium à quo sit puniendus.

Est puniendus per eamdem Curiam.

QVæro si laicus offenderet Cursores alicuius Curię Ecclesiasticæ, puta Neapolitanæ exequentes eorum officium, à quo sunt carcerandi, & puniendi. Respondetur, quod practicatur, quod carcerantur, ac puniuntur per eandem Curiam ratione offensæ Iurisdictionis, quæ prorogat in eam iurisdictionem. Paul. de Castr. in l. additos, C. de Episcopali audientia per illum text. qui loquitur in terminis, quando offenditur familia Iudicis, exequens suum officium, & licet hodie non habeat locum contra Clericos per not. in c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de constitutionibus, & c. 1. de noui operis nunciatione, ex eo tamen clarè colligitur, quod ratione offensæ Iurisdictionis, qui alias non erat Iudex efficitur Iudex. Idem probatur in l. nullus, C. de testibus, & vult Couar. in lib. pract. quæstionum, c. 18. n. 8. folio 57. Cagnol. in l. 1. in 2. part. gl. ff. de offic.

RESOLVT. DCXXXVI.

An quis veniat remittendus ad locum domicilij.

1 *Domicilium quando quæratur.*
2 *Si quis non haberet animum permanendi in loco, etiamsi maneret per mille annos, non acquirit domicilium.*

3 Schola-

3 *Scholaris, quando existimetur acquirere domicilium.*
4 *Quomodo ex coniecturis probetur domicilium mutatum.*
5 *Interueniente Iudice originis, seu delicti, reus non venit remittendus ad forum domicilij.*

1 ANtequam ad huius articuli dissolutionem accedamus, operæ pretium æstimaui, aliqua de significatione verbi domicilij, quomodo .s. illud quæratur, & plenè verior, ac recepta DD. sententia in hoc articulo illa mihi videtur principalior, vt .s. domicilium quæratur temporis momento absque aliqua expectatione, quando scilicet transferret se ad habitandum in aliquo loco expresse declarando se habere animũ ibi perpetuo permanendi, ac domicilium contrahendi, vt videtur colligi ex text. in l. domicilium re, & pacto transfertur, ff. ad municip. quod adeo procedit,
2 quod si quis non haberet animum ibi permanendi etiam quod permaneret per mille annos non acquirit domicilium, vt in scholare, Bart. in l. quæsitum, in princ. ff. de leg. 3. Bal. in auth. habita, vbi etiam Salicet. l. ne filius pro patre, Felyn. in cap. dilectus, il 2. de rescript. n. 2. latissimè Menoch. in suo amplo tract. de arbitr. iu-
3 dic. lib. 2. cent. 1. cas. 86. n. 7. & 22. quod habet locum, si certum est tantum causa studij in loco commorari, si verò vertemur in dubio, tunc elapso decennio, quod studiorum causa concessum est, præsumitur ibi domicilium velle constituere, si habitationem continuauerit, & ibi sedes fixerit, verum supradicta sunt intelligenda, dummodo vltra declarationem, quod requi-
4 ratur aliquis actus significatiuus domicilij, puta quod euenit domum, aut asportauerit bona sua in eo loco, optimè Soccin. in cap. fin. de foro compet. n. 25. Rota Romana diuersor. in dec. 150. n. 8. p. 2. ad cuius rei cognitionem habendam, quando scilicet ex coniecturis probetur domicilium mutatum, & alibi constitutum, videndi sunt Abb. in c. fin. de parochis, Felyn. in cap. dilectus el secundo de rescriptis, Mascard. de probat. concl. 534. Menoch. de arbitr. Iudicum lib. 2. cent. 1. cas. 86. & aliqua quæ tradit Affl. in dec. 384.
5 Sed deueniendo ad punctum principalem breuiter me expediendo dico, quod interueniente Iudice originis, seù delicti, tunc reus non venit remittendus ad forum domicilij, ex notabili decisione de Franch. 37. Farinac. de Inquis. q. 7. n. 9. Baiard. q. 78. n. 73. Belluga in specul. Principum §. Item rubr. 11. fol. 56. Vrsillus decis. 119. n. 3. Capiblanc. de Baronibus fol. 178. n. 36.

RESOLVT. DCXXXVII.

An laicus colonus Ecclesiæ delinquens sit remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum.

1 *Remittendus ad Ecclesiasticum.*
2 *Exempta persona ab alicuius foro, videtur etiam exempta tota eius familia.*
3 *Priuilegium concessum scholaribus, habet etiam locum in illorum famulis, num. 4. & 5.*

1 IN prima fronte videtur dicendum, quod sic enim, rales dicuntur personæ domesticæ, ac familiares l. Præsenti §. penul. de his qui ad Eccles. confug. Dec.
2 cons. 100. n. 8. Alex. cons. 114. n. 10. vol. 4. & exempta persona ab alicuius foro, videtur etiam exempta tota eius familia l. 1. C. si qua præd. potest. l. non aliter de
3 Iudic. facit etiam quia priuilegium cõcessum scholaribus per text. in auth. habita C. ne filius pro patre, habet etiam locum in illorum famulis, vt ibi per Bald. in col. 2. ergo tanto magis in casu nostro enim colonus Ecclesiæ sequitur forum Ecclesiasticum c. in continua 11. q. 1. & c. fin. de offic. Archid. quam opinionẽ sequitur glos. in c. eos 33. distinct. in c. Ecclesiarum seruus 12. q. 2. c. generaliter §. nouarum 19. q. 1. c. 1. & c. Ecclesiarum 11. q. 1. Rom. & Ias. in l. cum quadam puella ff. de Iurisdict. omnium Iudicum, Panor. sibi contrarius in cons. 53. lib. 1. Marian. in cap. 1. de for.
4 compet. Cagnol. in citato l. cum quidam puella, & hæc opinio apparet mihi de Iure verior, & hoc tanto magis procedit in seruis perpetuis Ecclesiæ, Panor. in d. c. 2. Gram. in cons. 102. n. 15. & 16. in famulis Episcopi, Capic. dec. 12. nu. 1. Bursat. in cons. 25. vbi latè n. 13. lib. 1. quę opinio habet etiam locum quando isti tales habent generalem rerum administrationem gl. in c. Iudicatum 89. distin. Panor. in d. cap. 2. n. 6. vel quando veniret Clericus, vel Ecclesia ad defensionem coloni, & hoc respectu lis intentaretur contra Ecclesiam, Præp. Alexand. in c. Clericum il 2. 11. q. 1. Ripa in c. decernimus de Iudic. num. 2. & 4. aut conueniretur pro rebus, quas ab Ecclesia tenet, Specul. de compet. Iudic. num. 47. in fin.
5 Aduersus tamen quod contraria opinione fuerunt Spec. de comp. Iudice §. 1. n. 27. vers. 27. Abb. Felyn. & Aret. in c. 2. de for. compet. & hanc opinionem tutiorem, & in practica seruari dicit, Couarr. pract. qq. cap. 35. n. 2. vers. 5. non video, & magis communem dicit, Capic. in dec. 12. n. 2. circa finem, Aufrer. in tract. de potest. secul. super Eccles. pers. reg. 2. n. 36. & hanc opinionem sequitur Soc. in c. 1. in 5. declarationem vers. 27. de for. comp. Ant. de Butr. in c. 2. de for. compet. Federic. de Sen. in cons. 111. col. pen. n. 9. addit. ad Felynum in c. 1. proximè citato, Gemin. in cap. 2. de for. compet. vbi etiam Præpos. sibi contrarius.

RESOLVT. DCXXXVIII.

Feudatarius exemptus ratione feudi an sit remittendus.

1 *Peti possit remissio delinquentis ad locum delicti.*
2 *Limitatur in Iudicibus, qui non sunt sub eiusdem Principis Imperio.*
3 *Feudatarius exemptus ratione Feudi, remittendus, n. 4.*
5 *Vasallus ad quid teneatur Domino suo.*
6 *Vasallus coram Domino Feudi conueniendus est, etiamsi Dominus Feudi sit persona Ecclesiastica.*

SVpponatur in facto, quod quidam alterius iurisdictionis subditus obtineret feudum in hoc nostro Regno, & pro delicto ab eo perpetrato petatur remissio ad suum Principem vt exemptus à iurisdictione nostri Catholici Regis, & pro parte negatiua affert
1 illa Iuris conclusio, quod licet possit peti remissio delinquentis ad locum delicti, secundum text. in auth. qua in Prouincia C. vbi de criminibus agi oportet, c. postulasti de for. compet. quod tamen plures, atque plures patitur fallentias, inter quas illa ab omnibus
2 Doctoribus approbatur, vt locum sibi hæc regula non vendicet in iudicibus, qui non sunt sub eiusdem Principis Imperio, quæ communis est limitatio tam Canonistarum, quam Ciuilistarum, secundum Cassan. in consuetud. Burgund. in tit. de conuent. rubr. 12. §. vnic. vers. 5. aduerte n. 14. Couarr. in lib. pract. quæst. c. 11. vers. 12. Clar. in sua pract. crimin. lib. 5. §. fin. vers. hoc tamen, Borrell. in addit. ad spec. Principum rubr. 11. vers. ex quo prædiximus limit. 7. Peguer. in dec. 2. n. 6. Franc. Marc. dec. 83. n. 3. p. 2. Boer. dec. 29. Sessa in dec. Regn. Aragonum 219. n. 8. Tesaur. decis. 90. n. 7. Oldrad. cons. 124. cuius limitationis ratio est enim in casu contradictionis, vel recusationis non est qui recusantem compellere, vel punire possit, quia par in parem non habet Imperium §. tempestiuum, & §. ille à quo ff. ad Senat. consult. Trebell. l. nam magistratus ff. de arbitr. Cassan. in cit. loc. quibus sic stantibus vi-
3 detur concludendum remissionem peti non posse, atque illam iure licito denegari, cum is à quo remissio petitur est exemptus à iurisdictione nostri Regis.

4 His tamen minimè suffragantibus contrarium esse censeo complectendum ex eo, quod licet qui petit hanc remissionem sit exemptus à iurisdictione, nihilominus est feudatarius, & ratione feudi est substitutus ipsi nostro Regi etiam quod aliàs de per se esset exemptus, & in hoc allego particularem decisionem, Affl. in dec. 165. n. 89. vbi Vassallus ratione feudi tenetur domino suo in hoc quod tenetur capere malefactores, & ducere ad Curiam domini, aliàs infidelis diceretur, Lucas Penn. in l. 1. C. ne rusticani, Cassan. in consuet. Burg. in rub. des institutes rub. 1. §. 4. num. 10.

6 Adde etiam pro hac mea sententia text. in c. cæterum de iudicij, vbi notatur, quod vassallus coram dominum feudi conueniendus est etiam si dominus feudi sit persona Ecclesiastica, ad quod facit tex. in c. ex trãsmissa de for. comp. vbi si quæstio feudalis est inter Clericum, & laicum debet cognoscere eam dominus feudi, cui etiã assentitur tex. in c. verum quoniam eod. tit. de for. comp. vbi etiam habetur, quod per Dominum feudi secularem, siuè Ecclesiasticum quæstio feudalis determinari debet etiam si Vassalli sint Clerici.

RESOLVT. DCXXXIX.

Quis sit Iudex competens in Iudicio possessorio adipiscendæ super decimis.

IN materia præsentis quæsiti respondeo breuibus verbis, me expediendo Iudicem competentem in iudicio possessorio adipiscendæ super decimis esse Ecclesiasticum: Ratio autem quare ad eũ pertineat, est, quia habet annexam causam proprietatis, & cognitionem iuris spiritualis, nec possit dici tẽporale quasi cognoscendum sit an petens decimas habeat titulum, ex quo immitti debeat in possessionem illas exigendi, cuius tituli proprietatis causa cognoscitur per Ecclesiasticum, nec à laicis potest tractari c. tuam 3. de ordinar. cognit. c. lator scilicet, qui filij sint legitimi, Couarr. in pract. quæst. c. 35. nu. 1. vers. 1. concl. Bero. in rubr. de iudic. num. 51. Panor. in c. 2. de iuramento calumniæ col. 3. nu. 6. & in specie decimarum consuluit Menoch. in cons. 268. lib. 3. n. 7. Cravett. cons. 258. col. 1. Guid. Pap. sic concludendo dicit in dec. 1. n. 3. col. 2. in vers. de possessorio autem adipiscẽdæ, Ludolf. Serader. de feud. sect. 1. n. 92. pag. 10. & citatus Menoch. in tract. de recuper. possess. remed. 15. num. 235. cum etiam istis possessorijs admittatur exceptio defectus proprietatis, quæ sit facilè liquidabilis, Roland. cons. 2. num. 35. lib. 3.

RESOLVT. DCXXXX.

Priuilegium superueniens an mutet forum, & sic an per eum sit remittendus.

1 *Priuilegium fori lite pendente superueniens Reo, citra eius factum uoluntarium non eximit illum à Iudice, coram quo lis erat inchoata, & n. 2. & 7.*
3 *Vbi cœptum est Iudicium, ibi debet finiri.*
4 *Coram Iudice citante, causa est prosequenda, non obstante, quod post citationem mutauerit forum.*
5 *Si Clericus commiserit delictum tempore clericatus, & postea vxorem duxerit, attendi debet eius status commissi delicti, & non præsens, & num. 11.*
6 *Mutatio fori non liberat reum à prioris Iudicis iurisdictione, coram quo cœptum est Iudicium.*
7 *Priuilegium non debet præiudicare alteri in iure quæsito.*
8 *Priuilegia sunt leges priuatæ, & strictè interpretandæ.*
9 *Et hoc etiamsi priuilegium superueniens euenisset ex iusto facto, & iudicio.*
10 *Fallit in eo qui deliquit, & postea assumpsit Clericatum.*
12 *Et in laico, qui fuisset obligatus penes acta Curiæ, & postea habitum Clericalem assumpsisset.*
13 *Et in Laico relegato qui frangit relegationem, assumendo habitum clericalem.*
14 *Fugiens à carceribus, ut assumat habitum religionis, non uidetur mutare forum propter monacationem pro delictis commissis ante susceptum habitum, de quibus erat inquisitus.*
15 *Nisi Abbas non consentiret Monaco.*

1 PRiuilegium fori lite pendente superueniens Reo, citra eius factum voluntarium illum eximit à Iudice coram quo lis erat inchoata secundum Bart. in l. 1. ff. de pœnis, Angel. in l. si quis postea ff. de Iudicijs per l. non distinguemus §. si quis ff. de arbitr. sequitur Iaffredus Balbus in dec. 70. facit decisio de Franch. in dec. 209. vbi delinquens si efficiatur Clericus, remittitur Iudici Ecclesiastico, & sic mutat forum.

2 His. n. nihil obstantibus contrarium est verius, & sic quod priuilegium superueniens non mutet forum, & sic habens priuilegium non sit remittẽdus ex eo, quod vbi cœptum est iudicium, ibi debet finiri l. vbi cẽptum
3 ff. de Iudic. l. nulli prorsus C. de Iudic. Viu. in dec. 459. num. 11. Reg. de Pont. in cons. 70. num. 1. & 2. Affl. in dec. 354. Surd. in cons. 57. Dec. in cons. 118. nu. 3. vol. 3. & in cons. 47. Campag. in c. Regn. 183. nu. 6. Diaz in reg. 382.

4 Facit etiam text. in c. proposuisti de for. compet. vbi largissimè citatus tenetur coram Iudice citante causam prosequi, non obstante, quod post citationem mutauerit forum, cuius text. sententiam amplexi sũt, Alex. cons. 340. vol. 2. Rubeus Alexandrinus latè in cons. 13. per tot. Bal. cons. 42. vol. 1. & in cons. 22. vol. cod. Dec. cons. 70. n. 5. & seq. adde etiam decisionem Grammatica 10. n. 3. vbi si Clericus delictum cõmiserit tempore Clericatus, & demum si post delictum
5 commissum vxorem duxerit, attendi debet eius status commissi delicti, & non præsens status, prout in proprijs terminis, & in particulari determinat Bal. in l. affinitatis C. commun. de succes. vbi per glos. singularem in l. nemo potest ff. de legat. 1. decidit, quod attendi non debet præsens status, sed tempus commissi delicti, quo tempore subijciebatur foro Ecclesiastico, Alex. de Imol. in cons. 8. circa finem vol. 1. Alex. in l. nemo potest ff. de legat. 1. subdens, quod per glos. ibi Bal. in d. l. affinitatis decidit hoc notabiliter, & singulariter, Crot. in repet. l. nemo potest ff. de leg. 1. in ante penult. colum. fol. vlt. Bertacchin. in suo tract. de Epis. in verb. vigesimo septimo quæro, & sic fuit notatum per S. C. teste Grãmatico in cit. dec. 10. eod. n. in fine.

6 Adde etiam ad comprobationem huius secundæ opinionis, quod vult Giurb. in dec. 23. n. 3. vbi ait, vt nec mutatio fori à prioris Iudicis iurisdictione coram quo cœptum est Iudicium, reum liberet l. cum quædã puella ff. de iurisdictione omnium Iudicum, concordat tex. & ibi Bart. in l. fin. C. lib. 2. Federic. de Senis in cons. 16. num. 10. 11. & in cons. 94. num. 4. Tusc. in suo Repertorio lit. F. conclus. 445. num. 1. 2. & 3. tom. 3. Alex. Dec. Ias. & plenè Cagnol. in d. l. cum quædam puella num. 23.

7 Insuper dico, atq; adduco tex. in terminis in l. si quis posteaquam ff. de Iudic. qui tex. dicit formalia verba, si posteaquam in ius vocatus est miles, vel alterius fori esse cœperit, in ea causa ius reuocandi forum non habebit quasi præuentus ex cuius text. dispositione habetur, quod forum non mutatur ex superuenienti priuilegio enim his debet terminari vbi cœpta est l. vbi cœptum glos. de Iudic. & sic fuit iudicatũ per S. C. Neapolitanũ per Præs. de Franc. in dec. 544. & in Cõsistorio Sacræ Regiæ cõsciẽtiæ Regni Siciliæ per Mariũ Giurbam in dec. 23. Ratio autẽ decisionis fuerunt; Primo, quia priuilegium potius superuacuum censeri debet,

debet, nihilque operari, quam vt alteri in iure sibi quæsito præiudicet, Felyn.in c.1. de rescriptis, nu.9. Schrad.de feud.sect.3.num.15.pag.10.

8 Secundò,quia priuilegia sunt leges priuatæ,& strictè sunt interpretandæ,l.2. vbi Baldus, C. de bonis liber. Dec.in cons.197.etenim priuilegium Principis taliter venit interpretandus, quod non derogetur ius commune, & ius tertij, Curt. Iun.in d.l. quædam puella in 3.notab. quam conclusionem principalem, scilicet, quod per priuilegium superueniens nō sit quis remittendus, siue priuilegium fuerit postulatum, siue motu proprio, Ruin. cons.133. volum.1. Monald. cons.29. volum.eod.Maluas.consil.93. n.39. & 56.n. priuilegiū siue concessum ad postulationem, siue motu proprio, semper dicitur contra ius commune,vt citati DD. dicunt, & ratio quare strictè sit interpretandum est, vt se conformet æquitati, & honestati, l.1.ff.de iure immunitatis, c.porrò de priuilegijs, Dominus de Franchis in cit.desio.544. n.17. Farinac.consil.45. n.1.2.3. & 15.Mart.in decisio.66. n.19. Viuius in decisio 517. Menoch.cons.43.n.3.Marant.in cons.28.n.2.& 7.& in cons.81.nu.22.Surdus in decisio.330. nu.4. & in cons. 140.n.21.& in tractatu de alimentis tit.1.q.44. nu.21. Decius consil.197. Tapp.in rubric. de constitut. Principum, c.6. num. 3. & latissimè Marius Giurb. in cit.

9 decisio. 23. vbi innumeros cumulat. Amplia etiam, quod priuilegium superueniens euenisset ex iusto facto,& iudicio enim cessat, idem de Franch.in cit.dec.

10 544.n.5. Limita tamen hanc conclusionem enim fallit in eo, qui deliquit, & postea assumpsit clericatum, nam venit remittendus ad iudicem Ecclesiasticum, Dominus de Franch. in decis. 209. vide Baiardum ad Clarum in q.36.n.41.Caballum in resolut.crimin.casu 108.n.2.& 4.Ann.in cons.140.sub num.primo, Viuius in silua commun.opin.in opin.117.nu.1. & 6.latissimè Farinac.in tit.de inquisit.q.8.n.104.cum alijs sequen-

11 tibus,quod sublimita non habere locum,quoties erat clericus, & deliquit, & postea vxorem duxit.n. tunc debet puniri ab Episcopo,& non à Iudice laico, prout supra dixi,Gramm.in decisio.10.Dominus de Franc. in dec.417.n.4. Baiardus ad Clarū in citata quæst. 46.

12 n.49.Limita etiā principalem conclusionem,quoties laicus fuisset obligatus penes acta Curiæ, & postea habitum Clericalem assumpsisset .n. quoad distinctionem personalem remittitur iudici Ecclesiastico, secus

13 tamen quoad realem, de Franch. in dec.656. Limita etiam quoties laicus fuisset relegatus, & pendente relegatione frangat relegationem .n. est remittendus iudici Ecclesiastico, & sic mutat forum propter priuilegium clericatus, vt latè dicemus de Franch. in dec.

14 395. Velasc.in decis.57.Limita etiam quoties fugiens à carceribus assumeret habitum religionis pro delictis ab eo commissis ante susceptum habitum, de quibus erat inquisitus,non mutat forum propter monacationem, de Franch. in decis.709. & latè infrà dicemus, fallit etiam.

15 Amplia modo quoties Abbas non consentiret Monaco, nam tunc non obstante monacatione iudicium non procederet, idem de Franch. in decisio. 718. numer.2.

RESOLVT. DCXXXXI.

Reus vtrum veniat remittendus Iudici sui fori, vel sit conueniendus in foro Actoris.

1 *Reus venit remittendus suo foro.*
2 *Etiamsi non conueniretur tanquam principalis, tanquam auctor laudatus.*
3 *Barones in Regno Neap.non possunt extrahere carceratos à propria Patria, nisi dubitetur de fuga, vel causa esset valde ardua.*
4 *Nec possunt eos transmittere in alios carceres alterius terræ, etiam propriè.*
5 *Et hoc habet locum etiam in contentiosis, & quando iudicium redditur in inuitum.*
6 *Et in actionibus realibus, & personalibus.*
7 *Etiam concurrentibus Actoribus, & Reis priuilegiatis.*
8 *Limita, vbi quis esset actor ex remedio.*
9 *Et vbi Reus sequitur forum, uel Iudicem Fisci Actoris.*
10 *Et ubi sunt plures rei eiusdem causæ, & ad eumdem finem agitur.*
11 *Et in Actore in denunciatione, quam facit uenditori.*
12 *Et quoties reus permiserit soluere in quolibet loco, prout Actori placuerit.*
13 *Et in bannito ab aliqua Patria, in qua est debitor.*
14 *Et quoties esset de uolūtate rei.* 15 *Et ratione mercātiæ.*
16 *Et quoties laicus possideret res Ecclesiæ, uel si Clericus ageret ex Legato locato.*
17 *Et esset consuetudo in contrarium.*
18 *Et in damnificante seminata.*
19 *Et quoties Iudex Rei non facit iustitiam Actori.*

1 ET respondetur, quod veniat remittendus suo foro ex eo, quod regulariter actor sequitur forum rei, l.Iuris ordinem,C.de iurisdict.omnium iudic.c.si Clericus, & c. cum sit generale, de foro comp.l.fin.C. vbi in rem actio. c.experientiæ 11. quæstione prima, sequitur Mart.in decis.96.n.1. Roland.à Vall.in cons. 24. Dec.in l.in criminali, C. de iurisdictio. omnium iudic. Bald.in cit.l.iuris ordinem, C. eodem tit.Spec. in tit. de reconuent. §. primo, & ratio principalis ea esse videtur, scilicet, quod sit fauorabilis reus ad hoc vt absoluetur in dubio,Angel.in l.inter stipulantem,§. si Sticcum.ff.de verborum obligat. nu.4. vel quia quis non potest condemnari, nec absolui, nisi à competenti Iudice, Bald.in l.in priuatorium, C.si à non competenti iudice, ex cuius rationis causa euenit illud, quod quoties actor trahit reum eorum foro competenti perdit causam l. in criminali, C. de iurisdictione omnium iudicum, & hæc pœna per pœnitentiam neque euitatur, ita Paulus de Castro in d.l.criminali, C. eodem titulo, quam conclusionem sic firmatam amplia, & limita pluribus modis, vt infrà.

2 Amplia primo, etiam quod quis non conueniretur tanquam principalis, sed etiam tanquam auctor laudatus, nam tunc etiam sequitur forum rei,l. venditor, ff.de iudic. l.1. C.vbi in rem actio. Tesaur. decis. 213. Gram. decisio.20. Capic.decisio.197. Ann.singul.43. Afflict.in decisio.127.Boer.in decis.69.n.27.

3 Amplia secundo, de iure nostri Regni, vt adeo actor teneatur sequi forum actoris, quod per pragmaticam Regni sub tit. vbi de delictis quis conueniri debeat, fuit statutum reum non extrahi à proprio incolatu, qua de causa Barones non possunt extrahere carceratos à propria patria, nisi dubitetur de fuga, vel causa esset valde ardua, de Franch.in decis.526. nu.8. Campag.in c.Regni grauamina num.94.Natt.in cons.595. etiam decisio. Pedemont. 138. in fin. Capiblanc. in tract.de authoritate Baronum folio 91.num.134. Roland.in cons.11.nu.11.volum.3. latissimè Cabal.in resolut.crimin.num.120.

4 Subamplia hanc ampliationem,quod Baro non possit extrahere carceratos à propria Patria,quod neque potest eos transmittere in aliquas carceres alterius Terræ etiam propriæ,idem de Franch.in cit.dec.526. eod.n.8.vbi assignat rationem,quia in propria Patria manent cum maiori commodo consanguineorum,vel aliorum ad eos attinentium viuere possunt, & maiorē commoditatem aduocatorum, & procuratorum pro eorum defensione adhibere, vt apparet ex Regia pragmatica Regis Ferdinandi Primi.

5 Amplia tertiò, hoc procedere, & habere locum etiam in contentiosis,& quando iudicium redditur in

inuitum. Rot.decis.7. de iudicijs in vers.obstat illud generale.

6 Amplia quarto, hanc conclusionem in actionibus realibus, & personalibus cap. si diligenti extra de foro competenti,leg.fin.& ibi Bal.& Angel.n.1.Cod.vbi in rem actio.c.si quis contra Clericum eodem tit. de foro competenti.

7 Amplia quinto, quod etiam concurrentibus actoribus, & reis priuilegiatis conquassatis priuilegijs,actor sequitur forum rei,de Franch.in dec.... licet si fuerint plures miserabiles personæ actoris, vel rei, tunc hoc non procedit, Muscatell.in sua praxi in addit.ad glos. in verb. veniens part. 2.

8 Primò limita tamen hanc conclusionem pluribus modis vt infra, limita si quis esset actor ex remedio, l.diffamari, C. de inguis manumissis, enim ille actor declinat forum rei, Decius in cap. cum inter de exceptionibus n.14.& in consil.487.n.10.Affl.in decis.168. Capic.in decis.18.Vrsill.in dec.168. licet contrarium teneat Bal.in d.leg.diffamari colum.2.in fin.Abbas in c.si quis contra Clericum in vers. hoc puto procedere de for. compet.& innumeri alij citati per Cacher. qui sequitur secundam opinionem in decis.151.

9 Limita secundo, vbi Reus sequitur forum, vel iudicem fisci actoris leg.1. Cod. de repud. hæred.leg.3.ff. de his quibus,vt indignis leg.defendente ff.de author. tutor.

10 Limita tertio,quoties sunt plures rei eiusdem causæ, & ad eundem finem agitur; Nam tales rei omnes,qui sunt diuersis Iurisdictionibus subiecti, diuersosque iudices immediatos habent, bene possunt propter eandem,& indiuisibilem causam coram vno, eodemque iudice ipsorum omnium mediato superiore conueniri; ratio est, ne continentia causæ diuidatur leg. nulli Cod.de iudic,c.2.de caus. possess.& prop.& vtrobique DD.& ita videtur voluisse Bar.in l.omnes C.de arbit. tutel.leg.1.ff.quib.reb.ad eund. iudic.eat, & Bald.in auth. hoc ita in vers. sed pone quod statuto Cod. de duobus rei,latè Misinger.in cent.1. obseru.4. per tot.

11 Limita quarto, in actore in denunciatione, quam facit venditori, Affl. in decis. 227. Muscatell. in glos. competentes par.2.n.68. in medio.

12 Limita quinto, quoties reus promiserit soluere in quolibet loco,prout actori placuerit,quia tunc vt verba aliquod operentur actor, potest conuenire reum etiam in loco vbi non sortitur forum, Dec.in l.si conuenerit ff.de iurisd.omn.iudic. vbi etiam Ant. Burs.licet si vis scire si valeat pactum, vt debitor possit conueniri in loco, videas Bart. in leg. si conuenerit n.4.& ibidem Ias.n.43. ff.de iurisd.omn.iud.& si fuerit dictũ vt possit conueniri vbicunque fuerit petitum, vel quis promisit soluere, vbicunque fuerit petitum non operantur hæc verba, vt possint extrahi extra suum forũ si ibi non inuenitur personaliter,nec si ibi non sint bona illius,Bar.in l.Titius §.tutores ff.de administ.tutor.

13 Limita sexto,in bannito ab aliqua patria, in qua est debitor, nam non habet hoc priuilegium, vt actor sequatur eius forum,sed potest alibi cõueniri,glos.in leg. vsuras C.de solutionib.& Ioan.de Arno.1. in epit.83.

14 Limita 7.a quoties esset de voluntate rei, vt si Neapolitanus conuenerit Neapolitanum reum coram iudice Neapolitano,& Auersanus,qui vendiderat illam illi Neapolitano conuento,noluit ipsum defendere,ne teneatur de euictione; nam potest petere, quod causa remittatur Auersam, vbi habet ipse suum forum, aut debet venire coram iudice Neapolitano, coram quo causa est inchoata, vt leg. venditor.ff.de iudicijs, Soc. in regul.10. limit.2.

15 Limita octauo,ratione mercantiæ, nam non sequitur forum rei,sed potest cõueniri,vbi reperitur Castr. in leg.fin.ff.de iurisd.omn.iudic.1.col.

16 Limita nono, quoties laicus possideret res Ecclesię, vel si Clericus ageret ex legato locato, & huiusmodi, quia tunc coram iudice Ecclesiastico agi debet, licet reus sit laicus,ita Innoc.in cap.si Clericus extra de foro competenti.

17 Limita decimo, quando esset consuetudo in cõtrarium,Spec.in tit.de cõpetenti iudice addit.5.in princ.

18 Limita vndecimo, in damnificante seminata, nam sortitur forum illius in cuius Territorio damnum factum est,Iacobin.& DD.in leg.hæres absens ff.de iud. Affl.in constit. cum per partes Apuliæ n.13.& ita seruatur in practica secundum Ann.in singul.137.

19 Limita duodecimo, quod Iudex rei non facit Iustitiam actori,& sic creditori,Angel.in auth. vt clerici apud pro Episc.,Soccin.in reg.10. vbi aliàs limitationes adducit,vbi in octaua fallentia assignat singularem cautelam per quam fit, vt nunquam actor ferè sequatur forum rei,videlicet,quod ille,qui agit compareat, & dicat iudici,ego sum Acturus ad talem rem,vos facere,vt omnes, qui sua interesse putant, compareant, nam in hoc casu si putauerit sua interesse, & compareuerit,etiam si fuerit Clericus, tenebitur respõdere in foro actoris,& non obstabit si diceret actori,tu debes sequi forum rei, quem ille replicabit, ego non te facio reum, sed si putas aliquid tua interesse in hac mea lite defende te coram meo Iudice, nam ex hoc te reum non facio, & non debes, & nec potes me compellere, vt ego tuum sequar forum, & istam cautelam ponunt Doctores vltra eum in leg. consulta dinalia C. de testam. Angel.in l.1.§. hæc stipulatio ff. si cui plusquam per l.falcid.

Innumeras alias limitationes ad regulam, vide per Marcellum Cala de modo articulandi, Marianum in c.cum sit generale de foro competenti.

RESOLVT. DCXXXXII.

An si delinquunt simul laicus,& clericus, causa sit quo ad laicum iudici Ecclesiastico remittenda.

1 *Prima opinio distinguentium Clericum puniendus ab Ecclesiastico; Laicum ab Laico.*
2 *Est regula iuris, quæ mandat foro Ecclesiastico cognitionem causarum clericalium; laicali vero secularium.*
3 *In causa delictorum socius criminis non gaudet beneficio, & priuilegio alterius socij.*
4 *Secunda:asserentium laicum remittendum Ecclesiastico.*
5 *Quoties quis est inquisitus eum alio diuersæ iurisdictionis, ne continentia causæ diuidatur, potest procedi coram vno iudice.*
6 *Multa conceduntur ratione connexitatis, quæ aliàs non concederentur.*
7 *Absurdum, quod in vna re, plures ferantur sententiæ.*
8 *Priuilegium magis dignum,trahit ad se minus dignum.*
9 *Conciliatio opinionum per auctorem.*
10 *In causis indiuisibilibus, iudex Ecclesiasticus potest inhibere iudici laico,vt sibi remittat omnes conuentos,licet laicos.*
11 *Et hoc etiamsi ipse Clericus minimè tale remissionem peteret,sed solum laicus, vel vnus delinquentium.*
12 *Vel etiamsi Clericus, qui vult trahere laicos socios, sit primæ tonsuræ, vel coniugatus.*
13 *Vel etiamsi Clericus, & laicus fuissent citati, quatenus eorum interesse putauerint.*
14 *Vel si essent plures laici, conueniendi, quam Clerici.*
15 *Fallit primo, si conueniendi essent plures,vt Vniuersitas.*
16 *Vniuersitas habet nomen à maiori parte.*
17 *Si esset pares numero,laici remittẽdi sunt Ecclesiastico.*
18 *Fallit in crimine, quod pœna sanguinis puniendum veniret.*

CElebris, & sæpè sæpius apud Regia Tribunalia agitata præsentis quæstionis difficultas nobis occur-

occurrit, vt scilicet si delinquunt simul laicus, & Clericus si causa quoad laicum veniat, & sit remittenda Iudici Ecclesiasto, qua de ratione licet à compluribus hæc quæstio tractatur, tamen eam diffusè, & illo meliori modo quo possem explanare, & eam ad partes disputare conabor, vnde cum Doctores in hoc non fuerint concordes, referam eorum opiniones, & postea meam sententiam demonstrabo.

Pro cuius difficultatis explanatione est aduertendum, quod opiniones Doctorum plures fuerunt.

1 Prima igitur sit opinio illorum, qui taliter distinguerunt scilicet, quod Clericus puniatur à iudice Ecclesiastico, laicus verò à Iudice laico, & hanc opinionem sectati sunt Rebuff. in auth. habita priuilegio 106. C. ne filius pro patre, Couarr. in lib. pract. quæst. c. 34. nu. 1. Crauett. in cons. 232. vol. 2. Capic. in dec. 173. Gomes. in tit. de delict. c. 10. n. 6. Vrsill. ad Affl. in dec. 215. n. 7. cum alijs seqq. Clar. in §. fin. q. 36. in vers. euenit plerùque Osasc. in dec. Pedemont. 103. n. 10. Fachin. in lib. controuers. iur. c. 31. li. 9. Decian. in cons. 84. n. 27. Iallongus in lib. racemat. racemat. 123. Farin. de inquisit. q. 9. n. 151. in vers. contrarium, quod Neuisantium in Silua nuptialium lib. 6. n. 38. Camill. de Curt. in compensorio iuris feudorum part. 2. c. 2. n. 115. vbi dicit ita seruari in hoc nostro Regno, Scapp. in tractat. de iur. non scripto lib. 1. cap. 11. numer. 12. & complures alij citati per eosdem auctores sequentes hanc opinionem.

2 Primò, mouentur ex regula iuris, quæ mandat foro Ecclesiastico cognitionem causarum Clericorum, & laicali cognitionem causarum secularium ca. cum ab homine, & c. Clerici de iudicijs c. licet c. si clericus c. 2. & c. si diligenti de for. compet.

3 Secundò, mouentur per text. in l. si quis vxori ff. de furtis, vbi habetur, quod in causa delictorum socius criminis non gaudet beneficio, & priuilegio alterius socij, cum quo tex. concordant infrascripta iura, videlicet in diuortij C. rerum amotarum l. qui seruo §. item placuit ff. de furtis.

4 Secunda sit opinio illorum, qui voluerunt, quod laicus in hoc casu veniat remittendus Iudici Ecclesiastico, & hanc sequuti sunt Roland. in cons. 24. lib. 4. Roman. in cons. 256. Bossius in tit. de for. comp. nu. 147. Marant. in sua pract. p. 4. distinct. 11. nu. 22. Cassan. in cons. 1. nu. 47. & in consuetud. Burgund. rub. 1. §. vers. Archidiaconus n. 70. Parisiens. in cons. 154. n. 1. Marsil. in singul. 180. Ioseph Ludouicus in dec. Lucens. 26. nu. 181. Ias. in l. Imperium ff. de Iurisd. omnium Iudicum n. 3. Surd. in cons. 396. n. 16. lib. 1. & in cons. 222. n. 1. & 2. lib. 2. Natt. in cons. 590. num. 18. lib. 3. Borrell. super pragmatica alia litium §. 1. glos. 3. n. 244. Misinger. in obseruat. centur. 1. obseru. 4. Bombinus in cons. 10. nu. 11. Mart. de iurisdict. part. 4. cent. 2. & hæc est magis recepta opinio secundum Menoch. in casu 371. n. 13. in fin. vbi complures alios congerit, videas etiam latè Farinac. vbi supra.

5 Primò, mouentur ne causæ continentia diuidatur etenim quoties quis est inquisitus cum alio diuersæ iurisdictionis, ne continentia causæ diuidatur possit procedi coram vno Iudice, Couarr. in lib. pract. quæst. c. 34. Affl. in dec. 354. Cacher. in dec. 103. Franc. Marc. in decis. 56. prout est text. in l. nulli C. de Iudicijs, vbi Ias. in princ. & in consil. 72. 1. col. vol. 1. Viuius in l. 1. communium opin. opin. 80. num. 8. Capic. in dec. 121. n. 3. Gail. obseru. 32. vol. 2.

6 Secundo, mouentur per regulam illam, quod multa conceduntur ratione connexitatis, quæ alias non concederentur l. plerumque ff. de iure dotium c. translatio, vbi DD. de constitut. Camer. in c. Imperialem lit. B. fol. 55. Marsil. in sing. 151. & in rubr. de fideiussoribus n. 187. Frecc. de subfeudis q. 20. lib. 2.

7 Tertiò, mouentur ex eo, quod absurdum est, quod in vna, eademque re plures ferantur sententiæ iux. tex. in l. si duo ff. de arbitris.

8 Quartò, mouentur, quia priuilegium maius dignum, trahit ad se minus dignum l. de onorario C. de offic. præfect. prætor. arient. l. iustissimè C. de Episc. & Cleric. glos. in l. iustissimè C. de edict. c. per tuas de Arbitris c. quod in dubijs de consecratione Ecclesiæ l. quæ religionis ff. de rei vendicat.

Hæ sunt variæ Doctorum opiniones, tamen ad eas conciliandas hac vteret distinctione scilicet, quod,

9 Aut sumus in causis diuisibilibus, & dico, quod tunc quilibet est conueniendus sub suo Iudice competenti, & sic verificatur opinio prima.

Aut sumus in causis indiuiduis, in quibus nulla potest congrua diuisio fieri, & tunc laicus, & Clericus debent cognosci à Iudice Ecclesiastico, tamquam digniori, ita de Franch. in dec. 426. nu. 4. Bart. in l. præcipimus §. eodem obseruando C. de appellat. latè Intrigl. in sing. 138. n. 1. Masull. ad Capic. in dec. 209. n. 3. Matthesil. in sing. 143. n. 1. Aloysius de Leo in l. qui sub prætextu C. de sacrosanct. Eccles. n. 21. Gail. obseruat. 31. n. 2. vers. 3. singulariter lib. 1. Vrsill. in dec. 2013. nu. 7. & sic concludit Farinac. in cit. loc. in vers. nec obstat iure, vbi alios citat.

Retenta igitur hac vltima mea opinione, scilicet, quod in diuiduis laicus nō sit remittendus Ecclesiastico, & in indiuiduis sic, ratione maioris gradus amplia tunc sequentibus modis, loquendo tamen quando sumus in indiuiduis, & est facienda remissio Iudici Ecclesiastico.

10 Amplia primò, vt in causis ita indiuisibilibus Iudex Ecclesiasticus possit inhibere iudici laico, vt sibi remittat omnes conuentos licet laicos, Mandosius in tract. de inhibit. q. 69. in princ.

11 Amplia secundo, etiam si ipse Clericus minimè talem remissionem peteret, sed solum laicus, vel vnus delinquentium, nam tunc omnes sunt remittendi foro Ecclesiastico, ita Surd. in cons. 396. nu. 18. lib. 3. Riminal. iun. in l. Imperium ff. de iurisd. omn. iudic. n. 84. & in cons. 23. lib. 3.

12 Amplia tertio, etiam si Clericus, qui trahere vult laicos socios sit primæ tonsuræ, imo quod plus etiam Clericus coniugatus, prout dicit Scappa in suo tractatu de Iure non scripto c. 11. num. 4. lib. 1.

13 Amplia quarto, etiam si Clericus, & laicus fuissent citati, quatenus eorum interesse putauerint, etenim si appareret quam Clericus possideret, tunc omnes laici citati cum eo venirent remissi, Paris. cons. 154. lib. 4. Soccin. iun. in consil. 34. n. 1. cum alijs seqq. lib. 2. & Soccin. senior. in leg. cum Senatus ff. de reb. dubijs n. 11. Hyppol. de Marsil. in consil. 67. n. 62.

14 Amplia quinto, etiam si essent plures laici, qui essent conueniendi quam Clerici, etenim etiam caderet remissio, iuxt. doctrinam Bart. in l. iuris peritos §. 1. ff. de excusat. tutor. quem sequuntur Marant. in suo speculo p. 4. distinct. 11. n. 21. Decian. in tract. crimin. lib. 4. c. 9. p. 1. nu. 44. & sic in facto fuit obtentum secundum Soc. in l. cum Senatus in fin. ff. de rebus dubijs, Alban. ad Bart. in l. ex hoc iure ff. de Iustitia, & iure n. 10.

Hæ sunt ampliationes ad vltimam opinionem, sed quia quælibet regula patitur suas fallentias, ideo duas hic referam.

15 Prima fallentia sit, quod licet fuerit dictum, quod in indiuisibili causa laicus delinquens cū Clerico veniat, & sit remittendus foro, & iudici Ecclesiastico, & non seculari, tamen non habet locum relata opinio, quotiescunque conuenirentur plures, vt exempli gratia, vniuersitas: etenim in tali casu est videndus numerus laicorum, & Clericorum, nam si numero essent plures Clerici, nunc essent conueniendi coram eorum Iudice, & sic Ecclesiastico, si fuerint plures laici, tunc sunt conueniendi coram eorum Iudice seculari, ita Couarr. in

lib.

lib.pract.quæst.c.3.n.1. in vers.& nam fieri,Camill.de Curt. in diuersorio iuris feudorum c.2. n.111. part.2. Aufrerius de potest. iudic. Eccles. super laicis, & eorum bonis tom.13.n.12. Marant.in sæpius citata dist. 11.p.4.num.33.

16 Ratio autem huius fallentiæ, seù limitationis alia esse non poterit,quia vniuersitas habet,& desumit nomen à maiori parte personarum,Decian. in suo tract. crimin.c.9.lib.4.n.42.tom.1.Marian.Soccin.in c.1.de for.comp.n.17.& Scacc.de Iudic.c.11.n.25.tom.1.

17 Sed insurgit hic studiosus, dicens, quod vera sunt omnia supradicta circa istam fallentiam, sed quid si tot essent Clerici, quam laici quia, sic essent pares numero, coram quo Iudice sunt remittendi.

Respondeo,quod deberent remitti Iudici Ecclesiastico,prout dixit Decian.vbi supra n.43. Couar.in lib. pract.qq.c.34. n.1. vers.quod si pars, & Bart.in l.cum Senatu ff.de rebus dubijs,ratio est,quia maius dignum trahit ad se minus dignum l. de onerario C. de offic. præfect.prætor.& fuit dictum supra.

18 Secunda,& vltima fallentia sit,quod supradicta cessant in crimine, quod pœna sanguinis puniendum veniret, namque in tali casu sunt laici remittendi iudici seculari secundum Boss.in tit.de for.comp.nu.147. & Couarr.in sæpius cit.loc.

19 Aduertes tamen,quod hæc omnia procedunt de iure enim in obseruantia habetur prima cognitio scilicet, quod laicus remittitur laico, & Clericus verò iudici Ecclesiastico.

RESOLVT. DCXXXXIII.

Sacrilegus an veniat remittendus Ecclesiastico.

1 *Sacrilegium quot modis committatur.*
2 *Quid sit secundum ius Ciuile,& Canonicum.*
3 *Remittendus iudici Ecclesiastico, nisi Laicus præuenerit, & n.4.*
5 *Sacrilegium est mixti fori, & num.7.*
6 *Et tale crimen committens, pœna mortis plectitur.*
7 *Sacrilegi sub quouis iudice possunt conueniri.*
8 *Auctores tenentes hanc sententiam.*

PRo cuius quæstionis dilucidatione opere pretium existimaui, antequam difficultatis punctum declarem aliquid peragere de ipsius sacrilegij materia, vnde sacrilegij crimen tribus modis principaliter cõmittitur .s. eripiendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro ca. quisquis in fin. 17.q.4.glos.in c.sacrilegium 17.q.4.& in leg.sacrilegij capite, in leg.diuus, vbi etiam Bart.ff. ad l.Iuliam peculatus, & sacrilegij crimen de iure ciuili est, quando aufertur res sacra de loco sacro, vt citatur in cit. leg. sacrilegij capite, in leg. diuus, vbi DD. licet de Iure Canonico,vt habetur in dict.c.quisquis notant DD.& gl.in c. conquesti de sent. excommunicat. & Ciuilistæ in leg.3. Cod. de furtis sufficit, siuè auferatur sacrum de non sacro,siue non sacrum de sacro,siue sacrum de sacro, etenim in omnibus istis casibus semper committitur sacrilegiũ in c. quisquis 17. q.4. & in hoc nostro Regno practicatur circa cognitionem huius delicti in genere secundum dispositionem iuris ciuilis, Muscatell. de sacril. in pract. crimin. alleg. Dec. post alios in leg.si nondum C.de furtis, Boss.in tit.de sacrileg.n.5.Decian.in c.15.sui tractatus criminalis lib.6.

3 Sed deueniendo ad punctum principalem .s. an sacrilegus veniat remittendus Iudici Ecclesiastico, & prima facie videtur dicendum, quod hæc remissio sit facienda Iudici Ecclesiastico ex eo, quod quia per illicitum coitum cum moniali effectus est de foro Ecclesiastico,c.quidam Clerici 81.distinct.etenim ista iniuria videtur facta Sacerdotibus, & ministris Ecclesiæ Cathol. vel ipsi cultui, aut loco, cum in istis casibus sacrilegij crimen committi dicatur, & sic etiam comprehendit carnalem cognitionem cum moniali.

4 His nihil obstantibus aliter est dicendum .s. quod quoties Iudex laicus præuenerit, nõ debet ipse remittere ex eo, quod nam crimen sacrilegij est mixti fori,
3 vt probat text. in c.cum sit generale de foro compet. vbi sacrilegi possunt sub quocunque Iudice conueniri, & firmarunt Butr. & Abb.ibidem Calder.in consil. 11.num.2.de Iudicijs,Abb.in c.1.num.3.& 6.de offic. ordin.Couarruu.lib.3.variar.resolut.c.3.n.1. vers.ego vt liberè, Mart.in decis.235.& latissimè in vno amplo tractatu de iurisdict. p. 2. c.11. & hac de causa Iudex, qui præuenit per suam sententiam ipse suam sententiam exequi debet, prout text.in l.cum quædam puella, ff.de iurisdict.omn.iudic. & ibi tex.in fin. dicit dispositionem illius legis esse veram, non solum in illo casu particulari, sed etiam in cæteris casibus similibus, & ibi glos.penult.adducit similia,dicens, quia vbi cœptum est Iudicium,ibi terminari debet.

6 Secundo,quia sumus in crimine tam graui, etenim probatur,quia tale crimen committens,pœna mortis plectitur l.si quis in hoc genus,in princ.C.de Episcop. & Cleric. §. penult. in auth. de Sanctiss. Episcop. qui text. est canonizatus in c. si quis rapuerit 27. quæst.1. Clarus in sua pract.§.fornicatum,n.14.vers.cum Moniali,& ibi Baiard.in addit.n.17. Decian.in tract. crimin.lib.6.c.20.n.6.vers.de iure autem ciuili,Cabal. in resolut.crimin.cas.200. n.72. Menoch. de arbitr.iud. lib.2.cas.389.n.24.vers.iure ciuili, & in cas.502. n.41. centur.6.Camerrius in pract. in tract. de homicidio, & assassinio, §.hinc nata occasione, nu.5. Conrad.in rubr.de sacrileg.n.4. Foller.in pract.crimin. canon.c. 17.num.5.

7 Tertiò, comprobatur hæc opinio ex eo, quod tex.in c.cum sic de foro compet. ait, quod sacrilegi possunt sub quouis Iudice Ecclesiastico conueniri, propterea crimen sacrilegij dicitur crimen mixtum quoad penas temporales, & contentiosas, Abb.in c.1.n.3. & 6. in fin.de offic.ordinar. Calderin.in consil.11. nu.2. de iudic.& foro compet. aliàs frustra diceretur mixtum, vel vtriusque fori, nisi posset ab vtroque Iudice puniri, prout optimè aduertit Cacher. in decis. Pedemont. 102.num.7.

8 Quartò, pro hac opinione adducitur auctoritas Bal. in l. placet circa finem, C. de Sacrosanctis Eccles. Felyn. in c.de ijs, nu.13. de accusationibus, prout etiam est text. in cap.fin.§. per hoc non adimimus de pœnis in sexto, scilicet, quod punitus de sacrilegio per Iudicem Ecclesiasticum, potest etiam puniri per secularem, saltem in eo, quod excedit; ergo multo magis poterit punire à principio, vbi non fuisset punitus ab Ecclesiastico, & ita fuit decisum in Senatu Pedemontan.teste Cacher. in citata decisione 102.

RESOLVT. DCXXXXIV.

Iudex Laicus an teneatur remittere Clericum ad Iudicem Ecclesiasticum antequam probetur Clericus.

1 *Iudices laici non tenentur remittere Clericos Iudicibus Ecclesiasticis,nisi fuerit prius probatum esse Clericos.*
2 *Clericatus, & dubio numquam præsumitur.*
3 *Quid debeat probare Clericus coniugatus, vt gaudeat beneficio fori.*
4 *Limita, quoties talis,detentus per Iudicem laicum inueniatur in possessione alicuius beneficij.*
5 *Et quoties communi opinione reputaretur Clericus.*
6 *Vel pars aduersa confiteretur esse Clericum.*
7 *Et quoties talis Clericus inueniretur in quasi possessione clericatus ob diuturnam habitus delationem.*
8 *Et quoties talis seruisset alicui Ecclesiæ, vt Clericus.*

Multo-

MVltoties euenire solet, quod Clerici committũt delicta, & postea capiuntur à Iudicibus secularibus, qui sunt tenaces in remittendo eos, an possint cogi ad faciendam remissionem antequam fuerit probatum talem captum esse Clericum.

1 In hac difficultate consulo negatiuè, scilicet, quod non teneantur Iudices laici Clericos remittere Iudicibus Ecclesiasticis, nisi fuerit prius probatum esse Clericos, & moueor, quia Clericatus non prouenit à natura, sed extrinsecè fit, & in dubio nunquam præsumitur cap. præsbyteri 68. distinctione, & ibi glos. cap. legum 2. quæst. 1. Caualc. in decis. 602. lib. 2. Calderin. de Iudicijs cons. 12. n. 2. Mascard. de probatio. in conclus. 302. num. 15. Crauet. in consil. 72. nu. 2. Menoch. de præsumpt. parte 2. lib. 2. præsumptio. 76. num. 1. & in cons. 912. lib. 10. num. 17. Decian. in tract. crim. cap. 9. lib. 4. tom. 1. num. 117. Dec. in cap. cum si scriptura, de fide instrument. num. 47. & in cap. cum à Deo de rescriptis, num. 13. Vrsill. ad Affl. in decis. 297. num. 5. & hoc etiam amplia in sequenti casu, & postea limita.

3 Amplia idem procedere in Clerico coniugato, qui vult vti beneficio electionis fori, etenim opus est, quod probet, quod contraxerit cum vnica, & virgine, & quod semper tulerit habitum, & tonsuram, aliàs his circumstantijs non probatis, si reperitur detentus pænès aliquem iudicem laicum ob aliquod crimen non est remittendus, ita Decian. in suo tract. cui incumbat onus probandi negat lib. 2. num. 7. cap. 2. Bellug. in suo Specul. Principum in rubr. 11. §. videamus, vers. item si Clericus, num. 4.

Limita tamen supradicta infrascriptis sequentibus modis.

4 Primo limita, quoties talis detentus per Iudicem laicum inueniatur in possessione alicuius beneficij, etenim in isto casu est remittendus statim quod Iudex Ecclesiasticus eius remissionem petit, & ratio huius limitationis est, quia in tali casu præsumitur clericus, Bellam. in decis. 635. & 611. & 612. Mascardus de probatio. conclus. 302. numero 16. Rot. in antiquis de probationibus, decisio. 13. Alexand. in consil. 184. num. 7. lib. eod. Menochius de præsumptio. præsumptio. 76. num. 19. lib. 6. Boer. in decis. 171. num. 13.

5 Secundo limita, quoties communi opinione reputaretur Clericus, namque ex tali opinione probatur quem esse Clericum, Mohedan. in decis. 21. num. 3. de renunciatio. Rota in Antiquis, in decisio. 264. Bartius in decis. 3. num. 15.

6 Tertio limita, quoties pars aduersa confiteretur talem esse Clericum, etenim talis confessio statim probat Clericatum, Crauet. in consil. 93. lib. 1. nu. 24. Mascardus in conclusio. 305. de probat. num. 6. Rot. Romana in Antiquis in decis. 433.

7 Quarto limita, quoties talis Clericus inueniretur in quasi possessione Clericatus ob diuturnam habitus delationem, etenim in hoc casu statim est remittendus, quia talis diuturnitas habitus delatio probat Clericatum, Mascard. de probat. in conclusio. 304. nu. 1. Gabriel. in lib. communium conclus. de probat. conclusio. 1. num. 36. Dec. in cap. si scriptura de fid. instrument. in num. 48. Masull. ad Capic. in decis. 161. n. 5. Grammat. in decis. 81. nu. 16. Menoch. de præsumpt. præsumpt. 67. num. 8. Aufrer. in additione ad Cappellam Tholos. decis. 117.

8 Limita quinto & vltimo, quoties talis detentus, seruisset alicui Ecclesiæ vti Clericus, & ibidem Clericatus officium fecisset nunquam in isto casu est statim remittendus, quia in dubio præsumitur Clericus, Rot. in Antiquis de rerum permutatione decisio. 10. Ancharan. consil. 117. & sequitur Felyn. in cap. illud de præsumptio. num. 5.

FINIS.

VENETIIS SAL. ANNO MDCLXXIV.

SVB SIGNO SAPIENTIAE.

INDEX

INDEX COPIOSISSIMVS
RERVM NOTABILIVM,

Quæ in omnibus partibus Aureæ Praxis Io: Aloysij Riccij continentur, alphabetico numero digestus & ordinatus: explosis confusis Indicibus in editione præterita expositis, qui vel mendosa citatione, vel confusione Materiarum, omninò erant inutiles.

Numerus marginalis 1. 2. 3. 4. *signat Tomum, vel Partem.* R. *indicat Resolutionem.* P. *Paginam.* N. *Numerum.*

2 *Abbas* dat licentiam Episcopo exercendi pontificalia in suo districtu R. 300. venit appellatione Episcopi, n. 2. exemptus non visitatur ab ordinario, sed subditos visitat R. 301. est exequutor testamenti R. 303. præscribit iura Episcopalia, R. 304. vtitur pontificalibus n. 3. non gaudet spolio monachi, quem expulit sine alimentis, R. 436. à quibus censuris absoluat, R. 96. dimissoriales non dat secularibus, n. 2. sed subditis suis, R. 295. est dignitas, R. 270. debet esse ex gremio Monasterij, R. 270. n. 1. non dispensat vt quis non ordinetur ratione studij, R. 289. non remittit dispensationes matrimonij, R. 291. non dat licentiam concionandi, R. 290.

Abbas Monachorũ nomine venit in fauorabilib. R. 259. in locis sibi subiectis habet iura Episcopalia, R. 272.

Abbatis gratuita confessio non præiudicat monasterio, R. 370. quando præcedat canonicis cathedralibus, R. 392. eius dignitas maior post Episcopum, n. 3. à monachis non debet separari, R. 392. & præcedat vicarium Episcopi, R. 393. in synodo sedet post Episcopum, n. 6. venit nomine prælati, n. 3. præfertur Archidiacono, R. 394. ordinat subditos in minoribus, n. 3. potest dari administrator ecclesiæ cathedralis, R. 583. ordines minores confert, ib. cum subditis interstitia dispensat, R. 584. nequeunt dare dimissorias clericis secularibus; nec alienos subditos etiam cum dimissorijs ordinarij ordinare, R. 585. qui subditi dicantur, R. 586. gaudet priuilegio fori, R. 589. subditus Abbati, n. 2.

2 *Abbatissa* exercet curam per vicarium capacem, R. 285. est persona ecclesiastica n. 3. debet deputare vicarium in cura suo monasterio vnita, R. 293.

4 *Abbatissæ* ætas; an in ea dispenset Episcopus, R. 61.

1 *Abortus* quando dicatur, R. 619.

4 *Absens* non declarat votum per literas in electione, R. 42. sed potest constituere procuratorem, n. 2.

2 *Absens* quando dicatur præsens, R. 33. R. 35. vocandus quandò, R. 257. pag. 409.

3 *Absolutio* ad cautelam, R. 180. n. 9.

4 *Acta* vi transportentur, nulla est appellatio, R. 8. integra, R. 9. in dubio censentur integra, R. 10. actuario creditur in actorum transportatione, R. 11. realiter producenda, citata parte, R. 12.

2 *Actio* personalis in conscientia quanto duret, R. 91.

3 *Actus* correspectiui qui sint, R. 405.

2 *Accusare* delicta quando teneamur, R. 255. quando non, R. 310.

4 *Adiunctorum* necessitas, R. 591. in locis exemptis non dantur, R. 592. nequeunt eligi extra capitulum canonicorum, R. 594. portionarij an possint deputari in adiunctos, R. 594. quando deputandi, R. 595. an facultas data Episcopo iudicandi capitulares cum adiunctis intelligitur cumulatiuè, vel priuatiuè, ib. an deputandi contra actum visitationis, n. 2. deputantur in cap. collegiatæ si puniendi sint Canonici, R. 596. an seruientes Episcopo iudicialiter procedendo, lucretur distributiones quotidianas, R. 597. deputantur tam in leuibus, quam in grauibus, R. 598. quando non sint deputandi, R. 599. si totum Capitulum deliquerit, non deputantur, R. 600.

1 *Adultera* si examinetur de furto, & fateatur adulterium, nequit damnari, R. 221.

3 *Adultera* dotem amittit, R. 566. n. 2. eam si maritus occidat, dotem non lucratur, n. 3. nec si concubinam teneat, n. 4. dotem non perdit, si debitum maritus non reddiderit, n. 6.

1 *Adulterium* est delictum capitale, R. 219. est causa separandi matrimonium, R. 221.

4 *Adulterij* primus patrator, R. 275. ab Episcopo cognoscitur pro separatione matrimonij, ib. pro pœna delicti à iudice laico, n. 4.

2 *Aetas* quomodo, & à quo probanda, R. 456.

3 *Aetas* lite pendente si legitima superueniat conualidet præsentationem nullam, R. 535. in delictis quando spectetur, ibid.

4 *Aetas* Prioratus, Guardian. General. Prouin. Episcop. &c. R. 57. canonicat. in collegiata, R. 58. ad cathedrales inferiores, R. 207. ad beneficia, R. 470.

3 *Affinitas* durat stante matrimonio, R. 2. affinis affinem sine venia non citat, n. 8. soluto matrimonio priuilegia in reuerentiam socrus induta cessant, n. 10. contrahitur per semen emissum à viro intra claustra fœminæ, licet ea non seminauerit, R. 3. contrahitur, licet respuatur semen, n. 8.

2 *Alimenta* carcerato debita an maiora si nobili, R. 34. non decernũtur vniformiter, R. 422. R. 439. debentur clerico, etsi habeat vnde viuere, ib.

3 *Alimenta* etiam lite pendente debentur, & cui debeantur, R. 291.

3 *Alternatiua* beneficiorum datur Episcopis, Archiep. & Patriar. R. 4. datur capitulo Ecclesiæ cathedralis, R. 5. R. 6. reuocatur, si beneficium à Papa conferatur, R. 9. nihil de nouo indulget, sed obstacula tollit, R. 7.

1 *Amor* est furor, R. 434. n. 5. omnibus dominatur, ib.

3 *Anniuersarij* celebratio an transferatur de Ecclesia ad Ecclesiam in casu negligentiæ; quid requirat, R. 375.

4 *Anni* computandi iuxta ritum Ecclesiæ, R. 213.

1 *Apostata* quis dicatur, R. 548. multa eis sunt prohibita, R. 92. in tom. 2. eius effectus, ibid.

3 *Apostata* qui sit, R. 10. à religione, vel à fide, R. 11. eius bona quando fisco acquirantur, n. 4. Apostasiæ pœna, n. 7. pœna suadentis apostasiam, n. 5. à Laico non cognoscitur, n. 11. requiratur ad apostasiam, n. 16. Secularis excomunicandus; regularis est excomunicatus, R. 12. à religione, non incurrit in bulla cœnæ, n. 3. per annum persistens, est suspectus de fide, n. 4. infamis, n. 5. reassumit obligationes, à quibus erat libe-

liberatus per ingressum religionis, n.6. est clericus dimisso habitu laicaliter viuens, R.13. clericus quando dicatur apostata, n.3. clerici apostatæ pœna, n.7. est excomunicatus, n.7. ille qui sine licentia superioris ad seculum redit, etiam retento habitu, R.14. est excomunicatus, ib. non est qui egreditur animo redeundi, R.15. redire volens, recipiendus, & si pluries exierit, R.16. quando non recipiendus, n.3. & ille qui vagatur causa studiorum: & eius magister excõmunicatur, R.17. monialis quando dicatur apostatare, R.20. non est qui parentum amore egreditur, R.21.

4 *Apostata* qui intra annum probationis derelinquit habitum, R.237.

2 *Apostoli* quando petendi, R.315.

1 *Appellatio si & in quantum* quid? R.423. notabilia, ib. quoties appellatio concedatur, R.413. debet fieri in scriptis, R.417. de vita pronunciatur à iudice *ad quem* non à iudice *à quo*, R.418.

2 *Appellatione* prohibita datur recursus per querelam, R.225. an ab Episcopo vt delegato appellatur ad Metropol. vel Papam, R.449.

3 *Appellatio* à suffraganeo ad Metropolitam quando liceat, R.23. extraiudicialis dicitur prouocatio ad causam, R.27. non fit ad Archiep. n.2. itineris arreptio ad Papam habetur vt appellatio, n.4. appellationis causa quando inserenda, R.103. numquam prohibita, n.9. clausula *appellatione* remota, n.11.

4 *Appellatio* omnia suspendit, R.1. conceditur cum damnum irreparabile parti infertur, R.2. n.5. ante definitiuam non appellatur, nisi appelletur ab interlocutoria, n.1. non *suspendit* collationẽ beneficij, R.3. itineris arreptio ad superiorem stat pro appellatione, R.26. R.333. à denegatione probationum appellari potest, R.417. de iure a qua sententia detur, R.484. ab executione non appellatur, R.488. tertius appellans an suspendat exequutionem, R.489. à taxatione expensarum licet appellare, R.490. vt dicatur legitima quid requiratur, R.518.

1 *Appellans* non appellatus tenetur acta producere, R.419.

1 *Archidiaconus* an præferatur Archipresbytero, R.566. dicitur caput capituli, num.1. habet primam vocem, n.2. habet maiorem dignitatem quacumque alia in cathedrali, n.3.

3 *Archidiacon.* & canonicus simul habet duas voces in capitulo, R.474.n.2.

4 *Archidiacon.* debet esse doctor, vel licentiatus, R.112. est oculus Episcopi, R.395. in quibusdam est vicarius, ibid. principalis dignitas post pontificalem, n.3. an præcedat Archipresbyterum, n.4.

1 *Archiep.* cognoscit causas appellationis in diœcesi suffraganei, R.421. an possit cogere subditos suffraganei ad ferendum testimonium, R.468. an cognoscat de nullitate sententiæ, R.582.

2 *Archiep.* non exercet pontificalia extra suam diœcesim, R.234. non defert crucem & mozzettam in prouincia, ibid. non defert sine licentia suffraganei, n.2. an in exemptis Ecclesijs habeat baldachinum, R.213.

3 *Archiep.* est iudex omnium Episcop. suæ prouinciæ, R.22. tenetur reparare Ecclesiam quomodo, & quando, R.24. bona ab eo quæsita non præsumuntur semper Ecclesiæ, R.25. tenetur eximere à militibus domum clerici, R.28. recipit potestatis plenitudinem in pallio, R.450.

4 *Archiep.* an possit formare processum in Episcopum, R.490. an possit cognoscere de causis ciuilibus Episcoporum, R.496.

2 *Archipresbyter* non est iudex, sed extraiudicialiter multa agit, R.93. potest esse exequutor Apostolicus, R.287. ruralis non est dignitas, ibid.

3 *Archipresbyter* non assistit nuptiarum conuiuijs, R.374.n.8.

4 *Archipresbyter* sedet post Archidiaconum, R.395.

2 *Archiuum* in cathedralibus erigendum, R.354.

2 *Arctati* qui dicantur, R.98.

1 *Arma* lite pendente non affiguntur, R.578.

2 *Armorum* nomine quid veniat, R.388. vide insignia.

3 *Artificium* differt à negotiatione, R.211.

2 *Assassinum* quid, quomodo probetur, R.36. an in infideli, R.37.

3 *Assensus* Apostolicus lapsis 30. annis supponatur interuenisse, R.557. assensus reseruatio facit actum conditionalem, R.571.

2 *Astrologia* iudiciaria prohibita, solum nautica medica, & pro agricultura datur, R.186.

4 *Attentatum* quid, R.1. eo non reuocato non proceditur in causa, n.3. fructus, damna resarcienda ex causa attentatorum, n.6. attentata est possessio capta post appellationem a collatione beneficij, R.3. continuãs possessionem per clausulam constituti possessorij non dicitur attentare, R.4. reuocatio attentatorum non petitur post conclusum in causa, R.5. quid si eodem die ferendæ sententiæ præsentetur commissio super attentatis, n.3. possessio, lite pendente in iure patron. dicitur attentata, R.6. regulæ *qui continuat, non attentat*, declaratio, R.7.

2 *Auditor* Cameræ quid possit, R.126. est exequutor omnium gratiarum, R.339. non cognoscit in prima instantia ib. exequutor pensionis, R.340. & sententiæ latæ ab auditore Rotæ, R.341.

2 *Auditor* Cameræ est perpetuus exequutor obligationum in forma Cameræ, R.342. pag.467. procedit in turbantes possessorem beneficij, R.343. decernit monitoria contra debentes salaria officialibus, R.344. quando allegari possit suspectus, R.345.

3 *Auditor* Cameræ est exequutor obligationis in forma cameræ priuatiuè, Res.247. etiam vrgente causa in Rota, n.3. inter auditorem cameræ, & forum Capitolinum datur præuentio, n.7. sic inter vicarium Papæ, n.8. Rotæ Romanæ lucratur absens distributiones quotidianas, R.398.

4 *Auo* sine causa non remouetur, R.227. Cõbaro delinquens in territorio communi an possit petere remissionem ad iudicem supremum, R.625. Neapoli nequit extrahere debitorem a sua patria, R.641.

4 *Benedicere* calices simplici sacerdoti potest cõmitti, R.480. n.3.

1 *Beneficia* respiciunt vltimam possessionem, Res.142. num.3. beneficiorum vnio inuito patrono est nulla, R.179. libera præsumentur ad patronata, R.183. renunciatio debet esse pura, R.215. vacat per matrimonium etiam copula non sequuta, R.223. Ecclesiasticum vt dicatur, sex requiruntur, R.271. consistit in titulo, non in quantitate, R.272. resignari potest, ad cuius titulum est ordinatus, pag.121. debet esse perpetuum, R.334. dum constituitur, requirit Episcopi consensum, n.2. nomen Sancti an exprimendum in beneficio, R.335. dignitatis nomen exprimendum, n.2. laico destinato clerico non confertur, R.336. habens benef. tenue non tenetur ad horas canonicas, R.337. cuius qualitatis debent esse, vt det priuilegium fori, R.338. Resignetur quomodò, R.339. Scientia beneficiati quanta, R.340. simplex beneficium cui possit dari, ib. qualem ætatem requirat, R.342. adepto secundo beneficio an vacet primum, R.343. collatio ad ordinarium, an & quando spectat, R.344. & R.354. an possit dari ad tempus, R.345. manuale vere non est beneficium, n.2. R.347. quale sit, vt sufficiat ad ordinandum, ibid. possessor de cennalis, an possit cogi ostendere bullas beneficij, R.346. plura beneficia tenens, tenetur ostendere dispensationes, ib. digniori dandum, R.373. Hæreticorum an vacet ipso iure, R.436. si requirat Sacerdotium ordo debet suscipi infra annum, R.496. si non suscipiant, an pri-

uentur, n. 5. an Simonia sit quod fructus primi anni applicentur alicui vsui, R. 499. primi lapidis impositio an spectet ad Episcopum, R.500. præsente legato de latere an possit benedicere populo, & deferre insignia Episcopalia, R.501. nouum opus imponi beneficio ab Episcopo non potest, R.503. clericus olim furiosus sit beneficij capax, R.598. an morbo caduco laborans, R.600. an pluralitas beneficiorum credatur dispensata, R.603. ab Episcopo non possunt extingui, R.611. quo iure instituta, n. 5. curatum quando sit, R. 628.

3 *Beneficia* manualia quomodo vacent, R.392. vnio eorum non tenet, prætermissa mentione manualitatis, n.3. in fauorem resignatur, n.5.

4 *Beneficia* manualia quæ, R.53. ab eis sine causa regularis remouetur, ibid.

3 *Beneficia* possunt conferri à Papa in mensibus ordinariorum, R.9. etiam à Nuncio habente facultatem concedendi beneficia, R. 8. ante beneficij possessionem non administrat, R. 78. capitur per procuratorem laicum, R. 79. in possessione capienda seruatur consuetudo loci, R.80. Neapoli capitur de manu Nuncij Apostolici, n.2. In benef. literæ expeditæ stant pro titulo, R. 81. non expeditis capitur possessio nomine Cameræ, n.2. sed fructus deponuntur, n.3. non potest Episcopus capere tertiam partem beneficij in expeditione literarum, num.4. pro danda possessione nec dulciaria possunt recipi, R.81. beneficiatus intra duos menses tenetur facere professionem fidei, R.82. capta possessio propria auctoritate, renocatur iure attentatorum, R. 84. priuatur beneficio, præuia monitione affixa in valuis, R.102. n.15. collatio facta excomunicato est nulla, R.125. fallit pluries, ib. ætas necessaria in beneficijs, R.126. si minori detur à Papa, videtur dispensare, num.4. beneficium remanet liberum, collitigantibus mortuis, R. 127. collatio quomodo facta probetur, R.128. beneficiatus an tenentur probare de iusto titulo renunciantis, R.129. clandestina collatio supponitur simulata, R. 130. collatio tanquàm vacantis per priuationem, non valet facta stante appellatione, R.131. gratia de beneficio vacaturo non extenditur ad nouiter creatum, Res. 233. potest conferri ab Episcopo stante in aliena diœcesi, R.240. num.4. vnitum perdit nomen beneficij, R.262. est de mensa cui vnitur, n.2. ob quæ delicta priuetur beneficijs, R.308. per adeptionem secundi incompatibilis priuatur primo, R. 309, annus datus ad ordinem suscipiendum quando incipiat currere, R.314. beneficiatus non dicitur qui habet spem beneficij, R. 326. num. 5. valor beneficij à quo, per quos, & de quibus probandus, Res. 485. Res. 354. cum pensione exprimendus, num. 4. etiam in prouisionibus per legatos extra curiam, num. 7. fallit in administratore Capellaniarum, num.9. probatur deductis oneribus, num. 11. nec computatis distributionibus, num. 12. attento loco beneficij, non gratiæ, n. 13. Episcopus non confert reseruata beneficia sub pœna suspensionis, R.388, reseruatio ligat manus inferiorum, R.389. collatio beneficij reseruati est nulla, n.1. prouisus ab ordinario de beneficio reseruato non tenetur restituere fructus, R.390. beneficij collatio an possit præscribi ab Ordinario, R.391. Papæ reseruata quæ sint? ibid. sub generali reseruatione non veniunt beneficia amouibilia, R. 392. adeptum secundum beneficium si euincatur, potest ad primum redire sine licentia, R.407. vnitum seminario spectat ad collationem Papæ, R.422. dari potest cum onere legendi S. Scripturam, vel pueros docendi, R.429. quot modis ipso iure vacet, R. 462. incompatibilia sunt quando vtrumque exigit residentiam, R. 476. beneficium quindecim librarum Parisiensium est sufficiens ad victum, vt vnum beneficium sufficiat, R. 479. recipiens benef. curatum sine animo suscipiendi presbyteratum, tenetur restituere fructus, R.480. in cathedrali amittit distributiones, n. 4. gestans habitum clericalem animo mutandi vitam, si quid pinguius superuenerit, non peccat, n.8. beneficiatus tenetur ad onera puta oleum, ceras, tecta reparare de fructibus beneficij, si habeat; aliàs tenentur parochiani, R.483. nequit renunciari ne onera soluantur, n.7. collationi intra sex menses fiat, deuoluitur ad sedem apostolicam, R.486. capiens possessionem literis non expeditis, fit inhabilis ad beneficium, R.487. fallit si error sit procuratoris, ib. priuatur qui ante confirmationem se immiscet beneficio, R. 488. non datur accusato stante accusatione, R. 491. in beneficialibus gradus computantur canonicè, R. 514. beneficij possessio intra quantum tempus capi debeat, R.537.

2 *Beneficium* non datur aleatori, Res. 119. Ecclesiasticum confertur tantùm clerico, Res. 151. num. 2. ab Episcopo, n.3. purè, n.4. beneficiales consuetudines quæ, R. 155. vacans de iure non de facto possit conferri, R.158. vacantis beneficij tempus Episcopo currit an die notitiæ, R.184. beneficium resignandi causæ, R.217. cum pacto vt detur certæ personæ, est resignatio Simoniaca, R.217. n. 2. secus si in manibus Papæ, ib. collatio beneficiorum quando non spectet ad Episcopum, R.236. deuoluta conferuntur ab Episcopo, & à capitulo, R.237. permutatio facta auctore capitulo, an valeat, R.243. mora conferendi ab Episcopo non excusatur, R.253. ætas necessaria in beneficiato, R.254. possessio intra quantum tempus recipienda, R.265. quãdo in curia vacare dicatur, R.266. non datur militi, R.277. non coniugato, n.3. non feudatario, n. 2. renunciatur tacitè per matrimonium, n.4. si semel vacet in curia, quando ad ordinarium redeat potestas, R.278. curatum potest vniri monasterio monialium, R. 285. dispensatio plurium beneficiorum extenditur ad præterita, & futura, R. 294. non datur excomunicato, R. 314. in beneficialibus nemo tenetur probare titulum prædecessoris, R.327. pluralitas quando admittatur beneficiorum, R.332. R. 359. in beneficijs regressus est prohibitus, R. 337. dignior in beneficijs qui dicatur, R.348. pag.469. minus dignus potest appellare, ib. beneficiatus absens post trinam monitionem potest priuari, R.356. pag. 472. absens iustè, per vicarium inseruit, ib. beneficium vndè cognoscatur, R.358. quis manutenẽdus in possessione beneficiorum, R.366. R.402. causæ permittendi pluralitatem beneficiorum, R. 446. valor beneficij vnde probetur, R.454. in forma pauperum exprimi debet, num. 15. idem à Papa duobus si detur, quis præferatur, R.462. n.2. nisi acceptetur infra biennium, creditur renunciatum, R.474. an beneficiatus omnis teneatur ad reparationem, R.476. agenti possessorio recuperãdæ, quid incumbat probare, R.479.

4 *Beneficium* non est litigiosum ex comparitione coram ordinario, R.3. collatio est actus extraiudicialis, num. 1. in benef. litigioso legatus non se intromittat, R.6. beneficij curati ætas nequit coarctari ab Episcopo, R.62. qualitas à fundatore posita nequit ab Episcopo mutari, R. 279. non dicitur deuolutum Episcopo protrahente institutionem, R.405. nequit sibi succesorem eligere, R.470.

4 *Beneficiorum* suppressio fit, causa fructuum diminutorum, R. 539. diminutio fructuum plenè probanda, R.540. suppressio in dubio non præsumitur, n.1. supprimendi facultas non competit capitulo sede vacante, sed Papæ & Episcopo, R.541. præbenda non supprimitur, vt applicetur mensæ capituli, R.542. non practicatur in Ecclesijs non insignibus, R.543. successio probatur ex enunciatiuis antiquis, R.546. probatio debet ex actis apparere, R.547. collatio parochialis facta illiterato est nulla, R.550. potestas confereu-

di inducitur per vnicam collationem, R. 559. ſtatus beneficij non mutatur ex prouiſione Apoſtolica, Reſ. 560. vltimus ſtatus an attendatur, vbi agitur de proprietate, R. 562.
3 *Beſtialitas* quomodo puniatur, R. 59.
2 *Bigamia* ſimilitudinaria ab Epiſcopo diſpenſatur, R. 220.
3 *Bigamia* triplex, Reſ. 32. ignorantiam excuſatur, n. 3. ex adulterio non contrahitur, R. 33. nec ex vxore, & concubina, n. 4. priuatur bigamus omni priuilegio, R. 34. etiam immunitate, n. 2. non fert tonſuram, nec habitum, R. 35. niſi religionem ingrediatur, n. 2. non ferunt ea quæ feruntur, & clericis in benedictione, vel conſecratione, n. 3. eſt incapax beneficij, R. 36. cognoſcens vxorem adulteram eſt bigamus, R. 39.
4 *Bigamus* nequit eſſe vicarius Epiſcopi, R. 135.
1 *Birroarios* offendens punitur, R. 332.
2 *Birroarijs* an credendum, R. 42.
1 *Blaſphemator* quomodò puniendus, R. 327.
3 *Blaſphemia* facti qualis, quomodo punienda, Reſ. 43. hæreticalis cognoſcitur ab Inquiſitore: aliæ à laicis, R. 43. n. 10. blaſphemum non accuſans punitur, R. 44. ſeipſum accuſans pœnam euitat, n. 3. quando blaſphemator excuſetur, num. 4. *potta di Dio*, blaſphemia eſt, R. 45. blaſphemia quid ſit, n. 3. eſt ſi iuretur per Chriſti membra, n. 5. quando habeat grauitatem infidelitatis, n. 8. *non lo porria far Dio*, an blaſphemia, R. 46. grauior homicidio, n. 10.
1 *Bona* quæ ſeruando non ſeruantur, quæ, R. 70. n. 2.
1 *Brachium* ſeculare quando imploretur, R. 288. qui, & à quo poſſit implorare, R. 289. an priùs ſit neceſſaria citatio partis aduerſæ, R. 290. contra quem imploratur, R. 290. n. 3. an præſtandum pendente appellatione à ſententia Eccleſiaſtica, R. 291. an ſit remedium ſubſidiarium, R. 292. an concedendum, quando conſtat de iniuſtitia implorantis, R. 293. an poſſit exequi contra ſucceſſorem, R. 295. appellari an poſſit ad ſuperiorem implorantis, R. 294. denegatur imploranti incompetenter, R. 296. notabilia, R. 298.
3 *Bullæ* Apoſtolicæ quando expediantur ſub forma nouæ prouiſionis, R. 383.
2 *Bullæ* Apoſtolicæ executionem impediens excõmunicatur, R. 198. quando dicantur expeditæ, Reſ. 218. Bullarum amiſſio quomodo probetur, R. 219. Papæ per teſtes non probatur, ib. Bulla cœnæ in vſurpatores Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, R. 415.
3 *Camera* Apoſtolica ſuccedẽs in ſpolio, tenetur ad expenſas funeris, R. 435. vt & ad veſtes famulorum n. 4. tenetur ad debita cõtracta occaſione Eccleſiæ, R. 436. tenetur ſoluere ſalaria officialibus, R. 438.
1 *Campanas* benedicere ad Epiſcopum ſpectat, vel Abbatem, R. 471.
2 *Cancellariæ* regula expirat morte Papæ, R. 237. de veriſimili an locum habent in Epiſcopo, Reſ. 246. vt in legato, n. 2.
3 *Cancellariæ* regula probat vt conſtitutio localis, Reſ. 350. cum auctore moritur, n. 6. in curia ſolum publicantur, obſeruantur, nu. 9. conſtituunt ius generale extra curiam, num. 16. debent ſciri à collatoribus, R. 388.
4 *Canonica* portio eſt vis parochiale, R. 300.
2 *Canonicatum* impetrans tenetur nominare præbendam, R. 58.
1 *Canonicatus* cui annexa parochialis non requirit 25. annos, R. 391. n. 5.
2 *Canonicatus* an dignitas probetur ex aſſerto papali, R. 94. ætas ei requiſita, R. 239.
3 *Canonicatus* poſſeſſio traditur à capitulo, R. 80.
1 *Canonici* abſentes in ratificatione non ſunt curandi, R. 19. eorum nomina an exprimenda in alienatione rei, n. 3. maior nomine an præferatur antiquiori minor in ordine, R. 564. ſi prior in data præcedat poſteriorem in data priorem in poſſeſſione, R. 565.
4 *Canonici* ſcientia qualis, R. 112. clericorum nomine in fauorabilibus venit, R. 240. quod aliquid ſoluat in pium vſum, valet conſuetudo, R. 340. inſignia canonicis dantur ob dignitatem, R. 364. an inſignia poſſint dari ab Epiſcopo, R. 365. nequeunt variari ab Epiſcopo, R. 366.
1 *Canonicus* Eccleſiæ cathedralis propriè non dicitur habere dignitatem, R. 101. ei comitti poteſt ſi in euidentem, n. 2. facit vnum corpus cum Epiſcopo, n. 5. eſt clericus primi gradus, n. 6. præcedit Abbatem mitratum, n. 7. frater Epiſcopi, n. 8. poteſt eſſe conſeruator mendicantium, n. 11. per tres menſes poteſt abeſſe, R. 402. notabilia, R. 403. à die reſignationis prohibetur accedere ad canonicatum, R. 601.
2 An debent comitari Epiſcopum in proceſſione, R. 51. poteſt optare intra 20. dies, R. 293. minorem præbendam non optat, nec vacantem in curia, ib. quæ optari non poſſint, n. 5. in cathedrali debent habere ordinem Sacrum, Reſ. 238. ab Epiſcopo non cogendi, vt omnes ſint Sacerdotes, n. 2. ſupernumerarius non habet vocem, R. 263. an ſola præſentia ſine cauſa ſufficiat, R. 362. ſi ſine cauſa officio non interſit, peccet, R. 363. cœcus, vel infirmus an lucretur diſtributiones quotidianas, R. 397.
3 *Canonicus* in titulo ſolùm non habet vocem in capitulo, R. 529.
4 *Canonizatio* Sanctorum vt fiat, quid requiratur, Reſ. 282. Martyrum faciliùs fit, n. 2.
4 *Cantor* an dignitas, R. 395. n. 15.
1 *Capella* an ex inſignibus probetur, R. 596. ſit à prope domum dicatur Epiſcopi, R. 599.
2 *Capella* non ædificatur ſine licentia Epiſcopi, R. 11.
3 *Capella* pendet à loco, vbi ſita eſt, R. 536.
4 *Capella* quando non ſit de Eccleſia, R. 426.
2 *Capellani* regij an ſint exempti, R. 41.
4 *Capellania* à minore 14. annorum retinetur, R. 136. non eſt titulus pro ordine, ibid. capellanus ſine cauſa non remouetur, R. 227. capellania Regia quæ, R. 497. Palatina quæ, nu. 3. Regij coram quo conueniantur, R. 498. regius maior multas habet prærogatiuas, n. 2. & R. 504. ſi actu non ſeruiant, an gaudeant exemptione, R. 501. poſſunt reuocari ad libitum, R. 502.
1 *Capellanus* amouibilis an remoueri poſſit abſq; cauſa, R. 347. quando teneatur reſidere, R. 348. an poſſit præuenire tempus celebrationis, R. 349. debet eſſe actu Sacerdos, R. 350. infirmus tenetur ſupplere per alios, R. 351. an poſſit alibi quàm in loco deſignato celebrare, R. 353. R. 360. an hæredes poſſint conferre capellaniam ſine ordinario, R. 354. videtur in titulum, non eſt beneficium Eccleſiaſticum, n. 2. quomodo probet miſſarum celebrationem Epiſcopo viſitante, Reſ. 355. an capellaniæ præſumatur vinctum onus celebrandi, R. 356. an poſſit ab Epiſcopo viſitari, R. 357. non tenetur contribuere pro translatione altaris, Reſ. 358. computatio graduum in capellania fit canonicè, R. 361.
3 *Capitul.* ſede vacante ſuccedit in omnibus quæ ſunt iuriſdictionis, R. 6.
4 *Capituli* ius in vno remanet, R. 600. non venit appellatione perſonarum, n. 3.
1 *Cap.* Odoardus benef. datur clerico pauperi, R. 257. an detur cui debitum negauit, R. 258. non datur clerico doloſo, R. 259. vel luxurioſè viuenti, n. 3. an competat fideiuſſori laico clerici, R. 260. eſt perſonale, n. 2. excommunicatus non gaudet, R. 262. an petatur in executione ſententiæ, Reſ. 261. æquipollet illi, ne quis, &c. n. 3. an detur in delictis, R. 263. non datur debitori cameræ Apoſtolicæ, n. 2. imploranti quanta dentur alimenta, R. 422.
1 *Capitulo* legatum cenſetur canonicis relictum, R. 359. non ſuccedit in delegatis à Sede Apoſtolica, R. 466.

sede vacante succedit in Episcopali iurisdictione, R.506. necessariò tenetur eum constituere, Res.508. constituendo secundum vicarium, non recedit a primo, R.512.

2 *Capitulum* non constat ex solis canonicis, R.39. sede vacante an intra annum concedat dimissorias, R.106. non succedit Episcopo in delegatis, R.118. in quibus non succedat, ib. an cognoscat causas in prima instantia, R.130. tenetur dare stipendium Theologo, R.175. capituli minor pars debet reclamare maiori iniustè agenti, Res.249. actus capitulares possunt explicari etiam si non adsint duæ partes, R.252. eius potestas an penès præsentes, R.280. si acies suas committat, debet constare de collegiali cõmissione, R.281. consuetudinem suam iudicandi, vel conferendi an debent probare, R.335.

2 *Captus* in sacro si dubitetur, quid? R.42.

1 *Carceratus* qui sit, & quando dicatur fugere, R.331.

3 *Carceris* fractor non dicitur qui abest animo redeundi, R.399. & tom.4. R.334. nec si fugiat, ad superiorem, tom.4. R.333.

3 *Cardinali* loquenti coram Papa in præiudicium tertij creditur, R.196. non testatur ante licentiam, R.302.

4 *Cardinalis* nomine clericorum venit in fauore, R.240.

3 *Casus* Episcopi reseruati, R.85. reseruatio resecanda, R.86. quos casus solet Episcopus reseruare, ib. cessat reseruatio in articulo mortis, R.89. R.87. hæretici absoluentur, n.5. an forenses liget reseruatio, R.88. an in generali concessione confessariorum, intelligantur concessi reseruati, R.89. vigore Iubilæi absoluuntur reseruata, n.8. absoluuntur à capitulo Sede vacante, R.90. reseruatio expirat morte Episcopi, num.1.

1 *Casuum* reseruatio ab Episcopo quomodo facienda, R.502.

2 *Cathedratiuum* cui, & cur detur, R.182. an præscribatur, n.3.

2 *Cautionis* de bene viuendo, & non offendendo practicabilia, R.395.

4 *Cedulones* affiguntur, vt excommunicatus euitetur, R.13. sed sine figuris dæmonum, R.14. non assignatur contra mittentem literas cambij pro pensione, R.15. nec contra excõmunicatum petentem absolui, R.16. affixi, sunt remouendi si compareat excõmunicatus, & petat absolui, Res.16. reaffiguntur, ni intra datum terminum præsentetur absolutio, R.17. intra dies appellationis affiguntur, R.18. in affixione est necessaria citatio partis, R.19. laceratio eorum in dubio à quo præsumatur facta, R.20. nequeunt amoueri sine licentia superioris, R.21. tentans amouere, si non amoueat, non est excõmunicatus, R.22. minimam partem lacerans est excõmunicatus, R.23. amouens calore iracundiæ non est excõmunicatus, R.24. non affiguntur pendente appellatione, R.25. affiguntur etiam stante appellatione à declaratoria continente factum notorium, R.27. beneficio non priuatur remouens cedulones, in quibus erat denunciatus, R.28.

3 *Celebrans* in loco interdicto an fiat irregularis, Res. 269. n.6.

3 *Cœmeterium* gaudet immunitate vt Ecclesia, R.412. quale dicatur, ibid.

1 *Census* in re alienari prohibita, est nullus, *R.68.n.2.*

2 *Census* legitimus, quæ requirat, Res.205. an coarctari tempus possit ne redimatur, R.207. an possit redimi pro parte, R.282. Bulla Gregorij XIII. de censibus, R.409.

3 *Census* quomodò probetur, R.97. census vitalitius super quibus constituatur, R.98. & an rescindatur ob alienationem corporis suppositi, ib. pactum de redimendo censum intra tempus valet, R.99. super bonis, fideicomissarijs non imponitur, R.100. constitutus super prædijs eligendis an valeat, R.101.

1 *Cessio* bonorum non prodest fideiussori, *R.260.* nu. 3. non datur in delictis, *R.263.*n.4. realis infamet, *R.538.* vitiosa, ni constet delictum, nu.7. ad informandum, quando non expedienda, n.4.

3 *Cessio* bonorum animæ nec prodest, nec obest, Res. 473. si veniat ad pinguiorem fortunam conuenitur in solidum, num.2.

3 *Charitatiuum* subsidium inferioribus Episcopo non competit, R.92. competit generalibus religionis, n.4. generale interdictum apponi potest ab Episcopo contra denegantes subsidium charitatiuum, R.93. ab Episcopo non exigitur pro expeditione bullarum, R.94. fallit ex consuetudine, n.3. vltra taxam non exigitur, R.95. fallit ex consuetudine, nu.3. non debetur ex distributionibus quotidianis, R.96. n. 13. soluitur habita ratione fructuum perceptorum, n.1.

4 *Christi* imago percussa sanguinem emisit, R.284.

1 *Citatio* partis quando requisita, *R.*104. num.4. nemo possessione priuatur sine citatione, *R.*436. num.7. pro excommunicando aliquem quomodo facienda, Res. 439. inualida nil operatur, *R.*459.

4 *Citatio* debet esse personalis, vt sententia valeat, Res. 32. R.34. an vtriusque partis requiratur, R.33. an sufficiat domi relicta, R.34. est de iure naturæ, non tamen interrumpit præscriptionem, R.35.

2 *Citatus* ad iudicem incompetentem debet comparere, R.148. non tenetur copiam dare reo nisi petat, R. 174. copia citationis ad valuas datur sumptibus petentis, n.3. est nulla si post affixionem non relinquitur copia num.4. respondens nolle venire, an amplius citandus, R.418.

3 *Citatus* a iudice non suo, & excommun. nil valet, R.22. n.9. citatio per edictum cur fic data, a quo, & in quem detur, R.102. facienda in scriptis, num.3. ib. n.5. non valet, nisi relicta copia, nu.6. fit post nominationem, & ante confirmationem beneficij, nu.11. necessaria in hæreditate acquisita beneficio legis, & inuentarij, n.12. fit a iudice laico in possessorij causa num.13. fit dum quis promouetur ad ordines, nu.14. contumax per edictalem citationem refectis expẽsis auditur, R. 102. 17. ad priuandum non residentem an requiratur citatio personalis, R.310. si extet certus contradictor non sufficit citatio per edictum, Res.516. personalis exigitur, cum agitur de graui præiudicio, R.537. vbique, & semper necessaria, *R.*578.

3 *Ciuis* quis dicatur, R.215. & to.1. R.269. priuilegium datum ciuibus, datum est etiam ciuitatensibus, ib.

3 *Clauium* traditio an sufficiat pro danda possessione domus, vel mercium, R.515.

2 Clausula *amoto illicito detentore*, R.330. *præterquam prouisis a nobis* n.2. *absque vitio spoly* nu.3. *amotis quibuscunque non tamen Apostolica auctoritate prouisis* n.5 *quorum tenores*, R.368, *Supplentes*, ib. *sine præiudicio literarum Apostolicarum*, R.432. *absque præiud. execut.* R.433. *motu proprio*, R.490. quod *extraiudicialiter se infirmet*, R.100. *vocatis vocandis*, R.104.

3 Clausula *appellatione remota*, R.103. *vocatis vocandis*, R.104. *vt asseris*, R.105. *motus proprij*, R.106. *inducat in possessionem, & inductum defendas*, R.107. *cum absolutionem a censuris*, R.108. *amoto quodlibet illicito detentore*, R.109. *constito*, R.110. *quatenus*, R.111. *ex nunc, prout ex suas*, R.112. *habita, vel non habita possessione*, R.113. *sine retardatione solutionis*, R.114. *licita est* facit gratiam conditionalem, R.117. *dumodo remaneant centum pro Rectore*, R.115. *dumodo medietatem fructuum*, n.4. *vt asseris*, R.116. *vt asseritur*, n.2. *si constiterit*, R.117. *sine præiudicio literarum Apostolicarum* R.118. *motu proprio*, R.512. *vocatis vocandis* requirit citationem partis, R.516. n.6.

4 *Clausura* monialium quid, R.188. tertiariæ, conuersæ, nouitiæ an teneantur ad clausuram, R.189. nec profitentes

tentes vt in domo propria remaneant, nu.4. in locis exemptis an procuranda per Ordinarium, R.190. an excusentur a clausura ob contrariam consuetudinem, vel vbi clausuræ lex non est recepta, R.191. licentiam exeundi a monasterio dat Episcopus, vel Vicarius, R.192. causa legitima dandi licentiam quæ, R.193. casus excepti in bulla Pij V. an extendantur ad similes, R.194.

4 *Clerici* saluatici qui sint, R.224. non sunt verè clerici ib. non gaudent priuilegio canonis, n.3. dicuntur personæ ecclesiasticæ, R.126. differunt a coniugatis, R.125. gaudent fori priuilegio, ib. dicuntur personæ ecclesiasticæ, R.226. ab Episcopo non remouentur sine causa, R.227. a capitulo sede vac. possunt creari R.228. possunt expelli si non seruiant, R.229. quot possint esse, R.230. criminosus sed pœnitens potest creari clericus saluaticus, R.231. liquidatio instrumenti contra eum fit in foro ecclesiastico, R.232.

4 *Clericorum* habitus in duobus consistit, R.233. consuetudo attenditur, R.234. vsque ad talos, num.6. & R.236. non coloratus, n.6. vestis inferior, & cooperta laicalis non offendit laicalem superiorem, R.235. domi deferre non cogitur, R.237. quando dicatur recedere ab habitu clericali, ib. clericalem habitum non deferentes, qua pœna puniatur, R.238. clericus beneficiatus potest adire studia sine licētia Prelati, R.384. quo iure exemptus a laicis, R.458. non habens requisita an soluat gabellas, R.459. si habitum sumant vt gabellas fraudent, non liberantur, R.460. imo restituunt præteritas, ib. an censuris subiaceat, qui secretò clericum processat, sed animo eum tradendi superiori, R.461. delictū cōmittens ante clericatum punitur a laico R.640. num.5. in dubiò clericus non præsumitur, R.644.

1 *Clericus* admittitur ad iuratoriam cautionem, R.256. tenetur seruare suum fideiussorem, n.2. eius pauperitas quomodo probetur, R.257. excommunicatus gaudet fori priuilegio, R.262. an peti possit post tres conformes, R.266. non habet locum in contractum iurato, R.267. ordinatus ab Episcopo non suo gaudet priuilegio clericali, R.268. clericus peccans sede vacante a quo puniendus, R.317. concubinarius qua pœna, R.318. reus lesæ maiestatis a quo puniendus, R.322. quoad feudum laico subijcitur, ib. clericus arma ferens qua pœna puniatur, R.325. blasphemator, R.327. negotiator, R.328. possunt vendere fructus sui fundi, n.8. lucrantur ex artificio honesto, num.12 falsum deponens remittitur ecclesiastico, R.332. n.4 quando possit conducere prædia, R.485. quando possit torqueri, Res. 529. qua pœna puniendus emittens ictum sclopettæ, R.530. si sit minor & torqueatur, an interueniat curator, R.531. ordinatus ad titulum patrimonij, debeat computare in legitima quæ recepit, R.532. si pendente lite fiat Episcopus, non est damnādus per eandem curiam, R.533. quandò citandus ad informandum, R.538. an decimam soluat de eo, quod percipit ex patrimonio, cuius titulo ordinatur, R.539 an per laicos possit torqueri, R.537. quando carcerādus in curia Neapol. R.538. n.9. non incedens in habitu, & tonsura, vt perdat priuilegium clericale an necessaria sit trina monitio, R.540. non gaudens priuilegio, an gaudeat beneficio canonis, Res.541.

1 *Clericus* coniugatus gaudet priuilegio fori, & canonis R.265. non verò reliquis priuilegijs nu.2. tenentur ad solutionem gabellarum, num.3. in Capite Odoardus equiparatur laico n.4.

2 *Clericus* quando dicatur in fraudem factus, R.59. possunt damnari ad triremes, R.104. ob seruitutem præstitam laico, an priuilegio priuentur, R.112. filius fam. an habeat Macedonianum, R.121. citatus a laico non tenetur comparère, R.148. nu.3. ordinatus ab Episcopo non suo sit remittendus, R.150. de patrimonialibus an soluat collectas, R.167. Clericum astringens ad gabellas est excommunicatus, R.183. non potest adire studia sine licentia Episcopi, R.223. Clericum percutiens turpiter agentem cum sponsa an excommunicatus, R.228. audiens leges ciuiles, excommunicatus est, R.241. & quando n.2.

2 *Clericus* coniugatus quando amittat fori priuilegium R.172. R.391. gabellas solui, ib.

4 *Clericus* coniugatus fori gaudet priuilegio, R.225. R. 632. non gaudet in ciuilibus, & coram seculari conuenitur ib. soluit gabellas n.3. quid debeat probare, vt gaudeat fori priuilegio, R.644.

2 *Clericus* non discedat a diœcesi sine Episcopi licentia, R.264. secus si appellationis gratia ad Papam ib. Clericorum nomine qui veniat, R.292. absens quādo pro sua familia gaudeat gabellæ immunitate, R.329. excommunicatus an impunè percutiatur, R.355. depositus verbaliter, tenetur recitare officium nu.3. decedenti sine consanguineis quis succedat, R.387. & in quibus bonis, ib. habitus clericalis, R.390. syndicus alicuius Baronis, ab eodem puniri possit, R.391. R. 413. Clerici priuilegium extenditur ad famulos, R. 393. non assumitur ad officium seculare, R.413. indicatus de stupro, an possit torqueri, R.414. Clericali priuilegio gaudent mulieres gregatim viuentes, R. 419. ordinatus sine dimissorialibus an gaudeat priuilegio, R.435. excommunicatus gaudet priuilegio canonis, R.438. nequeunt esse testes sine licentia ecclesiastici in iudicio seculari, R.459. talis licentia quomodò probetur, ib. seipsum percutiens excommunicatus est, R.472. nequeunt fideiubere, R.483. nequit foro renunciare, R.486.

3 *Clericus* habet priuilegia militum, R.28. per vnicam habitus omissionem non priuatur priuilegio clericali, R.29. contrahens sponsalia quid perdat, R.36. negotia clericis illicita, R.120. n.8. immunis a gabellis, R.132. sic eius hæreditas iacens, R.135. quid si emat bona petita in æstimo, R.136. eius famuli non tolerantur, R. 138. quando teneatur gabellas soluere, R. 140. quando dicatur negotiari, ibid. & R. 141. seipsum percutiens est excommunicatus, R.577. tenet locum Apostolorum, ib. de bonis Ecclesiæ non testatur, R.580. eius bona applicantur cameræ, n.2.

3 *Clericus* coniugatus in ciuilibus gaudet fori priuilegio, R.119. quid necesse, vt dicatur de foro ecclesiastico, R. 120. qualia beneficia habere possit, num.3. eorum negotia, n.8. omisso habitu priuilegium perdit, R.121. si reassumat in fraudem, non gaudet, n.2. si ducat vxorem virginem post delictum, cognoscitur ab Ecclesiastico, n.3. viduus gaudet priuilegio non coniugati, R.122. coniugatus non vtitur benef. cap. Odoardus, n.5. tenetur ad gabellas in bonis proprijs, R.123. incapax beneficij, R.124. quando dicatur negotiator, R. 205. pœna in clericos se immiscentes secularibus, R.210. & R.206. præuia monitione etiam si non sit in sacris pœne subijcitur, R.207. an ex vnica negotiatione possit puniri, R.208. non punitur si ex charitate faciat, R.209. nec per interpositam personam negotiatur, R.212. pro pupillo vt tutor potest, R.213. tutelam nequit exercere, n.3. Clericari nemo potest, nisi prius tutela deposita, n.5. clerico ciuitatis detur priuilegia an extendantur ad casalium, R.215. an post resignationem gaudet priuilegio fori, R.315. in minoribus Ecclesiæ non seruiens, vt inutilis expellitur, R.322. intitulatus potest cogi ad seruiendum diuinis, R.322. seruire nomine clericorum Prælati, & canonici non veniunt, R.352. non tenetur pro reparatione murorum, R.439. contrahens matrimonium non seruato Concilio amittit beneficium, R.461. habitus clericalis cognitio spectat ad Ecclesiasticum, R. 496. & qui sit habitus clericalis, R.502. a laico nec incidenter iudicatur etiam in patrimonialibus, vel si seque-

sequetur causa moræ a laico fuerit factum, *R.*499. *R.* 574. nec vt tutor iudicatur a laico, *R.*511. si sit contētio inter iudices laicum, & clericum decisio spectat ad clericum, *R.*574.

1 *Clericus* breui ferens arma, an pœnæ subiacet, *R.* 595. si percutiatur iocose, an excommunicatus sit percutiens, *R.*608. fornicarius quomodò puniatur, *R.*614.

4 *Clericus* pœna pecuniaria potest puniri ab Episcopo, R.118.

1 *Coadiutor* cur detur? a quo detur, ad quid tenentur, ei alimenta debentur, *R.*504.

2 *Coadiutor* canònici cum futura successione, vbi sedere debeat, *R.*137.

4 *Coadiutor* datur parocho imperito, R. 548. leproso, seni, infirmo, & alijs in casibus, *R.*549.

3 *Collectæ* à quibus non soluantur, R.133. cum sequentibus, perpetuò seruientes Ecclesiæ, ib. heremita; tonsuratus non soluit, R.135. non veniunt nomine gabellarū, R.137. vt iusta sit debet à Principe imponi, R.142. fraudantes gabellam peccant n.12. exigens vltra taxā, punitur morte n. 10. in dubio iudicatur cōtra exactorem n.7. pœna in imponentem gabellas nu.2. eas exigens ab Ecclesiasticis excommunicatur, R. 143. talis excommunicatio à Diœcesanis locorum publicanda, R.144. nisi Episcopus publicet, punitur n.2.

2 *Collector* & negotiorum Cameræ gestor, *R.*127.

3 *Collector* generalis Cameræ Apostolicæ, & subcollector absens lucratur distributiones quotidianas, Res. 398. concurrens cum hærede instituto an præcedat, *R.* 437.

3 *Collegiatus* non seruiens perdit priuilegia, *R.*322. tom. 4. *R.*229.

3 *Collegio* priuilegia non dantur, si absint scholares, *R.* 424. n.6. legistarum, vel medicorum quis aggregetur, *R.* 565.

4 *Collegium* tres requirit, *R.*113. n.9.

2 *Comites* Palatini subsunt ordinario, R.41.

1 *Commenda* S. Io: Hierosolym. non venit in generali reseruatione, *R.*72. n.2.

3 *Commendatarij* ætas vt in reliquis beneficijs, R.145. facit fructus suos si sit perpetuus, num. 3. quid habent. n.8. ob mortem commendatarij, non dicitur vacare de nouo, R.146. perpetuum solus Papa facit, R.147. perpetuus non differt a vero beneficio, n.5. execrabilis in perpetuo commendatis, n.8. potest esse delegatus n.11. titulus Apostolicus n.10. turbatus spolio non agit, R.148. gaudet fori priuilegio, R.318. infra annū promouendus n.4. habens territorium, potest remittere denunciationes matrimoniales n.11. venit nomine titularis n. 12. militaribus competunt omnia, quæ Prælatis dantur, R.332.

1 *Commendatarius* non potest donare, *R.*40. n.4. perpetuus Prælato æquiparatur, *R.* 72. non alienat sine auctoritate Superioris, *R.*75.

3 *Commendatores* S. Io: non collectantur, R.137. Alcantaræ, Calatrauæ sunt religiosi, S. Stephani, ib.

4 *Commendatores* perpetui sunt beneficiati, tenentur ad reparationem Ecclesiæ, *R.*347.

1 *Commissariorum* decretum an admittat probationem in contrarium, *R.*8. cui committitur si in euidentem debet esse in dignitate constitutus, *R.*100. *R.*106. non possunt excedere fines mandati, *R.*103. & *R.*102. n.1. 6. si sit Apostolicus canonem augere potest, nu. 5. cognoscit de surreptione assensus, *R.*103. nu.4. damnat impetrantem n.5. an mortuo Papa possit ferre decretum, *R.*105. alteri vicem suam demandare non potest *R.*106.

1 *Communis* opinio an liget iudicem, *R.*47. n.3.

2 *Compensatio* quando, & in quibus detur, *R.*120.

4 *Compositio* fit ab Episcopo, *R.*118. Capitulo sede vacante, *R.*119. eius causæ quæ sint, *R.*120. vt Episcopus eam possit facere, ad quid teneatur, *R.*121. non datur in grauioribus, *R.*122. nec post sententiam, *R.*123. fallit in Papa, & Rege n.2. à compositione excessiua appellatur, *R.*124. nec indiscriminatim faciendæ num.3. pecuniam Episcopus non retineat, *Res.*125. fallit in paupere, *R.*126. fabricæ Cathedralium non applicatur, sed alterius Ecclesiæ, *R.*127. nec Sacristiæ Cathedralis, *R.*128. nec Seminario, *Res.*129. nec pro salario Vicarij, *R.*130.

3 *Compromissum* de re Ecclesiæ an fiat Papa inconsulto, *R.* 172.

2 *Computa* quomodo facienda, *R.*29.

1 *Concessio* facta non reuocatur absque causa, *Res.*65. vltra triennium est species alienationis, num.3. morte concedentis non expirat, n.6. in perpetuum quid figuret, *R.*120. n.8.

3 *Concilium* generale Papa congregat solus, R.450. concilij aulam armatus non ingreditur, R.551.

4 *Concilium* Prouinciale an possit formare processum in Episcopum, *R.*492.

1 *Concubinarij* clerici pœna, *R.*318. qui dicatur n.6. debet prius moneri n.3.

1 *Concubinarij* laici pœna, *R.*330.

2 *Concubinarius* an tolerandus, si dubitetur prior si prohibeatur, *Res.*22. an cum clerico concubinario liceat bis dispensare, *R.*395. quando præsumatur, *R.*398.

3 *Concubinarius* beneficijs quomodo priuandus, *R.* 311. concubinatus quomodo probetur ib. maritus concubinarius est infamis; excommunicatur; cogitur dimittere; tenetur dare alimenta vxori recedenti ob pellicem; dotem non lucratur vxoris adulteræ, *Res.* 566.

1 *Concursus* necessarius in parochialis prouisione, *Res.* 362. & tom.4. *R.*76. non in simplici beneficio, *R.*363. requiritur in beneficijs curatis, sed non semper, *Res.* 364. non requiritur in parochiali vnita canonicatui, *R.*365. nec in permutatione beneficiorum, *R.*367. nec in iure patron. laicorum, *R.*368. quando cesset, 369. cessat, quando quis nolit consentire pensioni, *R.*370. an admittendus quis elapso termino, *R.*371. facultas concursus cui competat, *R.*372.

3 *Concursus* quando non fiat, *R.*525. dignior qui, *R.*527.

1 *Conditio* nil ponit in esse, *R.*81. n.2.

4 *Confessariorum* approbatio ab Episcopo fit, vel capitulo sede vac. vel habente iurisdictionem Episcopalem, *R.*312. regularis debet approbari ab Ordinario, n.5. quid pro monialium confessione, ibid. debet esse sacerdos approbandus, *R.*313. si non sit sacerdos, sed credatur validè non absoluit, nu.4. ordinatus absque verbis, *quorum remiseritis peccata*, an validè absoluat n.4. quando credatur idoneus, *R.*314. an approbatio debeat esse in scriptis, *R.*71. *R.*315. non reuocatur mortuo approbante, *R.*316. examinatur nouiter nouo veniente Episcopo, n.5. regularis approbatus, nequit audire extra diœcesim approbantis, *R.*317. nequit audire confessionem etiam monialium suarum, nisi approbetur, n.2. examinatus potest iterum examinari, *R.*71. approbatus ab vno, non censetur ab altero ibid. licentia audiendi confessiones idoneo nequit demandari, *R.*585.

1 *Confessio* prohibita est alienare prohibito, *R.*89. n.3.

2 *Confessio* extraiudicialis est inditium ad torturam, *R.* 325.

2 *Confessor* an possit admitti sine examine, *R.*21.

3 *Confessor* deponitur si rem habuit cum filia spirituali, *R.*68. inquiritur ab Inquisitore, *R.*69. à solo Episcopo potest approbari, *R.* 517.

1 *Confessoris* cognoscentis carnaliter filiam spiritualem pœna, *R.*329.

1 *Confessus* ob minas non dicitur ob torturam, *R.* 435. n.15.

2 *Confirmationis* sacramentum subditis tantum confertur, *R.*24.

2 *Confratantia* est beneficium Ecclesiasticum *R.*358. p. 474. pluralitas an compatibilis, *R.*359.
1 *Confraternitas* pius est locus, *R.*45. num.1. visitatur ab Episcopo, n.3. eius præcedentia a quo decidenda, n.9.
2 *Confraternitas* rationem reddit Episcopo, *R.*2. est locus pius, *R.*353. eius bona an possint alienari absque solemnitate, *R.*372.
3 *Confraternitas* non collectatur, *R.*333. iuncta hospitali, bona cuius præsumantur n. 3. principalis creditur, si Ecclesia sumat nomen ab ea n. 4. non soluit gabellas, nec falcidiæ subijcitur n.6. locus pius, *R.*149. de relictis confraternitati detrahitur portio canonica ib. dispositio captatoria gratia confraternitatis valet *R.*150. præcedentiæ controuersia à quo decidatur, *R.*151. non habens hospitale non est locus pius, *Resc.*152. disponit de rebus suis ib. locus est Ecclesiasticus nu.8. non compellitur, sed inuitatur ad processionem, *Resc.*153. laicorum non visitatur ab Episcopo, *Resc.*154. eius procurator male alienans tenetur de euictione, *Resc.*555. n.4.
2 *Congrua* portio quanta, *R.*442.
3 *Congrua* portio non computatur ex incertis, & distributionibus quotidianis, *R.*475. in parochialibus non est minor 50. nec maior centum n.4. computatur incerta, si possint reduci ad certam quantitatem num. 5 sententia super congrua non appellatur nu.6. debita Vicario perpetuo quanta sit, *R.*572.
3 *Consanguinitas* an inducat fraudis præsumptionem *R.*167. n.5.
4 *Consanguinitatis* gradus quomodò probentur, *R.*533.
4 *Consecratio* altaris quomodo fiat, *R.*101. Ecclesiæ simplici Sacerdoti potest committi, *R.*480. n.3
1 *Conseruator* religionis reuocat contractum à cõmendatario nulliter factum, *R.*72. n.5.
2 *Conseruator* debet esse in dignitate, *R.*349. potest esse vicarius n.3. etiam canonicus n.4.
1 *Consensus* expressus qui? *Resc.*83. n. quando requiratur, num.2.
2 *Consensus* in iudicem quomodo præsumatur, *R.*55.
3 *Consensum* præstare iniustè negans cogi potest, *R.*530.
1 *Constitutum* est modus fictus acquirendi possessionem, *R.*56. habetur pro traditione nu.3. constituens se nomine emptoris, an incidat in censuras latas in emptorem n.2.
2 *Consuetudo* an excuset à peccato, *Resc.*171. immemorabilis cognoscendi criminalia probanda est, *R.*335.
3 *Consuetudo* in ius diuinum non valet, *R.*44. inueterata habet cum priuilegij à Principe concessi, *R.*95. contra ius spatio 40. annorum inducitur, *R.*279. *R.*476.
4 *Consuetudo* contra canones quando valeat, *R.*29. formæ non derogat ib.
1 *Contrahentes* possunt se decipere, *Resc.*57. n.5. secus si ecclesiastici n.5.
2 *Contractus* ad gaudimentum quid, *R.*306.
4 *Conuersi* sunt religiosi, & subditi Abbati, *R.*588.
1 *Copia* reuelationum non conceditur si infamiam contineat, *R.*254. n.3.
3 *Copia* copiæ an faciat probationem, *R.*508.
2 *Corporis* defectus à quo dispensetur, *R.*271.
1 *Creditor* an possit variare in conueniendo debitores, *R.*606. n.6. an possit auocare bona patris data filio titulo patrimonij, *R.*123. in tom.2.
2 *Crimen* læsæ maiestatis quando non sit, *R.*3.
3 *Crucem* deferre cum velo, vel sine, nullum priuilegium *R.*549. Crucem deferre ante se est Archiep. ib.
4 *Decanus* habet primam vocem in capitulo, R.395 n.7. caput collegij, n.8.
1 *Decennalis* possessio quantum profit, R.590.
3 *Decimas* negans esse soluendas est hæreticus, *R.*521.
1 *Decimæ* possunt præscribi, R.38. num.4. a paupere non soluuntur, n.3. a laicis non retinentur, R.76. nu.3. de iure diuino debentur, R.527. num.2. est onus reale, & præterita petitur, nu.4. collectæ comparatur num.9. soluendæ de patrimonio clerici, R.539. num.4.
2 *Decimæ* non solutæ an soluendæ a nouo emptore prædij, R.57. an debeantur a parochianis qui seminauerant in territorio alieno, R.69. an debeãtur de fructibus extra parochiam, R.90. de omni fructu, R.109. in eis soluendis attenditur consuetudo parochiæ cum Archiepiscop. R.111. an paupertas excuset ab earum solutione, R.115. debeantur vicario perpetuo, vel rectori, R.153. parocho non clericis Ecclesiæ seruientibus debentur decimæ, R.160. earum solutio nequit appellatione retardari, R.161. executio solutionis concipere potest ab excommunicatione, n.3. an de eis fiat transactio, R.197. prædialis debet consignari in horreis Parochi, R.244. in earum solutione attenditur consuetudo, num.2. prædiales statim soluendæ, R.252. pro animalibus recenter natis illicò non soluitur, n.2. an debeantur super corpore feudali, R.233. Sacramentalis est triplex, n.2. prædialis debetur parocho, n.3. an consuetudine minuatur, *R.*336. earum laicus incapax, *R.*516. n.11.
4 *Decimæ* ab Ecclesia in Ecclesiam præscribi possunt, *R.*295. soluuntur iuxta consuetudinem, n.4. præteriti temporis exiguntur, num.3. possunt præscribi, *R.*304. pœnæ contra recusantes solutionem earum, *R.*505. an detur appellatio a solutione decimarum, *R.*505. in renitentes brachium seculare imploratur, nu.2. quid possit Papa, *R.*507. an prætexti præscriptionis recusantes soluere possint excommunicari, *R.*508. quid si allegetur priuilegium cum præscriptione, *R.*509. quid si possessio sit immemorabilis, *R.*510. possessio sine titulo non impedit excommunicationem, *R.*511. an possessio præcessoris non soluendi decimas prosit successori, *R.*512. earum iudex competens in possessorio quis sit, *R.*639.
2 *Defensio* nequit a reo in criminalibus renunciari, *R.*6
2 *Degradatio* a quo, & quando dispensetur, & cognoscatur an legitimè facta, *R.*221.
4 *Degradatio* quando fiat, *R.*122.
1 *Delegati* Apostolici an procedant extra ciuitatem in qua deputati, *R.*432. quos possint subdelegare, *R.*100. n.2. fines mandati non excedant, *R.*120. num.5. delinquentes possint conueniri coram ordinario, *R.*431.
3 *Delegati* iurisdictio turbata a quo defendatur, *R.*238. nu.17. Episcopus stans in alieno territorio potest delegare, *R.*240. n.8. delegatus principis est maior ordinario, *R.*498. non procedens a solo principe punitur, num.3.
4 *Delegati* iurisdictio expirat morte delegantis, *R.*55. quis possit esse, *R.*113.
1 *Delegatio* facta canonico, an expedienda si tempore sententiæ fuit resignatus, *R.*424. facta Episcopo non transit in vicarium, *R.*425. commissa vicario non cognoscitur ab Episcopo, nu.2. facta theologo an expediatur sine assessore, *R.*427. fit priori regularium, ib. extinguitur lata sententia, *R.*428. eligitur industria personę, *R.*429. a sede Apostolica fit in dignitate constitutis, *R.*430.
1 *Delegatus* non habens mandatum speciale tenetur seruare formam iuris, *R.*120. n.6. debet esse in dignitate tempore commissionis, *R.*424. tenetur iudicare cum assessore, *R.*427. an possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, *R.*428. pro absolutione casuum reseruatorum non subdeleget, *R.*429.
2 *Delegatus* an tenentur mittere citato originalem commissionem, *Resc.*62. an expiret morte delegantis, *R.*401. num.2
4 *Delicta* grauia, vel leuia quæ? *R.*611.
2 *Dies* festi quales, *R.*273.
4 *Diebus* festis causæ necessariæ laborandi, R.384. necessitatis causa laborantes sine licentia an pœnæ subiaceant, ib. a media nocte incipit obseruantia, R.385.

Resc.

Ref.568.quomodo accipiatur media nox, ib. ab Episcopo an possint induci, vel principe, R.386. executio realis fit die feriato, R.387. possunt vendi comestibilia, R.388. asserenti laborasse ex causa an credendum, R.389. diebus festiuis orationi vacandum, R.376. an opera seruilia sub excommun. pœna ab Episcopo possint prohiberi, R.376. inobseruator mortaliter peccat, n.2. ad quid teneatur Episcopus in histriones, artifices, pro festorum obseruantia, R.377. consuetudo contra dies festiuos an debeat tolerari, R.378. tolerantia superioris non excusat inobseruantiã, R.379. inducti dies festi in synodo a regularibus non obseruantur, R.380. licentia laborandi in festis datur a solo Episcopo, R.381. peregrinus non tenetur, R.382. nil accipere Episcopus potest pro danda licentia laborandi, R.383. actus iudiciarius in eis non fit, R.404.

4 *Diœcesanus* qui, *R.*131. an dicatur etiam habens iurisdictionem quasi Episcop. n.3.

4 *Dignitas* noua creatur a Papa, R.361. non ab Episcopo, ibid. requiritur expressus consensus Episcopi, Ref. 363. nec sufficit consensus vicarij, n.3.

2 *Dignitatum* præcedentia, R.168. dignitatibus onus non imponitur, nisi a Papa, R.238. n.3.

3 *Dimissoriales* an possint dari a vicario, R.239. an possint dari ab Episcopo extra diœcesim, R.240. dantur ab Abbate, R.244. a Legato de latere, R.244. n.9. ab Episcopo originis, domicilij, & beneficij, R.325. a summo pœnitentiario, n.3. quando sine dimissorialibus possit ordinari, R.225. n.16.

1 *Dismembratio* est vera alienatio, *R.*44. quando, & a quo, & de quo fieri possit, n.2. beneficium non extinguit, R.87. fructuum requirit solemnitatem vt alienatio, nu.2. curata beneficia non dismembrantur ab ordinario, R.393.

3 *Dismembratio* potest fieri cum Ecclesia habens reditus pingues, R.475.n.6.

4 *Dismembratio* fit solum ex causa, R.545.

2 *Dispensatio* pro beneficio simplici seruiat pro alio, R. 64. sine causa an valeant, R.125. vrgente causa debet dari, ibid. Papæ contra concilium generale quomodo exprimenda, R.156. quando permittatur, R.164. non restringenda, vt cadat inutilis, R.195. ex decennali an præsumatur, R.360. an extendatur de vno ad aliud, ib. requirit causam, R.410. cur detur, n.1. in pluralitate beneficiorum, n.2. quando cesset, n.3. quas interpretationes recipiat, R.457.

4 *Dispensatio* an danda cessante causa, R.523.

1 *Dispensatio* quid, R.238. in foro conscientiæ non extenditur in foro fori, n.5. de vno ad alium non extenditur, nec sine causa data, n.6.

2 *Dispensatio* quoad ordinem intelligatur quoad beneficia, R.392.

1 *Distributiones* quotidianæ absenti per 15. dies a capitulo possunt dari, R.394. absens eas non facit suas, R. 395. quando canonici eas non lucrentur, ibid. quæ dicantur, R.397. absenti causa studij non debentur, R. 396. minuta distributio, vel grossa quæ, R.400. R.397. num.2. qualiter intelligendæ in cap.3. sess.22. Concil. Trid. R.398. absenti aliquando debentur, R.39. quando loco fructuum succedant, R.400. an lucretur canonicus Ecclesiæ inferioris Episcopo seruiens, R.401.

2 *Distributiones* debentur absenti causa studiorum, si studeat in publica vniuersitate, R.33. R.70. transeunt ad hæredes beneficiati, R.117. num.5. debentur infirmo, R.444.

3 *Distribut.* quotid. non amittuntur ob non emissam fidei professionem, R.201. R.82. n.6. non veniunt nomine fructuum, R.96. nõ dicuntur de corpore benefic, n.4. de eis clericus potest testari, num.7. de eis non soluitur annata, R.96. n.8. non subiacent contributioni pro seminario, nu.10. & R.201. de eis non fit compositio, n.12. in absentia non lucratur quis, n.15. nec scholaris, nec lector S. Scripturæ, n.16. nec a celebrante tempore horarum, n.20. & R.201. nec ab absente in mensibus permissis, R.96. n.21. nec ab associante Episcopum, nu.22. nec absente ob negotio Ecclesiæ, n.23. non computantur in portione congrua, nu.24. non subiacent charitatiuo subsidio, n.4. & R.580. ab absente non percipiuntur, licet habeat indultum, R. 201. n.5. & si ex indulto venirent, non eæ quæ stant in pane, vino, ib. Papa in contrarium non dispensat, n.6. dispensatus obtinere duo beneficia in eadem Ecclesia, non percipit duas distributiones, R.474. an in eis habeat locum ius accrescendi, R.560. non veniunt in spolio, R.580.

2 *Doctor* ter examinatur, R.467. qui, ib. est dignitas, ib.

3 *Doctor* præfertur militi, est dignitas, R.278. pontificius præfertur ciuili, nu.4. & tom.4. R.70. canonicus præfertur non doctori, n.5. in dignitate præfertur doctori sine dignitate, R.280.

4 *Doctoratus* a Comite Palatino non præfertur doctori publici gymnasij, R.70. licentiatus est fictè doctoratus, ib. Doctor in beneficio non examinatur, ib.

1 *Doctoris* filius quale habeat priuilegium, R.477.n.4.

1 *Domicilium* solo animo contrahitur, R.274. plura domicilia possunt haberi, R.275.

4 *Domicilium* quomodo contrahitur, R.292. R.636. quando dicatur mutatum, ib.

3 *Dominium* quomodo probetur, R.97.

1 *Donatio* Ecclesiæ facta quando possit reuocari, R.23. donatio non est promissio de donando, R.62. num.2. inutilis in centum, valet saltem pro quinquaginta Ref.112. num.3. Ref.117. num.3.

2 *Donatio* remuneratoria non requirit insinuationem, R.357. nu.2. & tom.4. R.84. facta filio clerico an credatur in fraudem collectarum, R.431. reuocatur superuenientibus filijs tom.4. R.84.

1 *Dos* Monasterij, Ecclesiæ, Iur. patron. R.174.

2 *Dos* quando petenda, R.493. num.9. non datur marito non sustinenti onera matrimonij, n.8.

3 *Dos* propter adulterium amittitur, R.75. vel tactum mammillarum, ib. puellæ defloratæ quomodò constituenda, R.76. dotem petendi ius an transeat ad hæredem, R.77.

4 *Dos* quando dicatur incompetens, quæ sit causa dispensandi matrimonia, R.521. R.523. R.524. Ref. 526. dotis augmentum quomodò fiat, R.537.

3 *Dubia* verba benignius interpretanda, R.575. sed secundum communem loquelam, ib.

3 *Duella* illicita, R.47. punitur excommunicatione, morte, ib. nequit acceptari honoris causa, R.48. a diabolo inuenta, R.49. excõmunicantur patrini, spectatores, accedentes sine effectu, ib. R.52. nequeunt permitti a principe pro delicto verificando, R.50. an iracundia pœnam excuset, R.51. non datur eis Ecclesiastica sepultura, R.53. datur viaticum, n.4. casu adstantes non excommunicantur, R.54. ignorantia non excusat, R.55. notabilia, R.55.

2 *Duellantium* pœna, R.170.

1 *Duelli* pœna an excuseturex calore iracundiæ, R.583.

2 *Duorum* officium quis gerere an possit, R.473.

1 *Ecclesia* cultrix iustitiæ, R.57.n.2. nemini præiudicat, R.68.n.7. R.99.n.6. mater pudicitiæ, R.124. n.2. quando polluta, R.479. in dubio an præsumatur consecrata, nu.5. non consecratæ priuilegium, num.4. benedicta, n.2. quando dicatur consecrata, n.3.

2 *Ecclesia* non ædificatur sine licentia Episcopi, R.11. pars posterior respiciat orientem, n.2. sit ad modum nauis, n.3. sine dote non ædificatur, n.5. an reparanda fructibus beneficiatorum, R.201. R.476.

3 *Ecclesia* quando reparanda a prælato, a parochianis R.24. Ecclesiæ signum arguit Ecclesiæ dominium, R.25. nõ ædificatur, sed reparatur sine licentia prælati, R.490. & R.26. quando præsumatur erecta cum auctо-

auctoritate, nu. 5. Ecclesiæ emphyteuta, vel colonus gaudet priuilegio Ecclesiæ, R. 138. parochia vt reædificetur requirit parochi consensum, R. 490. n. 2. succedens priuato trahit causam ad suum iudicem, R. 540. num. 9.

3 *Ecclesia* polluta multipliciter, R. 264. in ea celebrans peccat, n. 7. non polluitur ex percussione intus facta, effusione verò extra, R. 265. polluitur homicidio sine sanguinis effusione, nu. 5. a solo Episcopo reconciliatur, R. 266. an alteri dari possit ex priuilegio, num. 4. effusio debet esse publica, R. 267. non sufficit modica, R. 268. si post celebrationem publicam, publicetur delictum, sit necessaria reconciliatio, R. 269. interdicta nec in capella celebratur, R. 536.

4 *Ecclesia* eius est diœcesis, in qua habet portam, Resc. 476. n. 6. quando dicatur collegiata insignis, R. 544.

1 *Ecclesiasticæ* rei alienatio quid requirat Regul. 1. vtilitas in ea requisita quando consideretur, R. 1. R. 5. R. 14. tempore belli an valeat, R. 1. n. 3. an emptor teneatur docere de conuersione, vel vtilitate pretij, R. 2. n. 1. & n. 7. facta pro censu extinguendo an dicatur vtilis, vel necessaria, R. 2. nu. 4. vtilitas quomodò probetur, R. 3. decretum cõmissariorum quando præsumatur interuenisse. R. 4. n. 3. semel alienata, an semper alienabilis, R. 5. an in ea requiratur alienantis citatio, R. 6. si vtilis an valeat solemnitatibus non seruatis, R. 7. inutilitas a sola Ecclesia allegari potest, R. 9. valor rei Ecclesiasticæ vndè consideretur, R. 10. an valeat contra iuramentum Prælati, qui iurauit non alienare, R. 11. an solemnitas, & causa copulatiuè requiratur, R. 12. rem alienatam Ecclesiæ absque solemnitate, retinens tenetur restituere fructus, R. 12. num. 2. in dubio an vtilis præsumatur, R. 13. vt valeat, sufficit vtiliter esse cœptam, Resc. 14. an vtilitas putatiua sufficiat, R. 15. facta consanguineis an præsumatur in fraudem, R. 16. alienans rem Ecclesiæ an teneatur de euictione rei, & interessis, R. 17. rei malè alienatæ etiam fructus restituendi, R. 18. requirit scientiam capituli, R. 19. nomina Canonicorum sint exprimenda, n. 4. quando præsumatur in fraudem, R. 21. an valida si non iustificetur exactis, R. 29. alienata absque solemnitate an possit præscribi, Resc. 32. præscriptio quando incipiat, nu. 2. an solemnitas requiratur in alienatione facta cum auctoritate Papæ, R. 34. non fit sine causa, R. 40. non sine consensu Abbatis, num. 4. alienatio quando sit omnino prohibita, R. 42. num. 1. quando dicatur vtilis, R. 46. n. 2. requirit consensum monasterij, R. 48. facta a solo cellerario an valeat, n. 2. tractatum requirit præcedentem, n. 4. nil requiritur, si Papæ intercedat auctoritas, n. 6. procuratoris mandatum debet esse speciale, vt valeat alienatio, R. 52. num. 2. non fit pro eo, qui plus iusto pretio offert ob æmulationem, R. 57. mobilia pretiosa sine assensu Apostolico non alienantur, R. 58. R. 60. nu. 2. facta sine assensu Apostolico non confirmatur iuramento, R. 66. facta ab Episcopo, qui iurauit non alienare, an valeat, n. 5. est nulla Abbate non citato, R. 69. n. 2. est nulla si bona specificanda, non specificentur, R. 69. num. 5. esse intra summam quis probet, num. 5. facta cum reseruatione assensus, nullum ius dat ante expeditionem, R. 81. n. 3. praxis interponendi consensum Episcopi, R. 90. pecunia legata ad emenda bona non alienatur, R. 92. quando, quomodo, quorum possit fieri alienatio, R. 99. vtilitas quomodo probetur, R. 104. alienans absque requisitis in vtroq; foro tenetur, R. 131. pœna in male alienantes, R. 132. priuatur beneficio, & quomodo, R. 133. mobilia preciosa an alienentur sine Papa, si in fabricam vertantur, R. 632.

2 alienans possessionem an incidat in canones, R. 60. in alienatione rei exigui valoris quid requiratur, R. 383. duo necessaria causa, & solemnitas, ib. an incidat in censuras alienans res fideicommissarias Ecclesiæ subiectas, R. 405. sufficit pro alienatione consensus canonicorum præsentium, Resc. 417. an licentia alienandi ad tempus pro necessitate contingenti, extendatur vltra tempus, R. 481.

3 Alienatio rei Ecclesiæ facta in cõsanguineos est nulla, R. 167. subrogatum in locum rei Ecclesiæ, an possit vendi sine solemnitate, R. 169. actio ad rem Ecclesiæ recuperandam an possit cedi, R. 170. quanto tempore præscribatur, n. 4. ruit si non sit expressus canonicorum consensus, & subscriptio, & forma rescripti, Resc. 173. in permutatione requiritur assensus Apostol. vtilitas Ecclesiæ debet esse euidens, Resc. 516. an clauium traditio rei venditæ ante assensum Papæ, censuras irroget, R. 519. alienatione annullata pretium repetitur, R. 555. non indiget restitutione in integrum, sed nulla est alienatio, si vtilis non sit, R. 562. mobilia pretiosa vt fructus non alienãda sine solemnitate, R. 568.

3 *Ecclesiastici* possunt esse consiliarij Principum in criminalibus, R. 546.

1 *Ecclesiæ* damnum quando ad rectorem spectet, Resc. 126. num. 3.

2 *Ecclesiæ* conuentio an requirat solemnitatem, R. 319. in eius contractibus, inspicitur tempus contractus, n. 2. ex decennio solemnitas præsumitur, num. 3. vicini coguntur dare viam ad Ecclesiam, R. 423. etiam vendere pro ampliatione, nu. 2. an habeat actionem in fideiussores non discusso principali, R. 423.

3 *Ecclesiæ* nomine in legatis venit parochia si Ecclesia non sit determinata, R. 366. & tom. 4. R. 97. Ecclesiæ nomine venit capella, porta, scalæ, R. 536

4 *Ecclesiæ* bona, vel iurisdictione occupantes quibus censuris subiaceant, R. 141. quæ extenduntur in mandantem, R. 142. & ad vsurpantem patrimonia clericorum, R. 143. & in celantem rem Ecclesiæ, R. 144. & in ementem sine consensu Papæ, R. 145. & in fructus vsurpantes; quid veniat fructus nomine, R. 147. Ecclesiæ bona an diuidantur vt antiquitus, R. 356.

4 *Ecclesiæ* cathedralis reparatio spectat ad Episcopum, parochialis ad parochum, R. 337. regulator ex consuetudine, n. 3. spectat ad fructum percipientes, n. 2. patronatæ ad quem spectet, R. 338. in visitatione debet considerari, ib. redditus beneficiorum vacantium an reparationi cathedralis possint applicari, R. 340. in defectum patroni tenetur rector, R. 342. ex patrimonio tenetur reparare, R. 343. cum nequit reparari, an ad cathedralem beneficia transferantur, ib. capellæ rector tenetur ad reparandam Ecclesiam, R. 344. tenentur reparare commendatores perpetui, R. 347. an laici parochiani teneantur, R. 350. & 348. si non possit reparari fit translatio ad matrices, Resc. 349. tenentur etiam domini domorum parochialium non conductores, R. 351. refectio est materia pia, R. 352. de fructibus alterius Ecclesiæ an possit dotari, R. 472.

1 *Edicta* an necessario affigenda in institutione Iur. patron. R. 154. non comparens tempore edicti non est audiendus, R. 156.

1 *Edictum* non circumducitur in prouisionibus beneficij, R. 371. num. 4. est de substantia concursus, R. 375. exponitur per decem dies, ibid.

1 *Electio* ab Episcopo facta an possit appellari, R. 374. semel facta de pœnitentiario non retractatur, R. 605.

3 *Electio* est irreuocabilis publicato scrutinio, R. 377 irrationabilis appellatur, R. 526. in paritate Episcopus potest gratificari, ib. dignior qui dicatur, R. 527. stante accusatione ad maiora non promoueatur, R. 548.

4 *Electionis* forma quæ. R. 29. est nulla si superior mandet ne vota recipiantur pro aliqua persona, Resc. 30. facta contra formam reuocari potest ab eisdem electoribus, R. 41. qui priuentur voce passiua, vel actiua, vel vtraque, Resc. 43. reiectus semel vitio personæ est ineligibilis, secus si vitio formæ, R. 44. annullatur si

non sint vocati absentes, R.45. intra quantum tempus absens opponere possit, n.3. facta inhabilibus notorijs non vocatis, tenet, R.56. renuncians voci actiuæ peccat, R.47. est nulla si vota publicentur, R.48. votum an possit reuocari pro votantem, ib. electio actiua, vel passiua an possit restringi ad certum numerum personarum, R.49. subornata quando dicatur, R.50. subornantium pœna, ib. confirmanda a superiore est electio, R.51. forma confirmationis, n.3. electus examinandus, n.5. cassata confirmatione non est nulla electio, num.6. nullitati exceptio quomodò, & quando opponenda, R.52. simoniaca est nulla etiam regularium, R.54. electus nequit administrare electione pendentem contra electionem, R. 55. est nulla si laici interueniant, R.137.

3 *Eleemosina* quando possit sibi applicari, R.126.

2 *Eligens* indignum qui dicatur, R.441. an electione priuetur, ib.

1 *Emphyteusis* quale tempus exigat, R.1. n.4. differt a censu, R.55. n.2. quomodo cadat a iure suo, R.62. n.5. gratia de emphyteusi non extenditur ad perpetuam, R.69. num.3. dum agnatis renouatur, non requiritur assensus Apostolicus, R.79. quibus facienda, an fœminis, n.3. an facienda si primus contractus fuerit nullus ib. n.7. renouatio quando prohibita, n.8. quando soli hæredi facienda, n.10. non petita intra annum, non fit amplius, n.11. Ecclesia potest eam denegare, n.15. & R.127. an cadat a iure si non soluat quinquennium, quando fructus sunt triennales, R.111. n.4. facta vltra tempus permissum valet pro permisso, R.112. n.2. R.115. n.4. a cõmissarijs Apostolicis nequit transferri in extraneos, Res.120. semel data cum assensu Apostolico, potest sine eo semper dari, R.121. an primus acquirens numeretur in concessione emphyteusis ad tertiam generationem, R.122. n.2. an filiorum nomine veniant fœminæ, R.123. an nomine legitimorum veniant legitimati per rescriptum, R.124. quomodo sextæ partis diminutio haberi possit, R.125. emphyteuta an teneatur ad census, si contractus sit nullus, R.126. concessa pro se, & hæredibus non transit ad extraneos, R.128. trãsit ad collegium, & Ecclesiam, n.2. an caducitas possit a prælato remitti absq; pœna, R.129. non potest extirpare siluam cedream pro vinea plantanda, R.130.

2 *Emphyteusis* trãsiẽs ad Ecclesiã nõ immutatur, R.443

3 *Emphyteusis* Ecclesiastica an præsumatur perpetua, vel temporalis, R.158. an fauore Ecclesiæ non iudicatur pro caducitate, R.157. si peruenerit ad aliam Ecclesiam, an a domina directa possit reuocari, Res. 159. & quando, n.5. an cedat monasterio pro ingressum emphyteutæ, n.2. & R.178. quis debent probare rem esse, vel non esse emphyteuticam, R.160. concessa cum pacto de affrancando, an possit affrancari si finita per caducitatem, R.161. Ecclesiæ emphyteuta an teneatur ad census, si nullus est contractus, R.162. si persona dicatur nominanda, possit hæres nominare, R.163. an in ea succedatur in capita, R.164. pro entratura licet aliquid dare, Res.165. non est entratura de substantia contractus, num.3. retineri potest ab Ecclesia, linea deficiente, R.166. si agnatis denegetur renouatio, possunt adire superiorem, n.5. præsumitur ex solutione canonis, & possessione, R.168. R.515. quantum tempus requiratur, ib. in translatione canonis an requiratur assensus Apostol. R.174. an possit Ecclesiæ legari, R.175. non transit ad manus mortuas, n.3. non transit ad extraneos hæredes, R.177. quando transeat, n.3. si laicalis transit, n.4. potest recedere emphyteuta contractu nullo ante traditam possessionem, R.406. n.6.

1 *Emptio* cum subdito non valet, R.59. n.2. rerum Ecclesiæ contra formam extrauag. est sacrilega, num.3. emptoris non est onus conuertere pretium in vtilitatem Ecclesiæ, R.96. emptione reuocata, pretium recuperat emptor, R.99. in Ecclesiam transferri non potest, R.633.

2 *Emptor* tenetur soluere gabellas, R.188. emens a clerico gabellas non soluit, R.283.

3 *Episcopi* Archiepiscopo subiecti, R.22. suffraganeus est de clero metropolitani, n.4. cœci erga consanguineos, R.167. n.2. potest excommunicare turbantes suam iurisdictionem, R. 238. subditos suos solum excommunicat, n.7. maior Imperatore in sua diœcesi, nu.16. nequit ordinare in aliena diœcesi, R.241. non ordinat alienos, n.2. non exercet pontificalia in aliena diœcesi sine licentia, num.3. in quibus dispenset, R.270. non potest dare priuilegium, R.274. Episcop. canon. in capitulo occupat locum canonici, R.280. cum præcedit rector studij in gymnasio, n.2. consiliarius principis non sedet vt Episcopus, n.4. inutilis remouetur a Papa, R.322. acquirit intuitu Ecclesiæ, R. 440. elapso mense potest excommunicare turbantem sua iura, R.503.

4 *Episcopi* titulares dicuntur vagabundi, R.428. qualiter creandi, R.429. ordinantes familiarem etiam per annum suspenduntur, R.430. non, si primam tonsuram conferant, R.432. Pontificalibus vtentes an pœnæ subiaceant, Res.433. beneficia Episcopi titularis non vacant, R.434.

4 *Episcoporum* seu pontificalia insignia quæ, R.433. potestas ordinis, vel iurisdictionis, R.480. vtriusque effectus, n.3. Episcopi electi, vel consecrati, vel promoti facultas, R.480. n.7. causæ criminales Episcoporum coram solo Papa possunt tractare, R.393. quando possit citari ad comparendum in curia Romana, R.394. R.395. Episcoporum priuatio spectat ad solum Papam, R.395. causæ criminales Episcoporum nequeunt delegari, n.4.

1 *Episcopus* iudex ordinarius etiam super capitulo, Res. 59. rem Ecclesiæ sibi subiectæ potest alienare, n.7. repræsentat capitulum, n.3. ordinans subditos alienos suspenditur, R.268. n.2. excusatur ob ignorantiam, n. 4. clericis pœnas pecuniarias imponit, R.311. eas potest, sed non debet sibi applicare, n.3. nequit exulem aggratiare, R.316. non potest erigere nouas dignitates inconsulto Papa, R.333. Episcopo excommunicato, non est excommunicatus vicarius, R.441. tunc Papa aditur, n.10. residens pro nunciatura in aliquo regno an gaudeat alternatiua, R.472. an Ecclesiam suæ diœcesis possit eximere a sua iurisdictione, R.474. an possit prædicare in aliena diœcesi, R.475. si ei debeantur decimæ, potest prohibere collectionem fructuum absq; præsentia deputati, R.476. si eius pater sit plebeus dignitate gaudet in pœnis, R.477. an tenentur dare eleemosinam prædicatori, R.478. in aliena diœcesi an possit in confessarium eligere non subditum, R.480. potest punire laicum magistrum actorum suæ curiæ, R.481. potest dare licentiam clerico ferendi arma, R.482. potest tenere familiam armatam, R.483. non absoluit ab hæresi occulta, R.484. a quali excommunicatione absoluat, n.2. pœnas pecuniarias cui debent applicare, R.489. an ei dandum palatium a ciuitate vbi nouiter est institutus Episcopatus, R.490. omnis ciuitas debet Episcopum habere, n.3. a principio pauperes erant, num.4. eius hospitium sit commune, n.5. potest prohibere nundinas in festis, R.491. an ab eo prouisio facta in mense Papæ valeat, R.492. an possit non habere vicarium, R.494. non tenetur soluere salarium vicario prædecessoris, n.4. eius persona non venit in generali dispositione, Res. 497. an possit procedere contra canonicos sine adiunctis, R.498. notabilia, R.505. canonicus debet sedere in loco canonicorum in capitularibus actibus, R. 509. Episcopi licentia inseruiendi alicui Ecclesiæ satis sit, quod oretenus detur, R.535. illi est cura animarum

matum commissa,R.542.potest curatum constituere in beneficio vnito monasterijs, n.3. potest pluries in anno exigere rationes administrationis, R.545. Episcoporum nomine non veniunt iura Episcopalia habentes, R.548. facit vnum corpus cum capitulo, Resc. 567.n.4.si alternatiuâ amittat,non recuperat,R.592.

2 *Episcopus* est executor visitationis piorum locorum, R.2. quando dicatur agere in remotis, R.18. electus non consecratus dispensare potest,R.136.non ligatur sua lege,R.162.nec contra se creditur edicta publicare,n.3.non consecratus delicta punit, R.180. excommunicat subditum extra diœcesim, R.192. non damnatur etiam ab auditore cameræ nisi præuia defensione, R.203. est culmen dignitatis, n.2. potest confessarium eligere,n.3. celebrans in aliena diœcesi vtitur benedictione Episcopali, num.5. debet audire sacrum quotidiè, nu.6. si recusetur, datur ei adiunctus, n.4.suspensus an fiat irregularis, si faciat coram se celebrari,R.204. quas pœnas imponat vltra ius commune, Resc.206. quando ei debeatur quarta legatorum, R.209. an delinquens in aliena diœcesi subiaceat excommunicationi illius Episcopi, R.211. in dubio dicitur stare in capitulo vt prælatus, non vt canonicus, R.214. discordia inter eum, & capitulum ab Episcopo deciditur, n.2. curatus totius diœcesis, R.227. quæ quarta, & quorum ei competat,ib. Episcopi assessor laicus esse potest, R.261. non discedat a diœcesi sine licentia Papæ,R.264.an possit cathedram transferre, R.350. vbi possit exercere iurisdictionem, ibid. non potest clericum priuare beneficio, quod Papa contulit, R.352. an possit extra diœcesim delegare causam nolente reo, R.365. si processum formet extra territorium, an teneat, ib. nisi repetat clericum damnatum a iudice laico,reus est mortis,R.475.

4 *Episcopus* est protector miserabilium, R.78. prælatus inferior vide pag.455. Episcopo visitanti quid licitè debeatur, R.148. nequit ordinare in aliena diœcesi sine licentia, R.430. nec in loco exempto, R.431.

4 *Examinari* debet ad benef. curatum non ad simplex ordinatus in factis,R.68. doctores non examinantur, R.70. quando examen requiritur pro forma, nemo eximitur,R.72. casus, quando nemo ab examine eximitur,R.73. regula semel examinatus,non est iterum examinandus, non est vera, R.74. scientia Episcoporum,Parochorum, aliorum quanta esse debeat,R.75. ius examinandi solis Episcopis competit,R.76.

4 *Examinator* nil percipit ab examinato, R.77. secus ab Episcopo, ib.

1 *Examinatores* synodales singulis annis eligendi, Resc. 366.si deficiat,an supplendum per Episcopum, ib.

1 *Examinatus* in vno beneficio in alio non examinatur, R.602.R.202. nu.6. sic notoriè literatus, ib. & tom.4. Resc.69.

1 *Exceptio* sententiam non oppugnans, opponi potest in executione, R.261. nu.4. excipiens an fateatur aduersarij intentionem,R.173. tom.2.

3 *Exceptio* oriens ex ventre non impedit solutionem pensionis,R.114.n.12.

4 *Exceptio* iudicialis triplex,R.31.notoria non est reiecta,R.66.

4 *Excommunicati* tolerati qui, R.43. permittûtur eligere, nu.7. non eliguntur, n.3. minor excommunicatio priuat voce passiua non actiua, n.1. insordescens per mensem quomodò puniatur, R.63. per annum suspectus de hæresi,n.1. mensis iste debet esse continuatus, R.64. tempora non coniunguntur in excommunicatione,ib. quæ requirantur, vt mensalis insordescentia puniatur,R.65.mensis a die declarationis venit,R.66. mensis constat 30. diebus, R.67. excommunicatum sepeliri mandans est excommunicatus, R.142. pœna excommunicationis est subsidiaria alio deficiente remedio,R.200.non datur,nisi constet aliud remedium non esse,R.201. an sit nulla,ordine dicto non seruato, R.202.magnis ex causis ferenda,R.203. nisi credatur profutura, non ferenda, n.3. ab ea inuitus absoluendus, n.4. an ob res perditas ferenda, n.5. ob iniuriam propriam Episcopus non ferat, n.8. an teneatur Episcopus denunciare excommunicatos, num.9.sponsus excommunicatus si pertinax sit, est absoluendus etiam inuitus, R. 422.

1 *Excommunicatio* ignorantem non liget,R.54. non admittit fictionem, ib. n.3. est vltimum remedium,Resc. 244.n.2. certos non ligat,R.247. n.3. est medicinalis, R.420. ex causa differtur, R.422. scriptura est de eius substantia,R.440. an suspendatur per appellationem, R.447. causa,ob quam feratur,R.448. absolutio cum reincidentia quando detur,R.630.

3 *Excommunicatio* qualis absoluatur ex bullæ cruciatæ vigore, R.404. publica excommunicatio requirit cedulonum affixionem, R. 459. non est qui magno impetu clericum remouet à loco,R.564.nec si percutiat ignorans esse clericum,ib.

2 *Excommunicationis* absolutio quando detur, R.15. vt detur quid requiratur,ib. ad iustificandam absolutionem sufficit depositio pœnitentiarij, n.5. excommunicatio pro futuris non datur, R.44.

3 *Excommunicationis* declaratio potest ferri in non citatos,R.238. an priuilegium exercendi ab excommunicatione Episcopi valeat,n.20.excommunicato creditori debitor non tenetur soluere,R.255.excommunicatio an liget si ante finitum terminum datum a iudice,prorogetur a parte,R.186.R.504.insordescentis in excommunicatione pœna, Resc.216. vide insordescentia excommunicatus non appellat extraiudicialiter,R.27.n.3.decedens contritus sepelitur in loco sacro,R.53.num.3. in quibus casibus dicatur nulla excommunicatio,R.179. nulla, & iniusta differunt, Resc. 180. iniustè excõmunicatus si se immisceat rebus sacris,est irregularis, Resc.180. ad cautelam absoluitur, num.7.quando fiat sine citatione,R.181. an sine ea sit iniusta, vel nulla, ib. citatio intra quantũ tempus esse debeat,R.182.pœna iudicis iniustè excommunicantis, R.183. quando excusetur,ib. ferri debet in scriptis, & cum causa, R.184. per clausulam *si quis senserit se grauatum* nemo excommunicatur, R.185.

1 *Excommunicatus* non agit, R.262. quomodo absoluendus a iudice appellationis,R.413. an absoluendus si aduersarius ne absoluatur appellet, R.422. qua ætate quis excommunicetur, R.442. actum iurisdictionis exercens, an fiat irregularis, R.443. quid de insordescente per annum,R.444. non est officialis Principum percutiens clericum arcentem turbam,R.445.ob percussionem clerici a quo absoluendus,R.446.laicus ob percussionem monaci absoluendus ab Episcopo, Resc. 449. absolutus cum clausula reincidentiæ, requiratur declaratoria, R.607.

2 *Excommunicatus* non sepelitur in Ecclesia,R.309.non gaudet immunitate, ibid. ob violatam Ecclesiam ab Episcopo absoluitur, R.333. ob libertatem Ecclesiasticam in bulla cœnæ, ib. priuatur fructibus beneficij, R.385.an recuperet distributiones si absoluatur,ibid. non excommunicatur absque contumacia, Resc.394. non excommunicantur animalia, R.408. nec cathecumenus,n.2.requiritur inobedientia, ibid.

3 *Excommunicatus* insordescens beneficio priuatur, R. 312.præuia citatione,n.2.

4 *Exempta* loca quando visitentur ab Episcopo, R.574.

2 *Exemptionis* priuilegium est personale, R.269. an soleat a Papa concedi, R.279. conceditur ob fœuitiam Episcopi,n.4.

4 *Exemptorum* beneficia reseruata sunt Papæ, R.106. exempti delinquentes in loco non exempto an subiaceant statuto Episcopi, R.107. non exempti delinquentes in loco exempto an ligentur statuto Episco-

pi,R.108. loca exempta non sunt de diœcesi,sed in ea, R.109. Episcopus potest in exemptos in sex casibus, ib. Prælati exempti omnia possunt in subditos, quæ Episcopus potest in suos, R.110. exempti solum coram legato a latere permutant beneficia, R.112.
2 *Exemptus* an possit exemptioni renunciare, Ref.44. delinquens a quo puniendus, R.54. delinquens an incurrat excommunicationem Episcopalem, R.177. in generali interdicto non venit Ecclesia exempta, R.250.
2 *Exequutor* Apostolicus qualiter interpretetur dubium respectum,R.92. potest subdelegare, R.122. an possit cogere impetrantem ad probandum valorem beneficij, R.189. ad conferendum, & prouidendum differt a delegato,R.258. pag.409. an teneatur citare resignantem, Ref.288. exequutor gratiæ nominatus quid possit in defectum primi negligentis, Ref.296. cum clausula *amoto quolibet impedimento*,quid possit, R.297. cum clausula *inducentes, & defendentes* quid possit,R.299. quando teneatur citare partem,& assumere officium iudicis, R.305. executio si controuertatur,disputatur primò coram ordinario,R.339. non tenetur transmittere originale citato, Ref.424. an ei credatur de commissione, R.425.
1 *Expressio* quando, & de quorum sit necessaria, R.74.
4 *Extauritæ* nomen quid,R.318. loca pia sunt,ib. quando dicantur Ecclesiastica, n.3. quando eis detur restitutio in integrum, Ref.319. visitantur ab Episcopo etiam in Ecclesijs regularium, R.320. Iuspat. an laicale, R.321. eorum bona an alienentur sine assensu Apostol.R.322. Ecclesiæ nomine quando veniat, n.2. eorum administratores sunt annales, R.323. quando priuari possint ab Episcopo,num.3. quando dicantur fundatæ cum auctoritate Episcopi, R.324. exempti sunt a decimis, Ref.325. Ecclesiæ priuilegia dantur extauritis,R.326.rationem administrationis Episcopo reddunt, R.327. quando visitentur ab Episcopo, R.578.
2 *Extensio* de casu ad casum quando fiat, R.68. & to.3. R.233.R.476.
3 *Extrauagans* Ambitiosæ an vsu recepta, R.176.
2 *Extrema vnctio* damnato ad mortē nō datur, R. 455.
1 *Fabricæ* Reuerendæ tribunal in quo versetur, Ref. 374. non se intrōmittit in quarta legatorum, R. 376.an auocet pecuniam solutam debitori posteriori,R.375. eius facultas,R.377. potestas cōmissarij, R. 378. non procedit ad legata in testamento nullo, R. 379. an ad legata reuocato testamento, R.380. an procedat ad legatum factum personæ coniunctæ, R. 381. an pendente confectione inuentarij se intromittat, R.416. an exequatur priuatam scripturam, Ref. 420.an testamentum nutu factum, R.421.
4 *Fabricæ* fructus superflui in vna Ecclesia, alteri applicantur, R.341. ex bonis Ecclesiæ quid antiquitus, vt hodie applicandum,R.346.
3 *Falsarij* qui sint, R.85. nu.12. literarum non gaudent immunitate,R.573. infames,n.2.
2 *Familiaris* quis dicatur,R.35.R.267. Cardinalium an exemptus ab Ordinario,R.41.n.4.
3 *Familiaris* Papæ, & Cardinalium qui, R.187. priuilegium datum familiaribus Episcopi est de inseruientibus, n.11. familiaribus inquisitorum vt arma ferant, quomodò intelligatur, n.12. soli seruitores Cardinalium dicuntur famil. vt beneficia eorum sint reseruata, Ref.188. nec vicarius Episcopi Cardinalis dicitur taliter reseruatus,R.189.quid de officialibus,ib. cubicularij honoris an familiares, vt beneficia eorum sint reseruata,R.190. familiaritas plenè probanda,si velis excludere prouisum ab ordinario,R.191.alias leuiter probatur, ibid. an familiaris familiarium Cardinalis gaudeat eo priuilegio, R.192. est species societatis, nec cessat ex absceſſu a curia, R.193. in collatione beneficiorum familiaris duorum Cardinalium, quorum consensus exigatur,R.194.an probetur per assertionem Summi Pontificis, R.195. requiritur consensus mutuus, ib. non probatur per assertionem Cardinalis, R.196. familiaritatis continuatio quando præsumatur,R.197. notabilia,ib. simpliciter probanda ad effectum regulæ Cancellariæ de impetrandis beneficijs per obitum familiaris Cardinalium, R.353. vera illa est,quę corpore, & dentibus fit,n.2.ad expediendum gratis,sufficit fides Cardinalium,n.9.literæ non sufficiunt, n.14. familiaritatis iure possidens rem Ecclesiæ pendente consensu Papæ an incidat in censuras,R.520.
1 *Familiaritas* vt prosit,debet esse continua, R.278. qui dicatur familiaris, R.469,R.481.
2 *Fœmina* non confert beneficia,R.367.
3 *Fœmina* non præsentat in Iurepatron. R.576. non venit nomine familiæ,n.3. Clericum verberans excommunicatur, R.577.
4 *Fœmina* honesta quæ, R.440.
1 *Feudi* concessio in Burgensaticum,R.84.actio renunciari potest sine regio assensu,R.204.primus dominus feudi filijs potest præiudicare, R.205. n.4. transit in monasterium per ingressum feudatarij, R.208. nu.3. feudalia prædia supponuntur, si circumcirca sint feudalia,R.212.
3 *Feudi* successio an in capita,R.164.infeudatio in consanguineos creditur in fraudem, R.167. in hoc Clericus subijcitur domino feudi,R.171.in donat.requiritur consensus expressus, R.298. n.7. nequit renunciari, ne onera soluantur, R.483. num.8. res feudalis quando præsumitur, R.484.n.6. alienans cum clausula saluo domini assensu, si ante tradat possessionem, perdit feudum, R.518. qui alienat domino irrequisito,alienat dominium vtile, nec perdit, n.3.
4 *Feudum* per Clericatum amittitur,R.175.feudatarius exemptus an remittendus,R.638.
1 *Fideicommißario* in fundo ædificans perdit,R.63.n.6.
3 *Fideicommissum* ex coniecturis deducitur, R.509. fideicommissarium efficitur quod est mutatum cum fideicommisso, R.513. pretium datum non est fideicommissarium, ibid.
2 *Fideiußor* non gaudet iuribus personalibus principalis,R.145.nequit esse Clericus,vel monachus,R.483.
4 *Fideiussor* an coram suo iudice conueniendus, vel sit remittendus coram iudice principalis, R.627.
2 *Filia* spuria à Clerico potest dotari de redditu Ecclesiæ,R.32.
3 *Filia* spiritualis an illa, quam audiuit in confessione, non absoluit, Ref.68. an semel filia spiritualis,dicatur semper,R.69.
3 *Filia* post annum 25. si non sit nupta, potest viuere inhonestè,R.75. n.10. quando a patre alenda,num.8. contrahens sine parentum consensu an succedat priuanda tom.4. R.415.
2 *Filiatio* quomodo probetur,R.308.
3 *Filij* amor erga parentes, *R.21.* non ingreditur religionem egente patre, ibid. n.7. tenetur potiùs patri, quam filio succurrere, R.331. quando, & quomodò portet iniquitatem patris, Ref.493. vnum patrimonium habet cum patre, n.5. an filio non nocet patris confessio, n.7. contractus sine præsentia patris semper nullus, R.515. si seorsum a patre habitet, præsumatur emancipatus,num.9.legitimus dicitur etiam si nascatur ex vxorata ignorante primum virum viuere; vel ex matrimonio putatiuo, R.543. spurius non succedit patri,nec potest institui,R.582.nec ex pupillari substitutione, n.2. quomodò legitimetur, num.4. legitimatus succedit,num.5.spurius sub conditione,si legitimetur potest institui, n.6. spurio monacho interdicitur prælatura,n.7.
1 *Filius* natus ex vxore præsumitur legitimus, Ref.243. sequi-

sequitur originem patris in ordine suscipiendo, *Resol.* 269. etiamsi natus in peregrinatione, n.7. non potest vocare in ius patrem carnalem, vel spiritualem, Resol. 329. nu.4. fert patris nobilitatem, R.477. doctoris in doctoratus soluit tantum munuscula, n.4. dat nobilitatem patri, ib. illegitimus non dicitur de parentela, *R.*197. quomodo probetur illegitimus, R.243. an filius famil. possit condere testamentum, *Resol.*579. ad pias causas, *R.*580.

2 *Filius* si nominetur, intelligitur legitimus, *R.*308. non tenetur credere matri dicenti esse filium adulterinũ, *R.*346. pag.466. ad quid mater eius teneatur, ib. illegitimus incapax paterni beneficij, *R.*369.

4 *Filius* non admittitur ad benef. paternum, *Resol.*136. *Resol.*371. iustè exhæredatur ex 14. causis, vel similibus R.194. nequit carere in Ecclesia, in qua pater habuit beneficium, R.372. an possit habere benef. vbi pater non cepit possessionem beneficij, Resol.373. potest, vbi pater erat Capellanus mobilis, *Resol.*374. nepos non comprehenditur in hac lege, *R.*375.

3 *Fiscus* appellat etiam a modicitate pœnæ, R.492. non habet restitutionem in integrum, n.9. succedens priuato trahit causam ad suum iudicem, *R.*540.

1 *Forma* non impleta, contractus cadit, R.33.

3 *Fornicatio* est peior polygamia, *R.*33. n.5.

3 *Fori* beneficium resignanti an detur, *R.*315. non datur ratione seruitij in temporalibus, *R.*316. datur incedenti in habitu, & tonsura, *R.*317. datur commendatario, R.318. datur beneficiato sine fructibus, R.319. non datur Clerico exercenti officium criminale, *Resol.* 320. nec irregulari, *R.*321. datur Clerico ordinato sine dimissorialibus, *R.*325. datur omnibus beneficiatis R.326. eo gaudet Clericus etsi aliquando seruitium intermiserit, *R.*482. Clericus non incedens in habitu absq; declaratione illud perdit, n.4. ex solo titulo beneficij quis non gaudet, R.529.

2 *Forum* collegij est ac personæ, *R.*317.

4 *Forum* quibus modis quis sortiatur, *R.*624. forum domicilij est generale ad omnia, *R.* 629. vni concessum, datur etiam familiæ, *R.*637. fori priuilegium superueniens an mutet forum, R.640.

1 *Fratantia* est beneficium Ecclesiasticum, *R.*337.

1 *Fraus* quando præsumatur, Resol. 21. & tom. 3. *R.*507.

1 *Fructus* an emptori debeantur interim, priusquam consensus Papæ habeatur, R.33. n.5.

2 *Fructus* beneficij resignati quando cedant in cõmodum resignatarij, *R.*166. quando restituendi veniant, *R.*322.

3 *Fructus* illi sunt, qui in absentia deductis oneribus percipiuntur, R.96. n.5.

4 *Fructus* nomine quid, *R.*147.

4 *Fugiens*, & rumpens saluam guardiam cui sit remittendus vt puniatur, *R.*634.

3 *Fugitiuus* è carcere qui, *R.*27. n.6.

1 *Funeralia* quæ, R.581. tom.4. *R.*301.

4 *Funeralia* spectant ad parochum sepultura a defuncto non electa, *R.*301. non capellano oratorij, n.3.

3 *Funeris* expensæ ad quos pertineant, R.436.

2 *Furum* receptator punitur vt fur, R.477.

3 *Gabellæ* vide collectæ.

3 *Graduum* computatio qualis, *R.*514.

2 *Gratia* quando facta dicatur, vel facienda, *Resol.*318. to.4. *R.*531. quando possit reuocari, *R.*357. pag.472. a successore perficitur, a prædecessore incœpta, *R.*448.

3 *Gratia* est nulla, si beneficij valor male exprimatur, *R.*485. *R.*354. n.6. gratiæ notabilia, *R.*442. quæ dicatur, n.1. specialis, vel generalis, n.4. surreptitia ex taciturnitate, *R.*443.

4 *Gratia* an expiret morte concedentis, *R.*531. pro ea iustificanda an sufficiat vltimus status, *R.*561.

1 *Grauamen* irreparabile, *R.*415.

1 *Hæres* præsumitur omnia in inuentario notasse, *R.*251. n.4. si dolosè omittat, punitur, n.5.

1 *Hæresis* cognitio est merè Ecclesiastica, *R.*298. in ea iudex secularis tenetur stare processui facto per Ecclesiasticum, n.1. notabilia, *R.*433. suspicio sit contra hæredes defuncti tenentis libros hæreticales, *R.*437. abiuratio reddit inhabilem ad prioratum, *R.*438.

2 *Hæresis* crimen non admittit conclusionem in causa, *R.*6. error in mente, *R.*364.

3 In *hæresi* summariè proceditur, *R.*225.

1 *Hæretici* beneficium an cõferendum per Ordinarium hæretico non citato, *R.*436. inuocans dæmonem ad amorem mulierum non est hæreticus, *R.*434. num.11. conuersans cum eis, similis dicitur, *R.*435. nu.12. creduntur qui retinent libros hæreticales, *R.*437.

2 *Hereticus* qui sit, *R.*8. & *R.*5. non gaudet prælatione dotis, beneficio priuatur, ib. *R.*478. de hæresi inquisitus, vbiq; punitur, *R.*72. n.3. denunciandus, *R.*255. negatiuus qui, *R.*364. hæreticorum receptator Clericus beneficio priuatur, & alia pœna punitur, *R.*478.

3 *Hæreticus* qui sit, *R.*11. *R.*501. incapax beneficij, *Resol.* 495. an possit esse Christianus non cathechizatus, *R.*501.

1 *Hierosolymitani* Equites vltra triennium bona commendæ non alienant, *Resol.*72. num.4.

2 Eos verberans est excommunicatus, *R.*1. eorum seruientes sunt verè religiosi, n.1. tria vota equites emittunt, n.3. ab Episcopo visitantur, *R.*176.

3 *Hierosolymitani* Equites sunt verè religiosi, & priuilegio religiosorum gaudent, *R.*364. fori gaudent priuilegio, n.3. tria vota profitentur, n.5. religioni quoad proprietatem acquirunt, num.6. non testantur; non soluunt gabellas, in feudo non succedunt, n.11. eorum offensor excommunicatur, ib. non disponunt absque licentia magistri, *R.*433.

4 *Hierosolym.* commendæ fructus vacantes ad quem spectent, *R.*169. Episcopus Melit. quo loco sedeat in concilio, *R.*168. stabilimentum relig. Hierosol. *R.*170. eius bona nequeunt alienari sine Papæ assensu, nu.3. commendatarij sunt gubernatores, nu.2. confitentur coram quo, *R.*171. religiosi nuncupantur, n.1. volentes annullare professionem, seruant formam concilij, *R.*172. an possint facere professionem ante ætatem, & annum probationis, *R.*173. sunt exempti a gabellis, *R.*174. vt etiam milites S. Iacobi, & similes, ib. non succedunt in feudis, *R.*175. non testantur: tria vota emittunt, *R.*176. equites mediæ crucis non sunt exempti, *R.*178. nequeunt renunciare priuilegio fori, *Resol.* 179. si monialibus alloquantur, an incidant in censuras regularium, *R.*180. habentes curam animarum an sint exempti ab ordinario, *R.*181. etiam non professi gaudent priuilegio fori, *R.*182. delinquentes in officio dato a principe seculari, puniuntur ab eorum magistro, *R.*183. eorum beneficia sunt ad nutum mobilia, *R.*185. delinquens postquam receptus est in religione, sed vestitus non est, non gaudet fori priuilegio, *R.*184. tenentur soluere quartam canonicam ex parochialibus ordinario, *Resol.*186. ignobilitas ex parte matris illis non obstat in assumptione habitus, *Resol.* 187. comprehenduntur sub regula de conferendo primam tonsuram, & minores, *R.*483.

1 *Homicidium* voluntarium quando dicatur, *R.*456. non est mutilatio membrorum, *Resol.*457. casuale quod dicatur, *R.*458. quando dicatur deductum ad forum contentiosum, *R.*459. quando occultum, *R.*460. stans in loco homicidij, vnde alter fiat timidior, tenetur, *R.*430.

3 *Homicidium* voluntarium, *R.*273. casuale quotuplex, num.2.

4 *Homicidium* cõmissum a marito in vxore an censentur iustum, *R.*24.

3 *Hora* canonica potest interrumpi a beneficiato, *Resol.*

542. ſine interruptione recitanda, ibidem.
1 *Horas* canonicas recitare non tenetur habens beneficium tenue,R.337.
2 *Horas* canon. recitans tenetur attendere ad Deum, vel verba, vel ſenſum,R.362. quis excuſetur,quia beneficium tenue, R.406. non excuſatur excommunicatus,ibid.
1 *Hoſpitalarij* nequeunt ab Epiſcopo excommunicari, R.296.n.3.
1 *Hoſpitale* quando dicatur locus pius,R.37. quomodo cognoſcatur erectum auctore Epiſcopo,n.2.eius alienatio quid requirat,num.4. eius adminiſtratio vltra triennium non datur,R.93.
2 *Hoſpitale* gaudet priuilegio, *l.vn.C.quando Imperator.* eſt locus pius non religioſus,R.353.
3 *Hoſpitale* fundatum auctoritate Epiſcopi gaudet priuilegijs Eccleſiarum,R.132.tale eſſe vnde dignoſcitur n.3.ſubiectum Epiſcopo quomodò, nu.5. collectatur, n.7. non tenetur ad gabellas,n.8. non ſubijcitur falcidiæ,R.133.n.5. locus pius ab Epiſcopo viſitatur, Reſ. 149.quando veniat nomine beneficij,R.204.
4 *Hoſpitale* exemptum quod, R.162. non exemptum ſi vniatur cum exempto an viſitetur, Reſ.163. qualis licentia Regis requiratur, R.164. vnde denominetur, R.497.n.4.
1 *Eſuitæ* ſine Apoſtolico aſſenſu alienant,R.64. n.4.
1 *Ignorantia* iuris quandò excuſet,R.584.literarum, an excuſet ab obſeruantia ſtatuti latini, R.368.
2 *Ignorantia* Bullæ in cœna Domini an tranſgreſſorem excuſet, R.326.
3 *Ignorantia* quando excuſet, R.202. eſt actus priuatiuus,tom.4.R.633.
1 *Illiteratura* defectus intolerabilis, R.202. num.3. indiſpenſabilis,R.279.n.2.
3 *Imaginum* violator puniendus,R.43.n.7.
1 *Imago* contradicente parocho non poteſt ab Epiſcopo aſportari,R.98.
1 *Immemorabilis* quomodo probetur,R.139. probat titulum legitimum,R.141.
2 *Immunitate* Eccleſiæ an gaudeat offendens barones, ſeu officiales, Reſ.3. delinquens in oſtio Eccleſiæ non gaudet,R.4. nec hæreticus, R.8. & 9.nec blaſphemus hæreticalis,ibid. nec iudæus,R.10. latro plubicus non gaudet,R.12.nec latro maritimus,R.13. armatus cõfugiens, exarmatur, ſed non extrahitur,Reſ.26. vt reſtituatur iudici ſeculari quid requiritur, R.38. differt a libertate,R.53.non gaudet qui membrum in Eccleſia mutilauit, R.66. delinquens ſine ſpe immunitatis, an ea gaudeat, R.157. homicida in dormitorio gaudet immunitate, R.276. clauſtrum, dormitorium, refectorium gaudent immunitate, n.2. occidens clericum an gaudeat,R.309. extractus ab Eccleſia blãdè a ſatellitibus gaudet immunitate, R.328. ſi quis confugientem extrahat, & reſtituere nequeat, tenetur ad damnum,R.328.n.5.gaudet tangens annulum portæ, R.429.gaudet,ſi ob timorem exeat Eccleſia,& capiatur, Reſ.430. gaudet excommunicatus, R.438. a quo extrahendus ab Eccleſia, qui meretur, R.405.
3 *Immunitati* Eccleſiæ, & libertati ſtatuta quæ repugnant, Reſ.214. vt impedire ædificationem Eccleſiæ n.7.ſi clericorum cauſa aliæ perſonæ opprimant, n.3. vel obſtare priuilegijs, nu.8. ea non gaudet hæreticus, R.495. ad atrium extenditur, R.553. gaudet pictor pingens murum Eccleſiæ,R.556.non gaudent falſarij, homicidæ, latrones famoſi, raptores virginum, & alios ibi vide, R.573. delinquens propè Eccleſiam, ſi ad aliam vicinam fugiat, gaudet immunitate, R.581.
2 *Incantatores* ſunt necromantici, R.435. malefici,n.4. dicebantur hæretici,n.5.
2 *Inceſtus* pœna,R.63.
2 *Indulgentiæ* an dentur a capitulo ſede vacante,R.222. dantur a vicario habenti mandatum ſpeciale, ib. plenaria indulgentia triplex, R.304. datur ab Epiſcopo electo,ib.
3 *Infamia* iuris, vel facti quomodò tollatur, R.491.
1 *Infeudatio* de quibus,a quo,quibus,& quomodo poſſit fieri,R.76.
3 *Infidelibus* ferentes vinum, oleum, arma ſunt excommunicati,R.500. licet tamen cum eis negotiari,n.4.
1 *Inhibitio* cui,& quando competat, R.416.
3 *Inhibitio* an poſſit fieri poſt concluſum in cauſa, Reſ. 410. ſtante inhibitione ne ædificet, an poſſit reædificare,R.510.
3 *Iniuria* facta vxori vindicatur à marito,R.576.
1 *Inquiſitionis* S.tribunal quæ iudicet, R.433.
3 *Inquiſitor* hereticæ prauitatis habetur vt præſens, & lucratur diſtributiones quotidianas,R.397.
4 *Inſignia* fundatoris in Eccleſia nequeunt tolli, R.278. quid ſi benefactorum, n.5. vide *Arma* in Eccleſia reparata reaffigantur vetera,R.345. oſtendunt dignitatem familiæ,n.5.
3 *Inſordeſcens* in excommunicatione per annum,ſuſpectus eſt de hæreſi,R.216. ſuſpicio non ſufficit ad procedendũ,n.5. inſordeſcens ex cauſa ciuili nõ cenſetur conuictus,n.6.ſed ſuſpectus de hereſi,R.222.annualis an faciat confeſſum,R.217.an faciat clericũ beneficio priuari, R.218. vt puniatur, requirit pertinaciam, & cõtemptũ clauium,R.219. excuſatur ob cauſam legitimam, *R.*221. inſordeſcentia annualis incurritur a die excommunicationis, R.223. non eſt punibilis, ni detur terminus ad purgandum, R.224. quot citationes requirantur, R.225.
1 *Inſtitutio* intra terminum edicti eſt nulla, R.155.
4 *Inſtitutio* in beneficijs multipliciter accepta, R.396. inſtituti ius, ibid. ſolo Epiſcopo competit, R.397. an Epiſcopus,vel Capitulum ſede vacante,vel inferior in Eccleſia ſibi ſubiecta,ib.quę requirantur,vt rectè fiat, R.398. poteſt fieri extra dioceſim, & quomodo, Reſ. 399. reiterari poteſt patrono inſtante,R.400. per errorem facta eſt nulla, ib. ex pluribus præſentatis qui de familia præfertur, Reſ. 401. vel dignior, & in paritate votorum,locus eſt gratificationi,ib.nequit fieri ſub conditione, R.402. in inſtitutione Metropolitanus ſupplet defectũ Ordinarij, R.403. ad eum appellatur, ſi Ordinarius inſtitutionem differat,n.3. in iure patron. fit etiam die feriato, R.404. inſtituendi tempus non eſt præfixum, R.405.
4 *Interdicti* an gaudeant voce actiua, & paſſiua, R.43. num.13.
2 *Interdictum* an exemptos liget,R.250.vt debeat eccitari,quid requirat,n.2.
2 *Interloquutoria* Magnæ Curiæ an poſſit reuocari, R. 139.
2 *Intruſus* quot modis dicatur,R.224.an citandus, Reſ. 297.R.340.
3 *Intruſus* in beneficio reſeruato, damnatur ad reſtitutionem fructuum, R.389.
1 *Inuentarium* probat contra hæredem,R.251.n.2.contra eum non probatur,n.3.
3 *Iracundia* an duellantes excuſet, R.51.
4 *Iracundia* pœnam temperat,R.24.
1 *Iracundiæ* calor quando excuſet,R.583.
1 *Irregularitas* diſpenſabilis ab Epiſcopo quæ, R.455. qua ætate contrahatur, R.461. an clauſula citra pœnam ſanguinis præſeruet, Reſ.464. facultas abſoluendi circa occulta cui competat, R.465. non competit capitulo ſede vacante, R.466. non abſoluitur virtute Iubilei,R.467.contracta ob cauſam,ea ceſſante,& illa ceſſat,R.610.
2 *Irregularitas* prouenies ex vitio corporis ab Epiſcopo non diſpenſatur, *Reſ.*16. irregularis an ſit iniuſtè excommunicatus ſi celebret, R.134. veniens a bigamia ab Epiſcopo diſpenſatur,*R.*220. in cauſa ſanguinis non fit irregularis, niſi ſequatur mors, *R.*298. ſequuta

quuta morte, solus Papa dispensat,n.3. non dispensatur vigore cruciatæ,n.4. in dubio an credatur irregularis, n.5. sublata per ingressum religionis an reuiuiscat annullata professione, R.311. incapax beneficij, R.404.ex homicidio an dispensabilis,R.407. an contrahatur ex homicidio facto cum Titio,sed erat mandatum in Petrum, R.412.

3 *Irregularitas* quæ ab Episcopo dispensetur,R.270. ex homicidio voluntario ab Episcopo non dispensatur, R.271. potestas absoluendi an transeat in capitulum sede vacante, Res.272. indispensabilis ex homicidio quando, R.273. non promouetur ad ordines nec beneficia,R.321. ex morbo caduco contrahitur,R.544.

3 *Iudæi* possunt reparare synagogas absq; licentia Episcopi,R.490.

1 *Iudex* Ecclesiasticus non tenetur stare actibus factis a laico contra clericum, R.410.

2 *Iudex* an cognoscat augmentum suæ iurisdictionis, R.14. vt suspectus recusatur, si secretò loquatur cum parte,R.22.laicus an cognoscat de sententia Ecclesiastici, quando familiam accomodat,R.86. ante inquisitionem, satis quod præsumptiuè constet de delicto, R.324. intra biennium causas expediat,R.334.iudice vt suspecto accusato, causa proponi debet, R.400. a quo cognosci,ib.

3 *Iudex* quale tempus possit prorogare, vel ampliare, R.29. suspectus si coram eo sit aduocatus conuinctus in 4. gradu,R.514.iudici quando credatur,R.569.

4 *Iudex* potest esse imperitus,R.113.n.6. eius ætas,Res. 117. causa recusandi vt suspectum, R.513. recusatio suspendit iudicem vt appellatio,n.4. acta facta a iudice recusato an valeant,n.2.clausula *recusatione remota* quid operetur, R.514. causæ recusationis an in omni parte iudicij possint proponi, R.515. recusatio debet esse specialis,ib.recusatione proposita,eliguntur arbitri,R.516. subdelegatus Papæ si recusetur,quid agendum, R.517. recusatio debet proponi coram iudice suspecto, R.518. alias acta facta ab eo valent, ib. quæ seruanda sint in recusatione, Res.519. criminalia ibi iudicanda,vbi cõmissa,R.629.potest punire subditum delinquentem extra diœcesim, n.8. vbi cœptum,ibi finitur iudicium, R.640. n.3. quomodò se gerat iudex in reis mixtis diuersi fori, vt clericus, & laicus simul delinquentes, R.642.

1 *Iuramentum* quando reddat actum nullum, R.11.n.2. præcisè obligat, R.267. absolutio a iuramento quando, & quotuplex, R.299. quæ in libello absolutionis ponenda, R.300. an citatio passis sit necessaria in absolutione, R.301. mentio facienda de pacto non petendi absolutionem, nu.3. a parte nequit relaxari, R. 302. coram quo petenda absolutio,R.303.habilitatio a iuramento an impediat liquidationem instrumenti, R.304. absolutio datur stante læsione,R.305.cognitio nullitatis absolutionis spectat ad Ecclesiasticum, R. 306.absolutio an necessaria,vbi læsio enormis,R.307. an concedatur in obligatione in forma cameræ, Res. 308.periuro non datur,R.309.notabilia,ib.

2 *Iuramentum* defuncti an transeat ad hęredem, R.484.

3 *Iuramentum* in supplementum probationis non datur in pœnalibus, R.66. ad hæredes an transeat, R.226. quantum ad spiritualitatem non transit ad successorem iurantis,n.3.relaxatione a iuramento impetrata, an victus damnetur in expensis, R.227. Episcopus a iuramento non absoluit seipsum vt Papa, Resol.228. quando dicatur temerarium,R.229.calore iracundiæ an obliget ad pias causas, R.230. promissorium quid sit? præstatur a Rege,Episcopo,Archiep. Abbate,vasfallo,R.231.est mixti fori,R.232. quando laicus iudicet,ibid.an extendatur ad futura,R.233. cumulat forum foro electiuè non cumulatiuè, R.234. quando dicatur habere vim expressi, R.235. ex ignorantia non excusatur, R.236. iuramenti relaxatio quomodò petatur,R.259.

4 *Iuramentum* suppletorium in causa matrimoniali non datur, Res.270. num.4. assumit naturam contractus cui adaptatur,R.411.n.5.

3 *Iurisdictio* intelligitur cumulatiuè non priuatiuè concessa, R.237. data inferiori, non adimitur superiori, num.1.

3 *Ius* accrescendi in legatis collectiuis, R.560.

1 *Ius patron.*ex fundatione, & dotatione acquiritur, R. 40. n.5. si Ecclesiasticum in laicum sine solemnitate non transfertur, n.6. in Ecclesia libera non fundetur sine assensu Apostolico, R.86. non constituitur ex donatione facta Ecclesiæ liberæ, n.3. in fundatione requiritur consensus Episcopi,R.134.an sufficiat postea superuenire, n.2. probatur scripturis authẽticis,Res. 135.quæ dicantur authentica,R.136.R.137. non gratè admittitur ab Ordinarijs, n.10. ex præsentatione multiplicata præsumitur, R.138. constructione & fama probatur, R.141. vsurpatio quando præsumatur, R.142. spectans ad Carraciolos est vsurpatum, nu.2. non probatur per testes de familia, n.5. an præsentationes debeant esse continuatæ, R.144. scriptura authentica si deperdita, an probetur per testes, Res. 145.n.2.R.147. a parua vniuersitate probandum iuxta formam concilij, R.146. paruæ vniuersitatis præsumitur ex vsurpatione, n.2. præsentatio quando dicatur sortita effectum,R.148.patronus præsentat non nominat,num.1. & R.150. præsentatio potest fieri ab absente, n.3. fundatum pro sua linea intelligitur directa,R.149.n.2.præsentatio præsentialiter facienda,R.150.de clerico absente non valet,n.3. & R.152. conditiones adiectæ in iure patron. obseruandæ, Res. 156. venit in donatione omnium bonorum, Res.158. transit cum vniuersitate,R.158.n.2. & R.173. patronus non ministrat bona temporalia Ecclesiæ, R. 159. potest acquiri a meretrice, R.160.n.2. datur,ne laici retardentur in ædificatione Ecclesiarum, num.6. an acquiratur ex augmento dotis, R.161. ex priuilegio an reuocabile,R.162. quando dicatur laicum, vel Ecclesiasticum, R.163. inaudito patrono non est conferendum,secus in Papa,R.165. non permutatur inuito patrono, n.2. acquisitum sibi & fratribus, competat sorori,R.169. etiam fœminis competit,& de vendentibus ab eis,ib.in alienatione terræ Iur.patron.requiritur consensus patroni, R.172. ad omnes hæredes transit, R.171. n.3. an possit confiscari,R.173.n.7. an possit vendi,num.1. vt acquiratur,quanta esse debeat dos, R.174. an deuoluatur ad Episcopum si his non finiatur intra tempus præsentandi,R.181.si controuertatur Ecclesiæ libertas, interim Episcopus non confert, n.2. ex augmento dotis an erigantur, R.183. requiritur apprehensio actualis ad acquirendum iuspat. R.185. fœminæ stantibus masculis non præsentãt, R. 186. filius viuente patre non habet iuspatron. R.187. in iure patron. relicto familiæ qui succedant, R.191. & quomodo, R.192. an possit acquiri in Ecclesijs regularium,R.193.illegitimus an succedat,R.196.transit ad extraneos,R.198.clausula *hęredibus quibuscumq;* quid signet,n.7.Clausula *iura patron.illæsa seruare* quid signet,R.200. succeditur in eo in stirpes, & non in capita, R.201. quot voces habeat Vniuersitas,nu.3. renunciatio inconsulto patrono est nulla, R.203. reconualidatur consensu superuenientem,n.3.actio ad iuspat. an vendi possit, R.204. derogatio iur.pat. non comprehẽdit iuspat. laicorum,R.207. an transeat in monasterium per ingressum patroni, R.208. in diuisione hæreditatis vni ex pluribus ad iudicari non potest, R. 209.dotale est vxoris non viri,R.211.an in eo patruus excludat nepotem, R.210. vicarius nequit constitui sine consensu patroni,R.216.notabilia,R.217. an insignibus armis sculptis probetur, R.596. an Episcopus possit

possit cogi ad dandum assensum donationi Iur.pat. R.637. quando possit donari, ib. specificatione Iur. pat.in venditione vniuersitatis an simonia, R.638.

2 *Iuspatronatus* nisi dotetur Ecclesia, ab ædificante non acquiritur, R.11. n.6. in fundatione iur.pat. quælibet conditio potest apponi, R.302. n.2. vt ex præsentato alius nominetur in morte,ib.multa pacta quæ possunt opponi vide ib. an præscribatur a legatario contra hæredem vniuersalem, R.338. in eius legato requiritur consensus Episcopi,n.2.specialiter solum derogatur iuripat.Regum,Ducum,R.403.vni quæsitum,alteri concedi nequit, R.462. donatio iur.pat. a vicario nequit auctorari, R.469. patrono Papa non præiudicat,R.491.n.6.

3 *Ius patronat.* quot modis dicatur mixtum, R.111. ei Legatus a Latere non derogat, n.2. nec Papa, num.3. mixtum cum Rege, n.7. expresse tantum Papa derogat iuripat. R. 155. & qua de causa, R.156. laicale quomodo cognoscatur, R.171. n.4. non donatur sine Papæ consensu,R.289. num.5. laico non donatur sine consensu Episcopi, Res.295. sufficit quod consensus subsequatur, R.296. an sola præsentia Episcopi sufficiat,R.297. quando consensus dicatur expressus, Res. 298. præstatur per literas per procuratorem, R.300. negante Episcopo consensum, recurritur ad superiorem,R.301. licentia, & consensus differunt,R.302. ex diuturnitate temporis consensus præsumitur, R.203. an extendatur de donatione ad donationem, R.204. an possit probari per testes,R.205. si Episcopo donetur,non requiritur Episcopi consensus,R.206. an donatio iur.pat. dicatur libera, R.307. derogatio iuris pat.non nobilium non præiudicat Regi,R.352. non venit sub regula reseruatoria octo mensium, R.393. fundatione,& dotatione quæritur,R.489.liberum nequit ab Episcopo dari in ius patron. laico absque Papa, n.3. erectum a Barone non pertinet ad feudum sed ad familiam,R.560.successio iur.patron. datur in stirpes,R.583.secus si detur familiæ,n.3. vel collegio, n.4. vel ex alia coniectura, n.7.

4 *Ius patronat.* extauritarum an laicale, R.321. in quibus Ecclesijs acquiratur, ib. quando Episcopo cedat, R.405. conditiones appositæ non alterandæ, nec ab Episcopo dispensandæ,R.463. sine Episcopi consensu non erigitur, Resol.464. conditionibus iustis tenetur assentiri,ib.quid si impossibiles,ib.an cognitio earum ad Episcopum spectet, R.465. quæ reijciendæ, quæ admittendæ,R.466. Episcopo repugnante aditur Archiepiscopus, R.467. requiritur consensus expressus, nec satis si superueniat, R. 468. conditiones appositæ possunt a patrono reuocari,R.469.conditio quod bona data in dotem possint a patronis reuocari, non admittenda, R.472. quod rector beneficij sibi nominet successorem,non admittenda,R.471. quod minor 14.anno admittatur ad beneficium,rejicienda,R.470. diœcesani consensus in erectione iurispatron. supponitur,R.547.n.3.

3 *Laicus* potest esse nuncius Episcopi, & pulsare campanas, R.79. & assessor iudicis ecclesiastici, sed non ferre sententiam, R.546. conuenitur coram ecclesiastico pro bonis ecclesiæ,R.547.

4 *Laicus* incapax spiritualium,*R.*134.& beneficij etiam si statim fiat clericus,n.2. nequit esse vicarius Episcopi,sed consultor,vel cum Papæ licentia,R.135. potest retinere cappellaniam fundatam absque Episcopi auctoritate,R.136. non confert beneficia,R.138. fallit in Rege, ibid. nec esse œconomi,vel collectores obuentionum Ecclesiæ,R.139. in synodo non admittuntur si agatur de correctione morum,R.140.ab Ecclesijs tributum non exigit, R.296.

1 *Laudemium* an debeatur pro retrouenditione, R.49. non debetur pro alienatione necessaria,R.636.an pro ampliatione ecclesiæ,ib.

2 *Laudemium* debitum clerico an possit remitti per Collectorem Apostolicum,R.127.ex contractibus ad gaudimentum non datur,R.306. nec ex pignore,n.6.

2 *Legatum* familiæ,de quali dicatur familia, R.267. pia quis exequatur, R.370. quæ pia sint, ib. Legatarij teneantur ad expensas factas ab hærede,R.428.

3 *Legatum* sublatum dicitur si inimicitiæ superuenerint R.75.n.11. valet collegio,vel Ecclesiæ futuræ, R.424. n.10.relictum pauperibus post mortem hæredis,solui potest ab eo viuente, R.532. relictum Ecclesiæ construendæ debetur cum fructibus medij temporis, R. 554. a quolibet possessore aduocatur, ib.

4 *Legatum* pro fabrica Ecclesiæ est pium, nec de eo soluitur quanta,R.127.ad opus illicitum an cedat hæredi,R.279.n.3.

1 *Legitimatio* omnem maculam tollit, R.124.n.3.

2 *Legitimatio* quando dicatur probata, R.308.

4 *Legitimatio* per subsequens matrimon.omnia supplet, R.410.

1 *Legitimè* quid denotet,R.104.

2 *Lex benè a Zenone* C. de quad. præscript. an vera de iure canonico,R.108.

2 *Læsio* in contractibus, & permutatione quid faciat, R.463.

1 *Liber* parochi an probet, Res.229. visitationis plenè probat,n.4.ætas per librum parochi probatur,n.5.

2 *Liber* computorum quomodo formandus,R.29.

1 *Libri* hæreticalis arguunt hæreticum possessorem, R.437.

4 *Libertas* ecclesiastica eadem ac immunitas, R.457. vnde dicatur, ib. nec renunciatur, nec tollitur immemorabili,R.458.

2 *Licentiatus* quando habeatur pro doctore,R.467.hic, non doctoratur alibi,ib.

1 *Linea* quid,R.149.n.1.a patre initium sumit,n.3.

4 *Liquidatio* instrumentorum capit criminalitatem, R.232.

3 *Lispendere* ex citatione dicitur,R.445.in rescripto,vel gratia necesse eam exprimere, ib.

3 *Loca pia* quæ, R.342.n.8.R.418.R.420. religiosa quæ, Res.421. pro eorum ampliatione quis cogitur rem suam vendere, R.553.

2 *Loca exempta* quæ? an visitanda, *R.*43.

4 *Loca exempta* non visitantur, Res.160. episcopus an exempta,cognoscit,R.161. quæ sint exempta, *R.*162. qualis licentia Regis requiratur, R.164. visitantur tamen quoad cultum diuinum, R.165. exemptio est probanda, R.166. nequeunt eximi post erectionem factam auctoritate episcopi,*R.*167.

3 *Locatio* rei eccles. vltra triennium non valet, R.31. conductoris hæres ecclesia cogitur ad perseuerandum in locatione, R. 540.

4 *Locatio* rei ecclesiæ quando dicatur perpetua, R.146. coloni reducentes agros incultos in fertiles, nequeunt remoueri,R.146.n.5.solutio anticipata non fit in præiudicium successorum,*R.*367.si sit conuersa in vtilitatem ecclesiæ an præiudicet successori,R.368.successor potest de nouo pensionem exigere, *R.*369. quietatio facta a prædecessore in articulo mortis an præiudicet successori,R.370.

1 *Locationis* continuatio,quod sit,*R.*88. quando dicatur reconducta, n.2. vltra triennium an fiat sine assensu Apostolico,R.94. & R.109. & quando, R.111.*R.*112. debet esse vtilis, R.107. læsiua quomodo probetur, nu.2. locationi cum factæ successor quando stare teneatur, R.108. an fructuum locatio possit fieri pro tota vita beneficiati, *Res.* 110. silua cedua vltra triennium locatur, R.111.n.5. facta vltra triennium, valet per triennium,*R.*112,R.117. de biennio in biennium quoad vixerit est nulla, *R.*114. solita locari ad modicum, si locetur longiùs inualida est in totum, R.115. ad longum tempus est alienatio, *Resol.*116. an vltra trien-

triennium facta, & iuramento firmata possit retractari, R.118. successori non præiudicat quoad fructus anticipatos, R.119. Iurisdictionis ecclesiasticæ est inualida, n.2. bonorum ecclesiæ cum facultate dandi beneficium non est simoniaca, n.3. locationis notabilia, n.4. relocatio an testibus probetur, R.635.

1 *Loci pij* administratio an vltra triennium, R.93.n.2.
1 *Locus* honestus qualis, R.227.n.2.
2 *Ludendi* consuetudo non excusat, R.119. n.4.
2 *Macedonianum* S.C. quibus detur, R.120.
2 *Malefici* torquentur ex præsumptionibus, R. 345.num.8.
3 *Mandans* & mandatarius pariter puniuntur, Res.65. mandans vbi puniendus tom.4.R.631.
4 *Mandati* defectus impedit executionem trium conformium, R.36. vel si mandatum sit nullum, R.38.
1 *Mandatum* numquam præsumitur, R.52. quando præsumatur, R.85. non excedendum, R.278. de prouidendo non comprehendit beneficium cathedrale, R.341
3 *Mandatum* ad consentiendum pensioni expirat morte mandantis, R.409.
2 *Maris* vectigal, R.13. eius iurisdictio ad 100. milliaria, ibid.
1 *Matricis* Ecclesiæ iura, R.631. eius rector an præcedat canonicos ecclesiæ parochialis nouæ, ib.
4 *Matrimonia* vagorum, vide *Vagus* errore qualitatis non vitiatur matrimonium, R.410. matrimonia sine parentum consensu valeant, R.415. statutum in contrarium est iniustum, n.5. vt & illud, quod contrahi non possit cum homine alterius ciuitatis, n.6. inter raptorem & raptam impeditur, R.436.
4 *Matrimonia* dispensandi causæ, R.520. vt per incompetentiam dotis, R.522. & nobilitatem natalium, n.2. vel angustiam loci, R.527. dispensatio Papæ liberat consanguineos a pœna temporali, R.529. an dispensatio ob angustiam loci exequenda sit a vicario, si alia impedimenta vrgeant, R.530. an exequatur mortuo Papa, R.531. delegatus in causa matrimonij nil potest capere, nec pro processu, R.532. quando executio dispensationis impediatur, Res. 34. dispensatio consanguinitatis est nulla tacito incestu, R.535. data pro foro externo cum clausula si copula non intercesserit, sit valida, copula occulta interueniente, Res.536. quo tempore prohibita, R.563. an liceat matrimonium consummare si cõtractum ante Aduentum, Res.565. tempore Aduentus licet celebrare sine solemnitate, Res.566. tempore interdicti potest celebrari, R.567. confert gratiam, ib.
1 *Matrimonij* non contrahendi iustæ causæ, R.218. matrimonia non compellenda, sed monenda, n.1. causæ separandi matrimonij, R.219. an quęstus mulieris de vitio nefando sit sufficiens, R.220. an ex confessione facta adulterij per meritum, R.221. impotentia ex triennali cognoscitur, & quando currere incipiat, R. 222. parochus suspensus, excommunicatus non vitiat, R.224. illegitimè contrahens, tenetur in foro conscientiæ renouare, n.4. matrimonialis causa ab Episcopo tantùm cognoscitur, R.226. non a legato Apostolico, n.2. an probetur ex libro parochi, R.229. contractum absque præsentia parochi, & duorum testium habeat vim sponsaliorum, R.230. litteræ dispensationis Abbatibus possunt committi, R.232. parentes recipiuntur in testes in matrimonio, R.240. R.233. & per eos clandestina matrimonia probentur, n.2. separato matrimonio an donaria restituenda, R.224. vestes existentes apud sartorem restituendæ, nu.5. tres denunciationes faciendæ ante matrimonium, R.235. vbi, & quando faciendæ, ib. illis omissis matrimonium non vitiatur, num.6. denunciationes quando possint dispensari, R.236. ab Episcopi vicario dispensantur, R.237. non a vicario foraneo, n.5. causæ dispensandi matrimonia quæ, & quando dentur, R.238. impedimentum dirimens an ab Episcopo possit dispensari, R.239. non a vicario, n.3. suppletorium iuramentum quando in causa matrimoniali deferatur, R.240. infidelis conuersus ad fidem potest nouam vxorem ducere, R.241. viri mors quomodo probanda ad contrahendum secundum matrimonium, R.242. notabilia, R.243. an prohibitum ignoranti *Pater noster*, Res. 586. non interdictum excommunicato, n.6. matrimonij dispensatio quando surreptitia dicatur, R.593.
4 *Matrimonij* ætas, R.59. causa Episcopo committitur, & alijs committi non solet, Res.269. cum episcopus iudicialiter committere nequit, Res.270. eam ex cõmissione potest cognoscere vicarius, R.271. cognoscitur causa matrimonij ab Abbate inter suos subditos, R.272. facultas cognoscendi talem causam potest præscribi, R.273. cognoscitur a capitulo sede vacante, R.274.
2 *Matrimonium* nequit prohiberi cum certo genere personarum, R.107. promissio de non nubendo non valet, ib. dispensatio in forma pauperum, R.124. contractum inter prohibitos sub conditione, si Papa dispensabit, requiratur nouus consensus, si conditio veniat, R.129. contractum inter excæcatos amore, an possit separari, R.135. dispensatio semper interpretanda in fauorem, R.195. denunciationum dispensatio datur a vicario, ab Abbate, R.216. causæ eas remittendi, ib. impuberis cum pubere, R.411. nec in necessitate valet sine parocho, R.452. carnale, & spirituale æquiparantur, R.464.
3 *Matrimonium* contrahentes consanguinei sunt excommunicati, R.1. requiritur præsentia parochi corporalis, R.431. si vi parochus detineatur, matrimonium valet, ibid. separatio quoad thorum non fit ex suspicione, nec pernoctatione viri extra domum, R.552.
2 *Medici* non reuelent ea quæ sibi ex officio nota, Res. 310. n.7. debent deserere infirmum si nolit confiteri, R.399.
1 *Melioramenta* quando restituenda, R.63.
2 *Membrum* quod dicatur, R.67.
1 *Mendicantes* an possit bona possidere, & alienare, R. 64.num.2.
4 *Mensis* quot diebus constet, R.67.
1 *Meretrice* expulsa a domo, quis soluat pensionem, R.133.
4 *Meretrix* quæ dicatur, R.440.
4 *Milites* Calatrauæ, S.Lazari, S.Iacobi, R.177. R.175. R.182.
1 *Minor* confessus in iudicio absque curatore restituitur in integrum, R.531.
2 *Miracula* quomodo probentur, R.492.
4 *Miracula* vt dicantur, quid requiratur, R.280. non propalantur absq; auctoritate sedis Apostolicæ, R. 281.a dæmone, & vito improbo possunt fieri, n.2. cognoscuntur ex tempore, fine, modo, loco, n.3. an probentur per testes singulares, R.283. quare fiant, Res. 284. informatio miraculorum committitur in dignitate constitutis, R.285. qui testes recipiendi in probatione miraculorum, R.286. quomodò examinandi, R.287. quomodò processus formandus, R.288. miraculum differt a gratia, R.289. fit successiuè, vel in instanti, n.2. ab Episcopo, vel Abbate an possit approbari, R.290.
1 *Miraculorum* cognitio ad Episcopum, Res.495. quæ sint, n.3.
1 *Missa* cantata requirit ministros ad bene esse, Res.44. n.4. missas duas celebrans qua pœna puniatur, R.212 missarum numerum Episcopus reducere potest, Res. 352. priuata vt celebretur in Oratorio ab Episcopo non conceditur, R.470. missæ eleemosina an ab Episcopo possit augeri, R.615. eleemosina missę an cẽsenda tempore testamenti, vel celebrationis, R.621.

4 *Missa* vbiq; celebrari potest, sed non extra locum designatum a testatore, *R.95.* vbi apparet de testatoris deuotione, ibi celebrari debet, R.*96.* quando celebranda in loco sepulturæ, *R.97.* onus candelarum ad sacerdotē spectat, si certum stipendium sit relictum, *R.98.* valor caroleni solet dari pro stipendio, sed ab Episcopo potest alterari, *R.103.* an personaliter celebrare teneantur cappellani, R.*102.* Episcopus an possit dispensare contra voluntatem testatoris quod alibi celebretur, R.*104.* cum redditus sunt inexigibiles non celebratur, R.*105.* regulæ editæ a Pontificibus de celeb. missarum pag.*443.* vt celebretur in Oratorijs priuatis, qualis licentia exigatur, R.*100.* non cogimur eum audire in parochia, R.*199.* diebus festis audienda, R.*377.*

2 *Missæ* celebratæ quomodo probentur in visitatione, *R.165.* ad nutum amouibiles non sunt beneficia, *Res.* 200. quando sint beneficia, n.3. an sacerdos possit perpetuo locare operas suas pro missa celebranda, *R.294.*

3 *Missæ* celebratio non designata à testatore, fit in loco sepulturæ, *R.366.* duæ missæ dicendæ, si dicat testator quod omnibus diebus dicatur missa sine cantu, & die Sabbati cum cantu, *R.367.* non celebratur pro futura eleemosina, *R.368.* non est peccatum celebrare ante matutinum, *R.369.* missarum numerus diminuitur, si merces augeatur, *R.371.* celebratio probatur ex libro sacristæ, *Res.372.* potest per alios celebrari missa pro minori pietantia, quam sit recepta, *R.370.* decennalis celebratio in altari obligat in futurum, *R.373.* consuetudo recipiendi oblationes in missa valet, sed non est de præcepto, *R.374.*

3 *Molliciei* genus duplex, *R.57.n.3.*

1 *Monachus* si fiat Episcopus non desinit esse monachus, *R.533.* omnia acquirit monasterio, *R.208.* & to. 2. *R.95.* vide *Regularis*

2 *Monachus* an possit repudiare legatum sibi relictum, *R.114.* fugitiuus monasterio acquirit, *R.389.* qui alteri stipulatur, cui acquirat, ibid. an possit esse vicarius episcopi, & delegatus Papæ, *R.351.* pag.470. factus episcopus est adhuc monachus, *R.473.n.12.* & tom.3. Res.18.

2 *Monachus* si dimisso habitu celebret est irregularis, *R.12.* n.2. mortaliter peccat, ni habitum deferat religionis etiam si sit episcopus, R.18.

4 *Monachus* sine causa non remouetur, *R.227.*

1 *Monasterij* dos quanta esse debeat, *R.174.* n.2. clausuram virorum quis ingredi prohibeatur, R.554. nu.7. monasterium monialium necessariò ingrediens non incidit in censuras, R.612.

2 *Monasterium* nil petit, nisi ab offerente, vel alimentorum causa, *R.493.n.7.*

3 *Monasterium* quando credatur erectum cum auctoritate, *R.26.* n.8. septa monasterij sunt fines clausuræ, *R.71.* clausura vbi sit, ib. si bona fide permittatur ingressus, an subiaceat bullæ Pij V. *Res.72.* an excludat substitutum contra voluntatem testantis, *R.509.*

4 *Monasterium* ingredi licet vxori ob sæuitiam mariti, *R.209.* an puella educationis gratia possit ingredi? vide *puella* sine licentia reparatur, R.339.

2 *Monali* mittens epistolam an excōmunicatus, R. 65. monialis si moriatur ante professionem, dos restituitur, *R.138.* excommunicatio lata in alloquentem sit etiam in exemptos, *R.181.* quæ ei concedi possint in proprium, *R.194.* quot possint recipi in monasterio, *R.202.* numerus ab episcopo statuitur, n.2. an possit petere supplementum congruæ dotis, *Res.347.* pag. 468, renunciatio facta an valeat, n.4.

1 *Monalis* an possit donare, & quando, *R.549.* quando a monasterio possit exire, *R.551.* donans monasterio tempore ingressus, si exeat, reaccipit, R.550. si intra probationes ex ignorantia ad professionem admittant, fiunt irregulares, *Resol.552.* quando cum eis sit loquutio prohibita, *R.553.* earum claustra seculares non ingrediuntur, *R.554.* & qui sint prohibiti, ib. licentia de accedēdo an de prima vice intelligatur, *R.555.* professio qua ætate fiat, *R.559.* ob metum reuerentialem facta faciat incidere in excommunicationem patrem, R.609.

3 *Monialis* apostata, Res.20. bona non restituuntur ei transeunti ad aliam religionem, ib. renunciatio facta a moniali, debet esse infra duos menses ante professionem, *R.356.*

4 *Monialis* nequit accedere ad domos contiguas monasterio; nec partem tecti alieni, R.188. excommunicatio in alloquentes moniales an comprehendat nouitias, *R.260.*

1 *Monitoria* vt concedantur, quinque requirunt, *R.244.* facile dantur contra eum qui se opponit, *R.245.* a quo concedi possint, R.246. contra personas certas non promulgantur, *Res.247.* quando concedenda, & contra quos, n.5. non habentibus interesse non concedenda, Res.248. lite pendente non dantur, *R.249.* non dantur, si altera pars opponat de inuentario, *R.* 251. an dentur in casu criminali, R.251. non dantur si infamatoria, *R.* 254. super facto proprio non dantur, R.255. notabilia, ib.

3 *Monitorium* sine clausula iustificatiua est nullum, *Res.* 539. per clausulam si te grauatum senserit, resoluitur in citationem, n.6.

3 *Mortis* articulus, *R.91.* *R.87.* num.4. tunc ab hæretico licet Sacramentum recipere, n.5. mors non probatur ex productione testamenti, *R.563.*

4 *Musici* Regij, R.500. musica pro cultu diuino, ib.

2 *Nafragantium* bona occupans an excommunicatus, & quando, R.191.

1 *Neapolitani* Archiep. gratiant de omnibus delictis, *R.316.* num.5. Principes omnia possunt, quæ Imperator, *R.427.*

3 *Necromantici* puniendi, *R.43.n.8.*

2 *Nepos* an excludat auum in successione patrui, R.163

3 *Nisi*, dictio quid importet, R.506.

3 *Nobilis* an præferendum ignobili in beneficio, *R.550.* non valet consuetudo quod in tribunali sedeant nobiles, non ignobiles, *R.551.* Neapolitana diuisa in 5. ordines, *R.565.* nobilitandi facultas est Principis, n.2.

2 *Nobilitas* quomodo probetur, *R.286.* *R.468.*

2 *Notarius* iudici iniusto obedire non tenetur, *R.249.*

3 *Notarius* pro testimonialibus nequit accipere nisi decimam partem auri, *R.425.* notariatus an possit locari, vel vendi ab Episcopo, *R.507.* notario sine testibus non creditur, R.516. n.9. ignarus mortis testatoris nolens dare testamentum, cogitur a iudice, *R.563.* n.4.

2 *Nouitius* quando veniat nomine professi, Res.138. renunciatio eius an reuocetur, si fiat episcopus, *R.152*

3 *Nouitius* egrediens non tenetur ad expensas sibi factas a monasterio, *R.10.* n.15. non collectatur, *R.139.* quando, quomodò possit condere testamentum, *Res.* 333. vt nouitiæ renunciatio valeat, quid requiratur, *R.334.* R.335. in paritate votorum supponitur receptus, *R.337.* renunciatio facta non seruato Concilio, in fauorem fratrum, an possit reuocari a monasterio, *R.338.*

4 *Nouitius* potest donare, *R.85.* eum offendens est excommunicatus, R.239. gaudet fori priuilegio, *R.247.* & pro delicto extra claustrum a superiore cognoscitur, n.3. ecclesiasticorum nomine venit in fauorabilibus, *Res.240.* priuilegijs monasterij gaudent, *Res.241.* onere regularium non astringuntur, *R.* 242. cui confiteri possint, num.3. debet esse 12. annorum, R.243. annus nouitiatus, *R.* 243. ad professionem admittitur cum consensu prælati, & capituli, R.244. eorum beneficia non vacant nouitiatu durante, R.245. annus probationis debet esse continuus, *R.246.* infirmus habe-

tur

tur pro præsẽte,ib.nõ est capax beneficij regularis,sed secularis, *R.*248. durante nouitiatu an solutus a votis in seculo emissis,*R.*249. nouitij militum S. Iacobi,Calatrauæ,&c. qui non fecerũt professionẽ, non gaudent fori priuilegio, R.250. trahens nouitium ad forum seculare incidit in censuras,*R.*252. ante professionem non sunt membra religionis,ibid. ante annum probationis nequit ordinari, n.3. dicitur filius monasterij, vbi receptus, R.252. ciuitate interdicta an includantur nouitij, R.253. a censuris absoluuntur per eorum prælatos, R.254. an finito nouitiatu possit prorogari tempus professionis,R.255. nouitij beneficia quomodo, & quando conferenda, R.256. si decedat infra annum probationis,habetur vt professus, R.257. non ordinãtur ab eorum abbatibus,R.258. absoluitur per prælatum suum a clerici percussione, R.259. nouitia quando veniat sub nomine professarum, *R.*260. condit testamentum,n.3. non tenetur ad obseruantias regulares, num.1. stante nouitiatu non mutant statum, omnia retinent, *R.*261. receptio, educatio nouitiorum quæ, & quanta requirat, *R.*263. formula concedendi facultatem pro nouitijs recipiendis,R.262. nouitius nec subditus est,nec religiosus, R.587.

2 *Nullitates* ex bulla Clem.VIII.R.426.

1 *Nundinæ* ab Episcopo an possint prohiberi,*R.*491.

2 *Nuptiæ* secundæ cur non benedicantur, R.382. quid si esset consuetudo,n.2.

1 *Oblatio* spiritualis quæ, R.98. facta imagini parietis secularis cui debentur,n.2. facta ecclesiæ rectoris non subiacet Episcopo,n.4.

4 *Oblatio* a quo tempore cœpit, *R.*296. eius nomine quid veniat,n.2. quando, & a quibus debeat fieri,n.3. laicus a clerico quando eam recipere possit, n.4. facta Oratorio intra limites parochiæ, non acquiritur parocho,*R.*427.*R.*297. tempore iubilæi ad quem spectent,n.6. quando spectent ad Episcopum, n.7.

3 *Obligatio* in forma Cameræ non gaudet excussione, R.245. contra obligatos quando possint relaxari censuræ,num.6. non admittit declinatoriam fori,nec incompetentiam iudicis, *Ref.*246. etiam contra laicos eam Episcopus exequitur, n.2. & *R.*247. contra eam opponitur exceptio solutionis,*R.*248. an impediatur ab exceptione depositi non integri, R.249. retardatur ab exceptione non adimplementi,*R.*250. non admittit cap. Odoardus, *R.*251. an admittat exceptionem compensationis, R.252. admittit exceptionem non numeratæ pecuniæ, *R.*253.

2 *Obstetrix* non tenetur reuelare nota ei ex officio suo, *R.*310.n.7. quando teneatur reuelare partum suppositum, *R.*346. pag.467.

1 *Oeconomus* cur, a quo detur,eius officium, *R.*505.

1 *Officialis* creatus ad beneplacitum est perpetuus,*R.*65

3 *Opinio* qualis præferenda,*R.*119.n.20.

2 *Optio* in quibus, quando, & a quo fiat, *R.*488. tempus optandi an possit prorogari,*R.*489.

3 *Oratoria*, an loca pia, & sacrilegus qui in eis furatur, *R.*411.

4 *Oratoria* publica non erigantur sine licentia, *R.*99. si celebranda in eis sit missa petitur noua licentia, ibid. *R.*100. priuata sunt sine parochiæ præiudicio, & vetitur celebrari ibi certis diebus, *R.*298. n.4. ab orando dicta, R.426. quando publica dicantur, *R.*427. gaudent priuilegijs ecclesiæ,*R.*428. gaudẽt immunitate,ib.

1 *Ordinari* sine titulo nemo potest, *R.*280. aliàs est irregularis, n.3. ordinatus per saltum est irregularis pag. 123. quale beneficium requiratur, vt quis ordinetur, *R.*345. titulo pensionis nemo potest,*R.*273. ordinatus titulo beneficij acquisiti in fraudem tenet,*R.*273. habens plura domicilia, vbi ordinandus, *R.*276. etiam ratione familiaritatis,R.278. quando incipiat,num.1. scientia requisita in ordinando,*R.*279.

2 *Ordinari* sine examine quis possit, *R.*371. an possit titulo præbendæ temporalis,*R.*49. an ratione commendæ?ib. ordinatus ante ætatem,an possit priuari beneficio, *R.*105. an sit irregularis, n.2. ante ætatem suscipiens ordines sacros,absoluendus si pendente suspensione exercuit,dispensandus,*R.*240.

3 *Ordinarius* qui dicatur, *R.*295. eius nomine venit inferior Episcopo,*R.*571.

3 *Ordinatus* in minoribus sine dimissorialibus an pœnæ subiaceat, *R.*243. quando sine dimissorialibus possit ordinari, *R.*244. *R.*325. sine dimissorialibus ordinatus,non potest exequi, n.19. ordinari nequit infamis, *R.*493.

2 *Ordines* Minores diebus festis conferendi,*R.*273. non conferuntur sine missa,*R.*466.

4 *Ordines* omnes vno die suscipere non licet,*R.*210. fallit in Carthusianis,n.2. duo sacri non conferuntur eodem die,*R.*211. minores,& subdiaconatus non conferuntur vno die,*R.*212. quando liceat,n.2. anni cursus inter vnum & alterum ordinem quomodo computetur,R.213. dispensatur intestitia ab Episcopo,vel Capitulo,& Abbate cum subditis,*R.*214. sed iusta causa, R.215. clarè facienda dispensatio,R.216. peccat qui suscipit non seruatis interstitijs; Episcopus non, Ref. 217. Episcopus in eis cum familiari non dispensat, *R.* 218. ordines minores quomodo conferendi, R.481. ab Abbatibus conferuntur ex priuilegio, *R.*581. quibus conferant, *R.*583. ordinem sacrum non confert qui sacerdos non est, *R.*585.

3 *Ordinum* collatio quando nulla, R.325. n.9. titulo beneficij, vel patrimonij quis ordinatur, *R.*457. *R.*454. ordinans sine titulo est irregularis, & tenetur dare alimenta,n.2. & *R.*459. regularis ante professionem non ordinatur sine titulo,*R.*455. idem est si Episcopus ordinet filium diuitis, *R.*456. titulus est inalienabilis, ibid. beneficium debet esse congruum pro alimentis; nec sufficit doctoratus ad ordinandum, *R.*458. tituli enumerantur sufficientes,R.457. ordinatus cum promissione alimentorum non est suspensus,*R.*459. titulus debet esse in immobilibus,*R.*460. sufficit in grege n.2. ordinari potest ab Episcopo domicilij, originis,& beneficij, *R.*481. notoriè dignus ordinatur sine examine, n.1. laicus extraneus non ordinatur ab Episcopo, nisi per triennium fuerit commoratus, n.5. institutus vt ordinetur presbyter, an possit cogi a substituto,vt in tempore determinato suscipiat,R.558. ordinatus cum patrimonio ficto est irregularis,*R.*570.

1 *Ordo* conferendus a suo Episcopo tantum, *R.*268. clericalis quomodò probetur pag. 122. non probatur per bullas ordinis superioris pag.123. notabilia, pag. 124. conferendi seruatis temporum interstitijs,a quo possit dispensari,R.616. R.493. non potest sine causa denegari ab Episcopo,R.497.

2 *Papa* in collatione non aufert ius tertij,*R.*198.

4 *Papa* habita notitia pendentis litis coram iudice signandum decretum,videtur auocare, R.416.

1 *Papæ* scientia requiritur, si agatur de eius præiudicio, R.32. auctoritas non suplet defectum causæ, R.34. n. 6. voluntas in dubio qualis,*R.*120. n.7.

3 *Papæ* auctoritas non præscribitur,R.237.n.5. contractus cum Papa non requirit solemnitatem, *R.*306.

4 *Parochia* noua erigi potest tacito Episcopi consensu, R.219. non requiritur in refectione,n.5. satis quod habeatur post constructam, nu.3. præsumitur consensus interuenisse si in ea celebrata diuina fuerint, R.220. ex distantia,ob deuotionem potest erigi noua,*R.*221. causæ allegatio facta ab Episcopo non deficit, *Ref.* 222. quantum ab altera distare debeat, *R.*223. causæ iustitiæ circa erectionem an sit apud Episcopum, n.2. parochia quæ dicatur, R.291. parochiani licet suscipiant sacramenta in aliena parochia,non mutant parochiam, *R.*291. parochiæ non præiudicatur,si curatus negligat sacramenta administrare, n.4. quot pa-

rochiani sufficiant ad eam constituendam, nu. 5. parochianus quis dicatur, a quo parochus exigat iura sua, quid requiritur, R.292. in parochia sunt sumenda sacramenta, R.293. decimas colligere est ius parochiale, R.295. parochia noua non erigitur sine parochi assensu, in cuius finibus erigitur, R.298. parochus vagabundorum quis dicatur, R.299. & peregrinorum, ib. parochianus debet sumere SS. Euchar. in die Paschatis in parochia, R.299. sepulto in aliena parochia cadauere, parocho suo debetur quarta, R.300. parochus exigit stipendia pro celebratione missarum facta parochiæ, R.302. manutenendus est in possessione, R.303. iura parochialia præscribuntur, R.304.

1 *Parochialis* ecclesia prouidetur ex concursu, R.362. vnita canonicatui non est parochialis, R.391. non vnitur in beneficium simplex, R.393. quando possit separari, R.486. de iure debentur ei decimæ omnium fructuum, & primitiarum, Resol.518. an possit agere pro eleemosina, quæ ex consuetudine ei datur, R.519. an beneficium curatum, R.525. vt parochia dicatur, quid necesse, R.526. R.571.

2 *Parochialis* ecclesia nisi reparetur a populo diruatur in totum, R.201.

4 *Parochialis* functio benedictio candelarum, Resol.306. cinerum, R.307. palmarum, R.308. fontis baptismalis, R.309. delatio SS. Sacram. in die Cœnæ, R.310. aspersio domorũ in Sabbato S. Resol.311. parochus dicitur prælatus, R.305. n.3.

1 *Parochianus*, cuius sit habitans in confinio duarum parochiarum, R.520. n.4. cuius parochiæ sit, n.2.

1 *Parochus* examinandus ab Episcopo, R.504. ei quando detur coadiutor, n.2. quæ ei necessaria, R.522. regularis, delinquens extra parochiam, a quo puniendus, R.523.

1 *Parochus* proprius an ruralis, an vbi quis abit, vel animo non permanendi, R.225. benedicens secundas nuptias punitur, R.324. si filiam spiritualem carnaliter cognoscat, punitur, Resol.329. tenetur personaliter residere, quanto tempore possit abesse, R.403. parocho carcerato, qui administrat sacramenta consequitur eleemosinas, R.516. an facta fide matrimonij iuxta librum, si postea fidem faciat in libro non reperiri registrum, fit falsum, R.517. cui datus est conductor, tenetur residere, R.525. si candelas non distribuat, possint ei negari decimæ, Resol.527. si eius redditus ascendat solum ad 100. ducatos, tenentur ad reparationem ecclesiæ, R.528. centum ducati debent esse liberi, n.2.

3 *Parochus* potest ex consuetudine panem vendere parochianis, R.374. nu.10. potest aliquid percipere de bonis defuncti, nu.5. proprius in matrimonio qui sit, R.421. n.5. quod est intra fines parochiæ cedit parocho, R.484. potest denegare Eucharistiam non soluentibus decimas, R.521.

1 *Parricida* est qui occidit patrem carnalem, vel spiritualem, R.329. n.3.

2 *Pars* Vniuersitatis, quæ requiratur ad electionem, R.247. duæ partes sint præsentes, R.280. maior minori an præiudicet, R.491.

2 *Partus* suppositus quando reuelandus, R.346.

1 *Pater* spiritualis, vel carnalis non est testis in causa filij, R.329. n.4.

2 *Pater* filium spurium etiam exponens punitur, R.28. an possit ordinari, si filium suffocauerit ignoranter, R.40. non tenetur reuelare filij delictum, R.310. pater si carceret filium non accusatur de priuato carcere, R.453. si clericum filium percutiat, non incidat in pœnam canonis, ib. quid si modum excedat, n.5.

3 *Pater* potest cogi donare filio pro patrimonio, Resol.324. tenetur alere filium vacantem literis, num.2. non alens filios excommunicatur, n.4.

1 *Patriarcha* in vrbe nõ fert ante se crucis vexillũ, R.501

4 *Patrimonij* titulus quid contineat, R.88. datum si perdatur, iterum dandum, n.7. illud dare pater cogitur, n.1. non alienatur, nec hypothecatur, nec permutatur, R.89. nec acquisito beneficio, R.90. non præscribitur, R.91. in eo gaudet clericus priuilegijs ecclesiæ, R.92. vt electione fori, R.93. immunitate decimarum, R.94. R.143. non imputatur in legitimam, n.3.

1 *Patrimonium* loco beneficij subrogatur, R.82. gaudet priuilegio ecclesiæ, n.2. subiacet charitatiuo subsidio, n.3. non imputatur pro legitima filio, n.4. & R.532. an alienetur cum assensu Episcopi, n.5. quantum esse debeat, R.281. ad cuius titulum quis ordinatur in immobilibus esse debeat, pag.122.

3 *Patrimonium* clerici fictum, R.570.

1 *Patrono* inopi debentur alimenta, R.164. an patronus possit variare, R.167. vide præsentatus. Patroni an possint præsentare seperatim, R.171. maior pars patronorum præfertur, n.2. patronus nequit promittere aliquem præsentaturum, R.175. n.4. an possit renunciare in præiudicium filiorum, R.205. si non præsentet in tempore, qua pena puniatur, R.326.

3 *Patrono* subuenire debet ecclesia patronata, R.92. n.6. & R.284. potest accumulare etiam si procurator præsentauerit, R.237. n.3. an alimenta præstanda dote perempta, R.185. patronus debet prius probare egestatem, R.286. vniuersitas patrona non alenda, sed syndici, R.287. ecclesia tenetur de homicidio, ni alat, R.287. tenetur alere filios, & familiam, n.5. patrono alimenta debentur, & si alteri donauerit iuspat. Resol.289. dote perempta, dos debetur de alijs bonis, nu.2. non tenetur de proprio ad onera conseruandi iuspat. n.20. an præferatur pensionario, R.290. alimenta debentur pendente lite, R.291. si succumbat nõ restituit, R.292. debentur alimenta deducto onere beneficij, R.293. habita ratione personæ, R.294. pacisens cum clerico instituendo est simoniacus, R.430. patronus laicus potest variare in præsentando non ecclesiasticus, R.463. quando ecclesiasticus possit variare, n.7. compatronus nequit seipsum præsentare, sed consentire, R.522.

2 *Patronus* intra quadrimestre præsentat, R.458. si clericus intra sex, ib.

4 *Patronus* nequit recipere oblationes factas intuitu deuotionis in sua ecclesia patronata, R.139. patronis inter se litigantibus quid interim aget Episcopus, R.405.

1 *Pauper* quomodo probetur, R.257. qui sit? tom.3. R.286.

1 *Pecunia* seruando seruari non potest, R.47. non est res pretiosa, R.67. num.2. venit titulo rei mobilis, num.3. R.70. num.3.

1 *Pensio* laico non reseruatur, R.151. an possit imponi sine consensu patroni, R.194. non dicitur beneficium ecclesiasticum, Resol.273. datur in titulum, vel stipendium, n.4. non grauat congruam centum ducatorum, R.376. habita, vel non possessione quid importet in pensione, R.377. qua ætate quis sit capax pensionis, R.358. pensio reseruata in collatione beneficij nulla, valet, R.380. pensionis solutio non retardatur, R.379. contra capitulum agitur pro pensione debita a canonico, R.381. an debeatur fructibus non perceptis, R.382. successor beneficij non tenetur ad pensiones decursa prædecessoris, R.383. in simplicibus non excedat tertiam partem fructuum, R.374. in reductione pensis, quæ onera deducantur, vt centum remaneant Rectori, R.521.

2 *Pensio* quando possit imponi, R.100. decursa transit ad hæredes pensionarij, Resol.117. non est beneficium ecclesiasticum, num.2. literæ pensionum a quo exequuntur, R.340. pensionarij non tenentur ad expensas factas a titulari pro defensione tituli, R.426. pensio, qua decem per centum soluitur annuatim, non valet,

ser, *R.*434. non datur spurio, R.445. non resignatur, R.470. compatibilis cum beneficio curato n.2. laico dari potest, n.5. ad paruum officium obligatur pensionarius,n.6. in articulo mortis potest transferri,n.4.
3 *Pensio* datur bigamo,R.37. *habita, vel non habita possessione* quid operetur, R.113. n.4. clausula *& qui pensione consensit*, n.7. clausula *sine retardatione*, R.114. num.16.
3 *Pensio* quomodò imponatur super distributionibus, nu.4. ab Episcopo sine causa,vel perpetuò non imponitur, R.275. pensionarius an præferatur patrono alimenta petenti, R.290. debet imponi cum consensu soluentis, R.351. R.477. & quomodo declaretur, ib. pensionis exactio literis non expeditis an simoniaca, Resol.427. portio beneficij debita pensionario, R.428. non soluitur a beneficiato non habente possessionem, ib.clausula *habita vel non habita possessione*,ib. inexacta & decursa transmittitur ad hæredem pensionarij, R. 474. pag.313. debetur hæredi pensionarij defuncti si fructus sint percepti, num.3. annua recipit diuisiones mensium, dierum, nu. 4. an possit in alium transferri inuito titulari, R.531.
4 *Peregrinus* legibus loci, vel Episcopi quando teneatur,R.382.
3 *Peritus* eligendus an sufficiat vnus, R.541.
3 *Periurus*, qui iurauit soluere in termino,& non soluit, Resol. 255.a laico punitur,R.256. n.5.tortura non purgatur,est infamis,repellitur a testimonio,R.257. periurij exceptio impedit processum progredi, R.258. cognoscitur a iudice ecclesiastico,R.259.
1 *Permutatio* rei ecclesiæ cum secularibus non valet, R. 71.inter rectores est valida,n.3.
2 *Permutatio* an credatur ordinario facta ex causa iusta, R.460. beneficij an ob læsionem rescindatur, R. 463. fraudolosa vnde videatur,R.465. an rescindatur ex inæqualitate beneficiorum,R.480.
3 *Permutatum* beneficium non transit sine declaratione ad permutantem, R.260. permutans si redeat ad beneficium tenentur restituere fructus perceptos, R. 261. an fiat permutatio de beneficio vnito, Resol.262. quando fraus præsumatur, R.263. R.341. ea non sequuta,redit ad beneficium absque licentia,R.407.
1 *Pœnitentiarius* a quo instituendus, & quid agat, Resol. 487. non absoluit a reseruatis, nisi specialiter ei concedatur,R.502.& tom.2. R.179.
2 *Pœnitentiarius* non potest alium delegare, R.179.
1 *Pocula* amatoria an sapiant hæresim, R.434.
4 *Ponderibus* falsis vtens vt puniatur, debet esse dolosus,R.633.n.8.
1 *Possessor* bonæ fidei an fructus restituat, R.72.
2 *Possessor* triennalis legitimus censetur, R.110. pacificus qui,R.251.immemorabilis habet cum tituli, Resol. 321.num.4.
3 *Possessor* triennalis idem est, ac vsucapiens per 40. R. 478. n.5. ex possessione decennali præsumitur titulus diuisionis, R.515. si detur possessio sine citatione, reseruantur iura contradictori,R.578. n.6.
4 *Possessor* manutenendus in possessione, R.303.
1 *Præcedentia* an armis defendenda, R.569.
2 *Præcedentia* inter mẽdicantes,R.101.inter senatores, n.2.debetur religioni primò institutæ,R.102.dignitates inter se quomodò præcedant, R.168.
3 *Præcedentia* ex antiquitate decernitur, Resol.277. vel consuetudine, R.279. Barones sedeant ordine consueto, n.2. maior in dignitate præcedit antiquiorem in tempore, R.280. consiliarius aduocatus non cedit, sed præcedit, n.5. prior possidens præcedit,R.283.
4 *Præcedentia* debetur maiori ætate in eum,qui primò nactus est beneficij possessionem,R.56.
4 *Prælatus* inferior præscribi quæ sunt meri imperij, R.131.R.304.quando possit vt Episcopus,R.132.nequit authorizare in permutatione, R.133. non venit nomine Episcopi, n.3. pendente inquisitione exercet iura Episcopalia,n.4.prælati seculares qui sint,R.272. num.4.
1 *Præpositus* præfertur Canonicis, nec petit a punctatore licentiam,R.568.
4 *Præpositus* in cathedrali quem locum teneat, R.395. n.11.in collegiata est dignitas,ib.
1 *Præscriptio* contra ecclesiam quando, & quomodò currat,R.32.n.5.
2 *Præscriptio* in vno corpore ad aliud non extenditur, R.323. n.4.
4 *Præscriptio* 40.annorum datur in ecclesia,R.146.inferior an in superiorem præscribat,R.304.
4 *Præsentati* habilitas debet esse tempore præsentationis, R.475. R.231. præsentatus ad benef. licet ingrediatur religionem potest institui, R.248. nu.3. si idoneus necessariò debet institui, R.396. vide *Institutio* maior pars præsentantium quæ sit,R.401.soli Episcopo sit præsentatio, R.473. quomodo differat a nominatione,R.474.omnes possunt præsentari,R.475.ætas legitima præsentati,n.2.ignobilis an capax,n.7.coram quo facienda, si ecclesia sit in confinio duarum dioecesum, R.476. fit coram Capitulo sede vacante, R.477. fit coram Episcopo non consecrato, R.480. vel vicario etiam capitulari, Resol.478. vel coram superintendente relicto in dioecesi ab Episcopo, R.479.
3 *Præsentatio* ab institutione differt, R.378. fit etiam per literas,& nuncium,n.2. promissio de præsentando ante vacationem beneficij est nulla, R.464. variatio quot modis permittatur,Resol.465.procurator etiam variare potest, nec impeditur a præsentato, Resol.466. duo tantùm possunt præsentari,R.467.nequit variari lite pendente, R.468. tempus confirmandi præsentatum,R.537.
1 *Præsentatus* examinandus est ante institutionem, R. 150. n.4.R.202. præsentatio facienda præsentialiter n.2. R.326. laicus an possit præsentari, R.151. an valeat de clerico absente, R.152. ordinario non instituente an possit appellare,R.153. qua causa possit repelli,n.5.tempus præsentandi currit a die scientiæ,R. 166. contra formam institutionis an valeat, R.168. effectus iurispatron. est præsentatio,n.3. mortuo vno ex præsentatis lite pendente, alium nequit præsentare patronus;non potest variare,R.170.n.4 patroni an possint seperatim præsentare, R.171. ad præsentandum an possit constitui procurator cum beneficium vacabit, R.175. præsentari nequit suspensus ab ordine,Resol.176. neque excommunicatus, R.177. tempus præsentationis in beneficio attenditur, n.3. Irregularis nequit præsentari,R.178. minor 14.anno non præsentatur,R.180.ad præsentandum requiritur speciale mandatum,R.182.inter præsentatos q iis præferatur, R.184. R.217. an clericus patronus possit seipsum præsentare,R.190.præsentatus ad capellã debeat esse actu sacerdos, R.195. semel non sacerdos præsentari potest ad iuspatron.num.5. præsentans inhabilem,an priuetur ea vice iure præsentandi, R.196. præsentatio an reddatur nulla ex inualida institutione, R.199. tempus præsentandi ab Episcopo potest prorogari, R.206. cautela dotalis in præsentando,*R.*211. media præsentatio præsumatur, probatis extremis, R.212. præsentatio simoniaca vnius alijs non nocet, R.213. præsentatus cui lis mouetur, an possit aliquid soluere,vt lis cesset, R.215. dignior præfertur, R.217. Episcopo nil dare potest, R.231. intra quadrimestre facienda, R.326. facta præsentatione ad beneficium, non variatur,R.606.n.4.
2 *Præsentatus* intra quantum tempus instituendus ab Episcopo,R.260.
2 *Præsumente*, quid importet, R.194.
1 *Precarium* quid? an requirat Apostolicum assensum. R.61.

Pre-

1 *Pretium* iustum quale, R.57.n.4.
1 *Pretium* quod subrogatur, R.96.
1 *Pœna* non reuocatur, R.315. lata a vicario non retractatur ab Episcopo vt iudice, n.2. eam remittere est de regalibus principis, R.316.
2 *Pœna* imposita ipso iure, indiget declaratoria, R.245. Resol.272. an mitiganda ex probatione bonæ famæ, Res.275.
3 *Pœna* quando ipso iure sit imposita, R.472. imposita ipso facto indiget declaratoria, R.482. in pœnalibus debet effectus sequi, R.494. in atrocissimis punitur conatus, n.9.
4 *Pœna* pecuniaria imponitur ab habente iurisdictionem, R.118. sede vacante nõ applicatur a Nuncio Cameræ Apostolicæ, R.119.
1 *Prima tonsura* prætermissa, an sumenda a sacerdote, R.591. ætas eam suscipiendi, R.254.
Primam tonsuram dimittens an cogendus reassumere, R.13.n.13. non est ordo, R.241.n.7. confertur subdito non suo, n.8. est ordo ecclesiasticus, R.325.n.10.
4 *Primam tonsuram* conferendi ordo, *R.*481. an regulares comprehendantur sub illa regula, R.482.
4 *Primicerius* habet officium cum iurisdictione, *R.*395. num.10.
3 *Primogenitura* a fratribus possessa non diminuitur, R.520.
1 *Principis* mandatum debet esse in scriptis, R.525.
3 *Prioritas* temporis in dignitatibus, vel gratijs, R.483.
2 *Prioritas* etiam horæ consideratur, R.255. si plures reperiantur scripturæ eiusdem datæ, quæ præcedat, ib.
2 *Priuilegia* se compatiuntur, R.473.
3 *Priuilegia* quando extendantur de persona ad personam, R.135. R.534.
4 *Priuilegia* non auferunt ius quæsitum tertio, R.640. n.7. strictè declarandum, ib.
1 *Probatio* in contrarium quando admittatur, R.8.n.2.
1 *Processionibus* publicis non interuenientes regulares puniendi, & quales, R.319. processio publica quæ? n.7. in eis iuxta consuetudinem præcedunt, R.564.
2 *Processionum* præcedentia quomodò iudicanda, Res. 102. consideratur etiam in hora, R.103.
1 *Procurator* fines mandati excedens, reddit alienationem nullam, R.19. inuestiens pecuniam monasterij sine solemnitate, qua pœna teneatur, Resol. 47. quidquid facit, est pro domino, *R.*54. si alienet reseruato assensu Apostolico, an possit dare possessionem, antequam habeatur assensus, R.54. nu.2. vt alienet, debet habere mandatum speciale, R.89.n.4.
2 *Procurator* quid possit mortuo principali, R.487.
3 *Procurator* reuocatus si agat, nihil agit, R.538.
4 *Procuratores* in solidum constituti, R.39. in electione pro absente quomodo constituatur, quid possit, & reuocetur, R.42.
1 *Professio* fidei in dubio an credatur facta, Res.590. a quo fiat, ib.
1 *Professio* qua ætate fiat, R.559. nullitas professionis cur, & quando permittatur, R.560. etiam post quinquennium, R.561. an intra annum probationis fieri possit, & a quo, R.627.
3 *Professio* fidei a quibus emittenda, R.198. qui semel fecit, teneatur iterum facere in electione nouæ parochiæ, R.199. si omittatur perduntur fructus, Res.200. condonantur a Papa, n.3. non emissa distributiones non perduntur, *R.*201. quid si fructus omnes starent in distributionibus, n.12. qui inaduertenter non fecit, non peccat; sed restituit, R.202. non fit per procuratorem, R.203.
3 *Professio* an annullari possit ab Apostata, R.327. quomodo possit annullari, ib. & intra quinquennium, n.5. professus nulliter, quò possit fugere, *R.*328. etiam post quinquennium annullatur, si fuerit per vim, ibid. facta die susceptionis habitus valet, R.329. annus 16. in professione debet esse completus, ib. vt valeat, quæ requirantur, R.330. non annullatur, licet tempore ingressus parentes indiguerint, R.331. tacita quomodò inducatur, R.336. facta ob metum reuerentialem an sit nulla, R.408.
4 *Professio* religionis in 16. fit anno, R.60. non est nulla, etiam voluntate prius non explorata, Res.197. examen debet præcedere, & voluntatis exploratio, R.198
2 *Professione* annullata a superiore non ab Episcopo, an possit permanere in sæculo, R.20. facta a puella phtisica an prosit monasterio, R.493. in acquisitione bonorum non prodest facta in morte, ib. n.10. simpliciter fit, vel causa deuotionis, n.5.
4 *Protonotarius* dignitas est, R.114. pretium 100. aureorum erogatur in expeditione literarum, R.115. iuramentum præstet, ib. est princeps notariorum, R.573. visitatur ab Episcopo etiam extra actum visitationis, R.573.
2 *Protonotarij* subsunt Ordinario, R.41.
3 *Publicum* crimen quale, R.267. n.4. publicum est corã sex personis, R.559.n.3.
3 *Puella* deflorata supponitur inuita, *R.*76. in dubio virgo præsumitur, n.7.
4 *Puellæ* voluntas exploranda ab Episcopo, volentis ingredi religionem, R.195. non a Vicario, R.196. non est exploranda ad petitionem eius, qui puellam petit in vxorem, R.199. puellæ educandæ in monasterio qualis, R.204. et non licet habere ancillam, n.2. quid necesse vt recipiatur causa educationis, R.205. cogentes eam ingredi in monasterium causa educationis, censuris subiaceant, *R.*206. ætas 12. annorum requiritur, vt possit ingredi, R.207. nec dispensatur ab Episcopo, n.2. morari eis licet in monasterio intra 25. annos, R.209.
1 *Purgatio* canonica quid sit, R.589. extra hæresim est obsoleta, n.4.
1 *Quarta* portio debeatur Episcopo de relictis confraternitati, R.45. n.2. quarta funeralis an debeatur de exequijs factis post sepultum corpus, R.581.
2 *Quarta* debetur Episcopo an etiam a monachis, Res. 209. quæ & quorum debeatur quarta Episcopo, Res. 227.
3 *Quarta* Episcopalis, & Parochialis quid, *R.*342. cui debeatur, a quo, de quibus, n.2. Episcopalis prius deducenda quam parochialis, n.5. iuxta consuetudinem loci taxatur, n.6. & R.346. vel metropolitanę ecclesiæ, n.7. parochialis quæ, R.342. debetur etsi alibi sepultura eligatur, n.3. quibus, & quando debeatur, n.5. non debetur de donatis in vita, R.344. debetur a nouitio, n.6. de quibus, & quando non debeatur, ib. non debetur si quid relictum parochiæ, n.18. non soluitur, nisi petatur, n.19. Episcopalis quando non debeatur, Res. 345. in detractione non attenditur persona relinquẽtis, sed locus cui legatur, n.13. de legatis relictis confraternitati an detrahatur, n.14. vel de eo, quod donatum inter viuos, n.16. vel de relicto ab eo qui religionem ingreditur, n.17. quanto tempore præscribatur, R.346. non debetur ex cereis associantibus cadauer, n.8. non debetur de relictis pro fabrica ecclesiæ, R.347. detrahitur de relictis cappellæ, n.4. sed non de dote ecclesiæ, R.348. nec legato ad pias causas, n.2. an debeatur de relictis Episcopo a persona coniuncta restituendis ecclesiæ post mortem Episcopi, n.4.
4 *Quarta* funeralis debetur parocho, R.300. est ius parochiale, ib. an debeatur commendatario, n.4.
1 *Quindennium* quando soluendum domino, R.633.
2 *Quota* decimarum an consuetudine minuatur, R.336.
2 *Raptus* vbiq; punitur, R.82.
4 *Raptus* qui, Res.437. inter raptorem & raptam non contrahitur matrimonium, R.436. cum volente committitur, R.438. meretricis aliquando punitur pœna mortis, *R.*439. copula non sequuta non punitur, Res.

451. etiam sine copula matrimonium impedit, nu.3. an impediat si mulier rapiat virum, R.452. qui sit causa libidinis an impediat matrim. R.453. an impediat sponsalia, R.454. rapta quando dicatur in potestate raptoris, Resol.455. an raptus dicatur violentia munerum, verborum, R.456.

2 *Referendarij* an subiecti Episcopo, R.30.

1 *Regularis* notoriè delinquens, an, & quomodo ab Episcopo puniendus, R.556. in quibus casibus ab Ordinarijs possint iudicari, R.557. deferens habitum suæ religionis subtus habitum alterius religionis, an censendus apostata, Resol.558. professio qua ætate fiat, R.559.

2 An possint facere eleemosynam, R.25. eorum seruientes an sint exempti ab Ordinario, R.41. Prælati in monasterio habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, R.177. eiecti subsunt Episcopo, Res.185. ad quid teneantur eiecti, ib. concionatores tenentur licentiam petere ab Ordinario, vel benedictionem si in sua Ecclesia, R.190. quando excommunicari possint ab Episcopo, Res.210. corpore an sit vitiatus, declaratur ab Episcopo, R.271.n.3. Priores, Guardiani possunt esse delegati, R.287. in subsidium ad beneficia admittitur, R.333. pœna in eum qui concionatur sine licentia Prouincialis, R.401.

3 *Regularis* fugitiuus qui, R.14. eius pœna, R.15. etiam ille qui sine licentia transit ad aliam religionem, Res. 19. potest exire a religione cum licentia Papæ, R.21. vel Generalis, aut Prouincialis, n.9. in quibus casibus subsit Episcopo, R.276. petita, & non accepta licentia potest transire ad strictiorem religionem, R.202. obligatur ad onera ab hora suscepti habitus, R.329. ob parentum amorem potest a religione exire, R.331. an tenentur, n.3. Regulares canonici an in processionibus ferant crucem, R.549.

4 *Regularis* a quibus beneficijs sine causa possit remoueri, R.53. non emittens professionem non eligit, nec eligitur, R.137. a conuentu recedens quomodo punitur, R.328. si malè tractetur a superiore confugit ad superiorem, R.329. nec puniri ob hoc potest, R.330. etiam sine Abbatis consensu, ib. non debet retineri ab Ordinario, licet possit; si iuste confugiat, R.331. licet sine licentia, R.332. nec dicitur apostata, R.333. iniustè fugiens, sed pœnitens non punitur, R.334. fratres prædicatores non possunt confugere, R.335. in multis religionibus sublatum est ius appellandi, R.336. regis tribunal petere non conceditur, ibid. quando legibus Episcopi teneatur, puta festorum ieiunij, R.380.

4 *Religiosi* cum licentia possunt donare 10. ducatos, R. 87. confessor absoluens sine restitutione ipse restituit, R.86. largientes qua pœna afficiantur, R.81. an declaratoria requiratur in pœnis supradictis, Res.82. prohibentur Abbates, canonici, moniales, religiosi existentes extra monasterium, R.83. donare possunt causa remunerationis, R.84. tertiarij, militares, nouitij, habentes beneficium ecclesiasticum excipiuntur, R.85. recipiens ab eis a solo Papa absoluitur, & ante absolutionem restituit, R.86.

3 *Religiosorum* nomine veniunt hierosolymitani, Res. 332.

3 *Remissio* ad curiam artis lanæ vt fiat; duo necessaria sunt, R.497. clericus non seruiens diuinis Episcopo non remittitur, n.6.

4 *Remissio* delinquentis an locum habeat in leuibus criminibus, R.611. vt fiat requiritur cognitio criminis, & vbi, R.612. iudex cogitur ad remittendum, vt executio pœnæ fiat in loco delicti, R.613. non habet locum, vbi ciuiliter agitur, R.614. quando ciuiliter agi dicatur, n.3. an remittere teneatur Curia Romana, R.615. quando vagabundus remittatur, Res.616. debet fieri, etiam si reus esset damnatus in loco originis, vel domicilij, R.617. vt fiat, debet peti a iudice, vbi factum est delictum, n.2. clericus remittitur absque petitione, nu.4. quando iudici petenti non sit remittendus, num.6. fur quando sit remittendus, R.619. in delictis mixti fori absolutus ab vno, quando remittendus sit vt puniatur pro eodem delicto, R.620. quando sit necessaria criminis cognitio, R.621. petens absolutionem a iuramento an remittendus, & cui, R.622. tertius veniens in causa an remittendus ad suum iudicem, R.633. remissio procedit etiam in contractibus, R.626. fideiussor an remittendus, Res.627. contumax perdit ius petendi remissionem, R.628. iurisdictio in remissione an intelligatur concessa cumulatiuè, vel priuatiuè, R.630. mandans remittendus est eo, vbi est patratum delictum, Res.631. vtens falsis ponderibus ignoranter remittitur ad iudicem ciuilem, R.633. laicus offendens cursores est puniendus per eandem curiam, R.635. quando remittendus ad locum domicilij, R.636. colonus ecclesiæ remittendus ad iudicem ecclesiasticum, Res.637. feudatarius exemptus an remittendus, R.638. reus an sit conueniendus in loco actoris, Res.641. laicus & clericus simul delinquentes an remittendus quilibet suo iudici, R.642. clericus an remittendus a laico priusquam probetur clericus, R.644.

2 *Remissio* quid importet, R.71. vt delinquentis fieri possit, R.72. quomodo facienda, R.73. an facienda ad locum delicti, R.74. quando cesset, R.75. cuius expensis fiat, R.76. an remissioni subiaceat curia Romana, R.77. in leuioribus non habet locum, R.78. quibus, & a quibus fiat, R.79. an ad eam iudex cogi possit, R.80. non practicatur in ciuilibus, R.81. nec in raptu, R.82. an non petenti fiat, R.83. vagabundus non remittitur, R.84. nec fur, R.85. debet præcedere cognitio criminis, R.86. quomodo fiat, R.86. olim fiebat cum mitra, tubis, catena, n.3. an in ea forum delicti sit principalius, R. 88. an iudex cui remittitur stet processui iam facto, R.89.

4 *Remissio* delinquentium, R.601. quotupliciter sumatur, R.602. quæ requirantur, vt fieri possit, R.603. quando non fiat, R.604. cuius expensis fiat, R.605. an in ea forum delicti sit principalius, R.606. iudex cui fit remissio, tenetur stare processui facto a iudice remittente, R.607. quibus, & per quos fiat remissio, Res. 608. an locum habeat in raptu, R.618. fit sine ignominia, R.609. nequit fieri iudici qui non habet iurisdictionem, R.610.

2 *Remittendus* sit ne Officialis an per sindicatores puniendus, R.141. ratione beneficij etiam sine reditu sit clericus remittendus, R.142. latrones non remittuntur, R.143. deponens falsum in causa ciuili an remittatur iudici criminali, R.144. laicus clerici fideiussor sit remittendus, R.145. non competit tertio venienti in causa, R.147. heremita debet remitti, R.149. habens fratantiam an remittendus, R.151.

1 *Renunciatio* beneficij ab ingrediente religionem quando facienda, R.624.

2 *Renunciatio* tacita per adeptionem secundi beneficij, fiat sine auctoritate, R.482.

3 *Renunciatio* quid sit, R.357. a quo, de quo, & cui facienda, ib. facta sine solemnitatibus concilij, est nulla; etiam si sequatur professio, R.358. vt valeat, debet renuncians cessiorari, R.359. facta extra tempus nouitiatus non requirit solemnitates, R.360. annullata professione, etiam renunciatio est annullata, R.361. solemnitas requiritur in maiore etiam 17. annis, Res. 362. facta non reuocatur, R.363 n.8. idem dicitur in equitibus Hierosolymitanis, R.364. renunciatio beneficij contra dispositionem concilij annullatur, ante professionem non renunciatur, R.365. tacitè inducitur ex professione, n.4. si fiat absque licentia superioris, non vacat beneficium, R.579. non tenet prælato non acceptante, n.3.

1 *Rescriptum* non extenditur ad non expressa, Res. 120. num. 2.

3 *Rescriptum* dubium interpretandum secundum ius commune, R. 376. verba rescriptorum sunt triplicis generis, R. 379. an probent, ib. onus probandi contra rescriptum spectat ad opponentem, R. 380. si in eum opponatur surreptio, debet dari terminus ad probandum, R. 381. primum quando tollatur per secundum, R. 382. cum formula *perinde valere*, quando petatur, & quomodo, R. 384. non datur in literis sacræ pœnitentiariæ, n. 2. sub forma *dignum arbitramur* quid operetur, *R.* 385. *sub forma pauperum*, *R.* 386. *indignatio Petri*, *& Pauli* in rescriptis, R. 387. quando dicatur surreptitium, Res. 445. debet in eo dici coram quo lis pendeat, *R.* 447. non exequitur priusquàm exceptio obreptionis decidatur, R. 448.

2 *Reseruatio* est odiosa Episcopo, R. 237.

1 *Residentia* in beneficio simplici non requiritur, R. 195 n. 6. omni iure necessaria in omni beneficio, Res. 321. non residens vt priuetur, quid requiratur, ib. habens parochialem annexam canonicatui, tenetur residere in canonicatu, R. 391. nu. 4. pœna contra non residentes ab Episcopo an possit alterari, R. 488. obtinens simplex beneficium, teneatur residere in dioecesi, Res. 534. non residens an possit priuari beneficio, R. 625. canonicus non residens quomodo puniendus, R. 634.

2 Non residendi licentia causa studij habetur ab Ordinario, R. 289. n. 3.

3 *Residere* non tenetur cappellanus, R. 394. residentia non requiritur in beneficio tenui, nec simplici, n. 3. & R. 403. rector parochialis non tenetur residere, habens vicarium perpetuum, Res. 395. non residens ob seruitia Papę, gaudet fructibus prębendę, R. 396. idem in absente ob Rempub. n. 2. idem in canonicis absentibus ob seruitium Episcopi, nu. 11. residere qui non dicatur, R. 399. causa non residendi debet esse iuxta cum licentia, R. 400. Abbas tenetur residere in collegiata, vbi est titulatus, R. 401. residentia requiritur in omni beneficio, R. 402. an canonicus teneatur residere, R. 403. quis teneatur, vel non, R. 404. tempore pestis tenetur residere, sed non sæuiente tyranno, R. 405.

2 *Resignans* non gaudet restitutione contra resignantem, R. 288. publicatione non facta, nulla est resignatio, & aliæ pœnæ, R. 447. resignatarius debet expedire bullas resignati beneficij, R. 448. nequit fieri in manu vicarij, R. 471. debet esse libera, nec metu facta, R. 485. oblata per procuratorem in vita resignantis, possit ratificari post mortem resignantis, R. 487.

3 *Resignari* potest primum beneficium adueniente secundo incompatibili, etiam cum pensione, R. 567.

4 *Resignatio* habet vim præsentationis, R. 471.

3 *Resignatio* fit etiam per procuratorem laicum, R. 79. quando dicatur facta in articulo mortis, Res. 91. post resignationem nullum ius habet, R. 315. nec ad officium tenetur, n. 2. an facta contra formam bullæ de publicandis resignationibus, valeat, R. 339. Constitutio Pij V. habet locum in resignatione facta in manu Ordinarij, R. 340. nō dicitur resignatum beneficium, si resignans moriatur infra 20. dies, R. 341. regula de infirmo resignante non currit in æquali permutatione, n. 2. non vacat superiore non acceptante, Res. 406. cum regressu, vel pacto est simoniaca, R. 426. resignata beneficia in manu Episcopi non conferantur consanguineis resignantium, R. 478. eum potest pœnitere, si consensus non sit exaratus, R. 523. non expeditur, nisi prius consensus fuerit præstitus in cancellaria, n. 3. facta per procuratorem in curia, adhuc fieri potest in manibus Ordinarij, n. 5.

1 *Resignationis* denunciatio facta, vel non a quo probetur, R. 626.

4 *Restituenda* an possint sibi appropriari, R. 126.

1 *Restitutio* quando ecclesiæ competat, R. 22. R. 32. n. 3. contra quem detur, n. 4.

4 *Restitutio* in integrum datur minori, R. 319. ecclesiæ, ibid.

1 *Retrouenditio* est alienatio, R. 49.

3 *Rex* suo parocho confiteri debet, R. 238. n. 14. regis dignitas non venit nobilium nomine, R. 352.

1 *Romana* Curia an remissioni subiaceat, R. 77.

2 *SAcerdos* ab omnibus absoluit in mortis articulo, Res. 229.

3 *Sacra* quæ dicantur, R. 414. & 415.

4 *Sacramentorum* administratio ad parochum spectat, R. 301.

3 *Sacrilegus* est surripiens ex ecclesia, non ex oratorio, R. 411. ex cœmeterio, R. 412. non est qui furatur ędes sacerdotis, R. 413. in sacris, sanctis, religiosis committitur sacrilegium, R. 414. morte damnatur, R. 416. viuus comburitur fur SS. Euchar. ibid. surripiens crucem, reliquias, & alia, quæ ibi vide, sacrilegus dicitur, R. 417. quot modis cōmittatur tom. 4. R. 643. a quo puniendum, ib.

1 *Sanctorum* corpora transferuntur de loco ad locum cum licentia Episcopi, R. 60. sacrilegi qui & furantur, n. 4. stylus Rom. curiæ in concessione eorum, n. 6. conceduntur solum cum consensu Apostolico, n. 3.

4 *Scholarium* priuilegia dantur etiam familiæ, *R.* 637.

1 *Scriptura* quando dicatur perfecta, *R.* 1. n. 5.

4 *Seminario* quis teneatur contribuere; quæ ei nequeant applicari, R. 129.

3 *Seminarium* an dicatur locus pius, R. 418. gaudet immunitate ecclesię, *R.* 419. non soluit tributa, num. 4. habet electionem fori, R. 420. nemo cogitur vendere locum suum pro erectione seminarij, R. 421. vnio facta seminario quid requirat, R. 422. ei datur restitutio in integrum, R. 423. seminario inchoato vnio beneficiorum fieri potest, R. 424.

1 *Seniores* an ætate, vel moribus dicendi, R. 607. seniorum priuilegia, ib. & tom. 3. R. 277.

1 *Sententia* si non fit in actis, non probat, R. 142. nu. 6. quando dicatur antiqua, nu. 7. duorum iudicum ea præualet, quæ mitior, R. 214.

3 *Sententia* probat acta in antiquis, R. 508. sententiæ quando quis præsumatur consentire, n. 6. lata non visis actis est nulla, R. 569. exequutam an credatur iudici asserenti, ib.

4 *Sententia* est nulla vitio Iurisdictionis, R. 40. vel defectu procuratorum, R. 39. vel citationis, R. 35. R. 33.

4 *Sententia* interlocutoria habens vim definitiuæ, quæ R. 485. quando in eam appelletur, ib. super desertione an vim habeat definitiuæ, vt appelletur, R. 486. declarantis se esse competentem, vim habeat definitiuæ, R. 487. condemnatoria expensarum an habeat vim definitiuæ, R. 490.

4 *Sepelitur* cadauer occisi in confinio duarum parochiarum, vbi est caput, R. 476.

4 *Sepulcrum* familiæ, hac extincta, alijs potest dari, R. 278. sepeliendi ius est parochiale, Res. 293. pendet ab administratione sacramentorum, n. 4. viator vbi sepeliri debeat, n. 3. cadauer vbi sepeliendum, sepultura non electa, R. 294. princeps vbi sepeliendus si non habeat propriam sepulturam, n. 3. spurius vbi sepelitur, n. 4. filius exhæredatus sepelitur in sepulchro patris, n. 5. filius non in matris sed patris sepul. sepelitur, n. 6. expositi vbi sepeliuntur, n. 8. vxor in viri sepul. num. 9. non in vxoris maritus, ib. vbi adoptiuus, n. 13. Relegati, damnati ad mortem, n. 14. sepultura electa, sed interdicta, vbi sepeliendum, n. 17. contagiosi, n. 18. decedente matre prægnante vbi fœtus sepelitur, n. 19. sepulturæ electio est libera, n. 20. est matris absente patre, n. 21. pro filio emancip. impubere pater eligit, nu. 22. adultus licet curatorem habeat, eligit, num. 23. vxoris maritus non eligit, nu. 24. serui eligit dominus, nu. 25.

extra

extra cathedralem Episcopus an possit eligere, n.26. nouitius sibi eligit, n.27. alterius arbitrio dari potest electio,n.29. parochus quomodo possit interrogare infirmum de sepultura, nu.30. persuadens mutare sepulturam an sit excommunicatus, n.31. electio sepul. in ecclesijs regularium nequit impediri,n.32. ad probandam electionem sepul. quot testes,n.33.probatur etiam per codicillum, nu.34. auus eligit pro nepote impubere,nu.35. pupillus non eligit,nu.36. nec frater maior pro minori,nec Abbas pro monacho, num.38. monachus non eligit,n.39. mandans suum corpus non sepeliri non auditur, n. 41. prima electio tollitur per secundam, nu.42. aliena eligi potest patrono consentiente, n.43. in necessitate parochus potest dare alienam sepulturam, n.44. in ecclesijs monialium potest eligi,sed non intra septa, n.44.

1 *Sepultura* in ecclesijs laico non dabatur,R.39.num.3. eam vendere simonia, nu.3. data capella, an dicatur datum ius sepeliendi, n.7. sepultura non electa, vbi facienda,R.570. Neapoli quid, n.1. an pro ea paciscisimonia sit,R.572. electio debet esse libera,R.573. ad suggestionem facta non valet, nu. 4. an electio possit cõmitti alterius arbitrio, R.574. singularibus testibus probatur,R.575. est communis familiæ,nu.2. aliquid recipi an possit, R. 576. an amicus pro amico eligere possit, Resol.577. ius affigendi arma in sepulcro, Resol. 578.sepulchrum proprium nemo sibi vindicat,R.596.

2 *Sepultura* propria si non sit,sepelitur Neap. in S.Restituta,R.46. sepelitur quis in sepulcro maiorum, nu.2. filius habet ius in sepulcro materno, n.4. electa ab infirmo,si conualescat, an dicatur reuocata, R.312. in testamento nondum stipulato an valeat, *R.*461.

3 *Sepulturæ* iter dare cogimur,R.421.n.10.

1 *Sequestrum* quando concedendum, R.622. decretum de sequestrando an vim habeat definitiuæ tom.4. R. 489.

1 *Sexagenarius* dicitur decrepitus, R.114.n.4.

4 *Sigillum* in scriptura arguit consensum domini, Resol. 364. num.4.

1 *Simonia* an sit dulciaria Episcopo offerre, R.231. de re spirituali pacisci, R.572.

2 *Simonia* a quo dispensetur, R.31.

1 *Simoniacus* ignoranter suffragatur regula de triennali, R.214.n.4. quando in excommunicationem incurrat,R.623.

2 Si ignoranter,tenetur resignare beneficium, R.31. an possit renunciare beneficium sine superioris licentia, R.131.

3 *Simoniacus* beneficio priuatur, R.313. non promouetur post peractam pœnitentiam, n.2. prius debet euidenter probari,n.3. realis simonia requiritur,n.6. est Episcopus dans dimissoriales ob pecuniam,R.425.

2 *Societas* super officio alicuius non patitur renunciationem,*R.*331.

1 *Socius* vt puniri possit pro delicto, quid requiratur, R.588.

3 *Sodomia* vnde dicatur,R.56. eius differentiæ,n.2. propriè dicitur agens,R.57. patiens dicitur mollis, nu.2. an minus punitur patiens,n.5. verbum *exercentes* in bulla quomodò accipiatur, R.58. an cum fœmina sit sodomia,R.60. exercentes per vim,& metum,non incidunt, R.61. sodomia vt dicatur commissa,plura requirit,R.62.quomodo probetur commissa,R.64.de sodomia tentantem clericum occidens non punitur, R.64.

1 *Sodomita* clericus qua pœna puniatur, R.213. dicitur abutens muliere, n.2. pœna an in vnicum actum detur, n.3.

2 *Solicitantes* etiam post cõfessionem puniuntur,R.440.

1 *Solicitatio* quomodo sumatur,& puniatur,R.323.creditur pœnitenti contra confessarium, n.2.

3 *Solicitatio* per interpositam personam an bullæ subiaceat,R.65.solicitans pueros an subiaceat pœnæ, R.66. quid si mulier solicitauerit confessarium, R.67. inquiritur de fide,R.69.solicitare quis dicatur,R.70.pœna mortis,ib.

1 *Solitum* differt a consueto, R.121.n.5.

1 *Sortilega* reincidens an torquenda, R.435. dicitur relapsa,n.9.

3 *Sortilegium* quale, R.85.

2 *Spoliatus* ante omnia restituendus, R.321. quomodò probetur spoliatus, ib. agens debet docere de titulo, vt spoliatus restituatur,R.479.

3 *Spoliatus* non est, qui habet actionem recuperandi,R. 326. qui sit,R.547.

3 *Spolij* nomine non veniunt ornamenta sacra, R.432. de quibus fiat spolium,n.2.an bona equitum D. Ioannis cadant sub spolio, R.433. de quibus non fiat, Resol. 434. non fit quando beneficium non excedit triginta ducatos,nu.9. an fiat de bonis clerici valentis testari, sed mortuo Papa,qui dederat licentiam,Resol.441. distributiones quotidianæ non veniunt,R.580.

1 *Spolium* quid,R.536.quando fiat a clerico,R.536.n.6.

4 *Spolium* non faciunt Episcopi titulares, quid sit, & de quibus,R.435.

1 *Sponsalia* contracta inter de iure prohibitos an renouanda veniente dispensatione, R.228.

4 *Sponsaliorum* ætas septem annorum, R.59. quid si deficiat dies, ib. non sunt prohibita tempore aduentus, R.564.non sunt sacramentum,ib.

4 *Sponsus* quatuor annis debet expectare puellam ingressam religionem, R.60. qui puellam defloruit, vt contrahat cogitur etiam per capturam personalem, sed nequit excommunicari,Resol.406.an cogendus,si scandalũ oriri possit,n.4. an coactio fiat,& si sponsalia non fuerint iurata, R.407. peccat consensum negans, n.3. si cum prima non sint iurata sponsalia,cum secunda verò sint iurata,quæ præualeant,R.408.causæ iustę non contrahendi quæ sint, R.409. disparitas personarum est iusta causa se excusandi puta nobilitatis, vel paupertatis,R.410. odium capitale est iusta causa, R. 411. quæ sit causa iusta remittitur arbitrio iudicis, ib. defectus non purificatæ conditionis est causa iusta se excusandi, Resol.412. indignatio parentum est causa iusta, R.413. sic morbi gallici suspicio, R.414. sic parentum contradictio, R.415. sic timor exhæredationis, R.416. vt diffamatio, R.417. vt cogatur, debent constare sponsalia, ib. quomodo probentur interuenisse,nu.2. timor scandali est iusta causa,non inimicitiæ,R.418.sic fornicatio superueniens,R.419.mortaliter peccat,iniustè recusans,R.420. an sit iusta causa, si sponsa non possit dotem soluere, Resol.421. sponsus non ita cogendus,vt tollatur libertas consensus, Resol. 422. secunda sponsalia etiam cum copula non reuocant prima sine copula, R.423. inimicitia orta inter affines propter copulam sequutam non est causa iusta, R.424.

1 *Stellionatus* pœna in eum qui plus iusto pretio, sed non animo emendi,R.57.

2 *Stupri* pœna,R.398.quando dicatur cum vi, ib.

3 Pœna stuprantis virginem,R.73.si clericus,vel laicus, ibid. stupratæ an dos debeatur, si ab alio postea cognoscatur, R.75. quid si virgo immatura, vel vidua, R.73.dos condecens stupratæ quæ,R.75.nu. 5.stuprator ad matrimonium cogitur etiam cum inuita,R.76 & tom.4.R.406.

1 *Subditus* quatuor modis efficitur, R.269. fit ratione beneficij, R.270. domicilij,R.274. habitationis triennalis,R.277.familiaritatis, R.278.

4 *Subditus* tripliciter dicitur, R.585.

3 *Subrogatum* sapit naturam subrogati,R.169.n.4.

1 *Substitutio* pupillaris a quo fiat, R.479.

2 *Suffraganeus* a suffragando,R.22.n.5.de clero Metropolitani,n.4.

2 *Superstitionis* crimen quando committatur, R. 178.
1 *Supplicatio* si in euidentem quando expiret, R. 20.
1 *Surreptio* vt tollatur, quid requiritur, R. 42. n. 3. quando dicatur, R. 59. n. 6. rescripti delegatori intra quantum tempus possit opponi, Res. 426. an in surreptitia suffragetur regula de triennali, R. 587.
2 *Surreptio* an iudicanda absq; citatione, R. 50.
3 *Surreptio* quibus clausulis excusetur, & causis, R. 444. surreptio dicitur, ni fiat mentio litis pendentis, R. 445. & totus processus non enarretur, R. 446.
1 *Suspensio* a Pontificalibus quid importet; Res. 450. ab ingressu ecclesiæ si extra eam celebret, non est irregularis, R. 451. ad tempus, an elapso tempore, cesset sine declaratione, Res. 452. quando Episcopus incurrat suspensionem, R. 453. quando alij ab Episcopo, R. 454. notabilia, ibid.
4 *Suspensus* ab officio caret vtraq; voce, R. 43. ab ordine caret passiua, non actiua, n. 11. a beneficio quando ad alium possit eligi, n. 10.
3 *Synodali* deficiente noui deputantur ab Episcopo, R. 486.
1 *Synodales* constituendi in synodo, Res. 424. iudices synodalis an possint esse canonici, R. 585.
4 *Synodales* iudices debeat esse in dignitate, R. 112. qui possint esse, Res. 113. potest esse prothonotarius Apostolicus, R. 114. an ante datum iuramentum, R. 115. si dimisit dignitatem, non eligitur, R. 116. eius ætas necessaria, Res. 117. constitutiones facit Episcopus, sed cum capitulo, R. 386. synodi congregatio ad quem spectet, R. 391.
3 *Synodi* congregatio spectat ad Episcopum, Res. 449. prouincialis ad Archiep. ib. congregatur ab Episcopo sine licentia Archiep. nu. 4. non congregatur ab Archiep. non habente pallium, R. 450. a non consecrato non congregatur, ib. missa in synodo non est de substantia, nec pontificalia, n. 6. congregatio synodi est iurisdictionis, nu. 5. satis semel in anno celebrare, Res. 451. congregatur a capitulo sede vacante, *R.* 452. sic a metropolitanis sede vacante, ib.
1 *Templarij* nequeunt excommunicari ab Episcopo, *R.* 296. num. 3.
3 *Tempora* in pœnalibus non coniunguntur, R. 223.
1 *Tempus* calamitosum quale, R. 1. n. 2. eius diuturnitas facit omnia legitima, R. 4.
2 *Tempus* quomodo computetur in data, R. 154. ignorauti non currit, R. 458.
4 *Testamenta* ad pias causas morientium ab intestato fiunt per Episcopos, R. 78. vsque ad quantam quantitatem Episcopus disponat ad pias causas, R. 79. an possit testari Episcopus ad pias causas pro incapaci testandi, R. 80. mutus, & surdus ad pias causas testatur, *R.* 80. nu. 3. filius famil. testatur ad pias causas de aduentitio, n. 5. testatoris voluntas ad pias causas a solo Papa commutatur, R. 276. neque in melius, ib. in tali commutatione non est necessaria derogatio iuris quæsiti, R. 277. conditiones appositæ ob cultum diuinum, vel memoriam testatoris ab hærede nequeunt tolli etiam Episcopo consentiente, R. 278. voluntas testatoris certa ab Episcopo non mutatur, R. 279.
3 *Testamentum* nouitij non requirit ea, quæ necessaria sunt in renunciatione, R. 363. conditio testatoris specificè adimplenda, R. 509.
2 *Testatoris* voluntas quando mutata credatur, R. 212. captatoria ad pias causas valet, R. 361. eius executio ad tribunal Reu. Fabricæ spectat, ib. testandi facultas clerico data an morte Papæ expiret, *R.* 386.
3 *Testatoris* voluntas dubia in emphyteusi a quo declaranda, R. 163. vel feudo, ib. qui iurauit non reuocare, potest reuocare, R. 256. sed est periurus, nu. 3. non potest præiudicare in testamento iurisdictioni Episcopi, vel Fabricæ, R. 533.
2 *Testis* deponens falsum coram iudice non suo sit remittendus, R. 140. falsus an semper reijciendus, & si vitam mutet, R. 189. inhabilis quando admittatur, & quando probet, R. 212. singularis testis, qui sit, R. 213. eorum depositio quomodò esse debeat, *R.* 213. quando dicatur vacillare, R. 215. testis falsus qui, R. 216. testes discordes qui, R. 230. quibus testibus credendum, n. 2. testis de credulitate an probet, R. 231. varius si se corrigat eodem contextu probat, num. 3. omni exceptione maior qui dicatur, R. 232. contestes qui sint, R. 233. quid si discordent in circumstantijs, ibid. testis non iuratus non probat nisi iuratus, R. 235. quomodo laicus, & clericus iurent, num. 2. ad ferendum testimonium interim ab excommunicatione absoluitur, Res. 259. si veritatem celet, mortaliter peccat, ibid. contra actuarium dicentes, an inquirendi de falso, Res. 451. quid si testis, & notarius contradicantur, ib. singularis sed bonæ famæ an probet, R. 492.
3 *Testis* cogitur solùm ab eo, cui subiectum est, R. 22. n. 10. quando sufficiat dicere testem sibi notam manum, & quando necesse sit vt deponant se vidisse scribere, R. 545.
1 *Testes* quandò non examinandi, R. 104. n. 5. in monitorio debet repeti in iudicio, Res. 253. lapso triennio oblitus præsumitur, R. 255. omissio interrogatoriorum vitiat examen, R. 404. quando torqueri possit, *R.* 405. iuratus in termino, an post terminum possit examinari, R. 406. subornata quando dicantur, R. 407. si contraria dicant depositioni primæ, standum primæ, R. 408. varius potest torqueri, nu. 4. laici censuris possunt compelli ad testificandum coram ecclesiastico, R. 409. testationes vulgo fedi in iudicio non probant, R. 411. an testes deponentes vidisse vnus post alium per rimulam ostij actum carnalem, sint singulares, R. 412.
2 *Theologalis* præbenda constituenda ab Episcopo, Res. 175. Theologus potest esse regularis, donec prouideatur de seculari, n. 3.
4 *Thesaurarius* an habeat dignitatem, R. 395. n. 14.
1 *Tortura* an possit dari in pœnam, Resol. 320. est remedium subsidiarium, nu. 2. ex præsumptione maleficis datur, R. 435. quinque species continet, n. 13.
2 *Tortura* quando aplicanda, R. 414.
2 *Transactio* non violanda, R. 320.
2 *Tutor* testamentarius an possit coarctare pacta testamenti, R. 302.
2 *Vagabundus* qui, R. 84. & tom. 4. R. 616.
4 *Vagus* qui, R. 353. matrimonia vagorum, ibid. asserenti habere domicilium incumbit probare, Res. 354. bannitus an sit vagus, R. 355. incola, sed notus parocho an sit vagus, R. 356. R. 360. ignoti, sed habentes domicilium sint vagi, R. 357. matrimonium vagi contra formam concilij est nullum, R. 358. vagus non præsumitur, R. 359.
4 *Vassallus* nequit prohiberi Regem adire, Res. 332. ad quid teneatur domino suo, R. 638. n. 6.
1 *Venditio* cum pacto de retrouendendo est perfecta, R. 204.
2 *Vicario* perpetuo congrua debetur substentatio, Res. 153. qui sit vicarius, *R.* 159. cessanti ab officio ob culpam debeatur salarium, R. 169. ex sua commissione delicta punit, R. 180. plures vicarij generales possunt statui, R. 199. non potest esse laicus, R. 261. nec clericus coniugatus, R. 262. an bigamus, n. 3. ex vi mandati audit confessiones, R. 284. in cura vnita monasterio monialium debet esse perpetuus, *R.* 292. secus si cura resideat penes Abbatem, n. 3. vel monasterio S. Iustinæ, nu. 5. potest esse monachus, R. 351. pag. 470. non ampliatur eius auctoritas absente Episcopo, R. 469. num. 4.
1 *Vicarius* est amouibilis ad nutum Episcopi, Res. 216. n. 4. R. 425. n. 3. an familiaris Episcopi, R. 469. debet esse doctor, *R.* 507. intra quantum tempus a capitulo eligen-

eligendus,ib. capitularis canonicus præcedit alios canonicos,n.6.eius potestas quando expiret,R.510. capituli vicarius potest substituere,R.510. mortuo substituente,an expiret facultas substituti,R.513.capitularis tenetur stare syndicatui, Ref. 514. potest ad libitum reuocari,R.515.notabilia,ib. foraneus an præcedat præpositum ecclesiæ collegiatæ,R.562.non habet iurisdictionem ordinariam,nu.2. an vicar.Ep. præcedat gubernatorem in functione ecclesiastica, R.563. Episcopum repræsentat,n.4. in synodo præsente Episcopo an præcedat capitulum, R.567. non debet necessariò stare in synodo,n.6.præfertur omnibus canonicis in processione, *R.*567.n.2.

2 *Vicarius* an habeat iurisdictionem ordinariam, R.99. an possit alium vicarium substituere, R.113. habitare in domo priuata non potest,R.116.iniuria illata vicario quomodò vindicetur,R.132.

3 *Vicarius* perpetuus habet curam animarum, R.395. nequit remoueri, etiam si rector moriatur, num.8. ei portio debita quanta, R.572.

4 *Vicarius* Episcopi est in dignitate, R.113. an capituli, & foraneus,n.3. ab Episcopo ali debet,R.130. nequit petere salarium a successore Episcopo, ib. nequit explorare puellæ voluntatem volentis profiteri, R.196. omnes de capitulo præcedit,*R.*390. præsente Episcopo an præcedat omnes in synodo, R.391. an possit synodum conuocare, ib. Papæ an præcedat Cardinales in Concilio generali,n.3. habet iurisdictionem ordinariam in tota diœcesi, n.12.

3 *Vidua* quousque nubit, retinet nomen primi mariti, R.576.n.8.& forum,n.9.

4 *Vidua* quæ maritum interfecit, non gaudet fori electione, R.144.

1 *Virgini* asserenti se ab aliquo cognitam creditur, R. 220. sequestratur lite pendente, R.227. secus si alter coniugum esset in possessione,n.4.

4 *Visitanti* Episcopo quid debeatur, R.148. procuratio in pecunia solui potest, R.150. an etiam ab ecclesijs ciuitatis,R.151.non exigitur ab hospitali,nec confraternitate, nec extauritis, R.152. nec ab ecclesia paupere, R.153. soluta hoc anno in pecunia non obligat ad idem in sequenti,R.154. præscribi potest procuratio,*R.*155.non debetur ambulanti ob chrisma,R.156. debetur capitulo visitanti sede vacante, R. 157. an duplex debeatur, vbi eadem die plures visitantur parochiæ,R.158. debetur tantùm personaliter visitanti, R.159. non visitantur loca pia sub Regis protectione, R.160. visitantur altaria regularium, R.320. capitulum viuente Episcopo quando habeat ius visitandi, *R.*569. quando locus exemptus possit visitari ab Episcopo,*R.*570. *R.*571. si sit exemptio generalis Pontificis,non visitatur, R.574. visitatio ecclesiæ nullius diœcesis spectat ad viciniorem Episcopum, *R.*575. an visitentur monasteria exempta commendata, *R.*576. hospitalia visitantur ab Episcopis etiam extra actum visitationis, R.578. notabilia in visitatione personali, & locorum exemptorum, *R.*579.

2 *Visitationis* decreta non apellantur, *R.*7. nec ad S.Sedem, num.4. visitantur etiam exempti ab Episcopo, R.176.

1 *Visitatur* curatus ab Episcopo in ecclesia regularium, *Ref.*542. visitatio est actus iurisdictionis Episcopalis, R.543.competit capitulo sede vacante, n.2. visitationis liber an inducat plenam probationem, *R.*545. nil potest Episcopus recipere in visitatione, neq; exculenta, R.546. nec notarius pro ostensione bullæ,nu.4. an Episcopus debeat procedere cum consensu eorum, quos in visitatione sibi adiunxit,R.547. ab Ordinario singulis annis exercetur, *R.*548.n.3. an intra certum tempus concludenda,R.618.

1 *Vita hominis* indeterminata,R.114.

1 *Vnio* beneficiorum quando possit fieri, *R.*179. an pro fabrica ecclesiæ,R.385. sortitur effectum, secuta possessione, R.386. Iur.patron. non fit sine consensu patroni,& an præsumatur, R.387. sine capituli consensu non valet, R.388. an per Episcopum possit fieri capitulo cathedralis, *R.*389. seminario facta an valeat, R.390. non fit sine citatione rectoris, *R.*342. quæ beneficia possint vniri, a quo,& in quod, *R.*393.*R.*620.

2 *Vnio* beneficij facienda in vtilitatem fabricæ, *R.*128. cui facienda, ib.

3 *Vnio* perpetua est extinctiua tituli,*R.*262. suspenditur a Papa in resignatione fauorabili, nu.3. facta pro necessaria dote ecclesiæ non comprehenditur sub regula reuocatoria vnionum, *R.*355.

4 *Vniones* reuidere Episcopi est, *R.*264. quę non possint reuideri, R.266. quæ effectum non sunt sortitæ, non debent executioni mandari, R.267. quando possint reuocari, *R.*268. quando non,ib.

4 *Vota* ingressu religionis soluuntur,*R.*249. vouens religionem satisfacit si fiat miles S. Io: *R.*483.

2 *Vsura* non est contractus ad gaudendum, *R.*48. quomodo probetur,*R.*52.& *Ref.*56.extincto censu,si quis fructus exigat,an conuenientius vt vsurarius, *R.*62.

3 *Vsura* est pro fideiussione aliquid recipere,*R.*469.quę sit n.2.in omni contractu committi potest,Resol.470. etiam in testamentis, nu.4. ad eam probandam sufficiunt leues coniecturæ,*R.*470.num.16.*R.*471. vsurarij sunt ipso iure excommunicati, *R.*472. pro restitutione potest cedere bonis,*R.*473.

1 *Vtilitas* euidens quæ? *R.*1. num.2. per quem probanda,n.4.& *R.*104.quando præsumatur,*R.*106.n.8.

1 *Vulnus* quando lethale, R.604.

2 *Vxores* duas habens vt hæreticus inquiritur, *Ref.*373. vxor præsumitur acquirere de bonis mariti, *R.*384.

3 *Vxores* duas habens quomodo puniatur,*R.*38.

Collegii Soc. Iesu Paderbornæ An. 1703.

FINIS.

SVB SIGNO SAPIENTIAE.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
PADERBORN

